natorum. Litteris etiam prospera tua in venando fortuna mandabitur. Sed utrum cepisti ipsum an dono accepisti? et quomodo conspici omnino potuit ob parvitatem? Sane bonis canes præditæ erant naribus: non enim videre eum poterant, sed odoratæ sunt. Tu vero ex quo venationi operam dare cœpisti, re vera nobis Hippolytus evasisti. Cave igitur Venerem, ne tibi quoque ob superbiam irascatur.

XIII. Callippides Cnemoni.

In agresti vita præter cetera laudanda est morum mansuetudo: quies enim atque otium pulchram rebus rusticis affert lenitatem. Tu vero nescio quomodo rusticus es et vicinis non bonus accola. Petis enim nos glebis atque piris et homine conspecto magnum tollis clamorem quasi lupum persequens et molestus es, quodque in proverbio est salsa vicinitas. Ego vero si non paternum agrum colerem, lubens illum venderem, quo vicinum effugerem metuendum. At, optime Cnemo, morum rusticitatem depone, neque te ira in oblivionem adducat, ne te ipsum quoque lateas insaniens. Hæc tibi amica ab amico sint præcepta et morum remedium.

XIV. Cnemo Callippidæ.

Nihil quidem responso opus erat: sed quoniam pro importunitate tua me invitum tecum disputare cogis, hoc saltem lucratus sum, quod per nuntios, nec vero coram tecum ipso licet loqui. Hoc igitur Scythicum quod aiunt responsum tibi habe. Ego insanio et invideo et odi genus hominum. Hinc eos qui agrum intrant glebis lapidibusque peto. Beatum autem Perseum illum duas ob rationes iudico, quod et alatus erat nec in quenquam incidebat, et superior erat quam ut alloqueretur quenquam aut salutaret. Præterea et rem illi invideo vehementer, qua obviam sibi factos in lapides convertebat, cuius si mihi copiam aliqua fortuna faceret, nihil esset lapideis statuis frequentius, ac te primum hoc malo afficerem. Quid enim in ordinem me cogis et mansuetum cupis reddere, qui sic omnibus infesta moliar? Hinc etiam eam agri partem, quæ viam attingit, incultam reliqui, et hæc mihi terra orba est fructibus. Tu vero te ipsum unum ex necessariis meis facis et me studes amicum habere, qui ne mihi ipsi quidem sim amicus. Quid tandem est, cur homo factus sim?

XV. Callippides Cnemoni.

Tu quidem a nefandis nihil differs, tam ferox qui sis tamque solitarius, oportet te autem nihilominus et nolentem mansuetum nobis fieri pudore nempe vicinitatis et terminalium deorum reverentia, qui nobis sunt communes. Sacra igitur Pani facio et Phylasiorum conjunctis-

μάλιστα ἐπιτηδείους ἐς τὴν ἱερουργίαν παρακαλῶ. ἐν δὴ τούτοις καὶ σὲ ἀφικέσθαι βουλοίμην ἄν, σὺ δὲ καὶ ἐμπιὼν καὶ κοινωνήσας σπονδῶν ἔσῃ τι καὶ πραότερος· ὁ γάρ τοι Διόνυσος φιλεῖ τὰς μὲν ὀργὰς μαραίνειν τε καὶ κατακοιμίζειν, τὰς δὲ εὐφροσύνας ἐγείρειν. ἔσται δέ σοι ὁ αὐτὸς οὗτος θεὸς καὶ Παιὼν καὶ ἀπολύσει σε τῆς ἀκράτου χολῆς, οἴνῳ σβέσας τὸ τοῦ θυμοῦ ὑπέκκαυμα. καὶ αὐλητρίδος δὲ ἀκούσας ἴσως, ὦ Κνήμων, καὶ ἐς ᾠδὴν ἐμπεσὼν καὶ ἐς μέλος ὑπολισθὼν ἕξεις τι καὶ γαληνὸν ἐν τῇ ψυχῇ. οὐ χεῖρον δ' ἂν εἴη οἰνωμένον σε καὶ μασχάλην ἆραι. εἰ δέ που καὶ μεθύων κόρῃ περιπέσοις ἅβραν ἀνακαλούσῃ ἢ τὴν τίτθην ὑπολειφθεῖσαν εὑρεῖν πειρωμένῃ, τάχα πού τι καὶ θερμὸν δράσεις καὶ νεανικὸν ἔργον. οὐδ' ἂν ἀπεοικὸς εἴη καὶ τοιοῦτό τι πραχθῆναι ἐν τῇ τοῦ Πανὸς θυσίᾳ· καὶ γάρ τοι κἀκεῖνος ἐρωτικὸς εὖ μάλα καὶ οἷος ἐπανίστασθαι παρθένοις. λῦσον δὲ καὶ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸ σκυθρωπὸν τοῦτο καὶ σύννεφες χάλασον εὐθυμίᾳ· φίλου ταῦτα παραίνεσις νοοῦντός σοι ἀγαθά.

simos ad sacrificium invito obeundum. In his te quoque venire velim. Tu vero ubi biberis unaque libaveris nobiscum, eris et aliquanto mitior : Bacchus enim quum iras arefacere et sopire solet, tum gaudia excitare. Erit tibi idem hic deus et medicus et liberabit te ab immoderata bile, vino cerebri incendio exstincto. Fortasse et tibicina audita, o Cnemo, et in cantum incidens inque carmen prolapsus habebis aliquid etiam in animo tranquillum. Neque minus juvat, si et vino repletus alam tollas. Quod si ebrius etiam incideris in puellam, quæ revocet ancillam vel amissam quærat nutricem, fortasse calidum aliquod et juvenile edes facinus, cujusmodi Panis in sacrificio committi consentaneum est : nam et ille admodum est amoribus deditus atque aggredi solet virgines. Solve tu vero supercilium et austeritatem istam ac tristitiam hilaritate tempera. Amici hæc est admonitio bene tibi volentis.

ις'. Κνήμων Καλλιππίδῃ.

Ἵνα σοι καὶ λοιδορήσωμαι ταῦτ' ἀντεπιστέλλω καὶ ἵν' ἀφῶ τι τῆς ὀργῆς ἐς σέ· μάλιστα γὰρ ἐδεόμην παρόντος, ἵνα σου καὶ αὐτόχειρ γένωμαι. τί γάρ με διαφθεῖραι γλίχῃ, τί δὲ σπεύδεις ἀπολέσαι με εἰς ἑστίασιν καὶ θοίνην παρακαλῶν; πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πολλοὺς ὁρᾶν καὶ συνεῖναι πολλοῖς δεινῶς πέφρικα, φεύγω δὲ κοινὴν θυσίαν ὡς οἱ δειλοὶ τοὺς πολεμίους, ὑφορῶμαι δὲ καὶ τὸν οἶνον ὡς ἐπιβουλεῦσαι καὶ ἐπιθέσθαι γνώμῃ δεινῶς καρτερόν, τοὺς δὲ θεοὺς τούς τε ἄλλους καὶ τὸν Πᾶνα ἀσπάζομαί τε καὶ προσαγορεύω παριὼν μόνον, θύω δὲ οὐδέν· οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς ἐνοχλεῖν ἐθέλω. σὺ δέ μοι καὶ αὐλητρίδας προσείεις καὶ ᾠδάς, ὦ καταγέλαστε. ἐπὶ μὲν δὴ τούτοις καινῶς οὐχ ἁψαίμην σου, καλὰ δέ σου κἀκεῖνα, ὀρχήσασθαι καὶ ὁμιλῆσαι κόρῃ θερμότατα. σὺ μέν μοι δοκεῖς κἂν ἐς πῦρ ἅλασθαι κἂν ἐς μαχαίρας κυβιστῆσαι, ἐμοὶ δὲ μήτε θύων εἴης φίλος μήτε ἄλλως.

XVI. Cnemo Callippidæ.

Ut te quoque conviciis proscindam, hæc rescribo, et de ira aliquid in te remittam. Maxime enim te coram præsentem habere vellem, ut mea manu inferre tibi possem mortem. Quid enim corrumpere me cupis, quidque me studes perdere in convivium atque epulas vocatum? primum enim adspectum multorum cumque multis habendam consuetudinem vehementer perhorresco, deinde commune sacrificium quemadmodum timidi hostes fugio : suspectum etiam habeo vinum ut ad insidiandum et dolos struendos animo potentissimum, deos autem quum alios tum Panem veneror et saluto tantum, sacri vero nihil facio · neque enim ipsis molestus esse volo. At tu mihi tibicinas et carmina commendas, stultissime. Et de his quidem novis argumentis tecum non pugnaverim, egregia vero et hæc tua sunt præcepta, saltare et cum puella rem habere, lascivissime. Tu, nisi fallor, et in ignem insilies inque gladios te immittes, mihi vero neque sacra faciens amicus eris neque aliter.

ιζ'. Δέρκυλος Αἰσχρέᾳ.

Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὅτι Πλοῦτον ὁρῶντα ὀξὺ καὶ οὐ τυφλὸν ἀνεῦρες καὶ καταγελᾷς μου καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς τύχης, ἐπεὶ τῶν χρηστῶν καὶ ἐπιμέλειαν τίθεται; σὺ γοῦν ἀπεδείξω τῶν εὐδαιμόνων ἐκείνων εἷς ὤν, οὓς ἐπὶ Κρόνου φασὶν ἐκ τῆς γῆς αὐτόματα ἔχειν πάντα καὶ κοινωνίαν ἐν αὐτοῖς ἄφθονον πολιτεύεσθαι καὶ ἀφέλειαν τρόπου καὶ ἕνα οἶκον οἰκεῖν τὸν ὑπ' οὐρανῷ τόπον πάντα. πλουτήσαντι γοῦν σοι τίς οὕτω φιλόμωμος ἢ κακός, ὡς ἄχθεσθαι καὶ ζηλότυπα νοεῖν; μήπω τοσαύτης κακίας ἀναπλησθείη γεωργῶν ἤθη, ὡς ζηλοτυπεῖν τε εἰς πλοῦτον καὶ ὑπὲρ χρημάτων φρονεῖν. εἰς ἀγρίας αἶγας τραπείη ταῦτα καὶ εἰς τοὺς ἐν δικαστηρίοις ῥήτορας.

XVII. Dercyllus Æschreæ.

Nonne dicebam ego te Plutum acriter videntem minimeque cæcum invenisse? jamque derides me et terram et fortunam, quoniam bonorum etiam curam habet. Tu igitur ex felicibus istis te unum esse declarasti, quos imperante Saturno aiunt ex terra sponte nascentia habere omnia et morum simplicitatem, unamque domum habitare omnem cœlo subiectum locum. Quis igitur tam sit reprehendendi cupidus aut improbus, qui hoc modo divitiis utenti tibi invideat aut malevolo in te sit animo? absit ut tanta malitia rusticorum animi imbuantur, ut alienis divitiis angantur atque inhient pecuniæ. In agrestes capras hæc vertantur et in oratores, qui versantur in iudiciis.

ιη'. Δημύλος Βλεψίᾳ.

Γεωργίαν καὶ γεωργεῖν ἀπολιπὼν ὁ γείτων Λάχης ἐπέβη νεώς, καὶ πλεῖ τὸ Αἰγαῖόν φασι, καὶ ἄλλα πελάγη μετρεῖ καὶ ἐπικυματίζει καὶ λάρου βίον ζῇ καὶ ἀνέμοις μάχεται διαφόροις· ἄκρα τε αὐτὸν ἐξ ἄκρας διαλαμβάνει, καὶ περιβλέπων ἁδρὸν κέρδος καὶ περινοῶν πλοῦτον ἀθρόον μακρὰ εἶπε χαίρειν αἰγιδίοις ἐκείνοις καὶ νομευτικῷ τῷ προτέρῳ βίῳ· γλίσχρως τε καὶ κατ' ὀλίγον ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀποζῆν οὐ δυνάμενος οὐδὲ ἀρκούμενος τοῖς παροῦσιν Αἰγυπτίους καὶ Σύρους φαντάζεται καὶ περιβλέπει τὸ δεῖγμα καὶ πολύς ἐστι νὴ Δία τόκους ἐπὶ τόκοις λογιζόμενος καὶ χρήματα ἐπὶ χρήμασιν ἀριθμῶν, καὶ διαφλέγει τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καὶ ἐκκάει κέρδος ἀμφοτερόπλουν, χειμῶνας δὲ οὐκ ἐννοεῖ, οὐδὲ ἐναντία πνεύματα, οὐδὲ τῆς θαλάσσης τὸ ἀστάθμητον, οὐδὲ τῶν ὡρῶν τὰς ἀκαιρίας. ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ μικρὰ κερδαίνομεν μεγάλα πονοῦντες, ἀλλὰ πολὺ ἡ γῆ τῆς θαλάσσης ἑδραιότερον, καὶ αὕτη πιστοτέρα βεβαιοτέρας ἔχει τὰς παρ' ἑαυτῆς ἐλπίδας.

XVIII. Demylus Blepsiæ.

Agricultura et agri colendi opificio relicto vicinus Laches navem conscendit et Ægæum, ut aiunt, navigat, aliaque metitur maria atque innatat, ac lari vitam vivit et cum adversis prœliatur ventis, et promontorium eum ex promontorio excipit, atque amplum circumspiciens lucrum magnasque in animo versans divitias procul valere dixit capellis illis et pastorali quam ante egit vitæ, quumque sordide et parce ex agris suis vivere non possit, neque eis quæ in pomptu sunt contentus sit, Ægyptios et Syros somniat, et forum circumspicit, multusque est per Iovem in usuris ratiocinandis et pecuniis computandis, atque incendit eius animum et exurit lucrum nauticum, tempestates vero nihil curat, neque adversos ventos, neque maris inconstantiam, neque temporum importunitates. Nos vero tametsi exiguum facimus magnos labores obeuntes lucrum, multo tamen mari stabilior est terra, quoque maior huius fides est, eo certiorem de se præbet spem.

ιθ'. Μορμίας Χρέμητι.

Ἐγὼ μὲν ἔθυον γάμους ὁ χρυσοῦς μάτην καὶ περιῄειν ἐστεφανωμένος οὐδὲν δέον καὶ τούς τε ἔνδον καὶ τοὺς ἔξω θεοὺς ἐκολάκευον, ὁ δὲ παῖς κατήγαγε μὲν τὸ ζεῦγος ἐκ τῶν ἀγρῶν ὡς τὴν νύμφην ἐξ ἄστεος εἰς τὸ πατρῷον χωρίον ἐπανάξων, αὐλητρίδα δὲ λυσάμενος, ἧς ἔτυχεν ἐρῶν, νύμφης στολὴν αὐτῇ περιβαλὼν ἐπανήγαγέ μοι φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς, φασίν, ἑταίραν ἀντὶ νύμφης. καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἰδουμένη κορικῶς εὖ μάλα καὶ κατὰ τὸν τῶν γαμουμένων νόμον ὑπέκρυπτε τὴν τέχνην, μόλις δὲ ἀπερράγη ἡ σοφία τε αὐτῶν καὶ αἱ κατ' ἐμοῦ μηχαναί. οὐ μὴν ἐς τὸ παντελές μου καταφρονήσουσιν ὥσπεροῦν πλινθίνου, ἐπεί τοι τὸν καλὸν νυμφίον εἰς κόρακας ἀποκηρύξω, ἐὰν μὴ τῆς ὑπερβαλλούσης τρυφῆς παυσάμενος σὺν ἐμοὶ ταφρεύῃ καὶ βωλοκοπῇ· τὴν δὲ νύμφην ἀποδώσομαι κἀκείνην ἐπ' ἐξαγωγῇ, ἐὰν μή τι καὶ αὐτὴ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τε καὶ τῇ Θράττῃ συνεπιλαμβάνῃ.

XIX. Mormias Chremeti.

Ego quidem nuptialia sacra aureus frustra feci, coronatusque præter necessitatem circumivi, ac deos tam qui intus quam qui extra sunt colui, filius autem deduxit ex agris iugum, quo ex urbe sponsam ad paternum rus reduceret, tibicinam vero redemptam, cuius amore flagrabat, sponsæ vestitu amictam adduxit mihi palumbam pro columba, quod aiunt, meretricem pro sponsa. Ac primum quidem in morem virginis admodum pudibunda, ut recens nuptæ solent, celabat artem, sensim tamen rupta est illorum sollertia et intentæ in me machinæ. At non prorsus me contemptui habebunt quasi latericium. Nimirum egregium sponsum ad corvos ablegabo, nisi a nimio luxu abstinens mecum fodiat et glebas scindat, sponsam vero illam peregre vendam, nisi ipsa quoque Phrygiæ se atque Thressæ adjungat laborum sociam.

κ'. Φαιδρίας Σθένωνι.

Φύεται μὲν ἐν τοῖς ἀγροῖς καλὰ πάντα, κεκόσμηταί τε ἡ γῆ τούτοις καὶ τρέφει πάντας· καὶ τὰ μέν ἐστι τῶν καρπῶν διετήσια, τὰ δὲ πρὸς ὀλίγον ἀντέχοντά ἐστι τρωκτὰ ὡραῖα· πάντων δὲ τούτων θεοὶ μὲν ποιηταί, ἡ γῆ δὲ μήτηρ ἅμα καὶ τροφὸς ἡ αὐτή. φύεται δὲ καὶ δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, καὶ ταῦτα τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς δένδρων τὰ κάλλιστα τῶν τε καρπῶν οἱ χρησιμώτατοι. μὴ τοίνυν γεωργῶν καταφρόνει· ἔστι γάρ τις καὶ ἐνταῦθα σοφία, γλώττῃ μὲν οὐ πεποικιλμένη οὐδὲ καλλωπιζομένη λόγων δυνάμει, σιγῶσα δὲ εὖ μάλα

XX. Phædrias Sthenoni.

Nascuntur quidem in agris omnia bona, hisque ornata terra victum præbet omnibus, atque alii quidem fructuum per totum annum durant, alii per exiguum tempus durantes sua quique tempestate maturescunt, omnium autem horum dii sunt auctores, terra vero mater et nutrix eadem. Verum nascuntur et iustitia et temperantia, hæque sunt ruri arbores pulcherrimæ, fructus utilissimi. Noli igitur contemnere agricolas: est enim hic quoque quædam sapientia, lingua quidem non colorata neque dicendi vi ornata, sed egregie tacens et ipso vitæ genere virtutem

καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν ὁμολογοῦσα. εἰ δὲ σοφώτερα ταῦτα ἐπέσταλταί σοι ἢ κατὰ τὴν τῶν ἀγρῶν χορηγίαν, μὴ θαυμάσῃς· οὐ γάρ ἐσμεν οὔτε Λίβυες οὔτε Λυδοὶ ἀλλ' Ἀθηναῖοι γεωργοί.

præ se ferens. Quod si hæc scripta sunt sapientius quam pro agrorum cultura, ne tibi mirum videatur: non enim Libyes sumus neque Lydi sed Athenienses agricolæ.

ΑΙΝΕΙΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ÆNEÆ SOPHISTÆ EPISTOLÆ.

α'. Ἰωάννῃ.

Εἰ σὸν ἐτύγχανε τὸ βιβλίον, ἤρων δέ, παρ' ἐμοὶ δικαίως ἂν ἦν· τοιοῦτον ἡ φιλία. νῦν δὲ δεσπότης ἐγώ, σὺ δ' οὐ δίδως. ἀλλὰ μὴ πρὸς φιλίου Διός, μὴ γάρ μοι τοῦτο ὅτι βιβλίον· ἐμοὶ γὰρ οὐσία τοῦτο, καί μοι τῶν Κροίσου κτημάτων σεμνότερον εἶναι τὸ κτῆμα δοκεῖ. ἄλλος μὲν γὰρ σμινύης ἐρᾷ, ἑτέρῳ πρὸς κύνας ὁ ἔρως, ἄλλῳ τόξον ἐν ἡδονῇ, τῷ δὲ ἵππος τὰ παιδικά, ἐμοὶ δὲ βιβλία καὶ λόγοι. ἀλλ' ὃ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸν κεκτημένον χαίρειν ποιεῖ, τοῦτο μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸν ἀφῃρημένον λυπεῖ. εἰ μὲν οὖν ἀποδώσεις, πείθομαί σου τῇ διανοίᾳ τὸ βιβλίον ἐγγεγράφθαι· εἰ δὲ μή, δόξεις οὐ τῶν γεγραμμένων ἐπιθυμεῖν ἀλλὰ τοῦ βιβλίον κεκτῆσθαι δοκεῖν. ἀλλὰ τί ταῦτά φημι; οὐχ ὅθεν πολλάκις εὐφράνθην, ἐντεῦθεν ἀνιάσομαι.

I. Ioanni.

Si tuus esset liber et amarem, penes me optimo iure esset; talis res est amicitia. Nunc ego dominus sum, tu vero non das. At non per amicum Iovem librum hunc iudico, sed substantiam, et Crœsi facultatibus melior et maior possessio esse videtur; alius enim ligonem amat, alii canes cordi sunt, alii arcus in voluptate est, huic equus ludo est; mihi vero libelli et orationes. Sed quod sua possessione maiore reliquis voluptatem affert, hoc ereptum maiori dolore afficit quam cetera. Si igitur restitues, credo menti tuæ librum esse impressum; sin minus, videberis non quæ illo continentur concupivisse, sed librum possidere voluisse. Sed quid hæc dico? Non unde sæpe mihi delectatio et voluptas parta est, inde dolorem et mœstitiam auferam.

β'. Κάσσῳ.

Λαέρτης ὁ γέρων οὐκέτ' ἤθελεν εἶναι βασιλεὺς οὐδ' ἀνθρώπων ἄρχειν, ἀλλὰ κηπουρός τε εἶναι καὶ τῶν δένδρων ἐπιμέλεσθαι. σὺ δέ μοι δοκεῖς ἐζηλωκέναι τὸν ἄνθρωπον· οὐ γὰρ ἂν τὴν πόλιν καὶ τοὺς σαυτοῦ ἀπολιπὼν χρόνον οὕτω μακρὸν ἐν ἀγρῷ προσκαθήμενος τοῖς φυτοῖς διῆγες λαλῶν. ἔδει δὲ οὐ τοῦ Λαέρτου μεμνῆσθαι ἀλλὰ Σωκράτους καὶ τῶν Σωκράτους δογμάτων, ἐν οἷς ἐκεῖνος χαριέντως καὶ σεμνῶς λέγων φιλοσοφεῖ ὅτι τὰ χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδὲν ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. τούτῳ μᾶλλον πειθόμενος μακρὸν τῶν ἀγρῶν ὑπεριδών, ἐν οἷς ἄπορον σοφίας καρπὸν τοὺς γεωργοῦντας δρέπεσθαι, ἀναμνήσθητι τῶν συνήθων ἐκείνων διατριβῶν, ἐν αἷς ἔνεστι σοφόν τι μαθεῖν καὶ διδάξαι καί, τὸ δὴ μέγιστον, εὐφραίνειν τοὺς φίλους.

II. Casso.

Laertes ætate confectus non volebat amplius regem agere neque mortalibus imperare, sed hortulanum se gerere et arboribus operam dare. Tu vero mihi videris imitatus hominem esse; non enim urbe et tuis relictis tam longo tempore ruri desideres cum plantis colloquens. Oportebat autem non Laertis meminisse sed Socratis et dogmatum Socraticorum, in quibus ille iucunde et graviter loquens contendit agros et arbores nihil docere, sed homines, qui in urbe versentur. Huic potius obtemperans neglectis agris et contemptis, in quibus non possunt agricolæ sapientiæ fructum metere, recordare solitam illam vitam, in qua licet sapientiam aliquam discere et docere et, quod maximum est, amicos exhilarare.

γ'. Ἀλφίῳ πρεσβυτέρῳ.

Τοὐναντίον γέγονεν. ὁ μὲν Ἀναστάσιος ἡσυχίαν ἄγει, σὺ δὲ πολεμεῖς, ἀλλ' οὔτε σοὶ πρέπον οὔτ' ἄλλως καλόν. βούλει σοι φράσω καὶ τοῦ πολέμου τὸν τρόπον; ὁ Κορνήλιος Ἀναστασίου χωρίον κατέλαβεν ὃν ἐκεῖνος ἐπολέμει χρόνον· καὶ ἐπειδὴ ἀφίκετο, ὁ μὲν ἠξίου τὸ πεδίον λαβεῖν ὁ δεσπότης, ὁ δὲ γεωργὸς ἠξίου κεκτῆσθαι, ἀλλ' οὐ προῖκα. ἀλλὰ καὶ τιμὴν ὁρίζειν ἔδοξε, καὶ περὶ τῆς ὠνῆς γράμματα γίγνεται, ἤδη δὲ

III. Alphio presbytero.

Contrarium accidit. Anastasius quietem agit, tu bellum geris; sed neque tibi decorum neque aliter laudandum. Vis tibi describam etiam modum belli? Cornelius Anastasii agrum cepit quo tempore ille bellum administrabat, et postquam rediit, dominus agrum cedere illi volebat; agricola possidere volebat, at non gratis. Sed et pretium definire visum est, adeoque nomina fiunt. Jam vero etiam aurum afferens Cornelius paratus erat solvere agri

καὶ τὸ χρυσίον φέρων ὁ Κορνήλιος ἕτοιμος ἦν καταθεῖναι τὴν τοῦ χωρίου τιμήν. σὺ δὲ προσπεσὼν ἐξαίφνης ἐκέλευες μὴ τοῦτο ποιεῖν, σὸν εἶναι τὸ κτῆμα φάσκων. ἐντεῦθεν ὀργὴ καὶ πόλεμος. εἰ μὲν οὖν ἀδικεῖς, καὶ πρὶν εἰς ἡμᾶς ἐλθεῖν τὸ γεγονὸς διάλυσον· εἰ δὲ δοκεῖς, ἧκε τὴν ταχίστην, ὡς παρὰ δικασταῖς ἀποδώσων εὐθύνας. οὔτε γὰρ ἀδικεῖν οὔτε δοκεῖν βουλοίμην τοὺς φίλους.

pretium. At tu necopinato interpellens iussisti ne hoc faceret, tuum esse peculium affirmans. Hinc indignatio et bellum. Si igitur facis iniuriam, priusquam res ad nos perveniat, desine; si speciem tantum injuriæ præbes, veni celerrime, ut rationem apud iudices reddas. Neque enim revera cuiquam iniuriam neque specie facere velim amicos.

δ'. Ζωναίνῳ σοφιστῇ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο Ἐπιφανίῳ τῷ καλῷ, ὅτιπερ ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἡδονῆς· ἀγαθὸν γάρ σε ῥήτορα καλῶν μᾶλλόν σου τὸν τρόπον ἢ τὸν λόγον ἐθαύμαζε. τὸ δ' οὖν κεφάλαιον, φίλος ἐδόκει ἀληθινός, καί με προσεῖπε πολλάκις παίζων ἅμα τῷ λόγῳ, ὑπὲρ σοῦ τοῦτο ποιῶν· σὺ γὰρ τοῦτο πράττειν ἐκέλευες. οἶσθα δ' οἷος ἐκεῖνός ἐστι τῆς χάριτος ἐραστής. ἀμέλει καὶ ὀχληρὸς ἦν θαμά μοι παρὰ σοῦ χαίρειν κελεύων. σὺ δὲ αἴτιος· εἰ γάρ μοι μικρὰν πέπομφας ἐπιστολήν, ἀπέλαβον ἂν ἡδέως μικρὰ χαίρειν εἰπὼν καὶ ἀκούσας.

IV. Zonæno sophistæ.

Multa bona contingant egregio Epiphanio, quod nos implevit voluptate. Nam te bonum oratorem nominans magis tuum ingenium et mores quam dicendi vim ac facultatem admiratus est. Scilicet, quod summum erat, amicus candidus videbatur, et sæpe me salutabat, iocans simul cum verbis; id quod tuo nomine faciebat. Tu enim hoc eum iusseras. Scis autem qualis ille sit gratiæ amator. Certe enim molestus simul mihi erat tuis verbis salutem nuntiando. Tu vero in causa. Si enim exiguam mihi misisses epistolam, accepissem plane libenter parvam salutem dicens audiensque.

ε'. Οὐλπίῳ.

Κακοὶ κακῶς ἀπόλοιντο οἵτινές ποτε ἦσαν οἱ τὸν ὑμέτερον οἶκον οὕτω πονήρως διαθέντες. ὅσον γὰρ ἠνιάθην ἐγὼ μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν. ἀλλά μοί τις εὐτυχῶς ὀψέ ποτε παραπέπτωκε παραμυθία, ἧς καλὸν ὑμᾶς κοινωνεῖν. ἐνεθυμήθην δὲ ὡς οὐ παντελῶς ἄχρηστος ἡ συμφορά. νῦν γὰρ βεβαιότερον γνώσεσθε ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ περιφανεῖς ἐσθῆτες τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, ἀβέβαιον δέ τι χρῆμα καὶ οὐχ ἑστηκὸς οὐδὲ τοῦ ἔχοντος ὡς ἀληθῶς, εἴγε τῷ βουλομένῳ διαρπάζειν ἔξεστι· τὰ δὲ μαθήματα καὶ ἡ σοφία τοῖς μὲν ἀνοήτοις καταγέλαστον, βέβαιον δέ τι κτῆμα καὶ πεπηγὸς καὶ ἀνάλωτον καὶ τὸ ὅλον κρεῖττον λῃστείας. τούτου μᾶλλον ἀντέχεσθε, καὶ οὐκέτι πρὸς φυλακὴν δεήσεσθε οὐ τείχους, οὐχ ὅπλων, οὐ φυλαττόντων φάλαγγος.

V. Ulpio.

Mali male pereant, quicunque tandem sunt, qui tanto malo vestram domum affecerunt. Quantum enim dolorem perceperim, verbis, ita me dii ament, non possum exprimere. Sed mihi sero tandem aliqua consolatio oblata est, cuius vos participes facere æquum esse duxi; reputabam enim non ex omni parte inutilem esse calamitatem. Nunc enim liquidius cognoscetis aurum et argentum ac splendidas vestes, quæ summa contentione vulgo expetuntur, infirmam esse rem et minime constantem neque re vera in possidentis potestate, si quidem qui vult diripere ac distrahere potest; doctrinas vero et sapientiam, quæ ab imperitis deridentur ac contemnuntur, stabile esse bonum et fixum atque inconsumptum, atque omnino firmius ac præstantius, quam ut a latronibus eripi possit. In hoc magis incumbite, neque amplius ad custodiam vobis opus erit, aut mœnibus, aut armis, aut custodum acie.

ς'. Πάμπῳ γραμματικῷ.

Ἀφείλετό μου τῆς ἐπιστολῆς τὴν ἡδονὴν τῆς λῃστείας ἡ λύπη, δι' ἣν οὐχ ἧττον ἠνιάθην ἐγὼ ἢ εἴπερ αὐτὸς ἐτύγχανον πεπονθώς. καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος· εἰ γὰρ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, κοινὴ δήπου καὶ ἡ τούτων ἀφαίρεσις. ἀλλὰ τί ταῦτα συνάχθομαι; πάντως ὁ τοῦ κέρδους κρείττων καὶ ζημίας ἐγκρατής. ἐντεῦθεν ἡμῖν ἡ παραμυθία. εἰ δ' ὀρθῶς γιγνώσκω βουλοίμην παρὰ σοῦ μανθάνειν.

VI. Pampo grammatico.

Ademit epistolæ voluptatem dolor latrocinio acceptus, quod non minorem mihi attulit perturbationem, quam si ego ipse damnum accepissem. Neque est incredibile. Nam si amicorum bona sunt communia, communis etiam horum scilicet est ereptio. Sed quid hæc doleo? certe qui est omni lucro superior, nec damno obnoxius est. Hinc nobis solatium. An vero recte sentiam, abs te cupio discere.

ζ'. Διοδώρῳ σχολαστικῷ.

Διήλλαξεν ἡμᾶς ὁ καλὸς Ἡρόδοτος ἅτε μουσικὸς τυγχάνων. ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα καὶ Θάμυριν ἐκεῖνον ἡ τοῦ ἀνδρὸς μουσική. νῦν γοῦν ἔγνωμεν ἀλλήλους ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ πρότερον πολεμοῦντες, καὶ εἰρήνη συχνή. ἀλλὰ κρατῆρα στήσαντες οἷον ἐν εἰρήνῃ

VII. Diodoro scholastico.

Reduxit nos in gratiam præclarus Herodotus quippe musicæ scientiæ peritus. Supra Orpheum et Thamyrin illum est hominis musica. Nunc igitur nos invicem agnovimus, antea quasi nocturno prœlio confligentes, et pax abunde est, sed craterem statuentes ut in pace liba-

σπονδὰς ποιησώμεθα θεῶν μὲν Ἑρμῇ, ἀνθρώπων δὲ Ἡροδότῳ, οἳ τὴν στάσιν ἡμῖν μόλις διέλυσαν. τούτοις ἄγοντες τὴν ἑορτὴν τὴν μὲν κωμῳδίαν, ἣ ἀναιδῶς περιτρέχουσα ἐκλαλεῖ τὰ τῶν φιλτάτων, αὐτῇ σκευῇ τῶν ἐπιστολῶν ἐξελάσομεν, εἰσκαλεσάμενοι δ' πᾶσαν φιλίαν δορυφορεῖ, τὴν πειθώ, τὴν χάριν, τὴν ἡδονήν, τὸν κρότον, τὸν ἔπαινον. τούτοις καθίσωμεν σεμνότερον θέατρον, ἀπειπόντες κωμῳδίᾳ μηδὲν ἐνοχλεῖν.

mina faciamus ex diis Mercurio, ex hominibus Herodoto, qui controversiam inter nos vix tandem composuerunt. His festum agentes comœdiam, quæ impudenter circumiens effutit res amicissimorum, ipso cum apparatu suo ex epistolis eiciamus, introducentes quæ omnem amicitiam stipant ac custodiunt, persuasionem, gratiam, voluptatem, plausum, laudem. His gravius et honestius theatrum constituamus, renuntiantes comœdiæ ne molesta sit.

η'. Ζωσίμῳ πρωτεύοντι.

Ὅτι πλέων διεσώθης εὖ οἶδα· οὐ γὰρ κατὰ λῃστείαν τῆς νηὸς ἐπέβης οἷον οἱ δυνατώτατοι τῶν παλαιῶν, οὐδ' αὖ κατ' ἐμπορίαν οἷον οἱ πολλοὶ τῶν νῦν θνητῶν, ἀλλὰ πόθῳ φιλτάτων ἀνδρῶν τε καὶ τόπων, ὥστε σοι τὸν Φίλιον μὴ οὐχὶ συμπλεῖν λέγειν οὐ θέμις. ἀλλά σοι γένοιτο καὶ ἡ πόλις εὐμενὴς μετὰ τὴν θάλατταν, καὶ τυχὼν τοῦ ἔρωτος παρὰ φίλων πρὸς φίλους ἐπανήκοις.

VIII. Zosimo principi.

Quod e navigatione salvus evaseris, probe scio. Non enim constituendi latrocinii causa navem conscendisti, quemadmodum apud veteres qui potentia valebant præ ceteris, neque vero negotiandi, quemadmodum hoc nostro sæculo plurimi mortales, sed desiderio amicissimorum hominum ac locorum, ut Iovem amicitiæ præsidem non tibi inter navigandum adfuisse, dicere nefas sit. Sed precor, ut etiam civitas tibi post mare propitia sit, et amore munitus ab amicis ad amicos revertare.

θ'. Σωπάτρῳ σοφιστῇ.

Ἐπήνεσα τοῦ καλοῦ Κωνσταντίνου τὸν τρόπον, τὴν τύχην μεμψάμενος· ἔδει γάρ, εἰ μακάριος ἦν, μιᾶς ἀπολαύειν πόλεως τῆς πατρίδος. νῦν δέ (οὐ γὰρ ἐδόκει τῇ τύχῃ) πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, πλανᾶται δὲ κατὰ ζήτησιν βίου, καὶ τὴν ἀπορίαν ἀποσεμνύνειν ἀναγκάζεται, ποιητικὴν ἐπαγγελλόμενος οὐκ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀλλ' ἐξ Ἰταλίας πεποιημένην. ψοφεῖ γοῦν βαρύ τι καὶ ὑπέρογκον. μετὰ ταύτης προσελθὼν ἐδεῖτό μου συμμαχεῖν, ἐγὼ δὲ σοῦ. πάντως δὲ καὶ σὺ διασώσεις πρὸς ἕτερον.

IX. Sopatro sophistæ.

Laudavi præclari Constantini mores, fortunam reprehendi. Oportebat enim, si beatus esset, una civitate patria frui. Nunc autem (aliter enim visum est fortunæ) multorum hominum urbes lustravit. Oberrat autem parandi victus causa et egestatem cohonestare cogitur, poeticam artem professus non e Græcia sed ex Italia profectam. Strepit igitur graviter et ultra dignitatem. Cum hac accedens rogabat me ut sibi auxilio essem, ego rursum te. Non dubium est mihi, quin tu quoque salvum sis ad alium perducturus.

ι'. Ζωσίμῳ σοφιστῇ.

Εἰ μὲν νέος ἦν ὁ χρηστὸς Παῦλος, ποιητὴς δέ, τιμῆς ἄξιος ἦν· νῦν δὲ ποιητὴς καὶ γέρων, ἀμφότερα δὲ ταῦτα τοὺς θεραπεύειν εἰδότας ἐπιζητεῖ. τούτων ἐθέλεις εἶναι καὶ πρῶτος καλῶς γε ποιῶν. ἔχεις οὖν ὃν εὖ ποιήσεις.

X. Zosimo sophistæ.

Si iuvenis esset optimus Paulus et poeta, honore dignus esset. Nunc et poeta est et provectus ætate. Hæc ambo requirunt qui se colere sciant. In horum societate cupis esse vel primus et merito quidem. Habes igitur, de quo bene merearis.

ια'. Μαρινιανῷ ἀπὸ ὑπάτων.

Τῶν ἐμῶν γυμνασίων ὁ καλὸς Πόντων φιλοπονίᾳ τοὺς ἄλλους παραδραμών (μέγα δὲ τοῦτο συμβάλλεται πρὸς μαθημάτων συλλογήν) ἀμέλει ῥητορικῆς ἔγνω παλαίσματα, καὶ νόμων προσέθηκε ποικιλίαν καὶ οὔπω τῶν πόνων ἐμπίπλαται, ἀπῆρε δὲ πρὸς ὑμᾶς ὥσπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς εἰς Ὀλυμπίαν ἀποδημῶν, ἤδη μὲν εἰς ἀγῶνα παρεσκευασμένος καλῶς. εἰ δὲ ὑμεῖς ἐμπνεύσετε, ὀλυμπιονίκην εἶναι τὸν νέον μαντεύομαι. γένοιτο δὲ ὑμᾶς λαμπρῶς ἀγωνοθετεῖν καὶ ἆθλα τιθέναι οὐ πυγμῆς καὶ πάλης ἀλλὰ λόγων καὶ σωφροσύνης. προσφθέγγομαι τὸν ἐνδοξότατον Βίκτορα καὶ τὸν περίβλεπτον Στέφανον καὶ τὸν χαριέστατον Ἰωάννην καὶ τοὺς ὑμετέρους οἰκείους καὶ ἐμοὺς ἑταίρους.

XI. Mariniano a consulibus.

In exercitiis, quæ sunt apud me, egregius Ponto, cum studio ac labore ceteros præteriisset (multum autem hoc ad disciplinarum comprehensionem prodest), deinceps rhetorices imbibit exercitamenta et legum adiecit varietatem, neque adhuc unquam laboribus impletur. Profectus est autem ad vos tanquam bonus pugil ad Olympia contendens, iam ad certamen ineundum bene paratus et instructus. Quod si vos inspiraveritis, equidem Olympionicen fore juvenem vaticinor. Liceat autem vobis splendide ludos instituere ac præmia ponere non cæstuum ac luctæ, sed orationis ac sapientiæ. Saluto nobilissimum Victorem et inclitum Stephanum, item gratiosissimum Ioannem et vestros familiares meosque sodales.

ιβ'. Ἐπιφανίῳ σοφιστῇ.

Τοῖς μὲν ἄλλοις ἐρασταῖς καὶ ὑπόδημα τοῦ ἐρωμένου φανὲν ἱκανὸν παραμυθεῖσθαι τὸν ἔρωτα, σὺ δὲ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος εἰκόνας ἐπιζητεῖς. οἱ μὲν οὖν λόγοι τὴν διάνοιαν σαφῶς ἑρμηνεύοντες αὐτὴν ἀτεχνῶς ὑπογράφουσι τὴν ψυχήν. ἐπ' αὐτὸ γοῦν τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἀπῆραν· ἐμοὶ δὲ ἦν δεδογμένον μηκέτι τοῦ εἰδώλου τὸ εἴδωλον ἐγκαταγράφειν. ἀλλ' ὅμως αἰσχυνθεὶς τὸν ὑμέτερον ἔρωτα, προσκαλεσάμενος τὸν τὰ ζῷα γράφοντα καὶ ἐναντίον καθήμενος, ἀτρεμίζοντι τῷ προσώπῳ σεμνῶς πάνυ σιγῶν καὶ ἐμαυτὸν περιστέλλων ἀφῆκα τὴν τέχνην τῇ φύσει συνάπτεσθαι. καὶ τοὐμὸν εἶδος ἀναρπάσασα ἡ τοῦ ζωγράφου δεξιὰ τοῖς χρώμασιν ἐγκατατίθεται φέρουσα, καὶ νῦν ἐστι παρὰ σοί, ὡς ἐξεῖναι καὶ διαλέγεσθαι καὶ ὁρᾶν καὶ τῶν ἐμοὶ παρόντων μηδὲν ἔλαττον ἔχειν. διακονεῖ δὲ ἡμῖν ὁ καλὸς Εὐθύμιος, καὶ ὑπὲρ τούτου θάλατταν ἡδέως ὑπομένει, ὃ τοῖς ἀντερασταῖς χαλεπὸν εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ θεραπείᾳ τοὺς πόνους αὐτῷ συγκαλύψομεν.

XII. Epiphanio sophistæ.

Reliquis amatoribus si vel calceum amati videre liceat, satis est ad dandam amori consolationem : tu vero et animi et corporis imagines requiris. Sermones igitur mentem perspicue explicantes ipsum animum aperte describunt et quasi videndum subiciunt. Huius igitur ipsius rei causa ad vos profecti sunt. Ego vero certum constitutumque habebam non amplius imaginis imaginem inscribere. Sed tamen amore vestro ac reverentia motus, accersito eo, qui pingit animantes et exadversum sedens quieto vultu plane serio tacens et me ipsum componens permisi ut artem naturæ conjungeret. Atque meam formam arreptam pictoris dextera coloribus format, et nunc est apud te, ut possis et colloqui et videre neque minus habere iis, qui mecum vivunt. Inservit nobis optimus Euthymius et eius caussa lubenter et cum voluptate mare tolerat, quod rivalibus arduum esse videtur. Sed observatione et cura labores ei mitigantes quasi occultabimus.

ιγ'. Ἐγκρατίῳ.

Χθὲς παιδαγωγὸς ἦν ὁ σήμερον ὑπὸ παιδὸς ἀγόμενος, καὶ σεμνὸς ἐδόκει τοῖς νέοις ὁ νῦν ἐλεεινὸς οὕτω φαινόμενος. τοιοῦτον ἡ τύχη. τί οὖν; ἡμεῖς συναχθόμεθα μέν, οὐ βοηθοῦμεν δέ; μὴ σύ γε. εἰ στρατιώτης ἦν, εἶτ' ἐξαίφνης αὐτοῦ τὴν δεξιάν, δι' ἧς ἠρίστευσεν, ἡ τύχη παρείλετο, ἆρ' οὐκ οἴει τοὺς μαχομένους τῶν στρατιωτῶν τῶν λαφύρων αὐτῷ εἰς ἔρανον φέρειν τὸ μέρος; μὴ τοίνυν ἡμεῖς οἷς ἀπὸ τῶν λόγων ὁ βίος, τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ζώντων φαυλότεροι πρὸς φιλίαν ὀφθείημεν.

XIII. Encratio.

Heri pædagogus erat qui a pueris hodie ducitur, et magna auctoritate erat apud pueros qui nunc adeo miserabilis apparet. Eiusmodi res est fortuna. Quid igitur? nos miseremur, at auxilium opemque non afferimus? Noli tu. Si cuipiam, qui militiam sequitur, repente dextram, qua se strenuum præbuerat, eripuisset fortuna, an non censes pugnantes milites de spoliis ei partem ad lucrum esse tributuros? Ne igitur nos, quibus victus ex disciplinis et artibus est, deteriores ad amicitiam videamur quam qui in armis vitam degunt.

ιδ'. Ἰωάννῃ πρεσβυτέρῳ.

Τὰ λάχανα νῦν μᾶλλον εἶδον ἡδέως ἢ πάλαι τὸν ἐκ μέλιτος καὶ ἀμυγδάλων συμπλακέντα κύκλον. τότε μὲν γὰρ ἡ κατὰ τοῦ παιδὸς διαβολὴ ἀφῃρεῖτο τοῦ μέλιτος τὴν ἡδονήν, νῦν δὲ ἡ τοῦ τρόπου πρᾳότης χρυσᾶ μοι δοκεῖν ἐποίει τὰ λάχανα. ἡδὺ γὰρ πατὴρ οὐκ ἐκ διαβολῆς ὠργισμένος ἀλλ' ἐπ' ἀρετὴν εὐνοίας εἶναι παρακαλῶν καὶ ἐγείρων εἰς προθυμίαν αὐτῷ τὸν διδάσκαλον.

XIV. Joanni presbytero.

Leguminibus nunc magis delectatus sum quam olim orbe ex melle et amygdalis conflato. Tum enim pueri calumnia mellis dulcedinem auferebat, nunc morum lenitas effecit, ut aurea mihi videantur legumina. Suavis enim est pater, qui non ex calumnia irascitur, sed qui ad virtutem excitat atque id agit, ut præceptor prompto sit animo et alacri.

ιε'. Στεφάνῳ πρεσβυτέρῳ.

Οὐ νῦν πρῶτον ἀλλά σοι πάλαι διελέχθην. ἦν δὲ ἡμῖν ὁ λόγος παρὰ τῷ Νείλῳ, οὗ παρὰ τὰς ὄχθας τότε ταῖς Μούσαις συνεπαίζομεν· ἐκεκόμψευτο δὲ καὶ γελᾶν ἐδόκει σπουδάζων ὁ λόγος. κάλλους ἦν ἀγών, κριταὶ δ' ἦσαν οἱ Ἕλληνες, ἀγωνισταὶ δὲ Νιρεύς, ὃς κάλλιστος γένετ' ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, καὶ Θερσίτης, ὃς αἴσχιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. καὶ τὸ χαριέστατον, τὸ πλέον ἔχειν ὁ Θερσίτης ἠξίου, καὶ παρέσχεν αὐτῷ τὸ ἆθλον ὁ λόγος, καὶ οὐδὲν ἐκώλυσεν ἡ τοῦ Ὁμήρου κωμῳδία μέρος ἕκαστον τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ πάθους

XV. Stephano presbytero.

Non iam primum sed olim tecum locutus sum. Erat autem nobis sermo apud Nilum, ad cuius ripas tum Musis colludebamus. Iocabatur autem et ridere videbatur seria oratio. De pulchritudine certamen erat. Iudicium dabatur Græcis. Certabant vero Nireus, qui formosissimus fuit omnium hominum super terram, et Thersites, qui turpissimus omnium sub Ilium venit, et, quod iucundissimum erat, Thersites palmam volebat auferre, et præbuit ei præmium oratio neque quicquam impedimentum fuit Homeri comœdia, quamlibet corporis

ὀνομάζουσα καὶ μέχρι τριχὸς γελῶσα τὸν ἄνθρωπον. τὰ μὲν οὖν τότε συνέπαιζες τοῖς ἀκροαταῖς, νῦν δέ σε σπουδάζειν ἀκούω καὶ τοῖς ἱεροῖς τὸ καλὸν δόγμα κηρύττειν καὶ λόγῳ μεταρρυθμίζειν τῶν πολιτῶν τὸν τρόπον. καὶ νῦν ὁ οἰκοδόμος καὶ τέκτων ἔχουσί τι περὶ τῶν θείων εἰπεῖν, καὶ περὶ ἀρετῆς μεταξὺ τῆς ἐργασίας διαλέγονται οἱ πρὸ τῶν σῶν λόγων λίθους καὶ ξύλα λαλοῦντες. ἀλλὰ πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο Εὐστρατίῳ τῷ καλῷ ὅτι πολλὰς πόλεις διαδραμὼν τοῦ σοῦ ὀνόματος πάσας ἐνέπλησε· μηδεὶς γὰρ ἀγαθὸς λανθανέτω. οὗτος καὶ ταύτην ἀνέπεισε τὴν ἐπιστολὴν ὡς ὑμᾶς ἰέναι, ἐλπίδι μετεωρίσας καὶ μείζον' ὑποσχόμενος, χρύσεα χαλκείων, ἀντὶ τῆς ἡμετέρας τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν. ἀλλὰ μὴ καλῆς ἐλπίδος διαμάρτοιμεν.

partem ab incommodo ac perversitate nominans, et usque ad capillos hominum deridens. Tunc igitur iocabare cum auditoribus. Nunc autem audio te serio rem agere atque sacris præclarum dogma prædicare et oratione civium mores transmutare. Et nunc ædificator atque faber possunt de divinis verba facere et de virtute inter opus faciundum disserunt, quibus ante tuas orationes lapides ac ligna erant in ore. Sed bene sit optimo Eustratio, qui multis urbibus peragratis tuo nomine omnes implevit. Nemo enim bonus lateat. Hic etiam persuasit, ut hanc epistolam ad vos mitterem, in spem adducens et maiora promittens, aurea pro æneis, pro nostra vestram epistolam. Sed tu operam dato, ne pulcherrima spes nos fallat.

ιϛ'. Σαραπίωνι.

Τὸ παρ' ὑμῖν ἀκήκοα δρᾶμα, καὶ αὐτὴν ἐδάκρυσα τὴν γῆν, εἰ ἐκ τῶν ἱερέων ὁ πόλεμος ἄρχεται, παρ' οἷς εἰρήνη τὸ κήρυγμα. εἰ γὰρ ὅθεν ἔδει σεσῶσθαι, ἐντεῦθεν ἀπολλύμεθα, τίς πόρος σωτηρίας ἡμῖν καταλείπεται; ταῦτα μὲν οὖν εἴποι τις ἂν οἶμαι θρηνῶν, ἐγὼ δὲ συνάχθομαι καὶ συνήδομαι· ἀνιαρὸν μὲν γὰρ τῶν κινδύνων ἡ πεῖρα, ἀκριβεστάτη δὲ μεγαλοψυχίας βάσανος ἡ ἐν τοῖς κινδύνοις εὐψυχία. ποία γὰρ ἀρετῆς κτῆσις, ἧς ἀγὼν μὴ προηγήσατο; εἰ μὴ καὶ στρατηγὸν φαίης ἄριστον τὸν μηδεπώποτε κατιδόντα πολέμιον. φέρειν δὲ δεῖ καὶ μὴ ἀθυμεῖν· ἐκ πολέμου γὰρ ἡμῖν εἰρήνη βεβαιοῦται· εἰ δὲ μή, τὸν πόλεμον διενέγκοιμεν. ἀλλ' οἷα δρᾶτε τοὺς φίλους. ἐγὼ τῆς ῥητορικῆς ἐρᾶν πρὸς ὑμᾶς ὡμολόγουν, ἐλπίσας παρ' ὑμῶν εὑρήσειν τὸ φάρμακον, ἀλλὰ τοὐναντίον γέγονεν· ηὐξήσατε γὰρ μᾶλλον ἢ διελύσατε τὸν ἔρωτα, θέατρον τῇ ἐπιστολῇ συλλέγοντες καὶ κρότον διεγείροντες. πῶς οὖν ἄν τις ἀτιμάσειε τὸ παρ' ὑμῶ ἐπαινούμενον;

XVI. Sarapioni.

Drama, quod apud vos contigit, audivi, et ipsam terram luxi, si a sacerdotibus bellum initium ducit, apud quos pax prædicatur. Si enim unde salus proficisci debeat, hinc pernicies ac perditio existit, quænam ratio salutis nobis reliqua est? Hæc igitur nemo, ut opinor, sine lacrimis dicere possit. Ego vero simul doleo et una gaudeo. Tristis est enim periculorum experientia, at exquisitissima magnanimitatis probatio, bonum animum in periculis gerere. Qualis enim virtutis possessio, quam certamen non præcesserit? nisi etiam ducem strenuum ac præstantem dicas, qui nunquam in hostium conspectum venit. Ferendum est autem, neque animus est abiciendus. Ex bello enim pax nobis confirmatur et vires colligit. Sin minus, porro ferendum est bellum. Ego me rhetoricam amare professus sum apud vos, spem habens me impetraturum a vobis remedium, sed contrarium evenit. Auxistis enim magis quam exstinxistis amorem, theatrum epistola colligentes et plausum excitantes. Quomodo igitur possim hoc non in pretio habere, quod a vobis laudibus afficitur?

ιζ'. Διονυσίῳ σοφιστῇ.

Πάλαι μὲν τὸ Πήλιον κοινὸν διδασκαλεῖον τῶν ἡρώων ἐδόκει, νυνὶ δὲ ἡ ὑμετέρα καὶ τῶν Μουσῶν πόλις. καὶ ἐπίστευσαν οἱ πατέρες τοὺς υἱεῖς αὐτοῖς ὡς ὑμᾶς φοιτῶντας ἢ λόγους μανθάνειν ἢ λόγους εἰδέναι δοκεῖν. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· ἡ γὰρ πόλις ἀρχαία καὶ παλαιᾶς μυθολογίας γέμουσα, περὶ ἧς ᾄδεται ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ καὶ ὅτι Καλλιόπη θαυμάζουσα τὴν πόλιν ὑμῖν παρακάθηται τὸν Ἑλικῶνα παραθέουσα καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτῇ πείθει συνοικεῖν. ὁ δὲ Ἑρμῆς πάντως οὐκ ἀνέξεται μὴ οὐ συμπαίζειν ταῖς ἀδελφαῖς, ἀλλὰ καὶ Ἀπόλλων μουσικὸς ὢν θεὸς ταύτης ἐρᾷ μᾶλλον ἢ τοῦ Παρνασσοῦ. οὐ γὰρ παραπλήσιον αὐτῷ δοκεῖ μάχαιρα Δελφῶν καὶ τὸ κάλλος τῶν παιδικῶν οὐδὲ πέτρα Δελφῶν καὶ τῆς δάφνης τὸ ἄλσος, ἔνθα καὶ τὸ ὕδωρ ἐπαισθάνεται τοῦ θεοῦ καί τι μουσικὸν ὑπηχεῖν λέγεται. τὸ δὲ κάλλιστον, ὁ Διόνυσος διδά-

XVII. Dionysio sophistæ.

Olim Pelium communis docendorum heroum ludus videbatur, nunc vestra et Musarum civitas. Et crediderunt parentes filios suos, qui ad vos accederent, aut artes liberales ac disciplinas discere aut tenere iam videri. Neque mirum. Urbs enim antiqua et veteris doctrinæ plena, de qua cum alia multa et egregia celebrantur, tum Calliopen admiratam civitatem apud vos consedisse et Helicone relicto et sorores ut secum habitarent persuasisse. Mercurius autem facere omnino non potuit, quin cum sororibus colluderet. Sed et Apollo, qui musicus deus est, plus hanc amat quam Parnassum. Non enim ei simile videtur gladius Delphorum et amasiorum formositas, neque Delphorum rupes et lauro consitus lucus, ubi etiam aqua deum sentit et musicum quiddam sonare dicitur. Quod vero pulcherrimum est,

σκων ὡς ἀληθῶς τὰς τῶν θεῶν τελετάς. ταῦτα διεγείρει πρεσβύτας, ταῦτα συγκαλεῖ νέους, διὰ ταῦτα καλὴν ἐλπίζω τὴν εὐπορίαν γενέσθαι τῷ νέῳ, ἄλλως τε καὶ ὅτι προτετελεσμένος καὶ τῶν παρ' ἡμῖν καλῶν ἐν παρασκευῇ γενόμενος ἀπῆρεν, ὡς Ἀθήνησιν οἱ τὰ μικρὰ μυστήρια προτελούμενοι τῶν μεγάλων. δέχου τοίνυν εὐμενῶς τὸν νεανίσκον, δοκιμάζων αὐτοῦ τὴν φύσιν ἐκ τῆς νῦν ἐπιθυμίας, δι' ἣν καὶ θάλατταν πλεῖ καὶ πολλὴν ἤπειρον ἐλαύνει οὐ μάλα ἐρρωμένῳ τῷ σώματι. ἐχέτω δέ τι καὶ μεῖζον διὰ τὴν ἐπιστολήν. δεῖ γὰρ ταύτην θαρρεῖν μηδαμῶς τε ἐρυθριᾶν νῦν πρῶτον ὡς ὑμᾶς φοιτῶσαν, ἐρωτικῶς τε προσίεσθαι καί τι πρὸς αὐτὴν ἡδέως λαλεῖν. οὕτω πολλάκις ὡς ὑμᾶς οι.

ιη'. Θεοδώρῳ σοφιστῇ.

Ἔστω Σμυρναῖος Ὅμηρος. Ἀριστείδης κοινωνείτω τῆς φιλοτιμίας. ὁ ἐμὸς ῥήτωρ Θεόδωρος. πάντως ἐμὸν καὶ τοῦτο, εἴγε τὰ τῶν παίδων καλὰ τοῦ πατρὸς εἶναι νομίζεται. ἀλλ' εὖγε τῆς ὑμετέρας εὐφωνίας, δι' ἣν τῶν Ἀθηναίων οἱ παῖδες οὐ παρὰ τῶν πατέρων παρὰ δὲ τῶν Σύρων ἀττικίζειν ἀξιοῦσι μανθάνειν. οὐκέτι γοῦν εἰς τὸν Πειραιᾶ καταίρουσιν οἱ τῆς ἀκαδημείας ἐρῶντες, οὐδὲ φοιτῶσι παρὰ τὸ Λύκειον, παρ' ἡμῖν τὴν ἀκαδήμειαν καὶ τὸ Λύκειον εἶναι νομίζοντες. ἐγὼ γοῦν ἱκανὰς ἔχω παρ' ὑμῶν τὰς ἀμοιβάς, εἰ κἀμὲ πρόγονον δι' ὑμᾶς ᾄσουσιν Ἴωνες καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὰς εἰκόνας καθαρῶς θεωροῦντες ἤδη καὶ τοῦ σώματος τὸ εἶδος ὑπογράψουσιν. ἡ δὲ παρ' ὑμῶν στολὴ ἐμοὶ μὲν λαμπρότερον ἀποφαίνει τὸ σχῆμα, σοὶ δὲ καλλίω τὴν φήμην ἐργάζεται.

ιθ'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Ἐμὸς Προκόπιος. γενέσθω δὲ σὸς Ἐλπιδίου παῖς, ὃν ἠβουλόμην ἔτι ζῆν, δι' ὃν ἤκμασε παρ' ἡμῖν ἰατρική. ἀλλὰ γὰρ χαλεπὸν περὶ τοὺς λόγους φιλοπονεῖν καὶ τὸ σῶμα καλὸν διασώζειν. οἷα γοῦν πέπονθα ἐγὼ μὲν ὑπέγραφον, ὑμεῖς δὲ ὥσπερ θεαταὶ τοῦ πάθους γεγόνατε. ἀλλὰ τί δράσω; βαρεῖαι μὲν αἱ τῶν νεφρῶν ὀδύναι καὶ ὀξεῖαι, ὑμεῖς δὲ βραδεῖς ὡς ἔοικε χάριν διδόναι. ἢ πόσον χρόνον ἐπιστέλλομεν; τῷ δὲ κάμνοντι καὶ ἡμέρα μία πολλῶν ἐτῶν περίοδος. ἢ οὐ φιλοσοφοῦντι τὸ πάθος βαρύτατον; οὐχ ἡ τέχνη παρὰ σοί, οὐχ ἕτοιμος ἡ τοῦ φαρμάκου κατασκευή; τί οὖν ἐμποδών, πλὴν εἰ μὴ τῆς εὐνοίας ἐπιλέλησαι, εἴγε ἄμεινον ἀγνοίας μᾶλλον ἢ κακίας κρίνεσθαι; χαλεπαίνει γοῦν ὁ δικαστὴς οὐ πρὸς ἀγνοοῦντα ἀλλὰ πρὸς ἐθελοκακοῦντα. ἀλλ' ὡς τῆς τῶν φιλτάτων προδοσίας. ἔτι μὲν ἡ νόσος παρ' ἐμοί, ἔτι δὲ τὸ φάρμακον παρὰ σοί, ἀλλὰ μεταξὺ λόγου τῷ πάθει πληττόμενον.

κ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὁ καλὸς Νεμεσίων ἀπὸ τῆς τῶν νόμων ἐπιστήμης

Bacchus docens revera deorum ceremonias ac mysteria. Hæc comparata sunt ad excitandos senes, ad convocandos iuvenes. Ob hæc in spem venio optimam iuveni copiam fore, præsertim quod prius initiatus et nostris muneribus instructus profectus est, quemadmodum Athenis qui parvis mysteriis ante magna initiantur. Recipe igitur benigne iuvenem et eius ingenium ex præsenti cupiditate perspectum habe, ob quam et mare navigat et per magnam Epiri partem iter facit non admodum valenti corpore. Tribuatur ei etiam propter epistolam aliquanto magis. Hanc enim audacem esse oportet neque ulla ratione pudore affici, nunc primum ad vos euntem; velim autem eam amantissime excipi et blandis verbis salutari. Sic ad vos commeabit sæpius.

XVIII. Theodoro sophistæ.

Sit Smyrnensis Homerus. Aristides veniat in societatem honoris: meus rhetor Theodorus. Plane meum est etiam hoc, si quidem liberorum bona patris esse iudicantur. Sed euge nostram vestræ orationis concinnitatem, propter quam Atheniensium liberi non a patribus verum a Syris Atticam linguam cupiunt perdiscere. Non amplius igitur in Piræeum appellunt, amantes Academiæ, neque Lyceum frequentant, apud nos Academiam et Lyceum arbitrantes esse. Mihi igitur satis a vobis redditum est gratiæ, si etiam patrem me Iones propter vos celebrabunt, et animi mei simulacra dilucide cernentes, iam etiam corporis formam describunt et effingunt. Stola vero a vobis profecta mihi splendidiorem gravioremque figuram addit, tibi illustriorem clarioremque famam efficit.

XIX. Gessio iatrosophistæ.

Meus Procopius. Sit autem tuus Elpidii filius, quem velim adhuc in vita permanere, propter quem viguit apud nos medendi scientia. Etenim difficile est disciplinis studium operamque navare et corpus integrum conservare. Quæ igitur passus sum, ego quidem depinxi, vos autem quasi spectatores incommodi et calamitatis vos præbuistis. Sed quid faciam? Graves enim sunt renum dolores et molesti, vos autem tardi, ut apparet, ad dandum beneficium. Diu est quod scribo. Ægrotanti vero dies unus etiam annorum est circuitus. An non philosophanti morbus gravissimus? Non ars apud te, non instructa est medicamentorum apparatio? Quid igitur obstat, nisi quod amicitiæ ac benevolentiæ oblitus es? Melius est enim imprudentiæ quam malitiæ adscribere. Succenset certe iudex, non qui per imprudentiam, sed qui ultro ac sua voluntate scelus patravit. Sed quasi amicissimorum proditio sit, morbus adhuc est mecum, remedium vero tecum: sed inter loquendum morbo percellor.

XX. Eidem.

Præclarus Nemesio, ob legum peritiam laudatus, ma-

ἐπαινούμενος ἀπὸ τοῦ τρόπου μᾶλλον ἔτι θαυμάζεται. τί τούτου κάλλιστον σημεῖον; φίλους οἶδε θηρεύειν, καὶ εὖ πράττουσι μὲν συνήδεται, πεπονθόσι δὲ οἷάπερ οὐκ ἔδει συνάχθεται. βουλοίμην μὲν καὶ σὲ πρὸς τῇ ἄλλῃ φιλοσοφίᾳ καὶ τοῦτο μελετᾶν· μελετήσεις δὲ τῶν ἀπόντων φίλων ἢ τῶν παρόντων μεμνημένος. ἕως μὲν γὰρ ἂν τὰ πάθη λανθάνῃ, καὶ τὰ φάρμακα ἐν μέσῳ κείμενα λανθάνει, καὶ ἀκμάζει περὶ τὴν θεραπείαν ἡ πλάνη· ἡ δὲ τοῦ πάθους διάγνωσις οἷον φῶς ἐξέλαμψε τῇ τέχνῃ, καὶ διανοίγει τὴν τῶν φαρμάκων περιουσίαν, καὶ οὐκέτ' ἀμφίβολον τὴν θεραπείαν συνεισφέρει. ὑπεγράψαμεν τὸ πάθος, εἴ τί που μέμνησαι, ὡς συχνὴ προηγήσατο κίνησις, ὡς πολλὴ συνηκολούθησεν ἀντὶ τῆς περιττῆς ὑγρότητος ἡ τοῦ αἵματος ῥύσις, ὡς ἡσυχία καὶ δίαιτα τὸ πάθος συνεσκίαζε. καὶ πάλιν κίνησις καὶ πάλιν αἵματος ῥύσις, καὶ αὖθις ἡσυχία καὶ δίαιτα, καὶ ὡς οὐκέτι τὸ πάθος συνεκρύπτετο, ἀλλὰ στύψις ἐπέκειτο τὸ μὲν πρῶτον μετρία, εἶτ' οὐκ ἀγεννής, τελευτῶσα δ' ἀφόρητος, αἰκιζομένη καὶ ἔνδοθεν ὑβρίζουσα καὶ ὅλως τὸν ὀμφαλὸν σπαράττουσα. τί γὰρ ἄν τις πρὸς ὑμᾶς ἀποκρύπτοιτο, ἃ δημοσιεύειν ἡ φύσις οὐκ αἰσχύνεται; μᾶλλον ἓν ἔτι καταλείπεται φάρμακον τῷ πάθει μονομαχεῖν, πλὴν εἰ μὴ ὑμεῖς ὑπὸ σοφίας ἕτερον ἐξεύροιτε, ὁ διὰ τῆς πόας συμπεπλεγμένος κύκλος ἣν φυσαλλίδα μάλα σεμνῶς ὀνομάζουσι τῶν ἰατρῶν οἱ παῖδες. τουτὶ γὰρ μόνον ἱκανὸν τὰς τοῦ νοσήματος ἐνέδρας καὶ λόχους ἀμύνεσθαι.

iorem de suis moribus admirationem omnibus præbet. Quodnam huius evidentissimum signum? amicos venari novit et secundis eorum rebus lætatur; cum autem secus quam oportebat aliquid accidit, dolet. Velim te præter reliquam philosophiam hoc etiam studere. Studebis autem si absentium et præsentium amicorum memoriam æque tenueris. Donec enim morbi latent, etiam remedia in medio posita latent, et dominatur in curatione error. Morbi vero cognitio quasi lumen quoddam arte refulget et aperit remediorum copiam, neque dubiam amplius et ancipitem curationem affert. Descripsimus morbum, si quid meministi, quod creber antecesserit motus, quod copiosus insecutus sit pro superflua humiditate sanguinis fluxus, quod somnus et cibus morbum allevarint. Et iterum motus iterumque sanguinis fluxus, et rursum quies ac cibus, et quod non amplius recesserit morbus, sed constrictio urserit, primo mediocris, deinde non exigua, postremo intoleranda, verberans intusque premens et umbilicum convellens. Quidnam quis celet apud vos, quæ in publicum efferre natura non pudet? Immo unum adhuc reliquum est remedium cum morbo solitariam pugnam facere, nisi vos pro vestra sapientia aliud quippiam inveneritis : ex herba constans et complexus orbis, quam physallidem graviter admodum nominant medici. Hoc enim solum poterit ægrotationis insidias ac dolos repellere.

κα'. Δωροθέῳ πρεσβυτέρῳ.

Οἱ μὲν πολλοὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀνίπτοις ποσὶν ἐπιπηδῶσι τοῖς ἱεροῖς, καθάπερ ὁ τοῦ Πλάτωνος χαλκεὺς ἐκεῖνος ὁ φαλακρός, ὃς ἔτι καπνοῦ καὶ δυσωδίας ὄζων ἐπανέστη τῇ δεσποίνῃ. σὺ δὲ ἐξ ἱεροῦ διαβαίνεις εἰς ἱερόν, ἐκ φιλοσοφίας εἰς ἱερωσύνην. ὁ δὲ τὴν ἐπιστολὴν κομίζων ἱερῶν ἐστιν ὑπηρέτης. οὐκοῦν σὸς οὗτος. ἐρᾷ δὲ ἡσυχίας, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως μαθὼν ὄρος εἶναι Θεῷ κεχαρισμένον δι' ἐρημίαν εἰς ἡσυχίαν ἐπιτήδειον πρὸς ἐκεῖνο πορεύεται. ἀλλ' ἡ ἐμποδὼν ἀπορία καὶ τῆς ἀπορίας αἱ μηχαναί, ἃς δύνασαι διαλύειν τοῖς ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἱερεῦσι κελεύων μέχρι τοῦ ὄρους διασώζειν τὸν ἄνθρωπον.

XXI. Dorotheo presbytero.

Vulgus illotis, ut aiunt, pedibus ad sacra accedit, quemadmodum Platonis faber ærarius ille calvus, qui adhuc fumi plenus et graviter redolens ad dominam accessit. Tu vero a sacro ad sacrum transis, a philosophia ad sacerdotium. Qui vero tibi litteras tradit, sacrorum est minister. Igitur hic tuus est. Amat otium et tranquillitatem, ac nescio quomodo cum didicisset montem esse Deo consecratum propter solitudinem otio convenientem, ad illum proficiscitur. Sed obstat egestas et egestatis machinæ, quas poteris reprimere, si mandaveris sacerdotibus qui sunt in media regione, ut ad montem usque hominem alant et conservent.

κβ'. Διοδώρῳ σχολαστικῷ.

Εἰ πόλεμος ἡμᾶς πρὸς ἀλλήλους πολλὰ κελεύει λαλεῖν, εἰρήνη δὲ συχνὴν ἐπάγει τὴν σιωπήν, μόνος οὗτος ὁ πόλεμος εἰρήνης κρείττων ἐστί. τί γὰρ χαριέστερον ἢ θαμὰ παιδικοῖς ἀδολεσχεῖν; λύσωμεν τοίνυν ἢ τὴν εἰρήνην ἢ τὴν σιωπήν. μὴ γὰρ τοὺς φίλους, μὴ γὰρ τοὺς ῥήτορας σιωπῶντας ὁ ἥλιος κατίδοι.

XXII. Diodoro scholastico.

Si bellum nos multa invicem conferre et colloqui iubet, pax autem silentium infert, solum hoc bellum est præstantius pace. Quid enim iucundius quam una jocos ac nugas agere? Solvamus igitur aut pacem aut silentium. Ne enim amicos, ne oratores taciturnos sol adspiciat.

κγ'. Ἐπιφανίῳ σοφιστῇ.

Εἰς κάλλος ζῆν ἢ γράφειν μεμελέτηκεν ᾧ δεδώκαμεν τὴν ἐπιστολήν. δύναται δὲ καὶ εὐδαιμονοῦσαν οἰκίαν τῷ κεκτημένῳ διασώζειν καλῶς. πόσοι γοῦν τοῦ βίου κοινωνὸν ἔχειν ἐβούλοντο, ὁ δὲ τῆς πατρίδος μᾶλλον ἢ περιουσίας ἐρᾷ. πολλὰς δὲ πόλεις καταμαθὼν οἷά τις Ὀδυσσεὺς ὡς ὑμᾶς οἷα πρὸς Ἀλκίνουν ἀφῖκται. καὶ ὁ μὲν ὑμῖν διηγήσεται τὴν πλάνην οἷον ἐκεῖνος ἐκείνῳ, ὑμεῖς δὲ καταλύσαντες τὴν πλάνην οἴκαδε διασώσατε, ὥσπερ ἐκεῖνος ἐκεῖνον. μὴ γὰρ διαμάρτοι τῆς δόξης δι' ἐμοῦ πρὸς ὑμᾶς καταφυγών.

κδ'. Μαρκιανῷ.

Φιλεῖν ἐκέλευες, ἐγὼ δὲ καὶ αἰτεῖν ἄρχομαι. ἠδίκηται γὰρ ᾧ δεδώκαμεν τὴν ἐπιστολήν. κατέβαινεν ἐπὶ φοινίκων ὠνὴν φέρων χρυσίον τὴν τῶν φοινίκων τιμήν· ἀλλ' ὦ τῆς τύχης, οὐδὲ πενίαν ἄνευ κινδύνων ἔστιν ἀμύνεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἤλαυνεν ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ἐποχούμενος, τῶν δὲ φιλίαν ὑποκρινομένων βαρβάρων οἱ ληστρικώτατοι προσπεσόντες παίουσί τε καὶ στρεβλοῦσι καὶ γυμνὸν τὸ ξίφος ἐπανατείναντες ἀποσφάττειν ὅλως ἠπείλουν, τέλος δὲ τὸ χρυσίον λαβόντες ἐκέλευον χάριν εἰδέναι ὅτι τὴν τύχην οὐ τὸν βίον μετήλλαξε. Δίκη δ' ὑπόπτερος οὖσα τῶν ἠδικηκότων ἐνίους συλλαμβάνει. ἤκουσεν ὁ στρατηγός. ἐχαλέπαινε μισῶν ἀεὶ τοὺς κλέπτας μᾶλλον ἢ τοὺς φανερῶς πολεμίους, καὶ μάλα γε εἰκότως· τοὺς μὲν γὰρ ἔστι πόρρωθεν φυλάττεσθαι, οἱ δὲ τοῖς φίλοις ἐξ ἀφανοῦς ἐπιτίθενται. καὶ προσέταττεν ἐπανορθοῦσθαι τοῦ πένητος τὴν ἀπορίαν καὶ ἀναλαμβάνειν ὅσων ἀφῄρηται. ὁ μὲν προσέταττεν ὁ στρατηγός, ὁ δ' ἄπορος ἔτι τὴν πενίαν ὀδύρεται. ἀλλὰ στήσατε τοῖς μὲν τὴν λῃστείαν, τῷ δὲ τὴν ἀπορίαν. προσφθέγγομαι τὸν μεγαλοπρεπέστατον καὶ θεοφιλέστατον στρατηγόν.

κε'. Ἰουλιανῷ ἀρχιτέκτονι.

Τοῦ Ἀλκίνου τὸν κῆπον οἶμαι κεκτῆσθαι διὰ τὴν καλὴν μηχανήν, ἣν σὺ μὲν ἐξεῦρες, ἐποίησε δὲ ὁ τέκτων. ἐγὼ δὲ γράψω τῷ λόγῳ· ἥδιστον γὰρ τὸ θέαμα. δύο μὲν οἱ μέγιστοι κύκλοι σανίσι καὶ γόμφοις συναπτόμενοι, ὥστε ἕνα τοῖς ἔξωθεν θεωμένοις δοκεῖν εἶναι. ἐπὶ δὲ τῷ καταστρώματι πεδίον ἔνδοθεν ἐκτρέχει περὶ τὸν αὐτὸν τόπον μακρόν τινα δρόμον· ὁ δὲ κύκλος συμπαραθεῖ καὶ τοσοῦτον ἀκολουθεῖ, ὅσον τὸ πεδίον βούλεται. ὁ δὲ ἄξων, περὶ ὃν ὁ μέγιστος κύκλος αὐτοῦ μένων στρέφεται, καὶ συγκινεῖ μικρὸν ἕτερον κύκλον τὸν ἐπὶ τῷ φρέατι. ἐπὶ τούτῳ τὰ σχοινία καὶ οἱ χόες ἐπίκεινται κατὰ μέρος συνδεδεμένοι. ἀλλ' ὀξυτάτη μὲν ἡ κίνησις, τοῦ δὲ μικροῦ κύκλου τὸ μέσον στενοχωρία, ὥστε μόνον τὰς ἀπαρχὰς τῆς ἐκροῆς ὑποδέχεσθαι. τὸ δὲ πλέον τοῦ ὕδατος ἐπὶ τὸ φρέαρ ἐκχεόμενον ῥᾳδίως αὖθις καταδυθὲν

XXIII. Epiphanio sophistæ.

Eleganter vivendi et scribendi rationem didicit cui tradidimus hanc epistolam. Potest etiam domum locupletem patrifamilias recte gubernare et custodire. Multi igitur vitæ socium eum adsciscere cupiebant. At ille patriæ magis quam opum desiderio tenetur. Multis urbibus perlustratis et cognitis, tanquam Ulixes quispiam ad vos quasi Alcinoum iter suscepit. Et hic vobis narrabit suam peregrinationem atque errorem quemadmodum ille illi. Vos autem finem imponentes errori domum deducite, quemadmodum illum ille. Ne enim fallat eum opinio, qui mea opera sibi apud vos perfugium speravit fore.

XXIV. Marciano.

Amare iubebas, ego vero etiam petere incipio. Hic enim, cui dedimus perferendam epistolam, iniuria affectus est. Descendit emptum caricas ferens aurum pro caricarum pretio. Sed o fortuna, ne paupertatem quidem sine periculis licet propulsare. Ille equitabat bona spe vectus. Ex barbaris vero, qui amicitiam præ se ferunt, latrones immanissimi incidentes plagis afficiunt et tormentis cruciant, ac strictum gladium intendentes mortem omnino minati sunt. Postremo pecuniis ereptis gratiam habere iusserunt, quod fortunam tantum non etiam vitam amisisset. Dice autem volucris et alata quosdam ex auctoribus iniuriæ comprehendit. Audiit prætor. Indignabatur semper maiori odio fures prosequens quam hostes manifestos, et quidem merito. Hi enim procul venientes caveri possunt, illi vero amicos ex insidiis aggrediuntur, ac iussit ut pauperi damnum sarciretur ac tantum reciperet quantum ereptum esset. Ac prætor quidem sic imperavit, at pauper adhuc egestatem luget. Sed illis latrocinandi consuetudinem finite, huic egestatem. Saluto magnificentissimum et sanctissimum prætorem.

XXV. Juliano architecto.

Alcinoi hortum credo me possidere propter eximiam machinam, quam tu invenisti, faber perfecit. Ego vero describam oratione. Suavissimum enim spectaculum. Duo maximi orbes tabulis et clavis sunt coniuncti, ut extrinsecus unus idemque esse videantur. In tabulato vero intrinsecus excurrit planities circa eundem locum longo quodam cursu. Axis autem, circa quem maximus orbis in vestigio hærens vertitur, simul movet alterum orbem parvum, qui est ad puteum. Huic funes et choes impositi sunt vicissim connexi. At celerrima est agitatio. Parvi orbis medium angustum spatium continet, ut solum primitias effluxionis accipiat. Maior vero aquæ pars in puteum effusa, facile rursus defluxa

μόλις ἀνάγεται. τουτὶ μὲν οὖν ἐπανορθώσασθαι δεῖ, τῷ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐξευρόντι οὐ χαλεπὸν τὸ τέλος γίνεται. μὴ γὰρ περιίδωμεν οὕτω καλὸν θέαμα τῆς ἑτέρου σοφίας δεόμενον, μὴ ταυτὸν πάθωμεν ὥσπερ ἂν εἴ τις ζωγράφος τὴν Ἑλένην εἰς κάλλος γράφων τῆς κεφαλῆς ἐπιλάθοιτο.

magno negotio vix reducitur. Hoc igitur corrigendum est. Qui autem principium invenit, ei finis non est difficilis. Ne enim patiamur tam egregium spectaculum alterius indigere sapientia, ne idem nobis accidat, ac si pictor quispiam Helenam pulcherrime pingens capitis obliviscatur.

ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ÆSCHINIS ORATORIS EPISTOLÆ.

α΄. Φιλοκράτει.

Λύσαντες ἐκ Μουνυχίας ἑσπέρας λαμπρῷ σφόδρα Σκίρωνι περὶ μέσην ἡμέραν κατήχθημεν εἰς Κορησσὸν τὴν Κείων. καθίσαντες δὲ ἡμέρας ἐννέα (καὶ γὰρ ἦν ἄνεμος ἐναντίος), εἶτα ἑσπέρας λύσαντες ἅμα τῇ ἕῳ εἰς Δῆλον ἤλθομεν. (2) Δήλιοι δὲ ἐνόσουν λοιμώδη τινὰ νόσον. τὰ μὲν πρόσωπα ἐπίμπλαντο λεύκης καὶ τὰς τρίχας λευκοὶ ἐγίγνοντο, ὁ δὲ τράχηλος καὶ τὰ στέρνα ἀνῴδει· πυρετοὶ δ' οὐκ ἐγίγνοντο οὐδὲ ἀλγηδόνες μεγάλαι, οὐδὲ τὰ κάτω μέρη παρήλλαττεν οὐδέν τι. ταῦτα δ' ἐπείθοντο κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος αὐτοῖς συμβεβηκέναι, ταφέντος ἐν τῇ νήσῳ τινὸς τῶν ἐπιφανῶν, οὐ πρότερον εἰωθός· ἐκ τούτου προσβαλεῖν αὐτοῖς τὸν θεὸν τὴν νόσον ταύτην ὑπελάμβανον. (3) ἡμεῖς δὲ ὥσπερ εἴς τι ἔθνος ἀλλόφυλον ἢ νῆσον ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ ἀφιγμένοι καὶ ἰδόντες ἐξαίφνης ποικίλους ἀνθρώπους, νυκτὸς ἔτι ἀποφεύγοντες ᾠχόμεθα, πυνθανόμενοι ἀλλήλων κατὰ τὸν πόρον εἰ τὸ χρῶμα ἔχει ἕκαστος οἷον ἐκόμιζεν οἴκοθεν καὶ τὰς τρίχας. ζάλη δὲ καὶ ἄνεμος ἐξώστης ἐμπεσὼν ἀπήνεγκεν ἡμᾶς ὑπὲρ Κρήτην πλησίον Ψαμαθοῦντος. (4) ὡς δὲ ἐν συνόπτῳ ἦμεν ἤδη, ἀντιπνεῖ πνεῦμα Λιβυκόν. εἶτα πνεύσαντος ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου πάλιν πέντε νύκτας ἐν θαλάττῃ ἐφερόμεθα, ἐν αἷς προσέσχομεν Ἀθρώνῃ, ἵνα μάθωμεν μὴ πολυπραγμονεῖν εἴ τις ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι κατὰ τοὺς νόμους ἢ μὴ στεφανοῦται. κἀκεῖθεν τέτταρσιν ἡμέραις ἀφικόμεθα εἰς ἐπίνειόν τι τῆς Ροδίας, ὅπου νοσῆσαί μοι συνέβη τὴν περὶ τὸ ἆσθμα νόσον. (5) ὡς δὲ ἐπιμείναντος αὐτόθι οὐκ ἐνεδίδου ἡ νόσος, διέπλευσα εἰς Ῥόδον, καὶ ἐδέξατο ἡμᾶς εὐμενῶς ὁ τόπος· εὐθὺς γὰρ ὡς ἀφικόμην, πολὺ ῥᾴων ἐγενόμην. καὶ ταυτὶ μὲν ἔχομέν σοι τέως ἐπιστέλλειν· τὰ δ' ἄλλα ὡς ἂν ἕκαστα συμβαίνῃ, δηλώσομεν. εὐτύχει, καὶ μὴ πολιτεύου μηδὲ πρόσκρουε μήτε τοῖς πλέον σου μήτε τοῖς ἔλαττον δυναμένοις.

β΄. Κτησιφῶντι.

Ἐπέστειλεν ἡμῖν Νικόστρατος ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος ὡς ἐπηρεάζεις μὲν εἰς αὐτὸν οὐ μετρίως, ἐμοὶ δὲ ὀνειδίζεις τὴν διὰ σέ μοι συμβᾶσαν συμφοράν. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τί παθὼν ἐξιοῦσι μὲν οἴκοθεν ἡμῖν τοσαῦτα διελέχθης ὥστε πεισθῆναί με μηδὲν ὧν διελέχθης πε-

I. Philocrati.

Cum ex Munychia vesperi solvissemus, circa meridiem serenissimo Scirone flante, ad Coressum, Ceiorum oppidum, appulimus. Ibi novem dies ob adversum ventum desedimus: post rursus profecti sub auroram, Delum pervenimus. (2) Sed Delii pestilenti quodam morbo laborabant. Nam facies eorum albugine opplebantur, capilli etiam candescebant; collum autem et pectus intumescebat. Cæterum nulla febris accedebat, neque etiam dolores magni, neque partes corporis inferiores quidquam mutabantur. Hæc audierant ex Apollinis ira sibi accidisse, quod vir quidam illustris contra morem veterem in insula sepultus esset. Ea igitur de causa deum sibi morbum illum immittere putabant. (3) Nos autem quasi ad gentem aliquam peregrinam aut in exteri maris insulam pervenissemus et subito varium hominum colorem vidissemus, noctu aufugimus, alius alium inter navigandum sciscitantes, utrum eum colorem et capillum quem domo quisque attulisset retineret. Sed tempestas exorta et ventus impetuosus nos supra Cretam prope Psamathuntem abstulit: (4) quem locum cum iam in conspectu haberemus, reflat ventus Libycus. Deinde cum septentrio nobis spiraret, rursus ferebamur quinque noctes in mari versati, quibus Athronæ appulimus, ut disceremus non curare, si quis in sua patria sive secundum sive contra leges corona donaretur. Atque inde quatuor diebus in navale quoddam Rhodium pervenimus, ubi in morbum et difficultatem spirandi incidi. (5) Quo in loco dum manebam, cum morbus nihil levaretur, Rhodum traieci, ac placide nos urbs excepit. Statim enim ut eo transieram, multo melius habere cœpi. Atque hæc hactenus habuimus, quæ tibi scriberemus: cætera porro uti quæque acciderint significabimus. Felix sis, et caveas velim, ne quem te vel potentiorem vel imbecilliorem offendas.

II. Ctesiphonti.

Scripsit nobis Nicostratus, avunculus noster, te cum sibi non mediocriter insultare tum mihi exprobrare quam propter te accepi calamitatem. Ego vero miror quid tibi acciderit, ut nobiscum domo egressis tam multa colloquereris, ut crederem, te nihil eorum quæ dixisses

πλάσθαι σε μηδ' ἄλλως φρονεῖν, βλέποντα πρῶτον μὲν εἰς τὴν ἐμὴν συμφοράν, ἣν οὐκ ἀπεικὸς εἶναι καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐλεεῖν ὑπελάμβανον, ἔπειτα δὲ εἰς τὸ σκυθρωπόν σου καὶ ὅμοιον δεδακρυμένῳ· (2) ὥστ' ἔγωγε καὶ ἐπέσκηψα ἐνίοις τῶν προσηκόντων ἡμῖν, εἴ του δέοιντο, προσιέναι σοι, καὶ μηδενὸς ὑστερήσειν ὑπεσχόμην αὐτοῖς, καὶ αὐτὸς δὲ ἐπέστειλα περὶ ὧν ἐχρημάτιζον Ἀθήνησί μοι γενέσθαι πολλάκις. νῦν δ' οὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι οὖσιν ἡμῖν οὐδὲ διοχλοῦσί σοι οὐδ' ἄλλῳ τινὶ Ἀθηναίων ἐπηρεάζεις, καὶ οὔτε εἰς τὴν τύχην ἀποβλέπεις οὔτε εἰς ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ἐπαγωνίζῃ ἔτι καὶ ἐκπεπτωκόσι τῆς πατρίδος καὶ ἀπεστερημένοις ἐπιτιμίας καὶ πόλεως καὶ πολιτῶν καὶ φίλων. (3) καὶ ὅσα μὲν εἰς ἐμὲ ἀπόντα ἐβλασφήμεις, σοὶ μὲν ἴσως φέροι ἄν τινα καὶ φθόνον καὶ μῖσος, ὥσπερ ἂν εἴ τινα τῶν τεθνεώτων ἐπιβάλλοιο βλασφημεῖν, ἐν οὕτω χρηστῇ τε καὶ φιλανθρώπῳ πόλει· ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν διὰ ταῦτα φαυλότερος νομισθείην, ἀπὼν ὑπὸ σοῦ λοιδορούμενος, ἀτυχέστερος μέντοι καὶ ἐλεεινότερος ἴσως, φανεὶς ποτὲ μὲν οὐδενὸς ἥττων, (4) νῦν δὲ οὐδεμίαν ὑπὲρ αὐτοῦ φωνὴν ἐκπέμπειν ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν λοιδορούμενος δύναμαι. τὸ δὲ γέροντα ἐπιεικῆ ὑβρίζεσθαι μηδεμίαν ἐλπίδα ἔτι ἔχοντα τοῦ δυνήσεσθαί ποτε ἀμύνασθαι, ὅς γε τὴν σύμπασαν ἐλπίδα ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἀκμὴν ἔχει τοῖς μηδ' ἑαυτοὺς σώζειν ἔτι δυναμένοις, πῶς οὐκ αἰσχρόν ἐστιν; (5) ἀλλὰ μὴ πρὸς Διός, μὴ σύ γε, ὦ Κτησιφῶν, μηδὲ εἰ τὰ μάλιστα ἡμᾶς ἀνιᾶν ἔτι βούλει καὶ εἰ μὴ πεπλήρωκέ σε μηδὲν τῶν ἡμετέρων κακῶν, μίασμα τοῦτο προσθῇς αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισίν, οὓς τρέφεις βοηθοὺς ἔσεσθαι δηλονότι τοῦ γήρως σου προσδοκῶν. καὶ μέμνησο ὅτι οὐδὲ Αἰσχίνης εἰς τοῦτό ποτε ἀφίξεσθαι ἤλπισεν, οὐδ' ἄλλοι πολλοὶ καὶ ἔτι μᾶλλον ἀκμάσαντες ἐν τῇ ἑαυτῶν πόλει καὶ πολλῷ λαμπρότεροι ἐμοῦ τε καὶ σοῦ γενόμενοι.

simulasse, intuens primum calamitatem meam, quam non incredibile putabam inimicis etiam esse miserabilem, deinde vultum tuum tristem et pene lachrymabundum. (2) Itaque necessariorum nostrorum quibusdam mandavi, si qua re egerent, ut te accederent, eosque quidvis impetraturos esse promisi eis, atque ipse etiam sæpe ad te scripsi iis de rebus quas Athenis consequi cupiebam. Nunc vero nobis, qui tibi iam impedimento non sumus, qui nec tibi nec cuiquam Atheniensium obturbamus, insultas nulli vel fortunæ vel ullius humanitatis habita ratione : atque post victoriam certamen renovas contra nos, qui et patria excidimus et dignitate privati sumus et civitate et civibus et amicis. (3) Ac quæ in me absentem convicia dicis, ea probabile est tibi quidem aliquid et invidiæ et odii paritura, non secus ac si mortuum aliquem insectareris in urbe adeo leni et humana : ego vero propterea nihilo deterior existimabor, qui absens a te male audiam. Calamitosior quidem et miserabilior haberi queam, ut qui olim nihilo vobis inferior fuerim, (4) nunc autem nullam pro me vocem edere ac ne audire quidem possim conviciatam senem moderatum exagitare, qui nullam ultionis spem habet, ut qui spem omnem in nobis ipsis adhuc habeat, qui eum ne ipsi quidem amplius conservare possimus, nonne turpe est? (5) Ne feceris, obsecro te, ne feceris, Ctesiphon, neque si maxime nobis molestus esse studes neque ullis malis nostris satiatus es, isto piaculo te liberosque tuos obstrinxeris, quos ea spe alis, ut senectutis tuæ imbecillitas in eorum præsidio conquiescat. Memento potius, ne Æschinem quidem huc se redactum iri unquam putasse, nec multos alios, qui maiorem etiam in sua patria auctoritatem habuerunt et splendore me ac te superarunt.

γ'.

Οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ὅσοι φεύγουσιν ἀδίκως, ἢ δέονται τῶν πολιτῶν ὅπως ἐπανέλθωσιν, ἢ διαμαρτόντες τούτου λοιδοροῦσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ὡς φαύλως αὐτοῖς προσφερομένας· ἐγὼ δὲ ἐπείπερ ἀναξίως ὧν ἐπολιτευσάμην ἠτύχησα καὶ κατηγορῶν ἄλλων αὐτὸς ἑάλων, ἄχθομαι μὲν ὥσπερ εἰκός ἐστιν, ἀγανακτῶ δὲ οὐδέν. (2) οὐ γὰρ οὕτως ἔγωγε ἠλίθιός εἰμι ὥστε ἐξ ἧς πόλεως ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἐξηλάθη, καὶ ὅπου Μιλτιάδης, ὅτι μικρὸν ὤφλε τῷ δημοσίῳ, γέρων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἀπέθανε, ταύτῃ τῇ πόλει Αἰσχίνην τὸν Ἀτρομήτου φεύγοντα ἀγανακτεῖν οἴεσθαι δεῖν, εἴ τι τῶν εἰωθότων Ἀθήνησιν ἔπαθον. (3) ἀλλ' ἔγωγε καὶ λαμπρὸν εἰκότως μοι νομίσαιμ' ἂν αὐτὸ γενέσθαι τὸ μετ' ἐκείνων ἐν ἀδοξίᾳ παρὰ τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις καὶ ἄξιος τοῦ ὅμοια παθεῖν ἐκείνοις γεγονέναι.

III.

Omnes alii qui per iniuriam exulant, aut reditum a civibus precantur aut frustrati eo patriæ maledicunt, ut quæ inique secum egerit. Ego vero postquam in calamitatem actis in republica meis indignam incidi et dum alios accuso, ipse sum condemnatus : moleste fero equidem, uti par est, sed nihil prorsus succenseo. (2) Neque enim adeo vecors sum, ut ex qua urbe Themistocles, qui Græciæ libertatem asseruit, pulsus est, atque ubi Miltiades ob exiguum debitum in carcere mortuus est, ei urbi Æschines Atrometi filius exulans succensendum esse arbitretur, si quid sibi Athenis usitatum acciderit. Imo potius ego hoc iure præclarum duco, me cum illis in ignominia esse et dignum habitum qui similem cum eis fortunam experirer.

δ'.

Ἐπεὶ δοκεῖ σοι πυνθάνεσθαι περὶ Κλεοκράτους ὅστις ἐστὶν ὁ Κλεοκράτης, ἄκουε· παύσῃ γὰρ οὐ προῖκα πολυπραγμονῶν, οὐδ' ἄπει πρὶν μακρᾶς ἀκοῦσαι διηγήσεως. τὸ μὲν γὰρ γένος ἐστὶν ἁπάντων ἀνδρῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐν ἀφανεστάτοις, Ἀρίφρονα τὸν ἐκ Δαμαγήτου εἴ που πυνθάνοιο, ὃν καὶ ὁ μέγας αἴρει Πίνδαρος. (2) ἀλλ' ὅπως μὴ γέλωτα ὀφλισκάνῃς ζητῶν ὅστις ἐστὶν ὁ Πίνδαρος. τουτὶ μὲν γὰρ οἶμαι ὅτι καὶ παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες τὸ γράμμα· καὶ εἰ μηδενὸς ἔτι τῶν παρὰ Μαντίᾳ μνημονεύεις, ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανώπου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος « ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι, » (3) καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τοῦτο τὸ ἔπος ἐστὶ λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος, οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν μετὰ τοῦ καὶ εἰκόνι χαλκῇ τιμῆσαι· καὶ ἦν αὕτη καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι, πρὸ τῆς βασιλείου στοᾶς, καθήμενος ἐν ἐνδύματι καὶ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον. οὗτος δὴ ὁ Πίνδαρος Δαμάγητον ᾄδει ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἀνατείνει τὸ Κλεοκράτους γένος. λέγει δέ που ὁ αὐτὸς Πίνδαρος καὶ τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους καὶ τὰ περὶ τὴν πρεσβῦτιν, ἧς τὸ μητρῷον αὐτοῦ γένος ἅπτεται. καὶ εἰ μὴ σφόδρα ᾔδειν ποιητῶν ὑπέρφρονα ὄντα σε καὶ τὰ ἀγοραῖα ταῦτα τὰ ἀπολέσαντα ἡμᾶς ἐπιτηδεύματα μᾶλλον περιέποντα, κἂν ἀποχρῆν ὑπελάμβανόν σε ὑπομνῆσαι μόνον τὰ περὶ τοὺς Διαγορείους εἰπὼν ἔπη Πινδάρου· νῦν δὲ οἶδα ὅτι μάτην σοι ταύτην τὴν λύραν λέξομεν. (5) δοκεῖ οὖν μοι ἀνάγκη εἶναι διηγήσασθαί σοι τὸ διήγημα τοῦτο· ἄξιον γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ μὴ προσῆκον Κλεοκράτει. λέγεται γὰρ γυνή ποτε πρεσβῦτις Ὀλυμπίασι παρελθοῦσα εἰς τὸ στάδιον ἑστάναι τε ἅμα τοῖς ἀνδράσι καὶ θεᾶσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους, ἐπιστάντων δὲ αὐτῇ τῶν Ἑλλανοδικῶν ὅτι ἐτόλμησε παρελθεῖν εἰς τὸ στάδιον, ἀποκρίνασθαι « τίνι γὰρ ἄλλῃ γυναικὶ τοῦτο δέδωκε καυχήσασθαι οὕτως ὁ θεός, ὅτι καὶ πατέρα καὶ τρεῖς ἀδελφοὺς Ὀλυμπιονίκας ἔχει καὶ υἱὸν ἐπ' Ὀλύμπια ἄγει; » (6) ταύτης οὖν τῆς πρεσβύτιδος καὶ τούτου τοῦ γένους ἀπορρώξ ἐστιν ὁ Κλεοκράτης, ὡς ἔστι παντὸς μᾶλλον ἢ αὐτοῦ πυθέσθαι. καὶ πλείω μὲν οὐ βούλομαι λέγειν, μὴ οὐ μηνῦσαί σοι ὅπερ ἠξίωσας, ὅστις ἐστὶν ὁ Κλεοκράτης, βούλεσθαι μόνον ἀλλὰ καὶ ἐγκεκωμιακέναι αὐτόν, ὥσπερ καὶ Θρασύμαχος τὸν ξένον, συντετάχθαι καὶ ἀποτίνειν ταύτην τὴν χάριν τοῦ λαμπρῶς ἑστιᾶσθαι δοκῶ. τοσοῦτον μέντοι εἴποιμ' ἄν, ὅτι ἡ πρεσβῦτις ἐκείνη, εἰ τοῦτον ἐγνώκει τὸν Κλεοκράτη, πολὺ ἂν μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ ἢ ἐπὶ τοῖς πέντε Ὀλυμπιονίκαις ἐσεμνύνετο.

ε'.

Ὁ μὲν Ἰουλιάδης, ᾧ μάλιστ' ἐπεποίθεις, οὔτε

IV.

Posteaquam percontari tibi libet de Cleocrate, quis sit Cleocrates audi. Desines enim non gratis inquirere, neque abibis, priusquam longam audieris narrationem. Nam genere quidem inter omnes Græciæ viros non est obscurissimo, si de Ariphrone, qui est a Demageto oriundus, perconteris, quem magnus etiam extollit Pindarus. (2) Sed vide ne ridiculus fias, si quæras, quis sit Pindarus. Nam istam litteram te arbitror aliquando una mecum apud Mantiam litteratorem didicisse : et si nihil iam Mantianæ doctrinæ meministi, in concionibus certe Melanopum subinde dicentem audis « beatæ et celebres Græciæ propugnaculum Athenæ », (3) atque addentem, Pindari esse hoc carmen, ob quod factum a Thebanis mulctatus fuerit : maiores autem nostros duplam ei reddidisse mulctam, præterquam quod eum aerea statua ornarint, quæ quidem etiam usque ad nostram ætatem ante regiam porticum fuit : Pindarus cum veste et lyra sedens, diadema gerens, et in genubus explicatum libellum habens. (4) Is igitur Pindarus Demagetum illum celebrat, ad quem refertur Cleocratis genus. Mentionem facit etiam idem Pindarus Diagoriorum et aniculæ quam maternum eius genus attingit. Quod nisi compertum haberem, te poetarum esse contemptorem et circumforanea ista studia, quæ nos perdiderunt, magis complecti, satis esse putassem, te admonere tantum Diagoriorum, recitatis Pindari versibus. Nunc scio nos frustra tibi lyram illam recitaturos. (5) Itaque necessarium mihi videtur, eam tibi rem narrare. Est enim audire operæ pretium, tametsi nihil ad Cleocratem attineat. Memoriæ proditum est, senem olim mulierem Olympiæ in stadium progressam et viris astitisse et spectasse certamina. Cum autem hellanodicæ eam appellassent, cur ausa esset in stadium progredi, respondisse : « cui vero alteri mulieri deus hanc gloriæ prærogativam dedit? nam ego et patrem habeo et tres fratres, qui Olympia vicerunt, et filium ad Olympia duco. » (6) Huius igitur anus et huius stirpis germen est Cleocrates : idque ex omnibus potius quam ex ipso cognosces. Ac plura dicere nolo, ne non solum indicare tibi quod voluisti, quisnam sit Cleocrates, sed et laudationem eius instituisse videar, ut Thrasymachus hospitis sui, et hanc ei referre gratiam pro splendido convivio. Illud tantum dico, si anus illa hunc Cleocratem novisset, magis eo fuisse gloriaturam quam quinque illis Olympiorum victoribus.

V.

Iuliades, quo maxime confisus fuisti, neque quum

ὅτε ἀφίγμεθα εἰς Ῥόδον παρὼν ἔτυχεν, ἀλλὰ περὶ Λίνδον ἦν, οὔτ' ἐπανελθὼν εἰς Ῥόδον περιττῶς ἠσμένισεν ἡμᾶς, ἔξω δὴ τοῦ τὰ κοινὰ ταῦτα προστάξαι, λέγειν εἴ τινων χρῄζομεν. ὁ δὲ Κλεοκράτης οὐ μὰ τοὺς θεοὺς ἐπιστεῖλαί σοι δυναίμην ἂν αὐτάρκως τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλανθρωπίας ὅση κέχρηται περὶ ἐμέ. (2) καὶ γὰρ οἰκίαν δημοσίᾳ δοθῆναί μοι παρεσκεύασε καὶ χωρίον ἐν Καμείρῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ἔπεμψεν ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄφθονα, οὐκ ἐμοὶ μόνον ἀλλὰ καὶ Τεύθραντι καὶ Ὁπλιστίᾳ, τὰ μὲν ἄλλα εἰ καὶ φαυλότερα τῶν Ἀθήνησιν, ὥσπερ ἔλαιον καὶ μέλι, ἀλλ' οἵων παρόντων οὐδὲν ἂν τῶν ἐκεῖθεν δεηθείημεν, οἶνόν γε μὴν καὶ πολὺ ἀμείνω τοῦ παρ' ὑμῖν, καὶ ἐκ στροβίλου ἅμα καὶ ἀλεύρων καὶ ἀρωμάτων πεποιημένα ἐν τύποις τραγήματα, ὧν καὶ πέπομφά σοι. (3) ταῦτα δὴ ἡμῖν ἔπεμψε, καὶ πυρῶν μεδίμνους, ὅσοις ἐγὼ μεδίμνοις οὐχ ὅπως ἐμαυτὸν ἀλλὰ καὶ πάντας Κοθωκίδας διαρκεῖν ἂν ἐδυνάμην· καὶ πολλὰ δὲ ἄλλα πρὸς τούτοις, ἃ γράφειν αἰσχύνομαι, ἵνα μή τινα δηλοῦν ἐμὴν μικρολογίαν δόξω. τὸ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ πάνυ ὑπερασπάζεσθαι μικρολογίας μέν τινος εἶναί φημι καὶ ἀπειροκαλίας, φιλοφρονημάτων δὲ καὶ μικρῶν πάνυ ἔγωγε ἡττᾶσθαι ὁμολογῶ. (4) παρέχει δὲ ἡμῖν καὶ ἄλλα καλλίω, συῶν τε ἀγρίων καὶ δορκάδων τῶν πέραθεν ἀπολαύσματα. ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν σύνεστιν ὁσημέραι, καὶ μεταδίδωσι τῆς αὐτοῦ σοφίας, ἣ σοφωτέρα ἢ καθ' ἡμᾶς ἐστίν. ἃ γὰρ ἐγὼ παθὼν ἐδιδάχθην, ταῦτα πρὶν παθεῖν φυλάττεται, σοφίᾳ καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ ἄφρονες πείρᾳ διδασκόμενος· οὐ γὰρ πολιτεύεται. (5) καὶ ὅσον γ' ἐπὶ Κλεοκράτει, οὐδεμιᾶς πόλεως ἄλλης οὐδὲ ἀνθρώπων ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀσμενίζω τῇ συμφορᾷ, καὶ ἀρχὴ δοκεῖ μοι τοῦ βίου ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς αὐτόθι πολιτείας. καὶ οὕτω μὲν ὑπεραγαπῶ τὰ παρόντα, καὶ ὅπερ φασὶ Σοφοκλέα ἤδη γέροντα ὑπὲρ ἄλλης ἡδονῆς εἰπεῖν, ὥσπερ κυνὸς λυττώσης ἀπηλλάχθαι ποτὲ τῆς τοῦ πολιτεύεσθαι ἡδονῆς δοκῶ, καὶ ὅταν ὁ νοῦς ἐπικρατῇ, τρισευδαίμων ἔγωγε ἐμαυτῷ τῆς φυγῆς ἣν φεύγω φαίνομαι· (6) ὅταν δ' αὖ πάλιν ὑπέλθῃ με λογισμός τε καὶ μνήμη τῶν αὐτόθι, οὐχ ἑταίρων μόνον ἀλλὰ καὶ συγγενῶν καὶ ἐκκλησίας καὶ Κολλυττοῦ, ἐν ᾧ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ᾤκησα, καὶ τοῦ Ἅλῃσι χωρίου καὶ τῶν ἐκεῖ μοι μετὰ σοῦ καὶ Φιλίνου διατριβῶν γενομένων, μεταρρεῖ ἅπαν τὸ αἷμα ἄλλοσέ ποι τῶν σπλάγχνων πάλιν, καί μοι δήποτε καὶ λοιδορίαι, αἷς ἐλοιδορούμην ὑπὸ Δημοσθένους, ἥδισται δοκοῦσι, καὶ σκώμματα, ἐφ' οἷς οὐδεὶς ἔξω Κτησιφῶντος ἐγέλασε πώποτε. (7) ἀλλὰ γὰρ ἅλις μὲν ἡμῖν δακρύων, σὺ δ' εὐτυχοίης, καὶ μὴ μόνον πολιτείαν ἅπασαν, ἀλλὰ καὶ Λεπτίνην φεῦγε, ὅτι πρὸς ἡμᾶς ἔχει φιλαπεχθημόνως, καὶ ὅτι τἄλλα τοιοῦτός ἐστιν, ὅτου περιεῖναι μὲν μηδενὸς λαμπρότερον, ἡττᾶσθαι δὲ ἀδοξότατον. καὶ μάλιστα μὲν παραινῶ, φεῦγε τὰς μετ' αὐτοῦ διατριβάς· εἰ δ' αὖ συνέλθοις ἐκ τύχης καὶ καθ' ἡμῶν λέγοι

Rhodum venissemus, adfuit, sed Lindi fuit: neque Rhodum reversus, admodum nos humaniter accepit, nisi quod vulgaria ista nuntiari iussit, si qua re egeremus. Cleocrates autem quam insigni erga nos usus sit humanitate, ita me Deus amet, scribendo satis consequi non possum. (2) Effecit enim ut ædes mihi publice darentur et fundus Camiri. Atque ipse etiam misit nobis commeatum qui vel in annum sufficiat; non mihi tantum, sed et Teuthranti et Hoplistiæ. Qui quidem etsi minus lautus sit quam Atticus, veluti mel et oleum, talis tamen est, ut hoc instructi illum non requiramus. Vinum autem vestrati multo præstantius, et bellaria confecta ex nuce pinea, farina et aromatibus, de quibus etiam tibi aliquid misi. (3) Hæc nobis misit, et tot frumenti medimnos, unde non me tantum, sed omnes etiam Cothocidas sustentare possim. Ac multa etiam alia præterea, quæ scribere pudet, ne minuta quædam consectari videar. Tametsi enim res perexiguas maximi facere pusillitatis cuiusdam et inscitiæ esse puto, tamen vel tenuissimis humanitatis officiis me devinciri fateor. (4) Suppeditat nobis etiam exoticorum aprorum et caprearum delicias. Præterea et ipse quotidie nobiscum est suaque nos impertit sapientia, quæ nostram præcellit. Nam quæ ego accepto malo didici, ea ille antequam accipiat malum sua sapientia præcavet, et non ut vecordes experientia magistra; neque enim capessit rempublicam. (5) Ac quantum ad Cleocratem attinet, nullam aliam civitatem, homines alios nullos desidero, sed admodum mihi placet mea calamitas, ac vitæ principium videtur Atheniensis reipublicæ effugium: et hoc statu usque adeo delector ut (id quod Sophoclem iam senem de alia quadam voluptate dixisse ferunt) efficiat ut voluptate reipublicæ gerendæ tanquam rabioso cane liberatus mihi videar. Unde cum ratio dominatur, ter quaterque beatum me iudico ob hoc exilium. (6) Cum autem vicissim in mentem venit non tantum amicorum, quos istic habeo, sed et cognatorum et concionis et Collytti (quo in loco V et XXXX annos habitavi) et Halis prædii et colloquiorum, quæ ibi tecum et cum Philino habuimus, sanguis omnis in alium viscerum locum refluit, ac mihi aliquando et convicia quæ Demosthenes in me dixit, iucundissima videntur, et dicteria, quibus præter Ctesiphontem nemo unquam arrisit. (7) Sed modus esto lachrymarum nostrarum. Tu vero felix sis, neque omnia duntaxat munera publica, sed et Leptinen fugito, quod et nobis infensus est et alioqui talis, ut eum vicisse nihil splendoris, ab eo superatum esse ignominiæ plurimum habeat. Atque in primis moneo, ut eius congressus fugias. Sin casu in eum incideris atque ille in nos

τι, πειρῶ σιωπᾶν, ἂν ἰσχύῃς, καὶ γελᾶν. (8) ἀλλ' ὁ μὲν δίδωσιν ἀποχρῶσαν δίκην τῷ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ γέλωτος εἶναι δοκεῖν ἅμα καὶ μίσους ἄξιος· σὺ δέ, εἰ μὴ πάνυ φοβῇ τὴν θάλατταν, ἀφίκοιο παρ' ἡμᾶς ποτέ, καὶ παρασχὼν σεαυτὸν ἰδεῖν ἡμῖν ἐπανίοις πάλιν.

ς'. Φιλοκράτει.

Ἀρίστων οὗτος, ὁ κομίζων σοι τὴν ἐπιστολήν, ὁ πρῶτός ἐστιν ἡμᾶς ὑποδεξάμενος ἐν Ῥόδῳ. πέπλευκε δὲ Ἀθήναζε κατὰ χρείαν κηδεστοῦ γέροντος, ἀργύριον εἰσπράξων παρὰ τοῦ τραπεζίτου Χαρμόλα. σκόπει οὖν ὅπως αὐτὸν ὑποδέξῃ φιλοφρόνως· ἔστι δὲ κομιδῇ εὐτελὴς τὴν δίαιταν καὶ πρέπων ἡμῖν. ᾧ καὶ τὰ ἄλλα συμπράξεις, ὡς μάθῃ ὅτι οὐ παντελῶς ἔρημον φίλων ὑπέλαβεν, ἀλλ' ἔστιν ἔτι τις Ἀθήνησιν Αἰσχίνου λόγος καὶ μνήμη.

ζ'. Τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.

Ἐπυθόμην τὰ ῥηθέντα Μελανώπῳ πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν ἀπεδεξάμην φιλανθρωπίαν, Μελανώπῳ δὲ οὐκ ἐπανελθὼν μόνον νομίζω τοῖς βεβιωμένοις αὐτῷ πρέπουσαν ἀποδώσειν χάριν, ἀλλὰ τυχὸν ἔτι καὶ τῆς πατρίδος ἐστερημένος ὅμως ἀρκέσαι πειράσομαι. (2) ἐγὼ γάρ, ὦ Μελάνωπε, κατὰ μὲν τοὺς νόμους ὁμολογῶ ταύτῃ κεχρῆσθαι τῇ συμφορᾷ, φημὶ μέντοι βοηθῶν ταῦτα τοῖς νόμοις πεπονθέναι, καὶ ὑπὲρ τοῦ μηδένα στεφανοῦσθαι παρ' αὐτοὺς ἀγωνιζόμενος. ἐμοὶ μὲν οὖν τὸ δεδυστυχηκέναι πολιτευομένῳ κοινόν ἐστι πρὸς Θεμιστοκλέα καὶ Ἀριστείδην καὶ ἄλλους πολλοὺς τῶν λαμπροτάτων ποτὲ ἐν τῇ πόλει γενομένων· (3) σοὶ δὲ τὸ μὲν μέχρι χθὲς καὶ πρῴην θεσμοθετοῦντος ἤδη σοῦ προεστάναι τὴν μητέρα, τρὶς δὲ ἐμπεσεῖν τὸν πατέρα σου εἰς τὸ δεσμωτήριον, σὲ δὲ πραθέντα τρισχιλίων δραχμῶν τὴν ἀκμὴν ἡταιρηκέναι, τοῖς περὶ Τίμαρχον νέοις κοινὰ ταῦτ' εἶναι, οὐ τοῖς περὶ Θεμιστοκλέα ἢ Ἀριστείδην τὸν δίκαιον ὑπολαμβάνω. (4) ἀλλὰ Μελανώπῳ μὲν αὖθις, ἐὰν ὑμῖν δοκῇ, διαλέξομαι παρών· ὑμῖν δὲ τῆς μὲν εὐνοίας, ἣν ἀπόντι μοι παρέσχεσθε θορυβοῦντες δὴ καὶ μὴ θέλοντες ἀκροάσασθαι τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς, πολλὴν χάριν ἔχω, δικαιότερον μέντοι καὶ ἄμεινον ἐμὲ αὐτὸν ἐᾶσαι πρὸς τοὺς λοιδοροῦντας λέγειν, ψηφισαμένους ἃ πολλάκις πολλοῖς ἤδη ἐψηφίσασθε τὰ μέγιστα ἁμαρτοῦσιν εἰς ὑμᾶς. (5) εἰ δὲ μή, τό γε δεύτερον ἂν δεηθείην, ἀνέχεσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν λοιδορούντων ἡμᾶς ἢ χαρίζεσθαι δοκοῦντας, ὅτι τῶν βλασφημιῶν οὐκ ἀκροᾶσθε, μείζω τὴν ὑποψίαν τῶν δυναμένων λέγεσθαι ποιεῖν.

η'.

Σὺ μὲν οὐδέπω καὶ νῦν ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ νόσους καὶ δίκας καὶ πάντα μᾶλλον τοῦ μὴ βούλεσθαι ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς αἰτιᾷ· Νικίας δὲ ἀφῖκται

aliquid dixerit, operam dato ut taceas, si potes, et rideas. (8) Verum ille quidem satis graves pœnas dat, ut qui et risu et odio omnium dignus habeatur. Tu vero, nisi mare penitus extimescis, ad nos aliquando venito, factaque nobis tui videndi copia domum revertitor

VI. Philocrati.

Aristo, qui has tibi litteras reddit, primus nos Rhodi excepit, profectus autem est Athenas ob negotium senis cuiusdam affinis sui, pecuniam redacturus a Charmola mensario. Eum igitur humaniter excipias velim. Est autem minime delicatus et nobis dignus. Cui cæteris etiam in rebus operam navabis, ut intelligat, se hominem excepisse amicis non plane destitutum, sed Athenis nomen adhuc aliquod et memoriam Æschinis exstare.

VII. Senatui et populo

Audivi quæ Melanopus apud vos dixerit, vestramque probavi humanitatem. Melanopo autem me non modo reversum ad vos dignam acta eius vita gratiam relaturum arbitror, sed quamvis patria carens adhuc, tamen ut par sim fortassis, operam dabo. (2) Nam ego, Melanope, secundum leges hac me calamitate esse usum fateor: accidisse mihi tamen hoc leges defendenti atque id agenti, ne quis contra eas corona donaretur. Adversus igitur in gerenda republica casus communis mihi est cum Themistocle et Aristide et multis aliis quorum summis in urbe splendor fuit. (3) Illud autem quod nuper etiam mater tua corpus pretio vulgavit, qui non ita pridem inter sexviros fuisti, et pater tuus ter in carcerem coniectus est, tu autem ter mille drachmis venundatus florem ætatis tuæ una cum Timarchi gregalibus adolescentibus prostituisti: hæc tibi non iam esse communia cum Themistocle et Aristide iusto existimo. (4) Sed cum vobis aliquando visum fuerit, denuo coram cum Melanopo agam. Nunc autem vobis de benevolentia, quam absenti mihi præstitistis, cum obturbaretis et audire nolletis eos, qui nobis maledicebant, magnam habeo gratiam. Æquius tamen et melius fuerit, me ipsum sinere respondere conviciatoribus, iis decretis, quæ sæpe multis iam decrevistis, qui maxima in vos peccata commiserunt. (5) Sin minus, secundo loco vos oratos volo, ut potius maledicos nostros audiatis, quam gratificandi specie conviciatoribus non audiendis gravioris iniuriæ faciatis suspicionem, quam quæ dici verecunde possit.

VIII.

Tu quidem hactenus non pervenisti ad nos, sed morbos et iudicia et quævis potius causaris, quam non veniendi ad nos voluntatem. Nicias vero pridem venit et

πάλαι καὶ Ἀνδρωνίδας. εἰ μὲν οὖν νῦν γε σὺν Φιλίνῳ (πυνθάνομαι γὰρ αὐτὸν ἐξιέναι) διέγνωκας ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, τάχα ἂν εἴη σοι ἔτι ἀπολογία καὶ λυθείη ὁ πόλεμος· εἰ δὲ οὐδὲ σὺν ἐκείνῳ ἔγνωκας ἐξιέναι, σὺ μὲν ἐπιστελεῖς διὰ παντὸς ἡμῖν ἀφίξεσθαι, ἐγὼ δὲ ἅπαξ ἀνιάσομαι.

θ'.

Περαιωθεὶς ἐπὶ Φύσκον, ἡσυχάσας ἐκείνην τὴν ἡμέραν (οὐχ ὑπ' ἀργίας, ἀλλὰ μηκυνεῖν ἔδοξεν ἡ περὶ τὸ ἆσθμα νόσος) ὡς τὴν νύκτα ἐνέδωκε καὶ ῥάων ἐγενόμην, βαδίσας εἰς τὴν Ἄμμον ἐπεῖδον τὰ χωρία. καί μοι ἔδοξε καλὰ μὲν ἄλλως καὶ ποικίλα εἶναι τὰ χωρία· καὶ γὰρ ἐλαιὼν ἦν καὶ πολλὰ φυτὰ καὶ ἄμπελοι συχναὶ καὶ σπόριμα πλεῖστα καὶ νομαὶ καλαί· ἐπαύλιον δὲ οὐδὲ μέτριον, ἀλλὰ πάντα ἐρείπια. (2) ἐδέξατο δ' ἡμᾶς ὁ Μυρωνίδης φιλανθρώπως σφόδρα. τὰ μέντοι χωρία δυοῖν ταλάντοιν ἐπριάμην, καὶ νῦν ἐπαύλιόν τι μηχανῶμαι τοιοῦτον οἷον ἂν μηχανῴμην ἐγὼ κεκτημένος βραχέα καὶ μέλλων ὅμως οἰκεῖν ἐνθάδε, μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ ἡδέως στερόμενος τῆς ἐμαυτοῦ πόλεως, καὶ μάλιστα τοιαύτης ἐν ᾗ δύναιτο ἄν τις ἧσσον ἀλγεῖν ὑπολαμβάνων οἰκεῖν. ἔρρωσο.

ι'.

Ὁ δὲ Κίμων οἷα κατὰ πόλιν ἑκάστην καὶ αἰγιαλὸν ἡμᾶς δέδρακεν, οὐκ ἔθους, οὐ νόμου φειδόμενος οὐδενός. κατὰ θέαν εἰς Ἴλιον ἀφικόμην τῆς τε γῆς καὶ θαλάττης. καὶ ἃ μὲν εἶδον αὐτόθι, γράφειν ἐπεὶ δοκεῖ ἄφθονον ἔχειν τὴν ὕλην, σιωπήσω· δέδοικα γὰρ μὴ ποιητικῆς λαβόμενος φλυαρίας ἀπειροκαλεύεσθαι δόξω· τὰ δὲ Κίμωνος ἔργα καὶ τὴν ἀκρασίαν οὐδ' ἂν εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν δυναίμην ἀρκέσαι λέγων. (2) διατριβόντων γὰρ ἡμῶν πολλὰς ἡμέρας ἐν Ἰλίῳ καὶ μὴ πληρουμένων τῆς θέας τῶν τάφων (ἦν δέ μοι γνώμη μένειν, ἕως ἅπαντα διεξέλθω τὰ ἐν τῇ Ἰλιάδι ἔπη πρὸς αὐτοῖς ἑκάστοις ὑπὲρ ὧν τὰ ἔπη ἐστὶ γεγενημένα) ἐμπίπτει ἡμέρα, ἐν ᾗ πειρῶνται τοὺς γάμους οἱ πλεῖστοι τῶν θυγατέρων, ὅσων ἐπιτρέπει ἡ ὥρα ποιεῖν. ἐγένοντο δὲ συχναὶ αἱ γαμούμεναι. (3) νενόμισται δὲ ἐν τῇ Τρῳάδι γῇ τὰς γαμουμένας παρθένους ἐπὶ τὸν Σκάμανδρον ἔρχεσθαι, καὶ λουσαμένας ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἔπος τοῦτο ὥσπερ ἱερόν τι ἐπιλέγειν « λαβέ μου Σκάμανδρε τὴν παρθενίαν. » ἐν δὴ ταῖς ἄλλαις Καλλιρρόη ὄνομα παρθένος μεγάλη, πατρὸς δὲ οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἧκε λουσομένη. (4) καὶ ἡμεῖς ἅμα τοῖς τε οἰκείοις τῶν γαμουμένων καὶ τοῖς ἄλλοις ὄχλοις πόρρωθεν τὴν ἑορτὴν καὶ τὰ λουτρὰ τῶν παρθένων, ᾗ θέμις τοῖς ἐξωτέρω ὁρᾶν, ἐθεώμεθα. ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς Κίμων ἐγκρύπτεται εἰς θάμνον τοῦ Σκαμάνδρου, καὶ στέφει ἑαυτὸν δόναξιν· ἦν δὲ αὐτῷ δηλαδὴ τὸ στρατήγημα τοῦτο καὶ ὁ λόχος ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὴν Καλλιρρόην εὐτρεπής. (5) λουομένης δὲ καὶ τὸ εἰωθὸς ἔπος, ὡς μετὰ ταῦτα ἐπυθόμην, λεγούσης

Andronides. Quod si nunc saltem cum Philino (audio enim eum abiturum esse) ad nos proficisci decreveris, fortasse adhuc aliqua tibi defensio relinquetur, bellumque hoc componetur. Sin ne cum illo quidem exire decreveris, tu quidem subinde scribes te venturum, ego vero semel duntaxat moleste feram.

IX.

Cum ad Physcum traiecissem, ac diem illum quievissem non ex ignavia, sed quod spirandi difficultas ingravescere videbatur : ut noctu id malum remisit atque ego melius habere cœpi, fundos inspexi. Atque illi quidem mihi pulchri ac varii sunt visi. Nam et olivetum est et multæ arbores et vites crebræ et sata plurima et pascua pulchra; domicilium vero nullum, vel mediocre, sed rudera omnia. (2) Excepit nos Myronides valde humaniter. Fundos igitur duobus talentis comparavi, et nunc tale domicilium molior quale ego re tenui moliri queam, quique hic habitaturus sum, non ita me dii ament æquo animo, civitate mea privatus, præsertim tali, in qua si quis se habitaturum existimaret, minus dolere posset.

X.

Cimon in qualibet urbe et littore mera scelera edidit, nullius necessitudinis, nullius legis habita ratione. Ilium perveni spectandæ et terræ et maris causa. Quæ ibi viderim, quoniam uberem suppeditare materiam videntur, scribere supersedebo. Vereor enim ne poeticis nugis instituendis ineptire videar. Cimonis autem facinora et immodestiam non mihi si centum sint linguæ, ora centum, dicere possim. (2) Nam cum multos Ilii dies moraremur et spectaculo sepulcrorum non satiaremur, mihique in animo esset manere donec omnes Iliadis versus ad ea contulissem, de quibus illi facti essent : incidit dies qua plerique periclitantur conjugia filiarum, quas lex et ætas nubere sinit. Fuerunt autem complures nupturæ, (3) et moris est in Troiana terra, nupturas virgines ad Scamandrum ire ex eoque lotas verba hæc tanquam sacrum quiddam recitare « cape meam Scamander virginitatem. » Inter alias igitur virgo quædam nomine Callirrhoe, procera et haud illustri patre nata, ad fluvium venit lavandi gratia. (4) Nos una cum cognatis nupturarum et cæteris turbis eminus festum et lavacra virginum, quatenus fas nobis externis erat, spectabamus. At bonus iste Cimon se occulit in frutice Scamandri atque arundinibus coronat. Instruxerat nimirum de die strategema illud atque insidias contra Callirrhoen. (5) Cum autem lavaretur, et de more verba illa pronuntiaret, ut posterius cognovi,

« λαβέ μου Σκάμανδρε τὴν παρθενίαν, » ἐκθορὼν ἐκ τῶν θάμνων ὁ Σκάμανδρος Κίμων « ἡδέως » ἔφη « δέχομαι καὶ λαμβάνω Καλλιρρόην Σκάμανδρος ὤν, καὶ πόλλ' ἀγαθὰ ποιήσω. » ταῦτα ἅμα λέγων καὶ ἁρπάσας τὴν παῖδα ἀφανὴς γίγνεται. (6) οὐ μὴν τὸ πρᾶγμα ἀφανὲς γίγνεται, ἀλλὰ τέτταρσιν ὕστερον ἡμέραις πομπὴ μὲν ἦν Ἀφροδίτης, ἐπόμπευον δὲ αἱ νεωστὶ γεγαμημέναι, καὶ ἡμεῖς τὴν πομπὴν ἐθεώμεθα. ἡ δὲ νύμφη ἰδοῦσα τὸν Κίμωνα, ὡς μηδὲν αὐτῷ κακὸν συνειδότα ἅμα ἐμοὶ θεώμενον, προσεκύνησε καὶ ἀποβλέψασα εἰς τὴν τροφὸν « ὁρᾷς » ἔφη « τίτθη, τὸν Σκάμανδρον, ᾧ τὴν παρθενίαν ἔδωκα; » καὶ ἡ τίτθη ἀκούσασα ἀνέκραγε, καὶ τὸ πρᾶγμα ἔκπυστον γίγνεται. (7) ὡς δὲ οἴκαδε εἰσέρχομαι, καταλαμβάνω τὸν Κίμωνα, καὶ οἷα ἦν εἰκὸς ἐργάζομαι, καλῶν ἀνόσιον καὶ δι' αὐτὸν ἀπολωλέναι λέγων ἡμᾶς. ὁ δὲ οὐδὲν ἔδεισεν, οὐδὲ ᾐσχύνθη τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλὰ μύθους ἐπεβάλλετο λέγειν μακρούς, τοὺς ἁπανταχόθι τροχῶν ἄξια εἰργασμένους καταριθμούμενος. (8) καὶ γὰρ ἐν Μαγνησίᾳ τοῦτο περὶ Μαίανδρον τὸν ποταμὸν ἔφη γεγονέναι ὑπό τινος τῶν ἐκεῖ νέων, ἀφ' οὗ καὶ ἔτι σήμερον Ἄτταλον τὸν ἀθλητὴν ὁ πατὴρ » ἔφη « αὐτοῦ οὐχ ἑαυτοῦ υἱὸν ἀλλὰ τοῦ Μαιάνδρου εἶναι πείθεται, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν οὕτω πάνυ νομίζει σαρκῶν τε καὶ ῥώμης εὖ ἔχειν· ἐπειδὰν δὲ πολλὰς λαβὼν πληγὰς καὶ ἀπειπάμενος ἐξίῃ, τὸν ποταμὸν αὐτῷ νεμεσῆσαι λέγει, ὅτι νικήσας οὐ πατέρα ἀνηγόρευσεν αὐτόν. οὐκ ἄρ' ἀπορεῖ γε ἡττώμενος προφάσεως. » (9) καὶ περὶ Ἐπίδαμνον δ' ὁμοίως πάλιν κατιὼν δὲ ἔφη μουσικὸν ὑπ' εὐηθείας πεπεῖσθαι ὅτι Ἡρακλέους εἴη τὸ ἐκ μοιχοῦ γεγονὸς αὐτῷ παιδίον. « ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαιδοποιησάμην » ἔφη, « ἅπαξ δὲ διελέχθην παιδὶ ὑπερώρῳ τε ἤδη, καὶ λουομένην αὐτὴν μετὰ μιᾶς γραὸς ἰδών. καὶ ἄλλως δ' ἐδόκει μοι » ἔφη « ὡς μὴ παντάπασι τὰ ἐν Ἰλίῳ τραγικά τε καὶ φοβερὰ ᾖ, παίζειν δεῖν τι καὶ ἡμᾶς καὶ οἷον ἐν κωμῳδίαις περὶ τὸν Σκάμανδρον ἐργάσασθαι. » (10) κἀγὼ μὲν ἄλλο οὐδὲν ἢ ὅποι λήξει ἡ τοσαύτη ἀναισχυντία προσμένων, λίθινος ὑπ' ἀπιστίας ἐγεγόνειν. ὁ δὲ ἐῴκει καὶ τρίτην Ἀπόλλωνός μοι δοκῶ καὶ Διονύσου μοιχείαν ἐπάξειν, ἕως ἰδὼν ἐγὼ ὄχλον προσιόντα τῇ θύρᾳ « τοῦτ' ἐκεῖνο » ἔφην, « καταπρήσοντες ἡμᾶς πάρεισι », καὶ δι' ὀπισθοδόμου τινὸς εὐθέως πρὸς Μελανιππίδην φεύγων ᾠχόμην, ἐκεῖθεν δὲ ἑσπέρας ἐπὶ θάλατταν, εἶτα πρὸς ξενῶνα ὥστῃ ἀνέμῳ κατήχθημεν, ὃν μηδεὶς ἂν ἄλλως ἢ φεύγων τὸ Κιμώνειον ἄγος ὑπομεῖναι πλέων. τοιαῦτα μὲν παθὼν δεῖν σοι γράφειν ὡς σχετλιάσοντι καὶ ἐμοῦ μᾶλλον ᾤμην· σὺ δὲ ἂν ἱκανῶς, οἶμαι, γελάσειας.

ια'. Τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.

Τὰ μὲν ἄλλα δεῖν ὑμῖν ἐπιστέλλειν, περὶ ὧν ἐβουλόμην, καὶ πρότερον ᾠόμην· οὐ γὰρ ἀφῃρῆσθαί γε τοῦτο ἀτυχήσαντα τῶν παρ' ὑμῖν ὑπελάμβανον· συμβουλεύειν δὲ καὶ πολυπραγμονεῖν οὐ μικρᾶς ἔμοιγε

« cape meam Scamander virginitatem », prosiliens e fruticibus Scamander Cimon « libenter (inquit) accipio et sumo Callirrhoen Scamander, et multa in te conferam beneficia. » Hæc cum diceret simul atque abripuisset puellam, se occultat. (6) Non tamen res etiam occultatur, sed cum quatriduo post pompa esset Veneris et recens nuptæ ei pompæ interessent, nos quoque illam spectabamus. Sponsa autem Cimonem conspicata, ut nullius mali sibi conscium una mecum spectantem, honorem ei præbuit et nutricem intuita « vides (inquit) mea nutrix, Scamandrum, cui virginitatem dedi? » Quo illa audito exclamat, itaque facinus divulgatur. (7) Ut vero domum ingredior, prehendo Cimonem, et ita cum eo ago uti par est, vocans nefarium et dicens per eum periisse nos : is vero nihil ea re perterritus neque verecundatus ob ea quæ fecerat fabulas narrare cœpit prolixas, undique eos connumerans, qui cruciatu digna commiserant. (8) Nam et in Magnesia idem circa Mæandrum fluvium, aiebat, esse factum a quodam indigena adolescente, ex quo etiam hodie Attalum pugilem pater, inquit, non suum sed Mæandri esse filium persuasum habet, eaque de causa illum adeo carnoso et robusto esse corpore. Cum vero multis acceptis plagis, viribus destitutus abit, fluvium ei indignatum ait, quod eum patrem non proclamasset. Cum igitur succumbit, non ei deest excusatio. (9) Et circa Epidamnum rursus eodem modo aiebat musicum præ stultitia credidisse, puerum ex adultero natum esse filium Herculis. Ego vero non procreavi puerum, inquit, sed collocutus semel sum cum puella iam exoleta lavantem cum anicula conspicatus. Præterea mihi videtur, inquit, ut res Ilienses prorsus terribiles et tragicæ sunt, nobis etiam aliquid esse iocandum et tanquam in comœdiis, circa Scamandrum patrandum aliquid. (10) Tum ego nihil aliud nisi quo tandem evaderet tanta impudentia exspectans, lapis pene factus sum : adeo mihi res incredibilis videbatur. Ille vero tertium etiam Apollinis et Bacchi adulterium tentaturus erat scilicet, donec ego vidi turbam ad ianuam accendentem. Tum : Hoc illud est, inquam, combustum nos adveniunt; et statim per posticum ad Melanippidem confugi, inde vesperi ad mare prorsum versum. Deinde ad hospitium eo vento appulimus, quem nemo navigans toleret, nisi qui Cimonium piaculum fugiat. Talia cum perpessus sim, ea tibi scribenda esse duxi, ut qui gravius etiam quam ego ipse laturus esses. Tu vero, ut arbitror, affatim ridebis.

XI. Senatui et populo Atheniensium.

Aliis de rebus quibusvis jam prius ad vos mihi scribendum esse putabam (neque enim id quoque ei, cui vestram rempublicam calamitas ademisset, ereptum arbitrabar), sed dare consilia et negotiis alienis implicari

ἀκρασίας ἔργον ἐφαίνετο εἶναι, δεδωκότι τηλικαύτην δίκην τοῦ πολιτεύεσθαι, πλὴν εἴ τι δέοι καλούντων ὑμῶν. (2) ἄλλως δὲ μηδὲ ῥᾴδιά τισι τῶν ἐπιτηδείων, οὐχ ὅτι πόλει, συμβουλεύειν τὰ προσήκοντα ᾤόμην· ὑμῖν τε ἑώρων ἄλλους καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυναμένους τὰ κοινά· κατέλιπον γὰρ οὐκ ὀλίγους. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν τεθνᾶσι, πολλοὶ δὲ ἠτυχήκασιν ὥσπερ ἐγώ, περιέστηκε δὲ ἡ πόλις εἰς ἐρημίαν τῶν πολιτευομένων, ἀκούω δὲ τοὺς μὲν αὐτοῦ παρόντας τοὺς δὲ καὶ δι' ἐπιστολῶν κινεῖν τι τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων, ἕτοιμος ἤδη τὰ δοκοῦντα τῇ πόλει συμφέρειν, ὡς μόνον ἔξεστί μοι, δι' ἐπιστολῶν λέγειν. (3) εἰ δὲ καὶ νῦν τὰ Μακεδόνων φρονεῖν ἐροῦσί με, καὶ παραπρεσβείας πάλιν γράψονταί τινες ἀπόντα με ἢ προδοσίας τῆς Ἑλλάδος, ἕτοιμος ἤδη καὶ Ῥόδου καὶ γῆς ἁπάσης Ἑλληνίδος πρόσω φεύγειν, ἐὰν βούλωνται, καὶ πρὸς τὸν ἐν Πέρσαις ἄπειμι καὶ Μήδοις βασιλέα. καίτοι τὰ Περσῶν γε καὶ Μήδων οὐδεὶς ἔφη μέ ποτε φρονεῖν, καὶ πάντων ἥκιστα Δημοσθένης. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖθεν παύσομαι γράφων ἃ τῇ πόλει δόξω συμφέρειν, οὐ χαρίζεσθαι μέλλων ὑμῖν, ὥσπερ ἄλλοι τινές, ἀλλ' ἐλευθέρως νουθετεῖν. (4) εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ ὅτι τῶν πολιτευομένων οἱ μᾶλλον ἐπιπλήττειν ἢ χαρίζεσθαι θέλοντες ὑμῖν δοκεῖν, οὗτοι καὶ μάλιστα πρὸς ἡδονὴν λέγουσι, τὴν ὑπὸ προσχήματι παρρησίας ὁδὸν τοῦ κολακεύειν ἑλόμενοι· καὶ γὰρ αὕτη τίς ἐστι τοῦ χαρίζεσθαι πολίταις καὶ ἡγεμόσι πολὺ κακουργοτέρα προαίρεσις· ἣν βαδίζοντές τινες Ἀθήνησι καὶ περιόντος ἐμοῦ παρ' ὑμῖν (οὕτω γὰρ χρὴ λέγειν) καὶ νῦν ὅσον ἐφ' ὑμῖν τεθνεῶτος, αἰτιῶνται μὲν ὑμῶν τὴν ὀλιγωρίαν ὡς οὐκ ἐθελόντων ἄρχειν τῆς Ἑλλάδος, προτρέπονται δὲ ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ὡς δυναμένους. (5) ὑμεῖς δέ, μετὰ τοῦ δοκεῖν ἀργοὶ γεγονέναι, δύνασθαι τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν νομίζεσθαι θέλετε μᾶλλον ἢ μετὰ τοῦ μένειν ὑμῶν τὰς προθυμίας ἐνδεῖσθαι τῆς δυνάμεως. πυνθάνομαι γὰρ τελευτήσαντος Ἀλεξάνδρου προτρέπειν τινὰς ὑμᾶς καινοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων· ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῦτα συμβουλεύειν ὑμῖν μετὰ τοῦ συμφέρειν. (6) οὐ γὰρ ἠγνόουν μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ὅτι λαμπρόν ἐστι τὸ τοῖς μὲν βαρβάροις πολεμεῖν, τοὺς δὲ Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, καὶ ταῦτά γε καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν προελομένους· ἀλλ' εἰς μὲν τὸ βούλεσθαι τὰ κράτιστα τὴν γνώμην οὖσαν ἱκανήν, εἰς δὲ τὸ δύνασθαι καὶ τύχης ἀγαθῆς ὑμᾶς δεομένους. (7) προσήκειν οὖν μεμνῆσθαι καὶ ὑμᾶς ὑπελάμβανον ὅτι Ἀθηναίοις μὲν ἐπιστέλλομεν, Ἀθηναίοις δὲ οὐκ ἐν οἷς Θεμιστοκλῆς ἐπολιτεύσατο, ἀλλ' οἳ τὰς μὲν γνώμας καὶ τὰς νοήσεις ἐκείνων οὐ χείρους εἰσί, τὰς μέντοιγε πρὸς τοὺς πολέμους ἀφορμὰς οὐχ ὁμοίας ἔχουσιν. ἐπεὶ δότωσαν μὲν τριακοσίας τριήρεις οἱ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄξια γράφοντες ἡμῖν, δότωσαν δὲ τρισμύρια τάλαντα ἀργυρίου καὶ χρυσίου ἀπέφθου δισχίλια, δότωσαν δὲ ἀνδρῶν ἐν ἥβῃ τοσοῦτο πλῆθος ἤδη γεγυμνασμένων ἐν ὅπλοις, καὶ μηκέτι συμβουλευέτωσαν (8) (αὐτοὶ

non parvæ incontinentiæ mihi esse videbatur in eo, qui administratæ reipublicæ tam graves dedisset pœnas, nisi cum et res postularet et vos peteretis. (2) Alioqui ne familiarium quidem aliquibus facile esse suadere existimabam, nedum civitati : et vobis esse alios qui reipublicæ dicendo agendoque consulere possent; reliqui enim non paucos. Sed quia eorum alii obierunt, multi simili mecum calamitate sunt conflictati, et republica eorum a quibus gubernetur penuria laborat (audio autem quosdam per litteras turbare statum civitatis), iam non recuso, ea quæ mihi e republica esse videntur, qua sola ratione licet, per litteras explicare. (3) Quod si me nunc etiam facere cum Macedonibus dicunt et falsæ legationis aut Græciæ proditæ etiam absentem aliqui accusant, paratus sum ultra et Rhodum et universam Græciam fugere, si volent, et ad Persarum et Medorum regem proficiscar : etsi me stare a Persis et Medis nemo unquam dixit et omnium minime Demosthenes. Sed ne ibi quidem ea scribere desistam, quæ urbi profutura videbuntur, non gratificaturus vobis, ut alii quidam, sed libere moniturus. (4) Sciendum enim est, eos magistratus, qui magis obiurgare vos, quam gratiam vestram aucupari videri volunt, maxime ad gratiam loqui, delecta ea assentandi via, quæ sub velamento libertatis delitescat. Nam hæc est gratificandi civibus et ducibus via multo maliciosior : quam ingressi quidam Athenis, me et adhuc apud vos superstite (sic enim mihi dicendum est) et nunc, quantum in vobis est, mortuo, vestram culpant ignaviam, ut qui nolitis imperare Græciæ; et ad principatum adhortantur, ut quem obtinere possitis. (5) Vos vero malle debetis cum opinione ignaviæ videri Græcis imperare posse quam retenta vestra alacritate viribus destitui. Audio enim Alexandro defuncto quosdam exhortari vos ad rerum novarum studium. Ego vero ea me vobis suadere vellem, quæ in posterum prodessent. (6) Neque enim ignorabam (testor Iovem optimum maximum cæterosque deos) magnificum esse, barbaros perpetuo oppugnare et Græcos in libertatem vindicare, et hoc patrum etiam nostrorum fuisse institutum. Verum, ut optima quæque velitis, id in vestris animis esse situm; ut autem exsequi etiam possitis, secunda etiam fortuna vobis esse opus. (7) Existimabam igitur, vos quoque meminisse oportere, nos, etsi ad Athenienses scribamus, ad eos tamen scribere Athenienses, non apud quos rempublicam Themistocles administravit, sed ad eos, qui, cum animis nihilo sint illis inferiores, non easdem habeant ad gerenda bella facultates. Nam qui Græcia digna scribunt, danto vobis trecentas triremes, danto triginta millia talentum argenti, et auri puri puti tria millia, danto virorum ætate et robore florentium tantam multitudinem in armis iam exercitatorum, et suadere desinunto (8) (ipsi enim sciemus quid sit agen-

γὰρ εἰδήσομεν ἃ χρὴ πράττειν, δυνάμενοι τὰ δόξαντα πράττειν), μηδὲ ῥαψῳδείτωσαν μάτην ἐπαινοῦντες ἡμῶν τοὺς προγόνους τε καὶ τὴν χώραν, ὅτι ἐγένοντο ἐν αὐτῇ καὶ ὑπὲρ αὐτῆς, εἰσεγένοντο ἐν αὐτῇ οἱ θεοί. ἐπεὶ πύθεσθε αὐτῶν τί ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ τὴν πόλιν ὤνησε τῶν Ἀθηναίων ὅτι Ἄρης πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιρροθίου ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐκρίθη; (9) ἀλλ' εἰ πρὸς Ἀντίπατρον, ἢ ὅστις ἄλλος Μακεδόνων βασιλεύς, ἱκανοί ἐσμεν ἀγωνίσασθαι, τοῦτο χρὴ σκοπεῖν. κἂν ἱκανοὶ ὦμεν, ἀγαθῇ τύχῃ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα εὐθέως ἐλευθερῶμεν τοὺς Ἕλληνας· εἰ δὲ τούτου μὲν ὀλιγωρήσομεν, κολακευόμενοι δὲ ἡσθησόμεθα, πῶς οὐ μετὰ τοῦ δοκεῖν ἑαυτοῖς αἴτιοι γεγονέναι τῶν συμφορῶν, ὃ μόνον οὐδὲ παραμυθίαν ἔχει τοῖς κακῶς πράττουσιν, ἀτυχήσομεν; (10) ἔστι δὲ καὶ πόλεως καὶ ἀνδρὸς εὖ φρονοῦντος ἔργον πρὸς τὰς παρούσας ἀφορμὰς ὑπὲρ τῶν παρόντων βουλεύσασθαι· τὸ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἰς τὰ πράγματα, οἷς ἐπιχειρεῖτε, ἐκ τῆς πρόσθεν ἰσχύος ἔχειν, τὴν δὲ ἰσχὺν πάλαι ποτ' ἐσχηκέναι μεγάλην, ὅμοιόν γε φαίνεται ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπίασι πολλάκις νικήσας ὕστερον γέρων ὢν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ προκαλοῖτο τοὺς ἀντιπάλους, ἀναμιμνησκόμενος ἧς ἔσχηκεν, οὐ τῆς παρούσης δυνάμεως. (11) ἄξιον δὲ καὶ ἃ λέγειν αὐτοὺς πυνθάνομαι λογίσασθαι μεθ' ὑμῶν, ὡς καινὰ καὶ θαυμαστὸν ὅσον εἰς ἃ βούλονται τῇ πράξει συλλαβεῖν δυνάμενα. φάσκουσι γὰρ δεῖν ὑμᾶς ὁμονοεῖν, ὥσπερ ὑμᾶς οὐκ ἐπισταμένους ὅτι τοῦτο μὲν πάσῃ πόλει, καὶ πολεμεῖν καὶ εἰρηνεύειν βουλομένῃ, κράτιστόν ἐστιν. (12) ἡμᾶς δὲ οὐ τοῦτο δεῖ σκοπεῖν, εἰ ὁμονοητέον πολεμοῦσιν· ὁμονοητέον γὰρ καὶ πολεμοῦσι καὶ μὴ παντὸς ἕνεκα· ἀλλ' εἰ βουλομένοις πολεμεῖν καὶ ὁμονοεῖν, ὡς ἴσμεν ἅπαντες, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ δύναμις. ἕως δ' ἂν μήτε συστρατείας πολεμοῦντες ἔχωμεν, μήτε χρημάτων πόρους δεικνύωσιν, ἀλλὰ τὴν Ἀθηνᾶν ἔγγυον διδῶσι τοῦ πολέμου, μηδὲν διαφέρειν αὐτοὺς αὐτίκα νομίζωμεν. (13) ἀλλ' ἐκεῖνον μέν, ὥσπερ ἦν ἄξιος παραπλὴξ τὴν διάνοιαν ὤν, κατελύσατε εἰκότως· τούτοις δὲ ἀποχρησάτω μηδὲν παθεῖν κακὸν παραδόξους λόγους μελετῶσι καὶ μηδὲ λείψανον ἐῶσιν ὑμῖν τι τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τούτων φθονοῦσι πράττειν ἃ δεῖ βουλομένοις, ἕως ἂν τὸ Θηβαίων πολιτεύσωνται πολίτευμα, μηλόβοτον ὑμῶν γενέσθαι τὴν χώραν καὶ κατασκαφῆναι τὴν πόλιν ἀναγκάσαντες. οὐ γὰρ εἰ κακῶς ἔχει τὰ πράγματα, διὰ τοῦτο μηδέν, ὅπως μὴ χεῖρον ἕξει, φροντιστέον.

ιβ'. Τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων.

Ἐγὼ προσῆλθον τῷ πολιτεύεσθαι γεγονὼς ἔτη τρία καὶ τριάκοντα, μὰ Δί' οὐ τριταγωνιστεῖν μαθών, ὡς Δημοσθένης ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, καὶ παιδείας φροντίσας τὰ μέτρια, καὶ λόγους οἵους λέγειν ἐν Ἀθήναις ἔπρεπε. (2) καὶ τούτους οὐκ εἰς συκοφαντίαν γυμνάσας, οὐδέ τινι τῶν πολιτῶν δίκην δικα-

dum, ubi ea quæ probata nobis fuerint, exsequi poterimus) neque nugas agunto frustra laudandis maioribus nostris et regione : illos in ea re et pro ea fuisse natos : etiam deos in ea esse ortos. Rogate eos, quid in Chæronensi pugna urbi Atheniensium profuerit, quod Mars suam causam cum Neptuno in Areopago disceptarit? (9) Enimvero illud considerandum est, an ad prœlio decertandum cum Antipatro aut quovis alio Macedonum rege iustas vires habeamus? quod si erit, diis approbantibus, sumptis armis, Græcos in libertatem asseramus. Sin hoc quidem neglexerimus, assentationibus autem inducti superati fuerimus, qui fieri poterit ut in calamitatem non incidamus? præterquam quod nosmetipsi in mala conjecisse videbimur, quæ sola res in miseriis nullam consolationem habet. (10) Est autem et reipublicæ et viri sapientis officium, de statu rerum pro ratione horum temporum deliberare. Audaciam vero ad res quas gerendas suscipias, ex veteri potentia concipere, qua olim magna præditus fueris, id perinde esse videtur, ac si quis sæpe Olympiæ victor, post ubi consenuerit, adhuc nomen suum profiteatur et adversarios evocet, eosque roboris non quod iam habet, sed quod olim habuit, commonefacit. (11) Est etiam consideratu dignum, cuius modi ea sint, quæ ab eis dici audio, quam nova et mirabilia : dum nos concordes esse iubent, tanquam id magnum rebus gerendis afferat adiumentum. Quasi vero vos ignoretis, id quidem cuivis urbi sive bellum gerenti sive pacem agenti esse optimum; (12) illud autem nobis spectandum esse, non an bellum suscepturis concordia sit ineunda (nam concordes esse nos sive bellum gerentes sive quiescentes omnibus de causis oportet), sed an iustas vires habeamus, si et bellum gerere et concordes esse voluerimus : ut scimus omnes. Quoad autem non ostenderint nec quos bellum gesturi exercitus habituri simus nec quam pecuniæ copiam, sed Minervam belli vadem nobis dederint, statim eos nihil ab insanis differre existimabimus. (13) At illum quidem, ut merebatur, homo nimirum mentis errore affectus, iure repudiastis : isti autem contenti esse debent, si nihil mali patiantur, dum absurdas excogitant orationes et ne reliquias quidem ullas vobis superesse sinunt, sed has etiam iis invident, qui fungi officio cupiunt, donec Thebanorum exemplo republica administrata regionem nostram in ovium pascua converti, urbem everti coegerint : nec enim eo quod res male se habent, providendum non est, ne deteriores etiam fiant.

XII. Senatui et populo Atheniensium.

Ego ad rempublicam accessi annos tres et triginta natus, cum mehercule non tertias actitare partes didicissem, ut Demosthenes dicebat, sed illud comperietis, me et educatum esse liberaliter, et mediocris doctrinæ et ejusmodi orationum rationem habuisse, quas haberi Athenis deceret, (2) atque eas non ad calumniam contulisse

σάμενος εὑρεθήσομαι λαβὼν ἀργύριον, οὐδὲ ὕβρεις ἀποδόμενος, ἀλλ' οὐδὲ ὑβρισθεὶς ὅλως οὐδὲ ἀφορμὴν προπηλακισμοῦ παρασχών, οὐδὲ εἰς δίκην τινὰ τῶν πολιτῶν καταστήσας ἔξω Τιμάρχου μόνου. (3) καὶ οὐκ ἀλαζονεύομαι πρὸς ὑμᾶς ὡς πολλὰ πάνυ λαβεῖν ἐξόν μοι χρήματα μὴ λαβών, ἀλλ' ὡς ἦν προσῆκον, δίκην κατὰ τοὺς νόμους λαβών. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν Κτησιφῶντα, πολλὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ παθὼν πολλὰ δὲ ὑπὸ Δημοσθένους, παρανόμων ἐγραψάμην, δικαιοτάτην ὦ θεοὶ γραφήν. (4) καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ καὶ τῶν νόμων τῶν ὑμετέρων καὶ τῶν ἐμῶν λόγων ἡ Δημοσθένους δεινότης κρείσσων ἐγένετο. ἐφάνη δὲ ἴσως ἐφ' οἷς κατηγορήθην πρότερον ὑπὸ Δημοσθένους, πολὺ μείζοσι δηλονότι τούτων οὖσι δι' ἃ νῦν ἐξέπεσον, οὐ μικρὸν εἰς ὑμᾶς δεῖγμα τοῦτο τοῦ καλῶς ἐμὲ πεπολιτεῦσθαι νομίζεσθαι, ὅτι οὐδὲ Δημοσθένους κατηγοροῦντος ἑάλων. (5) μετὰ δὲ ταύτην τὴν συμφορὰν καὶ τέλεον καταφανῆ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὐχ ὅπως μόνοις ὑμῖν, ἐμαυτὸν οἴομαι γεγονέναι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι ἀποθανόντες οἱ ἄνθρωποι καὶ φεύγοντες ἐκ τῶν πατρίδων, τότε δὴ καὶ μάλιστα ὁποῖοί τινες ἐγένοντο τοὺς τρόπους διαδείκνυνται; (6) καὶ γὰρ ἃ συνέκρυπτον αὐτοὶ πρότερον, ἐκ μέσου γενομένων ἀναφαίνεται καθαρῶς· αἰτιᾶται γὰρ πολὺ μᾶλλον τῶν ἐχθρῶν ἕκαστος αὐτοὺς οὐδὲν ἀντειπεῖν δυναμένους. οἱ δὲ δὴ φεύγοντες ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις, ὡς τὰ τῶν πολεμίων ἀεὶ προαιρούμενοι καὶ παντελῶς, δεικνύουσι καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἐν τῷ πολιτεύεσθαι γενομένας αὐτοῖς γνώμας καταφανεῖς· καὶ γὰρ καὶ ὅπως φέρουσι τὰς συμφορὰς καὶ ὡς διάκεινται πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἐξετάζονται σαφῶς. (7) ἆρ' οὖν ὡς καὶ Φιλίππῳ προδοὺς τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα καὶ παραπρεσβεύσας τοιαῦτα κατὰ τῆς πόλεως, ὡς δὴ θεραπεύσας Μακεδόνας, ἐπειδὴ τάχιστα φεύγων παρ' ὑμῶν ᾠχόμην, πρὸς Ἀλέξανδρον ἀπηλλάγην, χάριν τε ὧν παρεσχόμην αὐτῷ κομιούμενος καὶ προμηθείας δηλονότι τευξόμενος παρ' αὐτῷ; (8) καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἑώρων τὰ μὲν ἐν Βοιωτίᾳ πανδοκεῖα Δημάδην ἔχοντα καὶ χωρία ζευγῶν εἴκοσιν ἀροῦντα καὶ χρυσᾶς ἔχοντα φιάλας, Ἡγήμονα δὲ καὶ Καλλιμέδοντα, τὸν μὲν ἐν Πέλλῃ τὸν δὲ ἐν Βερροίᾳ, καὶ δωρεὰς ἅμα εἰληφότας καὶ γυναῖκας εὐπρεπεστάτας γεγαμηκότας. (9) Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς Θηβαίους οὐδ' εἰς Θετταλίαν ᾠχόμην παρ' ὑμῶν, οὐδὲ πρὸς ἄλλους τινάς, παρ' οἷς ἢ λοιδορεῖν ἔδει με τὴν πατρίδα τὴν ἐμὴν ἢ λοιδορουμένης αὐτῆς ἀκούειν, ἀλλ' εἰς Ῥόδον ἀφικόμην, οὔτε μὰ τὸν Δία δυσμενῶν ὑμῖν οὔτ' ἄλλως φιλαπεχθημόνων ἀνθρώπων πόλιν. (10) τὸ μὲν γὰρ ἄγχιστα τῆς ἑαυτῶν πατρίδος ἑστάναι κατειρωνευομένων ἔμοιγε τῆς συμφορᾶς εἶναι μᾶλλον ἢ στεργόντων ἐδόκει τὴν πόλιν· τὸν δὲ ὄντως στέργοντα τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὡς πορρωτάτω μᾶλλον αὐτῆς ἐχρῆν ἀπιέναι, καὶ μηδὲν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόμνημα ἔχειν, ὃ τὴν γνώμην ἀμύξει. (11) καὶ γὰρ οὐδ' ἐνταῦθα μείνας, ἐν Ῥόδῳ, φανείην ἄν, ἀλλὰ τῆς περαίας

neque ulli civium accepta pecunia periculum creasse, neque etiam contumelias vendidisse, sed prorsus contumeliis non affectum fuisse, neque causam contumeliæ mihi faciendæ ulli suppeditasse : ac ne in iudicium quidem ullum civem adduxisse, extra solum Timarchum. (3) Neque iacto apud vos, me cum permultas apud vos pecunias accipere potuissem, non accepisse, sed, ut conveniebat, pœnas legibus sumpsisse. Post etiam Ctesiphontem, multa ab eo perpessus, multa item a Demosthene, violatarum legum reum feci iustissimo, o Dii immortales, iudicio; (4) neque vero mirum est, Demosthenis eloquentiam et legibus vestris et verbis meis fuisse superiorem. Illud autem non exiguum fortassis apud vos argumentum exstitit bene gestæ a me reipublicæ, quod ne Demosthene quidem accusante illorum criminum, quorum ille me reum fecerat (cum quidem iis ob quæ nunc exulo longe graviora essent) fuerim condemnatus. (5) Post hanc autem calamitatem me penitus non vobis duntaxat, sed omnibus etiam Græcis notum esse factum opinor. Quis enim nescit, homines ut mortuos, ita etiam patria exulantes, qui et quibus moribus fuerint, maxime cognosci? (6) Nam et quæ prius ipsi contegebant, ea illis de medio sublatis perspicue cernuntur, et omnes inimici multo magis eos criminantur, cum iam se defendere non possunt; qui autem ob id crimen exulant, quasi hostium commodis perpetuo studuerint, omnino et mores et consilia in gerenda republica sua evidenter demonstrant. Neque enim quo pacto calamitates ferant et ut erga patriam sint affecti, ulla ratione celare possunt. (7) Numquid ergo, ut qui patriam meam Philippo prodiderim, et in reipublicæ fraudem mala fide legationem obierim, quippe Macedonum cultor, ut primum a vobis eiectus abii, ad Alexandrum me contuli, ut et gratia pro meritis ab eo mihi referretur et rationibus meis consuleretur? (8) neque vero non videbam, Demadem cauponas Bœotias tenere et fundos XX boum iugis arare et aureas habere phialas, Hegemonem autem et Callimedontem alterum Pellæ alterum Berrhœæ cum munera accepisse, tum matronas honestissimas uxores duxisse. (9) Neque etiam a vobis ad Thebanos aut in Thessaliam abii aut ad alios quosdam, apud quos mihi convicia in patriam aut dicenda aut ab aliis audienda essent : sed Rhodum sum profectus, in hominum urbem, qui nec vobis inimici sunt, nec inimicitiarum appetentes. (10) Nam proxime patriam consistere mihi videbatur eorum esse, qui calamitatem quasi eluderent magis, quam æquo animo ferrent, cum quam longissime ab ea multo magis discedendum fuerit neque unquam in oculis habendum monimentum quod animum cruciaret. (11) Ac ne Rhodi quidem mansi, sed delegi parvum quoddam castellum exadversum situm,

ἑλόμενός τι μικρὸν φρούριον, Ἄμμον· κἀνταῦθα πριάμενος χωρία τοσούτων ταλάντων ὅσων εἰκὸς ἦν τὸν Φιλίππου μὲν πρότερον εἶτ' Ἀλεξάνδρου μισθωτὸν ὕστερον γενόμενον καὶ Φωκεῖς προδόντα καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίαν Μακεδόσι, κάθημαι μεθ' ἑπτὰ θεραπόντων ἐνταῦθα καὶ δυοῖν μόνων γνωρίμων καὶ τῆς μητρός, (12) ἣ τρίτον ἔχουσα καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἔπλευσε σὺν ἐμοὶ μεθέξουσα τῆς δι' ὑμᾶς μοι συμφορᾶς γενομένης, καὶ μετὰ γυναικός, ἣ συνεξέπεσέ μοι κωλύοντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς καὶ μένειν ἴσως ἀναγκαζόντων τῶν νόμων, τὸν τρόπον τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τοὺς νόμους ἐπισταμένη, καὶ μετὰ τριῶν παίδων οὐδέπω καὶ νῦν τῆς ἑαυτῶν συμφορᾶς ἐπαισθομένων, οὐδὲ ὁποίαν αὐτοῖς ὁ θεὸς δέδωκε γινομένοις πατρίδα τὴν Ἀθηναίων πόλιν, ὁποίαν δ' εὐθέως γενομένων αὖ ἀφῄρηται πάλιν. (13) καὶ ἕτεροι μέν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἑαυτῶν παῖδας τοὺς ἢ ἐν Βοιωτίᾳ γεννηθέντας ἢ ἐν Αἰτωλίᾳ πρὸς ὑμᾶς πέμπουσι τῆς αὐτόθι παιδείας μεθέξοντας· οἷς δὲ ταῦτα παρὰ τῆς φύσεως ὑπῆρξεν, οὐ δημοποιήτου πατρὸς οὖσιν οὐδ' ἐπ' αἰτίαις αἰσχραῖς ἑαλωκότος, φεύγουσιν ἔτι νήπιοι, καὶ τρέφονται πένητες ἐν ἐρημίᾳ τε καὶ φυγῇ πατρῴᾳ. (14) καὶ περὶ μὲν τῶν Λυκούργου παίδων Δημοσθένης ὑμῖν ἐπιστέλλει, καὶ δεῖται καλῶς ποιῶν χαρίσασθαι τὸ πατρῷον αὐτοῖς ὄφλημα, καὶ ὑμεῖς οὐδὲν ἄλλ' ἢ Ἀθηναίων ἔργον, ἐλεήσαντες αὐτοὺς καὶ χαρισάμενοι, ἐποιήσατε (καὶ γὰρ ὀργίζεσθαι ῥᾳδίως ὑμῖν ἔθος ἐστὶ καὶ χαρίζεσθαι πάλιν)· (15) ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ παίδων οὐκ ἂν ὑμᾶς πείσαιμ' ἂν δεόμενος, ὡς μή μοι μόνον ἐν ὀρφανίᾳ τραφῶσιν, ἀλλ' ὀρφανοὶ ἅμα καὶ φυγάδες ὄντες, οὔτε ἀδικήσαντες παῖδες ὄντες, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλως ἑαλωκότες, τὰ μέντοι τῶν ἑαλωκότων πάντα πεπονθότες. εἶτα τελευτήσαντος ἀναμνήσθητέ μου, καὶ χαρίσασθε τὰς δεήσεις, νῦν προσέχοντες ἡμῖν. ἀλλὰ καὶ πράξατε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ πείσθητε, τὰ συνήθη ὑμῖν αὐτοῖς καὶ μέτρια ποιοῦντες. (16) οὐ γὰρ ἂν δὴ τῶν τρόπων ἀποσταίητε καὶ καταλύσαιτε τὴν τῆς πόλεως δόξαν, ἣν ἐπὶ χρηστότητι μείζω καὶ φιλανθρωπίᾳ διὰ παντὸς ἔσχεν ἢ ταῖς ἄλλαις πάσαις ἡ πόλις. οὐδ' ἂν Μελάνωπος ἰσχύσειε πλεῖον κωλύων ὑμᾶς μιμεῖσθαι τὴν ἑαυτῶν χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν, ἢ παρακαλῶν οὐκ Αἰσχίνης (οὐδαμῶς μὰ τοὺς θεούς· (17) οὐ γὰρ αὐτάρκης οὐδ' εὐτυχὴς πείθειν ἔγωγε τὴν πατρίδα τὴν ἐμήν, καὶ μάλιστα νῦν, ἐμαυτοῦ χάριν πείθειν δοκῶν) ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως τρόπος καὶ τὸ πάλαι ὑμῶν ὄνομα καὶ τὸ τῶν προγόνων ἦθος, ᾧ ἀναγκαιότερον δήπουθεν ἢ Μελανώπῳ καθ' ἡμῶν δεομένῳ προσέχειν.

Ammon, ibique emi prædia tot talentis, duobus videlicet, quot emi ab eo consentaneum erat, qui olim Philippi, post Alexandri mercenarius fuerat, quique Macedonibus et Phocenses et Græcorum prodiderat libertatem. Hic sedeo cum septem famulis et duobus duntaxat sodalibus et matre, (12) quæ anno ætatis tertio septuagesimo navigavit mecum, particeps futura inflictæ mihi per vos calamitatis; et cum uxore quæ una mecum ex urbe excessit, prohibente eam patre, et legibus fortasse manere cogentibus, magis gnara morum civitatis quam legum, et cum tribus liberis, qui ne nunc quidem suam calamitatem intelligunt, nec qualem sibi nascentibus patriam dii dederint Atheniensium civitatem, et quali statim ut nati fuerant, sint urbe privati. (13) Atque alii quidem, ut video, suos liberos vel in Bœotia vel in Ætolia natos ad vos mittunt, ut vestra disciplina erudiantur. Quibus vero hæc a natura tributa fuerant, cum patris essent non populi beneficio in urbem ascripti aut ob turpia facinora condemnati, hi exulant adhuc infantes, et in paupertate educantur, in solitudine et exilio paterno. (14) Ac de Lycurgi liberis ad vos scribit Demosthenes, et recte facit, qui paternum eis debitum condonari petat. Et vos nihil aliud egistis nisi quod Athenienses decebat, ac miserti eorum condonastis. Vestri enim moris est, facile et irasci et redire in gratiam. (15) Ego vero a vobis impetrare non potero, si pro meis orem, non modo ne in orbitate alantur, sed ne simul et orbi sint et exules, cum nihil peccarint, quippe pueri, neque alia ratione sint condemnati, et perpessi tamen omnia quæ condemnatis usuveniunt. Tandem recordamini mei, Athenienses, et precibus meis benigne locum date, nunc nostri rationem habentes. Agite ergo, Athenienses, concedite ea quæ vestri moris sunt, et moderatione utimini. (16) Neque a vestris moribus recedetis, neque gloriam vestram destruetis, quam bonitatis et humanitatis nomine maiorem quam cæteræ urbes omnes estis consecuti : neque plus valeat Melanopus, qui vobis obstat, quominus vestram bonitatem et humanitatem imitemini, quam qui vos adhortatur, et is quidem non Æschines (nequaquam mediusfidius : (17) neque enim ego satis aut virium aut facundiæ habeo ad persuadendum patriæ meæ, præsertim cum nunc meam causam agere videar), sed civitatis mos et antiquum vestrum nomen et maiorum consuetudo : quæ pluris facienda est scilicet quam Melanopus, qui ea flagitat, quæ vobis sunt indecora.

ΑΛΚΙΦΡΟΝΟΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ALCIPHRONIS RHETORIS EPISTOLÆ.

A.

α'. Εὔδιος Φιλοσκάφῳ.

Χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλαττα τὸ τήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσεν. ὡς γὰρ τρίτην ταύτην ἡμέραν λάβρως κατὰ τοῦ πελάγους ἐπέπνεον ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων οἱ βορραῖ, καὶ ἐπεφρίκει μὲν ὁ πόντος μελαινόμενος, τοῦ ὕδατος δὲ ἀφρὸς ἐξηνθήκει, πανταχοῦ τῆς θαλάσσης ἐπαλλήλων ἐπικλωμένων τῶν κυμάτων (τὰ μὲν γὰρ ταῖς πέτραις προσηράσσετο, τὰ δὲ εἴσω ἀνοιδοῦντα ἐρρήγνυτο), ἀργία παντελὴς ἦν, (2) καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ἠόσι καταλαβόντες καλύβια, ὀλίγα ξυλισάμενοι κομμάτια ὅσα οἱ ναυπηγοὶ πρῴην ἐκ τῶν δρυῶν κατέλιπον, ἐκ τούτων πῦρ ἀνάψαντες τὸ πικρὸν τοῦ κρυμοῦ παρεμυθούμεθα. (3) τετάρτη δὲ αὕτη ἐπιλαβοῦσα ἡμᾶς ἀλκυονὶς ὡς οἶμαι ἡμέρα (ἔστι γὰρ τοῦτο τῷ καθαρῷ τῆς αἰθρίας τεκμήρασθαι) πλοῦτον ἀθρόον ἀγαθῶν ἔδειξεν. ὡς γὰρ ὤφθη μὲν ὁ ἥλιος, πρώτη δὲ ἀκτὶς εἰς τὸ πέλαγος ἀπέστιλβε, τὸ πρῴην νεωλκηθὲν σκαφίδιον σπουδῇ κατεσύραμεν, εἶτ' ἐνθέμενοι τὰ δίκτυα ἔργου εἰχόμεθα. (4) μικρὸν δὲ ἄποθεν τῆς ἀκτῆς χαλάσαντες, φεῦ τῆς εὐοψίας, ὅσον ἰχθύων ἐξειλκύσαμεν· μικροῦ καὶ τοὺς φελλοὺς ἐδέησε κατασῦραι ὑφάλους τὸ δίκτυον ἐξωγκωμένον. εὐθὺς οὖν ὀψῶναι πλησίον, καὶ τὰς ἀσίλλας ἐπωμίους ἀνελόμενοι καὶ τὰς ἑκατέρωθεν σπυρίδας ἐξαρτήσαντες ἄστυδ' ἠπείγοντο. (5) πᾶσι δὲ τούτοις ἠρκέσαμεν ἡμεῖς καὶ πρὸς τούτοις ἀπηνεγκάμεθα γαμεταῖς καὶ παιδίοις ὄγκον οὐκ ὀλίγον λεπτοτέρων ἰχθύων, οὐχ εἰς μίαν, ἀλλ' εἰ χειμὼν ἐπιλάβοι, καὶ εἰς πλείους ἡμέρας ἐμφορηθῆναι.

β'. Γαληναῖος Κύρτωνι.

Μάτην ἡμῖν τὰ πάντα πονεῖται, ὦ Κύρτων, δι' ἡμέρας μὲν ὑπὸ τῆς εἵλης φλεγομένοις, νύκτωρ δὲ ὑπὸ λαμπάσι τὸν βυθὸν ἀποξύουσι, καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς τὸν τῶν Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθον· οὕτως ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα διαμοχθοῦμεν. (2) ἡμῖν μὲν γὰρ οὐδὲ ἀκαλήφης ἔστιν ἢ πελωρίδος ἐμπλῆσαι τὴν γαστέρα, ὁ δεσπότης δὲ συλλέγει καὶ τοὺς ἰχθῦς καὶ τὰ κέρματα. οὐκ ἀποχρῶν δὲ αὐτῷ τοσαῦτα ἔχειν παρ' ἡμῶν, ὁ δὲ διερευνᾶται καὶ τὸ σκαφίδιον συνεχῶς. (3) καὶ πρῴην, ὅτε ἐκ Μουνυχίας ἐπέμψαμεν αὐτῷ κομιοῦντα τοὐψώνιον Ἕρμωνα τουτονὶ τὸν μειρακίσκον, σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάττης ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν εὐρυ-

I.

I. Eudius Philoscapho.

Commodam nobis mare in tranquillitatem hodie stratum est. Cum tertium enim hunc diem duraret tempestas vehementerque versus mare flaret a promontoriis Boreas inhorresceretque nigrescens pontus, undarum vero spuma effloresceret crebris undique per mare fractis fluctibus (nam partim rupibus allidebantur, partim intrinsecus inumescentes rumpebantur), ab omni omnino opere fuit cessandum. (2) Occupavimus igitur tuguria quæ in littoribus erant, et congestis paucis lignorum segmentis, quæ navium fabricatores antea de quercubus excisis reliquerant, igni accenso acerbitati frigoris medebamur. (3) Quartus vero hic insecutus halcyonius ut puto dies (licet enim hoc ex puritate serenitatis conicere) cumulatissimas nobis ostendit divitias. Ut enim sol apparuit primusque radius mari illuxit, scaphulam nuper subductam confestim deduximus impositisque retibus operi incubuimus. (4) Paululum vero a littore laxantes *retia*, o copiam piscium! quantum piscium extraximus! non multum aberat quin etiam suberinos cortices detraheret in mari demersum et mole gravatum rete. Statim igitur opsonatores aderant, jugisque in humeros sublatis et sportulis utrimque suspensis, in urbem properarunt. (5) Omnibus autem istis nos satisfecimus et præterea tulimus uxoribus et liberis molem haud parvam minutorum piscium, quibus non per unum tantum, sed si tempestas ingruat, plures dies exsatiari possint.

II. Galenæus Cyrtoni.

Frustra a nobis omnis opera consumitur, mi Cyrton, qui interdiu æstu urimur, noctu vero inter faces profundum maris verrimus et, quod proverbio dicitur, in Danaidum dolium effundimus amphoras. Sic vanus et irritus labor noster est. (2) Nos enim nec urtica nec peloride implere ventrem possumus, dominus autem colligit et pisces et pecuniam. Nec contentus tantum a nobis habere etiam cymbam assidue perlustrat. (3) Et nuper cum ex Munychia ad eum mitteremus Hermonem istum adolescentulum ut pisces ad eum ferret, spongias nos portare iussit et marinas lanas, quæ nascuntur abunde

νόμης λῆμνον. (4) ὥσθ' ὁ μὲν οὔπω ταῦτα προσαπῄτει, καὶ ὁ Ἕρμων ἀφεὶς μὲν τὸ φερνίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀφεὶς δὲ καὶ ἡμᾶς αὐτῷ σκάφει ᾤχετο ἐπὶ λέμβου κωπήρους Ῥοδίοις τισὶ θαλαττουργοῖς ἀναμιχθείς. καὶ ὁ μὲν δεσπότης οἰκέτην, ἡμεῖς δὲ συνεργὸν ἀγαθὸν ἐποθήσαμεν.

γ'. Γλαῦκος Γαλατείᾳ.

Χρηστὸν ἡ γῆ καὶ ἡ βῶλος ἀκίνδυνον, χαλεπὸν ἡ θάλαττα καὶ ἡ ναυτιλία ῥιψοκίνδυνον· ὀρθῶς ἐγὼ τοῦτο κρίνω πείρᾳ καὶ διδασκαλίᾳ μαθών. (2) ποτὲ γὰρ ὄψον ἀποδόσθαι βουληθεὶς ἤκουσα ἑνὸς τῶν ἐν τῇ ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων στιχίδιον ἀποφθεγγομένου τὴν ἀπόνοιαν τῶν πλεόντων ἐπιστῦφον· ἔλεγε δ' Ἀράτου τινὸς εἶναι σοφοῦ τὰ μετέωρα, καὶ ἦν ὅσον ἀπομνημονεύσαντα οὐχ ὅλον εἰπεῖν ὧδε εἰρημένον « ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. » (3) τί οὖν, ὦ γύναι, οὐ σωφρονοῦμεν καὶ ὀψὲ τοῦ καιροῦ φεύγομεν τὴν πρὸς τὸν θάνατον γειτνίασιν, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδίοις ζῶντες, οἷς εἰ καὶ μηδὲν μέγα παρέχειν δι' ἀχρηματίαν ἔχομεν, τόδε παρέξομεν καὶ χαριούμεθα, τὸ τὰς τρικυμίας καὶ τοὺς ἐκ βυθοῦ κινδύνους ἀγνοῆσαι, γεωργίᾳ δὲ συντραφῆναι καὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ ἀδεᾶ βίον ἀσπάσασθαι.

δ'. Κυμόθους Τριτωνίδι.

Ὅσον ἡ θάλαττα τῆς γῆς διαλλάττει, τοσοῦτον καὶ ἡμεῖς οἱ ταύτης ἐργάται τῶν κατὰ πόλεις ἢ κώμας οἰκούντων διαφέρομεν. οἱ μὲν γὰρ ἢ μένοντες εἴσω πυλῶν τὰ δημοτικὰ διαπράττονται, ἢ γεωργίᾳ προσανέχοντες τὴν ἐκ τῆς βώλου πρὸς διατροφὴν ἀναμένουσιν ἐπικαρπίαν· (2) ἡμῖν δὲ οἷς ὁ βίος ἐν ὕδασι, θάνατος ἡ γῆ καθάπερ τοῖς ἰχθύσιν ἥκιστα δυναμένοις ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα. τί δὴ οὖν παθοῦσα, ὦ γύναι, τὴν ἠλακάτην ἀπολιποῦσα καὶ τὰ νήματα τοῦ λίνου ἄστυδε θαμίζεις, ὠσχοφόρια καὶ λήναια ταῖς πλουσίαις Ἀθηναίων συνεορτάζουσα; (3) οὐκ ἔστι τοῦτο σωφρονεῖν οὐδὲ ἀγαθὰ διανοεῖσθαι, οὐχ οὕτω δέ σε ὁ πατὴρ ἐκ τῆς Αἰγίνης, οὗ τεχθῆναί σε καὶ τραφῆναι συνέβη, μυεῖσθαι ὑπ' ἐμοὶ γάμῳ παρέδωκεν. (4) εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, χαῖρε καὶ ἄπιθι· εἰ δὲ τὰ ἐκ θαλάττης ἀγαπᾷς, ἐπάνιθι τὸ λῷον ἑλομένη. λήθη δέ σοι ἔστω μακρὰ τῶν κατ' ἄστυ τούτων ἀπατηλῶν θεαμάτων.

ε'. Ναυβάτης Ῥοθίῳ.

Οἴει μόνος πλουτεῖν, ὅτι τοὺς παρ' ἐμοὶ θητεύοντας δελεάζων ἄγεις ὡς σεαυτὸν περιουσίᾳ μισθωμάτων, καὶ εἰκότως· (2) σοὶ μὲν γὰρ ὁ βόλος ἤνεγκε πρῴην χρυσοῦς κόμματος Δαρεικοῦ, τῆς ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἴσως λείψανα, καταδύσης οἶμαι νηὸς Περσικῆς αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ αὐτοῖς χρήμασιν, ὅτε ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ὁ τοῦ Νεοκλέους ἤρατο τὸ μέγα κατὰ Μήδων τρόπαιον. (3) ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ τὴν τῶν ἀναγκαίων εὐπορίαν ἐκ τῆς καθημερινῆς ἐργασίας τῶν

in Eurynomes stagno. (4) Quas cum vix ille exegisset, Hermon relicto onere una cum piscibus, relictis etiam nobis una cum cymba, fugit in lembo remis instructo, cum se Rhodiensibus quibusdam tinctoribus associasset. Et dominus quidem servum, nos autem fidelem operum laborumque socium cum dolore desideravimus.

III. Glaucus Galateæ.

Bona est terra et gleba expers periculi. Damnosum est mare et navigatio res in pericula præceps. Recte ego hoc iudico, qui experiundo discendoque cognoverim. (2) Aliquando enim cum pisces vendere vellem, audivi quemdam, eorum qui in Pœcile versantur, discalceatum et lurido colore conspicuum, recitantem versiculum amentiam navigantium increpantem: dicebat autem id esse Arati cuiusdam rerum cœlestium periti. Et erat, ut quantum memoria mea fert, non totum recitem, sic pronuntiatum: *Exiguum lignum defendit ab Orco.* (3) Cur igitur, o coniux, non sapimus et sero tandem mortis vicinitatem fugimus? idque cum liberos habeamus, quibus etsi nihil magni præstare ob inopiam possumus, hæc præbebimus et gratificabimur, ut fluctus decumanos et maris pericula ignorent, in agricultura autem educentur et securam metuque carentem vitam amplectantur.

IV. Cymothus Tritonidi.

Quantum mare differt a tellure, tantum etiam nos, qui illi operam damus, ab illis qui in urbibus et pagis habitant. Illi enim aut manentes intra portas rempublicam administrant, aut agris colendis dediti fructus e gleba ad sustentationem vitæ exspectant; (2) nobis autem, quibus vita est in aqua, terra est mors, sicut piscibus minime valentibus respirare aerem. Quid igitur tibi accidit, conjux, quod relicto fuso et lini staminibus urbem frequentas, Oschophoria et Lenæa cum opulentis Atheniensium feminis celebrans? (3) Non est hoc sapere, neque recte cogitare. Non ita te pater ex Ægina, ubi nasci te et educari contigit, ducendam mihi et nuptiis initiandam dedit. (4) Si urbem amas, vale et abi; si te marina delectant, redi ad virum, meliore parte electa. Longa autem tibi oblivio veniat fallacium istorum in urbe spectaculorum.

V. Naubates Rhothio.

Putas solum te divitiis affluere, quod operas meas inescando ad te traducis copia mercedis; et merito; (2) namque tibi iactus nuper monetas auri Darici tulit, Salaminii fortasse prælii navalis reliquias, submersa, ut puto, nave Persica una cum viris et una cum opibus, quando maiorum nostrorum temporibus Themistocles Neoclis filius erexit magnum illud contra Medos tropæum. (3) Ego vero contentus sum si rerum necessariarum copiam

χειρῶν ποριζόμενος. ἀλλ' εἰ πλουτεῖς, σὺν τῷ δικαίῳ πλούτει· γενέσθω δέ σοι ὁ πλοῦτος μὴ κακίας, ἀλλὰ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης.

ς'. Πανόπη Εὐθυβόλῳ.

Ἠγάγου με, ὦ Εὐθύβολε, οὐκ ἀπερριμμένην γυναῖκα οὐδὲ τῶν ἀσήμων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθοῦ μὲν πατρὸς ἀγαθῆς δὲ μητρὸς γεγονυῖαν. Σωσθένης ὁ Στειριεὺς ἦν μοι πατὴρ καὶ Δαμοφίλη μήτηρ, οἵ με ἐγγυητὴν ἐπίκληρον ἐπὶ παίδων ἀρότῳ γνησίων συνῆψάν σοι γάμῳ. (2) σὺ δὲ ῥᾴδιος ὢν τὼ ὀφθαλμὼ καὶ πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἀφροδίσιον ἐκκεχυμένος, ἀτιμάσας ἐμὲ καὶ τὰ κοινὰ παιδία, Γαλήνην καὶ Θαλασσίωνα, ἐρᾷς τῆς Ἑρμιονίτιδος μετοίκου, ἣν ἐπὶ κακῷ τῶν δρώντων ὁ Πειραιεὺς ἐδέξατο. κωμάζουσι γὰρ πρὸς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλατταν νεολαία καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· ἡ δὲ εἰσδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. (3) σὺ δὲ ὑπερβαίνων τὰς ἁλιευτικὰς δωροφορίας μαινίδας μὲν ἢ τρίγλας οὔτε φέρεις οὔτ' ἐθέλεις διδόναι, ἀλλ' ὡς ἀφηλικέστερος καὶ γυναικὶ πάλαι συνὼν καὶ παίδων οὐ μάλα νηπίων πατὴρ παραγκωνίσασθαι τοὺς ἀντεραστὰς βουλόμενος κεκρυφάλους Μιλησίους καὶ Σικελικὸν ἱμάτιον καὶ ἐπ' αὐτῷ χρυσίον εἰσπέμπεις. (4) ἢ πέπαυσο τῆς ἀγερωχίας καὶ τοῦ λάγνης εἶναι καὶ θηλυμανὴς ἀπόσχου, ἢ ἴσθι με παρὰ τὸν πατέρα οἰχησομένην, ὃς οὔτ' ἐμὲ περιόψεται καὶ σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως.

ζ'. Θαλάσσιος Ποντίῳ.

Ἔπεμψά σοι ψῆτταν καὶ σανδάλιον καὶ κεστρέα καὶ κήρυκας πέντε καὶ τριάκοντα, σὺ δέ μοι τῶν ἐρετμῶν δύο πέμψον, ἐπειδὴ τἀμὰ κατέαγε. ἀντίδοσις γὰρ παρὰ φίλων εἰς φίλους. ὁ γὰρ προχείρως καὶ θαρραλέως αἰτῶν εὔδηλός ἐστιν ἅπαντα κοινὰ πρὸς τοὺς φίλους καὶ τὰ τῶν φίλων ἔχειν ἡγούμενος.

η'. Εὐκόλυμβος Γλαύκῃ.

Οἱ τὴν γνώμην ἀμφίβολοι τὴν παρὰ τῶν εὐνοούντων κρίσιν ἐκδέχονται. κἀγὼ τὰ πολλὰ ταῖς αὔραις διαλαλήσας (οὐδὲ γὰρ οὐδὲν πρὸς σὲ ἐθάρρουν, ὦ γύναι) νῦν ἐξαγορεύω καὶ δέομαι τὸ λῷον ᾑρημένην συμβουλεῦσαι. ἄκουε δὲ ὡς ἔχει καὶ πρὸς ὅ τι σε δεῖ τὴν γνώμην ἐξενεγκεῖν. (2) τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἐστιν ἄπορα καὶ βίος κομιδῇ στενός· τρέφει γὰρ οὐδὲν ἡ θάλαττα. ὁ λέμβος οὖν οὗτος ὃν ὁρᾷς ὁ κωπήρης, ὁ τοῖς πολλοῖς ἐρέταις κατηρτυμένος, Κωρύκιόν ἐστι σκάφος, λῃσταὶ δὲ θαλάττης τὸ ἐν αὐτῷ σύστημα. οὗτοί με κοινωνὸν ἐθέλουσι λαβεῖν τοῦ τολμήματος, πόρους ἐκ πόρων ὑπισχνούμενοι. (3) πρὸς μὲν οὖν τὸν χρυσὸν ὃν ἐπαγγέλλονται καὶ τὴν ἐσθῆτα κέχηνα, ἀνδροφόνος δὲ οὐχ ὑπομένω γενέσθαι οὐδὲ μιᾶναι λύθρῳ τὰς χεῖρας, ἃς ἡ θάλαττα ἐκ παιδὸς εἰς δεῦρο καθαρὰς ἀδικημάτων ἐφύλαξε· μένειν δὲ πενίᾳ συζῶντα χαλεπὸν καὶ ἀφόρητον. (4) τούτων σὺ τὴν αἵρεσιν ταλάντευε. ὅποι γὰρ ἂν ῥέψῃς ὦ γύναι ἅπαξ,

quotidiano manuum labore acquiram. Sed si es dives, cum iusti observatione esto dives : sitque tibi opulentia non malitiæ, sed probitatis ministra.

VI. Panope Euthybolo.

Duxisti me, Euthybole, non abiectam mulierem neque de ignobilium grege unam, sed honesto patre honestaque matre prognatam. Sosthenes Stiriensis erat mihi pater et Damophila mater, qui me desponsatam ex asse heredem ad procreandos genuinos liberos tibi matrimonio coniunxerunt. (2) At tu, oculis levis et inconstans et ad omnem effusus veneream voluptatem, me et communibus liberis neglectis, Galene et Thalassione, amas Hermionensem illam inquilinam, quam videntium malo Piræeus excepit; eunt enim ad eam comissatum maritima iuventus aliusque aliud donum affert; at illa accipit et Charybdis instar consumit. (3) Tu vero transgrediens piscatorias donorum oblationes non mænas aut mullos fers illi neque donare vis; sed utpote provectior ætate et iam dudum maritus atque liberorum non admodum infantium pater, removere rivales cupiens, reticula Milesia vestemque Siculam atque insuper aurum ad eam mittis. (4) Aut igitur omitte istam insolentiam et a libidine insanoque mulierum amore desiste, aut me ad patrem discessuram scito; qui me non negliget et tibi malæ tractationis crimen apud iudices intendet.

VII. Thalassius Pontio.

Misi tibi rhombum et sandalium et mugilem et murices triginta quinque; tu contra duos mihi remos mitte, quoniam mei fracti sunt; nam remunerationis est loco quod ab amicis ad amicos proficiscitur. Qui enim audacter et confidenter petit, is aperte demonstrat se existimare omnia apud amicos esse communia seque habere ea quæ amicorum sunt.

VIII. Eucolymbus Glaucæ.

Qui consilii sunt dubii iudicium a benevolentibus exspectant. Ego etiam, ventis diu collocutus (neque enim ad te quicquam, mea uxor, audebam), nunc loquor petoque ut, si quid melius inveneris, consilio me adiuves. Audi iam quemadmodum se res habeat et de quo te oporteat sententiam ferre. (2) Nostræ res, ut scis, sunt prorsus tenues et victus admodum angustus; nam vitæ necessitates non suppeditat mare. Lembus igitur ille, quem vides, remis instructus multisque remigibus, ille inquam Corycius est linter, piratæ autem, qui in eo convenerunt. Isti me socium volunt sibi adsciscere sceleris, alias ex aliis opes ingentes pollicentes. (3) Auro quidem, quod promittunt, et vestibus inhio; at homicida ut fiam a me non impetro aut ut contaminem cruore manus, quas mare a puero ad hunc usque diem a scelere puras conservavit; in egestate autem perseverare grave est et intolerabile. (4) Horum tu electionem quasi in æquilibrio jam tenes; quocumque enim propenderis, mea coniux, eo

ἐκεῖσε ἀκολουθήσω. Ἀποκόπτειν γὰρ εἴωθε ἡ τῶν φίλων συμβουλὴ τῆς γνώμης τὸ ἀμφίβολον.

θ'. Αἰγιαλεὺς Στρουθίωνι.

Βάλλ' ἐς μακαρίαν, ὡς ἐναντίως ἡμῖν καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὰ Μανδροβόλου χωρεῖ τὰ πράγματα. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια λυπρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν. (2) ὥρα οὖν σε συμπράττοντα ἡμῖν, ὦ Στρουθίων, τὴν παρ' ἡμῶν ἐξ ὧν ἂν ἡ θάλαττα πορίζῃ παραμυθίαν εἰσδέχεσθαι. βούλομαι δὲ πρὸς ἕνα ἢ δεύτερον τουτωνὶ τῶν λακκοπλούτων διὰ σοῦ προξένου, ἢ πρὸς Ἐρασικλέα τὸν Σφήττιον ἢ πρὸς Φιλόστρατον τὸν Χολαργέα, οἰκείως ἔχειν, ὡς αὐτὸς ἐπὶ τῶν φερνίων κομίζειν αὐτοῖς τοὺς ἰχθύας. (3) πάντως γὰρ πρὸς τῇ καταβολῇ τἀργυρίου ἔσται παρ' αὐτῶν τις διὰ σοῦ παραμυθία Διονυσίων ἢ Ἀπατουρίων τελουμένων. καὶ ἄλλως ἐκ τῆς πικρᾶς τῶν ἀγορανόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρός, οἳ καθ' ἑκάστην ἐπὶ τῷ σφετέρῳ κέρδει εἰς τοὺς ἀπράγμονας ἐμφοροῦσιν ὕβρεις. πολλοῦ δὲ δύνασθαι τοὺς παρασίτους ὑμᾶς παρὰ τοῖς νέοις καὶ πλουσίοις οὐ λόγος ἀλλ' ἔργον ἔδειξεν.

ι'. Κέφαλος Ποντίῳ.

Τὴν μὲν θάλατταν, ὡς ὁρᾷς, φρίκη κατέχει καὶ τὸν οὐρανὸν ὑποβέβηκεν ἀχλὺς καὶ πάντα πανταχόθεν συννέφελα, καὶ οἱ ἄνεμοι δὲ πρὸς ἀλλήλους ἀρασσόμενοι ὅσον οὔπω κυκήσειν τὸ πέλαγος ἐπαγγέλλονται. ἀλλὰ καὶ οἱ δελφῖνες ἀνασκιρτῶντες καὶ τῆς θαλάττης ἀνοιδούσης λείως ἐφαλλόμενοι χειμῶνα καὶ τάραχον ἐπιόντα μηνύουσι. (2) ταύρου δέ φασιν ἐπιτολὴν κατ' οὐρανὸν οἱ τὰ μετέωρα δεινοὶ τὰ νῦν ἑστάναι. πολλάκις οὖν σώζονται ὑπ' ἀσφαλείας οἱ προμηθούμενοι φυλάξασθαι τὸν κίνδυνον· εἰσὶ δὲ οἱ παραδόντες ἑαυτοὺς ἅπαξ τῷ πελάγει ὑπ' ἀμηχανίας τῇ τύχῃ τοὺς οἴακας ἐπέτρεψαν φέρεσθαι. (3) ὅθεν ἀκούομεν τοὺς μὲν κατὰ τὸ Μαλέας ἀκρωτήριον, τοὺς δὲ κατὰ τὸν Σικελικὸν πορθμόν, ἄλλους δὲ εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ῥύμῃ φερομένους ἐποκέλλειν ἢ καταδύεσθαι. ἔστι δὲ οὐδενὸς τούτων πρὸς κίνδυνον καὶ χειμῶνα ὁ Καφηρεὺς ἐπιεικέστερος. (4) ἀναμείναντες οὖν ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον καὶ καθαρὰν αἰθρίαν γενέσθαι, περινοστήσομεν ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Καφηρέως τῶν ἀκτῶν, ἵν' εἴ πού τι ἐκ τῶν ναυαγίας ἀποπτυσθὲν εὑρεθείη σῶμα, τοῦτο περιστείλαντες καλύψωμεν ταφῇ. (5) οὐ γὰρ ἄμισθον τὸ εὖ ποιεῖν, κἂν μὴ παραχρῆμα τῆς εὐεργεσίας ἡ ἀντίδοσις φαίνηται. τρέφει δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τοῖς ἐλπιζομένοις ἀγαθοῖς καὶ διαχεῖ τὴν καρδίαν τὸ συνειδός, καὶ μάλισθ' ὅταν εἰς τοὺς ὁμοφύλους οὐκέτ' ὄντας τὴν εὐποιίαν καταβάλλωνται.

ια'. Θυνναῖος Σκοπέλῳ.

Ἀκήκοας ἀκουσμάτων βαρύτατον, ὦ Σκόπελε; στόλον Ἀθηναῖοι διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν

sequar. Solet enim ambiguam sententiam amicorum consilium præcidere.

IX. Ægialeus Struthioni.

Facesse in malam rem, quam contrariæ nobis et secundum proverbium ad Mandrobuli exemplum cedunt res! nam vilibus terunciis vendere atque emere res necessarias, id tenuem affert consolationem. (2) Tempus igitur est ut operam tuam nobiscum communices, mi Struthio, et a nobis solatium ex iis quæ mare suppeditat admittas. Volo autem apud unum atque alterum istorum opulentiorum, vel apud Erasiclem Sphettium illum, vel apud Cholargensem Philostratum, te parario me insinuare, ut ipse in sportis pisces ad eum portem. (3) Nam omnino præter solutionem argenti erit insuper te conciliante nonnihil solatii nobis apud eum, dum Bacchanalia aut Apaturia celebrantur. Præterea nos ab acerba rerum venalium curatorum manu liberabunt, qui quotidie lucri captandi causa iniuriis afficiunt litium osores. Multum autem valere vos parasitos apud iuvenes et divites non dicta sed facta ostenderunt.

X. Cephalus Pontio.

Mare, uti vides, inhorrescit cœlumque subiit caligo et undique omnia obnubilata, ventique inter sese conflictantes jam jam se perturbaturos mare minantur, sed et delphines subsultantes atque intumescenti mari supersilientes lubrico motu tempestatem et turbas ingruentes portendunt. (2) Tauri ortum in cœlo aiunt qui rerum cœlestium sunt gnari nunc instare. Sæpe quidem incolumes servantur qui caute student vitare periculum : sunt autem qui, ubi semel mari se commiserint, consilii inopes, fortunæ gubernaculis commissis ferantur. (3) Unde audimus alios apud Maleæ promontorium, alios in freto Siculo, alios in Libyco pelago cum impetu ablatos impingere vel submergi. Est autem his nihilo æquior ad tempestates et pericula Caphareus. (4) Itaque ubi exspectaverimus donec sedati fuerint fluctus serenitasque redierit, vagabimur usque ad ipsius Capharei littora, ut si quod alicubi ex naufragio eiectum inveniatur cadaver, id compositum sepulturæ mandemus. (5) Non enim caret mercede beneficentia, etiamsi non statim benefacti remuneratio appareat. Alit autem nihilo minus homines præter sperata bona diffunditque cor conscientia recti, maximeque cum in populares defunctos beneficium contulerint.

XI. Thynnæus Scopelo.

Audivisti famam gravissimam o Scopele? classem Athenienses in animo habent mittere in exteram regio-

ναυμαχεῖν ἐθέλοντες. καὶ ἤδη μὲν ἡ πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία αἱ μάλιστα ταχυναυτοῦσαι πρόδρομοι λύουσι τὰ πρυμνήσια, τοὺς μαστῆρας, οἳ μέλλουσιν ἀπαγγέλλειν παρ' οὗ καὶ ὅτε δεῖ ἀπιέναι πολεμήσοντας, ἐνθέμεναι. (2) χρεία δὲ ταῖς λοιπαῖς ναυσὶ τὸ στρατιωτικὸν τάγμα δεχομέναις ἐρετῶν πλειόνων καὶ οὐχ ἥκιστα ἐμπείρων ἀνέμοις καὶ κύμασιν ἀπομάχεσθαι. τί οὖν, ὦ βέλτιστε, δρῶμεν; φεύγομεν ἢ μένομεν; ἀνδρολογοῦσιν ἐκ Πειραιῶς καὶ Φαληρόθεν κἀκ Σουνίου καὶ μέχρι τῶν αὐτῷ Γεραιστῷ προσοίκων ὁρίων τοὺς τῆς θαλάττης ἐργάτας. (3) πῶς δ' ἂν ἡμεῖς οἱ μηδὲ τὴν ἀγορὰν εἰδότες ὑπομείναιμεν παρατάττεσθαι καὶ ὁπλομάχοις ἀνδράσιν ὑπηρετεῖσθαι; δυοῖν δὲ ὄντοιν χαλεποῖν, τοῦ τε φεύγειν ἐπὶ τέκνοις καὶ γυναιξὶ τοῦ τε μένειν ξίφεσιν ὁμοῦ καὶ θαλάττῃ παραδιδόντας τὸ σῶμα, τοῦ μένειν ὄντος ἀλυσιτελοῦς τὸ φεύγειν ἐφάνη λυσιτελέστερον.

nem prœlio navali decernere cupientes. Atque iam paralos et Salaminia, naves velocissimæ præviæ, solvunt a littoribus rudentes, inquisitoribus nunciaturis, unde et quando oporteat exire ad bellum, impositis. (2) Reliquis navibus, quæ classiarios milites excipiunt, opus est pluribus remigibus et quam maxime peritis, qui cum ventis et fluctibus decertare possint. Quid igitur, o bone, faciamus? fugiamusne an maneamus? conscribúnt undique ex Piræeo et Phalero atque Sunio usque ad fines adeo accolarum Geræsti nautas. (3) Quomodo vero nos, ne forum quidem experti, sustineamus collocari in acie et armatis viris ad manus esse? in duobus autem incommodis, ut fugiamus scilicet qui liberos et uxores habeamus, aut maneamus corpore gladiis simul et mari tradito, cum manere inutile sit, fugere visum est utilius.

ιβ'. Ναυσίβιος Πρυμναίῳ.

Ἠγνόουν ὅσον ἐστὶ τρυφερὰ καὶ ἁβρόβια τῶν Ἀθήνησι πλουσίων τὰ μειράκια· ἔναγχος δὲ Παμφίλου μετὰ τῶν συνηλικιωτῶν μισθουμένου τὸ σκαφίδιον, ὡς ἂν ἔχοι γαληνιῶντος τοῦ πελάγους περιπλεῖν ἅμα καὶ συμμετέχειν ἡμῖν τῆς ἄγρας τῶν ἰχθύων, ἔγνων ἡλίκα αὐτοῖς ἐκ γῆς καὶ θαλάττης πορίζεται τρυφήματα. (2) οὐ γὰρ ἀνεχόμενος τῶν ξύλων τῆς ἁλιάδος ἐπί τε ταπήτων τινῶν ξενικῶν καὶ ἐφεστρίδων κατακλινεὶς (οὐ γὰρ οἷός τε ἔφασκεν εἶναι κεῖσθαι ὡς οἱ λοιποὶ ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων, τὴν σανίδα οἶμαι λίθου νομίζων τραχυτέραν) ᾔτει παρ' ἡμῶν σκιὰν αὐτῷ μηχανήσασθαι τὴν τοῦ ἱστίου σινδόνα ὑπερπετάσαντας, ὡς οὐδαμῶς οἷός τε ὢν φέρειν τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. (3) ἡμῖν δὲ οὐ μόνον τοῖς ταύτην ποιουμένοις τὴν ἐργασίαν ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς ὅσοις μὴ περιουσία πλούτου πρόσεστι, σπουδάζεται ἔστιν οὗ δυναμένοις τῇ εἵλῃ θέρεσθαι· ἐν ἴσῳ γὰρ κρυμὸς καὶ θάλαττα. (4) φερομένων δὲ ἅμα οὐ μόνος οὐδὲ μετὰ μόνων τῶν ἑταίρων ὁ Πάμφιλος, ἀλλὰ καὶ γυναίων αὐτῷ περιττῶν τὴν ὥραν πλῆθος συνείπετο, μουσουργοὶ πᾶσαι· ἡ μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο Κρουμάτιον, καὶ ἦν αὐλητρίς· ἡ δὲ Ἐρατώ, καὶ ψαλτήριον μετεχειρίζετο· ἄλλη δε Εὐεπής, αὕτη δὲ κύμβαλα ἐπεκρότει. (5) ἐγένετο οὖν μοι μουσικῆς ἡ ἄκατος πλέα, καὶ ἦν ᾠδικὸν τὸ πέλαγος καὶ πάσης θυμηδίας ἀνάμεστον. πλὴν ἐμέ γε ταῦτα οὐκ ἔτερπεν· (6) ἐπεῖδον γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ὁμοβίων, καὶ μάλιστα ὁ πικρὸς Γλαυκίας Τελχῖνος ἦν μοι βασκαίνων βαρύτερον. ἐπεὶ δὲ τὸν μισθὸν πολὺν ἀπέλαβον, τἀργύριόν με διέχεε, καὶ νῦν ἐκείνου τοὺς ἐπιθαλαττίους ἀγαπῶ κώμους, καὶ τοιοῦτον ἕτερον ἐπιστῆναί μοι ποθῶ δαπανηρὸν καὶ πολυτελῆ νεανίσκον.

XII. Nausibius Prymnæo.

Nesciebam quam sint luxuriosi et delicati Athenis divitum adolescentuli. Nuper vero, cum Pamphilus cum æqualibus navigium meum pretio conduxisset, ut posset tranquillo mari circumnavigare simul et particeps esse nobiscum capturæ piscium, cognovi quantas illis terra mareque præbeat delicias. (2) Impatiens enim lignorum piscatoriæ naviculæ, in tapetibus quibusdam peregrinis et sagulis recumbens (non enim se posse dicebat cubare quemadmodum reliqui in tabulatis, asserem opinor lapide asperiorem putans) petiit a nobis ut umbram sibi faceremus veli linteo superne extenso, ut qui minime posset ferre solares radios. (3) Nobis vero, non tantum qui hoc opus facimus, sed omnibus omnino quibus copia divitiarum non est, curæ est, nonnunquam si possimus apricari; nam frigus et mare paria sunt. (4) Cum autem veherentur una (non solus, neque cum solis sodalibus Pamphilus, sed etiam muliercularum ætate formaque præstantium sequebatur cum multitudo, musicam tractantes omnes: alia enim vocabatur Crumation, eratque tibicina; alia Erato, et psalterium tractabat; alia Euepes, quæ cymbala pulsabat), (5) erat mihi musica refertum navigium et mare cantu resonabat omniaque erant lætitiæ plena. Verumtamen me hæc non delectabant; non pauci enim ex consortibus eiusdem victus, maximeque acerbus ille Glaucias, invidendo erat mihi Telchine molestior. (6) Postquam vero multam mercedem numeravit, pecunia me exhilaravit et nunc illius marinas comissationes amo atque eiusmodi alium dari mihi cupio sumptuosum et magnifice præbentem adolescentem.

ιγ'. Αὐχένιος Ἀρμένῳ.

Εἰ μέν τι δύνασαι συμπράττειν, καὶ δῆτα λέγε πρός με, οὐ πρὸς ἑτέρους ἔκπυστα ποιῶν τἀμά· εἰ δὲ μηδὲν οἷός τε εἶ ὠφελεῖν, γενοῦ μοι τὰ νῦν Ἀρεοπαγίτου

XIII. Auchenius Armeno.

Si quid potes me adiuvare, dic mihi, non aliis res meas enuntians. Sin adiuvare non p tes, nunc Areopagita esto

στεγανώτερος. ἐγὼ δὲ ὅπῃ ποτὲ τἀμά σοι διηγήσομαι. ἔρως με οὐκ ἐᾷ παρεμπεσὼν ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ κυβερνᾶσθαι, ἀλλὰ τὸ νῆφον ἐν ἐμοὶ συνεχῶς ὑπὸ τοῦ πάθους βυθίζεται. (2) πόθεν γάρ ποτε εἰς ἁλιέα δύστηνον ἀγαπητῶς τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζοντα διατροφὴν ἔρως ἐνέσκηψε καὶ ἐντακεὶς οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ' ἴσα τοῖς πλουσίοις καὶ ὡρικοῖς νεανίσκοις φλέγομαι; καὶ ὁ ποτε γελῶν τοὺς ἐκ τρυφῆς πάθει δουλεύοντας ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους, καὶ γαμησείω νῦν καὶ τὸν Ὑμέναιον φαντάζομαι τὸν παῖδα τῆς Τερψιχόρης. (3) ἔστι δὲ ἡ παῖς ἧς ἐρῶ τὸ τῶν μετοίκων θυγάτριον τῶν ἐξ Ἑρμιόνης οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς Πειραιᾶ φθαρέντων. ἄλλην μὲν οὖν δοῦναι προῖκα οὐκ ἔχω· ἐμαυτὸν δὲ δείξας οἷος εἰμὶ θαλαττουργός, εἰ μὴ μαίνοιτο ὁ ταύτης πατήρ, οἶμαι παρέξειν ἐπιτήδειον νυμφίον.

ιδ'. Ἐγκύμων Ἁλικτύπῳ.

Ἠρόμην ἰδὼν ἐπὶ τῆς ᾐόνος τῆς ἐν Σουνίῳ παλαιὸν καὶ τετρυχωμένον δίκτυον ὅτου εἴη καὶ τίνα τρόπον οὐκ ἐξογκούμενον ἀποσχισθέν, ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ χρόνου διερρωγὸς ἀποκέοιτο. (2) οἱ δὲ ἔφασαν σὸν κτῆμα γεγονέναι πρὸ τούτων τεττάρων ἐτῶν, εἶθ' ὑφάλῳ προσομιλῆσαν πέτρᾳ κατὰ μέσον ἀποσχισθῆναι τῶν πλεγμάτων· σοῦ δὲ ἐξ ἐκείνου μήτε ἀκέσασθαι μήτε ἀνελέσθαι βουληθέντος μεῖναι, μηδενὸς τῶν περιοικούντων ὡς ἀλλοτρίου θιγγάνειν ἐπιχειρήσαντος. (3) Ἐγένετο οὖν οὐκ ἐκείνων μόνον ἀλλὰ γὰρ καὶ σοῦ τοῦ ποτε δεσπότου λοιπὸν ἀλλότριον. Αἰτῶ οὖν σε τὸ τῇ φθορᾷ καὶ τῷ χρόνῳ μὴ σόν· σὺ δ' ὃ παντελῶς ἀπωλείᾳ προσένειμας, ἥκιστα ζημιούμενος, ἕτοιμος ἔσο πρὸς τὴν δόσιν.

ιε'. Ἁλίκτυπος Ἐγκύμονι.

Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός, φησὶν ἡ παροιμία. τίς γάρ σοι τῶν ἐμῶν φροντίς; τί δὲ τὸ παρ' ἐμοῦ ῥαθυμίας ἠξιωμένον κτῆμα σὸν εἶναι νομίζεις; εἶργε τὰς χεῖρας, μᾶλλον δὲ τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας, μηδέ σε ἡ τῶν ἀλλοτρίων ὄρεξις ἀδίκους αἰτεῖν χάριτας ἐκβιαζέσθω.

ις'. Ἐγκύμων Ἁλικτύπῳ.

Οὐκ ᾔτησά σε ἃ ἔχεις ἀλλ' ἃ μὴ ἔχεις. ἐπεὶ δὲ οὐ βούλει ἃ μὴ ἔχεις ἕτερον ἔχειν, ἔχε ἃ μὴ ἔχεις.

ιζ'. Εὐσάγηνος Λιμενάρχῳ.

Οὐκ ἐς κόρακας φθαρήσεται ὁ σκοπιωρὸς ὁ Λέσβιος; φρίκῃ σκιερὰν κατὰ μέρος τὴν θάλατταν ἰδὼν ἀνεβόησεν ὡς πλήθους ὅλου προσιόντος θύννων ἢ πηλαμύδων, (2) καὶ ἡμεῖς πεισθέντες τῇ σαγήνῃ μονονουχὶ τὸν κόλπον ὅλον περιελάβομεν. εἶτα ἀνιμώμεθα, καὶ τὸ βάρος μεῖζον ἦν ἢ κατὰ φορτίον ἰχθύων. εὐέλπιδες οὖν καὶ τῶν πλησίον τινὰς ἐκαλοῦμεν μερίτας ἀποφανεῖν ἐπαγγελλόμενοι, εἰ συλλάβοιντο ἡμῖν καὶ συμπονήσειαν. (3) τέλος μόγις ποτὲ δείλης ὀψίας εὐμεγέθη κάμηλον ἐξειλκύσαμεν μυδῶσαν ἤδη καὶ σκώλη-

mihi taciturnior. Ego vero tibi utcumque quid mecum agatur narrabo. Amor me postquam invasit, non sinit se a ratione gubernari, sed id quod sobrium et sanum in me est, constantes ab affectu submergitur. (2) Undenam umquam in piscatorem miserum, qui vix necessarium victum acquirit, amor impetum fecit et inhærens non remittit, sed æque ac divites et elegantes adolescentuli ardeo? et qui aliquando ridebam eos qui præ mollitia cupiditatibus servirent, totus sum in illius potestate et jam nuptias expeto et Hymenæum in mente agito Terpsichoræ filium. (3) Est autem puella quam amo inquilinorum eorum filia, qui Hermiona nescio quomodo immigrarunt in Piræum. Dotem quidem adferre non possum; sed me ipsum ubi ostendi qualis sim piscator, nisi pater eius insaniat, idoneum me sponsum fore credo.

XIV. Encymon Halictypo.

Cum vidissem in littore Sunii vetus et lacerum rete, quæsivi cuius esset et qui factum sit ut non exoneratum, sed iam et temporis vetustate ruptum jaceret. (2) Illi autem dicebant tuum fuisse ante hos quatuor annos: deinde cum sub undis latenti adhæsisset rupi, nodos in medio discissos esse; te autem ex illo tempore neque sarcire neque auferre voluisse, suo ita igitur loco mansisse, nemine ex accolis tanquam alienum attingere auso. (3) Factum igitur est non incolis solum, sed et tibi possessori alienum. Itaque peto abs te id, quod corruptum longo tempore tuum non est. Tu vero id quod prorsus interitui tradidisti, nullo tuo damno libenter mihi dona.

XV. Halictypus Encymoni.

Malevolus et invidus vicinorum oculus, ut in proverbio est. Quid enim tibi mea curæ sunt? cur vero quod mihi negligere placuit, tuum esse putas? Cohibe manus, immo insatiabiles cupiditates, neve te rerum alienarum appetitus ad petendum iniustum donum impellat.

XVI. Encymon Halictypo.

Non petii abs te quæ habes, verum quæ non habes. Cum vero nolis, quæ non habes, alium habere, habe sane quæ non habes.

XVII. Eusagenus Limenarcho.

Ad corvos abeat speculator Lesbius! Horrore umbrosum ex parte mare videns exclamavit, quasi magna turba veniret thunnorum aut pelamydum. (2) Atque nos ei fidem habentes verriculo fere totum sinum circumdedimus. Deinde extraximus, et pondus erat maius quam pro piscium onere. Spes igitur erat, et vicinorum aliquos vocavimus, nos eos participes facturos promittentes, si nobis opem ferrent et una laborarent. (3) Tandem magno labore circa vesperam ingentem camelum extraximus iam

ξιν ἐπιβρύουσαν. τοιαῦτα θηράσας οὐχ ἵνα ἐπιγελάσῃς ἐδήλωσα, ἀλλ' ἵνα μάθῃς αἷς καὶ πόσαις μηχαναῖς ἡ τύχη με τὸν ἀτυχῆ καταγωνίζεται.

ιη'. Εὔπλοος Θαλασσέρωτι.

Ὑπερμαζᾷς ἢ μέμηνας· ἀκούω γάρ σε λυρῳδοῦ γυναικὸς ἐρᾶν καὶ ὡς ἐκείνην φθειρόμενον πᾶσαν τὴν ἐφήμερον ἄγραν κατατίθεσθαι. ἀπήγγειλε γάρ μοι τοῦθ' ὁ γειτόνων βέλτιστος Σωσίας, οὗτος ἐκεῖνος ὁ τὸν χρηστὸν καὶ ἡδὺν γάρον ἕψων ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων οὓς ἐγκολπίζεται τῇ σαγήνῃ· (2) ἔστι δὲ τῶν ἐπιεικῶς τὴν ἀλήθειαν τιμώντων, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἐκεῖνος εἰς ψευδηγορίαν ὀλίσθοι. πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, μουσικῆς σοι διάτονον καὶ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον μέλος ἐστίν; ὡς ὁ αὐτὸς ἔφασκεν ἀπαγγέλλων. ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἡρέθης καὶ τοῖς κρούμασι. (3) πέπαυσο εἰς ταύτην δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάττης ἡ γῆ ναυαγὸν ἀποφήνῃ ψιλώσασα τῶν χρημάτων, καὶ γένηταί σοι τὸ τῆς ψαλτρίας καταγώγιον Καλυδώνιος κόλπος ἢ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ Σκύλλα ἡ μουσουργός, οὐκ ἔχοντι Κράταιιν ἐπικαλέσασθαι, εἰ δεύτερον ἐφορμᾷ.

ιθ'. Θαλασσέρως Εὐπλόῳ.

Τὴν ἄλλως ποιεῖς τὴν πρός με νουθεσίαν, ὦ Εὔπλοε. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου, θεῷ μυσταγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοφόρῳ πειθόμενος. καὶ ἄλλως ἡμῖν τὸ ἐρᾶν συγγενές, τῆς θαλαττίας θεοῦ τεκούσης τοῦτο τὸ παιδίον. (2) ἡμέτερος οὖν πρὸς μητρὸς ὁ Ἔρως, καὶ ὑπὸ τούτου βληθεὶς τὴν καρδίαν ἔχω τὴν κόρην, Πανόπῃ νομίζων ἢ Γαλατείᾳ ταῖς καλλιστευούσαις τῶν Νηρηΐδων συνεῖναι.

κ'. Θερμολέπυρος Ὠκίμωνι.

Σχέτλια πεπόνθαμεν· τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς παρέκειτο, ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα· καὶ οἱ μὲν Χαλυβώνιον ἔπινον, ἐκτροπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην. (2) ἀλλ' ὦ μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγέται δαίμονες, δοίητε παρατροπὴν τῆς ἀδίκου ταύτης τύχης, καὶ μὴ τοὺς μὲν διηνεκῶς φυλάττετε ἐν εὐτυχίᾳ, τοῖς δὲ τὸν λιμὸν συνοικίζετε..... τῇ γὰρ φορᾷ τῆς εἱμαρμένης τὰ τοιαῦτα κατηνάγκασται. ἄδικα πάσχομεν πρὸς αὐτῆς οἱ λεπτῇ καὶ στενῇ κεχρημένοι τῇ τύχῃ.

κα'. Κωνωποσφράντης Ἰσχνολίμῳ.

Ἀνεμιαίους ἐλπίδας ἔσχον ἐπὶ τῷ μειρακίῳ Πολυκρίτῳ. ᾤμην γὰρ αὐτόν, εἰ τεθναίη αὐτῷ ὁ πατήρ, χύσιν ἐργάσεσθαι τῆς οὐσίας πολλὴν καὶ ἀδηφαγοῦντα καὶ καθηδυπαθοῦντα μετά τε ἡμῶν μετά τε τῶν ἑταιρῶν ὅσαι κατὰ τὴν ὥραν πρωτεύουσιν. (2) ὁ δὲ ἐπειδὴ κρίνον αὐτῷ ὁ γεννήσας ἐγένετο, σιτεῖται μὲν τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο ὀψὲ τῆς ὥρας ἡλίου λοι-

putrescentem et vermibus scatentem Hanc piscationem non ut rideres tibi significavi, sed ut cognosceres, quibus et quot machinis fortuna me infortunatum impugnet.

XVIII. Euplous Thalasseroti.

Lascivis, aut insanis; audio enim te ad lyram canentem mulierem amare et ad illam itiones damnosas instituendo quotidianam capturam profundere. Nuntiavit enim hoc mihi vicinorum optimus Sosias. Est idem ille Sosias, qui bonum illud et suave liquamen coquit ex tenuibus piscibus, quos verriculo insinuat. (2) Est autem is ex iis qui admodum colunt veritatem, et vix unquam in mendacium lapsus est. Unde igitur, dic mihi, musices tibi diatonus et chromaticus et enarmonius modus? quemadmodum idem dicebat hæc nuntians. Simul ergo cum forma adamasti puellam et cum modulationibus. (3) Desine in ea sumptus impendere, ne pro mari terra te naufragum faciat nudatum opibus fiatque tibi psaltriæ diversorium Calydonius sinus aut Tyrrhenum mare et cantrix Scylla, cum non poteris Cratæin invocare, si iterum irruat.

XIX. Thalasseros Euploo.

Frustra me mones, mi Euploe. Ego enim non facile deseram mulierem illam, initianti deo ignifero atque sagittifero morem gerens. Omnino amor nobis innatus est, cum marina dea pepererit istum puerum. (2) Noster itaque a matre est Cupido atque ab isto percussus cor teneo puellam, cum Panope aut Galatea formosissimis Nereidum consuetudinem mihi esse opinans.

XX. Thermolepyrus Ocimoni.

Indigna passi sumus! nam reliquis sumen et vulvæ et hepar rori simile apposita erant, nobis autem puls erat cibus; atque alii vinum Chalybonium bibebant, nos vappam et acetum. (2) Sed vos, dii dæmonesque fatorum arbitri et præsides, depellite hancce iniquam sortem, neve alios quidem in perpetua servate felicitate, aliis autem famem date contubernalem. Cursu quidem fati talium necessitas allata est. Iniuria fit ab eo nobis, qui tenui angustaque utimur fortuna.

XXI. Conoposphrantes Ischnolimo.

Irritam spem habui de adolescente Polycrito. Arbitrabar enim eum, si mortuus esset ipsi pater, profusurum largiter divitias et lurcando et libidinando, nobiscum et cum scortis quotquot formæ elegantia præstant impensurum magnam bonorum partem. (2) At ille, postquam obiit ei parens, cibum capit semel quotidie, idque sero cum iam sol versus occasum vergit. Comedit autem nihil

πὸν ἀμφὶ τροπὰς τὰς εἰς δύσιν ἔχοντος· σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν ἀλλ' ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς καὶ ὄψον καὶ εἴ ποτε εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη, δρυπεπεῖς ἢ φαυλίας. (3) διαμαρτὼν οὖν τῆς θαυμαστῆς ταύτης ἐλπίδος οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ δράσω. εἰ γὰρ ὁ τρέφων δεῖται τοῦ θρέψοντος, τί ἂν εἴη ὁ τρέφεσθαι ὀφείλων; λιμώττοντα δὲ λιμώττοντι συνεῖναι διπλοῦν βλάβος.

κβ'. Γέμελλος Εὐβούλῳ.

Παρέκειτο μὲν ἡμῖν ὁ Γέλωνος τοῦ Σικελιώτου πλακοῦς ἐπώνυμος· ἐγὼ δὲ καὶ τῇ θέᾳ μόνον πρὸς τὰς καταπόσεις εὐτρεπιζόμενος εὐφραινόμην. μέλλησις δὲ ἦν πολλή, περιστεφόντων τραγημάτων τὰ πέμματα. ἦν δὲ ὁ καρπὸς τῆς πιστάκης καὶ βάλανοι φοινίκων καὶ κάρυα τῶν ἐλύτρων ἐξῃρημένα. (2) ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὰ ἕκαστα ἐχθρὰ βλέπων ἀνέμενον ἐπαφήσειν ἐμαυτὸν ἐγχανὼν τῷ πλακοῦντι. οἱ δὲ καὶ τὸ ἐντραγεῖν ἐπὶ μήκιστον ἐξέτεινον καὶ τῆς κύλικος συνεχῶς περισοβούσης διατριβὰς καὶ μελλησμοὺς ἐνεποίουν, (3) καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος τὴν ἐμὴν ἀναρτῶντες ἐπιθυμίαν ὁ μέν τις κάρφος λαβὼν ἐξεκάθαιρε τὰ ἐνιζάνοντα τῶν βρωμάτων τοῖς ὀδοῦσιν ἰνώδη, ὁ δὲ ὑπτιάσας ἑαυτὸν οἷος ἦν ὕπνῳ κατέχεσθαι μᾶλλον ἢ τῆς τραπέζης φροντίζειν· εἶτα ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος καὶ ποθητὸς ἡμῖν πλακοῦς εἰς ἀπόλαυσιν ἤρετο. (4) τέλος οἱ θεοὶ κατοικτείραντες τὸ κατάξηρον τῆς ἐμῆς ἐπιθυμίας μόλις ποτὲ ἱμείροντά με τοῦ πλακοῦντος ἀπογεύσασθαι παρεσκεύασαν. ταῦτά σοι γράφω οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς ἡδέσιν ἡσθείς, ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ ἐκτακείς.

κγ'. Πλατύλαιμος Ἐρεβινθολέοντι.

Οὐπώποτε ἐγὼ κατὰ τὴν Ἀττικὴν ὑπέμεινα τοιοῦτον χειμῶνα. οὐ γὰρ μόνον ἐκ παραλλήλου φυσῶντες, μᾶλλον δὲ φύρδην φερόμενοι κατεκτύπουν ἡμᾶς οἱ ἄνεμοι, ἀλλ' ἤδη καὶ χιὼν πυκνὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη πρῶτον μὲν τοὔδαφος ἐκάλυπτεν, ἔπειτα οὐκ ἐπιπολῆς ἀλλ' εἰς ὕψος ἤρετο τῆς νιφάδος χύμα πάμπολυ, ὡς ἀγαπητὸν εἶναι τὸ θυρίον ἀνοίξαντα τῆς οἰκίας τὸν στενωπὸν ἰδεῖν. (2) ἐμοὶ δὲ οὔτε ξύλον οὔτε ἄσβολος παρῆν. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ὁ κρυμὸς δὲ εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστῶν. ἐβουλευσάμην οὖν Ὀδύσσειον βούλευμα δραμεῖν εἰς τὰς θόλους τῶν βαλανείων. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ συνεχώρουν οἱ τῶν ὁμοτέχνων περὶ ταῦτα κυλινδούμενοι· καὶ γὰρ αὐτοὺς ἡ παραπλησία θεὸς ἠνώχλει Πενία. (3) ὡς οὖν ᾐσθόμην οὐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητόν, δραμὼν ἐπὶ τὸ Θρασύλου βαλανεῖον, εὗρον τοῦτο κενόν, καὶ καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων καταστήσας ἐθερόμην ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν πηγυλὶς διεδέξατο, καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους τοῦ μεταξὺ διεροῦ παγέντος πρὸς ἀλλήλους ἐδέδεντο οἱ λίθοι. μετὰ δὲ τὸ ἀποδράσαι τὸ δριμὺ προσηνὴς ὁ ἥλιος ἐλευθέραν μοι τὴν πρόοδον καὶ περιπάτους ἀνειμένους ἀπέφηνεν.

pretiosum, sed panem de foro et opsonium, et si quando hilarem diem agat, druppas aut phaulias olivas. (3) Frustratus igitur hac spe egregia, ego incertus sum quid tandem faciam. Si enim qui alit opus habet alturo, quis esse velit alumnus? esurienti vero sodalem esse esurientem duplex calamitas.

XXII. Gemellus Eubulo.

Apposita erat nobis quæ a Gelone Siculo nomen habet placenta. Ego vero solo adspectu ad deglutiendam eam me præparans delectabar; sed mora multa erat, circum placentas positis bellariis. Erant autem fructus pistaceæ et glandes palmarum et nuces putaminibus exemptæ. (2) At hæc ego singula infestis oculis adspiciens hianti ore exspectabam ut irruerem placentæ. Illi autem et bellariorum esum in longissimum extenderunt poculoque continenter circumacto moram et cunctationem interponebant. (3) Tandem, quasi de composito meam cupiditatem suspenderent, alius stipula sumpta expurgabat si quid insideret ex cibo dentibus fibrosum, alius resupinans adeo se somno dedere malebat, quam de edendo cogitare, deinde alius cum alio fabulabatur et omnia alia agebantur, quam ut suavis illa et cupita nobis placenta fruenda daretur. (4) Postremo, ut consentaneum est, dii aridæ meæ cupiditatis miserti, vix tandem effecerunt ut ego tam diu appetitam placentam degustarem. Hæc tibi scripsi non tam rei suavitate delectatus, quam longa protractione confectus.

XXIII. Platylæmus Erebintholeonti.

Nunquam ego in Attica sustinui talem hiemem. Non enim solum alternatim spirantes, immo acervatim ruentes nos obtundebant venti, sed etiam nix densa et crebra cadens primo quidem humum tegebat, deinde non in superficie hærebat, sed in altum tollebatur nivium defluentium ingens moles, ut vix liceret ostium aperienti domus in angiportum prospicere. (2) Mihi vero neque lignum neque fuligo suppetebat: quomodo enim aut unde? frigus autem penetrabat usque ad ipsas medullas et ossa. Commentus igitur sum consilium Ulixeum ut currerem in tholos et caminos balnearum. Sed nec illuc ire concesserunt artis consortes ibi versantes; eadem enim dea eos cruciabat, Paupertas. (3) Cum igitur animadvertissem aditum ad ea mihi non patere, propere me contuli ad Thrasyli balneum privatum, et illud vacuum inveni. Atque pensis duobus obolis, quibus balneatorem mihi propitium reddidi, calefeci me, donec nivem exciperet glacies et lapides congelato quod in medio esset humido invicem præ frigore compingerentur. Cum vero deferbuisset acerbitas, sol benignus apertum mihi exitum et deambulationes liberas concessit.

κδ'. Ἀμνίων Φιλομόσχῳ.

Ἀπέκειρεν ἡμῶν ἡ χάλαζα βαρέως ἐμπεσοῦσα τὰ λήια, καὶ λιμοῦ φάρμακον οὐδέν· ὠνεῖσθαι δὲ ἡμῖν ἐπακτοὺς πυροὺς οὐχ οἷόν τε διὰ σπάνιν κερμάτων. ἔστι δέ σοι, ὡς ἀκούω, τῆς πέρυσιν εὐετηρίας λείψανα. (2) δάνεισον οὖν μοι μεδίμνους εἴκοσιν, ὡς ἂν ἔχωμεν σώζεσθαι αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία. καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης ἐκτίσομεν αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, ἐάν τις ἀφθονία γένηται. μὴ δὴ περιίδῃς ἀγαθοὺς γείτονας εἰς στενὸν ὑπὸ τοῦ καιροῦ φθειρομένους.

κε'. Εὐπέταλος Ἐλατίωνι.

Οὐδέν με τῆς γῆς ἀμειβομένης τῶν πόνων ἀντάξιον, ἔγνων ἐμαυτὸν ἐπιδοῦναι θαλάττῃ καὶ κύμασι. ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνάναι μεμοίραται πᾶσιν ἡμῖν, καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρεὼν φυγεῖν, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις ἑαυτὸν καθείρξας τηρῇ. (2) ἐνεργὸς γὰρ ἡ εἱμαρμένη καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον· ὥστε τὸ ζῆν οὐδ' ὑπὸ τούτων ταλαντεύεται, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τύχης βραβεύεται. ἤδη γάρ τινες μὲν ἐπὶ γῆς ὠκύμοροι, ἐπὶ θαλάττης δὲ μακρόβιοι κατεβίωσαν· (3) ὥστε εἰδὼς ταῦθ' οὕτως ἔχειν ἐπὶ ναυτιλίαν βαδιοῦμαι καὶ ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι. κρεῖττον γὰρ ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ Προποντίδος νεόπλουτον, ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν.

κϛ'. Ἀγελαρχίδης Πυθολάῳ.

Μέγα, ὦ γενναῖε, κακόν εἰσιν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι. ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅ τι παθών, δέον παρὰ σὲ ἢ παρά τινα ἄλλον τῶν κατ' ἀγρὸν γειτόνων ἐλθεῖν, ἐπεὶ κατέστην ἐν χρείᾳ χρημάτων, βουλόμενος ἐπὶ Κολωνῷ πρίασθαι χωρίον, ξεναγήσαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν ἐπὶ τὰς Βλεψίου θύρας ἀφικόμην. (2) εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην ὀφθῆναι ῥικνόν, συνεσπακότα τὰς ὀφρῦς, χαρτίδια ἀρχαῖά τινα, σαπρὰ δὲ διὰ τὸν χρόνον, ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμίβρωτα διὰ χειρὸς κατέχοντα. εὐθὺς μὲν οὖν μόλις με προσεῖπε, ζημίαν ἡγούμενος τὴν προσηγορίαν· εἶτα τοῦ προξένου φήσαντος ὡς δεοίμην χρημάτων, πόσων ἤρετο ταλάντων. (3) ἐμοῦ δὲ θαυμάσαντος τὴν ὑπερβολὴν διέπτυεν εὐθέως καὶ δῆλος ἦν δυσχεραίνων. Ὅμως ἐδίδου καὶ ἀπῄτει γραμματεῖον καὶ πρὸς τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρύν, καὶ τὴν οἰκίαν ὑποθησόμενος ἣ ἔστι μοι. μέγα τι κακόν εἰσιν οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δακτύλων τὰς κάμψεις ἀλινδούμενοι. μή μοι γένοιτο, ἀγροίκων ἔφοροι δαίμονες, μὴ λύκον ἔτι, μὴ δανειστὴν ἰδεῖν.

κζ'. Ἀνίκητος Φοιβιανῇ.

Φεύγεις με, ὦ Φοιβιανή, φεύγεις, καὶ ταυτα ἀρτίως ὅλον τὸν ἀγρὸν ἀπενεγκαμένη. τί γὰρ οὐ τῶν ἐμῶν λαβοῦσα ἔχεις; οὐ σῦκα, οὐ τυρὸν ἐκ ταλάρων,

XXIV. Amnion Philomoscho.

Detondit nostras segetes grando graviter irruens et famis nullum est remedium. Advecticium triticum nobis emendi non est facultas, deficiente pecunia. Sunt auten tibi, ut audio, ex copia superioris anni reliquiæ. (2) Quare mutuos da mihi viginti modios, ut vitam tolerare possim cum coniuge ac liberis. Quodsi fertilis fuerit frugum proventus, reddemus eadem mensura, etiam ampliore, si qua fuerit ubertas. Ne vero negligas bonos vicinos in temporis angustias cum ipsorum pernicie coactos.

XXV. Eupetalus Elationi.

Cum ager nihil quod par sit laboribus rependat, decrevi me dedere mari ac fluctibus. Vita enim simul et mors fato nobis constitutæ sunt, neque concessum effugere fatum, etiamsi in claustro quis se inclusum contineat. (2) Fors enim non cessat et fatum est inevitabile. Itaque non ab illis pendet discrimen vitæ, sed fortunæ arbitrio subiacet. Nonnulli enim in terra cito mortui, in mari diu vivebant. (3) Quæ cum sciam ita se habere, ad navigationem me conferam et inter ventos fluctusque versabor. Melius enim est redire e Bosporo et Propontide novis divitiis auctum, quam sedentem in Atticæ agris famelicum quid et siccum ructare.

XXVI. Agelarchides Pytholao.

Magnum, amice, malum sunt isti in urbe fœneratores. Ego enim nescio quid mihi acciderit ut, cum te vel alium aliquem ruri vicinum adire deberem, in pecuniæ inopiam redactus, cum vellem in Colono emere agellum, deducente me quodam ex urbe, ad Blepsiæ fores devenirem. (2) Tum vero ibi deprehendo senem adspectu strigosum, contractis superciliis, chartulas vetulas temporisque iniuria squalidas, a cimicibus et tineis semesas manu tenentem. Initio quidem vix me alloquebatur, iacturam nimirum existimans si me appellasset. Deinde vero cum pararius dixisset me opus habere pecunia, quot talentis, interrogavit. (3) Me autem ad tam amplam pecuniam obstupescente, despuit statim et manifesto indignatus est. Tamen pollicitus est postulans syngrapham et præter sortem usuram gravem, cum pignori sibi dari iussisset quam habeo domum. Magnum sane malum sunt qui in calculis et digitorum flexionibus versantur. Ne mihi eveniat, dii agricolarum tutelares, nec lupum amplius nec fœneratorem videre.

XXVII. Anicetus Phœbianæ.

Fugis me, Phœbiana, fugis, idque cum nuper totum agrum abstuleris. Quid enim meorum bonorum est quod non habeas? nonne ficus, nonne caseum ex calathis, nonne

οὐκ ἔριφον νεογιλόν, οὐκ ἀλεκτορίδων ζεῦγος, οὐ τὰ λοιπὰ τρυφήματα πάντα ἔστι σοι ἐξ ἐμοῦ; οὕτως ὅλον με αὐτῇ... κατὰ τὴν παροιμίαν ἀνατρέψασα δουλεύειν ἐπηνάγκασας. (2) σὺ δὲ οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ διακαῶς φλεγομένου. ἀλλὰ χαῖρε καὶ ἄπιθι· ἐγὼ δὲ βαρέως μέν, οἴσω δ' ὅμως τὴν ἀτιμίαν.

hædulum, nonne par gallinarum, nonne reliquas delicias omnes a me accepisti? sic me totum, ut in proverbio est, subvertisti et servire coegisti. (2) Tu vero nullam mei rationem habes amore flagrantis. Sed vale et abi. Ego ægre quidem feram, feram tamen ignominiam.

κη'. Φοιβιανὴ Ἀνικήτῳ.

Ὠδίνουσά με ἀρτίως ὡς ἑαυτὴν ἡ τοῦ γείτονος μετεπέμψατο γυνή. καὶ δῆτα ᾔειν ἀραμένη τὰ πρὸς τὴν τέχνην, σὺ δὲ ἐξαπίνης ἐπιστὰς ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κύσαι. οὐ παύσῃ τρικόρωνον καὶ ταλάντατον γερόντιον πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίας ἡμᾶς ὥς τις ἄρτι γενειάζειν ἀρχόμενος; (2) οὐχὶ τῶν κατ' ἀγρὸν πόνων ἀφεῖσαι ἀργὸς τῶν ἰδίων προϊστάμενος; οὐχὶ τοὐπτανίου καὶ τῆς ἐσχάρας ὡς ἀδύνατος ὢν ἐξέωσαι; πῶς οὖν τακερὸν βλέπεις καὶ ἀναπνεῖς; πέπαυσο, Κέκροψ ἄθλιε, καὶ τρέπου κατὰ σεαυτόν, μή σε λαβοῦσα κακόν τι ἐργάσωμαι.

XXVIII. Phœbiana Aniceto.

Parturiens nuper uxor vicini me ad se accersi iussit: me contuli igitur ad eam assumptis quæ ad artem requiruntur. Tu vero confestim adstans conabare cervice reflexa me osculari. Non desines, decrepite et miserrime senex, tentare nos puellas ætate florentes, quasi aliquis modo barbam emittere incipiens? (2) Nonne deseruisti labores in agro et segniter agrum tuum curas? nonne culina focoque quippe iners expulsus es? cur igitur molliter intueris et hiscere audes? Desine, miser Cecrops, et ad te redi, ne, cum te prehenderim, male tecum agam

κθ'. Γλυκέρα Βακχίδι.

Ὁ Μένανδρος ἡμῖν ἐπὶ τὴν τῶν Ἰσθμίων θέαν εἰς τὴν Κόρινθον ἐλθεῖν βεβούληται· ἐμοὶ μὲν οὐ κατὰ νοῦν· οἶδα γὰρ οἷόν ἐστιν ἐραστοῦ τοιούτου καὶ βραχὺν ὑστερῆσαι χρόνον· ἀποτρέπειν δ' οὐκ ἐνῆν μὴ πολλάκις ἀποδημεῖν εἰωθότα. (2) οὐδ' ὅπως αὐτὸν παρεγγυήσω μέλλοντα ἐπιδημήσειν ἔχω οὐδ' ὅπως μή, βουλόμενον αὐτὸν σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ· κἀμοί τινα φέρειν φιλοτιμίαν τοῦτο λογίζομαι· οἶδε γὰρ τὴν οὖσαν ἡμῖν ἑταιρίαν πρὸς ἀλλήλας. (3) δέδοικα δέ, ὦ φιλτάτη, οὐ σὲ τοσοῦτον (χρηστοτέρῳ γὰρ ἤθει κέχρησαι τοῦ βίου) ὅσον αὐτὸν ἐκεῖνον. ἐρωτικὸς γάρ ἐστι δαιμονίως, καὶ Βακχίδος οὐδ' ἂν τῶν σκυθρωποτάτων τις ἀπόσχοιτο. (4) τὸ μὲν γὰρ δοκεῖν αὐτὸν ἔλαττον τοῦ σοὶ ἐντυχεῖν ἢ τῶν Ἰσθμίων ἕνεκα τὴν ἀποδημίαν πεποιῆσθαι, οὐ πάνυ πείθομαι. ἴσως αἰτιάσῃ με τῆς ὑποψίας. συγγίνωσκε δὲ ταῖς ἑταιρικαῖς, ὦ φιλτάτη, ζηλοτυπίαις. (5) ἐγὼ δ' οὐ παρὰ μικρὸν ἡγοῦμαι Μενάνδρου διαμαρτεῖν ἐραστοῦ. ἄλλως τε κἂν μοι κνισμός τις πρὸς αὐτὸν ἢ διαφορὰ γένηται, δεήσει με ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὑπὸ Χρέμητός τινος ἢ Φειδύλου πικρῶς λοιδορεῖσθαι. ἐὰν δ' ἐπανέλθῃ μοι οἷος ᾤχετο, πολλὴν εἴσομαί σοι χάριν. ἔρρωσο.

XXIX. Glycera Bacchidi.

Menander noster ad spectandos ludos Isthmios Corinthum proficisci decrevit; non id quidem ex mea sententia; scio enim quanta res sit amatore eiusmodi etiam pauxillum temporis carere; dehortari autem eum non licebat rarius peregre abire solitum. (2) Committamne eum apud vos versaturum fidei tuæ necne nescio, quippe abs te amari cupiat; et hoc in me amoris stimulos movere credo. Novit quidem amicitiam quæ inter nos est. (3) Timeo autem, carissima, non tam te (probioribus enim moribus quam pro isto vitæ genere uteris) quam illum ipsum. Miro modo enim in amorem est proclivis et a Bacchide ne vel maxime austerus quidem facile abstineat. (4) Illum enim, minus ut te conveniret quam Isthmiorum causa profectionem hanc suscepisse, mihi persuasum non est. Fortasse me suspicionis argues. Verum ignosce, carissima, amatoriæ sollicitudini. (5) Ego vero non parvi faciebam Menandrum amatorem amittere, præsertim cum, si mihi simultas aliqua sit cum eo, aut dissidium oriatur, in scena ab aliquo Chremete aut Phidylo me acerbissime conviciatum iri videam. Quod si vero talis redierit qualis abiit, magnam tibi gratiam habebo. Vale.

λ'. Βακχὶς Ὑπερείδῃ.

Πᾶσαί σοι ἴσμεν αἱ ἑταῖραι χάριν καὶ ἑκάστη γε ἡμῶν οὐχ ἧττον ἢ Φρύνη. ὁ μὲν γὰρ ἀγὼν μόνης Φρύνης, ὃν ὁ παμπόνηρος Εὐθίας ἐπανείλετο, ὁ δὲ κίνδυνος ἁπασῶν. εἰ γὰρ αἰτοῦσαι παρὰ τῶν ἐραστῶν ἀργύριον οὐ τυγχάνομεν ἢ τοῖς διδοῦσιν ἐντυγχάνουσαι ἀσεβείας κριθησόμεθα, πεπαῦσθαι κρεῖττον ἡμῖν τοῦ βίου τούτου καὶ μηκέτι ἔχειν πράγματα μηδὲ τοῖς ὁμιλοῦσι παρέχειν. (2) νῦν δ' οὐκέτι τὸ ἑταιρεῖν αἰτιασόμεθα ὅτι πονηρὸς Εὐθίας ἐραστὴς εὑρέθη, ἀλλ'

XXX. Bacchis Hyperidi.

Omnes nos meretrices agimus tibi gratias et quidem unaquæque nostrûm non minus quam Phryne. Lis quidem solius Phrynes, quam nequissimus Euthias intenderat, periculum vero nostrum omnium. Si enim petentes ab amatoribus pecuniam non impetramus, aut copiam nostri facientes dantibus impietatis reæ agemur, desistere satius est ab hac vita neque amplius negotium habere neque iis qui nobiscum consuetudinem habent corpus præbere. (2) At nunc non amplius quæstum meretricium incusabimus, quod Euthias improbus amator inventus est, sed

ὅτι ἐπιεικὴς Ὑπερείδης ζηλώσομεν. πολλὰ τοίνυν ἀγαθὰ γένοιτό σοι τῆς φιλανθρωπίας. (3) καὶ γὰρ ἑταίραν χρηστὴν σεαυτῷ περιεσώσω, καὶ ἡμᾶς ἀμειψομένας σε ἀντ' ἐκείνης παρεσκεύασας. εἰ δὲ δὴ καὶ τὸν λόγον γράψαις τὸν ὑπὲρ τῆς Φρύνης, τότε ἂν ὡς ἀληθῶς χρυσοῦν αἱ ἑταῖραί σε στήσαιμεν ὅπου ποτὲ βούλει τῆς Ἑλλάδος.

λα'. Βακχὶς Φρύνῃ.

Οὐ τοσοῦτόν σοι τοῦ κινδύνου συνηχθέσθην, ὦ φιλτάτη, ὅσον ὅτι πονηροῦ μὲν ἀπηλλάγης ἐραστοῦ χρηστὸν δὲ εὗρες συνήσθην· τὴν γὰρ δίκην σοι καὶ πρὸς εὐτυχίαν γεγονέναι νομίζω. διαβόητον γάρ σε οὐκ ἐν ταῖς Ἀθήναις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἁπάσῃ ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος πεποίηκεν. (2) Εὐθίας μὲν οὖν ἱκανὴν τιμωρίαν δώσει τῆς σῆς ὁμιλίας στερόμενος· ὑπὸ γὰρ ὀργῆς μοι δοκεῖ κινηθεὶς διὰ τὴν ἔμφυτον ἀμαθίαν ὑπερᾶραι τὸ μέτρον τῆς ἐρωτικῆς ζηλοτυπίας. καὶ νῦν ἐκεῖνον ἐρῶντα μᾶλλον εὖ ἴσθι ἢ Ὑπερείδην. (3) ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν τῆς συνηγορίας χάριν δῆλός ἐστι σπουδάζεσθαι βουλόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν, ὁ δὲ τῷ ἀποτεύγματι τῆς δίκης παρώξυνται. προσδέχου δὴ πάλιν παρ' αὐτοῦ δεήσεις καὶ λιτανείας καὶ πολὺ χρυσίον. (4) μὴ δὴ καταδιαιτήσῃς ἡμῶν, ὦ φιλτάτη, τῶν ἑταιρῶν, μηδ' Ὑπερείδην κακῶς δόξαι βεβουλεῦσθαι ποιήσῃς τὰς Εὐθίου ἱκεσίας προσιεμένη, μηδὲ τοῖς λέγουσί σοι ὅτι, εἰ μὴ τὸν χιτωνίσκον περιρρηξαμένη τὰ μαστάρια τοῖς δικασταῖς ἐπέδειξας, οὐδὲν ἂν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει, πείθου. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἵνα ἐν καιρῷ γένηταί σοι ἡ ἐκείνου παρέσχε συνηγορία.

λϐ'. Βακχὶς Μυρρίνῃ.

Μὴ δὴ κρείττονος εἴη σοι τυχεῖν ἐραστοῦ, δέσποινα Ἀφροδίτη, ἀλλ' Εὐθίας σοι ὃν νῦν περιέπεις συγκαταβιώῃ. τάλαινα γυνὴ τῆς ἀνοίας, ἥτις τῷ τοιούτῳ θηρίῳ προσέφθαρσαι. (2) πλὴν ἴσως τῷ κάλλει πεπίστευκας· Μυρρίνην γὰρ στέρξει δῆλον ὅτι Φρύνην ὑπεριδών. ἀλλ' ἔοικας κνίσαι τὸν Ὑπερείδην βεβουλῆσθαι ὡς ἔλαττόν σοι νῦν προσέχοντα. κἀκεῖνος ἑταίραν ἔχει ἀξίαν ἑαυτοῦ καὶ σὺ ἐραστήν σοι πρέποντα. (3) αἴτησόν τι παρ' αὐτοῦ, καὶ ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. ἴσθι γοῦν ὅτι παρὰ πάσαις ἡμῖν ταῖς τὴν φιλανθρωποτέραν ἀφροδίτην προτιμώσαις μεμίσησαι.

λγ'. Θαῒς Θετταλῇ.

Οὐκ ἄν ποτ' ᾠήθην ἐκ τοσαύτης συνηθείας ἔσεσθαί μοί τινα πρὸς Ζευξίππην διαφοράν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα ὑπὸ τὸν ἀπὸ τῆς Σάμου κατάπλουν, οὐκ ὀνειδίζω· ἀλλὰ Παμφίλου (γινώσκεις τοῦτο καὶ σὺ ὅσον) ἡμῖν διδόντος ἀργύριον, ὅτι ταύτῃ ποτὲ ἐντυγχάνειν ἐδόκει, τὸ μειράκιον οὐ προσείμην. (2) ἡ δὲ καλῶς ἡμᾶς ἀντὶ τούτων

quoniam Hyperides æquus et iustus, eo magis probabimus et sectabimur. Multa itaque tibi eveniant bona propter istam humanitatem. (3) Nam et amicam bonam tibi ipsi incolumem servasti et ad gratiam referendam illius nomine nos paratas reddidisti. Quodsi etiam orationem, quam pro Phryne habuisti, litteris consignares, tum tibi revera nos meretrices auream statuam erigeremus, ubicumque volueris in Græcia.

XXXI. Bacchis Phrynæ.

Non tantopere propter illud periculum tuum dolui, carissima, quantopere quod a malo amatore liberata es et Hyperidem bonum invenisti lætata sum. Nam iudicium illud adeo in felicitatem tuam cessisse arbitror. Celebrem enim te non Athenis solum, verum etiam in tota Græcia lis illa fecit. (2) Et Euthias quidem satis pœnarum dabit quod tua consuetudine privatur. Nam is mihi videtur ira commotus propter insitam stoliditatem excessisse modum amatoriæ suspicionis. Et nunc illum majore amore flagrare quam Hyperidem omnino persuasum tibi esto. (3) Hic enim quod tuam causam egit, gratiam tuam videtur postulare et instar deliciarum se gerere; ille autem, quod causa cecidit, irritatus est. Exspecta igitur ab eo rursus preces et supplicationes et magnam vim auri. Ne vero prævariceris nostræ meretricum causæ, carissima. (4) Neve Euthiæ precibus admissis facias, ut Hyperides male nobis consuluisse videatur, neve crede iis qui tibi dicunt, si non tunica discissa mammillas ostendisses iudicibus, nihil oratorem profuturum fuisse. Etenim hoc ipsum, ut opportune abs te fieret, eius defensione ac patrocinio factum est.

XXXII. Bacchis Myrrhinæ.

Ne tibi melior unquam amator contingat, proh domina Venus, sed Euthias, quem nunc foves, tecum vivat. Infelicem ob amentiam mulierem! quæ tuo malo tali bestiæ te applicueris, confisa scilicet pulchritudini. (2) Nimirum Myrrhinam amabit, Phryne neglecta. Sed videris Hyperidem pungere voluisse, quod minus tui nunc rationem habeat. Et ille amicam habet se dignam et tu amatorem tibi convenientem. (3) Pete aliquid ab eo, et videbis te aut navalia incendisse aut leges sustulisse. Scito igitur te omnibus nobis, quæ humaniorem Venerem colimus, odio esse.

XXXIII. Thais Thessalæ.

Haud unquam putassem fore ut post tantam familiaritatem nasceretur mihi aliquod cum Zeuxippa dissidium. Ac cætera quidem, in quibus ei utilis fui sub ejus e Samo navigationem, non objicio. Sed cum Pamphilus pecuniam, scis tu quoque quantam, mihi offerret, adolescentem, quod cum hac aliquando rem habere videbatur, non admisi. (2) Egregie vero nobis gratiam pro his illa rependit

ἠμείψατο τῇ κάκιστ' ἀπολουμένῃ Μεγάρᾳ χαρίζεσθαι θέλουσα. πρὸς ἐκείνην δ' ἦν τις παλαιά μοι διὰ Στράτωνα ὑπόνοια. ἀλλὰ ταύτην μὲν οὐδὲν ᾤμην ποιεῖν παράλογον κακῶς λέγουσάν με. ἁλῶα δ' ἦν, κἀπὶ τὴν παννυχίδα πᾶσαι, ὥσπερ ἦν εἰκός, παρῆμεν. (3) ἐθαύμαζον δὲ τῆς Ζευξίππης τὴν ἀγερωχίαν· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον κιχλίζουσα μετ' ἐκείνης καὶ μωκωμένη τὴν δυσμένειαν ἐνεδείκνυτο, εἶτα φανερῶς ποιήματα ᾖδεν εἰς τὸν οὐκέθ' ἡμῖν προσέχοντα ἐραστήν. (4) κἀπὶ τούτοις μὲν ἧττον ἤλγουν· ἀπαναισχυντήσασα δὲ εἰς τὸ φῦκός με καὶ τὸν παιδέρωτα ἔσκωπτεν. ἐδόκει δέ μοι πάνυ κακῶς πράττειν ὡς μηδὲ κάτοπτρον κεκτῆσθαι· εἰ γὰρ εἶδεν ἑαυτὴν χρῶμα σανδαράχης ἔχουσαν, οὐκ ἂν ἡμᾶς εἰς ἀμορφίαν ἐβλασφήμει. (5) ἐμοὶ μὲν οὖν βραχὺ μέλει περὶ τούτων· ἀρέσκειν γὰρ τοῖς ἐρασταῖς, οὐχὶ Μεγάρᾳ καὶ Ζευξίππῃ βούλομαι ταῖς πιθήκοις. δεδήλωκα δέ σοι ἵνα μή μέ τι μέμψῃ. ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὰς οὐ σκώμμασιν οὐδὲ βλασφημίαις, ἀλλ' οἷς μάλιστα ἀνιάσονται. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν.

perditissimæ illi Megaræ gratificari cupiens. In illam autem habebam veterem quandam propter Stratonem suspicionem. Hanc igitur nihil arbitrabar facere præter opinionem, si mihi malediceret. Haloa erant, et ad pervigilium omnes, ut par erat, aderamus. (3) Mirabar autem Zeuxippen; primum enim illa submisse cachinnans et subsannans animum infensum declarabat, deinde palam versiculos cecinit in illum, qui nobis non amplius addictus esset, amatorem. (4) Et ex eo quidem minus doloris cepi; impudentiæ vero eo progressa est, ut in fucum me et pæderotem dicteriis incesseret. Videbatur mihi autem in re tenuissima esse, ut ne speculum quidem possideret; si enim videret se colorem sandarachæ habere, haud nobis ob deformitatem conviciaretur. (5) Equidem parum hæc curo; placere enim amatoribus, non Megaræ et Zeuxippæ, simiis illis, volo. Indicavi tibi, ne me in posterum vituperares. Ulciscar enim eas non cavillationibus neque conviciis, sed iis rebus quibus maxime torquebuntur Adoro autem Nemesin.

λδ'. Θαῒς Εὐθυδήμῳ.

Ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βιβλίδιον μετὰ χεῖρας εἰς τὴν Ἀκαδήμειαν σοβεῖς, τὴν δὲ ἡμετέραν οἰκίαν ὡς οὐδὲ ἰδὼν πρότερον παρέρχῃ. (2) ἐμάνης, Εὐθύδημε· ἢ οὐκ οἶσθα οἷός ἐστιν ὁ σοφιστὴς οὗτος ὁ ἐσκυθρωπακὼς καὶ τοὺς θαυμαστοὺς τούτους διεξιὼν πρὸς ὑμᾶς λόγους. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν πράγματα πόσος ἐστὶν οἴει χρόνος ἐξ οὗ παρέχει βουλόμενος ἐντυχεῖν; προσφθείρεται δὲ Ἑρπυλλίδι τῇ Μεγάρας ἅβρᾳ. (3) τότε μὲν οὖν αὐτὸν οὐ προσείμην, σὲ γὰρ περιβάλλουσα κοιμᾶσθαι μᾶλλον ἐβουλόμην ἢ τὸ παρὰ πάντων τῶν σοφιστῶν χρυσίον. ἐπεὶ δέ σε ἀποτρέπειν ἔοικε τῆς μεθ' ἡμῶν συνηθείας, ὑποδέξομαι αὐτὸν καί, εἰ βούλει, τὸν διδάσκαλον τουτονὶ τὸν μισογύναιον ἐπιδείξω σοι νυκτὸς οὐκ ἀρκούμενον ταῖς συνήθεσιν ἡδοναῖς. (4) λῆρος ταῦτά ἐστι καὶ τῦφος καὶ ἐργολάβεια μειρακίων, ὦ ἀνόητε. οἴει δὲ διαφέρειν ἑταίρας σοφιστήν; τοσοῦτον ἴσως ὅσον οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἑκάτεροι πείθουσιν, ἐπεὶ ἕν γε ἀμφοτέροις τέλος πρόκειται τὸ λαβεῖν. πόσῳ δὲ ἀμείνους ἡμεῖς καὶ εὐσεβέστεραι. οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι, ἀλλὰ πιστεύομεν ὀμνύουσι τοῖς ἐρασταῖς ὅτι φιλοῦσιν ἡμᾶς· (5) οὐδ' ἀξιοῦμεν ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μίγνυσθαι τοὺς ἄνδρας, ἀλλ' οὐδὲ γυναιξὶν ἀλλοτρίαις. εἰ μὴ ὅτι τὰς νεφέλας ὁπόθεν εἰσὶ καὶ τὰς ἀτόμους ὁποῖαι ἀγνοοῦμεν, διὰ τοῦτο ἥττους δοκοῦμέν σοι τῶν σοφιστῶν. (6) καὶ αὐτὴ παρὰ τούτοις ἐσχόλακα καὶ πολλοῖς διείλεγμαι. οὐδὲ εἷς ἑταίρᾳ ὁμιλῶν τυραννίδας ὀνειροπολεῖ καὶ στασιάζει τὰ κοινά, ἀλλὰ σπάσας τὸν ἑωθινὸν καὶ μεθυσθεὶς εἰς ὥραν τρίτην ἢ τετάρτην ἠρεμεῖ. (7) παιδεύομεν δὲ οὐ χεῖρον ἡμεῖς τοὺς νέους. ἐπεὶ σύγκρινον, εἰ βούλει, Ἀσπασίαν

XXXIV. Thais Euthydemo.

Ex quo philosophari in animum induxisti, superbus factus es et supercilia supra tempora attollis. Deinde philosophi habitu librumque in manibus tenens insolenter procedis in Academiam, nostram vero domum quasi nunquam antea vidisses præteris. (2) Insanis, Euthydeme, aut nescis cuiusmodi sit sophista iste superciliosus, qui mirificas istas disputationes vobis enarrat. Sed mihi negotium, quamdudum putas esse, cum facessit, cupiens mei copiam impetrare. Deperit autem Herpyllidem Megaræ ancillam. (3) Illo tempore quidem eum non admisi; etenim in tuo complexu dormire pluris faciebam quam omne sophistarum aurum. Quoniam vero te avertere videtur a nostra consuetudine, eum recipiam, et, si vis, magistrum huncce mulierum osorem faxo ut videas non esse noctu contentum consuetis voluptatibus. (4) Nugæ sunt ista et fastus et mercedis ab adolescentibus emunctio, o demens. Putasne vero differre a meretrice sophistam? eatenus fortasse, quatenus non eadem ratione persuadere conantur; nam unus idemque utrisque finis propositus est, lucrum. Quanto vero meliores nos magisque religiosæ! non negamus esse deos, sed credimus jure iurando affirmantibus amatoribus, se nos amare. (5) Nec æquum censemus, si cum sororibus et matribus rem habent viri, sed ne cum alienis quidem uxoribus. Nisi forte, quia nubes unde exsistant et atomi quales sint ignoramus, ob eam causam sophistis deteriores tibi videmur. (6) Et ipsa his vacavi et cum multis disserui. Nemo cum meretricibus consuetudinem habens tyrannidem somniat et seditionibus rempublicam turbat, sed matutino potu hausto inebriatus in tertiam aut quartam horam quiescit. (7) Instituimus autem nos non deterius adolescentes. Etenim

τὴν ἑταίραν καὶ Σωκράτην τὸν σοφιστήν, καὶ πότερος ἀμείνους αὐτῶν ἐπαίδευσεν ἄνδρας λόγισαι· τῆς μὲν γὰρ ὄψει μαθητὴν Περικλέα, τοῦ δὲ Κριτίαν. (8) κατάβαλε τὴν μωρίαν ταύτην καὶ ἀηδίαν, ὁ ἐμὸς ἔρως Εὐθύδημε (οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι τοιούτοις ὄμμασι), καὶ πρὸς τὴν ἐρωμένην ἧκε τὴν σαυτοῦ οἷος ἐπανελθὼν ἀπὸ Λυκείου πολλάκις... τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος, ἵνα μικρὰ κραιπαλήσαντες ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς. καὶ σοὶ νῦν μάλιστα φανοῦμαι σοφή. οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν· μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας. ἔρρωσο.

compara, si vis, meretricem Aspasiam et Socratem illum sophistam, et uter melius docuerit viros considera. Illius enim videbis discipulum Periclem, hujus Critiam. (8) Pone istam stultitiam et insuavitatem, deliciæ meæ o Euthydeme (non decet tristis et tetricus adspectus tales oculos) et ad amicam veni tuam, qualis a Lyceo reversus sæpe sudorem abstergens; ut cum ad modicam crapulam biberimus ostendamus nobis mutuo pulchrum illum finem voluptatis. Et tibi nunc equidem quam maxime videbor sapiens. Non longum dat Deus tempus vivendi; ne igitur illud imprudens in ænigmata et nugas impendas. Vale.

λε'. Σιμαλίων Πετάλῃ.

Εἰ μὲν ἡδονήν σοί τινα φέρει ἢ φιλοτιμίαν πρός τινας τῶν διαλεγομένων τὸ πολλάκις ἡμᾶς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτᾶν καὶ τοῖς πεμπομένοις πρὸς τοὺς εὐτυχεστέρους ἡμῶν θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι, οὐκ ἀλόγως ἡμῖν ἐντρυφᾷς. ἴσθι μέντοι (καίτοι ποιῶν οἶδα πρᾶγμα ἀσύμφορον ἐμαυτῷ) οὕτω με διακείμενον ὡς ὀλίγοι τῶν ἐντυγχανόντων σοι νῦν ἀμεληθέντες ἂν διατεθεῖεν. (2) καίτοι γε ᾤμην τὸν ἄκρατον ἔσεσθαί μοι παρηγόρημα, ὃν παρ' Εὐφρονίῳ τρίτην ἑσπέραν πολύν τινα ἐνεφορήθην, ὡς δὴ τὰς παρὰ τὴν νύκτα φροντίδας διωσόμενος. τὸ δὲ ἄρα ἐναντίως εἶχεν· ἀνερρίπισε γάρ μου τὴν ἐπιθυμίαν ὥστε κλάοντά με καὶ βρυχώμενον ἐλεεῖσθαι μὲν παρὰ τοῖς ἐπιεικεστέροις, γέλωτα δὲ τοῖς ἄλλοις παρέχειν. (3) μικρὰ δ' ἔπεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαραινόμενον ἤδη παραμύθιον, ὅ μοι ὑπὸ τὴν λυγρὰν ἐν τῷ συμποσίῳ μέμψιν προσέρριψας ἀπ' αὐτῶν περισπάσασα τῶν πλοκάμων, ὡς δὴ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πεμφθεῖσιν ἀχθομένη. εἰ δή σοι ταῦτα ἡδονὴν φέρει, ἀπόλαυε τῆς ἡμετέρας μερίμνης, κἂν ᾖ σοι φίλον διηγοῦ τοῖς νῦν μὲν μακαριωτέροις ἡμῶν, οὐκ εἰς μακρὰν δέ, ἄνπερ ὡς ἡμεῖς ἔχωσιν, ἀνιασομένοις. (4) εὔχου μέντοι μηδέν σοι νεμεσῆσαι ταύτης τῆς ὑπεροψίας τὴν Ἀφροδίτην. ἕτερος ἂν λοιδορούμενος ἔγραφε καὶ ἀπειλῶν, ἀλλ' ἐγὼ δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν· ἐρῶ γάρ, ὦ Πετάλη, κακῶς. φοβοῦμαι δὲ μὴ κάκιον ἔχων μιμήσωμαί τινα τῶν περὶ τὰς ἐρωτικὰς τέρψεις ἀτυχεστέρων.

XXXV. Simalion Petalæ.

Si voluptatem tibi aliquam adferre aut honorem apud nonnullos qui rem tecum habent existimas, quod frequenter ad fores tuas accedimus et coram ancillulis, quæ ad feliciores quam nos sumus mittuntur, conquerimur, non immerito nobis insultas. Scito tamen, quanquam non sum nescius me rem mihi inutilem facere, sic me affectum esse, ut pauci eorum qui nunc tecum rem habent affecti essent, si abs te spernerentur. (2) Putabam equidem merum illud mihi solatio fore, quod apud Euphronium tertio abhinc vespere largum satis hauseram, quippe nocturnas curas propulsaturus; id vero longe secus accidit. Denuo enim excitavit libidinem meam, ita ut lacrymans eiulansque æquioribus quidem commiserationem, reliquis autem risum moverem. (3) Exiguum quoddam mihi restat lenimen et languescens iam solatium, quod in me sub triste illud in convivio iurgium coniecisti, ex ipsis capillis evellens, quasi omnibus a nobis missis offendaris. Si ergo voluptatem tibi hæc afferunt, fruere nostra sollicitudine et, si tibi volupe est, narra nunc quidem nobis beatioribus, brevi autem, cum ipsis ut nobis res ceciderit, dolituris. (4) Precare tamen, ne quid ob hanc superbiam Venus tibi succenseat. Alius fortasse litteras probrorum et minarum plenas ad te dedisset, ego autem precans scripsi et supplicans. Amo enim, o Petala, perdite. Vereor autem ne etiam peius affectus imiter aliquem eorum, qui in amatoriis iurgiis nimis sunt infelices.

λϛ'. Πετάλη Σιμαλίωνι.

Ἐβουλόμην μὲν ὑπὸ δακρύων οἰκίαν ἑταίρας τρέφεσθαι· λαμπρῶς γὰρ ἂν ἔπραττον ἀφθόνων τούτων ἀπολαύουσα παρὰ σοῦ· νῦν δὲ δεῖ χρυσίων ἡμῖν, ἱματίων, κόσμου, θεραπαινιδίων. ἡ τοῦ βίου διοίκησις ἅπασα ἐντεῦθεν. (2) οὐκ ἔστιν ἐν Μυρρινοῦντι πατρῷον ἐμοὶ κτημάτιον, οὐδ' ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐμοὶ μέταλλον, ἀλλὰ μισθωμάτια καὶ αἱ δυστυχεῖς αὗται καὶ κατεστεναγμέναι τῶν ἀνοήτων ἐραστῶν χάριτες. σοὶ δὲ ἐνιαυτὸν ἐντυγχάνουσα ἀδημονῶ, καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν μηδὲ ἰδοῦσα τὸν χρόνον τοῦτον

XXXVI. Petala Simalioni.

Vellem equidem lacrymis ali meretricis domum. Splendide enim viverem, cum abunde eas abs te perciperem. Nunc vero opus est auro nobis, vestibus, ornatu, ancillis. Hinc pendet omnis vitæ ratio. (2) Non est mihi Myrrhinunte paterna possessio, nec in argenti fodinis metallum, sed mercedulæ et infelicia ista ac gemitibus plena stultorum amatorum munuscula. Tecum vero annum nunc consuetudinem habens misera utor conditione, caputque habeo squalidum, ut quæ ne viderim quidem per istud tempus unguentum: vetustis autem et laceratis amiciri

μύρον, τὰ δὲ ἀρχαῖα καὶ τρύχινα περιβαλλομένη ταραντινίδια αἰσχύνομαι τὰς φίλας, οὕτως ἀγαθόν τί μοι γένοιτο. (3) εἶτα οἴει μέ σοι παρακαθημένην αὐτόθεν ζήσειν; ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν. ἀλλὰ δακρύεις· πεπαύσῃ μετὰ μικρόν. θαυμάζω δέ σου καὶ τὰ δάκρυα ὡς ἔστιν ἀπίθανα. Δέσποινα Ἀφροδίτη, φιλεῖν, ἄνθρωπε, φής, καὶ βούλει σοι τὴν ἐρωμένην διαλέγεσθαι· ζῆν γὰρ χωρὶς ἐκείνης μὴ δύνασθαι. (4) τί οὖν; οὐ ποτήρια ἔστιν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑμῖν; . . . . μὴ χρυσία τῆς μητρός, μὴ δάνεια τοῦ πατρὸς κομιούμενος; μακαρία Φιλῶτις· εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ Χάριτες. οἷον ἐραστὴν ἔχει Μενεκλείδην, ὃς καθ' ἡμέραν δίδωσί τι. ἄμεινον γὰρ ἢ κλάειν. (5) ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδόν, οὐκ ἐραστὴν ἔχω· στεφάνιά μοι καὶ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει καὶ κλάειν δι' ὅλης φησὶ τῆς νυκτός. ἐὰν φέρῃς τι, ἧκε μὴ κλάων. εἰ δὲ μή, σεαυτὸν οὐχ ἡμᾶς ἀνιάσεις.

λζ'. Μυρρίνη Νικίππῃ.

Οὐ προσέχει μοι τὸν νοῦν ὁ Δίφιλος, ἀλλ' ἅπας ἐπὶ τὴν ἀκάθαρτον Θεττάλην νένευκε. καὶ μέχρι μὲν τῶν Ἀδωνίων καὶ ἐπίκωμός ποτε πρὸς ἡμᾶς καὶ κοιμησόμενος ἐφοίτα, ἤδη μέντοι ὡς ἄν τις ἀκκιζόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν καὶ τά γε πλεῖστα ὑπὸ τοῦ Ἕλικος, ὁπότε μεθυσθείη, ὁδηγούμενος· ἐκεῖνος γὰρ τῆς Ἑρπυλλίδος ἐρῶν τὴν παρ' ἡμῖν ἀγαπᾷ σχολήν· (2) νῦν μέντοι δῆλός ἐστι μηδ' ὅλως ἡμῖν ἐντευξόμενος· τέτταρας γὰρ ἑξῆς ἡμέρας ἐν τῷ Λύσιδος κήπῳ μετὰ Θεττάλης καὶ τοῦ κάκιστ' ἀπολουμένου Στρογγυλίωνος, ὃς ταύτην αὐτῷ προυμνηστεύσατο τὴν ἐρωμένην ἐμοί τι προσκρούσας, κραιπαλᾷ. γραμματίδια μὲν οὖν καὶ θεραπαινίδων διαδρομαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα μάτην διήνυσται, καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὄφελος, δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων τετυφῶσθαι καὶ ὑπερεντρυφᾶν ἡμῖν. (3) λοιπὸν οὖν ἀποκλείειν, κἂν ἔλθῃ ποτὲ πρὸς ἡμᾶς κοιμησόμενος, ἐὰν δὲ κνίσαι ποτὲ ἐκείνην βουληθῇ, διώσασθαι· εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης τῷ ἀμελεῖσθαι καταβάλλεσθαι. εἰ δὲ μηδ' οὕτως ἀνύοιμεν, θερμοτέρου τινὸς ἡμῖν ὥσπερ τοῖς σφόδρα κάμνουσι φαρμάκου δεῖ. δεινὸν γὰρ οὐ τοῦτο μόνον εἰ τῶν παρ' αὐτοῦ μισθωμάτων στερησόμεθα, ἀλλ' εἰ Θεττάλῃ γέλωτα παρέξομεν. (4) ἔστι σοι πειραθέν, ὡς φής, πολλάκις ἐφ' ἡλικίας φίλτρον. τοιούτου τινὸς βοηθήματος δεόμεθα, ὃ τὸν πολὺν αὐτοῦ τῦφον, ἀλλ' οὖν καὶ τὴν κραιπάλην ἐκκορήσει. ἐπικηρυκευσόμεθα δὴ αὐτῷ καὶ δακρύσομεν πιθανῶς, καὶ τὴν Νέμεσιν δεῖν αὐτὸν ὁρᾶν εἰ οὕτως με περιόψεται ἐρῶσαν αὐτοῦ, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἐροῦμεν καὶ πλασόμεθα. (5) ἥξει γὰρ ὡς ἐλεῶν δήπου με καομένην ἐπ' αὐτῷ· μεμνῆσθαι γὰρ τοῦ παρελθόντος χρόνου καὶ τῆς συνηθείας ἔχειν καλῶς ἐρεῖ, φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος. συλλήψεται δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Ἕλιξ· ἐπ' ἐκεῖνον γὰρ ἡ

Tarentinis vestibus apud amicas pudet, ita mihi boni aliquid eveniat! (3) et tu putas me tibi assidentem sine ullo alio subsidio victum habituram? At vero lacrymaris? brevi desines. Miror vero et lacrymas tuas quæ non persuadeant. Ego autem nisi sit qui det, esuriam egregie. Proh domina Venus! amas, homo, amas, et vis amicam tibi copiam sui facere, vivere enim sine illa te non posse. (4) Quid? nonne pocula sunt vobis domi? nonne aurum matris, nonne * * * fœnus patris allaturus? Beata Philotis est; placidioribus oculis eam adspexerunt Gratiæ. Qualem amatorem habet Meneclidem, qui quotidie dat aliquid! melius enim quam flere. (5) Ego vero misera lamentatorem non amatorem habeo; corollas mihi et rosas tanquam præmature mortui sepulcro mittit et flere se per totam noctem ait. Si quid affers, veni sine lacrymis; sin minus, te ipsum non me cruciabis.

XXXVII. Myrrhina Nicippæ.

Non habet mei rationem Diphilus, sed totus ad impuram illam Thessalam propendet. Equidem usque ad Adonia etiam comissabundus ad nos ac dormiturus veniebat; jam tum tamen quasi fastidiosior et magis amari se cupiens ac plerumque ab Helice, cum ebrius esset, manu ductus (ille enim Herpyllidem amans apud nos morari solet); (2) jam vero non amplius nostra consuetudine eum usurum, manifestum est. Quatuor enim deinceps dies in Lysidis horto cum Thessala et perditissimo illo Strongylione, qui hanc ei conciliavit amicam mihi nonnihil offensus, comissatur. Litteræ quidem et famularum discursationes et alia ejusmodi frustra fuerunt et nullus inde fructus, immo videtur mihi ex istis magis inflatus esse et nobis illudere. (3) Reliquum est igitur ut eum excludamus, atque si quando ad nos venerit cubiturus, ubi illi velit ægre facere, repellamus. Solet enim fastus contemtu frangi. Quodsi ne sic quidem aliquid effecerimus, vehementiore quodam nobis, ut illis qui valde ægrotant, opus est remedio. Etenim non illud solum grave et intolerabile est, si mercede quæ ab eo proficiscitur privabimur, verum si Thessalæ ridendi materiam præbebimus. (4) Est tibi probatum, ut ais, persæpe in adolescentia philtrum. Ejusmodi quodam indigemus auxilio, quod nimium ejus fastum atque etiam temulentiam expurget. Paciscemur itaque cum eo et lacrymabimus ad fidem faciendam, atque oportere eum Nemesin respicere, si me, sic amantem, negligat, aliaque id genus dicemus atque fingemus. (5) Veniet nimirum quasi miserans me amore ipsius ardentem; meminisse enim præteriti temporis et consuetudinis æquum esse dicet, inflans se ipsum impurus. Adjuvabit nos etiam Helix; ad illum enim

Ἑρπυλλὶς ἀποδύσεται. ἀλλ' ἀμφιβάλλειν εἴωθε τὰ φίλτρα καὶ ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον. βραχύ μοι μέλει· δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν ἢ τεθνάναι Θεττάλῃ.

λη'. Μενεκλείδης Εὐθυκλεῖ.

Οἴχεται Βακχὶς ἡ καλή, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται, πολλά τέ μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τότε, τοσοῦτον πικροῦ νῦν μνήμην. οὐ γὰρ ἐκλήσομαί ποτε Βακχίδος, οὐχ οὗτος ἔσται ὁ χρόνος. (2) ὅσην συμπάθειαν ἐνεδείξατο. ἀπολογίαν ἐκείνην καλῶν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τοῦ τῶν ἑταιρῶν βίου. καὶ εἰ συνελθοῦσαι ἅπασαι πανταχόθεν εἰκόνα τινὰ αὐτῆς ἐν Ἀφροδίτης ἢ Χαρίτων θεῖεν, δεξιὸν ἄν τί μοι ποιῆσαι δοκοῦσιν. (3) τὸ γὰρ θρυλούμενον ὑπὸ πάντων, ὡς πονηραί, ὡς ἄπιστοι, ὡς πρὸς τὸ λυσιτελὲς βλέπουσαι μόνον, ὡς ἀεὶ τοῦ διδόντος, ὡς τίνος γὰρ οὐκ αἴτιαι κακοῦ τοῖς ἐντυγχάνουσι, διαβολὴν ἐπέδειξεν ἐφ' ἑαυτῆς ἄδικον· οὕτω πρὸς τὴν κοινὴν βλασφημίαν τῷ ἤθει παρετάξατο. (4) οἶσθα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δευρὶ κατάραντα μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς ἐσόβει, εὐνούχους ὑπισχνούμενος καὶ θεραπαίνας καὶ κόσμον τινὰ βαρβαρικόν· καὶ ὅμως ἥκοντα αὐτὸν οὐ προσίετο, ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἠγάπα κοιμωμένη χλανίδιον τὸ λιτὸν τουτο καὶ δημοτικόν, καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν γλίσχρως αὐτῇ πεμπομένοις ἐπανέχουσα τὰς σατραπικὰς ἐκείνας καὶ πολυχρύσους δωρεὰς διεωθεῖτο. (5) τί δέ; τὸν Αἰγύπτιον ἔμπορον ὡς ἀπεσκοράκισεν ὅσον ἀργύριον προτείνοντα. οὐδὲν ἐκείνης ἄμεινον εὖ οἶδ' ὅτι γένοιτ' ἄν. ὡς χρηστὸν ἦθος οὐκ εἰς εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν δαίμων τις ὑπήνεγκεν. εἶτ' οἴχεται ἡμᾶς ἀπολιποῦσα καὶ κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχίς. ὡς ἄδικον, ὦ φίλαι Μοῖραι· ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με καὶ νῦν ὡς τότε. ἀλλ' ἐγὼ μὲν περίειμι καὶ τροφῆς ψαύσω καὶ διαλέξομαι τοῖς ἑταίροις, ἡ δὲ οὐκέτι με φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα, οὐδὲ ἵλεως καὶ εὐμενὴς διανυκτερεύσει τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις κολακεύμασιν. (7) ἀρτίως μὲν οἷον ἐφθέγγετο, οἷον ἔβλεπεν, ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο, ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν· ἐπ' ἄκροις μοι δοκῶ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθιζεν ἡ πειθώ. πάντως ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς χερσὶ τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. (8) ἔρρει τὰ παρὰ τὰς πόσεις μινυρίσματα καὶ ἡ τοῖς ἐλεφαντίνοις δακτύλοις κρουομένη λύρα, ἔρρει. κεῖται δὲ ἡ πάσαις μέλουσα Χάρισι κωφὴ λίθος καὶ σποδιά. καὶ Μεγάρα μὲν ἡ ἱππόπορνος ζῇ, οὕτω Θεαγένην συλήσασα ἀνηλεῶς ὡς ἐκ πάνυ λαμπρᾶς οὐσίας τὸν ἄθλιον χλαμύδιον ἁρπάσαντα καὶ πέλτην οἴχεσθαι στρατευσόμενον· (9) Βακχὶς δὲ ἡ τὸν ἐραστὴν φιλοῦσα ἀπέθανε. ῥᾴων γέγονα πρός σε ἀποδυράμενος, Εὐθύκλεις φίλτατε. ἡδὺ γάρ μοί τι δοκεῖ περὶ ἐκείνης καὶ λαλεῖν καὶ γράφειν· οὐδὲν γὰρ ἢ τὸ μεμνῆσθαι καταλέλειπται. ἔρρωσο.

Herpyllis se accinget. Sed dubia solent esse philtra et in perniciem cedere. Parum id curo. Oportet enim eum aut mihi vivere, aut Thessalæ mori.

XXXVIII. Meneclides Euthycli.

Decessit formosa Bacchis, Euthycles carissime, decessit! multasque mihi lacrymas reliquit et amoris quam dulcissimi tum, tam acerbi nunc, memoriam. Non enim obliviscar unquam Bacchidis, non veniet illud tempus. (2) Quantam propensionem voluntatis præ se tulit! apologiam eam si quis vocet vitæ meretricum, non erraverit; et si omnes undique convenientes imaginem ejus in Veneris aut Gratiarum templo collocarent, rem bellam fecisse mihi viderentur. (3) Nam quod ab omnibus cantatur, eas malas esse, infidas, lucrum duntaxat spectantes, semper danti addictas, et cujus non mali causas eis, qui rem cum ipsis habeant, id vero calumniam esse injustam ostendit suo exemplo; ita moribus se suis contra communem maledicentiam munivit. (4) Medum illum nosti e Syria huc profectum, quanta cum famulorum turba et apparatu se inferebat! eunuchos pollicens et ancillas et ornatum barbaricum; et tamen quippe nolens eum non admittebat: sed contenta erat sub mea læna dormire, tenui illa et vulgari, et in iis quæ a nobis parce mittebantur acquiescens satrapica illa et aurata dona respuebat. (5) Quid vero? Ægyptium illum mercatorem ut rejecit, quantum auri pollicentem! nihil illa melius sat scio natum est. Bonos mores ad felicis vitæ conditionem non extulisse genium! tamen decessit, nobis relictis, et jacebit in posterum sola Bacchis! quam iniquum, bonæ Parcæ! oportebat enim cum illa me nunc etiam jacere, ut tunc. (6) At ego superstes sum et cibum attingo et cum sodalibus colloquar; illa vero non amplius me hilaribus oculis adspiciet subridens, nec placida ac clemens noctem transiget in iucundissimis illis blandimentis. (7) Ut modo loquebatur, ut intuebatur! quot Sirenes in colloquiis eius inerant! quam vero suave et sincerum ab osculis nectar stillabat! In summis, ut mihi videtur, labris eius sedit Suada. Totum illa cestum sibi circumdedit: tota enim manu Venerem accepit. (8) Evanuerunt illæ inter potandum cantillationes et illa eburneis digitis pulsata lyra evanuit. Jacet illa, ab omnibus Gratiis amata, mutus lapis et cinis. Ac Megara quidem, immane scortum, vivit, quæ Theagenem ita crudeliter spoliavit, ut ex re tam splendida miser ille arrepta chlamydula et parma abierit militatum. (9) Bacchis autem, quæ amatorem diligebat, mortua est! levatus nonnihil sum apud te lamentis effusis, Euthycles carissime. Dulce enim mihi videtur de illa loqui et scribere: nihil enim aliud quam meminisse reliquum est. Vale.

λθ'. Μεγάρα Βακχίδι.

Σοὶ μόνῃ ἐραστὴς γέγονεν, ὃν φιλεῖς οὕτως ὥστε μηδ' ἀκαρῆ αὐτοῦ διαζευχθῆναι δύνασθαι. τῆς ἀηδίας, δέσποινα Ἀφροδίτη. κληθεῖσα ὑπὸ Γλυκέρας ἐπὶ θυσίαν τοσοῦτον χρόνον (ἀπὸ τῶν Διονυσίων γὰρ ἡμῖν ἐπήγγειλεν) οὐχ ἥκεις, εἰ μὴ δι' ἐκείνην, οὐδὲ τὰς φίλας ἰδεῖν γυναῖκας ἀνασχομένη. (2) σώφρων γέγονας σὺ καὶ φιλεῖς τὸν ἐραστήν, μακαρία τῆς εὐφημίας· ἡμεῖς δὲ πόρναι καὶ ἀκόλαστοι. ὑπῆρξε καὶ Φίλωνι συκίνη βακτηρία· ὀργίζομαι γὰρ νὴ τὴν μεγάλην θεόν. πᾶσαι παρῆμεν, Θεττάλη, Μοσχάριον, Θαΐς, Ἀνθράκιον, Πετάλη, Θρυαλλίς, Μυρρίνη, Χρυσίον, Ζευξίππη· ὅπου καὶ Φιλουμένη, καίτοι γεγαμημένη προσφάτως καὶ ζηλοτυπουμένη, τὸν καλὸν ἀποκοιμίσασα ἄνδρα ὀψὲ μὲν ὅμως δὲ παρῆν. (3) σὺ δ' ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες, μή που καταλειφθέντα αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἡ Περσεφόνη παραλάβῃ. οἷον ἡμῶν ἐγένετο τὸ συμπόσιον (τί γὰρ οὐχ ἅψομαί σου τῆς καρδίας;) ὅσων χαρίτων πλῆρες. ᾠδαὶ σκώμματα πότος εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς, μύρα στέφανοι τραγήματα. ὑπόσκιός τις δάφναις ἦν ἡ κατάκλισις· ἓν μόνον ἡμῖν ἐνέλειπε, σύ, τὰ δ' ἄλλα οὔ. (4) πολλάκις ἐκραιπαλήσαμεν, οὕτω δὲ ἡδέως ὀλιγάκις. τὸ γοῦν πλείστην ἡμῖν παρασκευάσαν τέρψιν, δεινή τις φιλονεικία κατέσχε Θρυαλλίδα καὶ Μυρρίνην ὑπὲρ τῆς πυγῆς ποτέρα κρείττω καὶ ἁπαλωτέραν ἐπιδείξει. καὶ πρώτη Μυρρίνη τὸ ζώνιον λύσασα (βόμβυξ δ' ἦν τὸ χιτώνιον) δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷον πιμελὴν ἢ πηκτὸν γάλα τὴν ὀσφὺν ἀνεσάλευσεν, ὑποβλέπουσα εἰς τοὐπίσω πρὸς τὰ κινήματα τῆς πυγῆς· ἠρέμα δ' οἷον ἐνεργοῦσα. ἐρωτικὸν ὑπεστέναξεν, ὥστ' με νὴ τὴν Ἀφροδίτην καταπλαγῆναι. (5) οὐ μὴν ἀπεῖπέ γε ἡ Θρυαλλίς, ἀλλὰ τῇ ἀκολασίᾳ παρηυδοκίμησεν αὐτήν « οὐ γὰρ διὰ παραπετασμάτων ἐγώ » φησίν « ἀγωνιοῦμαι οὐδὲ ἀκκιζομένη, ἀλλ' οἷον ἐν γυμνικῷ· καὶ γὰρ οὐ φιλεῖ προφάσεις ἀγών ». καὶ ἀποδῦσα τὸ χιτώνιον καὶ μικρὸν ὑποσιμώσασα τὴν ὀσφὺν « ἰδού, σκόπει τὸ χρῶμα » φησίν « ὡς ἀκραιφνές, Μυρρίνη, ὡς ἀκήρατον, ὡς καθαρόν· τὰ παραπόρφυρα τῶν ἰσχίων ταυτί, τὴν ἐπὶ τοὺς μηροὺς ἔγκλισιν, τὸ μήτε ὑπέρογκον αὐτῆς μήτε ἄσαρκον, τοὺς γελασίνους ἐπ' ἄκρων. ἀλλ' οὐ τρέμει νὴ Δία », ἀλλ' ὑπομειδιῶσα « ὥσπερ ἡ Μυρρίνης ». (6) καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφὺν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας καὶ τὴν νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος. ἐγένοντο δὲ καὶ περὶ ἄλλων συγκρίσεις καὶ περὶ μασταρίων ἀγῶνες.... τῇ μὲν γὰρ Φιλουμένης γαστρὶ ἀντεξετασθῆναι οὐδ' ἡτισοῦν ἐθάρρησεν· ἄτοκος γὰρ ἦν καὶ σφριγῶσα. (7) καταπαννυχίσασαι οὖν καὶ τοὺς ἐραστὰς κακῶς εἰποῦσαι καὶ ἄλλων ἐπιτυχεῖν εὐξάμεναι (ἀεὶ γὰρ ἡδίων ἡ πρόσφατος ἀφροδίτη) ᾠδό-

XXXIX. Megara Bacchidi.

Tibi soli amator contigit, quem ita diligis, ut ne minimum quidem tempus ab eo seiungi possis. Quam inurbane, proh domina Venus! Invitata tam longo tempore a Glycera in sacrificium (inde a Dionysiis enim nobis indicavit), non venisti nisi propter illam, cum abs te ne impetrare quidem potueris ut amicas tuas videres. (2) Casta scilicet es et diligis amatorem. Beata ob hanc laudem! nos vero scorta et protervæ. Fuit etiam Philoni ficulneum baculum. Irascor enim per magnam deam. Omnes aderamus, Thessala, Moscharium, Thais, Anthracium, Petala, Thryallis, Myrrhina, Chrysium, Zeuxippe: quin etiam Philumena quamvis recens nupta et marito suspecta, egregie sopito marito, sero quidem, aderat tamen. (3) Tu vero nobis sola Adonin fovebas, forte relictum a te, sua scilicet Venere, Proserpina ad se traduceret. Quale convivium nostrum fuit! (cur enim cor tuum non pungam?) quot gratiis plenum! cantiones, dicteria, compotatio usque ad gallorum cantum, unguenta, coronæ, bellaria. Sub umbrosis quibusdam lauris accubuimus. Unum nobis solum deerat, tu; præterea nihil. (4) Sæpe comissatæ sumus, raro tam suaviter. Quod vero maximam nobis peperit delectationem, gravis quædam contentio erat inter Thryallidem et Myrrhinam de natibus, utra pulchriores et teneriores ostendere posset. Atque primum Myrrhina soluto cingulo (bombycinum autem erat ei indusium) per hoc tremulos, tanquam adipem aut recens coagulatum lac, lumbos agitare cœpit, respectans retro ad motus clunium. Leviter autem veluti patrans quiddam Venereum nonnihil suspirabat, ut ego, ita me Venus, obstupuerim. (5) Non tamen animum despondit Thryallis, immo protervitatis gloriam ei præripuit: « Non enim », inquit, « ego per vela certabo neque tergiversando, sed tanquam in gymnico certamine; nullos enim amat prætextus certamen » : exuit indusium et paululum obliquans lumbos, « En adspice colorem, » inquit, « quam exactus, o Myrrhina, quam intemeratus, quam purus! purpuram natium hancce vide et commissuram in femoribus, et ipsa neque nimis turgida neque macilenta gelasinosque in extremitatibus. Sed non tremunt profecto ut Myrrhinæ, » inquit simul subridens. (6) Atque tantam vibrationem excitavit natium totasque supra lumbos huc illuc tanquam fluentes circumagitavit, ut plausum tolleremus omnes et victoriam Thryallidi adjudicaremus. Fuerunt etiam coxarum comparationes et de mammillis certamina. Philumenæ quidem ventri nulla suum comparare ausa est; nondum enim pepererat et succulenta erat. (7) Cum igitur totam noctem transegissemus et amatoribus male dixissemus et ut alios nansisceremur optassemus (semper enim iucundior recens

μεθα ἔξοινοι, καὶ πολλὰ κατὰ τὴν ὁδὸν κραιπαλήσασαι ἐπεκωμάσαμεν Δεξιμάχῳ κατὰ τὸν χρυσοῦν στενωπόν, ὡς ἐπὶ τὴν ἄγνον κατῇμεν, πλησίον τῆς Μενέφρονος οἰκίας. ἐρᾷ γὰρ αὐτοῦ Θαῒς κακῶς, καὶ νὴ Δία εἰκότως· ἔναγχος γὰρ πλούσιον κεκληρονόμηκε πατέρα τὸ μειράκιον. (8) νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔχομέν σοι τῆς ὑπεροψίας, τοῖς Ἀδωνίοις δὲ ἐν Κολλυτῷ ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ· τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κηπίον καὶ κοράλλιον καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν ὃν νῦν περιψύχεις· μετὰ γὰρ τῶν ἐραστῶν κραιπαλήσομεν. ἔρρωσο.

μ'. Φιλουμένη Κρίτωνι.

Τί πολλὰ γράφων ἀνιᾷς σαυτόν; πεντήκοντά μοι χρυσῶν δεῖ καὶ γραμμάτων οὐ δεῖ. εἰ μὲν οὖν φιλεῖς, δός· εἰ δὲ φιλαργυρεῖς, μὴ ἐνόχλει. ἔρρωσο.

B.

α'. Λάμια Δημητρίῳ.

Σὺ ταύτης τῆς παρρησίας αἴτιος, ὃς τοσοῦτος ὢν βασιλεὺς εἶτα ἐπέτρεψας καὶ ἑταίρᾳ γράφειν σοι, οὐχ ἡγησάμενος δεινὸν ἐντυγχάνειν τοῖς ἐμοῖς γράμμασιν ὅλῃ μοι ἐντυγχάνων. ἐγώ, δέσποτα Δημήτριε, ὅταν μὲν ἔξω σε θεάσωμαι μετὰ τῶν δορυφόρων καὶ τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν πρέσβεων καὶ τῶν διαδημάτων, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, πέφρικα καὶ δέδοικα καὶ ταράττομαι καὶ ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον, μὴ ἐπικαῶ τὰ ὄμματα· καὶ τότε μοι ὄντως ὁ πολιορκητὴς εἶναι δοκεῖς Δημήτριος. (2) οἷον δὲ καὶ βλέπεις τότε, ὡς πικρὸν καὶ πολεμικόν· καὶ ἀπιστῶ ἐμαυτῇ καὶ λέγω « Λάμια, σὺ μετὰ τοῦδε καθεύδεις; σὺ διὰ νυκτὸς ὅλης αὐτὸν καταυλεῖς; σοὶ νῦν οὗτος ἐπέσταλκε; σοὶ Γνάθαιναν τὴν ἑταίραν συγκρίνει; » (3) καὶ ἠλογημένη σιωπῶ καὶ εὔχομαί σε θεάσασθαι παρ' ἐμαυτῇ. καὶ ὅταν ἔλθῃς, προσκυνῶ σε· καὶ ὅταν περιπλακεὶς με φιλῇς, πάλιν πρὸς ἐμαυτὴν τἀναντία λέγω « οὗτός ἐστιν ὁ πολιορκητής, οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς στρατοπέδοις, τοῦτον φοβεῖται ἡ Μακεδονία, τοῦτον ἡ Ἑλλάς, τοῦτον ἡ Θράκη; νὴ τὴν Ἀφροδίτην, σήμερον αὐτὸν τοῖς αὐλοῖς ἐκπολιορκήσω καὶ ὄψομαι τί με διαθήσει. » μεῖνον εἰς τρίτην, παρ' ἐμοὶ γὰρ δειπνήσεις, δέομαι. τὰ Ἀφροδίσια ποιῶ τὰ κατ' ἔτος, καὶ ἀγῶνα ἔχω τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικᾶν. (4) ὑποδέξομαι δή σε ἐπαφροδίτως καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ἐπιφανῶς· καὶ γάρ μοι περιουσία γεγένηται ὑπὸ σοῦ, μηδὲν ἀνάξιον τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐξ ἐκείνης τῆς ἱερᾶς νυκτὸς ἔτι πεποιηκυίᾳ, καίτοι σοῦ γε ἐπιτρέποντος ὅπως ἂν βούλωμαι χρῆσθαι τῷ ἐμῷ σώματι· ἀλλὰ κέχρημαι καλῶς καὶ ἀμίκτως πρὸς ἑτέρους. (5) οὐ ποιήσω τὸ ἑταιρικὸν οὐδὲ ψεύσομαι, δέσποτα, ὡς ἄλλαι ποιοῦσιν. ἐμοὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου, μὰ τὴν Ἀρ-

Venus), discessimus bene potæ. Cum autem multa quæ fert ebrietas in via perpetrassemus, comissatum ivimus ad Deximachum in aureo angiporto, quum descenderemus ad Agnon, prope Menephronis ædes. Amat enim illum Thais perdite, neque iniuria; nuper enim opulenti patris bona ad adolescentem hereditate pervenerunt. (8) Nunc quidem damus tibi veniam superbiæ. Sed festo Adoniorum in Collyto epulabimur apud Thessalæ amatorem, quæ Veneris delicias adornat; fac ergo ut venias tecum portans hortulum et imagunculam et tuum Adonin quem nunc foves. Cum amatoribus enim perpotabimus. Vale.

XL. Philumena Critoni.

Quid multa scribendo crucias te ipsum? quinquaginta mihi aureis nummis opus est, litteris vero nihil. Si igitur amas, da; si avarus es, ne sis molestus. Vale.

LIBER II.

I. Lamia Demetrio.

Tu libertatis huius causa es, qui cum tantus rex sis, tamen meretrici ad te scribendi facultatem concessisti, neque dedignatus es meas litteras accipere, cum me totam accipias. Equidem, domine Demetri, quando foris te video et audio cum satellitibus et exercitibus et legatis et diadematis, ita mihi Venus propitia sit, horreo et metuo et perturbor et me averto tanquam a sole ne adurar oculos: atque tum mihi vere Poliorceta ille esse videris Demetrius. (2) Ut vero etiam intueris! quam torvum et bellicum præ te fers vultum, atque ego mihi ipsi non credo dicoque: Lamia, tu cum isto dormis? tu tota nocte tibiis huic cantas? tibi nunc iste litteras misit? tibi Gnathænam meretricem comparat? atque animi dubia taceo, precans ut apud me te videam. (3) Et cum veneris, te adoro, et cum complexus me oscularis, rursus ad me ipsam contraria dico: Hiccine est ille expugnator, hiccine ille in exercitibus, hunc timet Macedonia, hunc Græcia, hunc Thracia? ita Venus me adiuvet, hunc vel tibiis hodie expugnabo, ac videbo quid mihi facturus sit. Mane ad tertium usque diem, nam apud me cœnabis, rogo. Sacra Veneris quæ iam instant facio quotannis, et quasi contendo ut priora posterioribus vincantur (4) Excipiam autem te Veneris sacris convenienter et quam maxime fieri potest splendide, nam copia abs te suppedita est mihi, quæ nihil adhuc indignum post sacram illam noctem tuis beneficiis feci, te licet concedente ut quemadmodum vellem uterer meo corpore; sed recte eo usa sum, neque consuetudinem habui cum aliis. (5) Non faciam quod meretrices solent, neque mentiar, domine, ut aliæ faciunt. Me enim ex illo tempore, ita

τεμιν, οὐδὲ προσέπεμψαν ἔτι πολλοὶ οὐδὲ ἐπείρασαν αἰδούμενοί σου τὰς πολιορκίας. ὀξύς ἐστιν Ἔρως, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀποπτῆναι. ἐλπίσας πτεροῦται, ἀπελπίσας ταχὺ πτερορρυεῖν εἴωθεν. (6) διὸ καὶ μέγα τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα, ἀεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς. λοιπὸν οὖν ἡμᾶς τὰ μὲν σκώπτειν, τὰ δὲ ᾄδειν, τὰ δὲ αὐλεῖν, τὰ δὲ ὀρχεῖσθαι, τὰ δὲ μαλακίζεσθαι, τὰ δὲ δειπνοποιεῖν, τὰ δὲ κοσμεῖν τὸν οἶκον, τὰς ὁπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαραινομένας μεσολαβούσας χάριτας, ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασιν ἁπλούστεραι αὐτῶν αἱ ψυχαί, φοβουμένων μὴ ἄλλο πάλιν γένηται τῆς ἐν τῷ παρόντι τύχης κώλυμα. (7) ταῦτα δὲ πρὸς μὲν ἑτέρους τάχα ἂν ἐδυνάμην, βασιλεῦ, πλάττεσθαι καὶ τεχνιτεύειν· πρὸς δὲ σέ, ὃς οὕτως ἤδη ἔχεις ἐπ' ἐμοὶ ὡς ἐπιδεικνύναι με καὶ ἀγάλλεσθαι πρὸς τὰς ἄλλας ἑταίρας ὅτι πασῶν ἐγὼ πρωτεύω, μὰ τὰς φίλας Μούσας, οὐκ ἂν ὑπομείναιμι πλάττεσθαι· οὐχ οὕτως εἰμὶ λιθίνη. ὥστε ἀφεῖσα πάντα καὶ τὴν ψυχὴν ἐμαυτῆς εἰς τὴν σὴν ἀρέσκειαν ὀλίγον ἡγήσομαι δαπανῆσαι. (8) εὖ οἶδα γὰρ ὅτι οὐ μόνον ἐν τῇ Θηριππίδιου οἰκίᾳ, ἐν ᾗ μέλλω σοι τὸ τῶν Ἀφροδισίων εὐτρεπίζειν δεῖπνον, ἔσται διαβόητος ἡ παρασκευή, ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ Ἀθηναίων πόλει, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι πάσῃ. καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες, οὐ παύσονται ἐν τοῖς Ταϋγέτοις ὄρεσι καὶ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτῶν διαβάλλοντες ἡμῶν τὰ δεῖπνα καὶ καταλυκουργίζοντες τῆς σῆς ἀνθρωποπαθείας. (9) ἀλλ' αὐτοὶ μὲν χαιρόντων, δέσποτα, σὺ δέ μοι μέμνησο φυλάξαι τὴν ἡμέραν τοῦ δείπνου καὶ τὴν ὥραν ἣν ἂν ἕλῃ· ἀρίστη γὰρ ἣν βούλει. ἔρρωσο.

Diana mihi sit propitia, neque per litteras appellarunt multi neque tentarunt, reveriti tuas expugnationes. Velox est Amor, o rex, et veniendo et avolando; sperans alatus fit; spe abiecta, subito ei pennæ defluunt desperato. (6) Quapropter magnum est meretricum artificium, semper præsentem fruitionem amoris differendo spe detinere amatores. Iam nos oportet modo dicteria dicere, modo cantare, modo tibia canere, modo saltare, modo infirma valetudine esse, modo cœnam, modo domum ornare, intercipientes voluptates alioquin cito marcescentes, ut magis incendantur intervallis captu faciliores ipsorum animi, timentium ne aliud rursus oboriatur præsentis fortunæ impedimentum. (7) Hæc apud alios fortasse possem, o rex, fingere et machinari, apud te autem, qui ita iam affectus erga me es, ut ostentes me et apud alias meretrices glorieris quasi ego omnibus præcellam, ita mihi caræ Musæ faveant, ego non sustineam fingere; non tam sum lapidea. Itaque si amittam omnia et animam meam, ut tibi placeam, parum putabo me impendisse. (8) Probe enim scio, non solum in Therippidæ domo, in qua instructura tibi sum hanc Venereæ festivitatis cœnam, hunc apparatum celebrem futurum, verum etiam in universa Atheniensium urbe, per Dianam, et in Græcia universa. Et præcipue invisi illi Lacedæmonii, ut videantur viri esse, qui in Epheso erant vulpeculæ, non desinent in Taygeti montibus et solitudinibus suis reprehendere nostras cœnas, crepantes Lycurgi instituta contra tuas humanas affectiones. (9) Sed illi valeant, domine; tu vero mihi memento observare diem cœnæ et horam quamcumque elegeris. Optima enim erit quam volueris. Vale.

β'. Λεόντιον Λαμίᾳ.

Οὐδὲν δυσαρεστότερον ὡς ἔοικέν ἐστι πάλιν μειρακιευομένου πρεσβύτου. οἷά με Ἐπίκουρος οὗτος ἀδικεῖ, πάντα λοιδορῶν, πάντα ὑποπτεύων, ἐπιστολὰς δυσλυγίους μοι γράφων, ἐκδιώκων ἐκ τοῦ κήπου. (2) μὰ τὴν Ἀφροδίτην, εἰ Ἄδωνις ἦν, ἤδη ἐγγὺς ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη, οὐκ ἂν αὐτοῦ ἠνεσχόμην φθειριῶντος καὶ φιλονοσοῦντος καὶ καταπεπιλημένου εὖ μάλα πόκοις ἀντὶ πίλων. μέχρι τίνος ὑπομένει τις τὸν φιλόσοφον τοῦτον; ἐχέτω τὰ περὶ φύσεως αὐτοῦ κυρίας δόξας καὶ τοὺς διεστραμμένους κανόνας, ἐμὲ δὲ ἀφέτω τὴν φυσικῶς κυρίαν ἐμαυτῆς ἀστομάχητον καὶ ἀνύβριστον. (3) ὄντως ἐγὼ πολιορκητὴν ἔχω τοῦτον, οὐχ οἷον σὺ Λάμια Δημήτριον. μὴ γὰρ ἔστι σωφρονῆσαι διὰ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον; καὶ σωκρατίζειν καὶ στωμύλλεσθαι θέλει καὶ εἰρωνεύεσθαι, καὶ Ἀλκιβιάδην τινὰ τὸν Πυθοκλέα νομίζει καὶ Ξανθίππην ἐμὲ οἴεται ποιήσειν. καὶ πέρας ἀναστᾶσα ὅπῃ ποτὲ γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι μᾶλλον ἢ τὰς ἐπιστο-

II. Leontium Lamiæ.

Nihil morosius est, ut videtur, rursus repuerascente sene. Hem! ut me Epicurus iste tractat, in omnibus rebus iurgator, in omnibus suspicax, epistolas inflatas mihi scribens, expellens ex horto. (2) Ita me Venus amet, si Adonis esset, iam prope octoginta natus annos, non eum tolerarem, pediculosum et morbidum et contectum probe velleribus pro panno. Quousque tolerabit quis hunc philosophum? habeat sibi suas de rerum natura ratas sententias et distortos canones; me autem quæ natura mei iuris sum, patiatur esse sine bile et contumelia. (3) Revera oppugnatorem hunc talem habeo, non qualem tu Lamia Demetrium. Numquid enim licet modeste vivere propter hunc hominem? Socratem quoque imitari et garrire vult et dissimulationibus uti et instar Alcibiadis alicuius habet Pythoclem meque Xanthippen arbitratur se facturum. Postremo equidem proripiam me et quolibet potius fugiam, terram terra commutans,

λᾶς αὐτοῦ τὰς ἀδιαπαύστους ἀνέξομαι. (4) ὃ δὲ πάντων δεινότατον ἤδη καὶ ἀφορητότατον τετόλμηκεν, ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν σὴν γνώμην βουλομένη λαβεῖν τί μοι ποιητέον ἐπέσταλκά σοι. Τίμαρχον τὸν καλὸν οἶσθα τὸν Κηφισιᾶθεν. οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ (πρός σέ μοι τἀληθῆ λέγειν εἰκός, Λάμια), καὶ τὴν πρώτην ἀφροδίτην ἔμαθον παρ' αὐτοῦ σχεδόν. οὗτος γάρ με διεπαρθένευσεν ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. (5) ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου πάντα μοι τἀγαθὰ πέμπων οὐ διαλέλοιπεν, ἐσθῆτα, χρυσία, θεραπαίνας θεράποντας, Ἰνδοὺς Ἰνδάς. τἄλλα σιωπῶ. ἀλλὰ τὰ μικρότατα προλαμβάνει τὰς ὥρας, ἵνα μηδεὶς φθάσῃ με γευσάμενος. τοιοῦτον οὖν ἐραστὴν « ἀπόκλεισον » φησί « καὶ μὴ προσίτω σοι », ποίοις δοκεῖς αὐτὸν ἀποκαλῶν ὀνόμασιν; οὔτε ὡς Ἀττικὸς οὔτε ὡς φιλόσοφος, . . . ἐκ Καππαδοκίας πρῴην εἰς τὴν Ἑλλάδα ἥκων. (6) Ἐγὼ δὲ εἰ καὶ ὅλη γένοιτο ἡ Ἀθηναίων πόλις Ἐπικούρων, μὰ τὴν Ἄρτεμιν, οὐ ζυγοστατήσω πάντας αὐτοὺς πρὸς τὸν Τιμάρχου βραχίονα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ πρὸς τὸν δάκτυλον. Τί σὺ λέγεις Λάμια; οὐκ ἀληθῆ ταῦτα; οὐ δίκαιά φημι; μὴ δή, δέομαί σου πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, μή σοι ταῦτα ἐπελθέτω. ἀλλὰ φιλόσοφος, ἀλλὰ ἐπιφανής, ἀλλὰ πολλοῖς φίλοις κεχρημένος. λαβέτω καὶ ἃ ἔχω, διδασκέτω δ' ἄλλους. ἐμὲ δὲ οὐδὲν θάλπει δόξα, ἀλλ' ὃν θέλω δὸς Τίμαρχον, Δάματερ. (7) ἀλλὰ καὶ δι' ἐμὲ πάντα ἠνάγκασται ὁ νεανίσκος καταλιπών, τὸ Λύκειον καὶ τὴν ἑαυτοῦ νεότητα καὶ τοὺς συνεφήβους καὶ τὴν ἑταιρείαν, μετ' αὐτοῦ ζῆν καὶ κολακεύειν αὐτὸν καὶ καθυμνεῖν τὰς ὑπηνέμους αὐτοῦ δόξας. ὁ δ' Ἀτρεὺς οὗτος « ἔξελθε » φησίν « ἐκ τῆς ἐμῆς μοναρχίας, καὶ μὴ πρόσιθι Λεοντίῳ. » ὡς οὐ δικαιότερον ἐκείνου ἐροῦντος « σὺ μὲν οὖν μὴ πρόσιθι τῇ ἐμῇ. » (8) καὶ ὁ μὲν νεανίσκος ὢν ἀνέχεται τὸν γεραίτερον ἀντεραστήν, ὁ δὲ τὸν δικαιότερον οὐχ ὑπομένει. τί ποιήσω, πρὸς τῶν θεῶν ἱκετεύω σε, Λάμια. νὴ τὰ μυστήρια, νὴ τὴν τούτων τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν, ὡς ἐνθυμηθεῖσα τοῦ Τιμάρχου τὸν χωρισμὸν ἄρτι ἀπέψυγμαι καὶ ἵδρωκα τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται. (9) δέομαί σου, δέξαι με πρὸς σεαυτὴν ἡμέρας ὀλίγας, καὶ ποιήσω τοῦτον αἰσθάνεσθαι πηλίκων ἀπέλαυεν ἀγαθῶν ἔχων ἐν τῇ οἰκίᾳ με. οὐκέτι φέρει τὸν χόρον, εὖ οἶδα. πρεσβευτὰς εὐθὺς πρὸς ἡμᾶς διαπέμψεται Μητρόδωρον καὶ Ἕρμαρχον καὶ Πολύαινον. (10) ποσάκις οἴει με, Λάμια, πρὸς αὐτὸν ἰδίᾳ παραγενομένην εἰπεῖν « τί ποιεῖς, Ἐπίκουρε; οὐκ οἶσθα ὅτι διακωμῳδεῖ σε Τιμοκράτης ὁ Μητροδώρου ἐπὶ τούτοις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς θεάτροις, παρὰ τοῖς ἄλλοις σοφισταῖς. » ἀλλὰ τί ἔστιν αὐτὸν ποιῆσαι; ἀναίσχυντός ἐστι τὸ ἐρᾶν. κἀγὼ τοίνυν ἔσομαι ὁμοίως αὐτῷ ἀναίσχυντος καὶ οὐκ ἀφήσω τὸν ἐμὸν Τίμαρχον. ἔρρωσο.

XIV. Sitalces Œnopioni.

Si patrissas, mi fili, et ea quæ ego sentis, vanis illis discalceatis et pallidis, circa Academiam se volutantibus atque, quod quidem utile sit vitæ, nihil neque scientibus neque agere valentibus, sed cœlestia scrutantibus et affectantibus valere iussis, capesse agriculturam, unde tibi opus facienti plena erit arca omnis generis frugibus, amphoræ vino plenæ, plena bonis omnia.

ιε'. Κότινος Τρυγοδώρῳ.

Ὁ τρυγητὸς ἐγγὺς καὶ ἀρρίχων ἐστί μοι χρεία. δάνεισον οὖν μοι τούτων τοὺς περιττούς, ὅσον οὐκ εἰς μακρὰν ἀποδώσοντι. ἔχω κἀγὼ πιθάκνια πλείονα. εἰ οὖν δέοιο, προθύμως λάμβανε· τὸ γὰρ κοινὰ τὰ τῶν φίλων οὐχ ἥκιστα τοῖς ἀγροῖς ἐμφιλοχωρεῖν ὀφείλει.

XV. Cotinus Trygodoro.

Vindemia instat et est mihi qualis opus. Da igitur mutuos quos plures, quam opus tibi, habes intra breve tempus reddituro. Habeo sane etiam ego doliola plura: si indiges, audacter sume. Communitas enim inter amicos quam maxime in agris locum habere debet.

ις'. Φυλλὶς Θρασωνίδῃ.

Εἰ γεωργεῖν ἐβούλου καὶ νοῦν ἔχειν, ὦ Θρασωνίδη, καὶ τῷ πατρὶ πείθεσθαι, ἔφερες ἂν τοῖς θεοῖς κιττὸν καὶ δάφνας καὶ μυρρίνας καὶ ἄνθη ὅσα σύγκαιρα, καὶ ἡμῖν τοῖς γονεῦσι πυροὺς ἐξεθέρισας καὶ οἶνον ἐκ βοτρύων ἀπέθλιψας καὶ βδάλας τὰ αἰγίδια τὸν γαυλὸν ἐπλήρωσας γάλακτος· (2) νῦν δὲ ἀγροὺς καὶ γεωργίαν ἀπαναίνῃ, κράνους δὲ ἐπαινεῖς τριλοφίαν καὶ ἀσπίδος ἐρᾷς, ὥσπερ τις Ἀκαρνὰν ἢ Μαλιεὺς μισθοφόρος. (3) μή σύγε, ὦ παιδίον, ἀλλ' ἐπάνιθι ὡς ἡμᾶς καὶ τὸν ἐν ἡσυχίᾳ βίον ἀσπάζου (καὶ γὰρ ἀσφαλὴς καὶ ἀκίνδυνος ἡ γεωργία, οὐ λόχους οὐκ ἐνέδρας οὐ φάλαγγας ἔχουσα), ἡμῖν τε γηροκόμος γενοῦ, ἀντὶ τῆς ἐν ἀμφιβόλῳ ζωῆς τὴν ὁμολογουμένην ἑλόμενος σωτηρίαν.

ιζ'. Χαιρέστρατος Δηρινόῃ.

Ἐπιτριβείης, ὦ Δηρινόη, κακὴ κακῶς ὅτι με τῇ μέθῃ καὶ τοῖς αὐλοῖς κατακοιμίσασα βραδὺν ἀπέφηνας τοῖς ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀποπέμψασιν. οἱ μὲν γὰρ ἕωθεν προσεδόκων με φέροντα αὐτοῖς τὰ κεραμεᾶ σκεύη, ὧν ἕνεκα ἀφικόμην· (2) ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς πάννυχος καταυλούμενος εἰς ἡμέραν ἐκάθευδον. ἀλλ' ἄπιθι, ὦ τάλαινα, καὶ τοὺς ἀθλίους τουτουσὶ θέλγε τοῖς γοητεύμασιν. ἐμοὶ γὰρ εἰ ἔτι ἐνοχλοίης, κακόν τι παμμέγεθες προσλαβοῦσα ἀπελεύσῃ.

ιη'. Εὔσταχυς Πιθακνίωνι.

Τοὐμοῦ παιδίου γενέσια ἑορτάσων ἥκειν σε ἐπὶ τὴν πανδαισίαν, ὦ Πιθακνίων, παρακαλῶ, ἥκειν δὲ οὐ μόνον ἀλλ' ἐπαγόμενον τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία καὶ τὸν σύργαστρον· (2) εἰ βούλοιο δέ, καὶ τὴν κύνα, ἀγαθὴν οὖσαν φύλακα καὶ τῷ βάρει τῆς ὑλακῆς ἀποσοβοῦσαν τοὺς ἐπιβουλεύοντας τοῖς ποιμνίοις. ἡ δὲ τοιαύτη οὐκ ἂν ἀτιμάζοιτο δαιτυμὼν εἶναι σὺν ἡμῖν. (3) ἑορτάσομεν δὲ μάλ' ἡδέως, καὶ πιόμεθα εἰς μέθην καὶ μετὰ τὸν κόρον ᾀσόμεθα, καὶ ὅστις ἐπιτήδειος κορδακίζειν, εἰς μέσους παρελθὼν τὸ κοινὸν ψυχαγωγήσει. μὴ μέλλε οὖν, ὦ φίλτατε. καλὸν γὰρ ἐν ταῖς κατ' εὐχὴν ἑορταῖς ἐξ ἑωθινοῦ συντάττειν τὰ συμπόσια.

ιθ'. Πιθακνίων Εὐστάχυι.

Κοινωνικὸς ὢν καὶ φιλέταιρος ὄναιο σαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων, ὦ Εὔσταχυ. ἐγὼ δὲ τὸν κλῶπα φωράσας, ἐφ' ᾧ πάλαι ἤσχαλλον τὴν ἐχέτλην ὑφελομένῳ καὶ δύο δρεπάνας, ἔχω παρ' ἐμαυτῷ τοὺς κωμήτας ἀναμένων ἐπικούρους. (2) νῦν γὰρ οὐκ ἐδοκίμαζον ἀσθενέστερος ὢν καὶ μόνος τὼ χεῖρε ἐπιβάλλειν αὐτῷ. ὁ μὲν γὰρ δριμὺ βλέπει καὶ τοξοποιεῖ τὰς ὀφρῦς καὶ σφριγῶντας ἔχει τοὺς ὤμους καὶ

XVI. Phyllis Thrasonidi.

Si agrum colere velles et sapere, o Thrasonides, ac patri morem gerere, ferres tum diis hederam et lauros et myrtos et flores pro tempore, tum nobis parentibus tuis triticum messum et vinum ex uvis expressum, et mulsis capellis mulctram plenam lacte; (2) nunc autem rus et agriculturam aspernaris, galeæ contra laudas cristas et clypeum amas tanquam aliquis Acarnan aut Meliensis miles mercenarius. (3) Noli hoc facere, mi fili, sed redi ad nos et tranquillam vitam amplectere (etenim tuta et expers periculi est agricultura, non cohortes, non insidias, non phalanges habens), nobisque senectutis sustentator esto pro dubia vita certam eligens salutem.

XVII. Chærestratus Derinoæ.

Pereas, Derinoe, mala male, quod me vino et tibiis tuis delinitum fecisti ut tarde ad eos redirem qui me rure huc miserant. Isti enim mane me exspectabant allaturum amphoras, quarum causa veneram. (2) Ego autem, bellus homo, tota nocte tibiis oblectatus, usque in lucem dormivi. Sed abi infelix, atque miseros istos demulce tuis præstigiis. Mihi si molesta fueris, cum magno malo tuo discedes.

XVIII. Eustachys Pithacnioni.

Filii mei natalem celebrans, te ut venias ad epulas, mi Pithacnio, rogo; venias autem non solus, sed adducens tecum uxorem et liberos et laborum socium, (2) et si vis, etiam canem, bonum custodem et gravi latratu abigentem insidiantes gregibus : ille autem talis non dedignabitur conviva nobis esse. (3) Festum celebrabimus admodum suaviter bibemusque ad ebrietatem et post satietatem cantabimus : atque qui idoneus fuerit ad cordacem ducendum, in medios progressus, cœtum delectabit. Ne igitur cuncteris, carissime; decet enim in votivis solennitatibus mane convivia apparare.

XIX. Pithacnio Eustachyi.

Cum communem te præbeas et sodalium amantem, macte esto tu et uxor et liberi, mi Eustachy. Ego vero postquam furem deprehendi, cui dudum irascebar, quod stivam mihi surripuit et duas falces, domi habeo, vicinos exspectans auxiliatores. (2) Nunc enim consultum non putavi, cum sim infirmior et solus, manus ei admovere. Torvo enim est vultu et adducit supercilia et vegetos ha-

ἁδρὰν τὴν ἐπιγουνίδα φαίνει· (3) ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῆς δικέλλης κατέσκληκα, καὶ τύλους μὲν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχω, λεπτότερον δέ μοι τὸ δέρμα λεβηρίδος. ἡ μὲν οὖν γυνὴ καὶ τὰ παιδία εἰς σὲ βαδιοῦνται καὶ τῆς εὐωχίας μεθέξουσιν, ὁ δὲ σύργαστρος μαλακῶς ἔχει τὰ νῦν. ἐγὼ δὲ καὶ ἡ κύων τὸν μιαρὸν φυλάξομεν.

bet humeros et solidum femur. (3) Ego autem a laboribus et bidente emaciatus sum et callos habeo in manibus, tenuior autem mihi cutis est serpentis exuviis. Uxor quidem et liberi venient et convivii participes erunt, sed laborum socius ægrotat : ego autem et canis sceleratum illum custodiemus.

κ'. Ναπαῖος Κρηνιάδῃ.

Οἶσθά με ἐπισάξαντα τὴν ὄνον παλάθια .... καταγαγόντα οὖν, ἕως οὗ ταῦτα ἀπεδόμην τῶν τινι γνωρίμων, ἄγει μέ τις λαβὼν εἰς τὸ θέατρον καὶ καθίσας ἐν καλῷ διαφόροις ἐψυχαγώγει θεωρίαις. (2) τὰς μὲν οὖν ἄλλας οὐ συνέχω τῇ μνήμῃ, εἰμὶ γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ εἰδέναι καὶ ἀπαγγέλλειν κακός· ἓν δὲ ἰδὼν ἀχανὴς ἐγώ σοι καὶ μικροῦ δεῖν ἄναυδος. εἷς γάρ τις εἰς μέσους παρελθὼν καὶ στήσας τρίποδα τρεῖς μικρὰς ἐπετίθει παροψίδας, εἶτα ὑπὸ ταύταις ἔσκεπε λευκά τινα καὶ μικρὰ καὶ στρογγύλα λιθίδια, οἷα ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τῶν χειμάρρων εὑρίσκομεν. (3) ταῦτα ποτὲ μὲν κατὰ μίαν ἔσκεπε ταῖς παροψίσι, ποτὲ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ τῇ μιᾷ ἐδείκνυ, ποτὲ δὲ παντελῶς ἀπὸ τῶν παροψίδων ἠφάνιζε καὶ ἐπὶ τοῦ στόματος ἔφαινεν. (4) εἶτα καταβροχθίσας, τοὺς πλησίον ἑστῶτας ἄγων εἰς μέσον τὴν μὲν ἐκ ῥινὸς τὴν δὲ ἐξ ὠτὸς τὴν δὲ ἐκ σφαγῆς ἀνῃρεῖτο, καὶ ἀνελόμενος πάλιν ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει. κλεπτίστατος ἄνθρωπος ὑπὲρ ὃν ἀκούομεν Εὐρυβάτην τὸν Οἰχαλιέα. μὴ γένοιτο κατ' ἀγρὸν τοιοῦτον θηρίον· οὐ γὰρ ἁλώσεται ὑπ' οὐδενὸς καὶ πάντα ὑφαιρούμενος τἄνδον φροῦδά μοι τὰ κατὰ τὸν ἀγρὸν ἀπεργάσεται.

XX. Napæus Creniadæ.

Scis me onerasse asinum ficubus et caricis. Cum igitur devertissem, donec illas vendere possem noto cuidam, ducit me secum aliquis in theatrum et collocatum in sede opportuna variis delectabat spectaculis. (2) Equidem cetera non teneo memoria, sum enim ad talia tum intelligenda tum referenda parum aptus. Unum autem memoria tenens hisco jam et prope mutus sum. Quidam enim in medium progressus, in mensa tripode tres exiguas posuit patellas, sub quibus albos quosdam et parvos et rotundos lapillos condidit, quales nos in ripis torrentium reperimus; (3) eosque modo singulatim sub una quavis occultavit patella, modo, nescio qua ratione, sub una aliqua ostendit, modo ut sub patellis disparerent effecit et in ore ostendit, deinde cum deglutiisset, adductis in medium qui prope adstabant, alium ex nare, alium ex aure, alium ex iugulo depromsit : deinde depromtos iterum ex oculis hominum removit. (4) Maxime clancularius ille homo est superatque illum, de quo audimus, Eurybaten Œchaliensem. Absit ruri talis bestia, non enim deprehendetur a quoquam, omniaque quæ domi habeo surripiens evanescere faciet omnem agri fructum.

κα'. Εὐνάπη Γλαύκῃ.

Ὁ μὲν ἀνὴρ ἀπόδημός ἐστί μοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐν ἄστει, ὁ δὲ θητεύων παρ' ἡμῖν Παρμένων ζημία καθαρά, ῥάθυμος ἄνθρωπος καὶ τὰ πολλὰ καταπίπτων εἰς ὕπνον. (2) ὁ δὲ λύκος ἀργαλέος πάροικος καὶ βλέπων φονῶδες καὶ αἱμοβόρον· Χιόνην γὰρ τὴν καλλιστεύουσαν τῶν αἰγῶν ἐκ τοῦ φελλέως ἁρπάσας οἴχεται. καὶ ὁ μὲν δειπνεῖ ἀγαθὴν αἶγα καὶ εὐγάλακτον, ἐγὼ δὲ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἀπολείβω. (3) πέπυσται δὲ τούτων οὐδὲν ὁ ἀνήρ· εἰ δὲ μάθοι, κρεμήσεται μὲν ἐκ τῆς πλησίον πίτυος ὁ μισθωτός, αὐτὸς δὲ οὐ πρότερον ἀνήσει πάντα μηχανώμενος πρὶν παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰσπράξασθαι.

XXI. Eunape Glaucæ.

Maritus peregre abest, tertium iam diem versans in urbe; qui autem mercede servit apud nos Parmeno, merum damnum est, homo segnis et valde somnolentus. (2) Lupus vero gravis vicinus, cuius ex oculis emicat cædis et devorandi cupiditas; Chionen enim pulcherrimam caprarum ex loco saxoso secum abstulit : atque ille quidem cœnat egregiam capram, ego autem lacrymas oculis effundo. (3) Rescivit autem istorum nihil maritus. Si vero audiverit, pendebit ex proxima pinu mercenarius; ipse autem non desinet omnia moliri priusquam a lupo pœnas sumserit.

κβ'. Πολύαλσος Εὐσταφύλῳ.

Πάγην ἔστησα ἐπὶ τὰς μιαρὰς ἀλώπεκας κρεάδιον τοῦ σκανδάλου ἀπαρτήσας. ἐπεὶ γὰρ ἐπολέμουν ταῖς σταφυλαῖς, καὶ οὐ μόνον τὰς ῥᾶγας ἔκαπτον ἀλλ' ἤδη καὶ ὁλοκλήρους ἀπέτεμνον τῶν οἰνάρων τοὺς βότρυς, ὁ δεσπότης δὲ ἐπιστήσεσθαι κατηγγέλλετο, ἀρ-

XXII. Polyalsus Eustaphylo.

Decipulam posui ad capiendas exsecrabiles illas vulpeculas, frusto carnis ex tendicula suspenso. Cum enim infestarent uvas, et non solum acinos decerperent sed integros etiam abscinderent a pampinis racemos,

γαλέος ἄνθρωπος καὶ δριμύς, (2) καὶ γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συνεχῶς ἐπὶ τῆς πυκνὸς Ἀθηναίοις εἰσηγούμενος καὶ πολλοὺς ἤδη διὰ σκαιότητα τρόπου καὶ δεινότητα ῥημάτων ἐπὶ τοὺς ἕνδεκα ἀπαγαγών, δείσας μή τι πάθοιμι κἀγώ, καὶ ταῦτα τοιούτου τοῦ δεσπότου ὄντος, τὴν κλέπτιν ἀλώπεκα συλλαβὼν ἐβουλόμην παραδοῦναι. (3) ἀλλ' ἣ μὲν οὐχ ἧκε· Πλαγγὼν δὲ τὸ Μελιταῖον κυνίδιον, ὃ τρέφομεν ἄθυρμα τῇ δεσποίνῃ προσηνές, ὑπὸ τῆς ἄγαν λιχνείας ἐπὶ τὸ κρέας ὁρμῆσαν κεῖταί σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην νεκρὸν ἤδη μυδῆσαν. ἔλαθον οὖν ἐπὶ κακῷ κακὸν ἀναρριπίσας. (4) καὶ τίς παρ' ἀνθρώπῳ σκυθρωπῷ τῶν τοιούτων συγγνώμη; φευξόμεθα ᾗ ποδῶν ἔχομεν, χαιρέτω δὲ ὁ ἀγρὸς καὶ τἀμὰ πάντα. ὥρα γὰρ σώζειν ἐμαυτόν, καὶ μὴ τὸ παθεῖν ἀναμένειν ἀλλὰ πρὸ τοῦ παθεῖν φυλάξασθαι.

κγ'. Θάλλος Πιτυΐστῳ.

Πάντα φιλῶ τρυγᾶν· ἔστι γὰρ τὸ καρπῶν ἀποδρέπεσθαι πόνων ἀμοιβὴ δίκαιος· ἐξαιρέτως δὲ ἐθέλω βλίττειν τὰ σμήνη. ἐγὼ οὖν σίμβλα ὑπὸ τῇ πέτρᾳ ἀποκλάσας, κηρία νεογενῆ. πρῶτον μὲν οὖν τοῖς θεοῖς ἀπηρξάμην, ἔπειτα δὲ τοῖς φίλοις ὑμῖν ἀπάρχομαι. (2) ἔστι δὲ λευκὰ ἰδεῖν καὶ ἀποστάζοντα λιβάδας Ἀττικοῦ μέλιτος, οἷον αἱ Βριλήσσιαι λαγόνες ἐξανθοῦσι. καὶ νῦν μὲν ταῦτα πέμπομεν, εἰς νέωτα δὲ δέχοιο παρ' ἡμῶν μείζονα τουτωνὶ καὶ ἡδίονα.

κδ'. Φιλοποίμην Μοσχίωνι.

Λύκον ἔοικα τρέφειν τὸ μιαρὸν ἀνδράποδον· ἐμπεσὼν γὰρ εἰς τὰς αἶγας οὐκ ἔστιν ἥντινα οὐκ ἀπολώλεκε, τὰς μὲν ἀποδόμενος τὰς δὲ καταθύων. (2) καὶ τῷ μὲν ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίπλαται, καὶ τὰ λοιπὰ τῇ τενθείᾳ δαπανᾶται, καὶ ψάλλεται καὶ καταυλεῖται καὶ τοῖς μυροπωλείοις φιληδεῖ, τὰ δὲ αὔλια ἔρημα, αἶγες δὲ ἐκεῖναι αἱ πρότερον οἴχονται. (3) τέως μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγω, μὴ προαισθόμενος ψύττα κατατείνας φύγῃ· εἰ δὲ ἀνυπόπτως λαβοίμην αὐτοῦ καὶ ἐγκρατὴς γενοίμην, δεδήσεται τὼ πόδε χοίνικας παχείας ἐπισύρων, καὶ τῇ σκαπάνῃ προσανέχων ὑπὸ τῇ δικέλλῃ καὶ τῇ σμινύῃ τῆς μὲν τρυφῆς ἐπιλήσεται, παθὼν δὲ γνώσεται οἷόν ἐστι τὸ τὴν ἄγροικον σωφροσύνην ἀσπάζεσθαι.

κε'. Ὕλη Νομίῳ.

Θαμίζεις εἰς ἄστυ κατιών, ὦ Νόμιε, καὶ τὸν ἀγρὸν οὐδ' ἀκαρὶ θέλεις δρᾶν· ἀργὸς δὲ ἡ γῆ χηρεύουσα τῶν ἐκπονούντων, ἐγὼ δὲ οἰκουρῶ μόνη μετὰ τῆς Σύρας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα. (2) σὺ δὲ ἡμῖν αὐτόχρημα μεσαιπόλιος ἄνθρωπος μειράκιον ἀστικὸν ἀνεφάνης. ἀκούω γάρ σε τὰ πολλὰ ἐπὶ Σκίρου καὶ

herus autem venturus nuntiaretur (2) (immitis homo et acer, qui sententias et rogationes in Pnyce Atheniensibus assiduo proponit, quique multos iam pravitate ingenii et vi dicendi ad undecimviros duxerit) metuens ne quid mali mihi accideret ab eo, præsertim tali domino, vulpem furacissimam, comprehensam, volui ei tradere. (3) At hæc non venit; verum Plangon, Melitæus ille catellus, quem alimus oblectamentum dominæ gratum, cum præ nimia gulositate in carnem invasisset, iacet tertium iam diem porrectus, mortuus, iam putrescens. Itaque imprudens super malo malum excitavi. (4) Et quænam apud tetricum illum talium venia? fugiemus quantum pedibus valemus. Valeat rus et mea omnia. Tempus enim est me ipsum servare, nec exspectare ut malum patiar, sed antequam patiar, cavere.

XXIII. Thallus Pityisto.

Quoslibet fructus libenter percipio : est enim frugum collectio digna laborum compensatio; præcipue autem cupio castrare apum alvearia. Habeo igitur, postquam alvearia sub petra relevi, favos recentes. Primum equidem diis primitias tuli, post eos vobis amicis delibo. (2) Sunt autem candidi adspectu et stillant guttas Attici mellis, quale Brilessiæ cavernæ emittunt. Atque nunc quidem hæc mittimus; anno insequenti autem accipies a nobis maiora istis et suaviora.

XXIV. Philopœmen Moschioni.

Lupum videor alere scelestum istum servum; impetu in capras facto nullam non disperdidit, partim vendendo partim mactando. (2) Atque illi quidem venter crapula turget, ceteraque gulæ largitur et fidibus tibiisque demulcetur et apud unguentariorum officinas voluptatem captat; stabula autem vacua et capræ illæ pristinæ perierunt. (3) Hactenus quidem quietus sum, ne præsentiens contento cursu fugiat; si autem inopinato eum comprehendero eoque potitus fuero, vincientur ei pedes trahetque pedicas crassas atque fossioni intentus sub bidente et ligone luxuriæ obliviscetur, atque damno suo, quale sit, cognoscet, rusticæ sobrietati renuntiare.

XXV. Hyle Nomio.

Frequenter in urbem descendis, Nomie, et agrum ne ad momentum quidem vis adspicere. Cessat autem terra carens operis. Ego vero domi maneo, sola cum Syra ægre liberos alens. (2) At tu revera semicanus homo adolescentulum urbicum te ostendis. Audio enim

Κεραμεικοῦ διατρίβειν, οὗ φασι τοὺς ἐξωλεστάτους σχολῇ καὶ ῥᾳστώνῃ τὸν βίον καταναλίσκειν.

κϛ'. Ληναιος Κορύδωνι.

Ἄρτι μοι τὴν ἅλω διακαθήραντι καὶ τὸ πτύον ἀποθεμένῳ ὁ δεσπότης ἐπέστη καὶ ἰδὼν ἐπῄνει τὴν φιλεργίαν. ἐφάνη δέ μοί ποθεν ὁ Κωρυκαῖος δαίμων, Στρόμβιχος ὁ παμπόνηρος. ἰδὼν γάρ με ἑπόμενον τῷ δεσπότῃ, κειμένην τὴν σισύραν ἣν ἀποθέμενος εἰργαζόμην ὑπὸ μάλης ᾤχετο φέρων, ὥστε με ὁμοῦ τῇ ζημίᾳ καὶ τὸν ὑπὸ τῶν ὁμοδούλων προσοφλεῖν γέλωτα.

κζ'. Γέμελλος Σαλμωνίδι.

Τί ταῦτα, ὦ Σαλμωνίς; ὑπερηφανεῖς τάλαινα τὸν δεσπότην; οὐκ ἐγώ σε εἰς τοὐργαστήριον καθημένην παρὰ τὸν ἀκεστὴν τὸν ἑτερόποδα ἀνειλόμην, καὶ ταῦτα λάθρα τῆς μητρός, καὶ καθάπερ τινὰ ἐπίκληρον ἐγγυητὴν ἀγαγόμενος ἔχω; (2) σὺ δὲ φρυάττῃ, παιδισκάριον εὐτελές, καὶ κιχλίζουσα καὶ μωκωμένη με διατελεῖς. οὐ παύσῃ τάλαινα τῆς ἀγερωχίας; ἐγώ σοι τὸν ἐραστὴν δείξω δεσπότην καὶ τὰς κάχρυς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν φρύγειν ἀναγκάσω, καὶ τότε εἴσῃ παθοῦσα οἷ κακῶν σαυτὴν ἐνέσεισας.

κη'. Σαλμωνὶς Γεμέλλῳ.

Πάντα ὑπομένειν οἵα τε εἰμὶ πλὴν τοῦ σοι συγκαθεύδειν, δέσποτα. καὶ τὴν νύκτα οὐκ ἔφυγον οὐδὲ ὑπὸ τοῖς θάμνοις ἐκρυπτόμην, ὡς ἐδόκεις, ἀλλὰ τὴν κάρδοπον ὑπεισελθοῦσα ἐκείμην ἀμφιθεμένη τὸ κοῖλον τοῦ σκεύους εἰς κάλυμμα. (2) ἐπειδὴ δὲ κέκρικα βρόχῳ τὸν βίον ἐκλιπεῖν, ἄκουε λεγούσης ἀναφανδόν, πάντα γάρ μου περιαιρεῖ φόβον ἡ πρὸς τὸ τελευτᾶν ὁρμή· ἐγώ σε ὦ Γέμελλε στυγῶ, ὥσπερ τι κίναδος ἐκτρεπομένη, καὶ τοῦτο μὲν βδελυττομένη τὸ δάσος τοῦ σώματος (3) τοῦτο δὲ τὴν δυσχέρειαν τοῦ στόματος ἐκ τοῦ μυχαιτάτου τῆς φάρυγγος τὴν δυσοσμίαν ἐκπέμποντος. κακὸς κακῶς ἀπόλοιο τοιοῦτος ὤν. βάδιζε παρά τινα λημῶσαν ἄγροικον γραῦν ἐπὶ ἑνὶ γομφίῳ σαλεύουσαν, ἀληλιμμένην τῷ ἐκ τῆς πίττης ἐλαίῳ.

κθ'. Ὄρειος Ἀνθοφορίωνι.

Ἠπιστάμην σε, ὦ Ἀνθοφορίων, ἁπλοϊκὸν ἄνθρωπον καὶ αὐτόχρημα τὸν ἀπὸ τῆς ἀγροικίας ἀγροῖκον, ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα, ἠγνόουν δὲ ὅτι δεινὸς εἶ ῥήτωρ ὑπὲρ τοὺς ἐν Μιλιαίῳ τῶν ἀλλοτρίων ἕνεκα δικομαχοῦντας. (2) κινήσας γὰρ ἐπὶ τοῦ κωμάρχου δίκας ἔναγχος, οὐκ ἔστιν ἥντινα οὐχὶ νικήσας ἀπηλλάγης. μακάριε τῆς γλώττης καὶ λαλίστερε τρυγόνος. ἐγὼ δὲ ἑρμαίῳ σοι χρῶμαι, τὸ δὴ τοῦ λόγου· ἔκκειμαι γὰρ τοῖς βουλομένοις τἀμὰ σφε-

te plerumque in Sciro et Ceramico commorari, ubi aiunt perditissimos otio et desidia vitam conterere.

XXVI. Lenæus Corydoni.

Cum nuper aream purgassem et ventilabrum deposuissem, herus adstitit vidensque meam sedulitatem laudavit. Emicuit autem mihi alicunde Corycæus dæmon Strombichus ille pessimus. Cum enim vidisset me herum sequi, adiacentem rhenonem, quo exuto opus faciebam, sub alis abstulit, ita ut simul damnum et conservorum risum acciperem.

XXVII. Gemellus Salmonidi.

Quid vero est, o Salmonis, quod tam superbe tractas, misera, dominum? nonne ego te in officina sartoris claudi sedentem abduxi, idque clam matre, et tanquam aliquam tota hereditate dotatam legitimam uxorem habeo? (2) at tu puella vilissima, superba es et semper cachinnaris et me illudis. Nonne desistes, infelix, ab hac insolentia? ego faxo ut amatorem experiaris dominum et hordea ruri torrere docebo: atque tum intelliges cum tuo malo, in quam calamitatem te ipsam conieceris.

XXVIII. Salmonis Gemello.

Omnia parata sum tolerare, here, præterquam tecum una dormire. Neque hac nocte fugi neque in virgultis me occultavi, ut putabas; sed mactram subii et iacui imposita concava eius parte pro tegumento. (2) Quandoquidem autem decrevi laqueo vitam hanc finire, audi dicentem aperte; simul enim omnem mihi adimit metum moriendi cupiditas. Ego te, Gemelle, odi, tum corpus villosum abominans et velut aliquam tetram belluam aversans, (3) tum oris fœditatem ex intimo gutture graveolentiam emittentis. Malus male pereas, qui talis sis. Abi ad aliquam lippientem rusticam vetulam, uno dente molari fretam, unctam picis oleo.

XXIX. Orius Anthophorioni.

Putavi, o Anthophorion, te simplicem esse hominem merumque illum a rure rusticum, qui fraces redoleret et pulverem spiraret; ignoravi vero te disertum esse oratorem teque superare illos qui in Heliæa de rebus alienis iure decertant. (2) Cum enim moveris sub magistro vici nuper lites, in nulla non victor abiisti. Macte lingua, loquacior turture. Ego vero te utor in ea re lucro mercuriali, quod proverbio dicitur. Expositus enim sum iis qui

τερίζεσθαι καὶ ἀγαπῶ τὴν ἡσυχίαν, καὶ ταῦτα εἰδὼς ὅτι πολλάκις ἐκ τῆς ἀπραγμοσύνης φύεται πράγματα.

volunt mea sibi vindicare et amo quietem, et sciens quidem sæpius mihi ex hoc otio nasci negotia.

λ΄. Ἀμπελίων Εὐέργῳ.

Πολὺς ὁ χειμὼν τὸ τῆτες καὶ οὐδενὶ ἐξιτόν· πάντα γὰρ ἡ χιὼν κατείληφε, καὶ λευκανθίζουσιν οὐχ οἱ λόφοι μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ κοῖλα τῆς γῆς, ἀπορία δὲ ἔργων, ἀργὸν δὲ καθίζειν ὄνειδος. προκύψας δῆτα τῆς καλύβης οὐκ ἔφθην παρανοίξας τὸ θύριον καὶ ὁρῶ σὺν τῷ νιφετῷ δῆμον ὅλον ὀρνέων φερόμενον, καὶ κοψίχους καὶ κίχλας. (2) εὐθέως οὖν ἀπὸ τῆς λεκάνης ἀνασπάσας ἰξὸν ἐπαλείφω τῶν ἀχράδων τοὺς κλάδους, καὶ ὅσον οὔπω τὸ νέφος ἐπέστη τῶν στρουθῶν, καὶ πᾶσαι ἐκ τῶν ὀροδάμνων ἐκρέμαντο, θέαμα ἡδύ, πτερῶν ἐχόμεναι καὶ κεφαλῆς καὶ ποδῶν εἰλημμέναι. (3) ἐκ τούτων λάχος σοι τὰς πίονας καὶ εὐσάρκους ἀπέσταλκα πέντε καὶ εἴκοσι. κοινὰ γὰρ τἀγαθὰ τοῖς ἀγαθοῖς, φθονούντων δὲ οἱ πονηροὶ τῶν γειτόνων.

XXX. Ampelion Euergo.

Vehemens est hiems hoc anno, et nemini licet exire. Omnia enim nix occupavit et albicant non colles tantum, sed etiam depressa terræ loca. Laborandi facultas nulla; otiosum autem sedere dedecus. Cum igitur prospectarem ex casa et vix aperuissem nonnihil ostium, video cum nivibus gentem magnam avium ferri, et merulas et turdos. (2) Statim igitur ex pelvi depromto visco inungo pirastrorum ramos, et mox nubes adfuit avicularum omnesque a surculis pependerunt, spectaculum jucundum, alis retentæ et capite ac pedibus prehensæ. (3) Ex his partem electam tibi misi pinguiores et carnosiores viginti quinque. Bona enim oportet communicare bonis. Invidento autem qui sunt improbi ex vicinis.

λα΄. Φιλόκωμος Θεστύλῳ.

Οὐπώποτε εἰς ἄστυ καταβὰς οὐδὲ εἰδὼς ὅ τι ποτέ ἐστιν ἡ λεγομένη πόλις, ποθῶ τὸ καινὸν τοῦτο θέαμα ἰδεῖν, τοὺς ὑφ' ἑνὶ περιβόλῳ κατοικοῦντας ἀνθρώπους καὶ τἄλλα ὅσα διαφέρει πόλις ἀγροικίας. (2) εἰ οὖν σοι πρόφασις ὁδοῦ ἄστυδε γενήσεται, ἧκε ἀπάξων κἀμέ. καὶ γὰρ ἔγωγε δεῖν οἶμαι τοῦ πλέον τι μαθεῖν, ἤδη μοι βρύειν θριξὶ τῆς ὑπήνης ἀρχομένης. τίς οὖν δή με τἀκεῖ μυσταγωγεῖν ἐπιτήδειος ἢ σὺ ὁ τὰ πολλὰ εἴσω πυλῶν ἀλινδούμενος;

XXXI. Philocomus Thestylo.

Cum nunquam adhuc in urbem descenderim, neque sciam quidnam demum id sit quod dicitur urbs, cupio novum istud spectaculum videre, in uno ambitu habitantes homines, et reliqua quibus differt urbs a rure, discere. (2) Si igitur tibi causa itineris in urbem existat, venito etiam me abducturus. Etenim mihi, credo, plura sunt discenda, iam pullulare pilis mento incipiente. Quis ergo mihi quæ ibi sunt monstrare idoneus, nisi tu, qui plerumque intra portas verseris?

λβ΄. Σκορδιάδης Σκοτίωνι.

Βάλλ' ἐς μακαρίαν. οἷον κακόν ἐστιν, ὦ Σκοτίων, ἡ μέθη. ἐμπεσὼν γὰρ εἰς συμπόσιον κακοδαιμόνων ἀνθρώπων (οἰνόφλυγες δὲ πάντες ἦσαν, καὶ οὐδεὶς τὸ μέτρῳ πίνειν ἔστεργε· (2) ἔδει γὰρ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑστιᾶν, εἴ τις ἠρνεῖτο τὴν κύαθον) πιὼν οὖν ὅσον οὔπω πρότερον ἐν ἀσκῷ βαστάσας οἶδα, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔτι σοι καρηβαρῶ καὶ τὴν κραιπάλην ἀπερυγγάνω.

XXXII. Scordiades Scotioni.

In malam rem! quantum malum est, o Scotion, ebrietas! Delapsus enim in convivium perditissimorum hominum (temulenti autem omnes erant, et nullus modice bibere amabat; (2) nam renuentibus erat pœna statuta: oportebat enim ipsos postridie epulum dare): quum igitur bibissem quantum nunquam in utre portare memini, tertium huncce diem adhuc gravedinem capitis sentio et crapulam eructo.

λγ΄. Ἄνθυλλα Κορίσκῳ.

Ἔοικε καὶ τὰ νάματα εἰς τὰ ἄνω ῥυήσεσθαι, εἴ γε οὕτως, ὦ Κορίσκε, ἀφηλικέστερος γεγονώς, ὅτε ἤδη υἱδοῦς καὶ θυγατριδοῦς ἔχομεν, ἐρᾷς κιθαρῳδοῦ γυναικὸς κἀμὲ κνίζεις ἄχρι τοῦ καὶ αὐτὴν ἐκρινῆσαι τὴν καρδίαν. (2) ἐγὼ μὲν γὰρ ἀτιμάζομαι τριακοστὸν ἔτος ἤδη συνοῦσά σοι, Παρθένιον δὲ ἡ ἱππόπορνος μεθ' ὑποκορισμῶν ἐκθεραπεύεται ὅλον σε αὐτοῖς ἀγροῖς καταπιοῦσα. γελῶσι δὲ οἱ νέοι, καὶ σὺ τοῦ γέλωτος ἀναισθήτως ἔχεις. ὦ γῆρας ἑταίρας παίγνιον.

XXXIII. Anthylla Corisco.

Videntur etiam fluenta sursum labi, quum tu, Corisce, in ætate tam provecta, quum iam filios et nepotes habeamus, ames citharistriam et me pungas, ita ut ipsum extriveris cor. (2) Ego enim ignominia afficior tricesimum annum iam tecum vivens; Parthenium autem immane scortum blanditiis colitur, cum totum te una cum ipsis agris devoraverit. Rident vero adolescentuli, et tu derideri te non sentis. O senium meretricis ludibrium!

λδ'. Γνάθων Καλλικομίδῃ.

Τίμωνα οἶσθα, ὦ Καλλικομίδη, τὸν Ἐχεκρατίδου τὸν Κολλυτέα, ὃς ἐκ πλουσίου, σπαθήσας τὴν οὐσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους καὶ τὰς ἑταίρας, εἰς ἀπορίαν συνηλάθη, εἶτ' ἐκ φιλανθρώπου μισάνθρωπος ἐγένετο καὶ τὴν Ἀπημάντου ἐμιμήσατο στύγα. (2) καταλαβὼν γὰρ τὴν ἐσχατιὰν ταῖς βώλοις τοὺς παριόντας βάλλει, προμηθούμενος μηδένα αὐτῷ καθάπαξ ἀνθρώπων ἐντυγχάνειν. οὕτως τὴν κοινὴν φύσιν ἀπέστραπται. (3) οἱ λοιποὶ δὲ τῶν Ἀθήνησι νεοπλούτων Φείδωνός τέ εἰσι καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι. ὥρα μοι μετανίστασθαι καὶ πονοῦντι ζῆν. δέχου δὴ οὖν με μισθωτὸν κατ' ἀγρόν, πάντα ἀνεξόμενον ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀπλήρωτον ἐμπλῆσαι γαστέρα.

λε'. Θαλλίσκος Πετραίῳ.

Αὐχμὸς τὰ νῦν· οὐδαμοῦ νέφος ὑπὲρ γῆς αἴρεται. Δεῖ δὲ ἐπομβρίας· δίψην γὰρ τὰς ἀρούρας τὸ κατάξηρον τῆς βώλου δείκνυσι. μάταια ἡμῖν ὡς ἔοικε καὶ ἀνήκοα τέθυται τῷ ὑετίῳ, (2) καίτοι γε ἐξ ἁμίλλης ἐκαλλιερήσαμεν πάντες οἱ τῆς κώμης οἰκήτορες, καὶ ὡς ἕκαστος δυνάμεως ἢ περιουσίας εἶχε συνεισηνέγκαμεν, ὁ μὲν κριὸν ὁ δὲ τράγον ὁ δὲ κάπρον, ὁ πένης πόπανον, ὁ δὲ ἔτι πενέστερος λιβανωτοῦ χόνδρους, ταῦρον δὲ οὐδείς· (3) οὐ γὰρ εὐπορία βοσκημάτων ἡμῖν τὴν λεπτόγεων τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦσιν. ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος τῶν δαπανημάτων· ἔοικε γὰρ πρὸς ἑτέροις ἔθνεσιν ὁ Ζεὺς ὢν τῶν τῇδε ἀμελεῖν.

λϛ'. Πρατίνας Μεγαλοτέλει.

Χαλεπὸς ἦν ἡμῖν ὁ στρατιώτης, χαλεπός. ἐπεὶ γὰρ ἧκε δείλης ὀψίας καὶ κατήχθη οὐ κατὰ τύχην ἀγαθὴν εἰς ἡμᾶς, οὐκ ἐπαύσατο ἐνοχλῶν τοῖς διηγήμασι, δεκάδας τινὰς καὶ φάλαγγας ὀνομάζων, εἶτα σαρίσας καὶ καταπέλτας καὶ δέρρεις· (2) καὶ νῦν μὲν ὡς ἀνέτρεψε τοὺς Θρᾷκας τὸν προηγεμόνα βαλὼν μεσαγκύλῳ, νῦν δὲ ὡς κοντῷ διαπείρας τὸν Ἀρμένιον ἀπώλεσεν· ἐπὶ πᾶσί τε αἰχμαλώτους παρῆγε καὶ ἐδείκνυ γυναῖκας, ἃς ἔλεγεν ἐκ τῆς λείας ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἀριστείας αὐτῷ γέρας δεδόσθαι. (3) ὡς δὲ ἐγκανάξας κύλικα εὐμεγέθη φλυαρίας φάρμακον ὤρεγον, ὁ δὲ καὶ ταύτην καὶ πλείονας ἐπὶ ταύτῃ καὶ ἁδροτέρας ἐκπιὼν οὐκ ἐπαύσατο ἀδολεσχίας.

λζ'. Ἐπιφυλλὶς Ἀμαρακίνῃ.

Εἰρεσιώνην ἐξ ἀνθῶν πλέξασα ᾔειν ἐς Ἑρμαφροδίτου τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα. εἶτά μοι λόχος ἐξαίφνης ἀναφαίνεται νέων ἀγερώχων ἐπ' ἐμὲ συντεταγμένων· ὁ λόχος δὲ Μοσχίωνι συνέπραττεν. (2) ἐπεὶ γὰρ τὸν μακαρίτην ἀπέβαλον Φαιδρίαν, οὐκ ἐπαύσατό μοι πράγματα παρέχων καὶ γαμησείων·

XXXIV. Gnatho Callicomidæ.

Timonem nosti, Callicomides, Echecratidis filium, illum Collytensem, qui ex divite profusis in nos parasitos et in meretrices opibus ad inopiam redactus, postea ex humanissimo hominum osor factus est et Apemanti imitatus est odium: (2) occupato enim agro, glebis prætereuntes incessit, studiose providens ne quisquam ipsum omnino hominum adeat: adeo communem naturam aversatur. (3) Reliqui autem qui Athenis sunt recenter ditati, Phidone sunt et Gniphone sordidiores. Tempus est hinc migrare et laborando victum quærere. Accipe ergo me mercenarium ruri, omnia toleraturum, ut insatiabilem hunc impleam ventrem.

XXXV. Thalliscus Petræo.

Siccitas nunc est: nusquam nubes super terra tollitur, opus autem pluvia; sitire enim agros ipsa siccitas glebæ monstrat. Frustra, ut videtur, et non exauditi sacrificia fecimus Iovi pluvio, (2) etsi certatim sacrificavimus omnes vici incolæ, et ut quisque poterat et opibus valebat contulit: hic arietem, ille hircum, ille aprum, pauper libum, pauperior denique thuris micas: taurum autem nemo; (3) non enim copia armentorum nobis est, qui tenue solum Atticæ habitamus. Sed nullus fructus impensarum; videtur enim ad alias gentes profectus Iupiter quid hic fiat parum curare.

XXXVI. Pratinas Megaloteli.

Molestus erat nobis miles ille, molestus. Postquam enim venit circa vesperam et divertit infausto apud nos, non desiit nos obtundere narrationibus, decurias nescio quas et phalangas crepans, deinde sarissas et catapultas et pelles; (2) modo ut profligasset Thraces, duce eorum coniectu jaculi percusso, modo ut conto transfixum Armenium interfecisset; deinde captivas produxit et ostendit mulieres, quas dixit ex præda a ducibus fortitudinis sibi præmium datas. (3) Et cum impletum calicem ingentem garrulitatis remedium ei porrexissem, ille et hoc et pluribus post hunc atque grandioribus exhaustis non desiit nugari.

XXXVII. Epiphyllis Amaracinæ.

Corollam ex floribus nexam illi Alopecensi suspensura ibam in Hermaphroditi fanum. Subito vero mihi insidiæ derepente apparuerunt iuvenum protervorum in me instructorum; isti autem insidiatores cum Moschione faciebant. (2) Postquam enim beatum amisi Phædriam, non destitit mihi molestias exhibere et me uxorem expe-

ἐγὼ δὲ ἀνηνάμην ἅμα μὲν τὰ νεογνὰ παιδία κατοικτείρουσα ἅμα δὲ τὸν ἥρω Φαιδρίαν ἐν ὀφθαλμοῖς τιθεμένη. ἐλάνθανον δὲ ὑβριστὴν ὑμέναιον ἀναμένουσα καὶ θάλαμον νάπην εὑρίσκουσα. (3) εἰς γάρ με τὸ συνηρεφὲς ἀγαγών, οὗ τὸ πύκνωμα συνεχὲς ἦν τῶν δένδρων, αὐτοῦ που κατὰ τῶν ἀνθῶν καὶ τῆς φυλλάδος, αἰδοῦμαι εἰπεῖν, ὦ φιλτάτη, τί παθεῖν ἐπηνάγκασε, καὶ τὸν ἐξ ὕβρεως ἄνδρα οὐχ ἑκοῦσα μέν, ὅμως δὲ ἔχω. καλὸν μὲν γὰρ ἀπείρατον εἶναι τῶν ἀβουλήτων· ὅτῳ δὲ οὐχ ὑπάρχει τοῦτο, κρύπτειν τὴν συμφορὰν ἀναγκαῖον.

tere. Ego vero recusavi, partim parvulos liberos miserans, partim etiam manes Phædriæ ante oculos habens. Sed imprudens flagitioso hymenæo me servavi et thalamum reperi nemus. (3) Nam in opacum me deductam, ubi densitas continua erat arborum, ibidem super floribus et fronde, verecundor dicere, carissima, quid pati coegerit. Atque habeo ex flagitio conciliatum maritum, non sponte mea quidem, sed tamen habeo. Optabile quidem est non experiri ea quæ nolis; cui autem id non contigit, ei celare calamitatem necessarium.

λη'. Εὔδικος Πασίωνι.

Φρύγα οἰκέτην ἔχω πονηρόν, ὃς τοιοῦτος ἀπέβη ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. ὡς γὰρ τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ κατ' ἐκλογὴν τοῦτον ἐπριάμην, Νουμήνιον μὲν εὐθὺς ἐθέμην καλεῖσθαι, δόξαντα δὲ εἶναι ῥωμαλέον καὶ ἐγρηγορὸς βλέποντα μετὰ περιχαρείας ἦγον ὡς ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς μοι ἐσόμενον. (2) ἦν δὲ οὗτος ἄρα λαμπρὰ ζημία· ἐσθίει μὲν γὰρ τεσσάρων σκαπανέων σιτία, ὑπνοῖ δὲ ὅσον ἤκουσα τετυφωμένου σοφιστοῦ λέγοντος Ἐπιμενίδην τινὰ Κρῆτα κεκοιμῆσθαι. τί ἂν οὖν ποιοίην, ὦ φίλτατε ἑταίρων καὶ συγγεωργῶν, ἴθι φράσον, ἐπὶ τοιούτῳ θηρίῳ καταβαλὼν ἀργυρίδιον;

XXXVIII. Eudicus Pasioni.

Phrygem servum habeo improbum, qui evasit talis ruri. Ut enim Kalendis eum emi electum, Numenium quidem statim vocari constitui, cumque videretur mihi esse robustus, vegetoque vultu, lætus ducebam eum, ut in agro mihi esset. (2) Est vero is merum damnum. Comedit enim quantum quatuor fossores, dormit autem quantum audivi, deliro sophista dicente, Epimenidem quendam Cretensem dormivisse [vel, ut audimus, Herculis trivesperum]. Quid igitur faciam, o carissime sodalium et laboris sociorum, age dic, postquam in talem bestiam impendi pecuniam?

λθ'. Εὐθύδικος Ἐπιφανίῳ.

Πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων, ὦ μῆτερ, πρὸς ὀλίγον καταλιποῦσα τοὺς σκοπέλους καὶ τὴν ἀγροικίαν θέασαι πρὸ τῆς τελευταίας ἡμέρας τὰ κατ' ἄστυ καλά. οἷα γὰρ οἷά σε λανθάνει, ἁλῶα καὶ ἀπατούρια καὶ διονύσια καὶ ἡ νῦν ἐστῶσα σεμνοτάτη τῶν θεσμοφορίων ἑορτή. (2) ἡ μὲν γὰρ ἄνοδος κατὰ τὴν πρώτην γέγονεν ἡμέραν, ἡ νηστεία δὲ τὸ τήμερον εἶναι ἑορτάζεται, τὰ καλλιγένεια δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν. εἰ οὖν ἐπειχθείης ἕωθεν πρὸ τοῦ τὸν ἑωσφόρον ἐξελθεῖν, συνθύσεις ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶν αὔριον. (3) ἧκε οὖν, μὴ μέλλε, ναὶ πρὸς ἐμῆς καὶ τῶν αὐταδέλφων τῶν ἐμῶν σωτηρίας. τὸ γὰρ ἄγευστον πόλεως καταλῦσαι τὸν βίον ἀποτρόπαιον, ὡς ὂν θηριῶδες καὶ δύστροπον. ἀνέχου δέ, ὦ μῆτερ, τῆς ἐπὶ τῷ συμφέροντι παρρησίας· καλὸν ἅπασιν ἀνθρώποις ἀνυποστόλως ὁμιλεῖν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἀναγκαῖον τὸ πρὸς τοὺς οἰκείους ἀληθίζεσθαι.

XXXIX. Euthydicus Epiphanio.

Per deos ac dæmonas, o mater, ad exiguum tempus relictis scopulis et rure specta apte extremum diem quæ in urbe sunt pulchra. Qualia enim, qualia te fugiunt, Haloa et Apaturia et Dionysia, et hoc præsens sanctissimum Thesmophoriorum festum. (2) Nam Ascensio quidem primo facta est die, Ieiunium autem hodie apud Athenienses celebratur, Calligenia autem postridie agent. Si igitur festinare velis et advenis mane antequam lucifer exeat, una cum Atheniensium mulieribus sacrificabis. (3) Veni igitur, ne cuncteris, per meam perque fratrum meorum germanorum salutem. Nam inexpertam urbis finire vitam abominabile, utpote belluinum et a bonis moribus abhorrens. Veniam autem da, mater, utilitatis causa libere dicenti. Decet cum omnibus hominibus aperte versari; inprimis autem necesse est erga necessarios veraces esse.

μ'. Φιλομήτωρ Φιλίσῳ.

Ἐγὼ μὲν τὸν παῖδα ἀποδόσθαι εἰς ἄστυ ξύλα καὶ κριθὰς ἀπέπεμψα, ἐπανήκειν τὴν αὐτὴν τὰ κέρματα κομίζοντα παρεγγυῶν· χόλος δὲ ἐμπεσὼν ἐξ ὅτουοῦν δαιμόνων εἰς αὐτὸν ὅλον παρήμειψε καὶ τῶν φρενῶν ἔξω κατέστησε. (2) θεασάμενος γὰρ ἕνα τουτωνὶ τῶν μεμηνότων, οὓς διὰ τὸ μανιῶδες πάθος κύνας ἀποκα-

XL. Philometor Philiso.

Ego quidem filium in urbem ad vendenda ligna et hordeum miseram, ut rediret eodem die et pecuniam ferret hortatus; sed postquam eum afflavit ira nescio cuius deorum, totum eum immutavit et mente privavit. (2) Cum enim vidisset quendam ex istis vesanis, quos propter ra-

λεῖν εἰώθασιν, ὑπερέβαλε τῇ μιμήσει τῶν κακῶν τὸν ἀρχηγέτην. (3) καὶ ἔστιν ἰδεῖν θέαμα ἀποτρόπαιον καὶ φοβερόν, κόμην αὐχμηρὰν ἀνασείων, τὸ βλέμμα ἰταμός, ἡμίγυμνος ἐν τριβωνίῳ, πηρίδιον ἐξηρτημένος καὶ ῥόπαλον ἐξ ἀχράδος πεποιημένον μετὰ χεῖρας ἔχων, ἀνυπόδητος, ῥυπῶν, ἄπρακτος, τὸν ἀγρὸν καὶ ἡμᾶς οὐκ εἰδὼς τοὺς γονεῖς ἀλλ' ἀρνούμενος, φύσει λέγων γεγονέναι τὰ πάντα καὶ τὴν τῶν στοιχείων σύγκρασιν αἰτίαν εἶναι γενέσεως, οὐχὶ τοὺς πατέρας. (4) εὔδηλος δέ ἐστι καὶ χρημάτων περιορῶν καὶ γεωργίαν στυγῶν. ἀλλὰ καὶ αἰσχύνης αὐτῷ μέλει οὐδὲν καὶ τὴν αἰδῶ τῶν προσώπων ἀπέξυσται. οἴμοι οἷόν σε, ὦ λεωργέ, τὸ τῶν ἀπατεώνων τουτωνὶ φροντιστήριον ἐξετραχήλισε. μέμφομαι τῷ Σόλωνι καὶ τῷ Δράκοντι, οἳ τοὺς μὲν κλέπτοντας σταφυλὰς θανάτῳ ζημιοῦν ἐδικαίωσαν, τοὺς δὲ ἀνδραποδίζοντας τοὺς νέους ἀθῴους εἶναι τιμωρίας κατέλιπον.

biem canes vocare solent, superavit imitandis malis ducem. (3) Et præbet spectaculum abominabile atque horrendum, comam squalidam quatiens, vultu truculentus, seminudus in palliolo, peram exiguam suspensam habens et clavam e pirastro factam in manibus gestans, discalceatus, immundus illuvie, intractabilis, rus et nos parentes non agnoscens, sed abnegans, natura dicens facta esse omnia et elementorum commixtionem esse causam generationis, non parentes. (4) Satis autem apparet etiam opes eum despicere et agriculturam odisse. Sed et pudor ei curæ non est et verecundiam a facie detersit. Hem quantopere te, o morum patriorum defector, hæc tenebrionum istorum schola pessumdedit! Incuso Solonem et Draconem, qui eos quidem, qui uvas furati essent, morte multare iustum et æquum censuerint, eos autem, qui tanquam captivos abducunt adolescentulos, impunitos reliquerint.

μα'. Δρυάδης Μηλινόῃ.

Ἔπεμψά σοι τῶν Δεκελειᾶσι προβάτων ἀποκείρας τὰ ῥωμαλέα τοὺς πόκους· ὅσα γὰρ ψώρας ὑπόπλεα, ταῦτα τῷ ποιμένι Πυρρίᾳ παρέδωκα χρῆσθαι ἐς ὅ τι ἂν θέλῃ, πρὶν διαφθαρῆναι παντελῶς ὑπὸ τῆς νόσου. (2) ἔχουσα οὖν ἀφθονίαν ἐρίων ἐξύφηνον ἡμῖν ἐσθήματα πρόσφορα ταῖς ὥραις, ὡς εἶναι τὰ μὲν τῷ θέρει προσαρμόζοντα λεπτοϋφῆ· τὰ δὲ χειμέρια ἐχέτω περιττῶς τῆς κρόκης καὶ πεπαχύνθω πλέον, ἵνα τὰ μὲν τῇ μανότητι σκιάζῃ μόνον καὶ μὴ καταθάλπῃ τὰ σώματα, τὰ δὲ τῇ βαρύτητι ἀπείργῃ τὸν κρυμὸν καὶ ἀλεξάνεμα τυγχάνῃ. (3) καὶ ἡ παρθένος δέ, ἣν ἔχομεν ἐν ὥρᾳ γάμου, συλλαμβανέτω τῆς ἱστουργίας ταῖς θεραπαινίσιν, ἵνα εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα μὴ καταισχύνῃ τοὺς πατέρας ἡμᾶς. καὶ ἄλλως δὲ εἰδέναι σε χρή, ὡς αἱ ταλασίαν ἀγαπῶσαι καὶ τὴν Ἐργάνην θεραπεύουσαι κόσμῳ βίου καὶ σωφροσύνῃ σχολάζουσιν.

XLI. Dryades Melinoe.

Misi tibi Deceliæ ovium tonsarum earumque sanarum vellera: quæ enim scabie plenæ, eas pastori Pyrrhiæ tradidi, ut pro arbitrio iis uteretur, antequam prorsus morbo perirent. (2) Cum igitur habeas lanæ copiam, texe nobis vestes aptas anni tempestatibus, ut, quæ æstati conveniant, tenues sint; hibernæ autem habeant abunde subteminis, ac densentur magis, ita ut illæ quidem tenuitate sua inumbrent tantum et non calefaciant corpora, hæ autem gravitate defendant frigus ventisque sint imperviæ. (3) Et virgo quidem, quam habemus nubilem, adiuvet in texendo ancillas; ne, ubi ad virum deducta fuerit, dedecore afficiat nos parentes. Alioqui scire te oportet, eas, quæ lanificium amant et Minervam colunt, modestiæ et verecundiæ operam navare.

μβ'. Ῥαγοστράγγισος Στεμφυλοδαίμονι.

Ἄρδην ἀπόλωλά σοι· ὁ γὰρ χθὲς εὐπάρυφος, πιναροῖς ὡς ὁρᾷς καὶ τρυχίνοις ῥακίοις τὴν αἰδῶ περισκέπω. Ἀπέδυσε γάρ με Παταικίων ὁ παμπόνηρος, ὃς τὰ κέρματά με (εἶχον δὲ ὡς οἶσθα ὑπόσυχνον ἀργύριον) δεξιαῖς χρώμενος ταῖς ἀλινδήσεσι τῶν κύβων ἄχρι δραχμῶν καὶ ὀβολῶν ἀπεσύλησεν. (2) ἐξὸν δέ μοι παριδεῖν ὅσον ἐζημιώθην, εἶτ' ἀθῴῳ γενέσθαι τοῦ πλείονος, ἐκ τῆς κατ' ὀργὴν ἔριδος τὴν εἰς τοὔσχατον ὑπέμεινα βλάβην· καθ' ἓν γὰρ ἕκαστον τῶν ἱματίων ἐκ προκλήσεως ἀποτιθεὶς τέλος ἁπάντων ἐψιλώθην τῶν ἐνδυμάτων. ποῖ δὴ οὖν βαδιστέον; χαλεπῶς γὰρ καὶ λάβρως ἐπαιγίζων ὁ βορρᾶς δίεισί μου τῶν πλευρῶν ὥσπερ βέλος. (3) ἐς Κυνόσαργες ἴσως οἰχητέον. ἢ γάρ τις τῶν ἐκεῖ νεανίσκων κατοικτείρας ἀμφιάσει με ἱματίοις, ἢ καταλήψομαι ἐγγύθεν τὰς καμίνους

XLII. Rhagostrangisus Stemphylodæmoni.

Funditus tibi perii. Nam ille ego, qui heri splendide vestitus eram, sordidis, ut vides, et ciliciis pannis tego pudenda. Spoliavit enim me Patæcio ille sceleratissimus, qui nummos meos (habebam enim, ut scis, satis multum argenti), dextris usus iactibus tesserarum, usque ad drachmas et obolos eripuit. (2) Cum vero possem negligere quidquid damni acceperam et a maiore immunis esse, per contentionem ab iracundia excitatam, extremam iacturam feci. Omnibus enim ad unam vestibus ex provocatione in medium positis, postremo omnibus nudatus sum indumentis. Quo igitur eundum? graviter enim et vehementer ingruens boreas transit per mea latera teli instar. (3) In Cynosarges forte concedendum. Aut enim aliquis adolescentium ibi morantium miseratus induet me vesti-

καὶ τῷ πυρὶ ὁ δύστηνος θάλψομαι· τοῖς γὰρ γυμνοῖς σισύρα καὶ ἐφεστρὶς ἡ φλὸξ καὶ τὸ ἐκ τῆς εἵλης θέρεσθαι.

bus, aut hinc e vicino occupabo caminos et igne me miserum calefaciam. Nudis enim flamma et apricatio est rheno et sagum.

μγ'. Ψιχοκλαύστης Βουκίωνι.

Τῇ προτεραίᾳ ξυράμενοι τὰς κεφαλὰς ἐγὼ καὶ Στρουθίας καὶ Κύναιθος, λουσάμενοι ἐν Σηραγγείῳ, ἀμφὶ τὴν πέμπτην ὥραν δρόμον ἀφέντες εἰς τὸ προάστειον τὸ Ἀγκυλῆσι τὸ Χαρικλέους τοῦ μειρακίσκου ᾠχόμεθα, (2) ἔνθα αὐτός τε ἄσμενος ὑπεδέξατο φιλόγελώς τε ὢν καὶ φιλαναλώτης, ἡμεῖς τε διατριβὴν αὐτῷ καὶ τοῖς συμπόταις παρέσχομεν, παρὰ μέρος ἀλλήλους ἐπιρραπίζοντες καὶ ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες αὐτοῖς σκωμμάτων ἀλυκῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν αἱμυλίας γέμοντα. (3) ἐν τούτῳ δὴ ἱλαρότητος καὶ εὐφροσύνης διακειμένου τοῦ συμποσίου, ἐπέστη ποθὲν Σμικρίνης ὁ δύστροπος καὶ δύσκολος· εἵπετο δ' αὐτῷ πλῆθος οἰκετῶν, οἳ δραμόντες ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησαν. (4) αὐτὸς δὲ ὁ Σμικρίνης πρῶτον μὲν τῇ καμπύλῃ παίει τὸ νῶτον τοῦ Χαρικλέους, ἔπειτα ἐπὶ κόρρης πατάξας ἦγεν ὡς ἔσχατον ἀνδραπόδων. ἡμεῖς δὲ νεύματι μόνῳ τοῦ πρεσβύτου εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας ἐστρεβλούμεθα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ξήνας ἡμᾶς ὑστριχίδι οὐκ ὀλίγας οὐδ' εὐαριθμήτους, τέλος ἀγαγὼν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπέθετο ὁ ἄγριος γέρων. (5) καὶ εἰ μὴ συνήθης ὢν καὶ πολλὰ καθηδυπαθήσας μεθ' ἡμῶν ὁ χαρίεις Εὔδημος, εὐθύδικος ἀνὴρ ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ συνεδρίου τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἀνέῳξεν ἡμῖν τὸ δεσμωτήριον, τάχ' ἂν καὶ τῷ δημίῳ παρεδόθημεν. οὕτως ὁ δριμὺς γέρων καὶ πικρὸς ἐνεπίμπρατο καθ' ἡμῶν, καὶ πάντα ἔπραττεν ὡς ἂν τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἴσα τοῖς ἀνδροφόνοις καὶ ἱεροσύλοις ἀπαχθείημεν.

XLIII. Psichoclaustes Bucioni.

Pridie tonsi capita ego et Struthias et Cynæthus parasiti, loti in eo quod Serangii est balneo, circa quintam horam citato cursu in suburbanum Ancylense, quod Chariclis adolescentis est, nos contulimus. (2) Ibi ipse libenter nos excepit, utpote ridere amans et sumptus facere: nos autem iocos ipsi atque convivis exhibuimus, invicem nobis alapas infligentes et anapæstos sonoros accinentes, salsis dicteriis et meræ venustatis Atticæ facetiis scatentes. (3) Cum sic in hilaritate et lætitia esset convivium, supervenit alicunde Smicrines ille morosus et asper; sequebatur autem eum agmen servorum, qui cursu in nos invehebantur. (4) Ipse autem Smicrines primum baculo dolat tergum Chariclis, deinde maxilla percussa ut infimum mancipium abduxit. Nobis autem solo senis nutu post terga manus retro vinctæ, deinde cum nos cecidisset flagello suillis setis intertexto, non paucis nec facile numerandis verberibus, postremo abductos in vincula coniecit immanis senex. (5) Atque, si non familiaris noster, quique multa nobiscum per luxuriam consumpsit, lepidus ille Eudemus, vir iustus in primis concilii Areopagitarum, aperuisset nobis carcerem, fortasse adeo carnifici traditi fuissemus. Acerbus ille senex et amarulentus tantopere accensus fuit erga nos et omnia fecit ut recta ad mortem instar homicidarum et sacrilegorum abduceremur.

μδ'. Γνάθων Λειχοπίνακι.

Ἡμῶν ὡς Μεγαρέων ἢ Αἰγιέων οὐδεὶς λόγος, εὐδοκιμεῖ δὲ τὰ νῦν Γρυλλίων μόνος καὶ κατέχει τὸ ἄστυ, καὶ πᾶσα αὐτῷ καθάπερ Κράτητι τῷ Θήβηθεν κυνὶ ἀνέῳγεν οἰκία. ἐμοὶ δοκεῖν, Θετταλίδα τινὰ γραῦν ἢ Ἀκαρνανίδα φαρμακεύτριαν πεπορισμένος καταγοητεύει τοὺς ἀθλίους νεανίσκους. (2) τί γὰρ καὶ στωμύλον ἔχει; τί δὲ ὁμιλητικὸν καὶ ἡδὺ φέρει; ἀλλ' ἴσως εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκεῖνον εἶδον αἱ Χάριτες, ὡς τοὺς μὲν ἀπομύττεσθαι πρὸς αὐτοῦ, ἡμᾶς δὲ ἀγαπᾶν εἰ τὰς ἀπομαγδαλιὰς ὡς κυσί τις παραρρίψειε. (3) τάχα δὲ οὐ γόης, ἀλλὰ τύχῃ κέχρηται δεξιᾷ. οὐδὲν γὰρ ἐν ἀνθρώποις γνώμη, πάντα δὲ τύχη, καὶ ταύτης ὁ τυχὼν ἡδὺς ἔστι καὶ νομίζεται.

XLIV. Gnatho Lichopinaci.

Nostrum ut Megarensium vel Ægiensium nulla ratio habetur. Solus probatur Gryllion ac dominatur urbi, et quævis ei quemadmodum Crateti cynico illi Thebano patet domus. Thessalam aliquam vetulam, opinor. aut Acarnanicam veneficam adeptus fascinat miseros adolescentulos. (2) Nam quid tandem habet arguti? quid elegantiæ ac iucunditatis affert? sed fortasse magis propitiis oculis illum Gratiæ adspexerunt, ut illius quidem nares emunguntur ab eo, nos autem contenti simus si bucceas tersorias tanquam canibus aliquis objiciat. (3) Fortasse tamen non est fascinator, verum fortuna utitur secunda. Nihil enim in humanis rebus consilium facit, omnia fortuna; atque hanc qui est adeptus, iucundus est et habetur.

με'. Τραπεζολείκτης Ψιχοδιαλέκτῃ.

Ἤλγησα, ὦ καλὲ Ψιχίων, ἀκούσας τὴν συμβᾶσάν σοι περὶ τὸ πρόσωπον συμφοράν. εἰ δὲ καὶ τοῦτον ἐγένετο τὸν τρόπον ὃν διηγήσατο ἡμῖν ἐπανελθοῦσα ἐκ τοῦ

XLV. Trapezolictes Psichodialectæ.

Dolui, mi bone Psichion, audita calamitate quæ faciei tuæ accidit. Si vero ita accidit quemadmodum nobis narravit rediens a convivio Derinoe (illam dico ancillulam

συμποσίου Δηρινόη (λέγω δὲ τὴν παιδίσκην Φυλλίδος τῆς ψαλτρίας), πόλεμον ὑπέστης καὶ πόρθησιν καινὴν ἄνευ μηχανῆς καὶ ἑλεπόλεως. (2) ἀκούω γὰρ τὸν καταπύγονα καὶ θηλυδρίαν περικατᾶξαί σοι τὴν φιάλην, ὡς τὰ θραύματα λωβήσασθαί σου τήν τε ῥῖνα καὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα, καὶ τοῦ αἵματος ἐνεχθῆναι κρουνούς, οἵους ὕδατος αἱ ἐν Γερανείᾳ πέτραι σταλάττουσι. (3) τίς ἔτι ἀνέξεται τῶν κακοδαιμόνων τουτωνί, τοσούτου τὸ γαστρίζεσθαι πωλούντων; ὠνούμεθα γὰρ κινδύνου τὸ ζῆν, καὶ τὸν ἐκ λιμοῦ θάνατον δεδιότες τὴν μετὰ κινδύνου πλησμονὴν ἀσπαζόμεθα.

Phyllidis psaltriæ), bellum perpessus es et excidium singulare sine machina et helepoli. (2) Audio enim cinædum illum et effeminatum impactam in te fregisse pateram, ita ut fragmenta labefecerint tibi nasum et dexteram maxillam sanguinisque ruisse rivulos, quales aquarum in Gerania destillant. (3) Quis amplius ferat perditissimos istos tanti pastum vendentes? periculo enim vitam emimus, atque ex fame mortem timentes cum periculo saturitatem amplectimur.

μς΄. Στεμφυλοχάρων Τραπεζοχάροντι.

Ὡς εὐτυχῶν, ὡς μακαρίως πέπραγα. ἐρήσῃ με ἴσως τίνα τρόπον, ὦ βέλτιστε Τραπεζοχάρων. ἐγὼ δῆτά σοι φράσω καὶ πρὶν ἐρέσθαι. ἦγε μὲν ἡ πόλις, ὡς οἶσθα, τὴν κουρεῶτιν ἑορτήν· ἐγὼ δὲ παραληφθεὶς ἐπὶ δεῖπνον ὠρχούμην τὸν κόρδακα. (2) οἱ δαιτυμόνες δὲ ἐκ φιλονεικίας ἔπινον, ἕως τῆς ἁμίλλης εἰς ἄπειρον προχωρούσης κῶμα κατέσχε τὸ συμπόσιον καὶ πάντας ὕπνος ὑπειλήφει νυστακτὴς ἄχρι καὶ αὐτῶν τῶν οἰκετῶν· (3) ἐγὼ δὲ περιέβλεπον μὲν εἴ τι τῶν ἀργυρῶν σκευῶν ὑφελέσθαι δυναίμην· ὡς δὲ ταῦτα ἔτι νηφόντων ἐξ ὀφθαλμῶν ἐγεγόνει καὶ ἦν ἐν ἀσφαλεῖ, τὸ χειρόμακτρον ὑπὸ μάλης λαβὼν ἐξηλλόμην. (4) ὅρα δὲ ὡς ἔστι πολυτελέστερον ὀθόνης Αἰγυπτίας καὶ ἁλουργοῦ πορφύρας τῆς Ἑρμιονίδος, λεπτὸν εἰς ὑπερβολὴν καὶ πολύτιμον ὕφασμα. εἰ τοῦτο ἀδεῶς ἀπεμπολήσαιμι, γαστριῶ σε ἀγαγὼν ἐπὶ τὸν πανδοχέα Πιθακνίωνα. πολλὰς γὰρ ὁμοῦ πολλάκις παροινίας ἀνέτλημεν, καὶ χρή σε τὸν κοινωνὸν τῶν δυστυχημάτων μερίτην γενέσθαι καὶ τῆς εὐτυχούσης ἡμέρας.

XLVI. Stemphylocharon Trapezocharoni.

Quam felix, quam fortunatus sum! quæres fortasse, optime Trapezocharon, quomodo? ego vero tibi dicam priusquam interrogas. Celebrabat urbs, ut nosti, Cureotin festum. Ego autem adhibitus cœnæ saltavi cordacem. (2) Convivæ autem certatim bibebant, donec contentione in infinitum procedente ebrietas occupavit convivas, somnusque suscepit omnes etiam servos nutantes capitibus. (3) Ego vero circumspexi si qua argentea vasa subducere possem. Quibus, dum sobrii adhuc erant, e conspectu remotis et in tuto positis, mappa sub alam arrepta exsilui [ita ut in fuga calceorum alterum amiserim]. (4) Vide autem, quam sit pretiosa, ex linteo Ægyptio confecta et tincta purpura Hermionitica, subtilissima atque pretiosa textura. Si hanc secure vendidero, saginabo te deductum ad cauponem Pithacionem. Multas enim simul sæpe contumelias ebriorum perpessi sumus et oportet te socium adversæ fortunæ participem fieri fausti diei.

μζ΄. Ὡρολόγιος Λαχανοθαυμάσῳ.

Ἑρμῆ κερδῷε καὶ ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, ἀπεσώθην. οὐδὲν ἂν δεινὸν ἔτι γένοιτο. προχόην ὑφελόμενος ἀργυρᾶν Φανίου τοῦ πλουσίου δρόμῳ δοὺς φέρεσθαι (ἦν γὰρ ἀωρὶ τῆς νυκτός) ἠπειγόμην σώζειν ἐμαυτόν. (2) κύνες δὲ ἐξαίφνης οἰκουροὶ περιχυθέντες ἄλλος ἀλλαχόθεν χαλεποὶ καὶ βαρεῖς τὴν ὑλακὴν ἐπήεσαν Μολοττοὶ καὶ Κνώσιοι, ὑφ' ὧν οὐδὲν ἐκώλυσέ με ὡς ἠδικηκότα τὴν Ἄρτεμιν διασπᾶσθαι μέσον, ὡς μηδὲ τὰ ἀκρωτήρια εἰς τὴν ὑστεραίαν περιλειφθῆναι πρὸς ταφὴν τοῖς ἑτοίμοις εἰς ἔλεον καὶ συμπάθειαν. (3) εὑρὼν οὖν ὑδρορρόον ἀνεωγότα οὐκ εἰς βάθος ἀλλ' ἐπιπολῆς, ὑποδὺς εἰς τοῦτον κατεκρύβην. ἔτι σοι ταῦτα τρέμων καὶ παλλόμενος λέγω. ἑωσφόρου δὲ ἀνασχόντος τῶν μὲν οὐκ ᾐσθόμην οὐκέθ' ὑλακτούντων (οἴκοι γὰρ πάντως ἐδέδεντο), (4) αὐτὸς δὲ εἰς Πειραιᾶ δραμὼν νηὶ Σικελικῇ λύειν μελλούσῃ τὰ πρυμνήσια περιτυχὼν ἀπεδόμην τῷ ναυκλήρῳ τὴν προχόην. (5) καὶ νυνὶ τὸ τίμημα ἔχων νένασμαι τοῖς κέρμασι καὶ νεόπλουτος

XLVII. Horologius Lachanothaumaso.

Mercuri lucrifer et malorum averrunce Hercules! salvus evasi. Nihil periculi erit amplius. Gutturnium ut surripueram argenteum Phaniæ illius divitis, in pedes me coniciens, servare me (erat enim intempesta nox) properavi. (2) Canes autem domestici derepente circumfusi alius aliunde, sæve et graviter latrantes me adorti sunt, Molossi et Cnossii, quos nihil prohibebat, quominus me, quasi offendissem Dianam, discerperent medium, ita ut ne extremæ quidem partes in sequentem diem relictæ fuissent ad sepulturam, si qui parati essent ad misericordiam et miserationem. (3) Quum igitur reperissem fossam non alte ductam, sed in superficie, in hanc immersus me occultavi. Etiam nunc tremens ac palpitans hæc tibi narro. Lucifero autem exorto, illos quidem non amplius latrantes animadverti (domi enim utique alligati erant); (4) ipse autem in Piræeum cucurri; cumque in navem Siculam incidissem, quæ iamiam retinacula solutura erat, vendidi nauclero gutturnium. (5) Et nunc quidem accepto pretio refertus sum nummis recensque

ἐπανελήλυθα, καὶ τοσοῦτον ῥιπίζομαι ταῖς ἐλπίσιν ὥστ' ἐπιθυμεῖν κόλακας τρέφειν καὶ κεχρῆσθαι παρασίτοις, οὐ παρασιτεῖν αὐτός. ἀλλ' ἣν τουτὶ τὸ ποριοθὲν ἀργύριον καταναλώσω, πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ἐπιτήδευσιν τρέψομαι. οὐδὲ γὰρ κύων σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα τῆς τέχνης ἐπιλήθεται.

ditatus redii et tantopere spe elatus sum, ut cupiam adulatores alere et adhibere parasitos, non parasitari amplius. Sed cum hanc acquisitam pecuniam absumpsero, rursus ad pristinum vitæ institutum me convertam. Neque enim canis, qui corium rodere didicit, moris obliviscetur.

μη'. Κεφαλογλύπτης Ματτυαφανίσῳ.

Κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο καὶ ἄφωνος εἴη Λικύμνιος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. ὡς γὰρ ἐνίκα τοὺς ἀντιτέχνους Κριτίαν τὸν Κλεωναῖον καὶ Ἵππασον τὸν Ἀμβρακιώτην τοὺς Αἰσχύλου Προπομποὺς τορῷ τινὶ καὶ γεγωνοτέρῳ φωνήματι χρησάμενος, γαῦρος ἦν καὶ κιττοστεφὴς ἦγε συμπόσιον. (2) ἔνθα παραληφθεὶς φεῦ τῶν κακῶν οἷα ὑπέμεινα, τοῦτο μὲν πιττούμενος τὴν κεφαλὴν καὶ γάρῳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ῥαινόμενος, τοῦτο δὲ ἀντὶ πλακοῦντος, τῶν ἄλλων ἄμητας ἐσθιόντων καὶ σησαμοῦντας, αὐτὸς μέλιτι δεδευμένους λίθους ἀποτρώγων. (3) ἡ πασῶν δὲ ἰταμωτάτη, τὸ ἐκ Κεραμεικοῦ πορνίδιον, ἡ μέτοικος, ἡ Φενεᾶτις Ὑακινθίς, κύστιν αἵματος πληρώσασα καταφέρει μου τῆς κεφαλῆς, καὶ ὁμοῦ τῷ κτύπῳ ἐλελούμην τῷ αἵματι. (4) καὶ τῶν μὲν εὐωχουμένων πολὺς καὶ καπυρὸς ἐξεχύθη γέλως, ἐγὼ δὲ ὧν ἔπαθον μισθὸν οὐκ ἀπηνεγκάμην ἄξιον, ἀλλά μοι γέγονε τῶν ὕβρεων ἀμοιβὴ τὸ μέτρον τῆς γαστρός, πέρα δὲ οὐδέν. (5) μήτε οὖν ἐς νέωτα εἴη μήτε μὴν νικῴη ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Λικύμνιος, ὃν ἐγὼ τῆς ἀχαρίτου φωνῆς ἕνεκεν ὀρθοκόρυζον καλεῖσθαι πρὸς ἡμῶν καὶ τοῦ χοροῦ τῶν Διονυσοκολάκων ἔκρινα.

XLVIII. Cephaloglyptes Mattyaphaniso.

Malus male pereat et mutus sit Licymnius ille tragicus histrio. Cum enim vicisset æmulos Critiam Cleonæum et Hippasum Ambraciotam in Propompis Æschyli, sonora et clariore voce usus, exsultavit et hedera redimitus agitavit convivium. (2) Cui ego adhibitus, hem quæ mala perpessus sum! partim pice mihi caput oblitum et muria oculi conspersi, partim loco placentæ, cæteris scriblitas lacte factas comedentibus et dulciaria cum sesamo, ego melle imbutos lapides rosi. (3) Omnium autem petulantissima illa ex Ceramico meretricula, huius loci inquilina, illa Pheneatica Hyacinthis, vesicam sanguine repletam capiti illisit meo et simul cum sonitu lotus fui sanguine (4) Atque illis quidem epulantibus uberrimus et effusus excitatus est risus, ego autem pro iis quæ passus sum mercedem non abstuli dignam : sed mihi fuit contumeliarum compensatio ventris mensura, præterea nihil. (5) Ne igitur novum annum videat neque vivat diis inimicus ille Licymnius, quem ego propter insuavem vocem orthocoryzum vocari a nobis et a grege theatrali decrevi.

μθ'. Καπνοσφράντης Ἀριστομάχῳ.

Ὦ δαῖμον ὅς με κεκλήρωσαι καὶ εἴληχας, ὡς πονηρὸς εἶ καὶ λυπεῖς ἀεὶ τῇ πενίᾳ συνδῶν. ἢν γὰρ ἀπορία τοῦ καλοῦντος γένηται, ἀνάγκη με σκάνδικας ἐσθίειν καὶ γήθυα ἢ ὄα ἀναλέγειν καὶ τῆς Ἐννεακρούνου πίνοντα πίμπλασθαι τὴν γαστέρα. (2) εἶτα ἕως μὲν τὸ σῶμα τὰς ὕβρεις ὑπέμενε καὶ ἦν ἐν ὥρᾳ τοῦ πάσχειν νεότητι καὶ ἀκμῇ νευρούμενον, φορητὴ ἡ ὕβρις· ἐπεὶ δὲ ἐγώ σοι μεσαιπόλιος, καὶ τὸ λειπόμενον τοῦ βίου πρὸς γῆρας ὁρᾷ, τίς ἴασις τῶν κακῶν; Ἁλιαρτίου σχοινίου χρεία, καὶ κρεμήσομαι πρὸ τοῦ διπύλου, ἢν μή τι δεξιὸν ἡ τύχη βουλεύσηται. (3) εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείνειεν, οὐ πρότερον στραγγαλιῶ τὸν τράχηλον, πρὶν τραπέζης ἀπολαῦσαι πολυτελοῦς· (4) οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ὁ περίβλεπτος οὗτος καὶ ἀοίδιμος ἔσται γάμος Χαριτοῦς καὶ Λεωκράτους, μετὰ τὴν ἕνην καὶ νέαν τοῦ Πυανεψιῶνος, εἰς ὃν πάντως ἢ παρὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἢ τοῖς ἐπαυλίοις κεκλήσομαι. δεῖ γὰρ θυμηδίας καὶ παρασίτων τοῖς γάμοις, καὶ ἄνευ ἡμῶν ἀνέορτα πάντα καὶ συῶν οὐκ ἀνθρώπων πανήγυρις.

XLIX. Capnosphrantes Aristomacho.

O dæmon, qui me sortitus es et sorte adeptus, quam malignus es et mihi molestus, cum sempiterna paupertate me teneas. Si enim nemo sit qui me accersat, oportet me olus silvestre et gethya comedere aut sorbos colligere, atque ex Enneacruno bibentem ventrem explere. (2) Deinde, quamdiu iniurias hoc corpus ferre poterat et ætate idonea erat ad perferendum iuventa et vigore nervosum, tolerabilis sane erat contumelia. Sed postquam ego jam semicanus quodque reliquum est vitæ ad senectutem spectat, quid remedii malorum? Haliartio fune opus, et me suspendam ante Dipylum, nisi bene mihi Fortuna consulat. (3) Quod si etiam in eodem statu manserit, non strangulabo collum, priusquam opiparam mensam adeptus fuero. (4) Brevi autem erunt istæ illustres et celebres nuptiæ Charitus et Leocratis, post novilunium Pyanepsionis mensis : ad quas haud dubie aut primo die aut ad repotia vocabor. Opus habent enim oblectamentis animi et parasitis nuptiæ et sine nobis omnia festivitatis expertia et porcorum non hominum cœtus.

ν'. Βουκοπνίκτης Ἀρτοπύκτῃ.

Οὐκ ἀνέχομαι ὁρῶν Ζευξίππην τὴν ἱππόπορνον ἀπηνῶς τῷ μειρακίῳ χρωμένην. οὐ γὰρ δαπανᾶται εἰς αὐτὴν χρυσίον μόνον καὶ ἀργύριον, ἀλλ' ἤδη καὶ συνοικίας καὶ ἀγρούς. ἡ δὲ ἐπὶ πλέον ἐκτύφεσθαι τὸν ἔρωτα τούτῳ μηχανωμένη τοῦ Εὐβοέως ἐρᾶν προσποιεῖται νεανίσκου, ἵνα τὰ τούτου σπαθήσασα ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα. (2) ἐγὼ δὲ ὀδυνῶμαι τὴν καρδίαν ὁρῶν ὑπορρέοντα τοσοῦτον πλοῦτον, ὃν οἱ μακαρῖται αὐτῷ Λυσίας καὶ Φανοστράτη κατέλιπον. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι κατ' ὀβολὸν συνήγαγον, ἀθρόως ἀναλοῖ τὸ πολύκοινον τοῦτο καὶ αἰσχρότατον γύναιον. πάσχω μὲν οὖν τι καὶ ἐπὶ τῷ μειρακίῳ· κύριος γὰρ γενόμενος τῆς οὐσίας πολλὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἐνεδείξατο· (3) ὁρῶ δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα σκάζοντα· εἰ γὰρ εἰς ταύτην ἅπαντα τεθείη τὰ προσόντα τούτῳ τῷ βελτίστῳ, καλῶς, ὦ θεοί, καλῶς ἀπολαύσομεν τῆς πλησμονῆς. ἔστι γὰρ ὡς οἶσθα ἁπλοϊκὸς ὁ Φίληβος καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους ἐπιεικὴς καὶ μέτριος τὸν τρόπον, ᾠδαῖς μᾶλλον καὶ γέλωτι ἢ ταῖς εἰς ἡμᾶς ὕβρεσι θελγόμενος.

L. Bucopnictes Artopyctæ.

Non sustineo videre Zeuxippen, illud immane scortum, tam inclementer illum adolescentem tractantem. Non enim impenditur in eam aurum modo et argentum, sed etiam integræ ædes atque agri. Illa autem adhuc magis incendere amorem ei studens, Eubœensem se amare simulat illum iuvenem, ut huius etiam bonis consumptis alio convertat amorem. (2) Ego vero crucior animo, cum video effluere tantas opes, quas ei Lysias et Phanostrata beatæ memoriæ reliquerunt. Quæ enim illi unciatim collegerunt, simul omnia absumit vulgatissima illa et fœdissima muliercula. Doleo igitur nonnihil adolescentem; sui enim juris factus, magnam erga nos humanitatem ostendit. (3) Video autem etiam nostras res claudicare. Si enim in hanc omnia transferantur quæ optimi illius sunt, egregie, o dii, egregie fruemur sagina. Est enim, ut nosti, simplex Philebus, et erga nos parasitos æquus ac moderatus cantilenis potius et ioco, quam contumeliis nostris delectari solitus.

να'. Λαιμοκύκλωψ Κρεολώβῃ.

Ἰδοὺ μετὰ τὸν Εὐρώταν καὶ τὸ Λερναῖον ὕδωρ καὶ τὰ Πειρήνης νάματα ἔρωτι Καλλιρρόης ἐκ Κορίνθου πάλιν Ἀθήναζε κατεπείγομαι. οὐ γάρ μέ τι τῶν τρυφημάτων τῶν ἐν τούτοις ἤρεσεν, ἀλλ' ἕτοιμος ἐντεῦθεν ἀποσοβεῖν καὶ σπεύδειν ὡς ὑμᾶς. (2) ἀχάριτοι γὰρ ὤφθησαν οὗτοι καὶ ἥκιστα συμποτικοί, καὶ πλείους παρ' αὐτοῖς αἱ παροινίαι τῶν ἀπολαύσεων. ὥστ' ἄμεινον ἐμοὶ ὀλύνθους ἢ παλάθας μασᾶσθαι τῶν Ἀττικῶν ἢ τοῦ παρὰ τούτοις χρυσίου ἀποδρέπεσθαι. (3) οἷα γὰρ καινουργεῖν ἐπιχειροῦσιν ἀναγκάζοντες ἀσκωλιάζοντας πίνειν, διάπυρόν τε τὸν οἶνον καὶ θερμὸν ἄνευ τοῦ πρὸς ὕδωρ κράματος καταχέοντες, εἶτα κῶλά τε καὶ ἀστραγάλους καθάπερ τοῖς κυσὶ παραρριπτοῦντες καὶ νάρθηκας περιρρηγνύντες καὶ σκύτεσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἱμᾶσιν ἀντὶ παιδιᾶς πλήττοντες. (4) ἐμοὶ γένοιτο, πρόμαχε Ἀθηνᾶ καὶ πολιοῦχε, Ἀθήνησι καὶ ζῆσαι καὶ τὸν βίον ἀπολιπεῖν. ἄμεινον γὰρ πρὸ τῆς Διομηίδος πύλης ἢ πρὸ τῶν Ἱππάδων ἐκτάδην κεῖσθαι νεκρὸν τύμβου περιχυθέντος ἢ τῆς Πελοποννησίων εὐδαιμονίας ἀντέχεσθαι.

LI. Læmocyclops Creolobæ.

Ecce post Eurotam et Lernæam aquam et Pirenes fluenta amans Callirrhoen, Corintho rursus Athenas pergo. Nihil enim mihi ex horum locorum deliciis placuit, sed paratus sum hinc facessere et ad vos properare. (2) Ingrati enim visi sunt isti et minime idonei convivatores, et plus contumeliarum in vino apud ipsos quam voluptatis. Quare satius est grossos et caricas manducare Atticas, quam istorum aurum decerpere. Quam multa enim nova excogitant, cogentes uno pede saltantem bibere, ardensque et calidum vinum sine admixtione aquæ affundentes, deinde pedes et talos quasi canibus proicientes et ferulas frangentes et scuticis aliisque loris per iocum cædentes! (3) Mihi contingat, propugnatrix Minerva urbisque custos, Athenis et vivere et mori. Præstat enim ante Diomeidem portam aut ante Hippadas porrectim jacere mortuum, tumulo circumfuso, quam Peloponnesi felicitatem capessere.

νβ'. Κωπαδίων Εὐκνίσῳ.

Οὔ μοι μέλει. ποιούντων ὅσα καὶ βούλονται οἱ ῥιψοκίνδυνοι Γενθίων καὶ Σαρδανάπαλλος· ἐμὲ γὰρ κοινωνῆσαι τῆς ἀτόπου πράξεως ἀδύνατον, οὐδ' εἰ μάντευμά μοι ἐκ τῆς Δωδωναίας δρυὸς ἐπιτρέποι τὸ δρᾶμα. πάντως οὖν ἀφεκτέον. (2) ὑποπειρῶσι γὰρ τὴν παλλακὴν τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότου, καὶ ἤδη αὐ-

LII. Kopadion Eucniso.

Nihil curo. Faciant quicquid volent temerarii Genthion et Sardanapalus. Ego enim socius esse facinorosi incepti non possum, etiam si ex Dodonæa quercu oraculum illud facinus ut probum mihi suaderet. Utique ergo abstinendum. (2) Tentant enim pellicem patris familias corrumpere, atque iam eis res ad summum pro-

τοῖς ἡ πρᾶξις εἰς ἀκμὴν προκεχώρηκε. καὶ οὐκ ἀρκοῦνται τῇ τῶν ἀφροδισίων ἀθέσμῳ πλησμονῇ, ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας σκεύη καθ' ἓν ἐκλαμβάνουσι. (3) καὶ ἴσως μὲν ἄχρι τινὸς λήσεται τοὔργον πραττόμενον, πάντως δέ ποτε ἢ λάλος γείτων ἢ ψίθυρος οἰκέτης ἀγορεύσει τὸ πρᾶγμα εἰς τοὐμφανές, καὶ ἀνάγκη μετὰ πῦρ καὶ σίδηρον καὶ τὰς ἄλλας βασάνους τέλος αὐτοῖς γενέσθαι τῆς ἡδονῆς τὸ κώνειον ἢ τὸ βάραθρον. ἀφειδῶς γὰρ χρώμενοι τῷ τολμήματι ἰσόρροπον τῇ πράξει τὴν τιμωρίαν ἐκτίσουσιν.

cessit, nec contenti sunt Veneris illicito usu satiari, sed insuper ex domo supellectilem singulatim asportant. (3) Ac fortasse quidem aliquandiu celabitur factum; utique autem tandem aut loquax vicinus aut susurrator servus palam rem enunciabit : et necesse erit, ut post ignem et ferrum et multa tormenta cicuta aut barathrum iis obtingat. Hoc enim facinus sine verecundia prosequentes æqualem facinori pœnam expendent.

νγ'. Ἀκρατολύμας Χωνοκράτει.

Χθὲς Καρίωνος περὶ τὸ φρέαρ ἀσχολουμένου εἰσέφρησα εἰς τοὐπτάνιον. ἔπειτα εὑρὼν λοπάδα εὖ μάλα κεκαρυκευμένην καὶ ἀλεκτρυόνα ὀπτὸν χύτραν τε μεμβράδας ἔχουσαν καὶ ἀφύας Μεγαρικὰς ἐξήρπασα, καὶ ἀποπηδήσας ποῖ καταχθείην ἐζήτουν καὶ εὐκαίρως φάγοιμι μόνος. (2) ἀπορίᾳ δὲ τόπου δραμὼν ἐπὶ τὴν ποικίλην (καὶ γὰρ οὐχ ἠνώχλει ταύτην οὐδὲ εἷς τῶν ἀδολεσχῶν τουτωνὶ φιλοσόφων) κεῖθι τῶν πόνων ἀπέλαυον. ἀνανεύσας δὲ τῆς λοπάδος ὁρῶ προσιόντας τῶν ἀπὸ τῆς τηλίας τινὰς νεανίσκων, καὶ δείσας τὰ μὲν βρώματα ὄπισθεν ἀπεθέμην, (3) αὐτὸς δὲ εἰς τοὔδαφος ἐκείμην κρύπτων τὰ κλέμματα εὐχόμενός τε τοῖς ἀποτροπαίοις τὸ νέφος παρελθεῖν χόνδρους ὑποσχόμενος λιβανωτοῦ ἱκανούς, οὓς οἴκοι ἀναλεξάμενος τῶν ἱερῶν ἔχω εὖ μάλα εὐρωτιῶντας. καὶ οὐκ ἠστόχησα· οἱ θεοὶ γὰρ αὐτοὺς ἄλλην ὁδὸν ἔτρεψαν. (4) κἀγὼ σπουδῇ καταβροχθίσας πάνθ' ὅσα ἐνέκειτο τοῖς σκεύεσι, φίλῳ πανδοκεῖ τὴν χύτραν καὶ τὸ λοπάδιον, τὰ λείψανα τῶν κλεμμάτων, χάρισμα δοὺς ἔχειν ἀπεχώρησα, ἐπιεικής τις καὶ μέτριος ἐκ τῶν δωρημάτων ἀναφανείς.

LIII. Acratolymas Chonocrati.

Heri Carione circa puteum occupato intuli me in culinam. Deinde cum invenissem patinam condimentis exquisitis refertam et gallum gallinaceum assum ollamque membradas habentem atque apuas Megaricas, surripui, et exsiliens quæsivi quo diverterer et commode solus comederem. (2) Cum autem non suppeteret locus, cucurri in Pœcilen (etenim ne unus quidem nugacium istorum philosophorum eam infestavit); ibi laboribus meis fruitus sum. Suspectans autem a patina video accedere quosdam ex adolescentibus tabulam lusoriam frequentantibus ac territus cibos quidem post tergum collocavi, (3) me ipsum autem in terram prostravi, furtum occultans precansque deos averruncantes, ut transiret hæc nubes, promittens eis thuris micas quas domi ex sacrificiis collectas habeo satis cariosas. Nec frustratus fui : dii enim eos in aliam viam verterunt. (4) Atque ego confestim deglutiens omnia quæ inerant in vasis, amico cauponi ollam et patellam et reliquias furti donavi et abii bonus homo et commodus propter dona visus.

νδ'. Χυτρολείκτης Πατελλοχάροντι.

Τί δακρύω, ἴσως ἐρήσῃ με, ἢ πόθεν κατέαγα τὸ κρανίον, ἢ πῶς τὸ ἀνθηρὸν τοῦτο εἰς μέρη κατερρωγὸς ἱμάτιον φορῶ; ἐνίκησα κυβεύων, ὡς μήποτ' ὤφελον. τί γὰρ ἔδει με ἀσθενέστερον ὄντα ῥωμαλέοις συνεξετάζεσθαι νεανίαις; (2) ἐπεὶ γὰρ εἰς ἐμαυτὸν ὅλας τὰς ἐκθέσεις συνελεξάμην, ἀπορία δὲ ἦν αὐτοῖς παντελὴς ἀργυρίου, ἐπ' ἐμὲ πάντες ὥρμησαν. καὶ οἱ μὲν πὺξ ἔπαιον, ἄλλοι δὲ λίθοις ἐχρῶντο, οἱ δὲ διέσχιζον τὸ ἱμάτιον. (3) ἐγὼ δ' ἀπρὶξ τῶν κερμάτων εἰχόμην, ἀποθανεῖν πρότερον ἢ προέσθαι τι ἐκείνοις τῶν ἐμοὶ πεπορισμένων αἱρούμενος. καὶ δὴ μέχρι γέ τινος ἀντέστην γεννικῶς, καὶ τὰς φορὰς τῶν πληγῶν ὑπομένων καὶ τὰς ἐκστροφὰς τῶν δακτύλων ἀνεχόμενος, καὶ ἦν οἷά τις Σπαρτιάτης ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας τυπτόμενος. (4) ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων ἐν ᾗ ταῦτα ὑπέμενον, ἀλλ' Ἀθῆναι καὶ τῶν Ἀθήνησι κυβευτῶν οἱ ἐξωλέστατοι. τέλος δ' οὖν λιποθυμήσας ἀφῆκα τοῖς ἐνα-

LIV. Chytrolictes Patellocharoni.

Quid fleam, fortasse interrogabis me, aut unde caput fractum habeam, aut quomodo variam hanc in partes disruptam vestem geram? vici aleam ludendo. Quod utinam ne factum esset! quid enim necesse erat infirmiorem me cum robustis contendere adolescentibus? (2) Cum enim omnia quæ exposita erant collegissem, illis autem plane nihil relictum esset, in me omnes impetum fecerunt; et alii quidem pugnis cædebant, alii lapidibus utebantur, alii discindebant vestem; (3) ego autem obstinate tenebam pecuniam, cum mori prius quam concedere quidquam eorum quæ mihi parta erant mallem. Et sane aliquandiu obstiti fortiter, tum ictus plagarum tolerans, tum retorsiones digitorum sustinens; et eram quasi aliquis Spartanus qui ad aram Orthiæ verberatur. (4) Sed non Lacedæmon erat, ubi hæc patiebar; verum Athenæ, et eorum qui Athenis sunt aleatorum perditis-

γέσι λαμβάνειν. οἱ δὲ καὶ τὸ προκόλπιον διηρεύνησαν, καὶ τὰ ἐν τούτῳ ἐγκείμενα φέροντες ᾤχοντο, τοῦτ' ἐμοῦ λῷον ἡγησαμένου τὸ ζῆν δίχα χρημάτων ἢ μετὰ χρημάτων τεθνάναι.

νε.' Αὐτόκλητος Ἑτοιμαρίστῳ.

Ὀλίγα ἢ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἰδιωτῶν οἱ σεμνοὶ καὶ τὸ καλὸν καὶ τὴν ἀρετὴν ἐξυμνοῦντες· τούτους λέγω τοὺς ἐργολαβοῦντας τὰ μειράκια. οἷον γὰρ οἷον ἔλαθέ σε συμπόσιον Σκαμωνίδου γενέσια τῆς θυγατρὸς ἑορτάζοντος. (2) καλέσας γὰρ ἔναγχος οὐκ ὀλίγους τῶν προύχειν δοκούντων Ἀθήνησι πλούτῳ καὶ γένει, ᾠήθη δεῖν καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσι κοσμῆσαι τὴν εὐωχίαν. παρῆν οὖν ἐν πρώτοις Εὐθυκλῆς ὁ στωικὸς οὗτος, ὁ πρεσβύτης, ὁ κουριῶν τὸ γένειον, ὁ ῥυπαρός, ὁ τὴν κεφαλὴν αὐχμηρός, ὁ ῥυσότερον τῶν βαλαντίων ἔχων τὸ πρόσωπον. (3) παρῆν δὲ καὶ Θεμισταγόρας ὁ ἐκ τοῦ περιπάτου, ἀνὴρ οὐκ ἄχαρις ὀφθῆναι, οὔλῃ τῇ γένυι λαμπρυνόμενος. ἦν δὲ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ζηνοκράτης, οὐκ ἀτημέλητος τοὺς κικίννους καὶ ἐπὶ βαθεῖ τῷ πώγωνι σεμνυνόμενος, (4) ὅ τε ἀοίδιμος (τοῦτο γὰρ πρὸς ἁπάντων ἐκέκλητο) Ἀρχίβιος ὁ Πυθαγόρειος, ὦχρον ἐπὶ τοῦ προσώπου πολὺν ἐπιβεβλημένος, πλοκάμους ἀπ' ἄκρας τῆς κεφαλῆς ἄχρι στέρνων αὐτῶν ἀπαιωρῶν, ὀξὺ καὶ ἐπίμηκες τὸ γένειον καθεικώς, τὴν ῥῖνα ἐπικαμπής, τὸ στόμα ἐπιχειλής, αὐτῷ τῷ πεπρῖσθαι καὶ λίαν μεμυκέναι τὴν ἐχεμυθίαν ὑποσημαίνων. (5) ἐξαίφνης δὲ καὶ Παγκράτης ὁ κύων ῥύμῃ τοὺς πολλοὺς παρωσάμενος εἰσήρρησε, στελέχει πρινίνῳ ἐπερειδόμενος· ἦν γὰρ ἀντὶ τοῦ πυκνώματος τῶν ὄζων χαλκοῖς τισὶν ἥλοις ἐμπεπαρμένην φέρων βακτηρίαν, καὶ τὴν πήραν δὲ διάκενον καὶ πρὸς τὰ λείψανα εὐζώνως ἠρτημένην. (6) οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος παραπλησίαν τινὰ καὶ τὴν αὐτὴν εἶχον τῆς ἑστιάσεως ἀκολουθίαν, οἱ φιλόσοφοι δέ, προϊόντος τοῦ συμποσίου καὶ τῆς φιλοτησίας συνεχῶς περισοβούσης, ἄλλος ἄλλην τερατείαν ἐπεδείξαντο. (7) Εὐθυκλῆς μὲν γὰρ ὁ στωϊκὸς ὑπὸ γήρως καὶ πλησμονῆς ἐκτάδην κείμενος ἔρρεγχεν· ὁ Πυθαγόρειος δὲ τὴν σιωπὴν λύσας τῶν τι χρυσῶν ἐπῶν κατά τινα μουσικὴν ἁρμονίαν ἐτερέτιζεν. ὁ βέλτιστος δὲ Θεμισταγόρας, ἅτε τὴν εὐδαιμονίαν κατὰ τὸν τοῦ περιπάτου λόγον οὐ ψυχῇ καὶ σώματι μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκτὸς ὁριζόμενος, ἀπῄτει πλείονα πέμματα καὶ ποικιλίαν τῶν ὄψων δαψιλῆ. (8) Ζηνοκράτης δὲ ὁ Ἐπικούρειος τὴν ψάλτριαν ἐνηγκαλίζετο τακερὸν καὶ ὑγρὸν προσβλέπων ὑπομεμυκόσι τοῖς ὄμμασι, λέγων τουτὶ εἶναι τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον καὶ τὴν καταπύκνωσιν τοῦ ἡδομένου. (9) Ὁ κύων δὲ πρῶτα μὲν ἐούρει κατὰ τὴν κυνικὴν ἀδιαφορίαν εἰς σύρμα χαλάσας καὶ καθεὶς τὸ τριβώνιον, ἔπειτα καὶ Δωρίδα τὴν μουσουργὸν οἷος ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων ἐνεργεῖν, φάσκων ἀρχὴν γενέσεως εἶναι τὴν φύσιν. (10) ὥστε

simi. Tandem igitur animi deliquium passus concessi impuris illis sumere. Illi vero vel sinum perscrutati quæ in eo inerant auferentes abierunt. Ego vero melius esse existimavi, vivere sine opibus, quam cum opibus mori.

LXV. Autocletus Hetœmaristo.

Parum aut nihil differunt a plebeiis austeri illi et honestum ac virtutem crepantes; istos dico qui lucri causa iuvenum institutionem suscipiunt. Quale enim, quale te fugit convivium, Scamonide diem natalem filiæ celebrante! (2) Cum enim nuper vocasset ad cœnam non paucos ex iis qui putantur Athenis præcellere opibus et genere, etiam philosophis exornare epulum statuit. Aderat igitur in his Euthycles stoicus, senex iste barba promissa, sordidatus, capite squalido [decrepitus], qui rugosiorem crumena habet vultum. (3) Aderat etiam Themistagoras peripateticus, vir haud invenustus adspectu, crispata barba superbiens. Aderat autem etiam Epicureus Zenocrates, cincinnos non incultos habens et ipse densa barba elatus: (4) etiam celeberrimus ille (ita enim ab omnibus vocabatur) Archibius Pythagoreus, pallore multo in facie præditus, cæsarie a summo capite usque ad pectus ipsum demissa acuta atque longe promissa barba: naso adunco, labiis compressis; eo ipso quia clausa essent et valde contracta, silentium Pythagoricum subindicans. (5) Repente autem etiam Pancrates Cynicus cum impetu plerosque proturbans irruit, stipite iligno innixus. Gestabat enim baculum, loco nodorum densorum æneis quibusdam clavis confixum, et peram inanem atque ad ciborum reliquias expedite suspensam. (6) Et ceteri quidem ab initio ad finem æquabilem quendam et eundem observabant convivii ordinem; philosophi autem, procedente convivio et poculo assidue circumacto, alius alias nugas ostentabat. (7) Euthycles quidem stoicus, præ senio et quia se nimis ingurgitaverat, porrectim jacens stertebat. Pythagoreus autem, silentio soluto ex aureis carminibus ad musicam quandam harmoniam cantillabat. Egregius vero ille Themistagoras, utpote felicitatem secundum peripateticas rationes non in animo et corpore tantum, verum etiam in externis ponens, poscebat plura bellaria et varietatem opsoniorum dapsilem. (8) Zenocrates autem Epicureus psaltriam amplexabatur, molliter et delicate adspiciens paululum conniventibus oculis, dicens hanc esse carnis pacem et condensationem voluptatis. (9) Cynicus autem primum meiebat pro cynica indifferentia, laxato et demisso, ut terram verreret, pallio: deinde tam impudens erat, ut Doridem cantricem in conspectu omnium inire vellet dicens principium generationis esse naturam. (10) Atque

ἡμῶν τῶν παρασίτων οὐδεὶς ἔτι λόγος· τὸ γὰρ θέαμα καὶ τὴν θυμηδίαν παρεῖχεν οὐδεὶς τῶν εἰς τοῦτο κεκλημένων, καίτοι γε καὶ Φοιβιάδης ὁ κιθαρῳδὸς καὶ μῖμοι γελοίων οἱ περὶ Σαννυρίωνα καὶ Φιλιστιάδην οὐκ ἀπελείποντο. ἀλλὰ πάντα φροῦδα καὶ οὐκ ἀξιόχρεα, ηὐδοκίμει δὲ μόνος ὁ τῶν σοφῶν λῆρος.

ita nostrum parasitorum nulla habebatur ratio. Spectaculum enim et delectationem præbuit nemo eorum, quorum id officium est, quanquam et Phœbiades citharœdus et mimi Sannario et Philistiades non deerant. Sed omnia incassum et inania; probabantur autem solæ sophistarum nugæ.

νς'. Θαμβόφαγρος Κυπελλιστῇ.

LVI. Thambophagrus Cypellistæ.

Ἐπαίρεις σαυτὸν οὐδὲν δέον καὶ τύφου πλήρης εἶ καὶ βαδίζεις ἴσα τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου Πυθοκλεῖ, καὶ τῶν ἀρίστων ἀποφέρῃ μερίδας. οὐκοῦν τὰς σπυρίδας καθ' ἡμέραν ἐξογκῶν σὺ μεγέθει λειψάνων (2) (καθάπερ πρώην Ἀρητάδης ὁ γραμματικὸς ἐποίει, Ὁμήρου ὡς ἔφασκεν ἐπιλέγων στιχίδιον εὐμηχάνως αὐτῷ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς τῶν βρωμάτων ἡρμοσμένον «καὶ φαγέμεν πιέμεν τε, ἔπειτα δὲ καί τι φέρεσθαι ») πέπαυσο, κατάβαλε τὴν ἀλαζονείαν, τρισάθλιε, ἢ ἀνάγκη σε γυμνὸν θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ἐκπεσεῖν.

Extollis te, cum nihil sit opus fastuque plenus es, et incedis quod proverbio dicitur, pariter ac Pythocles; et tamen aufers portiones prandiorum. Ergo sportas quotidie implere grandibus reliquiis (2) (quemadmodum nuper Aretapes grammaticus faciebat, Homeri, ut aiebat, ad eam rem recitans versiculum egregie ejus rapacitati congruentem, oportere nimirum *Pota e ac vesci, post hæc auferre simul quid*) desine: missam fac istam insolentiam, miserrime; aut necesse est te nudum foras momento temporis eiectum domo excidere.

νζ'. Οἰνόλαλος Ποτηριοφλυάρῳ.

LVII. Œnolalus Poteriophlyaro.

Οὐκ εἰς δέον οἰνωμένος ἐσκωψάμην τοῦ νεανίσκου τὸν τροφέα Ζώπυρον. ἐξ ἐκείνου γὰρ ἴσως διαβολῇ τυπεὶς τὰ ὦτα κατέστη μικροπρεπέστερος περὶ τὰς δόσεις καὶ φειδωνίῳ μέτρῳ κέχρηται. εἰωθὼς γὰρ ἐν ταῖς ἑορταστικαῖς τῶν ἡμερῶν ἢ χιτώνιον ἢ τριβώνιον ἢ ἐφεστρίδα πέμπειν, ἔναγχος Κρονίων ἐνστάντων Ἰφικρατίδας μοι νεουργεῖς ἔπεμψε τῷ Δρόμωνι δοὺς κομίζειν. (2) ὁ δὲ ἐπὶ τούτῳ ἐβρενθύετο καὶ μισθοὺς τῆς διακονίας ἀπῄτει. ἐγὼ δὲ δάκνομαι καὶ τὴν προπετῆ γλῶτταν διαμασῶμαι καὶ ὀψὲ τῆς ἁμαρτίας αἰσθάνομαι. ὅταν γὰρ τὸ ῥεῦμα τῶν λόγων μὴ καθηγουμένης τῆς διανοίας φέρηται, ἀνάγκη τὴν γλῶτταν τηνικαῦτα προσκρούειν καὶ σφάλλεσθαι. ἔρρωσο.

Non opportune potus cavillatus sum Zopyrum adolescentis educatorem. Huius enim fortasse criminatione verberatas habens aures, ad dandum minus liberalis factus est et parca mensura utitur. Solitus enim antea festis diebus aut tunicam aut pallium aut chlamydem mittere, nuper cum Saturnalia essent, Iphicratides mihi recens factas misit, quas Dromoni dederat ferendos. (2) Iste autem propterea fremebat et mercedem ministerii poscebat. Ego vero mordeor et procacem hanc linguam rodo seroque peccatum sentio. Quando enim flumen verborum non præeunte cogitatione fertur, tum offendere et peccare linguam necesse est. Vale.

νη'. Ἁλοκύμινος Φιλογαρελαδίῳ.

LVIII. Halocuminus Philogarelaadio.

Οὐδὲν προτιμῶ σου, κἂν ἀπειλῇς ψιθυριεῖν κατ' ἐμοῦ καὶ καττύσειν διαβολὰς ἀγενήτους. ἁπλοϊκὸς γὰρ καὶ γενναῖος ὁ Μαλιεὺς στρατιώτης ὁ βόσκων ἡμᾶς. τὰ νῦν δὴ ταῦτα, καὶ τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ ζηλοτυπεῖν τὰς ἑταίρας, ὡς πρώην λόγου ῥυέντος αὐτῷ ἐπὶ τοῦ συμποσίου, πολλὴν κατέχεε βλασφημίαν τῶν τὰ τοιαῦτα ὑποφαινόντων. (2) ἔλεγε γὰρ γαμεταῖς ἐπικλήροις οἰκουρίαν πρέπειν καὶ τὸν σεμνὸν βίον, τὰς ἑταίρας δὲ δεῖν εἶναι πάντων ἀναφανδὸν καὶ πᾶσιν ἐκκεῖσθαι τοῖς βουλομένοις. ὅνπερ οὖν τρόπον τοῖς λουτροῖς καὶ τοῖς σκεύεσι κοινοῖς κεχρήμεθα, κἂν ἑνὸς εἶναι δοκῇ, οὕτως καὶ ταῖς εἰς τοῦτον ἀπογραψαμέναις τὸν βίον. (3) εἰδὼς οὖν τὴν ἄλλως τὴν διαβολήν σου χωρήσουσαν, τρέμε ἐνδακὼν τὸ χεῖλος, ὡς οἱ τὸν Σίγηλον ἥρω παριόντες, μὴ κακόν τι προσλάβῃς· οὐ γάρ ἐστι τῶν Ἀττικῶν τουτωνὶ τῶν χαύνων μειρακίων,

Nihil curo te, etiamsi mineris te susurraturum de me consuasque criminationes illiberales. Simplex enim est et generosus Maliensis ille miles, qui nos pascit. Nunc autem tantum abest ut suspiciosus sit in meretrices, ut nuper cum sermo ei flueret in convivio, multa effunderet maledicta in eos qui ita sint affecti. (2) Dixit enim, legitime nuptas decere rei domesticæ curam et castam vitam; meretrices autem debere esse omnibus in propatulo et cuivis expositas volenti. Quemadmodum igitur lavacris communibus et supellectili uti solemus, etiamsi unius esse videantur, ita etiam his, quæ hanc vitæ rationem professæ sint. (3) Cum igitur sciam in vanum criminationem tuam abituram, treme, labrum mordens ut illi qui taciturnum heroem prætereunt, ne malum accipiant. Non enim est ex Atticis istis fastu turgidis adolescentibus, sed vir arma tractans et Martius, apud

ἀλλ' ἀνὴρ ὁπλομάχος καὶ ἀρήιος, παρ' ᾧ κολακείας καὶ διαβολῆς τρόπος ἔρρει. ἀνάγκη δὲ τὸν διαβολὰς μὴ προσιέμενον τοῖς διαβάλλουσιν ἀπεχθάνεσθαι.

νθ'. Λιμέντερος Ἀμασήτῳ.

Παρ' ἕνα τινὰ τῶν τὰ πινάκια παρὰ τὸ Ἰακχεῖον προτιθέντων καὶ τοὺς ὀνείρους ὑποκρίνεσθαι ὑπισχνουμένων βούλομαι ἐλθὼν τὰς δύο ταύτας δραχμάς, ἃς οἶσθα ἐν χεροῖν με ἔχοντα, καταβαλὼν τὴν φανεῖσαν ὄψιν μοι κατὰ τοὺς ὕπνους διηγήσασθαι. (2) οὐ χεῖρον δὲ καὶ πρὸς σὲ ὡς φίλον ἀναθέσθαι τὸ καινὸν τοῦτο καὶ πέρα πάσης πίστεως φάσμα. ἐδόκουν γὰρ εὐπρεπὴς εἶναι νεανίσκος καὶ οὐχ ὁ τυχών, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ Ἰλιεὺς ὁ περίψυκτος καὶ περικαλλής, ὁ τοῦ Τρωὸς παῖς Γανυμήδης, καὶ καλαύροπα ἔχειν καὶ σύριγγα καὶ τιάρᾳ Φρυγίῳ στέφειν τὴν κεφαλὴν ποιμαίνειν τε καὶ εἶναι κατὰ τὴν Ἴδην. (3) ἐξαίφνης δὲ ἐπιπτάντα μοι γαμψώνυχα καὶ μέγαν ἀετόν, γοργὸν τὸ βλέμμα καὶ ἀγκυλοχείλην τὸ στόμα, κουφίσαντά με τοῖς ὄνυξιν ἀφ' οὗπερ ἐκαθήμην πέτρου μετεωρίζειν εἰς τὸν ἀέρα καὶ πελάζειν τοῖς οὐρανίοις τόποις ἐπειγόμενον· (4) εἶτα μέλλοντα ψαύειν τῶν πυλῶν αἷς αἱ Ὧραι ἐφεστᾶσι, κεραυνῷ βληθέντα πεσεῖν, καὶ τὸν ὄρνιν οὐκέτι εἶναι τὸν διιπέτη καὶ μέγαν ἀετόν, γῦπα δὲ πικρὸν ὀδωδότα, ἐμὲ δὲ τοῦτον ὅς εἰμι Λιμέντερον, γυμνὸν πάσης ἐσθῆτος, οἷα πρὸς λουτρὸν ἢ παλαίστραν ηὐτρεπισμένον. (5) ἐκταραχθεὶς οὖν ὡς εἰκὸς ἐπὶ τοσούτῳ πτώματι ἐξηγρόμην, καὶ πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἀγωνιῶ καὶ δέομαι οἷ φέρει τὸ ὄναρ μαθεῖν παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα ἀκριβούντων, εἰ μέλλει τις ἀπλανῶς εἰδέναι καὶ εἰδὼς ἀληθίζεσθαι.

ξ'. Χασκοβούκης Ὑπνοτραπέζῳ.

Οὐκέτι εἰσῆλθον εἰς τὴν Κόρινθον· ἔγνων γὰρ ἐν βραχεῖ τὴν βδελυρίαν τῶν ἐκεῖσε πλουσίων καὶ τὴν τῶν πενήτων ἀθλιότητα. ὡς γὰρ ἐλούσαντο οἱ πολλοὶ καὶ μεσοῦσα ἦν ἡμέρα, στωμύλους ἐθεασάμην καὶ εὐφυεῖς νεανίσκους οὐ περὶ τὰς οἰκίας ἀλλὰ περὶ τὸ Κράνειον εἱλουμένους καὶ οὗ μάλιστα ταῖς ἀρτοπώλισι καὶ ὀπωροκαπήλοις ἔθος ἀναστρέφειν. (2) ἐνταυθὶ γὰρ εἰς τοὔδαφος ἐπικύπτοντες ὁ μὲν φλοιοὺς θέρμων ἀνῃρεῖτο, ὁ δὲ τὰ ἔλυτρα τῶν καρύων ἐπολυπραγμόνει μή πού τι τῶν ἐδωδίμων ἐνυπομεῖναν διέλαθεν, ὁ δὲ τῶν ῥοιῶν τὰ περικάρπια, ἃ σίδια ἡμῖν τοῖς Ἀττικοῖς προσαγορεύειν ἔθος, ἀπέγλυφε τοῖς ὄνυξιν εἴ πού τινος τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη, οἱ δὲ καὶ τὰ ἐκ τῶν ἄρτων ἀποπίπτοντα πρὸς πολλῶν ἤδη πεπατημένα ἀναλέγοντες ἔκαπτον. (3) τοιαῦτα τὰ τῆς Πελοποννήσου προπύλαια καὶ ἡ δυοῖν θαλάσσαιν ἐν μέσῳ κειμένη πόλις, χαρίεσσα μὲν ἰδεῖν καὶ ἀμφιλαφῶς ἔχουσα τρυφημάτων, τοὺς οἰκήτορας δὲ ἀχαρίτους καὶ ἀνεπαφροδίτους κεκτημένη. καίτοι γέ φασι τὴν Ἀφρο-

quem assentatio et obtrectatio nihil valet. Eum vero, qui obtrectationes non admittit, obtrectatoribus esse infensum necessarium est.

LIX. Limenterus Amaseto.

Ad aliquem ex iis, qui tabellas apud Iacchi fanum proponunt et somniorum interpretandi artem profitentur, profectus, duabus istis drachmis, quas scis me in manibus habere, datis, quod mihi apparuit visum per somnos narrare volo. (2) Non abs re autem fuerit et tecum communicare novum istud et omnem fidem excedens ostentum. Videbar enim per somnum formosus esse adolescens, nec vulgaris aliquis, sed ille Iliensis, ille dilectus et pulcherrimus, Trois filius Ganymedes : et pedum habere ac fistulam et tiara Phrygia redimitus caput, ovesque pascere et in Ida versari; (3) subito autem advolasse in me curvis unguibus præditam et magnam aquilam, torvo adspectu et adunco rostro, quæ me levatum unguibus e rupe, ubi sedebam, sublimem tolleret in auras et celeriter admoveret cœlestibus locis. (4) Deinde cum iam in eo esset ut propius venirem ad portas, quibus Horæ præpositæ sunt, fulmine ictum decidere; avemque eam non amplius esse illam cœlitus devolantem magnamque aquilam, sed vulturem acerbe olentem : me vero hunc ipsum, qui sum, Limenterum, nudatum omni veste, quasi ad lavacrum aut palæstram paratum. (5) Terrefactus igitur, ut credibile, tanto lapsu expergiscebar et ad hoc mirabile visum trepido, atque quo tendat insomnium discere cupio ab iis qui talia pensitant, si possit quis indubitate scire, et, ubi sciverit, verum dicere.

LX. Chascobuces Hypnotrapezo.

Non amplius adii Corinthum. Cognovi enim brevi sordes divitum et pauperum qui ibi sunt miseriam. Ut enim lota erat multitudo et meridies erat, lepidos vidi ac facetos adolescentes, non circa domos, sed circa Cranium versantes, quo potissimum panariæ ac pomariæ versari solent. (2) Ibi enim humum proni spectantes alius cortices lupinorum tollebat, alius putamina nucum rimabatur, num quid intus relictum latuisset quod edi posset, alius malicoria, quæ σίδια nobis Atticis appellare in more est, scalpebat unguibus, sicubi quid granorum adhuc nancisci posset; alii autem quæ ex panibus deciderent, a multis iam conculcata, colligentes comedebant. (3) Tale est Peloponnesi vestibulum et duorum marium in medio sita urbs, elegans quidem adspectu et deliciis abundans, sed incolas ingratos et invenustos habens :

δίτην ἐκ Κυθήρων ἀνασχοῦσαν τὴν Ἀκροκόρινθον ἀσπάσασθαι· εἰ μὴ ἄρα τοῖς μὲν γυναίοις Ἀφροδίτη πολιοῦχος τοῖς δὲ ἀνδράσιν ὁ Λιμὸς καθίδρυται.

quanquam dicunt Venerem e Cytheris arcem Corinthi salutasse; nisi forte mulierculis quidem Venus est civitatis præses, viris autem Fames est dedicata.

ξα'. Ὑδνοσφράντης Μεριδᾷ.

Ἡράκλεις, ὅσα ὑπέστην πράγματα ῥύμματι καὶ νίτρῳ Χαλαστραίῳ χθιζινοῦ ζωμοῦ τοὐμοὶ περιχυθέντος τὴν γλισχρότητα ἀποκαθαίρων. καὶ οὐχ οὕτω με ἔδακεν ἡ ὕβρις ὅσον τὸ δι' ἄφον τοῦ ὑβρίζοντος. (2) ἐγὼ μὲν γὰρ Ἀνθεμίωνος υἱὸς τοῦ πλουσιωτάτου τῶν Ἀθήνησι καὶ Ἀξιοθέας τῆς κατὰ γένος ἐκ Μεγακλέους ὡρμημένης, ὁ δὲ ταῦθ' ἡμᾶς ἐργαζόμενος πατρὸς μὲν ἀσήμου μητρὸς δὲ βαρβάρου, Σκυθίδος οἶμαι ἢ Κολχίδος ἐν νεομηνίᾳ ἐωνημένης· οὕτω γάρ μοι τῶν γνωρίμων τινὲς διηγήσαντο. (3) ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι, τὴν πατρῴαν ἀποβαλὼν οὐσίαν, ἀγαπῶ τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζων τῇ γαστρὶ τροφήν, Δωσιάδης δ', ὦ θεοί, τὴν πύκνα καταλαμβάνει δημηγορῶν κἀν τοῖς ἐν Ἡλιαίᾳ καταριθμεῖται δικάζουσι καὶ τὰς ἡνίας ἔχει τοῦ δήμου, παρ' ᾧ Μιλτιάδης ἐδέδετο ὁ τὸ ἐν Μαραθῶνι τρόπαιον ἐγείρας, καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐξωστρακίζετο. (4) λυπεῖ δέ με οὐχ ἥκιστα πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τῆς προσηγορίας ἀποβολή. οἱ μὲν γὰρ πατέρες Πολύβιόν με ἔθεντο καλεῖσθαι, ἡ τύχη δὲ ἀμείψασα τοὔνομα Ὑδνοσφράντην πρὸς τῶν ὁμοτέχνων ἠνάγκασε προσαγορεύεσθαι.

LXI. Hydnosphrantes Meridæ.

O Hercules, quantas sustinui molestias, sapone et nitro Chalastrico iuris mihi heri infusi viscositatem expurgans. Nec tam me momordit contumelia, quam quod ab ignobili homine passus sum. (2) Ego enim Anthemionis filius illius ditissimi in urbe Athenarum et Axiotheæ e Megacle oriundæ; qui autem hæc nobis fecit, patris est ignobilis, matris autem barbaræ, Scythicæ, ut arbritror, aut Colchicæ, in novilunio emptæ, ita enim mihi quidam noti homines narrarunt. (3) At ego quidem in humili cultu, paternis amissis opibus, contentus sum ventri necessariam saginam suppeditare; Dosiades autem, o dii! Pnycem occupat concionans, et iis, qui in Heliæa ius dicunt, annumeratur et habenas tenet populi a quo Miltiades in vincula olim coniectus est, is, qui Marathone tropæum erexit, et Aristides ille iustus est eliminatus. (4) Cruciat autem vel maxime præter cetera nominis amissio. Nam parentes quidem Polybii imposuerunt mihi nomen, fortuna autem eo mutato, Hydnosphranten ab artis consortibus appellari ut paterer coegit.

ξβ'. Σκοροδολέπισος Καπνοσφράντῃ.

Ἐπίστασο τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ με διεσίλλαινον αἱ γυναῖκες, τελευταῖον δὲ ἡ γραῦς ἡ δούλη ἐλοιδορήσατό μοι εἰποῦσα « ἀλλ' ἐκκορηθείης ὅτι ἄκαιρος εἶ καὶ λάλος. » μυστήριον ἐν αὐταῖς τρέφεται τοῖν θεοῖν τοῖν Ἐλευσινίοιν ἀσφαλέστερον, καὶ βούλονται ἡμᾶς ἀγνοεῖν τοὺς εἰδότας, ἢ καὶ οἴονται ἀκηκοότας οὔπω πεπεῖσθαι. (2) ἐγὼ δὲ οἶδα τὸ δρᾶμα καὶ ὅσον οὐκ εἰς μακρὰν κατερῶ τῷ δεσπότῃ· οὐ γὰρ βούλομαι χείρων φανῆναι τῶν κυνῶν, αἳ τῶν τρεφόντων προϋλακτοῦσι καὶ κήδονται. μοιχὸς πολιορκεῖ τὴν οἰκίαν, ὁ Ἠλεῖος νεανίσκος, ὁ εἷς τῶν Ὀλυμπίασι βασκάνων. καὶ πρὸς τοῦτον γραμματίδια ὁσημέραι φοιτᾷ δίθυρα παρὰ τῆς γαμετῆς τοῦ τρέφοντος ἡμᾶς καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι καὶ μῆλα ἀποδεδηγμένα· (3) αἱ δὲ ἀλάστορες αὗται θεραπαινίδες συνίσασι καὶ ἡ ἐπιτύμβιος γραῦς, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν καλεῖν εἰώθασιν ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ βιάζεσθαι. ἐγὼ δὲ οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι· βούλομαι γὰρ ἐμαυτὸν οὐ παράσιτον ἀλλὰ φίλον ἐπιδεῖξαι, καὶ ἄλλως διψῶ τῆς κατ' αὐτῶν τιμωρίας. (4) οἶδα γὰρ ὅτι εἰ ταῦτα εἰς φανερὸν ἀχθείη, αἱ μὲν θεραπαινίδες δεδήσονται, ὁ μοιχὸς δὲ ἀπολεῖται ῥαφάνοις τὴν ἕδραν βεβυσμένος, ἡ μιαρὰ δὲ γυνὴ τίσει τὴν ἀξίαν τῆς ἀκολασίας δίκην, εἰ μὴ Πολιάγρου τοῦ

LXII. Scorodolepisus Capnosphrantæ.

Scito causam, ob quam me perstrinxerint mulieres, postremo autem vetula illa ancilla conviciata est mihi, dicens « tu vero funditus pereas, quia importunus es, et garrulus. » Mysterium inter ipsas agitatur dearum Eleusiniarum tutius, et volunt ignorare id nos qui novimus, aut etiam credunt, quamvis audiverimus, nondum nobis persuasum esse. (2) Ego vero scio facinus et brevi indicabo hero. Non enim volo deterior esse quam sunt canes, qui pro dominis latrant eosque tuentur. Adulter obsidet domum ille ex Elide adolescens, unus ille ex fascinatoribus Olympiacis. Et ad hunc literæ complicatæ quotidie commeant ab uxore patroni nostri et serta semimarcida et poma admorsa; (3) scelestæ autem ancillæ consciæ sunt et illa capularis vetula, quam Empusam omnes domestici vocare solent, ex eo quod omnia facit et patitur. Ego vero nescio quomodo taceam. Volo enim me non parasitum, sed amicum probare, et ceteroquin etiam sitio eas ulcisci. (4) Scio enim, scio, ubi hæc patefacta fuerint, fore ut ancillæ quidem vinciantur, adulter autem ano raphanis obturato pereat; scelerata vero

κυρτοῦ μαλακώτερός ἐστι τὰ τοιαῦτα Λυσικλῆς· ἐκεῖνος γὰρ λύτρα παρὰ τῶν μοιχῶν ἐπὶ τῇ γαμετῇ πραττόμενος ἀθῴους τῆς τιμωρίας ἠφίει.

ξγ'. Φιλομάγειρος Πινασκοσπογγίσῳ.

Οἷα βουλεύονται καὶ διανοοῦνται αἱ θεοῖς ἐχθραὶ λαιστρυγόνες αὗται τῇ κεκτημένῃ συμπράττουσαι· καὶ οἶδε τούτων οὐδὲν ὁ Φαιδρίας. μηνὶ πέμπτῳ μετὰ τοὺς γάμους τέτοκεν αὐτῷ τὸ γύναιον παιδίον ἄρρεν· τοῦτο μετὰ τῶν σπαργάνων δέραιά τινα καὶ γνωρίσματα περιθεῖσαι ἔδωκαν Ἀσφαλίωνι τῷ συργάστρῳ κομίζειν ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας τῆς Πάρνηθος. (2) ἡμᾶς δὲ τέως μὲν ἀνάγκη κρύπτειν τὸ κακὸν καὶ πρὸς τὸ παρὸν σιγᾶν· ἐπειδὰν δέ τι κἂν βραχὺ λυπήσωσι, κόλακα καὶ παράσιτον ἐξονειδίζουσαι καὶ τὰς ἄλλας ἃς εἰώθασιν ὕβρεις ἐπιφέρουσαι, εἴσεται τὸ γεγονὸς ὁ Φαιδρίας.

ξδ'. Τουρδοσύναγος Ἐφαλλοκύθρᾳ.

Ὁ μὲν Κρίτων ὑπ' ἀνοίας καὶ ἀρχαιότητος τρόπου τὸν υἱὸν εἰς φιλοσόφου φοιτᾶν προύτρεψε, τὸν αὐστηρὸν πρεσβύτην καὶ ἀμειδῆ τὸν ἐκ τῆς ποικίλης ἐξ ἁπάντων τῶν φιλοσόφων καθηγεῖσθαι τοῦ παιδὸς ἀξιώτατον ἡγησάμενος, ὡς ἂν παρ' αὐτῷ λόγων τινὰς σχινδαλμοὺς ἐκμαθὼν ἐριστικὸς καὶ ἀγκύλος τὴν γλῶσσαν γένηται. (2) ὁ δὲ παῖς ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἐξεμάξατο τὸν διδάσκαλον· οὐ πρότερον γὰρ τῶν λόγων γενέσθαι μαθητὴς ἀλλὰ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀγωγῆς ἐσπούδασε. θεασάμενος γὰρ τὸν διδάσκαλον τῇ ἡμέρᾳ σεμνὸν καὶ σκυθρωπὸν καὶ τοῖς νέοις ἐπιτιμῶντα, νύκτωρ δὲ περικαλύπτοντα τὴν κεφαλὴν τριβωνίῳ καὶ περὶ χαμαιτυπεῖα εἱλούμενον, ἐζήλωσεν ἐν καλῷ. (3) καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν εἰς ἔρωτα Ἀκαλανθίδος τῆς ἐκ Κεραμεικοῦ κατολισθὼν φλέγεται· αὕτη δὲ ἐπιεικῶς ἔχει πρὸς ἐμὲ καὶ ἐρᾶν ὁμολογεῖ, τῷ μειρακίῳ δὲ ἔτι ἀντιτείνεται ᾐσθημένη τῷ πόθῳ τυφόμενον, καὶ οὐ πρότερόν φησιν ἐπιδώσειν ἑαυτὴν πρὶν ἂν ἐγὼ τοῦτο ἐπιτρέψω· ἐμὲ γὰρ κύριον τοῦ ταῦτα προστάττειν ἐποιήσατο. (4) πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δοίης, Ἀφροδίτη πάνδημε, τῇ φιλτάτῃ γυναικί· ἑταίρου γάρ, οὐχ ἑταίρας ἔργον διεπράξατο. ἐξ ἐκείνου γὰρ θεραπεύομαι λιπαρῶς ἄλλοτε ἄλλαις δωροφορίαις. καὶ εἴ μοι ῥεύσειε τοῦ χρόνου προϊόντος δαψιλέστερος, οὐδὲν κωλύσει με τούτου γαμοῦντος ἐπίκληρον γυναῖκα ἐν γαμετῆς σχήματι τὴν Ἀκαλανθίδα λυσάμενον ἀναλαβεῖν. ἡ γὰρ τοῦ ζῆν αἰτία κοινωνὸς τοῦ ζῆν δικαίως ἂν κατασταίη.

ξε'. Πηξάγκων Ῥυτομάχῳ.

Μέγα τοῦτο ἀγαθὸν ἡ ἐξ Ἰστρίας ναῦς ἡ ἐπὶ τοῦ χώματος ὁρμοῦσα ταῖς Ἀθήναις ἧκε φέρουσα τὸν θαυμαστὸν τοῦτον ἔμπορον, ὃς τοὺς πλουσιωτάτους τῶν

mulier dignam luat lasciviæ pœnam, nisi Poliagro illo gibboso segnior est in talibus Lysicles. Ille enim adulteros pretio accepto impunes pœnæ dimisit.

LXIII. Philomagirus Pinacospongiso.

Qualia moliuntur et in animo habent istæ diis invisæ Læstrygones cum hera mea facientes. Nihil scit istorum quidquam Phædrias. Mense quinto post nuptias peperit ei muliercula infantem masculum, quem cum incunabulis collaria quædam et signa circumponentes dederunt Asphalioni operario portandum in verticem Parnethis. (2) Nos autem interea oportet occultare facinus, et etiamnunc tacemus. Quod si vero vel pauxillum molestæ fuerint, assentatorem et parasitum ignominiose vocantes aliasque quas solent ingerentes ignominias, Phædrias id quod factum est comperiet.

LXIV. Turdosynagus Ephallochytræ.

Criton quidem præ dementia morumque stoliditate filium in philosophi scholas itare iussit; austerum illum senem atque tristem, illum ex Pœcile, ex omnibus philosophis præceptorem esse filii idoneum arbitratus, ut ab ipso verborum quasdam subtilitates edoctus contentiosus et anceps in dicendo evaderet. (2) Filius autem exactissime expressit magistrum. Non enim tam sententias discere quam vitam atque disciplinam studuit. Cum enim videret magistrum interdiu gravem ac tetricum iuvenesque increpantem, nocte autem caput pallio obvelantem circa lupanaria versari, æmulatus est probe. (3) Ac quintum iam diem in amorem Acalanthidis illius e Ceramico prolapsus flagrat; hæc autem bene affecta est erga me et amare fatetur; adolescenti vero adhuc obnititur, postquam sensit eum cupidine uri; nec prius ait copiam sui se facturam, quam ego permiserim. Mihi enim talia ordinandi fecit potestatem. (4) Multa bona tribuas, o Venus vulgivaga, illi carissimæ mulieri; amici enim, non meretricis fecit facinus; ex illo enim tempore color splendidis muneribus. Atque si mihi fluxerit tempore procedente largior, nihil impediet, ubi ille bene dotatam mulierem duxerit, quominus uxoris titulo Acalanthidem redemptam ducam. Quæ enim ut viverem fecit, consors vitæ merito constituetur.

LXV. Pexancon Rhytomacho.

Magno bono illa ex Istria navis, quæ ad aggerem stat in ancoris, Athenas venit advexitque mercatorem illum egregium, præ quo divites et munifici Atheniensium

Ἀθήνησι καὶ μεγαλοδώρους κίμβικας καὶ μικροπρεπεῖς ἀπέφηνεν· οὕτω ἐκκεχυμένως πρὸς τὰς δόσεις κέχρηται τῷ βαλαντίῳ. (2) οὐ γὰρ ἕνα παράσιτον ἐξ ἄστεος ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς μεταπεμψάμενος, καὶ οὐχ ἡμᾶς μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἑταιρῶν τὰς πολυτελεστέρας καὶ τῶν μουσουργῶν τὰς καλλιστευούσας καὶ τοὺς ἀπὸ σκηνῆς ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν ἅπαντας, οὐ τὴν πατρῴαν οὐσίαν τὰ δὲ ἐκ δικαίων αὐτῷ ποριζόμενα σπαθᾷ. καὶ ψαλλόμενος καὶ καταυλούμενος ἥδεται, καὶ τὴν διατριβὴν ποιεῖται χαρίτων καὶ ἀφροδίτης γέμουσαν καὶ ὑβρίζει οὐδέν· (3) ἔστι δὲ καὶ ὀφθῆναι κεχαρισμενώτατος καὶ τῷ προσώπῳ αὐτοῦ τὰς Ὥρας ἐνορχεῖσθαι, καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἄν· προσπαῖσαί τε γλαφυρὸς καὶ λαλῆσαι στωμύλος, οὕνεκά οἱ γλυκὺ Μοῦσα κατὰ στόματος χέε νέκταρ. (4) εἰπεῖν γὰρ οὐ χεῖρον κατὰ τοὺς παιδείᾳ σχολάζοντας ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμώμενον, ἐν αἷς οὐδὲ εἷς τούτων ἄγευστος.

ξϛ'. Γυμνοχαίρων Φαττοδαρδάπτῳ.

Ἐθεάσω οἷά με εἰργάσατο ὁ κατάρατος οὗτος κουρεὺς ὁ πρὸς τῇ ὁδῷ; λέγω δὲ τὸν ἀδόλεσχον καὶ λάλον, τὸν τὰ ἐκ Βρεντησίου προτιθέμενον ἔσοπτρα, τὸν τοὺς κόρακας τιθασεύοντα, τὸν ταῖς μαχαιρίσι κυμβαλισμὸν εὔρυθμον ἀνακρούοντα. (2) ὡς γὰρ ἀφικόμην ξυρεῖσθαι τὴν γενειάδα βουλόμενος, ἄσμενός τε ἐδέξατο καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας σινδόνα καινὴν περιθεὶς πράως εὖ μάλα κατέφερέ μου τῶν γνάθων τὸ ξυρὸν ἀποψιλῶν τὸ πύκνωμα τῶν τριχῶν. (3) ἀλλ' ἐν αὐτῷ τούτῳ πανοῦργος ἦν καὶ σκαιός· ἔλαθε γὰρ τοῦτο παρὰ μέρος ποιῶν καὶ οὐ κατὰ πάσης τῆς γνάθου, ὥστε ὑπολειφθῆναί μοι πολλαχοῦ μὲν δασεῖαν πολλαχοῦ δὲ λείαν τὴν σιαγόνα. (4) κἀγὼ μὲν οὐκ εἰδὼς τὴν πανουργίαν ᾠχόμην κατὰ τὸ εἰωθὸς ἄκλητος εἰς Πασίωνος. οἱ συμπόται δὲ ὡς εἶδον, ἐξέθανον τῷ γέλωτι, ἕως ἀγνοοῦντά με ἐφ' ὅτῳ γελῶσιν εἷς τις εἰς μέσους παρελθὼν τῶν ὑπολειφθεισῶν τριχῶν ἐπιλαβόμενος εἵλκυσεν. (5) ἐκείνας μὲν οὖν περιπαθῶς κοπίδα λαβὼν ἀπερρίζωσα, ἕτοιμος δέ εἰμι ξύλον εὐμέγεθες ἀνελόμενος κατὰ τοῦ βρέγματος πατάξαι τὸν ἀλιτήριον· ἃ γὰρ οὐδ' οἱ τρέφοντες παίζουσι, ταῦτα ὁ μὴ τρέφων ἐτόλμησεν.

ξζ'. Διψαναπαυσίλυπος Πλακουντομύωνι.

Νεβρίδα ἰδὼν κανηφοροῦσαν, παρθένον καλλίπηχυν καὶ εὐδάκτυλον, ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν ἀπαστράπτουσαν, εὐμήκη καὶ εὔχρουν, ἧς αἱ παρειαὶ μαρμαίρουσιν, οὕτως ἐξεκαύθην εἰς ἔρωτα ὥστε με ἐπιλαθόμενον ὅς εἰμι προσδραμόντα ἐθέλειν κύσαι τὸ στόμα, ἔπειτα ἐπὶ συννοίας γενόμενον προσφύντα βούλεσθαι τὰ τοῖν ποδοῖν ἴχνη καταφιλεῖν. (2) αἰαῖ τῆς ἀγερωχίας, νῦν ἐμὲ μὴ ἐπιθυμεῖν θέρμων ἢ κυάμων ἢ ἀθά-

sordidi et illiberales apparent : ita effuse ad largitiones uti solet crumena. (2) Non enim unum parasitum ex urbe sed omnes nos arcessivit, neque nos tantum, sed etiam meretricum sumptuosiores et cantatrices forma præstantes et scenicos omnino omnes : verum non paternas opes, sed quæ iuste sibi acquisivit, effundit atque fidibus tibiisque circumsonari gaudet conversationemque reddit suavem venustamque et neminem iniuria afficit. (3) Est etiam adspectu gratissimus et in vultu ei Horas ipsas tripudiare atque Suadam in ore insidere dixeris : in iocando festivus et in loquendo facundus, *Utpote cui dulci os perfudit nectare Musa :* (4) decet enim secundum eos loqui, qui literarum studiis vacant, si quis sit Athenis oriundus, ubi nemo est, qui illas non degustaverit.

LXVI. Gymnochæron Phattodardapto.

Vidisti quomodo me tractaverit exsecrabilis iste tonsor, iste ad viam, istum dico garrulum et loquacem, qui Brundisina proponit specula, qui corvos facit mansuetos et cicures, qui cultris pulsatis modulate cymbalissat. (2) Ut enim veni, radendam ei barbam commissurus, libenter me excepit et in alto collocatum sedili linteo novo circumdedit; deinde leniter admodum duxit mihi supra buccas novaculam densos pilos deglabrans. (3) Sed in eo ipso vafer fuit et improbus. Clam enim id ex parte fecit, neque in tota bucca, ita ut relinqueret mihi multis in locis hispidam, multis in locis glabram maxillam. (4) Atque ego ignorans vafritiem abii, ut soleo, non quidem vocatus in Pasionis ædes. Convivæ autem ut videbant, emoriebantur risu, donec nescienti mihi quamobrem riderent, unus aliquis in medium progressus, relictos pilos vellicavit. (5) Illos equidem iratus sumpto cultro eradicavi. Volo autem fuste grandi arrepto sinciput percutere illi scelerato. Quæ enim ne ii quidem qui nos alunt per iocum faciunt, ea iste non alens ausus est.

LXVII. Dipsanapausilypus Placuntomyoni.

Nebrida conspicatus canephoram virginem, pulchris ulnis præditam bellisque digitis, acie oculorum coruscantem, proceram pulchrique coloris, cuius genæ nitent, ita exarsi, ut, oblitus qui essem, accurrens vellem suaviari os, deinde rem reputans, adhærescens cuperem pedum vestigia deosculari. (2) Heu heu proterviam! mene iam non appetere lupinos aut fabas aut pultem, verum ita satu-

ρας, ἀλλ' οὕτως ὑπερμαζᾷν καὶ τῶν ἀνεφίκτων ἐρᾷν. καταλεύσατέ με εἰς ταὐτὸν συνελθόντες πρὶν ἢ ἐκριvηθῆναι τοῖς πόθοις, καὶ γενέσθω μοι τύμβος ἐρωτικὸς ὁ τῶν λιθιδίων κολωνός.

ritate esse lascivientem, ut amem quæ assequi non possim. Obruite me lapidibus omnes in unum congressi, priusquam conficiar desiderio, et fiat mihi tumulus amatorius lapillorum collis.

ξη'. Ἡδύδειπνος Ἀριστοκόρακι.

Θεοὶ μάκαρες, ἵλήκοιτε καὶ εὐμενεῖς εἴητε. οἷον ἀπέφυγον κίνδυνον, τῶν τρισκαταράτων ἐρανιστῶν λέβητά μοι ζέοντος ὕδατος ἐπιχέαι βουληθέντων. ἰδὼν γὰρ πόρρωθεν εὐτρεπεῖς ἀπεπήδησα, οἱ δὲ ἀπροβουλεύτως ἐξέχεαν, καὶ τὸ θερμὸν ἐπιρρυὲν Βαθύλλῳ τῷ οἰνοχοοῦντι παιδὶ ψιλὸν εἰργάσατο. (2) τῆς κεφαλῆς γὰρ ἀπέσυρε τὸ δέρμα καὶ φλυκταίνας ἐπινωτίους ἐξήνθησε. τίς ἄρα μοι δαιμόνων ἐπίκουρος ἐγένετο; μή ποτε οἱ σωτῆρες ἄνακες, ὡς Σιμωνίδην τὸν Λεωπρέπους τοῦ Κρανωνίου συμποσίου, κἀμὲ τῶν τοῦ πυρὸς κρουνῶν ἐξήρπασαν.

LXVIII. Hedydipnus Aristocoraci.

Dii beati, propitii benignique sitis! quale effugi periculum, cum isti exsecrabiles epulones lebetem ferventis aquæ in me effundere vellent. Cum enim viderem a longinquo paratos, absilui, at illi inconsulte effundebant, et fervida aqua defluens in Bathyllum pocillatorem puerum glabrum fecit. (2) Capitis enim detraxit cutem et pustulas in dorso pullulantes elicuit. Quisnam vero deorum mihi auxiliator fuit? numquid dii servatores, ut Simonidem Leoprepis filium ex Cranonio convivio, ita me ex ignis flumine eripuerunt?

ξθ'. Τρικλινοσὰξ Κνωσσοτραπέζῳ.

Ἐξηγόρευσα Μνησιλόχῳ τῷ Παιανιεῖ τὴν τῆς γαμετῆς ἀσέλγειαν. καὶ ὃς δέον βασανίσαι δι' ἐρεύνης τὸ πρᾶγμα ποικίλης, ὅρκῳ τὸ πᾶν ὁ χρυσοῦς ἐπέτρεψεν. ἀγαγοῦσα οὖν αὐτὸν ἡ γυνὴ εἰς τὸ Καλλίχορον τὸ ἐν Ἐλευσῖνι φρέαρ ἀπωμόσατο καὶ ἀπεδύσατο τὴν αἰτίαν. (2) καὶ ὁ μὲν ἀμηγέπη πέπεισται καὶ τὴν ὑποψίαν ἀπέβαλεν· ἐγὼ δὲ τὴν φλύαρον γλῶτταν ἀποτέμνειν ὀστράκῳ Τενεδίῳ τοῖς βουλομένοις ἕτοιμός εἰμι παρέχειν.

LXIX. Triclinosax Cnossotrapezo.

Enunciavi Mnesilocho Pæaniensi uxoris suæ impudicitiam. Atque dum debebat exquirere perscrutarique rem variis modis, iureiurando, homo bellus, commisit. Cum igitur duxisset eum mulier ad Callichorum in Eleusine puteum, deieravit et crimen exuit. (2) Atque illi quidem quodammodo persuasum est et suspicionem abiecit, ego autem garrulam hanc linguam abscindendam testa Tenedia iis qui volunt præbere paratus sum.

ο'. Λιμοπύκτης Θρασοκυδοίμῳ.

Κορύδωνι τῷ γεωργῷ συνήθης ἐπιεικῶς ἦν, καὶ τὰ πολλὰ ἐξεχεῖτο ἐπ' ἐμοὶ τῷ γέλωτι, ἀστικῆς στωμυλίας καὶ ξένης οὐ κατὰ τοὺς χωρίτας ἐπαΐων. τοῦτον ἰδὼν ἕρμαιον ᾠήθην, εἰ τῶν κατὰ ἄστυ πραγμάτων ἀπαλλαγεὶς εἰς τὸν ἀγρὸν βαδιοίμην καὶ συνεσοίμην ἀνδρὶ φίλῳ, γεωργῷ ἀπράγμονι καὶ ἐργάτῃ, οὐχ ἐκ δικαστηρίων οὐδὲ ἐκ τοῦ σοβεῖν κατὰ ἀγορὰν ἀδίκους ἐπινοοῦντι πόρους, ἀλλὰ γῆθεν ἀναμένοντι τὴν ἐπικαρπίαν ἔχειν. (2) καὶ δῆτα διανοηθεὶς ταῦθ' οὕτω δρᾷν, ᾠκειωσάμην τὸν Κορύδωνα. καὶ στείλας ἐμαυτὸν ἀγροικικῶς, νάκος ἐναψάμενος καὶ σμινύην λαβών, αὐτοσκαπανεὺς ἐδόκουν. ἕως μὲν οὖν ἐν παιδιᾶς μέρει ἔπραττον ταῦτα, ἀνεκτὰ ἦν καὶ μεγάλα ἀποκερδαίνειν ᾠόμην, ὕβρεων καὶ ῥαπισμάτων καὶ τῆς περὶ τὰ ἐδώδιμα τῶν πλουσίων ἀνοσιότητος ἀπηλλαγμένος· (3) ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν συνηθείας ἐξ ἐπιταγῆς ἐπράττετο τοὔργον, καὶ ἔδει πάντως ἢ ἀροῦν ἢ φελλέα ἐκκαθαίρειν ἢ γύρους περισκάπτειν καὶ τοῖς βόθροις ἐμφυτεύειν, οὐκέτ' ἀνασχετὸς ἡ διατριβή, ἀλλά μοι μετέμελε τῆς ἀλόγου πράξεως καὶ τὴν πόλιν ἐπόθουν. (4) ἐλθὼν οὖν μετὰ μήκιστον

LXX. Limopyctes Thrasocydœmo.

Corydoni agricolæ consuetudine aliquantisper coniunctus eram et sæpius de me effundebatur in risum, quod esset urbanæ dicacitatis et insolentioris quam pro captu rusticorum intelligens. Quem cum conspexissem, Merculiale lucrum credidi, si ab urbanis molestiis liberatus, rus me conferrem et essem apud hominem amicum agricolam, tranquillum, operarium, non ex iudiciis neque ex calumniando per forum iniustos machinantem quæstus, sed ex terra exspectantem fructus percipiendos. (2) Et sane cum ita facere constituissem, familiaritatem contraxi cum Corydone; cumque me rusticum in modum composuissem pelliceo aptato et ligone sumpto, verus fossor videbar. Quod quidem quamdiu instar ioci faciebam, tolerabile erat multumque lucratum me esse putabam, quod essem a contumeliis et alapis et ab fœditate divitum circa cibos liberatus. (3) Postquam vero ex quotidiana consuetudine pro imperio opus fiebat et oportebat me aut arare aut salebras expurgare aut gyros fodere et scrobibus plantas inserere, non amplius toleranda hæc vitæ ratio visa est, sed me pœnituit stulti facti et urbem desideravi. (4) Igitur cum longo tempore post venissem,

χρόνον οὐκέθ' ὁμοίως ἀστεῖος οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν, ἀλλά τις ὄρειος καὶ τραχὺς καὶ ἀπηχής, ὥστε αἱ μὲν οἰκίαι τῶν πλουσίων πᾶσαί μοι λοιπὸν ἀπεκέκλειντο, ὁ δὲ λιμὸς τὴν γαστέρα ἐθυροκόπει. (5) ἐγὼ δὲ αὖος ὢν ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας λησταῖς τισι Μεγαρικοῖς, οἳ περὶ τὰς Σκειρωνίδας τοῖς ὁδοιπόροις ἐνεδρεύουσιν, ἐκοινώνησα. ἔνθεν ὁ βίος μοι ἀργὸς ἐξ ἀδικίας πορίζεται. εἰ δὲ λήσω ταῦτα ποιῶν ἢ μή, ἄδηλον. δέδια δὲ τὴν μεταλλαγὴν τοῦ βίου. εἰώθασι γὰρ αἱ τοσαῦται μεταβολαὶ οὐκ εἰς τὸ ζῆν ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν καταστρέφειν.

non amplius æque facetus neque lepidus videbar, verum montanus aliquis et asper et absonus, ita ut ædes quidem divitum omnes mihi iam clausæ essent, fames autem ventrem pulsaret. (5) Ego autem præ rerum necessariarum inopia siccus, latronibus quibusdam Megaricis, qui circa Scironidas viatoribus insidiantur, socium me adiunxi, unde victus mihi sine labore paratur. Utrum vero in occulto mansurus sim hæc faciens, necne, nescio : timeo autem mutationem vitæ; solent enim tales mutationes non ad salutem, sed ad perniciem inclinare.

οα'. Φιλάπορος Ψιχομάχῳ.

Λεξιφάνης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς θεασάμενός με ὀργιζόμενον πρὸς τὰς ἐν τοῖς συμποσίοις παροινίας, λαβὼν καθ' ἑαυτὸν πρῶτα μὲν ἐνουθέτει μὴ τοιαῦτα ἐπιτηδεύειν ὧν ὕβρις τὸ τέλος, ἔπειτα τοῦ φωνήματος ὡς ἔχοιμι διὰ βραχέων ἀποπειραθεὶς τῷ χορῷ τῶν κωμικῶν συλλαμβάνει. ἐκ τούτου δὲ τραφήσεσθαι ἔφασκε καὶ ἐμέ. (2) ἐκέλευεν οὖν Διονυσίοις τοῖς ἐπιοῦσι τὸ τοῦ οἰκέτου σχῆμα ἀναλαβόντα τὸ μέρος ἐκεῖνο τοῦ δράματος ὑποκρίνασθαι. ἐγὼ δὲ ὀψὲ τοῦ καιροῦ καὶ φύσιν καὶ ἐπιτήδευμα μεταβαλὼν δύσκολός τις καὶ δυσμαθὴς ἐφαινόμην. (3) ἐπεὶ δ' οὐκ ἦν ἑτέρως πράττειν, τὸ δρᾶμα ἐξέμαθον, καὶ μελέτην ἀσκήσει ῥώσας ἕτοιμός εἰμι τῷ χορῷ συντελεῖν. σὺ δὲ ἡμῖν μετὰ τῶν συνήθων ἐπίσειε τοὺς κρότους ἵνα, κἄν τι λάθωμεν ἀποσφαλέντες, μὴ λάβῃ χώραν τὰ ἀστικὰ μειράκια κλώζειν ἢ συρίττειν, ἀλλ' ὁ τῶν ἐπαίνων κρότος τὸν θροῦν τῶν σκωμμάτων παραλύσῃ.

LXXI. Philaporus Psichomacho.

Lexiphanes comicus poeta cum vidisset me ob eas quas in conviviis temulenti faciunt iniurias iratum, assumptum ad se primo quidem monuit, ne talia sectarer quorum finis contumelia : deinde cum quali voce præditus essem, paucis explorasset, in gregem comicorum recepit; ex ea re etiam me victum habiturum aiebat. (2) Iussit igitur me, cum satis didicissem, Dionysiis instantibus, servi habitu assumpto, partes illas fabulæ agere. Ego autem nimis sero natura institutoque mutato incommodus homo et indocilis videbar. (3) Sed cum aliter facere non liceret, fabulam edidici et cum meditationem exercitatione firmaverim, cum grege in scenam prodire paratus sum. Tu vero nobis una cum familiaribus tolle plausus, ut, etiamsi nonnihil inscii aberravimus, non inveniant explodendi et sibilandi urbici adolescentes locum, sed plausus laudantium tumultum cavillationum dissolvat.

οβ'. Οἰνοχάρων Ῥαφανοχορτάσῳ.

Οὐχ οὕτως οἱ τοὺς Ἑρμᾶς περικόψαντες ἢ οἱ τὰ τῆς θεοῦ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια ἐξορχησάμενοι τὸν περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμειναν, ὡς ἐγὼ εἰς χεῖρας ἐμπεσών, ὦ θεοί, τῆς μιαρωτάτης Φανομάχης. (2) ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα προσκείμενον τῇ Ἰωνικῇ παιδίσκῃ τῇ τὰς σφαίρας ἀναρριπτούσῃ καὶ τὰς λαμπάδας περιδινούσῃ, ὑπετόπησεν ἐμὲ πρόξενον εἶναι τῆς κοινωνίας, καὶ διὰ τῶν οἰκετῶν ἀναρπάσασα παραχρῆμα μὲν ἐν κυσοδόκῃ δήσασα κατέσχεν, εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ παρὰ τὸν ἑαυτῆς ἤγαγε πατέρα, τὸν σκυθρωπὸν Κλεαίνετον, ὃς τὰ νῦν δὴ ταῦτα πρωτεύει τοῦ συνεδρίου, καὶ εἰς αὐτὸν ὁ Ἄρειος πάγος ἀποβλέπουσιν. (3) ἀλλ' ὅταν τινὰ θέλωσιν οἱ θεοὶ σώζεσθαι, κἀξ αὐτῶν ἀνασπῶσι βαράθρων· οὕτως κἀμὲ τοῦ τρικαρήνου κυνός, ὅν φασιν ἐφεστάναι ταῖς ταρταρείαις πύλαις, ἐξήρπασαν. (4) οὐκ ἔφθη γὰρ τὰ κατ' ἐμὲ ὁ δεινὸς ἐκεῖνος πρεσβύτης τῇ βουλῇ κοινούμενος, καὶ ἠπιάλῳ συσχεθεὶς εἰς τὴν τρίτην ἀπέψυξε. καὶ ὁ μὲν ἐκτάδην κεῖται, τὰ πρὸς τὴν ἐκφορὰν τῶν οἴκοι παρασκευαζομένων, (5) ἐγὼ δὲ ᾗ ποδῶν εἶχον ᾠχόμην

LXXII. Œnocharon Raphanochortaso.

Non sic ii qui Hermas truncarunt aut deæ Eleusiniæ mysteria vulgarunt, mortis periculum subierunt, ut ego, qui in manus inciderim, o dii, illius sceleratissimæ Phanomachæ. (2) Cum enim cognovisset suum maritum adhærere Ionicæ illi puellæ, quæ pilas subiectat et faces circumversat, me conciliatorem esse consuetudinis suspicata est et per famulos abreptum statim me in vincula coniecit; postridie autem ad suum duxit patrem, ad tetricum illum Cleænetum, qui hoc ipso tempore synedrii est præses et in quem Areopagitæ oculos convertunt (3) Sed si quem volunt dii servare, etiam ex ipso barathro retrahunt, uti etiam me a tricipiti cane, quem aiunt præpositum esse tartareis portis, eripuerunt. (4) Vix enim caussam meam acris ille senex ad senatum rettulit, febri correptus perendie exspiravit. Atque ille quidem porrectim iacet et ad exsequias se parat familia : (5) ego

καὶ σώζομαι οὐχ ὑπὸ τοῦ τῆς Ἀτλαντίδος Μαίας παιδὸς ψυχαγωγηθείς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ποδῶν καὶ τοῦ τολμήματος τὴν ἐλευθερίας ἀτραπόν.

autem, ut pedibus valebam, aufugi, et incolumis sum, non ab Atlantidis Mææ filio in Orcum abductus, sed pedibus et audacia liberum iter assecutus.

ογ'. Κωμαρχίδης Εὐχαίτῃ.

Ἡ ὗς ἡ πρώην ἐπίτεξ εἶναι νομιζομένη ἀρτίως τέτοκε, καὶ ἔχω δελφάκων ἀφθονίαν· γρύζουσι δὲ μάλ' ἀηδές, ἀλλ' ἐδώδιμον. μεταδίδωμι δῆτα καὶ σοὶ δύο τούτων ἔχειν. (2) οὔτε γὰρ πάντας οἷός τέ εἰμι τρέφειν τῶν κριθῶν ὀλίγων οὐσῶν, καὶ ἅμα τοῖς φίλοις κοινωνεῖν τοὺς ἐν περιουσίαις ὄντας ἀγροικικῇ πρέπον ἐπιεικείᾳ. οἵους ἡμᾶς ἡ φιλτάτη γῆ ἁπλοϊκοὺς καὶ φιλαλλήλους τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἀνεθρέψατο.

LXXIII. Comarchides Euchætæ.

Sus, quæ nuper partui vicina videbatur, peperit, porcellorumque copiam habeo; grunniunt quidem admodum iniucunde, verum esculenti sunt. Duos igitur tibi misi. (2) Etenim omnes alere nequeo, cum hordeorum copia valde exilis sit; est etiam rusticæ æquitatis, ut qui abundent participes faciant amicos; et tales nos suos alumnos optima tellus enutrivit simplices nosque invicem amantes.

οδ'. Φρυγοκοίλης Βορβοροζώμῳ.

Ὑβρίζεσθαι πρὸς τοῦ τρέφοντος, εἰ καὶ ἀνόσιον, φορητόν, ἅπαξ ἐκδόμενον τὸ σῶμα τοῖς προπηλακίζειν ἐθέλουσιν ἕνεκα τῆς ἀθεμίτου γαστρός· τὸ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν συμπινόντων, πολλῷ βαρύτερον· τὸ δὲ μὴ μόνον ὑπὸ τούτων ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἰταμωτέρων οἰκετῶν, ἔτι χαλεπώτερον. (2) εἰ δὲ προσθείην καὶ τὰς θεραπαινίδας κιχλιζούσας καὶ μωκωμένας καὶ γέλωτα τὴν ἡμετέραν ἀτυχίαν ποιουμένας, τότε σχετλιάζων καθ' Ὅμηρον ἀποδυσπετῶ. τοῦτο γὰρ Αὐτόχθονος ἤκουσα τοῦ γραμματικοῦ ποτὲ καὶ μνήμῃ συνέχω « Ζεῦ πάτερ, οὔτις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος ». ὀλέθριοι γὰρ ἀληθῶς οἱ δαίμονες οἱ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν πρυτανεύοντες, ἵν' ἐγὼ μὲν ὑπομένω κινδύνους ἀλγεινούς, γέλωτος δὲ ὑπόθεσις τοῖς χειρίστοις τἀμά.

LXXIV. Phrygocœles Borborozomo.

Contumelia affici a nutriente patrono, quanquam nefas, tolerabile tamen, ubi semel corpus iis qui volunt contumeliose tractare exhibueris propter ventrem nefariam; a convivis autem idem pati, multo molestius, verum ab his non solum, sed etiam ab impudentibus servis adhuc molestius. (2) Si autem addidero ancillas cachinnantes et illudentes et ludibrium calamitatem meam facientes, tum sane, ut est apud Homerum, immania perhorresco. Hoc enim quondam audivi ab Autochthone grammatico et teneo adhuc memoria : *Juppiter, haud alius te deum crudelior ullus.* Perniciosa enim profecto numina, quæ talia in nos administrant, ut ego perferam pericula gravia et hominibus pessimis sim ludibrio.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

α'. .... Λυσίᾳ.

Ἀλλ' ἤκουσά σε, ὦ Λυσία, ἀπὸ τοῦ ἀγῶνος τοῦ ἐν Ἐρετρίᾳ συνεχῶς μεθύσκεσθαι.

β'. Πανλάχανος Μονογνάθῳ.

Ἐξώλεις ἀπόλοιντο οἱ Κλεισθένεις καὶ οἱ Δράκοντες.

γ'. Φρύνη Πραξιτέλει.

... μὴ δείσῃς· ἐξείργασαι γὰρ πάγκαλόν τι χρῆμα, οἷον ἤδη τίς σοι τῶν πάν...... οὐδεὶς τῶν κατὰ χειρῶν πονηθέντων, τὴν σεαυτοῦ ἑταίραν ἱδρύσας ἐν τεμένει· μέση γὰρ ἕστηκα τῆς σῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἔρωτος τοῦ σοῦ. (2) μὴ φθονήσῃς δέ μοι τῆς τιμῆς· οἱ γὰρ ἡμᾶς θεασάμενοι ἐπαινοῦσι Πραξιτέλη, καὶ ὅτι τῆς σῆς τέχνης γέγονα, οὐκ ἀδοξοῦσί με Θεσπιεῖς μέσην κεῖσθαι θεῶν. ἕν τι τῇ δωρεᾷ λείπει, ἐλθεῖν σε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ἐν τῷ τεμένει μετ' ἀλλήλων κατακλινῶμεν· οὐ μιανοῦμεν γὰρ τοὺς θεούς, οὓς αὐτοὶ πεποιήκαμεν. ἔρρωσο.

FRAGMENTA.

I. .... Lysiæ.

Verum audio te, o Lysia, a certamine Eretrio ebrium esse continenter.

II. Panlachanus Monognatho.

Radicitus pereant Clisthenæ atque Dracontes.

III. Phryne Praxiteli.

...... ne time : perfecisti enim opus, quale quidem omnium operum manu factorum nemo unquam vidit, amica tua in nemore erecta : media quippe sto inter Venerem tuam Amoremque tuum. (2) Neque invideas mihi hunc honorem : nam qui nos intuentur, celebrant Praxitelem; quodque tua arte exstiti, non indignam me habent Thespienses quæ diis inserar. Unum adhuc dono deest, ut nos convenias, quo in nemore accumbamus : non enim deos violabimus, quos ipsi fecimus. Vale.

δ'. Λέαινα Φιλοδήμῳ.

Εἶδόν σου τὴν νύμφην μυστηρίοις καλὸν περιβεβλημένην θέριστρον. ἐλεῶ σε νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ταλαίπωρε, οἷα πάσχεις μετ' ἐκείνης καθεύδων τῆς χελώνης. οἷον τὸ χρῶμα τῆς γυναικός, αὐτοσανδαράκη· ἡλίκους δὲ καθεῖτο τοὺς πλοκάμους ἡ νύμφη, οὐδὲν ἐοικότας ταῖς ἐπὶ τῆς κορυφῆς θριξίν· ὅσον δὲ κατεπέπλαστο ψιμύθιον. (2) καὶ ἡμᾶς τὰς ἑταίρας λοιδοροῦσιν ὅτι καλλωπιζόμεθα. ἀλλὰ μεγάλην εἶχεν ἄλυσιν (ἀξία γέ ἐστιν ἐν ἁλύσει διατελεῖν πλὴν οὐχὶ χρυσῇ) φάσματος ἔχουσα πρόσωπον. (3) ἡλίκοι δὲ οἱ πόδες, ὡς πλατεῖς, ὡς ἄρρυθμοι. αἰαῖ γυμνὴν περιλαβεῖν ἐκείνην οἷόν ἐστιν. ἐμοὶ μὲν καὶ βαρύ τι ἐδόκει προσπνεῖν· μετὰ φρύνου καθεύδειν ἂν εἱλόμην, Νέμεσι δέσποινα. ἐμβλέψαι τί μὴ δωρίδι βούλομαι ἢ μετὰ τῆς ἁλύσεως καὶ τῶν περισκελίδων συγκερ....

IV. Leæna Philodemo.

Vidi sponsam tuam mysteriis pulcro velamine amictam. Miseret me tui per Venerem, o miser, ob ea quæ patienda tibi sunt cum ista testudine concumbenti. Mulieris color qualis : tota minium est. Quantosque promittit cincinnos, nihil capillo similes. Et quanta oblevit se cerussa. (2) Nosque meretrices irrident quod nos exornamus. At magnam gerebat catenam (digna quippe quæ vincta catena, non aurea sane, vitam transigat), quamvis spectri facie prædita. (3) Quanti autem eius pedes, quam ampli quamque informes. Væ nudam amplexari eam quam horrendum est : mihi quidem etiam gravem odorem videtur exhalare : cum bufone concumbere malim, Nemesi domina..........

ε'. Αἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταῖραι ταῖς ἐν ἄστει χαίρειν.

Οὐκ ἐπύθεσθε τὰ νεώτερα νῦν πράγματα; οὐκ ἠκούσατε καινὸν ἑταίρας ὄνομα; ὦ πόσον ἡμῖν ἐπιτετείχισται χρῆμα, Λαῒς ὑπὸ Ἀπελλοῦ τοῦ ζωγράφου θηριοτροφηθεῖσα. ἄθλιαι, κλείσατε τὰ ἐργαστήρια ὑμῶν, μᾶλλον δὲ καὶ ἑαυτὰς ἀποκλείσατε. (2) μία νῦν ἐστιν ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα γυνή, μία. Λαῒς ἐν τοῖς θεάτροις, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἐν τῇ βουλῇ, πανταχῇ. πάντες αὐτὴν λαλοῦσιν, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, καὶ οἱ κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τὸ ἐκείνης κάλλος. οὕτω γλῶσσα γίνεται καὶ τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις Λαΐς. (3) εἰκότως· ἐνδεδυμένη μὲν γὰρ εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται, οὔτε κατάξηρος οὔτε κατάσαρκος, ἀλλ' οἵας λέγομεν ἡμεῖς ἰσχνεγχύλους· (4) τρίχες ἐνουλισμέναι φύσει, ξανθίζουσαι δὲ ἀφαρμάκευτα καὶ τῶν ἀκρωμίδων ὑπερκεχυμέναι μαλακῶς. ὀφθαλμοὶ δὲ νὴ τὴν Ἄρτεμιν ὅλης σελήνης εὐκυκλότεροι· καὶ τὸ μέλαν αὐτῶν μελάντατον καὶ τὸ κύκλῳ λευκόν....

V. Meretrices Corinthiæ eis quæ Athenis sunt S.

Non cognovistis rem novissimam? non audivistis novum meretricis nomen? O quantum ad nos oppugnandas exstructum est negotium, Lais ab Apelle pictore tanquam fera enutrita. Miseræ, claudite lustra vestra, vel potius vos ipsas præcludite. (2) Una nunc est mulier Græciam universam concitans, una : Lais in tonstrinis, Lais in theatris, in concionibus, in iudiciis, in senatu, usque quaque; in ore eam habent omnes, per Venerem, adeoque muti pulchritudinem eius nutu inter se significant : sic lingua fit Lais etiam eis qui loqui nequeunt. (3) Nec mirum : vestita enim facie est formosissima, deposita veste tota apparet facies, neque gracilis neque obesa, verum quales nos dicimus graciliter succulentas. (4) Coma naturaliter cirrata et nulla arte flavescens, superque humeros leniter defluens. Oculi autem, per Dianam, plenilunio pulchrius orbiculati, et pupulæ nigerrimo colore, quodque circa est candidissimum.....

ϛ'. * * *

.... ἐράστου χωρίον Νύμφαις θυσίαν λέγουσα ὀφείλειν. εἴκοσιν ἀπέχει τῆς πόλεως στάδια· αὐτὸ δ' ἐστὶ λειμών τις ἢ κῆπος· ὀλίγη δὲ παρὰ τὴν ἔπαυλιν ἀνεῖται σπόριμος, τὰ δὲ λοιπὰ κυπαρίττια καὶ μυρρίνη, ἐρωτικοῦ, φίλη, κτημάτιον ὄντως, οὐ γεωργοῦ. (2) εὐθὺς μὲν ἡ ἄνοδος ἡμῶν εἶχέ τινα παιδιάν· τὰ μὲν γὰρ ἀλλήλας ἐσκώπτομεν ἢ τοὺς ἐραστάς, τὰ δ' ὑπὸ τῶν ὑπαντώντων ἐρρινώμεθα. Νικίας δ' ὁ λάσταυρος οὐκ οἶδα ὁπόθεν ἐπανιών « ποῖ » φησίν « ἡμῖν ἀθρόαι; τίνος ἄπιτε καταπιεῖν ἀγρόν; μακάριον ἐκεῖνο τὸ χωρίον ὅποι βαδίζετε, ὅσας ἕξει συκᾶς. » (3) τοῦτον μὲν οὖν Πετάλη ἀπεσόβησε κωμῳδήσασα ἀκολάστως· ἀπέπτυσε γὰρ ἡμᾶς καὶ ἀκαθάρτους εἰπὼν

VI.......

...... invitaverat nos nuper in] amatoris prædium ad sacra facienda, ut aiebat, Nymphis debita. Viginti abest ab urbe stadia : ipsum autem pratum aliquod sive hortus est : paullum quippe sativi agri iuxta villam patent, reliqua cupresseta ac myrteta sunt, puellarum, amica, vere, non agri cultoris prædium. (2) Ac statim ascensus oblectationis quid habebat : modo enim nosmet ipsas ludificabamur sive amatores, modo ab obviam nobis factis lacessebamur. Nicias autem furcifer, nescio unde redux, « quo » inquit « vos confertim? cuiusnam proficiscimini agrum exhausturæ? beatum illud prædium, quo tenditis, ob ficorum quas habebit copiam. » (3) Hunc igitur Petale extrusit derisum petulenter, isque exsecratus nos et impuras appellans abiit. Nos au-

ἀπεφθάρη. ἡμεῖς δὲ πυρακάνθας ἀφαιροῦσαι καὶ κλωνία καὶ ἀνεμώνας συλλέγουσαι παρῆμεν αἰφνιδίως· ἔλαθε δ' ἡμᾶς ἡ ὁδὸς διὰ τὴν παιδιὰν ὡς οὐδ' ᾠήθημεν ταχέως ἀνυσθεῖσα. (4) μικρὸν δὲ ἄπωθεν τῶν ἐπαυλίων πέτρα τις ἦν συνηρεφὴς κατὰ κορυφὴν δάφναις καὶ πλατανίστοις· ἑκατέρωθεν δὲ μυρρίνης εἰσὶ θάμνοι, καί πως ἐξ ἐπιπλοκῆς αὐτὴν περιθεῖ κιττὸς ἐν χρῷ τῇ λίθῳ προσπεφυκώς, ἀπὸ δὲ αὐτῆς ὕδωρ ἀκήρατον ἐστάλαττεν· ὑπὸ δὲ ταῖς ἐξοχαῖς τῶν πετριδίων Νύμφαι τινὲς ἵδρυνται, καὶ Πὰν οἷον κατοπτεύων τὰς Ναΐδας ὑπερέκυπτεν. (5) ἀντικρὺ βωμὸν αὐτοσχεδίως ἐνήσαμεν, εἶτα σχιζία καὶ πόπανα ἐπ' αὐτῷ θέμεναι κατηρξάμεθα λευκῆς ἀλεκτορίδος, καὶ μελίκρατον ἐπισπείσασαι καὶ λιβανωτὸν ἐπιθυμιάσασαι τῷ πυριδίῳ καὶ προσευξάμεναι πολλὰ μὲν ταῖς Νύμφαις πλείω δὲ ἢ οὐκ ἔλαττω τῇ Ἀφροδίτῃ, ἱκετεύομεν διδόναι τινὰ ἡμῖν ἐρωτικὴν ἄγραν. (6) τὸ λοιπὸν εὐτρεπεῖς ἐπὶ τὴν εὐωχίαν ἦμεν. « ἴωμεν » ἔφη ἡ Μέλισσα « οἴκαδε καὶ κατακλινῶμεν. » « μὴ μὲν οὖν πρὸς τῶν Νυμφῶν καὶ τοῦ Πανός » εἶπον ἐγώ « τούτου· ὁρᾷς γὰρ ὡς ἔστιν ἐρωτικός· ἡδέως ἂν ἡμᾶς ἐνταῦθα κραιπαλώσας ἴδοι. (7) ἀλλ' ὑπὸ ταῖς μυρρίναις ἦν ἰδοὺ τὸ χωρίον ὡς ἔνδροσόν ἐστιν ἐν κύκλῳ καὶ τρυφεροῖς ἄνθεσι ποικίλον. ἐπὶ ταύταις βουλοίμην ἂν τῆς πόας κατακλινῆναι ἢ ἐπὶ τῶν ταπητίων ἐκείνων καὶ τῶν μαλθακῶν ὑποστρωμάτων, νὴ Δία· ἀλλὰ ἔχει τι πλέον τῶν ἐν ἄστει τἀνταῦθα συμπόσια, ἔνθα ἀγροῦ ὑπαίθριοι χάριτες. » (8) « ναὶ ναί, λέγεις καλῶς » ἔφασαν· εὐθὺς οὖν κατακλώμεναι αἳ μὲν σμίλακος αἳ δὲ μυρρίνης κλάδους καὶ τὰ χλανίσκια ἐπιστορέσασαι αὐτοσχεδίως στιβάδα συνερράψαμεν. ἦν δὲ καὶ τοὔδαφος λωτῷ καὶ τριφύλλῳ μαλθακόν· ἐν μέσῳ κύκλῳ καί τινες ὑάκινθοι καὶ ἄνθεμα διαποίκιλα τὴν ὄψιν ὡράϊζον· (9) ἐαρινοῖς ἐφιζάνουσαι πετάλοις ἡδὺ καὶ κωτίλον ἀηδόνες ἐψιθύριζον, ἠρέμα δὲ οἱ σταλαγμοὶ καταλειβόμενοι ἀπὸ τῆς οἷον ἱδρούσης σπιλάδος τρυφερόν τινα παρεῖχον ψόφον ἐαρινῷ πρέποντα συμποσίῳ. οἶνος ἦν οὐκ ἐπιχώριος, ἀλλὰ Ἰταλός, οἵου σὺ ἔφης καδίσκους ἓξ Ἐλευσῖνι ἐωνῆσθαι, σφόδρα ἡδὺς καὶ ἄφθονος· (10) ᾠά τε τετμημένα ὥσπερ λίσπαι, καὶ χιμαιρίδος ἁπαλῆς τεμάχη καὶ ἀλεκτορίδες οἰκουροί· εἶτα γαλάκτινα ποικίλα, τὰ μὲν μελίπηκτα τὰ δ' ἀπὸ ταγήνου (πυτίας μοι δοκῶ καλοῦσιν αὐτὰ καὶ σκώληκας τὰ πεμμάτια), ὅσα τε ἀγρὸς ἡμῖν ἐαρινῆς ὀπώρας ἐπεδαψιλεύετο. (11) μετὰ δὲ τοῦτο συνεχῶς περιεσόβουν αἱ κύλικες· καὶ τὸ πιεῖν μέτρον ἦν τρεῖς φιλοτησίας οὐ τὸ ποσόν. ἐπιεικῶς δέ πως τὰ μὴ προσηναγκασμένα τῶν συμποσίων τῷ συνεχεῖ τὸ πλέον ἀναλαμβάνει ὑποψεκάζοντα μικροῖς μέν τισι κυμβίοις ἀλλ' ἐπαλλήλοις. καὶ παρῆν Κρουμάτιον ἡ Μεγαρὶς καταυλοῦσα, ἡ δὲ Σιμμίχη πρὸς τὰ μέλη καὶ πρὸς τὴν ἁρμονίαν ᾖδεν. (12) ἔχαιρον αἱ ἐπὶ τῆς πίδακος Νύμφαι. ἡνίκα δὲ ἀναστᾶσα κατωρχήσατο καὶ τὴν ὀσφῦν ἀνεκίνησεν ἡ Πλαγγών, ὀλίγου ὁ Πὰν

tem pyracanthas decerpentes et ranunculos anemonasque colligentes subito adfuimus : præter opinionem enim celeriter inter iocandum confectum erat iter. Statim igitur sacra apparare cœpimus. (4) Haud procul a prædiolo saxum erat cacumen habens lauris condensum atque platanis, utrimque autem myrteta sunt, ipsumque tanquam implicatione hedera circumcingit adhærens iuxta lapidi : aqua hinc destillabat limpida. Saxi sub prominentiis Nymphæ quædam collocatæ sunt, eisque Pan quasi speculabundus imminet. (5) Exadversum aram ex tempore exstruximus, in qua lignis et dulcibus impositis gallinam immolavimus candidam, mulsoque lacte infuso et accenso ture, multumque supplicantes Nymphis, plus etiam vel non minus certe Veneri precabamur, ut prædæ alicuius amatoriæ compotes nos facerent. (6) Interea edendi evasimus appetentes. « Eamus » inquit Melissa « domum et accumbamus. » « Profecto non, » inquam ego « per Nymphas huncque Pana : vides enim quam sit amore captus : libenter igitur hic nos crapulæ plenas viderit : (7) verum sub myrtis vide quam roscidus circum circa sit locus tenerisque floribus varius : hoc in cespite malim quam in tapetibus illis et mollibus stragulis accumbere per Iovem : immo præstant urbanis rustica convivia, ubi liberum sub divo exsultat gaudium. » « (8) Næ, recte dicis » conclamarunt reliquæ. Statim igitur aliæ taxi, myrti aliæ ramos comportantes superimpositis vestibus lectulum ex tempore contexuimus. Erat etiam solum loto trifolioque molle : in medio hyacinthi quidam et versicolores flores circum adspectum decorabant : (9) vernis insidentes frondibus lusciniæ garrulæ suaviter fritinniebant : leniter guttæ a saxo tanquam sudor destillantes placidum edebant murmur verno convivio congruens. Vinum erat non indigena, sed Italum, cuiusmodi aiebas sex urceos Eleusine te emisse, dulce admodum atque largum, (10) ovaque ad instar tesserarum dissecta et caprinæ frusta teneræ et gallinæ domesticæ, deinde lactinia varia, alia melle mixta, alia ex oleo fricta, — pyriatas appellant, nisi fallor — et spiræ et placentæ, quosque ager pro verno tempore nobis largiebatur fructus. (11) Exinde continuo circumferebantur pocula. Bibendi quidem præter tria pocula modus præscriptus erat nullus : plerumque autem convivia lege nulla astricta continua potatione maiorem compensant poculorum numerum. Irrorabat nos, qui a potione erat, minoribus quidem, at continuis poculis. Simul aderat Crumatium, Megarica tibicina, ad eiusque modos amatoria carmina canebat Simmiche. (12) Gaudebant Nymphæ fontis accolæ : quum autem exsurrexit coxam-

ἐδέησεν ἀπὸ τῆς πέτρας ἐπὶ τὴν πυγὴν αὐτῆς ἐξάλλεσθαι. αὐτίκα δὲ ἡμᾶς ἐδόνησεν ἡ μουσικὴ καὶ ὑποβεβρεγμένον εἴχομεν τὸν νοῦν. (13) οἶσθα ὅ τι λέγω. τὰς τῶν ἐραστῶν χεῖρας ἐμαλάττομεν, τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν ἠρέμα πως χαλῶσαι, καὶ οὐκ ἀπροσδιονύσως ἐπαίζομεν· καί τις ἐφίλησεν ὑπτιάσασα καὶ μασταρίων ἐφῆκεν ἅψασθαι, καὶ οἷον ἀποστραφεῖσα ἀτεχνῶς τοῖς βουβῶσι τὸ κατόπιν τῆς ὀσφύος προσαπέθλιβε. (14) διανίστατο δὲ ἤδη ἡμῶν μὲν τῶν γυναικῶν τὰ πάθη, τῶν ἀνδρῶν δὲ ἐκεῖνα. ὑπεκδυόμεναι δ' οὖν μικρὸν ἄπωθεν συνηρεφῆ τινὰ λόχμην ηὕρομεν, ἀρκοῦντα τῇ τότε κραιπάλῃ θάλαμον. ἐνταῦθα διανεπαυόμεθα τοῦ πότου καὶ τοῖς χιτωνίσκοις ἀπιθάνως εἰσεπαίομεν· (15) κἄπειτα ἡ μὲν κλωνία μυρρίνης συνέδει ὥσπερ στέφανον ἑαυτῇ πλέκουσα καὶ « εἰ πρέπει μοι, φίλη, σκέψαι, » ἡ δ' ἴων ἔχουσα κάλυκας ἐπῄνει « ὡς χρηστὸν ἀποπνεῖ » λέγουσα, ἡ δὲ μῆλα ἄωρα « ἰδοὺ ταυτί » ἐκ τοῦ κόλπου προφέρουσα ἐπεδείκνυτο, ἡ δὲ ἐμινύριζεν, ἡ δὲ φύλλα ἀπὸ τῶν κλωνίων ἀφαιροῦσα διέτρωγε· καὶ τὸ δὴ γελοιότατον, πᾶσαι ἐπὶ ταὐτὸν ἀνιστάμεναι ἀλλήλας λανθάνειν ἐβουλόμεθα· θατέρᾳ δὲ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τὴν λόχμην παρήρχοντο. (16) οὕτως μικρὰ παρεμπορευσαμέναις τῆς ἀφροδίτης πάλιν συνειστήκει πότος· καὶ οὐκέθ' ἡμῖν ἐδόκουν προσβλέπειν ὡς πρότερον αἱ Νύμφαι, ἀλλ' ὁ Πὰν καὶ Πρίαπος ἤδη. ἐμφαγεῖν δ' ἦν πάλιν ὀρνίθια ταυτὶ τὰ τοῖς δικτύοις ἁλισκόμενα καὶ πέρδικες, καὶ ἐκ τρυγὸς ἥδιστοι βότρυες, καὶ λαγωδίων νῶτα. εἶτα κόγχοι καὶ κήρυκες ἦσαν ἐξ ἄστεος κομισθέντες, καὶ ἐπιχώριοι κοχλίαι καὶ μύκητες οἱ ἀπὸ τῶν κομάρων, καὶ σισάρων εὐκάρδιοι ῥίζαι ὄξει δεδευμέναι καὶ μέλιτι· (17) ἔτι μέντοι ὃ μάλιστα ἡδέως ἐφάγομεν, θριδακῖναι καὶ σέλινα· ἡλίκας δοκεῖς θριδακίναι; πλησίον δὲ ἦν ὁ κῆπος. ἑκάστη « ταύτην ἔλκυσον » « μὰ Δία ἀλλά μοι ταύτην » « μὴ μὲν οὖν ἀλλὰ ἐκείνην » ἐλέξαμεν ταῖς θεραπαινίσιν· ἦσαν δὲ αἱ μὲν εὔφυλλοι καὶ μακραί, αἱ δὲ οὖλαι καὶ βοστρύχοις ἐμφερεῖς, ἀλλὰ βραχεῖαι, ὑπόξανθος δέ τις τοῖς φύλλοις αὐτῶν ἐνεκέχρωστο αὐγή· τὴν Ἀφροδίτην λέγουσι ταύτας φιλεῖν. (18) ἐρείσασαι δ' οὖν καὶ ἀναξανθεῖσαι τοὺς στομάχους ἐκραιπαλῶμεν μάλα νεανικῶς μέχρι τοῦ μηδὲ λανθάνειν ἀλλήλας θέλειν, μηδὲ αἰδουμένως τῆς ἀφροδίτης παρακλέπτειν· οὕτως ἡμᾶς ἐξεβάκχευσαν αἱ προπόσεις. μισῶ τὸν ἐκ γειτόνων ἀλεκτρυόνα· κοκκύσας ἀφείλετο τὴν παροινίαν. (19) ἔδει ἀπολαῦσαί σε τῆς γοῦν ἀκοῆς τοῦ συμποσίου (τρυφερὸν γὰρ ἦν καὶ πρέπον ἐρωτικῇ ὁμιλίᾳ) εἰ καὶ μὴ τῆς παροινίας ἐδυνήθης· ἐβουλόμην οὖν ἀκριβῶς ἕκαστα ἐπιστεῖλαι καὶ προυτράπην ..... σὺ δὲ εἰ μὲν ὄντως ἔσχηκας μαλακῶς, ὅπως ἄμεινον ἕξεις σκόπει· εἰ δὲ τὸν ἐραστὴν προσδοκῶσα ἥξειν οἰκουρεῖς, οὐκ ἀλόγως οἰκουρεῖς. ἔρρωσο.

que movere cœpit Plango, haud multum abfuit quin e saxo Pan eius insultaret natibus. Mox vehementer nos concitavit musica, mentemque mero irriguam habebamus: nosti quid dicam. (13) Amatorum manus demulcebamus digitorum articulis leniter inflexis et inter potum ludebamus, quin resupinata aliqua amatorem basiavit, mammasque permisit contrectare et quasi aversata aperte impegit inguini coxendicem. (14) Iamque assurgebant nobis mulieribus cupidines, viris autem illa quæ habent: furtim digressæ igitur haud procul densum frutetum invenimus, idoneum crapulæ illius cubiculum. Hic a compotatione respiravimus et ... (15) Mox alia myrti surculis in coronam sibi nexis « vide, amica, » inquit « an satis me deceat, » alia violarum calices secum afferens « quam bene olent », alia poma cruda « en hæcce » e sinu deprompta offerens, lallabat alia, alia surculorum folia decerpta corrodebat, quodque videndum erat maxime, omnes nos idem agere inter nos dissimulabamus invicem. Ab altera autem parte viri frutetum intrabant. (16) Postquam igitur quasi obiter amatorie lusimus, iterum compotatio instructa est, neque amplius videbantur sic ut antea nos contueri Nymphæ, verum Pan atque Priapus. Rursus apponebantur aviculæ istæ captæ retibus et perdices et musto conditæ uvæ dulcissimæ et lepusculorum dorsa, deinde conchæ et murices ex urbe allati et cochleæ indigenæ et fungi arbutei et siseris radices stomacho utiles aceto atque melle dilutæ, prætereaque quibus libentissime vescebamur lactucæ atque apium. Et lactucas quidem quantas quæso censes? hortus erat in propinquo. Singulæ igitur « hanc evelle, » « minime, sed hanc mihi, » « neutiquam, verum illam » ancillis imperavimus: erant autem foliosæ aliæ atque grandes, aliæ minutæ quidem, sed crispæ ad instar cincinnorum, subluteo quodam nitore tinctis foliis, quales Venerem aiunt adamasse. (18) Itaque postquam cibo nos ingurgitavimus et stomachum refecimus, dementabamus vino usque eo dum et fallendi nos invicem studium et furtivi amoris verecundiam abiecimus: adeo nos inflammarunt crebræ propinationes. Odi vicini gallum, qui cantu suo finem fecit crapulæ. (19) Cui quum tu interesse non potueris, certe par erat ut auditu hanc compotationem perciperes: luxuriosa enim fuit dignaque amatoria consuetudine. Volebam igitur accurate singula perscribere, idque feci animo libenti. Tu vero si re vera ægrotasti, cura ut valeas: sin autem amatoris adventum exspectans domum servas, facis prudenter. Vale.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ALEXANDRI EPISTOLÆ.

α'. Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὖ πράττειν. Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. τίνι γὰρ ἔτι διοίσομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ, καθ' οὓς ἐπαιδεύθημεν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Ἔρρωσο.

β'. Δαρείῳ. Οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι ἐλθόντες εἰς Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς οὐδὲν προηδικημένοι· ἐγὼ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμὼν κατασταθεὶς καὶ τιμωρήσασθαι βουλόμενος Πέρσας διέβην εἰς τὴν Ἀσίαν ὑπαρξάντων ὑμῶν. καὶ γὰρ Περινθίοις ἐβοηθήσατε, οἳ τὸν ἐμὸν πατέρα ἠδίκουν, καὶ εἰς Θρᾴκην, ἧς ἡμεῖς ἤρχομεν, δύναμιν ἔπεμψεν Ὦχος. τοῦ δὲ πατρὸς ἀποθανόντος ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευσάντων, οὓς ὑμεῖς συνετάξατε, ὡς αὐτοὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς πρὸς ἅπαντας ἐκομπάσατε, καὶ Ἄρσην ἀποκτείναντός σου μετὰ Βαγώου καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχόντος οὐ δικαίως οὐδὲ κατὰ τὸν Περσῶν νόμον, ἀλλὰ ἀδικοῦντος Πέρσας, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας γράμματα οὐκ ἐπιτήδεια πέμποντος, ὅπως πρός με πολεμῶσι, καὶ χρήματα ἀποστέλλοντος πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ ἄλλους τινὰς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων οὐδεμιᾶς δεχομένης, Λακεδαιμονίων δὲ λαβόντων, καὶ τῶν παρὰ σοῦ πεμφθέντων τοὺς ἐμοὺς φίλους διαφθειράντων καὶ τὴν εἰρήνην, ἣν τοῖς Ἕλλησι κατεσκεύασα διαλύειν ἐπιχειρούντων ἐστράτευσα ἐπὶ σὲ ὑπάρξαντος σοῦ τῆς ἔχθρας. ἐπειδὴ δὲ μάχῃ νενίκηκα πρότερον μὲν τοὺς σοὺς στρατηγοὺς καὶ σατράπας, νῦν δὲ σὲ καὶ τὴν μετὰ σοῦ δύναμιν, καὶ τὴν χώραν ἔχω τῶν θεῶν μοι δόντων, ὅσοι τῶν μετὰ σοῦ παραταξαμένων μὴ ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανον, ἀλλὰ παρ' ἐμὲ κατέφυγον, τούτων ἐπιμέλομαι καὶ οὐκ ἄκοντες παρ' ἐμοί εἰσιν, ἀλλὰ αὐτοὶ ἑκόντες ξυστρατεύονται μετ' ἐμοῦ. ὡς οὖν ἐμοῦ τῆς Ἀσίας ἁπάσης κυρίου ὄντος ἧκε πρὸς ἐμέ. εἰ δὲ φοβῇ μὴ ἐλθὼν πάθῃς τι ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι, πέμπε τινὰς τῶν φίλων τὰ πιστὰ ληψομένους. ἐλθὼν δὲ πρός με τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας καὶ εἰ ἄλλο τι ἐθέλεις αἴτει καὶ λάμβανε. ὅ τι γὰρ ἂν πείθῃς ἐπὲ ἔσται σοι. καὶ τοῦ λοιποῦ ὅταν πέμπῃς, παρ' ἐμὲ ὡς βασιλέα τῆς Ἀσίας πέμπε, μηδὲ ἃ βούλει ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, ἀλλ' ὡς κυρίῳ ὄντι πάντων τῶν σῶν φράζε εἴ του δέῃ· εἰ δὲ μή, ἐγὼ βουλεύσομαι περὶ σοῦ ὡς ἀδικοῦντος. εἰ δὲ ἀντιλέγεις περὶ τῆς βασιλείας, ὑπομείνας ἔτι ἀγώ-

I. Alexander Aristoteli salutem. Non recte fecisti, quod acroamaticos tuos libros edidisti. Nam qua alia re præstare ceteris poterimus, si ea, quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? quippe ego doctrina anteire malim quam copiis atque opulentiis. Vale.

II. Dario. Maiores vestri Macedoniam reliquamque Græciam ingressi damnis nos affecerunt, quum ipsi nulla prius a nobis accepissent. Ego vero Græcorum imperator factus Persarum iniuriam vindicandi cupidus in Asiam traieci vobis primis lacessentibus. Etenim Perinthiis opem tulistis, qui patrem meum iniuria affecerant, inque Thraciam, quæ nostræ ditionis est, exercitum misit Ochus. Patre autem meo per insidiatores quos ipsi subornastis occiso, quemadmodum vos litteris quoquoversum missis gloriati estis, quum tu Arsen cum Bagoa interfici curasses, regnumque iniuste et contra Persarum leges atque instituta occupasses, summa Persis injuria illata, litteras etiam parum amicas ad Græcos misisses, quibus eos ad bellum adversus me gerendum excitares, quumque pecunias ad Lacedæmonios aliosque Græcorum nonnullos miseris, quas quum reliquæ omnes Græciæ civitates repudiassent, soli Lacedæmonii acceperunt, quum denique legati a te missi amicos meos corruperint et pacem cum Græcis constitutam dissolvere studuerint, bellum tibi intuli, quippe qui inimicitiarum auctor fueris. Quum autem primo duces tuos et satrapas, nunc vero te tuumque exercitum prœlio vicerim, etiam regnum tuum deorum benignitate in mea potestate teneo. Quotquot tuarum partium milites ex prœlio servati ad me confugerunt, horum curam gero, neque inviti apud me sunt, sed sua sponte mecum militant. Ad me igitur utpote totius Asiæ dominum veni. At si metuis ne, ubi veneris, aliquid tibi abs me acerbi accidat, mitte amicorum tuorum aliquot, qui fidem accipiant. Quum autem ad me veneris, matrem et uxorem ac liberos et si quid præterea voles posce atque accipe. Quicquid enim a me petieris impetrabis. Ceterum quando ad me scribes, ut ad Asiæ regem scribe, neque tanquam ad parem litteras da, sed veluti omnium tuarum rerum domino significa, si qua re indiges : sin minus, ego de te tanquam iniuriam inferente decernam. Si vero de regno mecum contendis aliud

νισαι περὶ αὐτῆς καὶ μὴ φεῦγε, ὡς ἐγὼ ἐπὶ σὲ πορεύσομαι οὗ ἂν ᾖς.

γʹ. Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος τοῖς ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων φυγάσι. Τοῦ μὲν φεύγειν ὑμᾶς οὐχ ἡμεῖς αἴτιοι γεγόναμεν, τοῦ δὲ κατελθεῖν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας ἡμεῖς ἐσόμεθα, πλὴν τῶν ἐναγῶν. γεγράφαμεν δὲ Ἀντιπάτρῳ περὶ τούτων, ὅπως τὰς μὴ βουλομένας τῶν πόλεων κατάγειν ἀναγκάσῃ.

pro eo prœlium committas, neque fugias : ego enim te ubicunque fueris adoriar.

III. Rex Alexander Græcarum civitatum exulibus. Exilii vestri non nos auctores sumus, verum in suam cuique patriam reditus nos erimus, exceptis eis, qui parricidio se obstrinxerant. Scripsimus hac de re Antipatro, ut quæ nolint civitates exules revocare cogat.

ΑΜΑΣΙΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

AMASIS EPISTOLÆ.

α'. Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει. Ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα, ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἔστι φθονερόν· καί κως βούλομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν, καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα. οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος, εὐτυχέων τὰ πάντα. σὺ ὦν νῦν ἐμοὶ πειθόμενος ποίησον πρὸς τὰς εὐτυχίας τοιάδε· φροντίσας τὸ ἂν εὕρῃς ἐόν τοι πλείστου ἄξιον, καὶ ἐπ' ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις, τοῦτο ἀπόβαλε οὕτω ὅκως μηκέτι ἥξει ἐς ἀνθρώπους. ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι τῇσι πάθῃσι προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο.

β'. Βασιλεὺς Αἰγυπτίων Ἄμασις λέγει Βίαντι σοφωτάτῳ Ἑλλήνων. Βασιλεὺς Αἰθιόπων ἔχει πρός ἐμὲ σοφίας ἅμιλλαν, ἡττώμενος δὲ τοῖς ἄλλοις ἐπὶ πᾶσι συντέθεικεν ἄτοπον ἐπίταγμα καὶ δεινόν, ἐκπιεῖν με κελεύων τὴν θάλασσαν. ἔστι δὲ λύσαντι μὲν ἔχειν κώμας τε πολλὰς καὶ πόλεις τῶν ἐκείνου, μὴ λύσαντι δὲ ἄστεων τῶν περὶ Ἐλεφαντίνην ἀποστῆναι. Σκεψάμενος οὖν εὐθὺς ἀπόπεμπε Νειλόξενον. Ἃ δὲ δεῖ φίλοις σοῖς ἢ πολίταις γενέσθαι παρ' ἡμῶν, οὐ τἀμὰ κωλύσει.

I. Amasis Polycrati hæc dicit. Iucundum utique est intelligere, virum amicum et hospitem bene agere, mihi vero non placent tuæ res nimium secundæ, ut qui norim divinum numen esse invidum : ac fere cupio, ut et ego et qui mihi curæ sunt partim quidem prospero utamur rerum successu, partim vero etiam nonnihil offendamus, atque sic potius vitam transigamus, variante fortuna, quam in omni re simus felices. Neminem enim fando audivi quin, postquam feliciter omnia successere, postremo pessimum funditus exitum habuerit. Tu igitur nunc me auctore adversus felicitatem tuam fac hoc : circumspice, quid habeas pretiosissimum, quoque amisso summa animi ægritudine te affectum iri censeas, atque ita illud abice, ut inter homines non amplius compareat. Quod si posthac tibi res secundæ iam non per vices cum ipsis calamitatibus eventuræ sunt, fac ut quam proposui adhibeas medicinam.

II. Ægyptiorum rex Amasis Bianti sapientissimo Græcorum dicit hæc. Certamen mecum Æthiopum rex sapientiæ instituit, victusque ceteris in rebus absurdum postremo a me et immane quid postulat, mare me iubens ebibere, idque ea conditione, ut, si præstem, multi eius pagi multæque urbes meæ fiant ditionis, sin vero minus, oppida quæ circa Elephantinam sunt amittam. Tu quo pacto id fieri possit remisso statim Niloxeno doce. Si quid autem a me amici sive cives tui desiderabunt, ego non obstabo.

ΑΜΕΛΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

AMELII EPISTOLA.

Ἀμέλιος Βασιλεῖ εὖ πράττειν

Αὐτῶν μὲν ἕνεκα τῶν πανευφήμων ἀνδρῶν, οὓς διατεθρυληκέναι σεαυτὸν φής, τὰ τοῦ ἑταίρου ἡμῶν δόγματα εἰς τὸν Ἀπαμέα Νουμήνιον ἀναγόντων, οὐκ ἂν προηκάμην φωνήν, σαφῶς ἐπίστασο. δῆλον γὰρ ὅτι καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ἀγαλλομένης προελήλυθεν εὐστομίας τε καὶ εὐγλωττίας, νῦν μὲν ὅτι πλατὺς φλήναφος, αὖθις δὲ ὅτι ὑποβολιμαῖος, ἐκ τρίτων δὲ ὅτι καὶ τὰ φαυλότατα τῶν ὄντων ὑποβαλλόμενος τῷ διασιλλαίνειν αὐτὸν δηλαδὴ κατ' αὐτοῦ λεγόντων. σοῦ δὲ τῇ προφάσει ταύτῃ οἰομένου δεῖν ἀποχρῆσθαι πρὸς τὸ καὶ τὰ ἡμῖν ἀρέσκοντα ἔχειν προχειρότερα εἰς ἀνάμνησιν καὶ τὸ ἐπ' ὀνόματι ἑταίρου ἀνδρὸς οἵου τοῦ Πλωτίνου μεγάλου εἰ καὶ πάλαι διαβεβοημένα ὁλοσχερέστερον γνῶναι ὑπήκουσα καὶ νῦν ἥκω ἀποδιδούς σοι τὰ ἐπηγγελμένα ἐν τρισὶν ἡμέραις, ὡς καὶ αὐτὸς οἶσθα, πεπονημένα. χρὴ δὲ αὐτὰ ὡς ἂν μὴ ἐκ τῆς τῶν συνταγμάτων ἐκείνων παραθέσεως οὔτ' οὖν συντεταγμένα οὔτ' ἐξειλεγμένα, ἀλλ' ἀπὸ τῆς παλαιᾶς ἐντεύξεως ἀναπεπολημένα καὶ ὡς πρῶτα προύπεσεν ἕκαστα οὕτω ταχθέντα ἐνταῦθα· νῦν συγγνώμης δικαίας παρὰ σοῦ τυχεῖν, ἄλλως τε καὶ τοῦ βουλήματος τοῦ ὑπὸ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν ὑπαγομένου πρός τινων ἀνδρὸς οὐ μάλα προχείρου ἑλεῖν ὑπάρχοντος διὰ τὴν ἄλλοτε ἄλλως περὶ τῶν αὐτῶν ὡς ἂν δόξειε φοράν. ὅτι δέ, εἴ τι τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἑστίας παραχαράττοιτο, διορθώσῃ εὐμενῶς, εὖ οἶδα. ἠνάγκασμαι δ', ὡς ἔοικεν, ὥς πού φησιν ἡ τραγῳδία, ὢν φιλοπράγμων τῇ ἀπὸ τῶν τοῦ καθηγεμόνος ἡμῶν δογμάτων διαστάσει εὐθύνειν τε καὶ ἀποποιεῖσθαι· τοιοῦτον ἄρα ἦν τό σοι χαρίζεσθαι ἐξ ἅπαντος βούλεσθαι. ἔρρωσο.

Amelius Regi salutem.

Certo scito me nunquam vocem fuisse emissurum inclitorum virorum causa, qui, ut iam divulgatum tibique notum esse ais, amici nostri dogmata in Apameum Numenium referunt. Constat enim id ex dicendi loquendique propria apud ipsos et qua gloriantur modestia proficisci. Nunc quidem meras nugas, nunc vero supposititium vocitant; rursus quasi vilissima quædam supponat accusant, et mendaci duntaxat dicacitate in eum perperam invehuntur. Quum vero tu occasione hac utendum censeas, cum videlicet ut, quæ nobis videntur, ad reminiscendum promptiora reddamus, tum etiam ut in amici gloriam, præsertim qualis est magnus admirandusque Plotinus, quamvis olim decantata mysteria plenius cognoscantur, morem tibi gerendum existimavi, iamque tibi reddo promissa, triduo quod scis a nobis elaborata. Decet vero scriptis te nostris ignoscere, utpote quæ non sint compositionum illarum comparatione vel composita vel electa, sed ex veteri congressu repetita : et ut quæque prima succurrebant, sic in præsentia disposita sunt. Eoque magis danda mihi venia est, quod viri illius consilium qui a nonnullis in iudicii nostri consensionem est adductus, haud facile deprehendi potest; propterea quod alias aliter de rebus eisdem, utcunque placuerit, verba faciat. Ego autem certo scio, te benigne prorsus emendaturum, si quid præter familiarem Plotini nostri characterem hic a nobis fuerit obsignatum. Iam vero compulsus videor, ut est in tragœdiis, tanquam negotiosus homo, adeoque ab ipsa nostri ducis doctrina distantior, emendatoris subire iudicium atque retractare. Tantum videlicet apud me potuit ardens tibi gratificandi vo'untas. Vale.

ΑΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ANACHARSIDIS EPISTOLÆ.

α'. Ἀθηναίοις.

Γελᾶτε ἐμὴν φωνήν, διότι οὐ τρανῶς ἑλληνικὰ γράμματα λέγει. Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίοις σολοικίζει, Ἀθηναῖοι δὲ παρὰ Σκύθαις. οὐ φωναῖς διήνεγκαν ἄνθρωποι ἀνθρώπων εἰς τὸ εἶναι ἀξιόλογοι, ἀλλὰ γνώμαις, ὥσπερ καὶ Ἕλληνες Ἑλλήνων. Σπαρτιᾶται οὐ τρανοὶ ἀττικίζειν, ἀλλ' ἔργοις λαμπροὶ καὶ εὐδόκιμοι. οὐ ψέγουσι Σκύθαι λόγον; ὃς ἐμφανίζει τὰ δέοντα, οὐδ' ἐπαινοῦσιν ὃς ἂν μὴ ἐφίκηται τοῦ δέοντος. πολλὰ καὶ ὑμεῖς οἰκονομεῖτε οὐ προσέχοντες φωνῇ ἄρθρα οὐκ ἐχούσῃ. εἰσάγεσθε ἰατροὺς Αἰγυπτίους, κυβερνήταις χρῆσθε Φοίνιξιν, ὠνεῖσθε ἐν ἀγορᾷ οὐ διδόντες πλεῖον τῆς ἀξίας τοῖς ἑλληνιστὶ λαλοῦσιν, οὐδὲ ὀκνηρῶς λαμβάνετε παρὰ βαρβάρων, ἐὰν πρὸς τρόπου πωλῶσι. βασιλεῖς Περσῶν κἀκείνων φίλοι μεγαλοφρονοῦντες ὅταν βούλωνται πρὸς Ἑλλήνων πρεσβευτὰς ἑλληνικῇ φωνῇ φθέγγεσθαι, ἀναγκάζονται σολοικίζειν, ὧν ὑμεῖς οὔτε βουλὰς οὔτε ἔργα καταμέμφεσθε. λόγος δὲ κακὸς οὐ γίνεται, ὅταν βουλαὶ ἀγαθαὶ ὦσι, καὶ ἔργα καλὰ λόγοις παρακολουθῇ. Σκύθαι δὲ κρίνουσι λόγον φαῦλον, ὅταν διαλογισμοὶ φαῦλοι γίγνωνται. πολλῶν καθυστερήσετε, ἂν δυσχεραίνητε φωναῖς βαρβάροις, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀποδεχόμενοι τὰ λεγόμενα· πολλοὺς γὰρ ποιήσετε ὀκνηροὺς εἰσηγεῖσθαι ὑμῖν τὰ συμφέροντα. διὰ τί βαρβαρικὰ τιμᾶτε ὑφάσματα, φωνὴν δὲ βάρβαρον οὐ δοκιμάζετε; αὐλούντων καὶ ᾀδόντων φωνὰς ζητεῖτε ἐμμελεῖς, καὶ ποιητῶν ἔμμετρα ποιούντων ἐπιλαμβάνεσθε, εἰ μὴ ἀναπληροῦσι γράμμασιν ἑλληνικοῖς τὰ μέτρα· λεγόντων δὲ θεωρεῖτε αὐτὰ τὰ λεγόμενα· τὸ γὰρ τέλος τούτων εἰς ὄνησιν. καὶ βαρβάροις πειθόμενοι οὐκ ἐπιτρέψετε γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ προσέχουσιν ὑμῖν, ἐὰν σολοικίζητε· κρεῖσσον γὰρ σολοικίζουσιν πειθαρχοῦντας σώζεσθαι, ἢ τρανῶς ἀττικίζουσιν ἐπακολουθοῦντας μεγάλα βλάπτεσθαι. ἀπαιδεύτων ταῦτά ἐστι καὶ ἀπειροκάλων, ἄνδρες Ἀθηναῖοι· σώφρων γὰρ οὐδεὶς ἂν διανοηθείη ταῦτα.

β'. Σόλωνι.

Ἕλληνες σοφοὶ ἄνδρες, οὐδέν γε σοφώτεροι βαρβάρων· τὸ γὰρ ἐπίστασθαι καλὸν εἰδέναι οὐκ ἀφείλοντο θεοὶ βαρβάρων. πεῖραν δ' ἔξεστι λαμβάνειν ἐξετάζοντας εἰ καλὰ φρονοῦμεν, καὶ βασανίζειν εἰ συμφωνοῦμεν· λόγοις πρὸς ἔργα εἰ ὅμοιοί ἐσμεν τοῖς ἀγαθῶς ζῶσι. στολὴ δὲ καὶ κόσμος σώματος

I. Atheniensibus.

Ridetis meam vocem, quod non distincte græcas profert litteras. Anacharsis male loquitur apud Athenienses, Athenienses vero apud Scythas. Non vocibus præstant homines hominibus ad promerendam laudem, verum sententiis, ut et Græci Græcis. Spartani non distincte loquuntur attice, sed rebus gestis clari sunt et probati. Non vituperant Scythæ sermonem, qui quid faciendum sit clarum facit, neque laudant, si quis id quod res est non attingat. Multa vos quoque transigitis nil curantes vocem, quæ non distincte verba pronuntiet; admittitis medicos Ægyptios, gubernatoribus utimini Phoeniciis, emitis in foro, neque maius pretium græce loquentibus numeratis, neque dubitanter capitis a barbaris, si iusto pretio vendant. Reges Persarum eorumque amici quantumvis superbiant, tamen si cum Græcorum legatis græce loqui volunt, male loqui coguntur, quorum vos neque consilia neque res gestas reprehenditis. Sermo autem non fit malus, ubi bona sunt consilia, et recte facta sermones sequuntur. Scythæ vero pravum sermonem iudicant, si pravæ sint cogitationes. Multa vos effugient, si barbaram vocem moleste feratis et idcirco dicta non probetis : multos enim reddetis ad prospiciendum vestris commodis segniores. Cur barbarica texta in pretio habetis, vocem autem barbarorum non probatis? tibicinum et cantorum voces requirite concinnas et poetas carmina facientes, si græcis litteris metra non repleant, reprehendite, loquentium vero ipsa spectate dicta : finis enim horum ad utilitatem pertinet. Et barbaris obedientes non committetis vos mulieribus et liberis, et vobis attendunt, si male loquamini : melius est enim, male loquentibus obedientes salvos evadere quam exquisite attice loquentibus obedientes magnum facere detrimentum. Imperitorum hoc est et inertium, viri Athenienses : sanæ enim mentis nemo hoc in animum induxerit.

II. Soloni.

Græci sapientes viri, nil tamen sapientiores barbaris : non enim hoc dii barbaris, ut rectum cognoscere scirent, ademere. Licet enim examine instituendo, an recte sapiamus, periculum facere, et an concinamus explorare : nam tam verbis quam factis semper honeste viventibus sumus similes. Vestitus autem et ornatus corporis ne impediant

μὴ γενέσθωσαν ἐμπόδιον ὀρθῆς κρίσεως· ἄλλοι γὰρ ἄλλως κατὰ νόμους πατέρων κεκοσμήκασι τὰ σώματα· σημεῖα δὲ ἀσυνεσίας τὰ αὐτὰ βαρβάροις καὶ Ἕλλησιν, ὁμοίως δὲ συνέσεως. σὺ δὲ διότι Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἐπὶ σὰς θύρας ἐβούλετό σοι ξένος γενέσθαι, ἀπηξίωσας· καὶ ἀπεκρίνω, ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μὴ δεῖν ξενίαν συνάπτειν. εἰ δέ τίς σοι κύνα Σπαρτιάτην ἐδωρεῖτο, οὐκ ἂν προσέτασσες ἐκείνῳ ἀνδρὶ κύνα τοῦτον εἰς Σπάρτην ἀγαγόντα δοῦναί σοι. πότε δὲ καὶ ἐσόμεθα ἕτεροι ἑτέροις ξένοι, ἐπειδὰν ἕκαστος τοῦτον τὸν λόγον λέγῃ; ἐμοὶ μὲν οὐ καλῶς ἔχειν ταῦτα δοκεῖ, Σόλων, Ἀθηναῖε σοφέ, καί με κελεύει θυμὸς πορεύεσθαι πάλιν ἐπὶ σὰς θύρας, οὐκ ἀξιώσοντα ἃ καὶ πρότερον, ἀλλὰ πευσόμενον πῶς ἔχει ἅπερ ἀπεφήνω ὑπὲρ ξενίας.

rectum iudicium : namque aliter alii paterno more ornare solent corpora : stupiditatis autem signa eadem barbaris atque Græcis, itemque prudentiæ. Tu vero quum Anacharsis hospitii tecum faciendi causa ad ianuam tuam veniret, recusabas et respondebas, in patria terra non esse hospitium iungendum. Si quis autem canem Laconicum dono tibi daret, non mandares sane illi homini, ut eum Spartam ductum tibi daret. Ubinam vero amicitiam inter nos iungemus, si hoc modo quisque loqueretur? mihi quidem, o Solon, sapiens Atheniensis, parum recte videtur hoc habere, iubetque me animus iterum ad tuam ianuam accedere, non ut quæ et ante rogem, sed ut, quomodo quæ de hospitio respondisti sese habeant, quæram.

γ'. Ἱππάρχῳ.

Οἶνος πολὺς ἄκρατος ἀλλότριος τοῦ καλῶς τίθεσθαι τὰ καθήκοντα· συγχεῖ γὰρ φρένας, ἐν αἷς ἵδρυται ἀνθρώποις τὸ λογίζεσθαι, τὸν δὲ ὀρεγόμενον μεγάλων οὐκ εὐχερὲς καλῶς πρᾶξαι ἃ ἐπιβάλλεται, ἐὰν μὴ νήφοντα βίον καὶ μεριμνητικὸν ἐνστήσηται. ἀφεὶς οὖν κύβους καὶ μέθην τρέπου πρὸς τὰ δι' ὧν ἄρξεις, κατὰ τρόπον εὐεργεσίας πατρὸς σεαυτοῦ φίλους καὶ προσαίτας εὖ ποιῶν· εἰ δὲ μή, πρὸς τῷ αἰσχρὸς εἶναι κινδυνεύσεις ἰδίῳ σώματι. τότε δὲ μνησθήσονταί σου φίλοι ἀνδρὸς Σκύθου Ἀναχάρσιδος.

III. Hipparcho.

Multum merum alienum est a recte capiendis consiliis; turbat enim mentem, in qua sita est hominum ratio; qui vero magna appetit, hunc non facile est recte perficere quæ animo concepit, nisi sobriam vitam instituat atque curis plenam. Missis itaque talis atque crapula ad ea, quibus regnabis, te converte, patrisque in bene merendo exemplum sequutus amicos tuos atque supplices affice beneficiis : sin minus, præterquam quod improbus es, et corpore tuo periclitabere; tum vero amici tui Scythæ Anacharsidis recordabuntur.

δ'. Μηδόκῳ.

Φθόνος καὶ πτόησις μεγάλα τεκμήρια φαύλης ψυχῆς· φθόνῳ μὲν γὰρ ἕπεται λύπη εὐπραγίας φίλων καὶ πολιτῶν, πτοήσει δὲ ἐλπίδες κενῶν λόγων. Σκύθαι οὐκ ἀποδέχονται τοιούτους ἄνδρας, ἀλλὰ χαίρουσί τε τοῖς εὖ πράττουσι, καὶ ζητοῦσιν ὧν εὔλογον αὐτοὺς τυχεῖν· μῖσος δὲ καὶ φθόνον καὶ πᾶν δύσκολον πάθος ὡς πολέμια ἐκδιώκοντες παντὶ σθένει διατελοῦσιν.

IV. Medoco.

Invidia atque perturbatio pravi animi documenta sunt : invidiam enim sequitur dolor ex amicorum atque civium felicitate natus, perturbationem spes inanium verborum. Scythis non probantur tales homines; sed gaudent aliorum prospera fortuna, eaque appetunt, quæ ipsos consequi consentaneum est, odium vero et invidiam et molestum quemvis animi motum tanquam animi hostes atque adversarios numquam non quantum est in ipsis aspernantur.

ε'. Ἄννωνι.

Ἐμοὶ μὲν περίβλημα χλαῖνα σκυθική, ὑπόδημα δέρμα ποδῶν, κοίτη δὲ πᾶσα γῆ, δεῖπνον καὶ ἄριστον γάλα καὶ τυρὸς καὶ κρέας ὀπτόν, πιεῖν ὕδωρ. ὡς οὖν ἄγοντός μου σχολὴν ὧν οἱ πλεῖστοι ἕνεκεν ἀσχολοῦνται, παραγενοῦ πρός με, εἴ τινά μου χρείαν ἔχεις. δῶρα δ' οἷς ἐντρυφᾶτε ἀντιδωροῦμαί σοι, ὑμεῖς δ' ὅσοι Καρχηδονίων εἰς χάριν σὴν ἀνέθεσθε θεοῖς.

V. Hannoni.

Mihi quidem vestimentum est pallium Scythicum, calceamentum cutis pedum, lectus universa terra, cœna atque prandium lac et caseus et assa caro, potus aqua. Quare quoniam otium ago ab eis rebus, quarum gratia plurimi negotia gerunt, veni ad me, si mea opera tibi opus est. Dona vero, quibus vos luxuriamini, tibi reddo; vos autem, quotquot Carthaginiensium sunt tua gratia diis consecrate.

ς'. Υἱῷ βασιλέως.

Σοὶ μὲν αὐλοὶ καὶ βαλάντια, ἐμοὶ δὲ βέλη καὶ τόξα. διὸ εἰκότως σὺ μὲν δοῦλος, ἐγὼ δὲ ἐλεύθερος· καὶ σοὶ μὲν πολλοὶ πολέμιοι, ἐμοὶ δὲ οὐδείς. εἰ δὲ θέλεις ῥίψας τὸ ἀργύριον φέρειν τόξα καὶ φαρέτραν καὶ πολιτεύεσθαι μετὰ Σκυθῶν, ὑπάρξει καὶ σοὶ τὰ αὐτά.

VI. Filio regis.

Tibi quidem tibiæ et marsupia, mihi vero tela atque arcus. Hinc nil mirum quod tu servus, ego vero liber, et tibi multi hostes, mihi nullus. Sed si vis abiecto argento arcum gestare et pharetram cumque Scythis vitam agere, tibi quoque suppetent eadem.

ζ'. Τηρεῖ.

Οὐδεὶς ἄρχων ἀγαθὸς ἀπολλύει ἀρχομένους, οὐδὲ ποιμὴν ἀγαθὸς πρόβατα λυμαίνεται· σοὶ δὲ πᾶσα μὲν χώρα ἔρημος ἀρχομένων καὶ κακῶς προστατευθεῖσα ὑπ' ἀρχόντων, πᾶς δὲ οἶκος ἰδιώτης εἰς ταπεινὸν συνέσταλται, ὥστε μὴ δύνασθαι τοῖς πράγμασι χρήσιμος εἶναι. φείδεσθαι δὲ ἄμεινον ὧν ἂν ᾖς κύριος· οὐ μὴ γὰρ ἴδια κτήματα ἐπαύξεται σῇ βασιλείᾳ καὶ διαμένει. νῦν δ' εἰ σπανίζεις μὲν ἀνδρῶν εἰς πόλεμον, ἁρπάζεις δὲ χρημάτων οἷς διοικεῖς οὐ στρατιώτας καὶ δικαίως θεωροῦντας ἓν σῶμα, ἐὰν μὴ καταλείπῃς τροφὴν ἀρκοῦσαν, ἔπτησαν καὶ ἐν ὄρεσιν, ἐν ἐρήμοις πεφυκόσιν, ἐν τούτοις οἰκήσουσι καὶ ἐργάσονται τὰ τῶν μελισσῶν.

η. Θρασυλόχῳ.

Κύων ψυχῇ καλὸν ζῷον, μνημονεῦον εὐεργεσιῶν, φιλεῖ τὴν τῶν εὐεργετῶν οἰκίαν, διατηρῶν εὐνομίαν ἕως θανάτου, σὺ δ' ὑπολείπῃ κυνός, εὐεργεσιῶν δυνάμενος συλλογισμῷ ἐξισοῦσθαι ἀνθρώποις. ζητεῖ οὖν λόγος ἐμός, τίνος ἂν γένοιο θυμῷ δίκαιος, ὅταν πρὸς τοὺς εὐεργέτας λέοντος ψυχὴν φορῇς. πειρῶ οὖν συνήθειαν ἐμὴν ἣν εἴχομεν πρός σε σώζειν· καὶ γὰρ ἐλπίδες καλαὶ ἀνδρὶ τοιούτῳ.

θ. Κροίσῳ.

Οἱ ἐν Ἕλλησι ποιηταὶ λόγῳ κόσμον διανέμοντες Κρόνου παισὶν ἀδελφοῖς λῆξιν τῷ μὲν οὐρανοῦ, τῷ δὲ θαλάττης, τρίτῳ δὲ ζόφου προσέθεσαν. τοῦτο μὲν ἰδιοπραγίας ἑλληνικῆς· κοινωνίαν γὰρ οὐδεμίαν χρήματος ἐπιστάμενοι τὸ ἑαυτῶν κακὸν θεοῖς προσένειμαν· γῆν δὲ ὅμως ἐξαίρετον καὶ οὗτοι κοινὴν ἅπασιν ὑπελείποντο. φέρε τοῦτο πῇ ποτε φέρει τὸ νόημα φροντίζωμεν. πάντας ἐβούλοντο θεοὺς τιμὰς πρὸς ἀνθρώπων ἔχειν καὶ πάντας ἀγαθῶν δοτῆρας καὶ κακῶν ἀποτρόπους ὑπάρχειν. κοινὸν δὲ θεῶν κτῆμα γῆ κοινὸν καὶ ἀνθρώπων τὸ πάλαι ἦν, χρόνῳ δὲ παρηνόμησαν ἴδια ἐπονομάζοντες τεμένη θεοῖς τὰ πάντων κοινά, θεοὶ δὲ ἀντὶ τούτων δῶρα πρέποντα ἀντεδωρήσαντο ἔριν καὶ ἡδονὴν καὶ μικροψυχίαν ἀνθρώποις. ἀπὸ τούτων μιγνυμένων τε καὶ διακρινομένων τὰ πάντα ἔφυ κακὰ τοῖς πᾶσι θνητοῖς, ἄροτοι, σπόροι, μεταλλεῖαι, πόλεμοι· καρπούς τε γὰρ ἐπεισενεγκόντες πολλαπλασίους ἀποφέρονται μικρά, τέχνας τε ποικίλλοντες ὀλιγόβιον εὕρηνται τροφήν, γῆς τε χρώματα διάφορα μαστεύοντες θαῦμα πεποίηνται, τόν τε πρῶτον εὑρόντα τὸ ὀλίγον τοῦτο μακαριστότατον ἄγουσι. καὶ οὐχ ἴσασι παίδων τρόπον ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες· πόνῳ γὰρ τὸ μηδὲν ἐκτιμήσαντες, ἔπειτα τὸν πόνον αὐτὸν θαυμάζουσιν. τοῦτό σοι πλείστων ἀνθρώπων ἤκουσα ῥυῆναι τὸ κακόν. ἀπὸ τοῦδε τἄλλα· οὐ γὰρ ὁ μέγας πλοῦτος οὐδὲ οἱ ἀγροὶ τὴν σοφίαν ἐπρίαντο. τὸ σῶμα

VII. Tereo.

Nemo princeps bonus subditis exitio est, neque pastor bonus gregem perdit. Tibi vero tota regio vacua subditis et male administrata a magistratibus, omnisque privata domus ad nihilum redacta, ita ut non possit summæ rei emolumento esse. Te vero satius est parcere eis, quorum es dominus : non enim privatæ facultates accrescunt regno tuo atque conservantur. Nunc vero si viris indiges ad bellum gerendum,.......................... nisi reliqueris victum sufficientem......... in istis habitabunt atque labores obibunt apum.

VIII. Thrasylocho.

Canis animo præclarum animal, beneficiorum memor, eorum qui ista in se contulere domum amat, æquitatem ad mortem usque servans; tu vero a cane superaris, quum beneficiorum consideratione hominibus æquari possis. Quærit igitur mens mea, cuiusnam animus iustus esse possit, si in eos, qui bene de se meruere, leonis animum adhibeat. Quare da operam, ut quam in te habebamus familiaritatem tuearis : spes enim pulchra tali homini.

IX. Crœso.

Græcorum poetæ fabula mundum distribuentes Saturni filiis fratribus primo cœli, alteri maris, tertio caliginis sortem assignaverunt. Et hoc quidem Græcorum est propria negotia curantium : quum enim nullam rei communionem scirent, suum malum diis attribuerunt : terram nihilo minus exceptam et isti communem omnibus relinquebant. Age, quid hoc sibi velit perpendamus Omnes volebant deos honoribus ab hominibus affici et omnes bonorum auctores et malorum eversores esse. Communis autem diis res terra communis etiam hominibus pridem erat, verum tempore præter ius fasque propria diis fana dedicavere omnium communia, dii vero pro his convenientia munera reddidere contentionem et voluptatem et illiberalitatem hominibus. Ab his mixtis et discretis mala nata sunt omnia omnibus mortalibus, arationes, sementes, metallorum fodinæ, bella. Plurimis enim collatis fructibus parum referunt, et artibus adhibitis brevem invenere victum, et terræ colores diversos perscrutantes mirabile quid sibi facere videntur; et qui primus nugas istas invenit, eum beatissimum iudicant, neque sciunt, se puerorum instar sibi imponere. Nam rem nihili ex labore æstimantes, postea ipsum laborem admirantur. Illud malum in te irruisse a plerisque comperi. Hinc reliqua manant. Neque enim amplis divitiis vel agris sapientia comparatur. Nam quorum corpora alienis rebus pluri-

γὰρ οἷς ἂν πλείστων ἀλλοτρίων ὑποπλησθῇ, καὶ νοσημάτων ὑποπίμπλασθαί φασι, καὶ τὴν ταχίστην ἀπογέτευσιν ποιεῖσθαι κελεύουσιν οἷς ἐπαινεῖν ἔρως ἐστίν. ἀλλὰ σωμάτων ἔχετε δι' ἡδονὰς ἀμέτρους ἰατροὺς ἀμέτρους, ψυχῆς δὲ οὐκ ἔχετε, σοφὸν δὲ οὐδέν· ἦν συμβαλεῖν. ὅτε σοι τὸ πολὺ χρυσίον ἐρρύη, τότε συνερρύηκεν ἅμα τῷ χρυσίῳ καὶ ἡ δόξα τοῦ χρυσίου καὶ ὁ φθόνος καὶ ἡ τῶν βουλομένων ἀπενέγκασθαι παρὰ σοῦ τὸ χρυσίον ἐπιθυμία. εἰ μὲν οὖν ἀπεκάθηρας σαυτὸν τοῦ νοσήματος, ὑγιὴς ἂν ἦσθα, ἐλευθέρως λέγων καὶ ἄρχων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὑγιαίνειν βασιλέως, ὃ κεκτημένος ἔνδον οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ τὰ ἄλλα ἐκέκτησο· ἀκρατῆ δέ σε λαβοῦσα ἐπήμηνε δοῦλον ἀντ' ἐλευθέρου ποιήσασα ἡ νόσος. ἀλλὰ θυμὸν ἀγαθὸν ἔχε, πυρὸς ἐν ὕλῃ γενομένου λαβὼν εἰκόνα, ὃ σποδιὰν τίθησι τὰ κεκαυμένα, νέμεται δὲ τὰ ἄκαυστα. καὶ τὰ σὰ πάλαι κακὰ εἰς τοὺς σὲ καὶ τὰ σὰ ἔχοντας μετῴκισται. ἐκείνοις προσδόκα τὰς ἀνίας δευτέροις ἥξειν. ἄκουσον δὲ ἐμῆς ὄψεως ἱστορίαν. μέγα ῥεῦμα διεξέρχεται τὴν Σκυθῶν χώραν, τοῦτο ὃ δὴ Ἴστρον ὀνομάζουσιν. ἐν τούτῳ φορτηγοὶ ναῦν ἕρματι περιβαλόντες ἐπειδὴ οὐδὲν προσαρκέσαι ἐδύναντο, ἀπῄεσαν ὀλοφυρόμενοι. λῃσταὶ οὖν τὸ ἐκείνων κακὸν κατανοήσαντες κενῇ προσπλέοντες νηί, κἆτ' ἀφειδῶς ἐπετίθεντο τῷ φόρτῳ, καὶ τὰ ἀγώγιμα τῆς νεὼς μετέφερον, καὶ τὸ πάθος ἔλαθον μετενεγκόντες. ἡ μὲν γὰρ ἅτε κενωθεῖσα ἀνεκουφίσθη καὶ πλόιμος ἦν, ἡ δὲ τὸν ἐκείνης φόρτον ὑποδῦσα ταχέως εἰς βυθὸν ᾔει χρημάτων ἀλλοτρίων ἁρπαγῇ. τοῦτο δύναται φέρειν τὸν ἔχοντα αἰεί. Σκύθαι δὲ πάντων ἐκτὸς ἔστησαν τούτων. γῆν ἔχομεν πᾶσαν πάντες. ὅσα δίδωσιν ἑκοῦσα λαμβάνομεν, ὅσα κρύπτει χαίρειν ἐῶμεν. βοσκήματα ἀπὸ θηρίων σώζοντες γάλα καὶ τυρὸν ἀντιλαμβάνομεν. ὅπλα ἔχομεν οὐκ ἐπ' ἄλλους, ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐὰν δέῃ. ἐδέησε δὲ οὐδέπω· οἱ αὐτοὶ γὰρ ἀγωνισταὶ καὶ ἆθλα τοῖς ἐπελευσομένοις προκείμεθα. τοῦτο δὲ οὐδὲ πολλοὶ τὸ ἆθλον ἀσπάζονται. τὰ αὐτὰ καὶ Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος συνεβούλευσέ σοι, σκοπεῖν κελεύων τὴν τελευτήν, οὐ τὸ νῦν ἀποβάν, ἀλλ' ἐξ οὗ καλῶς τελευτήσεις, τοῦτο προτιμᾶν λέγων. ἔλεγε δὲ οὐ τὴν ἄντικρυς· οὐ γὰρ ἦν Σκύθης. σὺ δ', εἴ σοι φίλον, τὴν ἐμὴν συμβουλὴν καὶ παρὰ Κῦρον φέρε καὶ παρὰ πάντας τυράννους· μᾶλλον γὰρ ἀκμάζει τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἀπολωλότων.

mis replentur, hos et morbis repleri aiunt, et quam primum materiem averi iubent........ At corporis quidem medicos innumeros habetis propter voluptates innumeras, animi non habetis..... Quum in te magna vis auri irruit, tum una cum auro etiam reverentia cultusque auri et invidia cupiditasque eorum in te irruit, qui auro te spoliare gestiunt. Quod si te levasses morbo, sanus fuisses libere loquens et regnans. Hæc enim regis sanitas est; quam si intus habuisses, non dubito quin et reliqua possessurus fuisses. Contra tui non compotem cum morbus te deprehendisset, læsit te servum pro libero reddens. At bono esto animo, et imaginem accipe flammæ in silva exortæ, quæ in cineres convertit materiam combustam, depascitur non adesam. Tua quoque mala dudum in eos commigraverunt, qui te et rem tuam possident. Noli dubitare, quin iisdem illi molestiis secundo loco laboraturi sint. Audi narratiunculam, cuius ipse testis fui. Magnum flumen Scytharum terram permeat, quem Istrum vocant. In hoc cum mercatores navim in scopulum impegissent neque inde detrudere possent, lamentantes discesserunt. Eorum calamitatem conspicati latrones et vacua navi advecti oneri haud cunctantes manus iniciunt idque in suam navem transportant. Verum necopinantes ipsam etiam calamitatem in navem suam transportant. Nam mercatoria navis, quippe quæ exonerata esset, allevata est, altera autem onere illius suscepto subito in imum flumen demersa est aliena bona prædata...................... Scythæ ab omnibus his rebus liberi fuerunt. Terram omnem omnes habemus. Quæ non invita præbet, accepimus; quæ occultat, omittimus. Pecora a bestiis defendimus atque ita lac et caseum vicissim accipimus. Arma habemus non adversus alios, sed ut ipsos nos tueamur, si opus sit. At nunquam opus fuit; nam iidem et pugnatores et certaminis præmia aggressuris propositi sumus, neque multi hoc præmium exoptant. Eadem etiam Solon Atheniensis tibi suasit, finem tuum ut respiceres hortatus, non quæ iam evenerunt, sed unde mors tibi pulchra... .... Tu autem, si lubet, admonitionem meam etiam Cyro imperti et tyrannis omnibus. Magis enim opportuna est regnantibus quam iis qui pessumdati sunt.

ι'. Κροίσῳ.

Ἐγώ, βασιλεῦ Λυδῶν, ἀφῖγμαι ἐς τὴν τῶν Ἑλλήνων διδαχθησόμενος ἤθη τὰ τούτων καὶ ἐπιτηδεύματα. χρυσοῦ δ' οὐδὲν δέομαι, ἀλλ' ἀπόχρη με ἐπανήκειν ἐς Σκύθας ἄνδρα ἀμείνονα. ἥκω γοῦν ἐς Σάρδεις πρὸ μεγάλου ποιούμενος ἐν γνώμῃ τοι γενέσθαι.

X. Crœso.

Ego, Lydorum rex, in Græciam veni Græcorum mores et instituta cogniturus. Auro nihil egeo, verum satis mihi est ad Scythas redire hominem meliorem. Veni igitur Sardes magni faciens in tuam familiaritatem pervenire.

ΑΝΑΞΙΜΕΝΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ANAXIMENIS EPISTOLÆ.

α'. Ἀναξιμένης Πυθαγόρῃ.

Θαλῆς Ἐξαμίου ἐπὶ γήρως οὐκ εὐπότμως οἴχεται· εὐφρόνης, ὥσπερ ἐώθει, ἅμα τῇ ἀμφιπόλῳ προϊὼν ἐκ τοῦ αὐλίου τὰ ἄστρα ἐθηεῖτο, καὶ (οὐ γὰρ ἐς μνήμην ἔθετο) θηεύμενος ἐς τὸ κρημνῶδες ἐκβὰς καταπίπτει. Μιλησίοισι μέν νυν ὁ αἰθερολόγος ἐν τοιῷδε κεῖται τέλει· ἡμέες δὲ οἱ λεσχηνευταὶ αὐτοί τε μεμνώμεθα τοῦ ἀνδρός, οἵ τε ἡμέων παῖδές τε καὶ λεσχηνευταί, ἐπιδεξιοίμεθα δ' ἔτι τοῖς ἐκείνου λόγοις. ἀρχὴ μέντοι παντὸς τοῦ λόγου Θαλῇ ἀνακείσθω.

β'. Ἀναξιμένης Πυθαγόρῃ.

Εὐβουλότατος ἦς ἡμέων, μεταναστὰς ἐκ Σάμου ἐς Κρότωνα ἐνθάδε εἰρηνέες. οἱ δὲ Αἰακέος παῖδες ἄλαστα κακὰ ἔρδουσι καὶ Μιλησίους οὐκ ἐπιλείπουσι αἰσυμνῆται. δεινὸς δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Μήδων βασιλεύς, οὐκ ἥν γε ἐθέλωμεν δασμοφορέειν, ἀλλὰ μέλλουσι δὴ ἀμφὶ τῆς ἐλευθερίης ἁπάντων Ἴωνες Μήδοις κατίστασθαι ἐς πόλεμον· καταστᾶσι δὲ οὐκέτι ἐλπὶς ἡμῖν σωτηρίης. κῶς ἂν οὖν Ἀναξιμένης ἐν θυμῷ ἔτι ἔχοι αἰθερολογέειν, ἐν δείματι ἐὼν ὀλέθρου ἢ δουλοσύνης; σὺ δὲ εἶ καταθύμιος μὲν Κροτωνιήτῃσι, καταθύμιος δὲ καὶ τοῖσι ἄλλοισι Ἰταλιώτῃσι· φοιτέουσι δέ τοι λεσχηνευταὶ καὶ ἐκ Σικελίης.

I. Anaximenes Pythagoræ.

Thales Examii filius in senectute haud feliciter decessit. Is quum, ut consuerat, una cum ancillula sidera inspecturus atrio domus exiisset, immemor ut sese loci situs haberet, dum totus est in contemplandis sideribus, in præceps cecidit. Milesiis igitur suus siderum observator hoc fine occubuit. Verum nos qui literarum amore tenemur, et ipsi tanti viri memoriam colemus, et filii sodalesque nostri, eiusque adhuc sermonibus nos inter nos excipiamus. Initium tamen totius sermonis Thaleti tribuitor.

II. Anaximenes Pythagoræ.

Consultius nobis egisti, qui ex Samo Crotonem commigrasti, ubi quietus vivis. Nam cum Æacidæ infanda mala patrant, tum Milesiis tyranni usque dominantur. Medorum item rex nobis acriter imminet, nisi velimus esse tributarii : sed Iones mox pro communi libertate bellum sunt suscepturi cum Persis : quo suscepto nulla nobis spes salutis est reliqua. Quonam igitur animo possit Anaximenes cœlo observando dare operam, dum timet mortem aut servitutem? Tu contra gratus acceptusque es cum Crotoniatis, tum reliquis Italiotis, venitque ad te studiosorum frequentia etiam ex Sicilia.

ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ANTIGONI EPISTOLA.

Βασιλεὺς Ἀντίγονος Ζήνωνι φιλοσόφῳ χαίρειν. Ἐγὼ τύχῃ μὲν καὶ δόξῃ νομίζω προτερεῖν τοῦ σοῦ βίου, λόγου δὲ καὶ παιδείας καθυστερεῖν καὶ τῆς τελείας εὐδαιμονίας, ἣν σὺ κέκτησαι. διόπερ κέκρικα προσφωνῆσαί σοι παραγενέσθαι πρὸς ἐμέ, πεπεισμένος σε μὴ ἀντερεῖν πρὸς τὸ ἀξιούμενον. σὺ οὖν πειράθητι ἐκ παντὸς τρόπου συμμῖξαί μοι, διειληφὼς τοῦτο διότι οὐχ ἑνὸς ἐμοῦ παιδευτὴς ἔσῃ, πάντων δὲ Μακεδόνων συλλήβδην. ὁ γὰρ τὸν τῆς Μακεδονίας ἄρχοντα καὶ παιδεύων καὶ ἄγων ἐπὶ τὰ κατ' ἀρετὴν φανερός ἐστι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους παρασκευάζων πρὸς εὐανδρίαν. οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους.

Rex Antigonus Zenoni philosopho salutem. Ego fortuna me quidem et gloria vitam tuam existimo superare, doctrina vero et eruditione et perfecta quam tu possides felicitate longe te esse inferiorem. Quare te compellare statui ut ad me venias, persuasum habens te precibus meis non esse repugnaturum. Tu igitur omni modo enitere ut tuo contubernio fruamur, hoc pro certo habens, te non mei tantum, sed omnium simul Macedonum fore magistrum. Nam qui Macedoniæ regem erudit atque ad virtutem perducit, eum subditos quoque ad probitatem informare apparet. Cuiusmodi enim fuerit dux, tales ut plurimum et subditos fieri necesse est.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ANTIOCHI EPISTOLÆ.

α'. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Πτολεμαίῳ χαίρειν. Τῶν Ἰουδαίων καὶ παραυτίκα μέν, ἡνίκα τῆς χώρας ἐπέβημεν αὐτῶν, ἐπιδειξαμένων τὸ πρὸς ἡμᾶς φιλότιμον, καὶ παραγενομένους δ' εἰς τὴν πόλιν λαμπρῶς ἐκδεξαμένων καὶ μετὰ μὲν τῆς γερουσίας ἀπαντησάντων, ἄφθονον δὲ τὴν χορηγίαν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἐλέφασι παρεσχημένων, συνεξελόντων δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουροὺς τῶν Αἰγυπτίων, ἠξιώσαμεν καὶ ἡμεῖς τούτων αὐτοὺς ἀμείψασθαι καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀναλαβεῖν κατεφθαρμένην ὑπὸ τῶν περὶ τοὺς πολέμους συμπεσόντων, καὶ συνοικίσαι τῶν διεσπαρμένων εἰς αὐτὴν πάλιν συνελθόντων. πρῶτον δ' αὐτοῖς ἐκρίναμεν διὰ τὴν εὐσέβειαν παρασχεῖν τὴν εἰς τὰς θυσίας σύνταξιν, κτηνῶν τε θυσίμων καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου καὶ λιβάνου, ἀργυρίου τιμὴν μυριάδας δύο, καὶ σεμιδάλεως ἀρτάβας ἱερὰς ἓξ κατὰ τὸν ἐπιχώριον νόμον, καὶ πυρῶν μεδίμνους χιλίους τετρακοσίους καὶ ἑξήκοντα, καὶ ἁλῶν μεδίμνους τριακοσίους ἑβδομήκοντα πέντε. τελεῖσθαι δ' αὐτοῖς ταῦτα βούλομαι καθὼς ἐπέσταλκα, καὶ τὸ περὶ τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι ἔργον, τάς τε στοὰς καὶ εἴ τι ἕτερον οἰκοδομῆσαι δέοι. ἡ δὲ τῶν ξύλων ὕλη κατακομιζέσθω ἐξ αὐτῆς τε τῆς Ἰουδαίας καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ ἐκ τοῦ Λιβάνου μηδενὸς εἰσπρασσομένου τέλους· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐν οἷς ἂν ἐπιφανεστέραν γίνεσθαι τὴν τοῦ ἱεροῦ ἐπισκευὴν δέῃ. πολιτευέσθωσαν δὲ πάντες οἱ ἐκ τοῦ ἔθνους κατὰ τοὺς πατρῴους νόμους, ἀπολυέσθω δὲ ἡ γερουσία καὶ οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἱεροψάλται ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι καὶ τοῦ στεφανίτου φόρου καὶ τοῦ ὑπὲρ τῶν ἄλλων. ἵνα δὲ θᾶττον ἡ πόλις κατοικισθῇ, δίδωμι τοῖς τε νῦν κατοικοῦσι καὶ κατελευσομένοις ἕως τοῦ Ὑπερβερεταίου μηνὸς ἀτελέσιν εἶναι μέχρι τριῶν ἐτῶν. ἀπολύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτοὺς τοῦ τρίτου μέρους τῶν φόρων, ὥστε αὐτῶν ἐπανορθωθῆναι τὴν βλάβην. καὶ ὅσοι ἐκ τῆς πόλεως ἁρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐτούς τε τούτους καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν γεννηθέντας ἐλευθέρους ἀφίεμεν, καὶ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι κελεύομεν.

β'. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν. Εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ αὐτός. πυνθανόμενος τοὺς ἐν Λυδίᾳ καὶ Φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης ἐπιστροφῆς ἡγησάμην τοῦτό μοι δεῖσθαι. καὶ βουλευσαμένῳ μοι μετὰ τῶν φίλων τί δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ φρούρια καὶ τοὺς ἀναγκαιο-

1. Rex Antiochus Ptolemaeo salutem. Quum Iudaei, simulatque in eorum fines intravimus, suum erga nos studium declaraverint et in urbem suam venientes splendide exceperint, cumque senatu obviam prodierint, et militibus elephantisque abunde omnia præbuerint, nosque in expugnando Ægyptiorum in arce præsidio adiuverint, visum est nobis eos pro his remunerari eorumque urbem casibus, qui solent in bellis accidere, adversis labefactatam reficere et revocatis in eam eis qui sunt dispersi instaurare. Ac primum eis decrevimus pietatis caussa impensam præbere in sacrificia faciendam de pecudibus, quæ sacrificari solent, et vino et oleo et thure, ad pretium viginti millium argenteorum, et similæ artabas sacras secundum regionis istius morem sex et tritici modios mille quadringentos sexaginta et salis modios trecentos septuaginta quinque. Atque hæc eis solvi volo, quemadmodum imperavi, templique opus expediri et porticus et si quid aliud ædificandum est. Materia autem apportetur ex ipsa Iudæa reliquisque regionibus et Libano nullo exacto vectigali, idemque valeat de reliquis, quibus ad speciosiorem templi apparatum opus erit. Vivant autem omnes eius nationis homines ex legibus patriis, immunisque sit senatus et sacerdotes et scribæ templi et sacri cantores et ab eo quod pro capite pendunt et a tributo coronario quodque de ceteris penditur. Quo autem citius urbs instauretur, concedo eis qui nunc eam habitant, quique usque ad mensem Hyperberetæum eo redierint, immunitatem in triennium. Quin etiam in posterum tertiam eis tributorum partem remittimus ad eorum damnum reficiendum, et quotquot ex urbe abrepti serviunt, et ipsos et eorum natos manumittimus atque facultates eis reddi imperamus.

II. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales, bene est, ego quoque valeo. Quum audivissem quosdam in Lydia et Phrygia res novas moliri, magnopere hoc mihi curandum esse censui. Ac consultanti mihi cum amicis quid facto esset opus, visum est in

τάτους τόπους τῶν ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας καὶ Βαβυλωνίας Ἰουδαίων οἴκους δισχιλίους σὺν ἐπισκευῇ μεταγαγεῖν· πέπεισμαι γὰρ εὔνους αὐτοὺς ἔσεσθαι τῶν ἡμετέρων φύλακας διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν εὐσέβειαν, καὶ μαρτυρουμένους δ' αὐτοὺς ὑπὸ τῶν προγόνων πίστιν οἶδα καὶ προθυμίαν εἰς ἃ παρακαλοῦνται. βούλομαι τοίνυν, καίπερ ἐργώδους ὄντος, τούτους μεταγαγεῖν, ὑποσχόμενος νόμοις αὐτοὺς χρήσεσθαι τοῖς ἰδίοις. ὅταν δ' αὐτοὺς ἀγάγῃς εἰς τοὺς προειρημένους τόπους, εἴς τε οἰκοδομὰς οἰκιῶν δώσεις αὐτοῖς τόπον ἑκάστῳ καὶ χώραν εἰς γεωργίαν καὶ φυτείαν ἀμπέλων, καὶ ἀτελεῖς τῶν ἐκ τῆς γῆς καρπῶν ἀνήσεις ἐπ' ἔτη δέκα. μετρείσθωσαν δὲ καὶ ἄχρις ἂν τοὺς παρὰ τῆς γῆς ἄρτους λαμβάνωσι, σῖτον εἰς τὰς τῶν θεραπόντων διατροφάς· διδόσθω δὲ καὶ τοῖς εἰς τὰς χρείας ὑπηρετοῦσι τὸ αὔταρκες, ἵνα τῆς παρ' ἡμῶν τυγχάνοντες φιλανθρωπίας προθυμοτέρους παρέχωσιν αὐτοὺς περὶ τὰ ἡμέτερα. πρόνοιαν δὲ ποιοῦ καὶ τοῦ ἔθνους κατὰ τὸ δυνατόν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλῆται.

castella et loca maxime necessaria trans erre ex Mesopotamia et Babylonia Iudæorum bis mille familias cum ipsorum supellectili. Credo enim nostrarum rerum custodes fore benevolos, cum propter eorum erga deum pietatem, tum propter fidei promptique ad exsequenda iussa obsequii testimonium ipsis a maioribus nostris exhibitum. Itaque hos volo, quamvis laboriosum sit, traducere, fide eis data, ut suis legibus uti permittantur. Quum autem eos in locos ante dictos transtuleris, dabis singulis ad ædificandas domos locum et agrum ad frugum et vitium culturam et immunitatem frugum terræ concedes in annos decem. Ac donec messem fecerint, demensum frumentum accipiant in famulorum alimoniam, eisque detur, qui ipsis ad negotia operata commodent, quantum opus sit, ut benigne a nobis habiti studiosiores se rerum nostrarum præbeant. Da etiam operam, quantum fieri potest, ut a nemine quoquam ista gens vexetur.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

ΤΟΥ ΤΥΑΝΕΩΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

APOLLONII TYANEI EPISTOLÆ.

α'. Εὐφράτῃ.

Ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους εστι φιλία, πρὸς μέντοι σοφιστὰς ἢ γραμματιστὰς τι ἢ τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων νῦν οὔτεν ἐστὶ φιλία, μήτε ὕστερόν ποτε γένοιτο. τάδε μὲν οὖν οὐ πρὸς σέ, πλὴν εἰ μὴ καὶ σὺ τούτων εἷς· ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ πρὸς σέ, θεράπευέ σου τὰ πάθη καὶ πειρῶ φιλόσοφος εἶναι καὶ μὴ φθονεῖν τοῖς ὄντως φιλοσοφοῦσιν, ἐπεί σοι καὶ γῆρας ἤδη πλησίον καὶ θάνατος.

β'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡ ἀρετὴ φύσει, μαθήσει, κτήσει, χρήσει, δι' ἣν ἕκαστον ἂν εἴη τῶν προειρημένων ἀποδοχῆς ἄξιον. σκεπτέον εἴ τί σοι τούτων ἐστίν, ἢ σοφιστείας παυστέον λοιπὸν ἢ προῖκά γε χρηστέον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἐπείπερ ἤδη σοι καὶ τὰ Μεγαβύζου.

γ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπῆλθες ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας ἀπὸ Συρίας ἀρξάμενος, ἐπιδεικνὺς σεαυτὸν ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις. διπλῆ δέ σοι τότε καὶ πώγων λευκὸς καὶ μέγας, πλέον δὲ οὐδέν. εἶτα πῶς διὰ θαλάττης νῦν ὑποστρέφεις ἄγων φορτίδα μεστὴν ἀργυρίου, χρυσίου, σκευῶν, παντοδαπῶν, ἐσθήτων ποικίλων, κόσμου τοῦ λοιποῦ, τύφου καὶ ἀλαζονείας καὶ κακοδαιμονίας; τίς ὁ φόρτος καὶ ὁ τρόπος τῆς καινῆς ἐμπορίας; Ζήνων τραγημάτων ἦν ἔμπορος.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Ὀλίγων δεῖ σου τοῖς παισίν, εἰ φιλοσόφου παῖδες εἴησαν. ἔδει μὲν οὖν μηδὲ φροντίσαι πλείω σοι γενέσθαι τῶν ἱκανῶν, ἄλλως τε καὶ μετὰ ἀδοξίας τινός. ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐγένετο, δεύτερον ἂν εἴη μεγάλῃ σπουδῇ νεῖμαί σέ τισιν ἔνια τῶν ὄντων· ἔχεις δὲ καὶ πατρίδα καὶ φίλους.

ε'. Τῷ αὐτῷ.

Τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἔτι

I. Euphratæ.

Cum philosophis amicitia mihi est, cum sophistis vero sive grammatistis sive quod aliud tale est miserorum genus hominum neque nunc est amicitia neque in posterum unquam fuerit. Et hæc quidem nihil ad te, nisi si tu quoque horum unus es, ista vero vel maxime ad te: moderare affectibus tuis atque operam da ut sis philosophus, neque vere philosophis invideas, quoniam et senectus tibi et mors instant proxime.

II. Eidem.

Virtus natura, institutione, possessione, usu constat, ob quam unum quidque eorum, quæ modo dixi, quod acquiratur dignum est. Considerandum igitur, numquid horum teneas, aut a sophistica iamiam desistendum aut gratis certe ea qui ad te accedunt impertiendi, præsertim quum opibus affluas Megabyzi.

III. Eidem.

Adiisti a Syria exorsus quæ usque ad Italiam porriguntur gentes, te ipsum regiis, quæ vocantur, ornatum ostentans vestibus. Pallium tunc tibi fuit et candida barba ac promissa, præterea nihil. Quid est igitur quod iam per mare reverteris navem ducens refertam argento, auro, supellectile varia, vestimentis versicoloribus, ornatu reliquo, fastu et superbia et miseria? quodnam illud onus et quinam novæ mercaturæ modus? scilicet Zeno bellariorum erat mercator.

IV. Eidem.

Paucis tui liberi indigent, si quidem philosophi sunt liberi. Quare neque opera tibi danda erat, ut plus quam satis est, idque non sine tua ignominia, acquireres. Sed quoniam semel factum est, proximum fuerit ut studiosissime quibusdam de facultatibus tuis largiaris: habes autem et patriam et amicos.

V. Eidem.

Epicuri sermonum is qui de voluptate est nullo iam

συνηγόρου δεῖται τῶν ἐκ τοῦ κήπου καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς· πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος. εἰ δὲ ἀντιλέγων προκομιεῖς τὰς Χρυσίππου σχολὰς καὶ δόγματα, γέγραπταί τι καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασιν· Εὐφράτης ἔλαβε καὶ πάλιν ἔλαβεν· Ἐπίκουρος δὲ οὐκ ἂν ἔλαβεν.

eget patrono ex horto et illius schola profecto : namque et secundum stoam verissimum esse apparet. Sin vero contradicens Chrysippi scholas ac præcepta proferes, scriptum est etiam aliquid in regiis litteris : Euphrates accepit et rursus accepit. Epicurus autem non accepisset.

ς'. Τῷ αὐτῷ.

Ἠρόμην πλουσίους τινάς, εἰ ἀνιῶνται. τί δ' οὐ μέλλομεν; ἔφασαν. ἠρόμην οὖν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀνάγκης. καὶ ᾐτιῶντο τὸν πλοῦτον. σὺ δ', ὦ τάλαν, νεόπλουτος.

VI. Eidem.

Interrogabam divites quosdam, num otio languescerent : Qui vero non languescamus? responderunt. Quumque quæ huius necessitatis caussa esset rogarem, divitias incusabant. Tu vero, o miser, nuper dives factus es.

ζ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐὰν ὅτι τάχος εἰς Αἰγὰς ἀφίκῃ καὶ κενώσῃς ἐκεῖ τὴν ναῦν, ἰτέον ἐστί σοι πάλιν ὅτι τάχος εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ κολακευτέον ὁμοίως νοσοῦντας, γέροντας, γραῦς, ὀρφανούς, πλουσίους, θρυπτομένους, Μίδας, Γέτας. πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. ἐμοὶ δ' εἴη τὴν ἁλιὰν τρυπᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ.

VII. Eidem.

Quam primum Ægas veneris ibique navem exoneraveris, in Italiam tibi quam citissime redeundum, pariterque adulandum ægrotis, senibus, anibus, orbis, opulentis, luxuriantibus, Midis, Getis. Omnem aiunt rudentem movere oportere mercatorem. Mihi vero salinum terebrare in Themidis ædibus liceat.

η'. Τῷ αὐτῷ.

Ἆρά τι καὶ σὺ γράψαις ἄν; εἰ γὰρ οὕτω γένοιο γενναῖος. καὶ ἔχοις δ' ἂν εἰπεῖν τὰ συνήθη ταῦτα καὶ πρόχειρα· « λουτρὸν ἅπαν Ἀπολλώνιος παραιτεῖται. » καὶ τῆς οἰκίας οὐδέποτε πρόεισι καὶ σωζομένους ἔχει τοὺς πόδας. « οὐδὲν ὁρᾶται τῶν τοῦ σώματος κινῶν. » δι' ὅλου γὰρ τὴν ψυχὴν κινεῖ. « κομᾷ τὴν κεφαλήν. » καὶ γὰρ ὅτι Ἕλλην καὶ οὐ βάρβαρος. « ἐσθῆτα φορεῖ λινῆν. » καὶ τῶν ἐρεῶν τὰ καθαρώτατα. « μαντικῇ χρῆται. » πλείω γὰρ τὰ ἄδηλα, καὶ ἄλλως ἀμήχανον προαισθέσθαι τι τῶν ἐσομένων. « ἀλλ' οὐ πρέπον φιλοσόφῳ τὸ τοιοῦτον. » ὃ πρέπει καὶ θεῷ; (2) « καὶ σωμάτων δὲ ὀδύνας ἀφαιρεῖ καὶ πάθη παύει. » τοῦτό που καὶ πρὸς τὸν Ἀσκληπιὸν κοινὸν τὸ ἔγκλημα. « σιτεῖται μόνος. » οἱ δὲ λοιποὶ ἐσθίουσι. « βραχέα λέγει καὶ ἐπὶ βραχύ. » σιγῆσαι γάρ ἐστιν ἀδύνατος. « σαρκῶν ἀπέχεται πασῶν καὶ θηρίων πάντων. » διὰ τοῦτο ἄνθρωπός ἐστιν. εἰ ταῦτα ἐρεῖς, Εὐφρᾶτα, γεγράφθαι, ἴσως ἐκεῖνο προσθήσεις « εἴ τι ἦν, ἔλαβεν ἂν ἀργύριον, ὡς ἐγώ, δωρεὰς πολιτείας. » εἴ τι ἦν, οὐκ ἂν ἔλαβεν. « ἀλλὰ τῇ πατρίδι μὲν ἔλαβεν ἄν. » οὐ πατρὶς δέ, ἣ μὴ οἶδεν ὃ ἔχει.

VIII. Eidem.

Ecquid etiam tu scribas? utinam tam sis liberalis! Posses et usitata ista dicere atque trita : « Omne balneum Apollonius recusat. » neque ex ædibus unquam prodit, salvosque habet pedes. « Neque conspicitur ullam movens partem corporis. » semper enim movet animum. « Capillum promittit. » hoc enim quia Græcus est neque barbarus. « Vestem fert lineam. » quæque lanis multo sunt puriora. « Divinatione utitur. » plurima enim obscura sunt, neque aliter fieri potest ut futurum quid præsentiamus. « Sed non decet tale quid philosophum. » quod nec deo est dedecori? (2) « Et corporis tollit ægritudines sedatque affectus. » quod crimen commune habet cum Æsculapio. « Solus cibum capit. » reliqui vero devorant. « Pauca loquitur eaque breviter. » nimirum tacere omnino non potest. « A carnibus omnibus et feris abstinet. » idcirco homo est. Hæc si dices, Euphrata, in scriptis tibi esse, fortasse et illud adicies : « Si quid potuisset, argentum sumpsisset, sicut ego, munera reipublicæ. » si quid potuisset, non sumpsisset. « At patriæ sumpsisset. » non autem patria, quæ quid habeat ignorat.

θ'. Δίωνι.

Αὐλοῖς καὶ λύρᾳ κρεῖττόν ἐστι τέρπειν ἢ λόγῳ· τὰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ὄργανα καὶ μουσικὴ τοὔνομα τῇ τέχνῃ, λόγος δὲ τἀληθὲς εὑρίσκει. τοῦτό σοι πρακτέον, τοῦτό σοι ῥητέον, ἣν καὶ περὶ τούτου φιλοσοφῇς.

IX. Dioni.

Tibiis atque lyra satius est quam oratione delectare : nam illa voluptatis instrumenta sunt, artique nomen musica, oratio vero invenit verum. Hoc tibi faciendum, hoc tibi dicendum, siquidem et huius caussa philosopharis.

ι'. Τῷ αὐτῷ.

Ζητοῦσί τινες τὴν αἰτίαν, δι' ἣν πέπαυμαι διαλεγόμενος ἐν πολλοῖς· εἰδέτωσαν οὖν οἷς ἂν εἰδέναι μέλῃ τὸ τοιοῦτον. ἀδύνατος ὠφελῆσαι λόγος ἅπας, ὃς ἂν εἷς ὢν μὴ καὶ πρὸς ἕνα λέγηται. ὁ τοίνυν ἄλλως διαλεγόμενος δόξης ἥττων ὢν διαλέγοιτ' ἄν.

X. Eidem.

Quærunt quidam caussam, ob quam coram populo disserere cessaverim. Sciant igitur, quorum id scire interest: utilitatem nequaquam afferre potest sermo, qui quum unus sit non etiam ad unum habeatur: quare qui aliter disserat, hoc sane gloriæ captandæ caussa fecerit.

ια'. Καισαρέων προβούλοις.

Πρῶτον εἰς πάντα θεῶν ἄνθρωποι δέονται καὶ περὶ παντός, ἔπειτα πόλεων· τιμητέον γὰρ δεύτερον πόλεις μετὰ θεοὺς καὶ τὰ πόλεως προκριτέον παντὶ νοῦν ἔχοντι· εἰ δὲ μὴ πόλις μόνον εἴη, ἀλλὰ καὶ μεγίστη τῆς Παλαιστίνης, ἀρίστη τε τῷ αὐτόθι μεγέθει καὶ νόμοις καὶ ἐπιτηδεύμασι καὶ προγόνων κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς, ἔτι τε ἤθεσι κατ' εἰρήνην, καθάπερ ἡ ὑμετέρα πόλις, μάλιστα πασῶν τῶν ἄλλων ἔμοιγε θαυμαστέα τιμητέα τε καὶ ἄλλῳ δὲ ὁμοίως παντὶ νοῦν ἔχοντι. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ λόγου κοινοῦ τὸ προκριτικὸν ἂν εἴη τὸ κατὰ σύγκρισιν τῶν πολλῶν. (2) ὅταν δὲ καὶ ἄρχῃ πόλις ποτὲ τῆς πρὸς ἕνα τιμῆς ἄνδρα πόλις οὖσα καὶ τοῦτον ἑαυτῆς ξένον καὶ ἄπωθεν, τί ἢ τούτου τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἀμοιβὴν ἢ ὑμῖν ἀλλήλοις τισὶν ἄξιον ἂν εἴη; τοῦτο μόνον ἴσως, εἰ θεοφιλής τις ὢν τύχοι διά τινα φύσεως ἐπιτηδειότητα, τὸ εὔχεσθαι τῇ πόλει τὰ ἀγαθά, τυγχάνειν τε τῆς εὐχῆς, ὅπερ ἂν διατελέσαιμι κἀγὼ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπείπερ ἥσθην ἤθεσιν Ἑλληνικοῖς φαίνουσι τὸ ἴδιον ἀγαθὸν καὶ διὰ γραμμάτων κοινῶν. Ἀπολλωνίδην δὲ τὸν Ἀφροδισίου, νεανίαν ἐρρωμενεστάτης φύσεως ἀξίας τε τοῦ ὑμετέρου ὀνόματος, πειράσομαι χρήσιμον ὑμῖν παρασκευάζειν εἰς ἕκαστα μετὰ καὶ τύχης τινὸς ἀγαθῆς.

XI. Cæsareensium senatui.

Primum ad omnia diis homines indigent atque in omni re, deinde civitatibus. Censendæ sunt enim civitates secundum post deos locum tenere, ac civitatis res præponendæ cuivis sapienti : sin autem non civitas tantum sit, verum et Palæstinæ maxima, omniumque quæ ibi sunt magnitudine et legibus et institutis et maiorum sive bellica laude sive pacis artibus, quemadmodum vestra civitas, præstantissima, omnium maxime illa et mihi admiranda et colenda est et cuivis pariter sapienti. Hoc igitur nomine, si cum aliis multis comparetur, communi omnium consensu primæ ei partes deferendæ. (2) Sed ubi unum virum civitas, eumque hospitem suum atque absentem, ipsa sua sponte honore afficiat, quid quæso quod aut ab isto viro rependatur aut a vobis recipiatur dignum fuerit? hoc solum fortasse, si deo amicus naturæ quadam opportunitate fuerit, ut optima quæque civitati precatus voti compos fiat, id quod et ego pro vobis facere non desinam, quum Græcis gaudeam moribus insitam sibi probitatem et per litteras publicas declarantibus. Apolloniden autem Aphrodisii filium, firmissimæ indolis iuvenem vestroque nomine dignæ, ad omnia utilem vobis reddere conabor fortuna adiuvante.

ιβ'. Σελευκέων τοῖς προβούλοις.

Πόλις, ἥτις ἂν οὕτω πρός τε θεοὺς ἔχῃ καὶ ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀξίους ἀποδοχῆς, αὐτή τε εὐδαίμων καὶ εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε τοὺς μαρτυρηθέντας. ἄρξασθαι μὲν οὖν χάριτος οὐ δυσχερές, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον· ἀμοιβὴν δ' οὐ μόνον οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ὁμοίαν εὑρεῖν ἀδύνατον. τὸ γάρ που τῇ τάξει δεύτερον οὐδέποτε τῇ φύσει πρῶτον. ὥστε θεὸν ἀνάγκη παρακαλεῖν ὑπὲρ ὑμῶν ἀμείψασθαι τοὺς οὐ τῇ δυνάμει μόνον ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις κρείττους γενομένους. ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς τά γε τηλικαῦτα δυνατός. καὶ τὸ ἐθελῆσαι δ' ἄν με παρ' ὑμῖν γενέσθαι τῆς ὑμῶν ἂν εἴη χάριτος καὶ αὐτὸ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην παρ' ὑμῖν καὶ γεγεννῆσθαι. οἱ πρέσβεις ὑμῶν τιμιώτεροι, διότι καὶ φίλοι, Ἱερώνυμος καὶ Ζήνων.

XII. Seleucensium senatui.

Civitas hoc modo erga deos affecta atque erga laude dignos homines et ipsa felix est et eorum virtutem effert, quibus eius dicit testimonium. Primum igitur in aliquem beneficia conferre non est arduum, sed et omnium quæ inter homines sunt pulcherrimum; remunerationem autem non modo non facile est, verum et prorsus æqualem invenire humanas excedit vires : nam quod ordine secundum est, nunquam natura primum fuerit. Quare deos necesse est imploremus, ut pro nobis gratiam eis referant, qui non solum potestate, sed factis etiam nos superarunt. Hominum enim tanta præstare nemo potest. Quod vero me vobiscum esse cupitis, id ipsum quoque vestræ in me benevolentiæ documentum est, quemadmodum ego et natum me apud vos esse exoptarim. Legati vestri eo maioris æstimandi, quod et amici sunt, Hieronymus atque Zeno.

ιγ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Στράτων μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται πᾶν ὅσον ἦν

XIII. Eisdem.

Strato quidem ex hominibus discessit, quicquid mor-

αὐτῷ θνητὸν ἐπὶ γῆς καταλιπών. χρὴ δὲ τοὺς ἔτι κολαζομένους ἡμᾶς ἐνθάδε (ζῆν ἄλλως λεγομένους) ἔχειν τινὰ τῶν ἐκείνου πραγμάτων ἐπιμέλειαν. ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλο τι ἔργον δικαίως ἂν γένοιτο νῦν ἢ καὶ ὕστερον, οἷς μὲν ὡς οἰκείοις, οἷς δ' ὡς αὐτὸ μόνον ἀνδράσι φίλοις, οὐκ ἐν ἑτέρῳ γνωσθησομένοις χρόνῳ, τούτων εἴπερ ἦν τῶν ὀνομάτων ἀληθές τι καὶ πρόσθεν· ἐγὼ μέντοι καὶ ταύτῃ βουλόμενος ἐξαιρέτως ὑμέτερος εἶναι, τὸν ἐκ Σελευκίδος υἱὸν αὐτῷ γενόμενον Ἀλέξανδρον αὐτὸς ἀναθρέψω καὶ μεταδώσω παιδείας τῆς ἐμῆς. πάντως δ' ἂν μετέδωκα καὶ χρημάτων ὁ τὰ μείζονα δούς, εἴπερ ἔχειν ἦν ἄξιον.

tale ei fuit in terra relicto. Oportet autem nos, qui adhuc hoc in loco pœnas damus, alias vivere dicimur, aliquam eius rerum curam suscipiamus. Quare alii quidem aliud quid nunc aut etiam postea fecerint, sive ut propinqui, sive ut amici solum viri, quorum nominum an quod et antea verum fuerit hoc ipso maxime tempore cognoscetur : ego vero sic quoque præ ceteris vester esse cupiens filium ex Seleucide illi natum Alexandrum ipse educabo meæque participem faciam disciplinæ. Omnino, majora quum tradam, pecuniæ etiam participarem, si habere eam conveniret.

ιδ'. Εὐφράτῃ.

Πυνθάνονταί μου πολλοὶ πολλάκις, τίνος ἕνεκεν οὐ μετεπέμφθην εἰς Ἰταλίαν, ἢ οὐ μεταπεμφθεὶς ἀφικόμην, ὥσπερ σὺ καὶ εἴ τις ἕτερος. ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ προτέρου μὲν οὐκ ἀποκρινοῦμαι, μὴ καὶ δόξω τισὶν εἰδέναι τὴν αἰτίαν, οὐδ' εἰδέναι μοι μέλον, περὶ δὲ τοῦ δευτέρου τί ἂν καὶ δεοίμην ἕτερον λέγειν, ἢ ὅτι μᾶλλον ἂν μετεπέμφθην ἢ ἀφικόμην; ἔρρωσο.

XIV. Euphratæ.

Multi sæpenumero ex me quærunt, quam ob caussam non arcessitus sim in Italiam aut arcessitus non venerim, quemadmodum tu et si quis alius. Ego vero ad prius quidem non respondebo, ne quibusdam caussam scire videar, quam scire mea nihil prorsus interest : de altero autem quid dicam aliud quam quod, arcessitus licet, non facile tamen venerim? Vale.

ιε'. Τῷ αὐτῷ

Τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον εἶναι Πλάτων ἔφησεν. εἰ δὲ μὴ τιμᾷ τοῦτό τις καὶ γέγηθεν ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὤνιος γίνεται χρημάτων, πολλοὺς δεσπότας ἑαυτοῦ ποιεῖ.

XV. Eidem.

Virtutem nullis dominis subiectam esse dicebat Plato. Quod si quis aspernetur, neque gaudium hinc capiat, verum et venalem se præstet pecuniis, is multos sibi ipsi dominos imponit.

ις'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους οἴει δεῖν ὀνομάζειν τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου φιλοσόφους, ὧδέ που καὶ τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως. ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ δεῖνος οἶμαι δεῖν ὀνομάζεσθαι μάγους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι.

XVI. Eidem.

Magos dicendos esse censes philosophos Pythagoram, itemque Orpheum secutos. Ego vero quemlibet sequentes magos dicendos esse censeo, dummodo divini sint futuri atque iusti.

ιζ'. Τῷ αὐτῷ.

Μάγους ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι. μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος, σὺ δ' οὐ μάγος, ἀλλ' ἄθεος.

XVII. Eidem.

Magos deos appellare solent Persæ. Magus igitur deorum cultor est aut qui natura sua a diis abest proxime : tu vero non magus, verum impius.

ιη'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν ἔφησε τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, ὥσπερ ἐστὶν ἀληθές, ἐγκαλυπτέος ἕκαστος ὁ ματαίως ἐν δόξῃ γενόμενος.

XVIII. Eidem.

Heraclitus physicus irrationalem natura dicebat esse hominem. Quod si verum, ut verum est, præ pudore quivis se occultet, qui in opinione frustra consumit operam.

ιθ'. Σκοπελιανῷ σοφιστῇ.

Πέντε εἰσὶ σύμπαντες οἱ τοῦ λόγου χαρακτῆρες, ὁ φιλόσοφος ὁ ἱστορικὸς ὁ δικανικὸς ὁ ἐπιστολικὸς ὁ ὑπο-

XIX. Scopeliano sophistæ.

Quinque in universum orationis formæ sunt, philosopha, historica, iudicialis, epistolaris, commentato-

μνηματικός. ἐγκειμένων δὴ τῶν γενικῶν χαρακτήρων τῇ τάξει πάλιν γίνεται πρῶτος μὲν ὁ κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν ἢ φύσιν ἴδιος ὤν, δεύτερος δὲ ὁ ἐν μιμήσει τοῦ ἀρίστου, τῶν ἐκ φύσεως εἴ τις ἐνδεὴς εἴη. τὸ δὲ ἄριστον δυσεύρετόν τε καὶ δυσεπίκριτον, ὥστε οἰκειότερος ἑκάστῳ χαρακτὴρ ὁ ἴδιος, ἐπείπερ καὶ βεβαιότερος.

ria. Quibus generalibus formis in ordinem sic redactis rursus fit prima, quæ secundum cuiusque facultatem aut naturam convenit, secunda autem quæ, si cui natura negaverit, in imitatione constat optimi. Optimum vero inventu iudicatuque est difficile, ut convenientior cuique sit propria figura, quoniam et firmior.

κ'. Δομετιανῷ.

Εἴ σοι δύναμίς ἐστιν, ὥσπερ ἐστίν, καὶ φρόνησιν ἂν εἴη σοι κτητέον. καὶ γὰρ εἰ φρόνησις ἦν, δύναμις δὲ ἀπῆν, ὁμοίως ἔδει σοι δυνάμεως· δεῖται γὰρ ἀεὶ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ὥσπερ ὄψις φωτὸς καὶ φῶς ὄψεως.

XX. Domitiano.

Si tibi potestas est, ut est revera, prudentia quoque tibi acquirenda. Namque si prudentia tibi esset, potentia autem abesset, pariter potentia indigeres : semper enim alterum indiget altero, ut visus lumine lumenque visu.

κα'. Τῷ αὐτῷ.

Βαρβάρων ἀφεκτέον καὶ οὐκ ἀρκτέον αὐτῶν· οὐ γὰρ θέμις αὐτοὺς βαρβάρους ὄντας εὖ πάσχειν.

XXI. Eidem.

Abstinendum a barbaris, neque imperandum eis : nefas enim, barbari quum sint, beneficiis eos affici.

κβ'. Λεσβώνακτι.

Δεῖ πένεσθαι μὲν ὡς ἄνδρα, πλουτεῖν δὲ ὡς ἄνθρωπον.

XXII. Lesbonacti.

Pauperem esse decet ut virum, divitem vero ut hominem.

κγ'. Κρίτωνι.

Τὸ θειότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν. εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος, ἢ τὸ ζῷον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι τῷ κρείττονι νοσοῦν.

XXIII. Critoni.

Divinissimum Pythagoras dicebat medicinam. Quod si medicina divinissimum, una cum corpore anima etiam curanda est, aut potiore sui parte laborans animal non valeret.

κδ'. Ἑλλανοδίκαις καὶ Ἠλείοις.

Ἀξιοῦτέ με τῷ ἀγῶνι τῶν Ὀλυμπίων παραγενέσθαι καὶ διὰ τοῦτο ἐπέμψατε πρέσβεις· ἐγὼ δὲ παρεγενόμην ἂν ἐπὶ σωμάτων θέαν καὶ ἅμιλλαν, εἰ μὴ τὸν μείζονα τῆς ἀρετῆς ἀγῶνα καταλείψειν ἔμελλον.

XXIV. Hellanodicis et Eleis.

Olympiorum certamini me cupitis interesse et ob eam caussam misistis legatos : ego vero venirem ad corporum spectaculum et certamen, si non maius virtutis certamen relinquendum mihi esset.

κε'. Πελοποννησίοις.

Ὀλύμπια τὸ δεύτερον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐγένεσθε πολέμιοι, τὸ δεύτερον δὲ οὐ φίλοι.

XXV. Peloponnesiis.

Olympia iterum, ac primum quidem fuistis inimici, deinceps vero non amici.

κϛ'. Τοῖς ἐν Ὀλυμπίᾳ θεηκόλοις.

Θεοὶ θυσιῶν οὐ δέονται. τί οὖν ἄν τις πράττων χαρίζοιτο αὐτοῖς; φρόνησιν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κτώμενος, ἀνθρώπων τε τοὺς ἀξίους εἰς δύναμιν εὖ ποιῶν. ταῦτα φίλα θεοῖς, ἐκεῖνα δὲ ἀθέων.

XXVI. Olympicis sacerdotibus.

Dii sacrificiis non indigent. Quid igitur quis gratum eis fecerit? si prudentiam, ut mihi videtur, sibi comparet, deque hominibus dignis pro viribus bene mereatur. Hæc diis grata, illa impiorum.

κζ'. Τοῖς ἐν Δελφοῖς ἱερεῦσιν.

Αἵματι βωμοὺς μιαίνουσιν ἱερεῖς, εἶτα θαυμάζουσί τινες, πόθεν αἱ πόλεις ἀτυχοῦσιν, ὅταν μεγάλα δυστυχήσωσιν. ὢ τῆς ἀμαθίας. Ἡράκλειτος ἦν σοφός,

XXVII. Delphicis sacerdotibus.

Sanguine aras sacerdotes polluunt, deinde mirantur quidam, quomodo fiat ut male civitates sese habeant, ubi magno in discrimine versantur. O imprudentiam! He-

ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος Ἐφεσίους ἔπεισε μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι.

κη'. Βασιλεῖ Σκυθῶν.

Ζάμολξις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλόσοφος, εἴ γε μαθητὴς Πυθαγόρου ἐγένετο. καὶ εἰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοιοῦτος ἦν ὁ Ῥωμαῖος, ἑκὼν ἂν ἐγένετο φίλος. εἰ δὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας οἴει δεῖν ἀγῶνα καὶ πόνον ἔχειν, ἄκουε φιλόσοφος, τουτέστιν ἐλεύθερος.

κθ'. Νομοθέτῃ.

Αἱ ἑορταὶ νόσων αἰτίαι· τοὺς μὲν γὰρ πόνους ἀνιᾶσι, τὸ ἐμπίπλασθαι δὲ αὔξουσιν.

λ'. Ταμίαις Ῥωμαίων.

Ἀρχὴν ἄρχετε πρώτην. εἰ μὲν οὖν ἄρχειν ἐπίστασθε, διὰ τί τὸ παρ' ὑμᾶς χεῖρον ἑαυτῶν αἱ πόλεις ἔχουσιν; εἰ δὲ οὐκ ἐπίστασθε, μαθεῖν ἔδει πρῶτον, εἶτα ἄρχειν.

λα'. Διοικηταῖς Ἀσίας.

Τί ὄφελος ἀγρίων δένδρων φυομένων ἐπὶ βλάβῃ τοὺς κλάδους κόπτειν, ἐᾶν δὲ τὰς ῥίζας;

λβ'. Ἐφεσίων γραμματεῦσιν.

Λίθων ἐν πόλει καὶ γραφῶν ποικίλων καὶ περιπάτων καὶ θεάτρων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ νοῦς ἐνείη καὶ νόμος. νοῦς δὲ καὶ νόμος περὶ τούτων ἐστίν, οὐ ταῦτα.

λγ'. Μιλησίοις.

Οἱ παῖδες ὑμῶν πατέρων δέονται, οἱ νέοι γερόντων, αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ ἄνδρες ἀρχόντων, οἱ ἄρχοντες νόμων, οἱ νόμοι φιλοσόφων, οἱ φιλόσοφοι θεῶν, οἱ θεοὶ πίστεως. προγόνων ἀγαθῶν ἐστε, τὰ παρόντα μισεῖτε.

λδ'. Τοῖς ἐν Μουσείῳ σοφοῖς.

Ἐγενόμην ἐν Ἄργει καὶ Φωκίδι καὶ Λοκρίδι καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Μεγάροις καὶ διαλεγόμενος τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπαυσάμην ἐκεῖ. τί οὖν, εἴ τις ἔροιτο τὸ αἴτιον, ἐγὼ φράσαιμ' ἂν ὑμῖν τε καὶ Μούσαις· ἐβαρβαρώθην οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι.

λε'. Ἑστιαίῳ.

Ἀρετὴ καὶ χρήματα παρ' ἡμῖν ἀλλήλοις ἐναντιώτατα· μειούμενον γὰρ τὸ ἕτερον αὔξει τὸ ἕτερον, αὐξανόμενον δὲ μειοῖ. πῶς οὖν δυνατὸν ἀμφότερα περὶ

raclitus erat sapiens, sed ne ille quidem Ephesiis persuasit, ne lutum luto expurgarent.

XXVIII. Regi Scytharum.

Zamolxis vir bonus erat et philosophus, siquidem Pythagoræ fuit discipulus. Et si illo tempore talis Romanus fuisset, sua sponte amicitiam iunxisset. Quod si pro libertate certamen censes atque labores subeundos, philosophus audi, hoc est liber.

XXIX. Legislatori.

Festa morborum caussæ sunt : labores enim remittunt et voracitatem augent.

XXX. Quæstoribus Romanis.

Magistratum geritis primarium. Si imperare igitur nostis, quid est cur civitates, quantum per vos licet, deterius sese habeant? sin vero nescitis, discere primum oportebat, deinde imperare.

XXXI. Procuratoribus Asiæ.

Quid iuvat agrestium arborum, quæ cum detrimento hominum provenere, ramos quidem amputare, radices vero relinquere?

XXXII. Ephesiorum scribis.

Lapidum in urbe et picturarum variarum et ambulacrorum theatrorumque nullus est usus, nisi mens insit atque lex. Mens autem atque lex non ista sunt, sed ipsis adhibenda.

XXXIII. Milesiis.

Liberi vestri patribus indigent, iuvenes senibus, mulieres viris, viri magistratibus, magistratus legibus, leges philosophis, philosophi diis, dii fide. Bonis ex maioribus orti estis, præsentia odio habetote.

XXXIV. Sapientibus qui in Museo sunt.

Argos adivi et Phocidem et Locridem, Sicyonem item atque Megara, ibique a disserendi consuetudine, quam antea habueram, iam destiti. Quod si quis caussam ex me requirat, dicam vobis atque Musis : barbarus evasi, non quod diu a Græcia abfuerim, sed quod in Græcia diu fuerim.

XXXV. Hestiæo.

Virtus et pecunia apud nos sunt maxime inter se adversaria : deminuta enim altera auget alteram, aucta vero deminuit. Qui igitur fieri possit, ut idem utrumque pos-

τὸν αὐτὸν γενέσθαι, πλὴν εἰ μὴ τῷ τῶν ἀνοήτων λόγῳ, παρ' οἷς καὶ ὁ πλοῦτος ἀρετή; μὴ δὴ τοσοῦτον ἡμῶν ἀναισθητεῖν ἐπίτρεπε τοῖς αὐτόθι, μηδὲ ἔα πλουσίους ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν μᾶλλον ἢ φιλοσόφους. καὶ γὰρ αἴσχιστον ἀποδημεῖν ἡμᾶς διὰ χρήματα δοκεῖν, ἐνίων, ἵνα μνήμην ἑαυτῶν καταλείπωσι, μηδὲ ἀρετὴν ἀσπασαμένων.

sideat, nisi forte stultorum opinione, qui etiam divitias in virtute ponunt? Quare permittere noli, ut qui illic sunt tam male de nobis existiment, neque concede, ut nos divites potius quam philosophos esse iudicent. Turpissimum est enim, pecuniæ caussa nos videri peregre abesse, quum quidam, ut sui memoriam relinquant, ne virtutem quidem amplectantur.

λς'. Κορινθίῳ Βάσσῳ.

Ἦν Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς μαινόμενος ἄνθρωπος. οὗτος ἦλθέ ποτε ξιφήρης ἐπὶ θύρας τὰς ἐμὰς ὑπὸ σοῦ σταλεὶς τοῦ φιλοσόφου καὶ ἀγωνοθέτου τῶν Ἰσθμίων. τοῦ φόνου δ' ἦν μισθὸς δεδομένος ἡ τῆς γυναικός σου κοινωνία· καί, μιαρὲ Βάσσε, πολλάκις εὐεργέτης ἐγενόμην σου.

XXXVI. Corinthio Basso.

Erat Praxiteles Chalcidensis furiosus homo. Is venit aliquando gladio cinctus ad ianuam meam a te missus philosopho atque Isthmiorum certaminis præfecto. Cædis autem merces composita erat uxoris tuæ consuetudo. Ego vero, scelerate Basse, sæpenumero beneficia in te contuli.

λζ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ πυνθάνοιτο Κορινθίων τις, πῶς ὁ Βάσσου πατὴρ ἀπέθανεν, ἐροῦσιν ἅπαντες οἱ ἀστικοὶ καὶ οἱ μέτοικοι « φαρμάκῳ. » τίνος δόντος; ἐροῦσι καὶ οἱ ὅμοροι « τοῦ φιλοσόφου. » καὶ ὁ μιαρὸς τῷ πτώματι τοῦ πατρὸς ἑπόμενος ἔκλαιεν.

XXXVII. Eidem.

Si quis Corinthiorum quærat, quomodo Bassi pater interierit, « veneno » cives omnes et inquilini respondebunt. Sin quis dederit quærant, « philosophus » vicini dicent. Et tamen sceleratus ille paternum funus prosequutus lacrimas fundebat.

λη'. Τοῖς ἐν Σάρδεσιν.

Ἀρετῆς μὲν ὑμῖν πρωτεῖον οὐκ ἔστι, ποίας γὰρ ἀρετῆς; εἰ δὲ κακίας φέρεσθε τὰ πρῶτα, πάντες ὑφ' ἓν φέρεσθε. τίνες τοῦτο φήσουσι περὶ τῶν ἐν Σάρδεσιν; οἱ ἐν Σάρδεσιν. οὐδεὶς γὰρ οὐδενὶ τῶν αὐτόθι φίλος, ὥστ' ἀρνεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων δι' εὔνοιαν.

XXXVIII. Sardianis.

Virtutis præmia vobis non sunt, qualis enim virtutis? sin vero malignitatis præmia reportanda, in unum cogimini omnes. Quinam hoc dicent de Sardianis? ipsi qui sunt Sardibus. Nemo enim tam est amicus ibi cuiquam, ut eorum quæ nefaria sunt ob benevolentiam quicquam neget.

λθ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Αἰσχρὰ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ταγμάτων ὑμῶν, Κόδδαροι καὶ Ξυρισίταυροι. ταῦτα τοῖς τέκνοις τίθεσθε τὰ πρῶτα, καὶ εὐτυχεῖτε γίνεσθαι τούτων ἄξιοι.

XXXIX. Eisdem.

Turpia et nomina vestrorum ordinum, Coddari, Xyrisitauri. Hæc liberis vestris primum imponitis, vobisque contingit dignos istis esse.

μ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Κόδδαροι καὶ Ξυρισίταυροι. τὰς δὲ θυγατέρας ὑμῶν καὶ τὰς γυναῖκας πῶς ἂν προσαγορεύοιτε; τῶν γὰρ αὐτῶν ταγμάτων εἰσὶ καὶ αὗται καὶ θρασύτεραι.

XL. Eisdem.

Coddari et Xyrisitauri. Filias autem vestras et uxores quo tandem nomine appelletis? eorundem enim ordinum et istæ sunt et adhuc audaciores.

μα'. Τοῖς αὐτοῖς.

Οὐδὲ τοὺς οἰκέτας ὑμῖν εὐνοεῖν εἰκός, πρῶτον μὲν ὅτι οἰκέται, εἶθ', ὅτι τῶν ἐναντίων ταγμάτων οἱ πλεῖστοι. κἀκεῖνοι γὰρ ὁμοίως ὑμῖν ἀπὸ γένους.

XLI. Eisdem.

Ne servos quidem vobis bene velle consentaneum est, primum quia servi, deinde quod contrariorum ordinum plerique. Nam et illi pariter atque vos generati sunt.

μβ'. Πλατωνικοῖς.

Ἐάν τις Ἀπολλωνίῳ χρήματα διδῷ, καὶ ὁ διδοὺς ἄξιος νομίζηται, λήψεται δεόμενος, φιλοσοφίας δὲ μισθὸν οὐ λήψεται, κἂν δέηται.

XLII. Platonicis.

Si quis Apollonio pecunias dederit, quique dat dignus iudicatus fuerit, accipiet ubi indigeat, philosophiæ vero mercedem etiamsi indigeat non accipiet.

μγʹ. Τοῖς οἰησισόφοις.

Εἰ λέγει τις εἶναι γνώριμος ἐμός, λεγέτω καὶ μένειν ἔνδον, ἀπέχεσθαι λουτροῦ παντός, ζῷα μὴ κτείνειν, μηδὲ ἔδειν σάρκας, ἀπαθὴς εἶναι φθόνου, κακοηθείας, μίσους, διαβολῆς, ἔχθρας, τοῦ τῶν ἐλευθέρων ὀνομάζεσθαι γένους, ἢ φυλακτέος πλάσματα φέρων τρόπου τε καὶ ἤθους καὶ λόγων ψευδῶν ἀλλοτρίου βίου πίστιν. ἔρρωσθε.

XLIII. Sapientibus sibi visis.

Si quis meum discipulum se profitetur, dicat etiam se domi continere, ab onni balneo abstinere, animalia non occidere neque comedere carnes, nihil curare invidiam, malevolentiam, odium, calumniam, inimicitiam, ex liberorum genere nominari, aut cavendus est ut qui morum atque ingenii commenta præ se ferat et a doctrina falsa alienæ vitæ fidem. Valete.

μδʹ. Ἑστιαίῳ τῷ ἀδελφῷ.

Τί θαυμαστόν, εἴ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγουμένων, τινῶν δὲ καὶ θεόν, μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ, δι' ἣν ἐξαιρέτως ἐσπούδασα λαμπρὸς εἶναι; τουτὶ γὰρ οὐδ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς ὁρῶ, γέγονε φανερόν, ὡς εἴην ἀμείνων πολλῶν λόγους τε καὶ ἦθος. ἐπεὶ πῶς ἄν μου κατεγινώσκετε χαλεπὴν κατάγνωσιν ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν δεομένων, περὶ ὧν μόνων οὐδὲ τῶν ἀμαθεστάτων ἄν τις περιμείνειε διδαχθῆναι, λέγω δὲ πατρίδος τε καὶ ἀδελφῶν; (2) καίτοι οὐ λέληθεν ἡμᾶς, ὡς καλῶς ἔχον ἐστὶ πᾶσάν τε γῆν πατρίδα νομίζειν καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδελφοὺς καὶ φίλους, ὡς ἂν γένος μὲν ὄντας θεοῦ, μιᾶς δὲ φύσεως, κοινωνίας δ' οὔσης λόγῳ τε παντὶ καὶ πᾶσι παθῶν τῆς αὐτῆς, ὅπη τε καὶ ὅπως ἄν τις τύχῃ γενόμενος, εἴτε βάρβαρος, εἴτε καὶ Ἕλλην, ἄλλως τε καὶ ἄνθρωπος. ἀλλ' ἔστι γάρ πως τὸ συγγενὲς ἀκατασόφιστον καὶ πᾶν ἀνακλητικὸν αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον. οὕτως ὁ Ὁμηρικὸς Ὀδυσσεύς, ὥς φασιν, οὐδὲ ἀθανασίαν ὑπὸ θεᾶς διδομένην Ἰθάκης προυτίμησεν. (3) ὁρῶ δ' ἔγωγε τὸν νόμον τόνδε καὶ διὰ τῶν ἀλόγων ζῴων πεφοιτηκότα. οὐ γὰρ ὁπόσον πτηνὸν καλιῶν ἀπόκοιτον ἰδίων, πᾶν τε βύθιον παρασύρεται μὲν ὑπὸ τοῦ φέροντος, ἐπάνεισι δὲ μὴ νικηθέν. θηρία μὲν γὰρ οὔτε λιμὸς οὔτε κόρος ἔπεισεν ἔξω φωλεῶν μεῖναι. ἕνα τούτων ἡ φύσις ἤνεγκεν ἄνθρωπον καὶ ταῦτα σοφὸν λεγόμενον. ᾧ κἂν πάντα τὰ λοιπὰ γῆ πᾶσα παρέχῃ, μνήματα οὐκ ἔχει δεῖξαι τὰ πατέρων.

XLIV. Hestiæo fratri.

Quid mirum si, quum ceteri homines diis similem, nonnulli etiam deum me existiment, sola adhuc patria ignorat, propter quam potissimum, ut illustris evaderem, laboravi? hoc enim ne vobis fratribus quidem, ut video, perspectum est, sermonibus atque vita me multis antecellere. Qui fit enim ut tam male de me existimetis, quasi de eis rebus omnino admonendus sim, de quibus solis ne indoctissimi quidem doceri se patiantur, patriam dico atque fratres? (2) Verum non latet nos, quam pulchrum sit omnem terram pro patria habere atque omnes homines pro fratribus et amicis, ut qui a deo originem ducant atque una natura eademque ratione et affectuum communione sint omnes præditi, ubicunque quis fuerit aut quo modo natus, sive barbarus sive græcus, dummodo homo sit. Sed enim quod cognatum est eludi nequit et quicquid ipsius proprium est ad se revocat. Sic Homericus Ulixes, ut aiunt, ne immortalitatem quidem a dea oblatam Ithacæ prætulit. (3) Et istam legem in brutis animalibus quoque vim suam video exercere. Nam quicquid volatile est, non extra suos nidos somnum capit, et quicquid in profundo degit, ab eo qui diripit abstrahitur quidem, sed si non superatur in sedes suas redit. Animalia enim nec fames nec saturitas ut extra lustra sua maneant compellit. Unum horum natura protulit hominem eumque sapientem dictum: cui etsi reliqua omnia terra omnis suggerat, monumenta parentum ostendere non potest.

μεʹ. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ τῶν ὄντων τὸ τιμιώτατον φιλοσοφία, πεπιστεύμεθα δ' ἡμεῖς φιλοσοφεῖν, οὐκ ἂν ὀρθῶς ὑπολαμβανοίμεθα μισάδελφοι, καὶ ταῦτα δι' αἰτίαν ἀγεννῆ τε ἅμα καὶ ἀνελεύθερον. χρημάτων γὰρ δήπου χάριν ἡ ὑποψία, τούτων δὲ καὶ πρὶν ἢ φιλοσοφεῖν ἐπειρώμεθα καταφρονεῖν, ὥστε τοῦ μὴ γράφειν εὐλογώτερον ἂν εἴη πρόφασιν ἑτέραν ὑπονοεῖν. ἐφυλαττόμην γὰρ ἀληθῆ μὲν γράφων ἀλαζὼν δοκεῖν, ψευδῆ δὲ ταπεινός, ὧν ἑκάτερον ἐπίσης ἀνιαρὸν ἀδελφοῖς τε καὶ φίλῳ παντί. νυνὶ μέντοι καὶ τοῦτο δηλῶ. συγχωροίη γὰρ ἂν ἴσως τὸ δαιμόνιον, ὅτι συμβαλὼν τοῖς ἐν Ῥόδῳ φίλοις μετ' ὀλίγον ἐκεῖθεν ἐπάνειμι πρὸς ὑμᾶς λήγοντος ἔαρος.

XLV. Eidem.

Si rerum omnium pretiosissima est philosophia, credimurque nos philosophari, non sane recte fratrum osores existimemur, idque ob turpem simul et illiberalem caussam. Pecuniarum enim caussa nata est suspicio, has vero prius etiam quam ad philosophiam accederemus contemnere cœpimus, ut, quod non scripserim, convenientius fuerit aliam caussam suspicari. Cavebam enim ne, si vera scriberem, superbus viderer, sin falsa, humilis, quorum utrumque æque molestum est fratribus et amico omni. Nunc vero et hoc aperio. Fortasse enim concesserit deus, ut, ubi qui Rhodi sunt amicos convenerim, non multo post illinc ad vos revertar vere exeunte.

μς'. Γορδίῳ.

Ἠδικῆσθαί φασιν Ἑστιαῖον ὑπὸ σοῦ καὶ ταῦτα φίλου γεγονότος, εἴ γε σύ τινος φίλος. ὅρα δή, Γόρδιε, μὴ πεῖραν λάβῃς ἀνδρὸς οὐ δοκοῦντος, ἀλλὰ ὄντος. ἄσπασαι τὸν υἱὸν Ἀριστοκλείδην, ὃν εὔχομαι μὴ παραπλήσιόν σοι γενέσθαι. καὶ σὺ δ' ἦσθα νέος ἄμεμπτος.

XLVI. Gordio.

Hestiæum iniuria affectum a te aiunt, idque amico eius, si quidem cuiusquam tu amicus. Vide igitur, Gordi, ne periculum facias viri, qui non videtur, sed revera est. Saluta filium Aristoclidem, quem opto non similem tibi evasurum. Tu quoque iuvenis non reprehendendus eras.

μζ'. Τυανέων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ.

Προστάττουσιν ὑμῖν ἐπανιέναι πείθομαι. τοῦτο γὰρ δὴ πρὸς ἕνα πόλει πρεπωδέστερον ἂν εἴη, εἰ ἕνεκα τιμῆς μεταπέμποιτο πολίτην ἑαυτῆς. καὶ ὃν ἀπεδήμησα δὲ χρόνον, ἀπεδήμησα περιποιῶν ὑμῖν, εἰ καὶ ἐπαχθὲς εἰπεῖν, εὔκλειάν τε καὶ ὄνομα καὶ εὔνοιαν καὶ φιλίαν πόλεων ἐπιφανῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρῶν. εἰ δὲ καὶ μείζονος ἔτι καὶ κρείττονος ὑμεῖς ὑπολήψεως ἄξιοι, τό γε ἐμὸν καὶ τὸ παρὰ τῆς ἐμῆς φύσεως ἐπὶ τοσοῦτον ἐξήρκει μόνον δυνάμεώς τε καὶ σπουδῆς. ἔρρωσθε.

XLVII. Tyanensium senatui et populo.

Iubentibus vobis me redire pareo: sic enim maius ex uno habebit civitas ornamentum si honoris caussa arcessat civem suum. Atque ego quo tempore peregre abfui, quamvis invidiosum sit dicere, gloriam vobis et nomen et benevolentiam amicitiamque tam civitatum illustrium quam virorum comparavi. Sin autem maiore adhuc ac meliore digni estis fama, quod quidem in me est atque in natura mea positum, non poterat ultra hunc facultatis ac studii modum progredi. Valete.

μη'. Διοτίμῳ.

Ἐπλανήθης οἰηθεὶς δεῖσθαί μέ τινος ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ, πρὸς ὃν οὐδὲν ἦν μοί ποτε κοινόν τι γεγονός, ἢ παρ' ἄλλου τινὸς ὁμοίου τε καὶ ὁμοίως. ἦν δὲ οὐδὲ τὸ ἀναλωθὲν εἴς τι τῶν σοι σωτηρίων πολύ τι. χαριῇ δή μοι παθὼν εὖ δίχ' ἀναλώματος. τηρήσω γάρ μου τὸ ἔθος μόνως οὕτως. ὅτι δὲ τοῦτον ἔχω τὸν τρόπον καὶ ταύτην τὴν διάθεσιν πρὸς ἅπαντάς μου τοὺς πολίτας, ἐῶ γὰρ λέγειν ὡς καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἔξεστι μαθεῖν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν εὖ παθόντων μέν, ὁσάκις ἐδεήθησάν τινος, ἀμοιβὴν δὲ αἰτηθέντων μηδεμίαν. (2) μὴ δὴ δυσχεράνῃς, εἰ δεόντως ἐπιτιμηθεὶς ὁ ἐμὸς ὑπὲρ τοῦ προσέσθαι τι τὴν ἀρχὴν ἀπέδωκεν εὐθὺς ὃ ἔλαβε Λυσίᾳ τῷ φίλῳ σου, φίλῳ δὲ καὶ ἐμοῦ, ἐπεὶ μηδένα ἠπίστατο τῶν καταλελειμμένων σου παίδων. εἰ δὲ δύο λόγοι περὶ ἐμοῦ λέγονται, λεχθήσονται δὲ καὶ ἐσύστερον, τί θαυμαστόν; ἀνάγκη γὰρ περὶ παντὸς ἄκρου δοκοῦντος καθ' ὁτιοῦν ἐναντίους λέγεσθαι λόγους. οὕτως περὶ Πυθαγόρου, περὶ Ὀρφέως, περὶ Πλάτωνος, περὶ Σωκράτους οὐκ ἐλέχθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγράφη τὰ ἐναντία, ὅπου γε μὴ τὰ ὅμοια καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. (3) ἀλλ' οἱ μὲν ἀγαθοὶ δέχονται τὸν ἀληθῆ λόγον, ὡς ἂν ἔχοντές τι συγγενές, οἱ δὲ φαῦλοι τὸν ἐναντίον, καὶ ἔστι τοῦ τοιούτου γένους καταγελᾶν, λέγω δὲ τοῦ χείρονος. τοσοῦτο μόνον δίκαιον ὑπομνῆσαι περὶ ἐμαυτοῦ τὸ νῦν, ὅτι περὶ ἐμοῦ καὶ θεοῖς εἴρηται ὡς περὶ θείου ἀνδρὸς οὐ μόνον ἰδίᾳ τισὶ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. ἐπαχθὲς λέγειν τι περὶ αὑτοῦ πλεῖον ἢ μεῖζον. ὑγιαίνειν εὔχομαι.

XLVIII. Diotimo.

Falsus es, quod credidisti aliqua mihi opus esse re aut a te ipso, quocum nihil quicquam commune unquam habui, aut ab alio quodam simili ac similiter. Nec multum adeo fuit in tuum commodum impensum. Gratum itaque mihi feceris, si beneficium in te collatum acceperis nullo tuo sumptu: hoc enim solo modo consuetudinem meam tuebor. Hunc autem me habere morem et sic esse erga omnes meos cives animatum, ne dicam et erga omnes homines, cognoscere licet ab reliquis civibus, qui quoties aliqua re indigerent, beneficio a me affecti sunt, beneficia vero ut beneficiis referrent nunquam sunt admoniti. (2) Noli igitur indignari, quod iure reprehensus familiaris meus eo, quod admiserit omnino, reddidit statim quod acceperat Lysiæ, amico tuo et mihi quoque amico, quum nullum nosset servorum a te relictorum. Quod si diversi de me sermones feruntur, ferenturque sane et in posterum, quid mirum? necesse est enim de omni, quod quocunque modo excellens esse videatur, diversi ferantur sermones. Sic de Pythagora, de Orpheo, de Platone, de Socrate contraria non modo dicebantur, verum etiam scribebantur, quando quidem similia nec de ipso deo. (3) At boni accipiunt verum sermonem, quasi cum eo cognatum quid habentes, improbi vero contrarium, ac tale genus, peius dico, licet deridere. Tantum solum nunc de me ipso admonuisse æquum est, de me et apud deos sermonem esse tanquam de divino homine, non solum privatim apud nonnullos sæpenumero, sed etiam publice, molestum est plus aut maius quid de se ipso dicere. Opto ut valeas.

μθ'. Φερουκιανῷ.

Πάνυ τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ σοῦ γράμμασιν ἥσθην· πολλὴν γὰρ οἰκειότητα καὶ γένους ἀνάμνησιν εἶχε, καὶ πέπεισμαι δι' ἐπιθυμίας εἶναί σοι θεάσασθαί με καὶ ὑπ' ἐμοῦ θεαθῆναι. αὐτὸς οὖν ἀφίξομαι πρὸς ὑμᾶς ὅτι τάχιστα. ὅθεν ἔχου τῶν αὐτόθι. συμμίξεις δέ μοι πλησίον γενομένῳ πρὸ τῶν ἄλλων οἰκείων τε καὶ φίλων, ἐπεὶ καὶ προσήκει σοι τοῦτο.

XLIX. Feruciano.

Admodum litteris a te missis delectatus sum : multam enim familiaritatem generisque recordationem continebant, atque persuasum mihi est te, ut me conspicias et a me conspiciaris, cupere. Ipse igitur veniam ad vos quam celerrime. Quare domi velim maneas. Conversaberis autem mecum, ubi ad te accessero, præ reliquis familiaribus et amicis, quoniam et convenit tibi hoc.

ν. Εὐφράτῃ.

Ἐν γένει δαιμόνων καὶ ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας ἦν. σὺ δ' ἔτι μοι δοκεῖς πορρωτάτω φιλοσοφίας εἶναι καὶ ἀληθινῆς ἐπιστήμης, ἢ οὐκ ἂν οὔτε κἀκεῖνον κακῶς ἔλεγες, οὔτε τινὰς τῶν ζηλούντων αὐτὸν διετέλεις μισῶν. ἄλλο τί σοι νῦν πρακτέον ἂν εἴη· φιλοσοφίας γὰρ ἥμβροτες, οὐδ' ἔτυχες μᾶλλον ἢ Μενελάου Πάνδαρος ἐν τῇ τῶν ὅρκων συγχύσει.

L. Euphratæ.

In dæmonum genere sapientissimus Pythagoras quoque erat. Tu vero mihi videris a philosophia veraque scientia adhuc longissime distare, alioqui sane nec illi male diceres, nec quosdam eius sectatorum odio perpetuo persequerere. Aliud nunc tibi faciendum fuerit : nam a philosophia aberrasti, neque magis scopum tetigisti quam Menelaum Pandarus in « fœderis violatione. »

να'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπιτιμῶσί σοί τινες ὡς εἰληφότι χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως, ὅπερ οὐκ ἄτοπον, εἰ μὴ φαίνοιο φιλοσοφίας εἰληφέναι μισθὸν καὶ τοσαυτάκις καὶ ἐπὶ τοσοῦτον καὶ παρὰ τοσούτων καὶ περὶ σοῦ πεπιστευκότων εἶναί σε φιλόσοφον.

LI. Eidem.

Reprehendunt te quidam, quod pecuniam a rege acceperis. Quod absurdum non esset, nisi viderere philosophiæ mercedem accepisse et toties et tantam et a tam multis, quique te philosophum esse credidere.

νβ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐάν τις ἀνδρὶ Πυθαγορείῳ συγγένηται, τίνα παρ' αὐτοῦ λήψεται καὶ ὁπόσα, φαίην ἂν ἔγωγε· νομοθετικήν, γεωμετρίαν, ἀστρονομίαν, ἀριθμητικήν, ἁρμονικήν, μουσικήν, ἰατρικήν, πᾶσαν θείαν μαντικήν, τὰ δὲ καλλίω μεγαλοφροσύνην, μεγαλοψυχίαν, μεγαλοπρέπειαν, εὐστάθειαν, εὐφημίαν, γνῶσιν θεῶν, οὐ δόξαν, εἴδησιν δαιμόνων, οὐχὶ πίστιν, φιλίαν ἑκατέρων, αὐτάρκειαν, ἐκτένειαν, λιτότητα, βραχύτητα τῶν ἀναγκαίων, εὐαισθησίαν, εὐκινησίαν, εὔπνοιαν, εὔχροιαν, ὑγίειαν, εὐψυχίαν, ἀθανασίαν. παρὰ σοῦ δέ, Εὐφρᾶτα, τί λαβόντες ἔχουσιν οἱ ἰδόντες; ἢ δηλονότι τὴν ἀρετήν, ἣν ἔχεις.,

LII Eidem.

Si quis cum viro Pythagoreo conversetur, quæ quantaque ab eo sit accepturus, equidem dicam : leges ferendi artem, geometriam, astronomiam, arithmeticam, harmonicam, musicam, medicinam, universam divinam vaticinationem, quæque pulchriora sunt, animi altitudinem, gravitatem, magnificentiam, constantiam, pietatem, deorum scientiam, non opinionem, dæmonum cognitionem, non existimationem, utrorumque amorem, animi tranquillitatem, assiduitatem, frugalitatem, in rebus necessariis modestiam, sentiendi, agendi, spirandi facilitatem, convenientem colorem, sanitatem, fortitudinem, immortalitatem. A te vero, Euphrata, quid consecuti sunt, qui ad te accessere? an quam tu habes virtutem?

νγ'. Κλαύδιος Τυανέων τῇ βουλῇ.

Ἀπολλώνιον τὸν ὑμέτερον πολίτην, Πυθαγόρειον φιλόσοφον, καλῶς ἐπιδημήσαντα τῇ Ἑλλάδι καὶ τοὺς νέους ἡμῶν ὠφελήσαντα τιμήσαντες ἀξίαις τιμαῖς, αἷς πρέπει τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ ἀληθῶς προϊσταμένους φιλοσοφίας, τὴν εὔνοιαν ἡμῶν ἠθελήσαμεν ὑμῖν δι' ἐπιστολῆς φανερὰν γενέσθαι. ἔρρωσθε.

LIII. Claudius Tyanensium senatui.

Apollonium vestrum civem, Pythagoreum philosophum, Græciam præsentia sua condecorantem ac iuventutis nostræ commodis consulentem, condignis honoribus afficientes, quibus par est bonos viros vereque philosophiæ præsides, benevolentiam nostram per litteras vobis voluimus patefacere. Valete.

νδ'. Ἀπολλώνιος δικαιωταῖς Ῥωμαίων.

Λιμένων καὶ οἰκοδομημάτων καὶ περιβόλων καὶ περιπάτων ἐνίοις ὑμῶν πρόνοια, παίδων δὲ τῶν ἐν

LIV. Apollonius iudicibus Romanorum.

Portuum et ædificiorum et circuituum et ambulacrorum plerisque vestrum cura est, puerorum vero, qui sunt in

ταῖς πόλεσιν ἢ νέων ἢ γυναικῶν οὐθ' ὑμῖν οὔτε τοῖς νόμοις φροντίς. ἢ καλὸν ἂν ἦν τὸ ἄρχεσθαι.

νε'. Τῷ ἀδελφῷ Ἀπολλώνιος.

Φύσιν ἔχει τῶν τελειωθέντων ἕκαστον ἀπιέναι καὶ τοῦτο παντὶ γῆράς ἐστι, μεθ' ὃ μηκέτι μένει. μὴ δή σε λυπείτω τῆς γυναικὸς ἡ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀποβολή, μηδέ, ἐπεὶ θάνατός τι λέγεται, κρεῖττον αὐτοῦ τὸ ζῆν ὑπολάμβανε χεῖρον ὂν τῷ παντὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι. γενοῦ δὴ ἀδελφὸς τὸ μὲν κοινότατον φιλοσόφου, τὸ δ' ἐξαίρετον Πυθαγορείου καὶ Ἀπολλωνίου, καί σου τὴν οἰκίαν τὴν αὐτὴν ποίησον. (2) εἰ μὲν γὰρ ἐνεκαλοῦμέν τι τῇ προτέρᾳ, κἂν εἰκότως ἐδοκοῦμεν ἀποδειλιᾶν· εἰ δ' ἡμῖν σεμνή τε διετέλεσεν οὖσα καὶ φίλανδρος καὶ διὰ τοῦτο ἐπιζητήσεως ἀξία, τί καὶ διανοηθέντες οὐκ ἂν ὅμοια καὶ περὶ τῆς μελλούσης προσδοκοίημεν; ἣν εἰκὸς ἂν ἐθελῆσαι καὶ ἀμείνονα γενέσθαι, μηδαμοῦ τῆς προτέρας ἀμελείᾳ κακωθείσης. δυσωπείτω δέ σε καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν οὕτω μέχρι νῦν ἔχοντα· τῷ πρεσβυτάτῳ μὲν γὰρ οὐδὲ γάμος οὐδέπω, τῷ νεωτάτῳ δὲ ἐλπὶς μὲν ἔτι παιδοποιίας, ἐν προκοπῇ δέ γε τοῦ χρόνου, καὶ ἡμεῖς μὲν ἑνὶ τρεῖς γεγόναμεν, τρισὶ δ' ἡμῖν οὐδὲ εἷς. (3) ἴσος δὲ καὶ ὁ κίνδυνος τῇ πατρίδι καὶ τῷ βίῳ τῷ μεθ' ἡμᾶς. εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀμείνους τοῦ πατρός (ἄλλως δέ, καθ' ὃ πατήρ, χείρους), πῶς οὐκ ἂν βελτίους ἐξ ἡμῶν εἰκὸς ἂν ὑπάρξαι; γενέσθωσαν οὖν τινές, οἷς παραθησόμεθα γοῦν ὀνόματα, ὡς ἡμῶν οἱ πρόγονοι συνύφηναν. ὑπὸ δακρύων οὐχ οἷός τε ἐγενόμην πλείονα γράψαι, καὶ οὐδὲ εἶχον ἀναγκαιότερα τούτων.

νς'. Σαρδιανοῖς.

Κροῖσος ἀπέβαλε τὴν Λυδῶν ἀρχὴν Ἅλυν διαβάς, ἐλήφθη ζῶν, ἐδέθη πέδαις, ἐπὶ πυρὰν ἀνεβιβάσθη, τὸ πῦρ εἶδεν ἡμμένον αἰρόμενον εἰς ὕψος. ἔζησεν· ἐδόκει γὰρ τῷ θεῷ τετιμημένος. τί οὖν ὕστερον; οὗτος ὁ πρόγονος ὑμῶν ἅμα καὶ βασιλεὺς ὁ τοσαῦτα παθὼν παρὰ τὴν ἀξίαν τραπέζης ἐκοινώνησε τῷ πολεμίῳ, σύμβουλος ἦν εὔνους, πιστὸς φίλος. ὑμῖν δὲ ἄσπονδα καὶ ἀκήρυκτα καὶ ἀμείλικτα, ἔτι τε ἀνίερα καὶ ἄθεα τὰ πρὸς γονεῖς, τὰ πρὸς τέκνα, τὰ πρὸς φίλους, συγγενεῖς, φυλέτας. ἐχθροὶ γεγόνατε μήτε τὸν Ἅλυν διαβάντες, μήτε δεξάμενοί τινα ἄνθρωπον ἔξωθεν, καὶ ἡ γῆ φέρει καρπὸν ὑμῖν. ἄδικος ἡ γῆ.

νζ'. Συγγραφεῦσι λογίοις.

Φῶς παρουσία πυρός, ἢ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο. πῦρ μὲν οὖν αὐτὸ τὸ πάθος, καὶ ᾧ γίνεται, καίεται γοῦν· φῶς δὲ ταῖς ὄψεσι μόνον αὐγὴν ἑαυτοῦ παρέχεται μὴ βιαζόμενον αὐτάς, ἀλλὰ πεῖθον. τοίνυν καὶ λόγος ὁ μὲν ὥσπερ πῦρ καὶ πάθος, ὁ δὲ ὥσπερ αὐγὴ καὶ φῶς ἐστίν. ὁ κρεῖττον ὄν, εἰ μὴ μεῖζον εὐχῆς τὸ ῥηθησόμενον, εἴη μοι.

urbibus, et iuvenum et mulierum nec vos rationem habetis, neque leges: alioqui conduceret imperio esse subiectum.

LV. Fratri Apollonius.

Fatale est, ut, ubi quidque ad perfectionem pervenerit, transeat, et hæc omni senectus instat, post quam non manet amplius. Ne igitur te offendat uxoris in ipso ætatis flore iactura facta, neque quum aliquid esse mors dicatur, potiorem ea vitam opinare, quæ inferior est omnino cuivis sapienti. Te igitur fratrem præsta philosophi in universum, potissimum vero Pythagorei atque Apollonii, domumque tuam refice. (2) Si enim in priore uxore fuisset quod reprehenderemus, iure sane animum abicere videremur; sin vero venerabilis illa nobis semper fuit et viri amans, ideoque digna desiderio, qua de caussa non et similia de futura exspectaremus? quam consentaneum est et meliorem fieri velle, si neque prior usquam lædatur oblivione. Sollicitet te et fratrum quæ hucusque fuit conditio: maximo enim natu adhuc ne uxor quidem est, minimo vero spes quidem procreandæ sobolis nondum adempta est, sed in futuro tempore reposita. Et nos quidem uni nati sumus tres, tribus vero nobis ne unus quidem. (3) Parque patriæ et vitæ post nos futuræ imminet periculum. Nam si nos patre præstantiores sumus — ceteroqui, quatenus pater, inferiores — quomodo non verisimile est ex nobis meliores esse prodituros? Nascantur ergo quidam, quibus nomina nostra, ut a maioribus contexta accepimus, imponamus. Præ lacrimis plura scribere non potui, neque his habui magis necessaria.

LVI. Sardianis.

Crœsus Lydiæ principatum amisit traiecto Haly, captus vivus, compedibus vinctus, in rogum impositus est, ignem vidit accensum in altum escendentem: vixit tamen, nam deo carus esse videbatur. Quid igitur postea? hic vester progenitor simul atque rex, qui tot mala perpessus est præter dignitatem, convictor factus est inimico suo, consiliorum eius fuit socius benevolus, fidus amicus. Vobis vero infida et insidiosa et implacabilia, quin et profana et impia omnia in parentes, in liberos, inque amicos, cognatos, tribules. Inimici evasistis, licet nec Halyn traieceritis, neque extraneum quenquam receperitis; et terra tamen fructum vobis fert. Iniusta terra.

LVII. Scriptoribus eruditis.

Lumen ignis præsentia, neque aliter exstiterit. Atque ignis quidem ipse affectus, quodque comprehendit, hoc accenditur; lumen vero oculis tantum splendorem suum præbet, non vim ipsis afferens, verum blandiens. Sic et sermo alter tanquam ignis et affectus, alter tanquam splendor atque lumen. Quod quum præstet, nisi quod dicam votum excedit, contingat mihi.

νη'. Οὐαλερίῳ.

Θάνατος οὐδεὶς οὐδενὸς ἢ μόνον ἐμφάσει, καθάπερ οὐδὲ γένεσις οὐδενὸς ἢ μόνον ἐμφάσει. τὸ μὲν γὰρ ἐξ οὐσίας τραπὲν εἰς φύσιν ἔδοξε γένεσις, τὸ δὲ ἐκ φύσεως εἰς οὐσίαν κατὰ ταὐτὰ θάνατος, οὔτε γιγνομένου κατ' ἀλήθειάν τινος, οὔτε φθειρομένου ποτέ, μόνον δὲ ἐμφανοῦς ὄντος, ἀοράτου τε ὕστερον, τοῦ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τοῦ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς οὐσίας, οὔσης μὲν ἀεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσει δὲ διαφερούσης καὶ στάσει. (2) τοῦτο γάρ που τὸ ἴδιον ἀνάγκῃ τῆς μεταβολῆς οὐκ ἔξωθεν γινομένης ποθέν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ὅλου μεταβάλλοντος εἰς τὰ μέρη, τῶν μερῶν δὲ εἰς τὸ ὅλον τρεπομένων ἑνότητι τοῦ παντός. εἰ δὲ ἐρήσεταί τις τί τοῦτό ἐστι τὸ ποτὲ μὲν ὁρατόν, ποτὲ δὲ ἀόρατον, ἢ τοῖς αὐτοῖς γινόμενον ἢ ἄλλοις; φαίη τις ἄν, ὡς ἔθος ἑκάστου ἐστὶ τῶν ἐνθάδε γενῶν, ὃ πληρωθὲν μὲν ἐφάνη διὰ τὴν τῆς παχύτητος ἀντιτυπίαν, ἀόρατον δέ ἐστιν, εἰ κενωθείη, διὰ λεπτότητα τῆς ὕλης βίᾳ περιχυθείσης, ἐκρυείσης τε τοῦ περιέχοντος αὐτὴν αἰωνίου μέτρου, γεννητοῦ δ' οὐδαμῶς, οὐδὲ φθαρτοῦ. (3) τί δὲ καὶ τὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τοσοῦτον ἀνέλεγκτον; οἴονται γάρ τινες, ὃ πεπόνθασιν, αὐτοὶ τοῦτο πεποιηκέναι, μὴ εἰδότες, ὡς ὁ γεννηθεὶς διὰ γονέων γεγέννηται, οὐχ ὑπὸ γονέων, καθάπερ τὸ διὰ γῆς φυὲν οὐκ ἐκ γῆς φύεται, πάθος τε οὐδὲν τῶν φαινομένων περὶ ἕκαστον, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ ἓν ἑκάστου. τοῦτο δὲ τί ἂν ἄλλο τις εἰπὼν ἢ τὴν πρώτην οὐσίαν ὀρθῶς ἂν ὀνομάσειεν; ἣ δὴ μόνη ποιεῖ τε καὶ πάσχει πᾶσι γινομένη πάντα διὰ πάντων θεὸς ἀίδιος, ὀνόμασι καὶ προσώποις ἀφαιρουμένη τὸ ἴδιον ἀδικουμένη τε. (4) καὶ τοῦτο μὲν ἔλαττον. τότε δὲ κλαίεταί τις, ὅταν θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γένηται τόπου μεταβάσει καὶ οὐχὶ φύσεως. ὡς δὲ ἔχει τὸ ἀληθές, οὐ πενθητέον σοι θάνατον, ἀλλὰ τιμητέον καὶ σεβαστέον. τιμὴ δὲ ἡ ἀρίστη τε καὶ πρέπουσα, εἰ ἀφεὶς θεῷ τὸν ἐκεῖ γενόμενον ἀνθρώπων τῶν πεπιστευμένων τὰ νῦν ἄρχοις, ᾗ πρότερον ἦρχες. αἰσχρόν, εἰ χρόνῳ, μὴ λογισμῷ γένοιο βελτίων, εἰ χρόνος καὶ τοὺς κακοὺς λύπης ἔπαυσε. μέγιστον ἀρχὴ ἱκανή, καὶ μεγίστων ἄρχων ἄριστος, ὃς ἂν αὑτοῦ πρότερον ἄρχῃ. (5) ποῦ δὲ καὶ ὅσιον ἀπεύχεσθαι τὸ βουλήσει θεοῦ γενόμενον; εἰ τάξις ἐστὶ τῶν ὄντων, ἔστι δέ, καὶ θεὸς ἐπιστατεῖ ταύτης, ὁ δίκαιος οὐ βουλήσεται τὰ ἀγαθά, πλεονεκτικὸν γὰρ καὶ παρὰ τάξιν τὸ τοιοῦτον, ἡγήσεται δὲ τὰ γινόμενα συμφέρειν. πρόελθε καὶ θεράπευσαι, δίκασον καὶ παρηγόρησον τοὺς αἰτίους, τῶν δὲ δακρύων οὕτως ἀποτρέψεις. οὐ τὰ ἴδια τῶν κοινῶν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων προτιμητέον. οἷον δέ σοι καὶ τὸ τῆς παραμυθίας εἶδος· σὺν ὅλῳ τὸν υἱὸν ἔθνει πεπένθηκας. (6) ἄμειψαι τοὺς μετὰ σοῦ λελυπημένους, ἀμείψῃ δέ, ἐὰν λυπούμενος παύσῃ, τάχιον ἢ ἐὰν μὴ προέλθῃς. φίλους οὐκ ἔχεις; υἱὸν δὲ ἔχεις. καὶ νῦν τὸν τεθνηκότα; φήσει τις τῶν νοῦν ἐχόντων.

LVIII. Valerio.

Mors nulla cuiusquam nisi specie tantum est, ut neque ortus cuiusquam nisi specie. Quod enim ex essentia in naturam transit, ortus videtur, quodque ex natura in essentiam, pariter mors, licet neque oriatur vere quicquam, neque intereat unquam, sed solum modo sub oculos cadat, modo evanescat, illud ob materiæ densitatem, hoc ob essentiæ tenuitatem, quæ eadem semper est, sed motu differt atque statu. (2) Hoc enim proprium necessario mutationis, quæ non extrinsecus alicunde fit, sed qua totum in partes suas dissolvitur ac partes in totum redeunt concordia universi. Quod si quis dicat : quid hoc est, quod modo visibile est, modo invisibile aut iisdem aut aliis? respondeat aliquis, prout fert generis cuiusvis rerum, quæ hic sunt, indoles, ut plenum quod sit, id propter crassitiei renisum appareat, invisibile autem fiat, si exhauriatur, propter tenuitatem essentiæ vi circumfusæ, defluentisque ex æterno, qui ipsam circumdat, modo, eoque nec nato unquam nec interituro. (3) Quid est autem, quod hic error non iam dudum confutatus est? nimirum opinantur quidam, quod passi sint, id ipsos se effecisse, ignari, quod qui nascitur per parentes, non a parentibus nascatur, quemadmodum per terram quod crescit non crescit ex terra, nec affectus quisquam sit rerum, quæ sub oculos cadunt, singularum, sed potius circa unum omnium. Hoc vero quo alio quis nomine quam primæ essentiæ recte appellaverit? quæ sane sola agit et patitur, et fit omnia omnibus per omnia, deus æternus, quæ nomina ac personas induens indolem suam omittit atque læditur. (4) Et hoc quidem minus, maius vero : plorat aliquis, ubi deus ex homine fit, mutato loco, nec vero natura. Ut autem revera se habet, mors non dolenda, sed colenda atque reverenda tibi est. Cultus vero optimus decensque, si deo relinquens eum, qui istuc pervenit, hominibus tuæ fidei commissis iam imperes, ut imperabas antea. Turpe, si tempore, non ratione melior evadas, quum tempus et malorum dolorem leniat. Maxima res est imperii amplior dignitas, qui vero magnis præest rebus, optimus fuerit, si sibi ipsi prius imperet. (5) Qui vero fas est, quod dei voluntate accidit deprecari? quod si ordo quidam est in rebus, est autem, eique deus præsidet, non appetet iustus bona (habendi cupidi enim hoc est et præter ordinem), sed quæ eveniunt utilia censebit. Prodi teque ipsum cura, iudicia exerce et emenda reos, et sic lacrimis valedices. Non privata publicis, verum publica privatis anteponenda sunt. Quale autem tibi est consolationis genus : cum universa provincia filium tuum deplorasti. (6) Remunerare eos, qui tecum luxere, remunerabere autem, si lugere desines, citius quam si non prodeas. Amicos non habes? at filium habes. Etiam nunc mortuum? affirmaverit qui sapiat. Nam quod est, non

τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἀπόλλυται, διὰ τοῦτο ὄν, ὅτι ἔσται διὰ παντός. ἢ καὶ τὸ μὴ ὂν γίνεται; πῶς δ' ἂν γένοιτο μὴ ἀπολλυμένου τοῦ ὄντος; εἴποι ἂν ἕτερός τις, ὡς ἀσεβεῖς τε καὶ ἀδικεῖς. ἀσεβεῖς μὲν τὸν θεόν, ἀδικεῖς δὲ τὸν υἱόν, μᾶλλον δὲ κἀκεῖνον ἀσεβεῖς. βούλει δὲ μαθεῖν οἷόν ἐστι θάνατος; ἀνελέ με πέμψας μετὰ ταύτην τὴν φωνήν, ἣν ἐὰν μὴ μεταμφιέσῃ, παραχρῆμα κρείττονά με σεαυτοῦ πεποίηκας. (7) ἔχεις χρόνον, ἔχεις γυναῖκα ἔμφρονα, φίλανδρον, ὁλόκληρος εἶ, παρὰ σεαυτοῦ λαβὲ τὸ λεῖπον. Ῥωμαῖός τις τῶν πάλαι γεγονότων, ἵνα σώσῃ τὸν τῆς ἀρχῆς νόμον τε καὶ κόσμον, υἱὸν ἴδιον ἀπέκτεινε καὶ στεφανώσας ἀπέκτεινε. πόλεων ἄρχεις πεντακοσίων Ῥωμαίων ὁ εὐγενέστατος. ταῦτα σαυτὸν διατίθης, ἐξ ὧν οὐδ' οἰκίας τις εὐσταθῶς ἄρξει, μήτι γε πόλεών τε καὶ ἐθνῶν. Ἀπολλώνιος εἰ παρῆν, Φαβοῦλλαν ἂν μὴ πενθεῖν ἔπεισεν.

perit, quia propterea est, quod erit perpetuo. An etiam quod non est nascitur? quomodo vero, si quod est non interit? Dicat alius, impie te et iniuste agere. Impie agis in deum, iniuste in filium, immo et in illum impie. Visne discere, quid sit mors? tolle me e medio post hanc vocem, quam nisi vestieris denuo, extemplo me te ipso superiorem reddidisti. (7) Habes tempus, habes uxorem prudentem, viri amantem, omnibus rebus instructus es, quod reliquum est, a te ipse sume. Priscorum Romanorum aliquis imperii legis ordinisque tuendi caussa proprium filium interemit et coronatum interemit. Quingentis urbibus imperas Romanorum nobilissimus. Eam autem tuam facis conditionem, qua ne familiæ quidem tuto quis imperare possit, nedum urbibus et provinciis. Apollonius si adesset, Fabullæ ne lugeret persuasisset.

νθ'. Βασιλεὺς Βαβυλωνίων Γάρμος Νεογύνδῃ Ἰνδῶν βασιλεῖ.

Εἰ μὴ περίεργος ἦς, οὐκ ἂν ἦς ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις πράγμασι δίκαιος, οὐδὲ ἂν ἄρχων ἐν Ἰνδοῖς ἐδίκαζες Βαβυλωνίοις. πόθεν γάρ σοι γνώριμος ἦν ὁ ἡμέτερος δῆμος; νῦν δὲ ἐπείρασας ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑποκοριζόμενος ἐπιστολαῖς καὶ τοιαύτας ἀρχὰς καθιεὶς καὶ πρόσχημα ποιούμενος τῆς πλεονεξίας τὴν φιλανθρωπίαν. περανεῖς δὲ οὐδέν, οὐδὲ γὰρ ἂν λαθεῖν δύναιο.

LIX. Rex Babyloniorum Garmus Neogyndæ Indorum regi.

Nisi curiosus esses, in negotiis alienis iustitiam non exerceres, neque Indis imperans ius diceres Babyloniis. Quæ enim tibi cum populo nostro necessitas? iam vero imperium meum tentavisti epistolis mihi blandiens, perque magistratus, quales ad me misisti, avaritiæ tuæ prætendens benevolentiam. Efficies autem nihil: neque enim poteris latere.

ξ'. Εὐφράτῃ.

Ἦν Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς μαινόμενος ἄνθρωπος. οὗτος ὤφθη παρὰ ταῖς θύραις ταῖς ἐμαῖς ξίφος ἔχων ἐν Κορίνθῳ μετὰ σοῦ γνωρίμου. τίς οὖν ἡ τῆς ἐπιβουλῆς αἰτία; οὐ γὰρ πώποτε σὰς βοῦς ἤλασα,

ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα

τῆς τε ἐμῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς σῆς.

LX. Euphratæ.

Erat Praxiteles Chalcidensis homo furiosus. Hic apparuit ante fores meas gladium tenens Corinthi una cum quodam tuo familiari. Quænam igitur harum insidiarum caussa? nunquam enim tuas boves abegi,

quum permulta intersint
umbriferi montes resonansque mare

inter meam philosophiam ac tuam.

ξα'. Λεσβώνακτι.

Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἦν σοφός, εἰ δὲ Σκύθης, ὅτι καὶ Σκύθης.

LXI. Lesbonacti.

Anacharsis Scytha sapiens erat, si vero Scytha, quoniam et Scytha.

ξβ'. Λακεδαιμόνιοι Ἀπολλωνίῳ.

Τᾶν δεδομενᾶν τιμᾶν σοι ἀπεστάλκαμεν τόδε ἀντίγραφον σαμανάμενοι τᾷ δαμοσίᾳ σφραγῖδι, ἵνα ἴσῃς.

Ψήφισμα Λακεδαιμονίων, καθὼς οἱ γέροντες ἐπέκριναν Τυνδάρεω εἰσηγησαμένω. Ταῖν ἀρχαῖν ἔδοξε τέλεσί τε καὶ τῷ δήμῳ Ἀπολλώνιον Πυθαγόρειον ἦμεν πολίταν, ἔχειν τε καὶ γᾶς καὶ οἴκων ἔγκτασιν. ἡστάκαμεν δὲ καὶ ἐπίσαμον εἰκόνα γραπτὰν καὶ χαλκᾶν ἀρετῆς χάριν. ὧδε γὰρ οἱ πατέρες ἁμῶν ἐτίμων ἄνδρας ἀγαθούς. ἐνόμιζον γὰρ ἦμεν Λυκούργω παῖδας, ὅσοι σύμφωνον θεοῖς τὸν βίον αἱρέοντο.

LXII. Lacedæmonii Apollonio.

Tributorum tibi honorum hoc misimus antigraphum publico sigillo obsignatum, quo cognosceres.

Decretum Lacedæmoniorum, uti gerontes censuere Tyndareo rogante. Visum est magistratibus atque populo, Apollonium Pythagoreum suum esse civem ac jus habere agros ædesque in ipsa Lacedæmone possidendi, itemque imaginem eius inscriptam erigere pictam atque æream virtutis ergo. His enim præmiis patres nostri ornabant viros bonos. Censebant enim Lycurgi filios esse, quicunque diis accommodatam vitam instituerent.

ξγ'. Ἀπολλώνιος ἐφόροις καὶ Λακεδαιμονίοις.

Ἄνδρας ὑμῶν ἐθεασάμην ὑπήνην μὴ ἔχοντας, τοὺς μηροὺς καὶ τὰ σκέλη λείους τε καὶ λευκούς, μαλακὰς χλανίδας ἠμφιεσμένους καὶ λεπτάς, δακτυλίους πολλοὺς καὶ καλοὺς περικειμένους, ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν. οὐκ ἐπέγνων οὖν τοὺς λεγομένους πρέσβεις, ἡ δὲ ἐπιστολὴ Λακεδαιμονίους ἔφασκεν.

LXIII. Apollonius ephoris et Lacedæmoniis.

Viros vestros conspexi barbam non habentes, sed femora cruraque lævia atque candida, mollibus tenuibusque tunicis indutos, multis pulchrisque annulis ornatos, Ionicis calceis calceatos. Non agnovi igitur, qui legatos se aiebant, at epistola Lacedæmonios esse dicebat.

ξδ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Καλεῖτέ με πολλάκις βοηθὸν ὑμῖν τῶν νόμων καὶ τῶν νέων ἐσόμενον. ἡ Σόλωνος δὲ πόλις οὐ καλεῖ με. Λυκοῦργον αἰδεῖσθε.

LXIV. Eisdem.

Vocatis me sæpenumero legum vobis atque iuvenum futurum adiutorem, at Solonis urbs me non vocat. Lycurgum veremini.

ξε'. Ἐφεσίων τοῖς ἐν Ἀρτέμιδι.

Ἔθος ὑμῖν ἅπαν ἁγιστείας, ἔθος δὲ βασιλικῆς τιμῆς. ἀλλ' ὑμεῖς ἑστιάτορες μὲν καὶ δαιτυμόνες οὐ μεμπτοί, μεμπτοὶ δὲ σύνοικοι τῇ θεῷ νύκτας τε καὶ ἡμέρας, ἢ οὐκ ἂν ὁ κλέπτης τε καὶ λῃστὴς καὶ ἀνδραποδιστὴς καὶ πᾶς, εἴ τις ἄδικος ἢ ἱερόσυλος, ἦν ὁρμώμενος αὐτόθεν· τὸ γὰρ τῶν ἀποστερούντων τύχης ἐστίν.

LXV. Ephesiorum in templo Dianæ versantibus.

Omnem vos sacrificiorum, omnem regii cultus tenetis consuetudinem; vos autem hospites et convivæ non reprehendendi estis, reprehendendi vero, quod cum dea ipsius in æde versamini noctes atque dies. Alioquin enim neque fur neque latro neque plagiarius neque impius quisquam aut sacrilegus inde prodiisset. Nempe est illud prædonum propugnaculum.

ξς'. Τοῖς αὐτοῖς.

Ἦλθεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀνὴρ Ἕλλην τὴν φύσιν, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Μεγαρεύς, γελοῖον ὄνομα παροικίσων ὑμῶν τῇ θεῷ. δότε μοι τόπον, ἔνθα μὴ καθαρσίων δεήσει μοι καίπερ ἔνδον ἀεὶ μένοντι.

LXVI. Eisdem.

Venit e Græcia vir natalibus Græcus, non Atheniensis, neque Megarensis, ridiculum nomen deæ vestræ adstructurus. Date mihi locum, ubi non expiatione mihi erit opus, licet intus semper manenti.

ξζ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Ἀνεῖται θύουσι τὸ ἱερόν, εὐχομένοις, ὑμνοῦσιν, ἱκέταις, Ἕλλησι, βαρβάροις, ἐλευθέροις, δούλοις. ὑπερφυῶς θεῖος ὁ νόμος. ἐπιγινώσκω τὰ σύμβολα τῆς Διός τε καὶ Λητοῦς, ἐὰν ᾖ μόνα ταῦτα.

LXVII. Eisdem.

Patet sacrificantibus templum, orantibus, canentibus, supplicibus, Græcis, barbaris, liberis, servis. Supra modum divina lex. Agnosco Iovis et Latonæ filiæ symbola, dum hæc sint sola.

ξη'. Μιλησίοις.

Σεισμὸς ὑμῶν τὴν γῆν ἔσεισε, καὶ γὰρ ἄλλων πολλῶν πολλάκις. ἀλλ' ἔπασχον μὲν ἃ ἠτύχουν ἐξ ἀνάγκης, ἐλεοῦντες δέ, οὐ μισοῦντες ἀλλήλους ἐφαίνοντο. μόνοι δὲ ὑμεῖς καὶ θεοῖς ὅπλα καὶ πῦρ ἐπηνέγκατε καὶ θεοῖς τοιούτοις, ὧν καὶ οἱ ἑτέρωθεν δέονται καὶ μετὰ κινδύνους καὶ πρὸ κινδύνων. ἀλλὰ καὶ φιλόσοφον ἄνδρα προ... ἡμεῖς Ἑλλήνων δύο δημοσίᾳ τὸ πάθημα φήναντα πολλάκις καὶ προαγορεύσαντα γενομένους τοὺς σεισμούς, αὐτόν, ὅτε ἔσεισεν ὁ θεός, ποιεῖν ἐλέγετε καθ' ἑκάστην ἡμέραν. ὦ τῆς δημοσίας ἀμαθίας. καὶ πατὴρ ὑμῶν λέγεται Θαλῆς.

LXVIII. Milesiis.

Terræ motus agros vestros concussit, ut et aliorum multorum sæpenumero. Verum quicquid adversi fatali necessitate accidit, patiebantur, aperte tamen commiserantes, non odio sese persequentes invicem. Vos soli vel diis arma atque ignem intulistis, idque eiusmodi diis, quibus etiam profanum vulgus tam post quam ante pericula indiget. Verum et virum philosophum.......... qui cladem istam publice sæpe indicavit, quique postea evenere motus prænuntiavit, ipsum, quum deus concuteret terram, hoc facere quotidie dicebatis. O publicam stultitiam! Et tamen pater vester Thales dicitur.

ξθ'. Τραλλιανοῖς.

Πολλοὶ πολλαχόθεν ἄλλοι κατ' ἄλλας αἰτίας νεώ-

LXIX. Trallianis.

Multi ex multis locis alii aliis de caussis iuvenes et senes

τεροί τε καὶ πρεσβύτεροι φοιτῶσι παρ' ἐμέ. τὰς φύσεις οὖν ἑνὸς ἑκάστου σκέπτομαι καὶ τοὺς τρόπους, ὡς ἔνι μάλιστα συνετώτατα, τό τε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἑκάστου δίκαιον ἦθος ἢ τοὐναντίον. εἰς τήνδε δὲ τὴν ἡμέραν οὐκ ἂν ἔχοιμι προκρῖναι Τραλλιανῶν ὑμῶν οὐ Λυδούς, οὐκ Ἀχαιούς, οὐκ Ἴωνας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος, Θουρίους, Κροτωνιάτας, Ταραντίνους, ἤ τινας ἄλλους τῶν ἐκεῖ λεγομένων εὐδαιμόνων Ἰταλιωτῶν ἢ ἑτέρων τινῶν. τίς οὖν ἡ αἰτία, δι' ἣν ἀποδέχομαι μὲν ὑμᾶς, οὐ γίνομαι δὲ τοιούτοις ἀνδράσι σύνοικος, καίπερ ὢν γένος ὑμέτερον; ἄλλοτέ ποτ' ἂν εἴποιμι, νῦν δὲ μόνον ὑμᾶς ἐπαινεῖν καιρός, ἄνδρας τε τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, ὡς πολὺ κρείττους τῶν παρ' ἑτέροις ἀρετῇ καὶ λόγῳ, καὶ μᾶλλον παρ' οἷς γεγένηνται.

ad me accedunt. Naturam igitur unius cuiusque consi dero atque mores quam fieri potest accuratissime, itemque cuiusque ad suam civitatem accommodatam indolem aut contrariam. Sed ad hunc usque diem non fuit cur vobis Trallianis præferrem Lydos aut Achæos aut Iones, verum neque qui antiquam Græciam incolunt, Thurios, Crotoniatas, Tarentinos, neque alios quosquam eorum, qui illic beati Itali dicuntur, aut quorunquam aliorum. Quænam igitur caussa est, cur probem quidem vos, nec tamen apud eiusmodi viros habitem, etiamsi sim vestri generis? alio tempore dixerim, nunc vero tempus permittit solum, ut vos laudem quique vobis moderantur viros, ut qui virtute atque ratione longe iis, qui apud alios sunt, antecellant.

ο'. Σαΐταις.

Ἀθηναίων ἀπόγονοί ἐστε, καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν, οἱ δὲ τὴν κοινὴν ὑμῶν θεὸν ἐξορίζουσι τῆς Ἀττικῆς Νηὶθ μὲν τὴν ὑφ' ὑμῶν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ὑπ' αὐτῶν ὀνομαζομένην, οὐ μένοντες Ἕλληνες. ὅπως δ' οὐ μένοντες, ἐγὼ φράσω. γέρων σοφὸς οὐδεὶς Ἀθηναῖος, οὐ γὰρ ἔφυ γένυς πᾶσα παντός, ὅτι μηδεμία μηδενός. ὁ κόλαξ παρὰ ταῖς πύλαις, ὁ συκοφάντης πρὸ τῶν πυλῶν, ὁ μαστροπὸς καὶ πρὸ τῶν μακρῶν τειχῶν, ὁ παράσιτος πρὸ τῆς Μουνυχίας καὶ πρὸ τοῦ Πειραιῶς, ἡ θεὸς δὲ οὐδὲ Σούνιον ἔχει.

LXX. Saitis.

Ab Atheniensibus oriundi estis, sicut in Timæo ait Plato, illi vero communem vestram deam ex Attica exterminant, Neith a vobis, Minervam ab ipsis dictam, non manentes Græci. Quî vero non maneant, ego dicam. Senex sapiens nemo Atheniensis, neque enim tota cuiquam barba est nata, siquidem nemo aliquam habet. Adulator ad portas, sycophanta ante portas, leno et ante longos muros, parasitus ante Munychiam et Piræeum, dea vero ne Sunium quidem habitat.

οα'. Ἴωσιν.

Ἕλληνες οἴεσθε δεῖν ὀνομάζεσθαι διὰ τὰ γένη καὶ τὴν ἔμπροσθεν ἀποικίαν, Ἕλλησι δ' ὥσπερ ἔθη καὶ νόμοι καὶ γλῶττα καὶ βίος ἴδιος, οὕτω καὶ σχῆμα καὶ εἶδος ἀνθρώπων. ἀλλ' ὑμῶν γε οὐδὲ τὰ ὀνόματα μένει τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ὑπὸ τῆς νέας ταύτης εὐδαιμονίας ἀπολωλέκατε τὰ τῶν προγόνων σύμβολα. καλῶς οὐδὲ τοῖς τάφοις ἐκεῖνοι δέχοιντ' ἂν ἅτε ἀγνῶτας αὐτοῖς γενομένους, εἴ γε πρότερον ἡρώων ἦν ὀνόματα καὶ ναυμάχων καὶ νομοθετῶν, νυνὶ δὲ Λευκόλλων τε καὶ Φαυρικίων καὶ Λευκίων τῶν μακαρίων. ἐμοὶ μὲν εἴη μᾶλλον ὄνομα Μίμνερμος.

LXXI. Ionibus.

Græcos vos censetis appellandos propter genus propterque priscam coloniam, Græcis vero ut mores et leges et lingua et vita propria, ita et forma et figura hominum. At vestrûm plerisque ne nomina quidem remanent, sed per recentem istam felicitatem maiorum symbola perdidistis. Recte nec sepulcris illi vos receperint, ut qui ignoti ipsis evaseritis, siquidem ante heroum erant nomina et navalium præliorum victorum et legislatorum, nunc vero Lucullorum et Fabriciorum et beatorum illorum Luciorum sunt. Mihi nomen potius fuerit Mimnermus.

οβ'. Ἑστιαίῳ.

Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀπολλώνιος ἦν τρὶς τοῦ Μηνοδότου, σὺ δὲ ἅπαξ ἐθέλεις ὀνομάζεσθαι Λουκρήτιος ἢ Λουπερκός. τίνος σὺ τούτων ἀπόγονος; αἰσχρόν, εἰ ὄνομα μὲν ἔχεις τινός, τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ μὴ ἔχοις.

LXXII. Hestiæo.

Pater noster Apollonius tribus erat genitus Menodotis, tu vero subito cupis Lucretius appellari seu Lupercus. A quonam horum genus ducis? turpe, si cuius nomen habes, speciem vero eius non habes.

ογ'. Τῷ αὐτῷ.

Πατρίδος ἐσμὲν πορρωτέρω σὺν δαίμονι, ἤδη δὲ τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐν νῷ ἐβαλόμην. ὁδεύει μοῖρα πρὸς τέλος ἀνδρῶν, οἳ τὰν πρώταν λελόγχασι τιμάν, ἄρξει δὲ τὸ λοιπὸν παιδάρια καὶ μι-

LXXIII. Eidem.

Longius a patria absumus deo volente, nihilo minus tamen civitatis negotia mente agitavi. Properat ad finem fatum eorum, qui primos nacti sunt honores, inque posterum regnabunt pueri et paullo post hos infantes. Hic

χρὸν ἐπάνω τούτων μείρακες. ἐνταῦθά που δέος, μὴ σφαλῇ τὰ ὑπὸ νέων κυβερνώμενα, σοὶ δ' οὐ δέος, ἐπεὶ βεβιώκαμεν.

metuendum ne res a iuvenibus administratæ concidant; tibi vero non metuendum, quoniam vitam transegimus.

οδ'. Τοῖς Στωϊκοῖς.

Ὥρα καὶ λιμὸς ἦν Βάσσῳ καίπερ ὄντων τῷ πατρὶ συχνῶν χρημάτων. πρῶτον μὲν οὖν ἔφυγε Μέγαράδε σὺν ἑνὶ τῶν λεγομένων ἐραστῶν, ἅμα δὲ καὶ μαστροπῶν. τροφῆς γὰρ ἀμφοτέροις ἔδει καὶ ἐφοδίων. ἔπειτα ἐκεῖθεν εἰς Συρίαν. ὑπεδέχετο δὲ τὸν ὡραῖον Εὐφράτης, καὶ εἴ τις ὁμοίως ἐδεῖτο τοῦ τότε καλοῦ, ὥστε ἂν αἱρεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων δι' εὔνοιαν.

LXXIV. Stoicis.

Pulchritudo erat Basso atque fames, quamvis magnæ patri essent facultates. Primum igitur Megara fugit uno amatorum, qui dicebantur, simulque lenonum comite; victu enim uterque laborabat et viatico. Hinc postea in Syriam. Recepit vero pulchrum Euphrates et si quis pariter formoso, qui tunc erat, indigebat, ita ut rem absurdam appeteret ob benevolentiam.

οε'. Τοῖς ἐν Σάρδεσιν.

Ὁ παῖς Ἀλυάττεω σῶσαι τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἀδύνατος ἐγένετο καὶ ἀμήχανος καίπερ ὢν βασιλεύς τε καὶ Κροῖσος, ὑμεῖς δὲ ποίῳ πεποιθότες ἄρα λέοντι πόλεμον ἄσπονδον ἤρασθε παῖδες, νέοι, ἄνδρες, γέροντες, ἀλλὰ καὶ παρθένοι καὶ γυναῖκες; Ἐρινύων νομίσαι ἄν τις τὴν πόλιν εἶναι, καὶ οὐχὶ Δήμητρος. ἡ δὲ θεὰ φιλάνθρωπος· ὑμῖν δὲ τίς οὗτος ὁ χόλος;

LXXV. Sardianis.

Alyattæ filius civitatis suæ tuendæ nec potestatem habuit nec remedium, rex licet esset atque Crœsus. Vos vero quali tandem confisi leone bellum implacabile suscepistis pueri, iuvenes, viri, senes, quin et virgines et mulieres? Furiarum quis existimet hanc urbem esse, nec vero Cereris, quæ dea hominum amans est. Vobis autem quænam hæc est iracundia?

ος'. Τοῖς αὐτοῖς.

Εἰκὸς εἰς πόλιν ἀρχαίαν τε καὶ μεγάλην ἐθελῆσαι φιλόσοφον ἀρχαῖον παραγενέσθαι, καὶ παρεγενόμην ἂν αὐτὸς ἑκὼν κληθῆναι μὴ περιμείνας, ὡς ὑφ' ἑτέρων πολλῶν, εἰ ποιήσειν μίαν ὑμῶν τὴν πόλιν ἔμελλον ἤθει καὶ φύσει καὶ νόμῳ καὶ θεῷ. καὶ τὸ ὅσον ἐπ' ἐμοὶ πάντως ἂν ἐποίησα, στάσις δέ, ὥς ἔφη τις, πολέμου χαλεπώτερον.

LXXVI. Eisdem.

Consentaneum est in urbem antiquam atque magnam accedere velle philosophum antiquum, et mea sponte accessissem, donec vocarer, sicut ab aliis multis, non exspectans, si forte vestram civitatem moribus et ingeniis et legibus et deo conciliare possem. Et hoc quidem quantum in me est omnino fecissem, seditio vero, ut quidam dixit, bello gravior.

οζ'. Φοιτηταῖς.

Διὰ φιλοσοφίαν εἴρηται τῶν εἰρημένων ἕκαστον, οὐ δι' Εὐφράτην. μὴ τὸ Πραξιτέλους ξίφος ἢ τὸ Λυσίου φάρμακον πεφοβῆσθαί μέ τις δόξῃ. καὶ τοῦτο γάρ ἐστιν Εὐφράτου.

LXXVII. Discipulis.

Quicquid a me dictum est, philosophiæ caussa est dictum, non Euphratæ. Ne quis Praxitelis gladium aut Lysiæ venenum me extimuisse censeat; nam hoc quoque profectum est ab Euphrata.

οη'. Ἰάρχᾳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς.

... οὐ μὰ τὸ Ταντάλειον ὕδωρ, οὗ με ἐμυήσατε.

LXXVIII. Iarchæ et qui apud eum sunt sapientibus.

... non per Tantali aquas, quibus me initiavistis.

οθ'. Εὐφράτῃ.

Οὐκ ἐπιλογιζομένη ἡ ψυχὴ τὸ τοῦ σώματος αὔταρκες οὐ δύναται ἑαυτὴν αὐτάρκη ποιῆσαι. (Ex Stobæi floril. X, 64.)

LXXIX. Euphratæ.

Animus secum, quid corpori sit satis, non expendens non potest, ut ipse sibi sufficiat, efficere.

π'. Τῷ αὐτῷ.

Οἱ κράτιστοι τῶν ἀνθρώπων βραχυλογώτατοι. οἱ

LXXX. Eidem.

Præstantissimi hominum paucissimis uti solent verbis.

οὖν ἀδολέσχαι εἰ ἠνιῶντο, ὡς ἀνιῶσι, οὐκ ἂν ἐμακρηγόρουν. (XXXVI, 29.)

Garruli igitur si qua afficiunt molestia ipsi afficerentur nimis multa verba non facerent.

πα'. Τοῖς γνωρίμοις.

LXXXI. Discipulis.

Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις. (XXXIII, 12.)

Dixit Simonides silentii se pœnituisse nunquam, sermonum vero sæpenumero.

πβ'. Τοῖς αὐτοῖς.

LXXXII. Eisdem.

Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές. (XXXVI, 28.)

Loquacitas errores multos habet, at tutum est tacere.

πγ'. Δηλίῳ.

LXXXIII. Delio.

Ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. (XI, 20.)

Mentiri illiberale est, veritas ingenuo digna.

πδ'. Τοῖς γνωρίμοις.

LXXXIV. Discipulis.

Μηδέν με δόξητε ῥᾳδίως ἄλλοις παραινεῖν· αὐτὸς γὰρ ἐπὶ τῆς μάζης καὶ τῆς ἄλλης τῆς ἀκολούθου ταύτῃ διαίτης ὧν τοιαῦτα ὑμῖν παρεγγυῶ. (XVII, 15.)

Ne credatis me facile quidvis aliis suadere : ipse enim pane et reliquo huic convenienti victu usus istorum vobis suasor sum.

πε'. Εἰδομένῃ.

LXXXV. Idomenæ.

Ἐζηλώσαμεν τὴν αὐτάρκειαν, οὐχ ὅπως τοῖς εὐτελέσι καὶ λιτοῖς πάντως χρώμεθα, ἀλλ' ὅπως θαρρῶμεν πρὸς αὐτά. (XVII, 14.)

Paucis ut contenti essemus dedimus operam, non quo vilibus exiguisque uteremur semper, sed animi adversus ea obfirmandi caussa.

πς'. Μακεδόνι.

LXXXVI. Macedoni.

Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία. (XX, 49).

Iracundiæ flos est insania.

πζ'. Ἀριστοκλεῖ.

LXXXVII. Aristocli.

Τὸ τῆς ὀργῆς πάθος μὴ καθομιλούμενον μηδὲ θεραπευόμενον, φυσικὴ νόσος γίνεται. (XX, 50.)

Affectus iræ, nisi curetur sancturque, in morbum generat naturalem.

πη'. Σατύρῳ.

LXXXVIII. Satyro.

Οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν ἰδίων ἁμαρτημάτων συνήγοροι γίνονται, τῶν δὲ ἀλλοτρίων κατήγοροι. (XXIII, 15.)

Plerique hominum propriorum criminum patronos, alienorum accusatores sese gerunt.

πθ'. Δαναῷ.

LXXXIX. Danao.

Οὐ κάμνει τὰ πράγματα πρασσόμενα. (XXIX, 83.)

Non deficit opus peractum.

ϟ'. Δίωνι.

XC. Dioni.

Τὸ μὴ γενέσθαι οὐδέν, τὸ δὲ γενέσθαι πόνος. (XXIX, 82.)

Non esse nihil est, esse vero ærumnosum.

ϟα'. Τοῖς ἀδελφοῖς.

Οὐδενὶ φθονητέον· ἀγαθοὶ μὲν γὰρ ἄξιοι, κακοὶ δ' ἂν εὐτυχῶσι, κακῶς ζῶσι. (XXXVIII, 58.)

ϟβ'. Διονυσίῳ.

Καλόν, πρὶν παθεῖν, διδαχθῆναι, πηλίκον ἐστὶν ἡσυχία. (LVIII, 12.)

ϟγ'. Νουμηνίῳ.

Οὐ θρηνητέον οἵων φίλων ἐστερήθημεν, ἀλλὰ μνημονευτέον, ὅτι μετὰ τῶν φίλων τὴν καλλίστην βιοτὴν ἐβιοτεύσαμεν. (CXXIV, 35.)

ϟδ'. Θεαιτήτῳ.

Τὸν λυπούμενον ἀλλοτρίοις κακοῖς παραμυθοῦ. (CXXIV, 37.)

ϟε'. Κορνηλιανῷ.

Βραχὺς ὁ βίος ἀνθρώπῳ εὖ πράττοντι, δυστυχοῦντι δὲ μακρός. (CXXI, 34.)

ϟς'. Δημοκράτει.

Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος οὐκ ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν. (XX, 51.)

ϟζ'. Λύκῳ.

Οὐ τὸ πένεσθαι κατὰ φύσιν αἰσχρόν, ἀλλὰ τὸ δι' αἰσχρὰν αἰτίαν πένεσθαι ὄνειδος. (XCV, 9.)

ϟη'. Ἐφόροις.

Ἀνδρῶν μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, γενναίων δὲ τὸ ἁμαρτάνοντας αἰσθέσθαι, Λακεδαιμονίων δὲ καὶ τὸ διορθοῦσθαι. (V. A. IV, 27.)

ϟθ'. Μουσωνίῳ.

Βούλομαι παρὰ σὲ ἀφικόμενος κοινωνῆσαί σοι λόγου καὶ στέγης, ὥς τι ὀνήσαιμί σε, εἴ γε μὴ ἀπιστεῖς, ὡς Ἡρακλῆς ποτὲ Θησέα ἐξ Ἅδου ἔλυσε. γράφε τί βούλει. ἔρρωσο. (V. A. IV, 46.)

ρ'. Μουσώνιος Ἀπολλωνίῳ.

Ὧν μὲν ἐνενοήθης, ἀποκείσεταί σοι ἔπαινος· ἀνὴρ δὲ ὑπομείνας ἀπολογίαν καὶ ὡς οὐδὲν ἀδικεῖ δείξας ἑαυτὸν λύει. ἔρρωσο. (V. A. IV, 46.)

ρα'. Ἀπολλώνιος Μουσωνίῳ.

Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ φίλων λυ-

XCI. Fratribus.

Nemini invidendum : boni enim digni sunt, mali vero misere vivunt secunda etiam fortuna.

XCII. Dionysio.

Pulchrum est, antequam patiare, quantum sit tranquillitas discere.

XCIII. Numenio.

In luctu non quales amicos amiserimus reputandum, verum iucundissimæ cum amicis transactæ vitæ recolenda memoria.

XCIV. Theæteto.

Tristem alienis malis consolare.

XCV. Corneliano.

Brevis vita homini felici, infelici longa.

XCVI. Democrati.

Qui parva ob delicta supra modum irascitur, non patitur delinquentem ubi minus et ubi plus peccaverit cognoscere.

XCVII. Lyco.

Non pauperem esse secundum naturam turpe, verum turpem ob caussam esse pauperem dedecori est.

XCVIII. Ephoris.

Virorum est non peccare, ingenuorum, si quid peccaverint, agnoscere, Lacedæmoniorum vero etiam emendare.

XCIX. Musonio.

Cupio ad te venire fruique tecum sermonis atque tecti communione, ut aliquo modo te adiuvem, si non dubitas quidem, quin Hercules Theseum quondam ab inferis reduxerit. Scribe quid velis. Vale.

C. Musonius Apollonio.

Pro iis, quæ animo intendisti, laus te manebit; vir tamen, qui caussam suam dixerit nulloque crimine se teneri demonstraverit, ipse se vinculis expedit. Vale.

CI. Apollonius Musonio.

Socrates Atheniensis, quum e carcere ab amicis li-

θῆναι μὴ βουληθεὶς παρῆλθε μὲν εἰς τὸ δικαστήριον, ἀπέθανε δέ. ἔρρωσο. (V. A. IV, 46.)

berari noluisset, in iudicium processit et periit. Vale.

ρϐ'. Μουσώνιος Ἀπολλωνίῳ.

Σωκράτης ἀπέθανεν, ἐπεὶ μὴ παρεσκεύασεν ἑαυτὸν εἰς ἀπολογίαν. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι. ἔρρωσο. (V. A. IV, 46.)

CII. Musonius Apollonio.

Socrates periit, quoniam ad sese defendendum non paratus erat; ego vero me defendam. Vale.

ργ'. Ἀπολλώνιος Οὐεσπασιανῷ.

Ἐδουλώσω τὴν Ἑλλάδα, ὥς φασιν, καὶ πλέον μὲν οἴει τι ἔχειν Ξέρξου, λέληθας δὲ ἔλαττον ἔχων Νέρωνος. Νέρων γὰρ ἔχων αὐτὸ παρῃτήσατο. ἔρρωσο. (V. A. V, 41.)

CIII. Apollonius Vespasiano.

Græciam in servitutem redegisti, ut aiunt, et Xerxi præstare te opinaris, Nerone te inferiorem esse nescius. Nero enim licet præstaret, tamen deprecatus est. Vale.

ρδ'. Τῷ αὐτῷ.

Διαβεβλημένος οὕτω πρὸς Ἕλληνας ὡς δουλοῦσθαι αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας τί ἐμοῦ ξυνόντος δέῃ; ἔρρωσο. (V. A. V, 41.)

CIV. Eidem.

Quum Græcis infensus sis adeo, ut liberos eos in servitutem redegeris, quid mea præsentia indiges? Vale.

ρε'. Τῷ αὐτῷ.

Νέρων τοὺς Ἕλληνας παίζων ἠλευθέρωσε, σὺ δ' αὐτοὺς σπουδάζων ἐδουλώσω. ἔρρωσο. (V. A. V, 41.)

CV. Eidem.

Nero ludens Græcos liberavit, tu vero serio eos in servitutem redegisti. Vale.

ρς'. Σιτοκαπήλοις Ἀσπενδίων.

Ἡ γῆ πάντων μήτηρ, δικαία γάρ· ὑμεῖς δ' ἄδικοι ὄντες πεποίησθε αὐτὴν αὑτῶν ὑμῶν μόνων μητέρα. καὶ εἰ μὴ παύσεσθε, οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ἐπ' αὐτῆς ἑστάναι.

CVI.
Dardanariis Aspendiorum.

Terra omnium mater est, iusta est enim; vos vero qua estis iniustitia vestrum ipsorum solum eam matrem fecistis, et nisi destiteritis, in ea vos consistere non permittam.

ρζ'.

Βασιλεὺς Φραώτης Ἰάρχᾳ διδασκάλῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς χαίρειν. Ἀπολλώνιος ἀνὴρ σοφώτατος σοφωτέρους ὑμᾶς ἑαυτοῦ ἡγεῖται, καὶ μαθησόμενος ἥκει τὰ ὑμέτερα. πέμπετε οὖν αὐτὸν εἰδότα ὑπόσα ἴστε, ὡς ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν μαθημάτων ὑμῖν. καὶ γὰρ λέγει ἄριστα ἀνθρώπων καὶ μέμνηται. ἰδέτω καὶ τὸν θρόνον ἐφ' οὗ καθίσαντί μοι τὴν βασιλείαν ἔδωκας, Ἰάρχα πάτερ. καὶ οἱ ἑπόμενοι δὲ αὐτῷ ἄξιοι ἐπαίνου, ὅτι τοιοῦδε ἀνδρὸς ἥττηνται. εὐτύχει καὶ εὐτυχεῖτε. (V. A, II, 41.)

CVII.

Rex Phraotes Iarchæ magistro eiusque sodalibus salutem. Apollonius, vir sapientissimus, se ipso vos censet esse sapientiores, venitque ad vos, quo institutione vestra proficiat. Dimittite igitur eum edoctum omnia quæ scitis. Quippe periturum vobis de eruditione vestra nihil est; optime enim omnium loquitur et memoria valet. Videat etiam thronum in quo considenti mihi regnum dedisti, Iarcha pater. Qui eum comitantur etiam laude digni sunt, quod tali viro sese addixere. Vale et valete.

ρη'. Ἀπολλώνιος τοῖς αὐτοῖς.

Ἀφικομένῳ μοι πεζῇ πρὸς ὑμᾶς δεδώκατε τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ καὶ σοφίας τῆς ἐν ὑμῖν κοινωνήσαντες δεδώκατε καὶ διὰ τοῦ οὐρανοῦ πορεύεσθαι. μεμνήσομαι τούτων καὶ πρὸς Ἕλληνας, κοινωνήσω τε λόγων ὡς παροῦσιν ὑμῖν εἰ μὴ μάτην ἔπιον τοῦ Ταντάλου. ἔρρωσθε, ἀγαθοὶ φιλόσοφοι. (V. A IV, 51.)

CVIII. Apollonius iisdem.

Quum terrestri itinere ad vos venissem, maris copiam mihi fecistis, immo sapientia, quæ penes vos est, mecum communicata etiam per cœlum incedendi facultate me impertivistis. Horum ego etiam inter Græcos memor ero, et vobiscum velut præsentibus sermones instituam, nisi frustra hausi Tantali poculum. Valete, optimi philosophi.

ρθ'. Τίτῳ βασιλεῖ.

Μὴ βουληθέντι σοι ἐπ' αἰχμῇ κηρύττεσθαι μηδ' ἐπὶ δηίων αἵματι δίδωμι ἐγὼ τὸν σωφροσύνης στέφανον, ἐπειδὴ ἐφ' οἷς δεῖ στεφανοῦσθαι γιγνώσκεις. ἔρρωσο. (V. A. VI, 29.)

CIX. Tito imperatori.

Nolenti tibi ob certamen neque ob hostilem sanguinem celebrari moderationis præbeo coronam, quoniam ob quæ par est coronari nosti. Vale.

ρι'. [Τίτος βασιλεὺς Ἀπολλωνίῳ.]

Καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ χάριν οἶδά σοι καὶ ὑπὲρ τοῦ πατρός, καὶ μεμνήσομαι τούτων· ἐγὼ μὲν γὰρ Σόλυμα ᾕρηκα, σὺ δ' ἐμέ. (V. A. VI, 29.)

CX. [Titus imperator Apollonio.]

Et meo et patris nomine gratias tibi habeo et istorum ero memor; ego enim cepi Solyma, tu autem me.

ρια'. Ἀπολλώνιος Δημητρίῳ Σουνιεῖ.

Δίδωμί σε βασιλεῖ Τίτῳ διδάσκαλον τοῦ τῆς βασιλείας ἤθους, σὺ δ' ἀληθεῦσαί τέ με πρὸς αὐτὸν δίδου, καὶ γίγνου αὐτῷ πλὴν ὀργῆς πάντα. ἔρρωσο. (V. A. VI, 33.)

CXI. Apollonius Demetrio Suniensi.

Ego te Tito imperatori præficio imperatoriæ virtutis magistrum. Tu vero cura, ut illi de te vera dixerim, et esto ipsi præter iram omnia. Vale.

ριβ'.

Αὐτοκράτωρ Οὐεσπασιανὸς Ἀπολλωνίῳ φιλοσόφῳ χαίρειν. Εἰ πάντες, Ἀπολλώνιε, κατὰ ταὐτά σοι φιλοσοφεῖν ἤθελον, σφόδρ' ἂν εὐδαιμόνως ἔπραττον φιλοσοφία τε καὶ πενία, φιλοσοφία μὲν ἀδεκάστως ἔχουσα, πενία δὲ αὐθαιρέτως. ἔρρωσο. (V. A. VIII, 7, 11.)

CXII.

Imperator Vespasianus Apollonio philosopho S. Si omnes, Apolloni, eodem quo tu modo vellent philosophari, optime sane cum philosophia et cum paupertate ageretur; philosophia quippe incorrupta maneret, paupertatem vero ultro homines appeterent. Vale.

ριγ'. [Ταρσεῦσι.]

... παύσασθε μεθύοντες τῷ ὕδατι... (V. A. I, 7, 1.)

CXIII. [Tarsensibus.]

... desinite aqua inebriari...

ριδ'. [Σκοπελιανῷ.]

... κἀπεμελήθην, ὦ Σκοπελιανέ, τῶν σῶν Ἐρετριέων νέος ὢν ἔτι καὶ ὠφέλησα ὅ τι ἐδυνάμην καὶ τοὺς τεθνεῶτας αὐτῶν καὶ ζῶντας. (V. A. I, 24, 3.)

CXIV. [Scopeliano.]

... curavi, o Scopeliane, Eretrienses tuos adhuc iuvenis, et auxilium tuli quantum potui et mortuis eorum et vivis.

ριε'. [Ἀθηναίοις.]

... ὅπως ἡ θεὸς οὐ καὶ τὴν ἀκρόπολιν ἤδη ἐκλείπει τοιοῦτον αἷμα ὑμῶν ἐκχεόντων αὐτῇ. δοκεῖτε γάρ μοι προϊόντες, ἐπειδὰν τὰ Παναθήναια πέμπητε, μηδὲ βοῦς ἔτι, ἀλλ' ἑκατόμβας ἀνθρώπων καταθύσειν τῇ θεῷ. σὺ δέ, Διόνυσε, μετὰ τοιοῦτον αἷμα ἐς τὸ θέατρον φοιτᾷς; κἀκεῖ σοι σπένδουσιν οἱ σοφοὶ Ἀθηναῖοι; μετάστηθι καὶ σύ, Διόνυσε· Κιθαιρὼν καθαρώτερος. (V. A. IV, 22.)

CXV. [Atheniensibus.]

... miror, deam non iam arcem derelinquere talem vobis sanguinem coram ipsi effundentibus. Videmini enim mihi hac via pergentes, ubi Panathenaica celebranda fuerint, non boves amplius, sed hominum hecatombas deæ mactaturi. Tu vero, Bacche, tali sanguine effuso in theatrum venis? atque ibi sapientes tibi libant Athenienses? Discede tu quoque, Bacche; Cithæron purior est.

ρις'. [Δίωνι.]

... αὐλῷ καὶ λύρᾳ μᾶλλον ἢ λόγῳ θέλγε... (V. A. V, 40.)

CXVI. [Dioni.]

... tibia et lyra magis quam oratione deleni...

ριζ'. [Νέρουᾳ βασιλεῖ.]

Ξυνεσόμεθα, ὦ βασιλεῦ, χρόνον ἀλλήλοις πλεῖστον, ὃν μήθ' ἡμεῖς ἑτέρου μήτ' ἄλλος ἡμῶν ἄρξει. (V. A. VIII, 27.)

CXVII. [Nervæ Imperatori.]

Conversabimur, o imperator, per tempus longissimum, quo neque nos alii, neque alius nobis imperabit.

ΑΡΚΕΣΙΛΑΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ARCESILAI EPISTOLA.

Ἀρκεσίλαος Θαυμασίᾳ χαίρειν.

Δέδωκα Διογένει διαθήκας ἐμαυτοῦ κομίσαι πρός σε· διὰ γὰρ τὸ πολλάκις ἀρρωστεῖν καὶ τὸ σῶμα ἀσθενῶς ἔχειν ἔδοξέ μοι διαθέσθαι, ἵν' εἴ τι γένοιτο ἀλλοῖον, μήτι σε ἠδικηκὼς ἀπίω, τὸν εἰς ἔμ' ἐκτενῶς οὕτω πεφιλοτιμημένον. καὶ ἀξιοπιστότατος δ' εἶ τῶν ἐνθάδε σύ μοι τηρῶν αὐτὰς διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς οἰκειότητα. πειρῶ οὖν, μεμνημένος διότι σοι πίστιν τὴν ἀναγκαιοτάτην παρακατατίθεμαι, δίκαιος ἡμῖν εἶναι, ὅπως ὅσον ἐπὶ σοὶ τὰ κατ' ἐμὲ εὐσχημόνως ᾖ μοι διῳκημένα. κεῖνται δὲ Ἀθήνησιν αὗται παρά τισι τῶν γνωρίμων καὶ ἐν Ἐρετρίᾳ παρ' Ἀμφικρίτῳ.

Arcesilaus Thaumasiæ S.

Testamentum meum Diogeni tradidi ad te perferendum. Quia enim sæpius ægroto et corpore non recte valeo, testamentum facere placuit, ut si quid mihi acciderit, sine tua iniuria proficiscar ex vita, qui unus ex omnibus maximo in me studio semper fuisti. Fidissimus autem es mihi omnium qui istuc sunt ad illud custodiendum, tum propter ætatem, tum propter necessitudinem nostram. Cura igitur, memor quantum tuæ fidei committam, ut in nos iustus sis; ut quantum in te est rebus meis recte videar consuluisse. Depositum est hoc testamentum Athenis apud quosdam ex amicis et Eretriæ penes Amphicritum.

ΑΡΧΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ARCHYTÆ EPISTOLÆ.

α'. Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν.

Καλῶς ποιέεις ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀρρωστίας· ταῦτα γὰρ αὐτὸς τὺ ἐπέσταλκας καὶ τοὶ περὶ Λαμίσκον ἀπάγγειλαν. περὶ δὲ τῶν ὑπομναμάτων ἐπεμελήθημες καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὀκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω καὶ βασιληίας καὶ ὁσιότατος καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος αὐτοί τ' ἔχομες καὶ τὶν ἀπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γα δύναται εὑρεθῆμεν, αἰ δέ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι.

I. Archytas Platoni S.

Facis tu quidem recte quod convaluisti ex ægritudine : hoc enim et ipse scripisti et Lamiscus nuntiavit. De commentariis autem curavimus, ascendimusque ad Lucanos, ibique nacti sumus Ocelli scripta. Quæ igitur de lege, de regno, de iustitia universique generatione commentatus est, et ipsi habemus et tibi misimus; reliqua modo reperiri non possunt; quum inventa fuerint, ad te deferentur.

β'. Ἀρχύτας Διονυσίῳ ὑγιαίνειν.

Ἀπεστάλκαμές τοι πάντες οἱ Πλάτωνος φίλοι τὼς περὶ Λαμίσκον τε καὶ Φωτίδαν, ἀπολαμψούμενοι τὸν ἄνδρα καττὰν πὰρ τὶν γενομέναν ὁμολογίαν. ὀρθῶς δέ κα ποιέοις ἀναμιμνασκόμενος τήνας τᾶς σπουδᾶς, ἡνίκα πάντας ἁμὲ παρεκάλεις ποττὰν Πλάτωνος ἄφιξιν, ἀξιῶν προτρέπεσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀναδέχεσθαι τά τε ἄλλα καὶ τὰ περὶ τὰν ἀσφάλειαν μένοντί τε καὶ ἀφορμιῶντι. μέμνασο δὲ καὶ τῆνο, ὅτι περὶ πολλῶ ἐποιήσω τὰν ἄφιξιν αὐτῶ καὶ ἀγάπας ἐκ τήνω τῶ χρόνω ὡς οὐδένα τῶν πὰρ τίν. αἰ δέ τις γέγονε τραχύτας, ἀνθρωπίξειν χρὴ κἀποδιδόμεν ἁμῖν ἀβλαβῆ τὸν ἄνδρα. ταῦτα γὰρ ποιῶν δίκαιά τε πραξεῖς καὶ ἁμῖν χαριξῇ.

II. Archytas Dionysio S.

Misimus ad te omnes Platonis amici Lamiscum et Photidam, virum illum abs te recepturi secundum fidem, quam tu nobis dedisti. Recte igitur feceris, si memineris quanto a nobis studio efflagitaveris Platonis ad te adventum, ut nos illum venire hortaremur, facturum te spondens omnia, illumque libere accedere et abire permissurum. Memor esto igitur quanti illius adventum feceris, quodque eo tempore eum ita amaveris ut nullum penes te alium. Quod si qua orta simultas est, humane te agere convenit, illumque nobis restituere illæsum. Hæc enim si facis, iustitiam coles ac nobis gratificaberis.

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ARISTÆNETI EPISTOLÆ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

α΄.

Λαΐδα τὴν ἐμὴν ἐρωμένην εὖ μὲν ἐδημιούργησεν ἡ φύσις, κάλλιστα δὲ πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη, καὶ τῶν Χαρίτων συνηρίθμησε τῷ χορῷ· ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν εὔκλεια καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών. ἐκείνῃ γὰρ (ἵνα κάλλος ἀφροδίσιον εἰς δύναμιν διαγράψω τοῖς λόγοις) λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαί, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τῶν ῥόδων· χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρμένα καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα. ὀφρὺς δὲ μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον· τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει. ῥὶς εὐθεῖα καὶ παρισουμένη τῇ λεπτότητι τῶν χειλῶν. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες· τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν μελάντατον, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν λευκότατον, καὶ ἑκάτερον ὑπερβολὴν πρὸς τὸ ἕτερον ἐπιδείκνυται, καὶ τὸ λίαν ἀνόμοιον εὐδοκιμεῖ παρακείμενον. ἔνθα δὴ τὰς Χάριτας ἐγκαθιδρυμένας πάρεστι προσκυνεῖν. ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη ὑακινθίνῳ ἄνθει καθ' Ὅμηρον ἐμφερής, καὶ ταύτην αἱ χεῖρες τημελοῦσι τῆς Ἀφροδίτης. τράχηλος λευκός τε καὶ σύμμετρος τῷ προσώπῳ κἂν ἀκόσμητος ᾖ, δι' ἁβρότητα τεθάρρηκεν ἑαυτῷ· περίκειται μέντοι λιθοκόλλητον περιδέραιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τῆς καλῆς· γράμματα δ' ἐστὶ τῶν λιθιδίων ἡ θέσις. ἔτι δὲ εὐμήκης ἡλικία. σχῆμα καλόν τε καὶ περίμετρον καὶ τῷ τύπῳ συνδιατεθειμένον τῶν μελῶν. ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστίν, ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται. βάδισμα τεταγμένον βραχὺ δέ, ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοίνιξ σειόμενος ἡσυχῇ, ἐπεὶ φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον. ἀλλ' ἐκείνους μὲν οἷα φυτὰ κινεῖ ζεφύρου πνοή, αὐτὴν δέ πως ὑποσαλεύουσι τῶν Ἐρώτων αἱ αὖραι. ταύτην ἑαυτοῖς ὡς οἷόν τε ἦν οἱ κορυφαῖοι γεγράφασι τῶν ζωγράφων. ἡνίκα οὖν δέοι γράφειν Ἑλένην ἢ Χάριτας ἢ καὶ αὐτήν γε τὴν ἄρχουσαν τῶν Χαρίτων, οἷον εἰς ὑπερφυὲς παράδειγμα κάλλους ἀφορῶντες ἀνασκοποῦσι τὴν εἰκόνα Λαΐδος, κἀντεῦθεν ἀποτυποῦνται θεοπρεπῶς τὸ φιλοτεχνούμενον εἶδος. μικροῦ με παρῆλθεν εἰπεῖν ὡς κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως. οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς

LIBER I.

I.

Amicam meam Laidem bene creavit natura; sed optime omnium ornavit Venus et accensuit Gratiarum choro. At Cupido aureus amatam edocuit iaculari telis oculorum felicibus. O naturæ eximium operæ pretium, o mulierum decus, o vivam per omnia Veneris imaginem! Nam illi, ut Veneriam formam quantum pote verbis depingam, mixtæ candore ac tenui rubore genæ nativum rosarum splendorem referunt: subtiles labiæ tenuique interstitio distinctæ et rubicundiores genis: supercilia nigra purissima nigredine disparataque inter se æquabili meditullio: nasus rectus et adæquatus tenuitati labiorum: oculi magni, lucidi, puro splendentes lumine: quod in iis nigrum, nigerrimum est, quod circum album, candidissimum, alterumque altero se præstare ostentat, et disparia valde gratiam sumunt ab ipsa vicinia. Gratias ibi insidentes adorare promptum. At coma nativa crispitudine similis, ut Homerus ait, hyacinthino flori: et hanc manus Veneris discriminavere. Cervix alba et faciei æquabilis et inornata licet, satis teneris suis deliciis ferox: sed eam monile e gemmis cingit inscriptum formosæ nomen ferens, cui gemmarum ordo pro literis. Statura procera. Vestis elegans conveniensque et membrorum adæquata compagini. Vestem induitur, facie formosa est; exuitur, tota facies est. Incessus compositus, sed brevis, cupressi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine: nam natura forma superbior esse amat. Sed illas, plantas quippe, aura Zephyri motat; hanc leves quodammodo sublevant auræ Cupidinum. Pinxere ipsam sibi quam potuere optime pictorum eximii: tum, si quando ipsis Helena Gratiæve aut ipsa Gratiarum præses effingenda, velut ad eximium pulchritudinis exemplar respiciunt ad imaginem Laidis, atque inde formam, quam accurate fingendam sibi proposuere, divine exprimunt. Pæne excidit referre quanto luctamine strophium impellant sororiantes papillæ. Cæterum tam delicata Laidis membra,

ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν. τοιγαροῦν ταῦτα μικροῦ γε ὁμοίως δι' ἁπαλότητα συναπομαλάττεται τῇ σαρκί, καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἀγκάλαις ὑπείκει. ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαί, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες, ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος. τῶν Χαρίτων πάντως ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπέζωσται, καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν. οὕτως οὖν τὴν ἐμὴν ὡραϊζομένην καὶ τρυφῶσαν ὑπὸ πλούτου τῆς εὐπρεπείας οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος ἐν ἐλαχίστῳ μωμήσαιτο. ἀλλὰ πόθεν ἄρα με τοιαύτης ἠξίωσεν Ἀφροδίτη; περὶ κάλλους οὐκ ἠγωνίσατο παρ' ἐμοί, Ἥρας Ἀθηνᾶς οὐκ ἔκρινα τὴν θεὸν εὐπρεπεστέραν ὑπάρχειν, ψῆφον αὐτῇ δίκης οὐκ ἀπέδωκα μῆλον, καὶ ἁπλῶς μοι ταύτην πεφιλοτίμηται τὴν Ἑλένην. ὦ πότνια Ἀφροδίτη, τί σοι τῆς Λαΐδος ἕνεκα θύσω; ἣν οἱ προσβλέποντες ἀποτροπιάζουσιν ὧδε σὺν θαύμασι προσευχόμενοι τοῖς θεοῖς « ἀπίτω φθόνος τοῦ κάλλους, ἀπίτω βασκανία τῆς χάριτος. » τοσοῦτον αὐτῇ περίεστιν εὐπρεπείας, ὡς τῶν προσιόντων ἀγλαΐζειν τὰς κόρας τὴν Λαΐδα. καὶ γέροντες εὖ μάλα πρεσβῦται θαυμάζουσιν, ὡς οἱ παρ' Ὁμήρῳ δημογέροντες τὴν Ἑλένην, καὶ « εἴθε » φασίν « ἢ ταύτην ηὐτυχήσαμεν ἡβῶντες ἢ νῦν ἠρξάμεθα τῆς ἡλικίας. οὐ νέμεσις τὸ γύναιον εἶναι διὰ στόματος τῇ Ἑλλάδι, ἔνθ' οἱ κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τῆς Λαΐδος τὸ κάλλος. » οὐκ ἔχω ὅ τι λέγω, οὐδὲ ὅπως παύωμαι· λήξω δὲ ὅμως, ἓν μέγιστον ἐπευχόμενος τοῖς γραφεῖσι, τῆς Λαΐδος τὴν χάριν, ἧς δι' ἔρωτα πολὺν οἶδα καὶ νῦν τὸ προσφιλὲς ὄνομα πολλάκις εἰπών.

β'.

Ἑσπέρᾳ τῇ προτεραίᾳ μελῳδοῦντί μοι κατά τινα στενωπὸν δύο κόραι προσῆλθον ἀποβλέπουσαι χάριν Ἔρωτος καὶ μόνῳ γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων. κἀμὲ διηρώτων αἱ μείρακες ἁμιλλώμεναι πρὸς ἀλλήλας ἀδόλως καὶ ἦθος οὐ πεπλασμένον ἐμφαίνουσαι. « ἐπειδὴ μέλη προσᾴδων καλὰ τὰ δεινὰ τῶν Ἐρώτων ἡμῖν ἐμβέβληκας βέλη, λέγε πρὸς τῆς σῆς εὐμουσίας, ἧς ἐρωτικῶς πρὸς τοῖς ὠσὶ καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπέπληκας ἀμφοτέρων ἡμῶν, τίνος ἕνεκα μελῳδεῖς; ἑκατέρα γὰρ ἑαυτὴν ἐρᾶσθαί φησι. καὶ ζηλοτυποῦμεν ἤδη καὶ διὰ σὲ φιλονείκως καὶ μέχρι τριχῶν συμπλεκόμεθα πολλάκις ἀλλήλαις. » « ἀμφότεραι μὲν ὁμοίως » εἶπον « καλαί, πλὴν οὐδετέραν ποθῶ. ἄπιτε οὖν, ὦ νεάνιδες, ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγομαχίας. ἄλλης ἐρῶ, πρὸς αὐτὴν βαδιοῦμαι. » « κόρη » φασίν « ἐκ γειτόνων οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καλή, καὶ φῂς ἄλλης ἐρᾶν; ψευδῆ προφανῶς. ὄμοσον ὡς ἡμῶν οὐδετέραν ποθεῖς. » προσεγέλασα τηνικαῦτα βοῶν ὡς « ἣν μὴ θέλω, πρὸς ἀνάγκης ἐπάγετέ μοι τὸν ὅρκον. » « μόλις » ἔφησαν « κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον λαβοῦσαι, καὶ παρίστασαι διαπαίζων ἡμᾶς. οὐκ ἀφετέος εἶ, οὐδὲ καταβαλεῖς ἡμᾶς ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης ». καὶ ἅμα λέγουσαι προσεῖλκον, ἐγὼ δέ πως ἡδέως

ut pressius adtrectans dicas lenta et ductilia ossa. Nam ea fere una cum carne impressos digitos recipiunt tenerrima, ceduntque amplexis amatorum ulnis. At quum loquitur, quantæ, o dii, sermonis eius dulcedines, quam facunda lingua. Gratiarum omnino zonam præcincta Lais dulcissime pellacem risum fundit. Ad hunc modum florentem opibusque formæ superbam meam ne minimum quidem mordere habet Momus. Sed quî me tali amica dignata est Venus? non certavit de forma me iudice, non eam Iunoni ac Minervæ censui præcellere, non addixi malum litis calculum, et ecce ultro largitur mihi hanc Helenam. O veneranda Venus, quæ tibi sacra faciam pro Laide? quam mirati quicunque videre, deprecantur his verbis deos : « absit invidia formæ, facessat gratiis fascinum. » Tanta est elegantia Laidis, ut accedentium pupulas faciat clariores. Quin et eam decrepiti senes mirantur, sicuti Helenam Homerici de populo senes, et « o utinam » inquiunt « aut hanc in ætate habuissemus, aut rediret nobis melior ætas. Non indignum esse in ore toti Græciæ mulierem, quum et muti nutu monstrent invicem formam Laidis. » Non est quod dicam, neque est quî desinam : desinam tamen, unum hoc maximum optans, adesse his scriptis gratiam Laidis, cuius præ amore magno iteravi nunc cupitum nomen sæpius.

II.

Cantantem me in angiportu superiori vespera duæ virgines accessere favorem amatorium oculis subindicantes, ridentesque et solo numero cedentes Gratiis, meque rogaverunt certantes inter se serio, nec composito vultu ad fallaciam : « quando tu bellas cantiones occentans gravibus nos fixisti sagittis Cupidinum, ecfare, testamur tuam dulcisonam concordiam, quæ nostram utriusque animam simul cum auribus amore perfudit, cuiusnam gratia modularis? nam utraque amari se dicit; et iam æmulo livore accendimur, sæpiusque propter te usque ad comarum laniatus processere nostra certamina. » « Certe ambæ æque formosæ estis », inquam; « ceterum neutram ego amo : facessite ergo hinc iuvenculæ; ponite iras, pausamque facite certaminis. Aliam amo, ad eam viso. » « Non est » aiunt « pulchra virgo huic viciniæ, et aliam amare te dicis? manifesti teneris mendacii. Iura te neutram e nobis diligere. » Adrisi tum exclamans « scilicet vos invitum iureiurando estis adacturæ. » « Vix » inquiunt « occasionem commodam nactæ descendimus ac te prehendimus, et tu nos præsens præsentes habebis ludibrio? non te amittimus, neque nos tanta spe frustraberis. » Simul dicto trahebant; at ego patiebar

ἠναγκαζόμην. μέχρι μὲν οὖν δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὀντιναοῦν, τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἐν κεφαλαίῳ τοσοῦτον λεκτέον, ὡς οὐδεμίαν λελύπηκα, θάλαμον αὐτοσχέδιον εὑρὼν ἀρκοῦντα τῇ χρείᾳ.

γ'. Φιλοπλάτανος Ἀνθοκόμῃ.

Τῇ Λειμώνῃ χαριέντως ἐν ἐρωτικῷ συνειστιώμην παραδείσῳ καὶ μάλα πρέποντι τῷ κάλλει τῆς ἐρωμένης, ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος, πνεῦμα δὲ μέτριον, καὶ πόα μαλθακή, ὥρᾳ θέρους ἐπανθεῖν εἰωθυῖα, ἐφ' ἧς ἥδιον κατακλιθῆναι ἢ ἐπὶ τῶν πολυτελεστάτων δαπίδων, δένδρη τε πολλὰ ὀπώρας πληθύοντα,

ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι

φαίη τις ἂν καθομηρίζων τῶν ὀπωρινῶν αὐτόθι Νυμφῶν τὸ χωρίον. ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὄρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπόν, ὡς εὐωδέστατον παρέχειν τὸν ἐράσμιον τόπον. καὶ τούτων ἐκδρεψάμενος φύλλον ὑπεμάλαττον τοῖς δακτύλοις, εἶτα τῇ ῥινὶ προσάγων γλυκυτέρας ἐπὶ πλεῖστον εἰσέπνεον εὐοσμίας. ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα τε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττους, ὡς ἀνακλᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων βοτρύων, ὧν οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν, οἱ δὲ ὄμφακες, οἱ δὲ οἰνάνθαι δοκοῦσιν. ἐπὶ τοίνυν τοὺς πεπανθέντας ὁ μὲν ἀνερριχᾶτο, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεὶς ἱκανῶς ἄκρᾳ μὲν τῇ λαιᾷ σφοδρῶς εἴχετο τοῦ φυτοῦ βεβηκὼς ἐπὶ τῶν κλάδων, τῇ δεξιᾷ δὲ παρετρύγα· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ δένδρου χεῖρα ὤρεγε γεωργῷ ὑπεργεγηρακότι. ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, καὶ διαφανοῦς τοσοῦτον, ὥστε συνεπινηχομένων καὶ διαπλεκομένων ἐπαφροδίτως ἀλλήλοις ἅπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος. ὅμως δ' οὖν οἶδα πολλάκις τὴν αἴσθησιν πλανηθεὶς πρὸς ὁμοιότητα μήλων τε καὶ τῶν ἐκείνης μαστῶν· μήλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ διανηχομένου τῇ χειρὶ κατεδραξάμην, τοῦτο εἶναι νομίσας τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μαστόν. καλὴ μὲν οὖν νὴ τὰς κωλιάδας Νύμφας καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ πηγή, φαιδροτέρα δὲ μᾶλλον ἐδόκει τοῖς εὐωδεστέροις ἐπικοσμηθεῖσα τῶν φύλλων καὶ τοῖς μέλεσι τῆς Λειμώνης, ἥτις καίπερ ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος οὖσα, ὅμως, ὅταν ἀπεκδύηται, δι' ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ. καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγή, εὐκραῶς δὲ καὶ ἡ τοῦ ζεφύρου πνοή, τὸ χαλεπὸν παραμυθουμένη τῆς ὥρας, λεπτὸν ἅμα καὶ ὑπνηλὸν ἐνηχοῦσα καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ συνεπαγομένη τῶν δένδρων, τοῖς μύροις ἀντέπνει τῆς γλυκυτάτης. καὶ συμμιγὴς ἦν εὐοσμία καὶ μικροῦ γε ὁμοτίμως τὴν αἴσθησιν εὐφραινόντων· βραχὺ γάρ, ἡγοῦμαι, τὸ μύρον ἐνίκα, ὅτι γε τῆς Λειμώνης ὑπῆρχε τὸ μύρον. ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπήχει τῷ μουσικῷ τῶν τεττίγων χορῷ, δι' ἣν καὶ τὸ πνῖγος

quodammodo vim dulcissimam. Et hucusque dixi satis, quodque fas audire cuivis. Quod superest, dicam compendio : neutram ego offendi, tumultuarium stratum nactus ac sufficiens præsenti negotio.

III. Philoplatanus Anthocomæ.

Iucunde una epulabar cum Limona amatorio in horto, qui formæ amatæ conveniens erat quam maxime. Nam ibi platanus densa ramis, opaca umbra, aura modica; herba mollis et tempestate æstiva florere docta, in qua considere iucundius est quam in ditissimis tapetibus, arboresque iuxta crebræ frugiferæ,

Punicaque et pirus et fructu gratissima malus,

dicat quis Homericum versum referens pomariis Nymphis sacrum locum. Sed his aliisque iuxta arboribus florentes rami, fructus uberes suavissimo odore permulcent amœnum locum. Decerptum ego folium commalaxavi digitis, tum admovi naribus; id mihi odorem spiravit longe dulcissimum. Iuxta pampini patulæ altæque admodum cupressos amplexæ nostra diu tenuere in flexu colla, dum circulatim pendulas uvas attendimus, quarum turgent aliæ, aliæ primulo nigrore maturescunt, acerbæ quædam, aliæ florentes adhuc videntur. Ergo ad maturiores alius reptans ascendebat, alius sublimis e terra summa læva quantum poterat adprehensa arbore ascendebat in ramos, acinos decerpebat dextera; alius ex arbore manum tendebat cano colono. Sub platano fons amœnissimus fluit aquæ tam frigidæ, ut pede rigorem sentias, tam limpidæ, ut nantibus nobis et amanter amplexis membra clare apparerent omnia. Sensi tamen sæpius deceptos sensus similitudine malorum cum eius uberibus; natans enim inter nos malum adprehendi manu, sororiantem amatæ papillam tenere me ratus. Et lepidus quidem per se fons (testor coliadas Nymphas), lepidior tamen visus suavissimis foliorum ornatus et membris Limonæ, quæ formosa licet supra naturam, tamen exuta comparatione internorum bonorum deformis apparet. Lepidus fons, inquam; sed et iucunde temperatus Favoni spiritus, tempestatis molestias demulcens, dum dulcem et soporiferum sonum inspirat; et multam ex arboribus suavitatem odorum secum trahens, respondebat suavissimis bellæ meæ unguinibus. Miscebanturque odores simul, et fere æquabili suavitate mulcebant sensus, nisi quod paullum superabat unguentum mea sententia hoc solo, quod Limonæ unguentum erat. Sed et auræ vocalis sonus argutum resonabat sonoro cicadarum choro,

τῆς μεσημβρίας ἠπιώτερον ἐγεγόνει. ἡδὺ καὶ ἀηδόνες περιπετόμεναι τὰ νάματα μελῳδοῦσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἡδυφώνων κατηκούομεν ὀρνίθων ὥσπερ ἐμμελῶς ὁμιλούντων ἀνθρώποις. ἔτι κἀκείνους πρὸ τῶν ὀμμάτων ἔχειν δοκῶ. ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ' ἕνα, ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερόν, ὁ δὲ ἐκκαθαίρει, ὁ δὲ ἦρέ τι ἐκ τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανένευκεν ἐπισιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν. ἡμεῖς δὲ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτῶνται καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν. κἀκεῖνο δὲ νὴ τὰς Χάριτας ἐπιτερπέστατον ἦν. τοῦ γὰρ ὀχετηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιάς τε καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ καθηγουμένου τὸ ῥεῦμα, πόρρωθεν ὁ θεράπων φιάλας καλλίστου πώματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ἠφίει θᾶττον φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν, οὐ χύδην ἀλλὰ κατὰ μίαν, ἐκ διαστήματος βραχέος διακεκριμένας ἀλλήλων· ἕκαστον δὲ τῶν ἐκπωμάτων δίκην ὁλκάδων ἐπιχαρίτως διεκπλεόντων πτόρθον Μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο εὔφυλλον, καὶ ἦν ταῦτα ταῖς εὐπλοούσαις ἡμῶν φιάλαις ἱστία. τοιγαροῦν αὐτοφυῶς ἠρεμαίᾳ καὶ ἀταράχῳ πνοῇ κυβερνώμεναι, καθάπερ νῆες ταχυναυτήσασαι κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος, σὺν τοῖς ἡδίστοις φόρτοις εἰς τοὺς συμπότας εὔδιον προσωρμίζοντο· ἡμεῖς δὲ ὑπουργικῶς ἀνασπῶντες ἑκάστην παραθέουσαν κύλικα συνεπίνομεν ἴσον ἴσῳ κεκραμένην· ὁ γὰρ ἔμμετρος οἰνοχόος ἐξεπίτηδες τοσούτῳ θερμότερον τοῦ δέοντος τὸν οἶνον συνέμισγεν ὕδατι διαπύρῳ, ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὁλκὸς ἐπιπολάζον αὐτῷ τὸ κραθὲν ἐπιψύχειν, ὅπως ἄν, μόνης γε τῆς ἀμέτρου θέρμης τῷ ψυχρῷ μειουμένης, τὸ σύμμετρον καταλείποιτο. καὶ οὕτω δὴ γέγονεν ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην ἡ πᾶσα διατριβή, οὓς ἐπὶ τῇ κύλικι συνάγοντες ἐθελγόμεθα. ἡ δὲ Λειμώνη τοῖς ἄνθεσιν οἷον λειμῶνα τὴν κεφαλὴν ἐποιεῖτο. καλὸς δὲ ὁ στέφανος καὶ δεινὸς ἐπιπρέψαι ταῖς ἐν ὥρᾳ καὶ φαιδρότερον τοῖς ῥόδοις ἀποτελέσαι τὸ ἔρευθος, ὅταν ᾖ τούτων καιρός. ἄπιθι τοίνυν, ὦ φιλότης, ἐκεῖσε (ἔστι δὲ τοῦ καλοῦ Φυλλίωνος τὸ χωρίον), καὶ τοιούτων χαρίτων, Ἀνθοκόμη, συναπόλαυε τῇ ποθουμένῃ Μυρτάλῃ.

δ'. Φιλόχορος Πολυαίνῳ.

Ἱππίας ὁ καλὸς ὁ Ἀλωπεκῆθεν ἀρτίως ἔφη πρὸς ἐμὲ γοργῶς ἀποβλέψας « ὁρᾷς ἐκείνην, ὦ φίλε, τὴν ἐπιβάλλουσαν τὴν χεῖρα τῇ παιδίσκῃ; ὡς εὐμήκης, ὡς καλὴ καὶ λίαν εὐσχήμων. νὴ θεούς, ἀστεῖον τὸ γύναιον, ὅσον γοῦν ἅπαξ ἰδόντι κατὰ τάχος εἰκάσαι. δεῦρο, πλησιαίτερον προσμίξωμεν καὶ πειρασώμεθα τῆς καλῆς. » « σώφρονος » εἶπον « δοκεῖ μοι πρόσχημα τὸ ἁλουργὲς ἡμιφάριον, καὶ δέδοικα μὴ προπετῶς ἐγχειρῶμεν. σκοπῶμεν οὖν ἀκριβέστερον· οἶδα γὰρ οὐχ ἥκιστα εἰς τὸ κινδυνεύειν ἀφικόμενος. » ἐμειδίασεν ἐπιτιμητικὸν ὁ Ἱππίας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπιτείνας οἷος ἦν ἐπιρραπίζειν με κατὰ κόρρης, καὶ διεμέμφετο λέγων « ἀφυὴς εἶ, νὴ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ὅλως ἀπαίδευτος Ἀφροδίτης·

quæ et meridiei æstum leniebat. Dulce et lusciniæ circumvolitantes latices cantillabant. Sed et alias suavisonas aviculas usurpavimus auribus, veluti modulatis canticis colloquentes hominibus. Adhuc mihi ante oculos habere eas videor; illa pedes alternis in silice requiescit, illa alam refrigerat, siccat alia, est quæ ex aqua quid trahat, est quæ cernua terram despectet victum inde quæsitura. Nos de his summissa voce mussare interea, ne avolent turbemusque avium spectaculum. Fuit et hoc per Gratias iucundissimum. Aquilex festinus areis atque arboribus ligone inducebat aquam e longinquo rivulo. Immisit in eum canalem famulus potionis eximiæ phialas, quæ secundo fluctu non cumulatim, sed singulæ ferrentur brevi inter se intervallo distinctæ: ita singula pocula navicularum ad modum eleganter natantia rectum Medicæ arboris gerebant ramum frondosum, erantque hæc vela rectum cursum tenentibus phialis, quæ suopte ingenio lenta ac tranquilla aura gubernatæ tanquam naves cito puppim inflante vento cum dulcissimis oneribus ad convivas appellebant recta; transeuntes enim calices quisque apprehendens manu ebibebamus, æqualiter omnes mixtos. Nam de industria prudens pincerna tanto calidius iusto vinum ferventi lympha temperaverat, quantum frigidissimi tubuli rigor refrigerare posset poculum ipsi innatans ut nimio solum calore per aquæ frigus imminuto, maneret mixtum iusto temperamine. Ad hunc nos modum circa Bacchum et Venerem exercuimus, quos iuvabat ad calicem simul occinere. Limona interea caput floribus redimitum in prati speciem reddidit; coronaque ea pulchra sane potensque facillime decus addere floribus et ipsis rosis, quum erunt tempestivæ, splendidiorem ruborem conciliare. Accede ergo et tu, mi anime, ad istum locum (Phyllionis boni prædium est) et tantis elegantiis fruere et tu, Anthocome una cum amica Myrtala.

IV. Philochorus Polyæno.

Nuper elegans ille Hippias Alopecensis torvum me respiciens « Viden' tu » inquit « illam, amice, quæ famulæ manui innititur? quam procera, quam elegans, quam decens admodum. Festiva per deos mulier, quantum ex primo adspectu statim conicere est. Accedamus huc propius et formosam adtentemus. » « At mihi » inquam ego « probæ habitus videtur purpureum hoc amiculum, vereorque ne quid adgrediamur temere. Videamus ergo exactius; ego enim amo caute descendere in pericula. » Risit increpandum Hippias, extensaque dextera, quasi alapam mihi impacturus, simul iurgabundus. « Tu vero » inquit « per Apollinem indoctus prorsus es Vene-

σώφρων γὰρ τήνδε τὴν ὥραν καὶ διὰ μέσου τοῦ ἄστεος οὐκ ἂν οὕτω προῄει κεκαλλωπισμένη τε καὶ ἱλαρὰ πρὸς τοὺς ἀπαντῶντας. οὐδὲ τῶν μύρων ὅσον ὄζει καὶ πόρρωθεν ἐπαισθάνῃ; οὐδὲ τοῦ κτύπου τῶν εὐήχων ψελίων ἀκήκοας ἥδιστον ὑποσειομένων, ὅσον ἀποτελεῖν εἰώθασιν αἱ γυναῖκες ἐξεπίτηδες ἀνακουφίζουσαι τὴν δεξιὰν καὶ ἀκρογειρίζουσαι τὸν κόλπον, ἐρωτικοῖς τε συμβόλοις τοὺς νέους εἰς ἑαυτὰς προκαλούμεναι; ἀλλὰ καὶ ἐστράφην » ἔφη, « ἡ δὲ καὶ αὐτὴ ἀντεστράφη. ἐκ τῶν ὀνύχων τεκμαίρομαι τὸν λέοντα. ἰστέον οὖν, ὦ Φιλόχορε, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς βλάψει, ἀλλ' ἐλπίδες καλαί. πλὴν αὐτὸ δείξει, ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος ἔφη. τὸ δὲ προσδοκώμενον φανερὸν ὡς, εἰ θέλομεν, ῥᾷστα γένοιτ' ἄν. » προσπελάσας οὖν καὶ προσειπὼν αὐτὴν καὶ ἀντιπροσρηθεὶς ἤρετο φάσκων « πρὸς τοῦ σοῦ κάλλους, ὦ γύναι, ἐπιτρέπεις ἡμῖν ὁμιλῆσαι περὶ σοῦ βραχέα τῇ θεραπαίνῃ; οὐδὲν δὲ ὧν ἀγνοεῖς διαλεξόμεθα τῇ παιδίσκῃ, οὐδὲ ἀνάργυρον αἰτήσομεν ἀφροδίτην· χαριούμεθα δὲ ὅσον ἂν αὐτὴ θέλῃς. θελήσεις δὲ οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια. ἐπίνευσον, ὦ καλή, οὐ τοσοῦτον ἐλεῶ τὸ τιτθίον. » ἡ δὲ τὴν σύννευσιν ἐνδοτικοῖς καὶ θέλουσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιχαρίτως ἐδήλου, καὶ οὐ κατειρωνεύσατο τὴν ὑπόσχεσιν, ἔστη δὲ καὶ ἠρυθρίασε, καὶ ἀπέστειλεν ἐπαγωγόν τινα καὶ γλυκεῖαν αὐγήν, οἵα πέφυκεν ἀπαστράπτειν ἐξ ἀπέφθου χρυσίου. τότε δή φησιν Ἱππίας ἐπιστραφεὶς πρός με « οὐκ ἀφυῶς ἐστοχασάμην, οἶμαι, τοῦ τρόπου τῆς γυναικός, ἀλλὰ καὶ πέπεικα ταχύ, οὐ χρόνον μακρὸν οὐ λόγον πολὺν ἀναλώσας. σὺ δὲ τούτων ἄπειρος ἔτι. ἀλλ' ἕπου καὶ μάνθανε, καὶ συναπόλαυσον ἐρωτικῷ διδασκάλῳ· τοῦτο γὰρ τὸ μάθημα παρ' ὀντινοῦν ποιοῦμαι δεινότατος εἶναι. »

ε'. Ἀλκίφρων Λουκιανῷ.

Πανηγύρεως ἐν προαστείῳ πανδημεὶ τελουμένης καὶ δημοθοινίας ἀφθόνου Χαρίδημος ἐπ' εὐωχίαν συνεκαλεῖτο τοὺς φίλους. ἔνθα καὶ γυνή τις παρῆν (ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν), ἣν αὐτὸς ὁ Χαρίδημος (οἶσθα δὲ τὸν νέον ὡς ἐρωτικός) ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσαν ἰδὼν ἀγκιστρεύει καὶ πέπεικε παραγενέσθαι τῷ δείπνῳ. πάντων οὖν εἰς ταὐτὸν ἀθροιζομένων τῶν δαιτυμόνων, ὁ χρυσοῦς ἑστιάτωρ εἰσήει πρεσβύτην τινὰ συνεπαγόμενος καὶ αὐτὸν δὴ συγκεκλημένον ἡμῖν. ὃν ἐκείνη προσιόντα πόρρωθεν κατιδοῦσα ὀξέως ὑπέδυ, καὶ θᾶττον νοήματος εἰς τὸν πλησίον οἶκον ἀπέδρα. κἀκεῖσε μεταπεμψαμένη Χαρίδημον « ἀγνοίᾳ » ἔφη « μέγιστον κακὸν κατειργάσω. οὗτος ὁ πρεσβύτης ἀνήρ ἐστιν ἐμός, καὶ τὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐκδυσαμένη κατέλιπον ἔξω, ῥᾳδίως ἐπέγνω, καὶ ὑποψίας, ὡς εἰκός, γέγονε πλήρης. ὅμως, ἂν ταύτην λάθρᾳ ** καὶ βραχέα τῶν ὄψων ἐπιδῷς, αὐτὸν ἐξαπατήσω καὶ τὸν νῦν αὐτῷ κατ' ἐμοῦ διενοχλοῦντα λογισμὸν ἑτέρωσε παρατρέψω. » τούτων οὖν ἐπιδοθέντων ἀνέζευξεν οἴκαδε, καὶ τὸν σύνοικον ἔφθη, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφυγοῦσα. καὶ προσλαβομένη

ris. Proba quippe hac hora per mediam urbem istoc ornatu non incederet obviisque hilaris. Num nec unguenta longe sensisti, quæ redolet? nec sonum armillarum bene sonantium audisti dulce motarum? qualia solent mulieres de industria ievantes manum et summis digitis prendentes sinum atque his amatoriis indiciis allectantes iuventutem. Sed et respexi » inquit: « respexit et illa; leonem ex unguibus agnosco. Scias ergo, Philochore, nihil nobis noxæ daturam: quin spes omnes bonæ. Ceterum res ipsa docebit, sicut aiebat qui in flumine tentabat vadum. Sed quod quærimus, si velimus, manifestum fiet cito. » Itaque ille accedens et eam adlocutus mutuoque adloquio dignatus rogare cœpit: « testor formam tuam, mulier, licetne paucis appellare super te famulam tuam? nos illi nihil eorum quæ nescis dicemus, neque ullam gratis petemus gratiam. Quin dabimus quantum voles ipsa; voles autem, novi, modica. Annue, formosa. » Illa assensionem morigeris oculis ac volentibus gratiose testata non dissimulavit quin promitteret, stetitque et erubuit pellacemque et suavem quendam fulgorem emisit, qualis ex obryzo auro coruscare amat. Tum versus ad me Hippias « non male, opinor » inquit, « conieci ingenium mulieris; quin et persuasi cito non magna temporis nec sermonis impensa. At tu adhuc horum imperitus; sed sequere ac disce, et cum amorum magistro fruere una: nam in hac amandi arte confido me quemvis superare posse. »

V. Alciphro Luciano.

Festum publicum agebatur in suburbio passimque epulæ, et vocarat Charidemus amicos ad convivium. Aderat et mulier quædam (nomen nihil attinet dicere), quam Charidemus ipse (nosti amatorios iuvenis mores) obviam in foro factam pervenatus, fecerat ut ad cœnam constitueret sibi. Postquam convivæ omnes convenere, venit et aureus exhibitor, vetulum quendam ducens secum, vocatum et ipsum, ut nobiscum esset. Eum ubi accedentem eminus advertit mulier, confestim elapsa, citius cogitato insinuavit se in proximum cœnaculum, eoque vocato Charidemo « nescis » inquit « quantum mali feceris: vetulus iste vir meus est, vestemque quam ex humeris depositam reliqui foris, agnovit facile; quodque simile vero, suspicione mentem percussus est. Si tamen vestem illam et pauculas e convivio partes clanculum ad me miseris, ludos faciam hominem, animumque eius sequiora de me agitantem alio avertam. » His igitur acceptis nescio qui elapsa ac domum suam regressa præ-

φίλην αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν προδιέθηκεν ὅπως ἀμφότεραι βουκολήσουσι τὸν πρεσβύτην. εἶτα ἧκεν εὐθὺς οὗτος καὶ εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, κεχραγὼς ἅμα καὶ πνέων θυμοῦ, τῆς τε γαμετῆς ὧδε τὴν ἀκολασίαν ἐβόα « τὴν ἐμὴν εὐνὴν οὔποτε χαίρουσα καθυβρίσεις, » καὶ δι' ὧν ἑόρακεν ἱματίων ἀπήλεγχε τὴν μοιχείαν, καὶ ξίφος ἤδη μεμηνὼς ἐπεζήτει. τότε δὴ λοιπὸν ἡ γείτων εἰς καιρὸν ἀνεφάνη καὶ « δέχου τὴν ἐσθῆτα » φησίν, « ὦ φιλτάτη. μεγίστην οἶδά σοι χάριν. πεπλήρωκα τὴν εὐχήν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν μηδὲν ἀλαζονικόν· μετάλαβε δὲ καὶ σὺ τῶν παρατεθέντων ἡμῖν. » τούτων οὕτω λεγομένων ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἀνένηφε γέρων, τόν τε θυμὸν ἀνεκρούετο, καὶ ὑπὸ τῆς μετανοίας εἰς τοσαύτην πραότητα συνδιέλυσε τὴν ὀργήν, ὡς τοὐναντίον ἀπολογεῖσθαι τῇ γαμετῇ. « ὦ γύναι, συγγίνωσκέ μοι » φησίν. « ἐξέστην, ὁμολογῶ· ἀλλὰ τῆς σῆς ἕνεκα σωφροσύνης θεός τις εὐμενὴς εἰς κοινὴν σωτηρίαν φιλανθρώπως ἀπέσταλκε ταύτην, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέσωσεν εἰσδραμοῦσα. »

ς'. Ἑρμοκράτης Εὐφορίωνι.

Κόρη τις πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἔφη τροφὸν « εἴ μοι πρότερον ἐπομόσεις ὃ δ' ἂν εἴπω φυλάξειν ἀπόρρητον, αὐτίκα τοῦτό σοι λέξω. » ὀμώμοκεν ἡ τιτθή, ἡ δὲ παῖς εὐθὺς εἴρηκεν « οὐκέτι σοι παρθένος ἐγώ, ὥς γε πρός σε τἀληθὲς εἰρῆσθαι. » ἀνακέκραγεν ἡ γραῦς, ἅμα τὴν παρειὰν αἰκιζομένη καὶ σχετλιάζουσα τὸ συμβάν. ἡ δὲ κόρη φησὶ « σίγα πρὸς θεῶν, ὦ Σωφρόνη. ἔχε ἡσυχῇ, μή τις τῶν ἔνδον ὠτακουστῶν ὑποκλέψῃ τὸν λόγον. οἴμοι, οὐκ ἀρτίως ὀμώμοκας μηδενὶ παντάπασιν ἐξειπεῖν; τί οὖν, ὦ φίλη, σφόδρα καὶ μεγάλως βοᾷς; νὴ τὴν Ἄρτεμιν, ὦ μῆτερ, καίτοι πρὸς τοῦ ἔρωτος φλεγομένη δεινῶς, ἐσπούδακα σωφρονεῖν καθ' ὅσον ἠδυνάμην. σμικρὰ δὲ οἷά τε ἦν, καὶ δίχα μοι γέγονε τὰ νοήματα. διελογιζόμην δὲ πρὸς ἐμαυτὴν 'πειθαρχήσω τῷ ἔρωτι; ἀμελήσω τοῦ πόθου'; ἀμφότερά μ' ἐκράτει. εἶτα πολὺ μᾶλλον ἐπὶ θάτερα πρὸς τὸν ἔρωτα κλίνω· ηὐξάνετο γὰρ τῇ μελλήσει, καὶ ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῇ, οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς ὑπερεφύετο ψυχῆς. οὕτως οὖν ἡττήθην, ὁμολογῶ, τῆς ἀνικήτου λαμπάδος. » ἔφη τοίνυν ἡ πρεσβῦτις « χαλεπώτατον μὲν τὸ δυστύχημα, τέκνον, καὶ τὴν ἐμὴν ᾔσχυνας πολιάν· πλὴν ἐπεὶ τὸ πραχθὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι, τὰ δεύτερα παραινῶ. πέπαυσο τούτων, μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε, μή ποτέ σου τῆς γαστρὸς ὀγκουμένης ἐπὶ προήκοντι τῷ πράγματι καὶ τῷ χρόνῳ ἐναργῶς κατανοήσωσι τὸ τολμηθὲν οἱ τεκόντες. ἀλλ' εἴθε σοι γάμον ταχύ, πρὶν κατάφωρος γένῃ, συνεπινεύσειαν οἱ θεοί. ἤδη δὲ τηλικαύτη γεγένησαι, καὶ αὐτίκα χρημάτων εἰς προῖκα τῷ σῷ δεήσει πατρί. » « τί φής, ὦ μῆτερ; τοῦτο δέδοικα μάλιστα πάντων. » « μηδὲν δείσῃς, ὦ παῖ· ἐγώ σε τηνικαῦτα διδάξω πῶς ἂν ἡ πρὸ γάμου γεγονυῖα γυνὴ παρθένος ἔτι δόξειε τῷ νυμφίῳ. »

vertit virum, adsumptaque amica e vicinia constituerunt simul, qui senem ambæ ductarent dolis. Ille statim venit domum irruitque clamans simul et furorem spirans uxorisque incusans probrum. « At meum » inquit « cubile non amplius secura pollues » Simul ex vestibus quas viderat arguebat stupri coniugem, iamque furens quærebat gladium, quum ecce in tempore apparens vicina « tene tibi » inquit, « amica, vestem tuam; gratiam tibi habeo maximam; exsolvi preces, sed eas, per deos, non arrogantes. Verum sume et tu de his quæ adposita nobis. » Hæc ubi dixit, placati animi tetrici senis detumuitque ira, et suspicium simul cum furore mutavit tanta mansuetudine, ut purgaret se ultro coniugi. « Parce » inquit, « mulier, extra me fui, fateor; sed aliquod numen pudicitiæ tuæ propitium commodum hanc benignissime summisit communi bono, quæ nos ambo servavit interventu suo. »

VI. Hermocrates Euphorioni.

Puella quædam ad nutricem « si das fidem » inquit « tacituram quod dixero, iam ego id aperiam tibi. » Iuravit nutrix : tum puella statim « verum ut fatear » inquit, « non ego tibi virgo amplius. » Clamare ocius vetula, simul laniare genas et male factum queri. Sed puella « tace per deos » inquit, « Sophrona mater, ac quiesce, ne quis intus dicta nostra aucupetur arbiter. Hei mihi! non modo iurasti nulli te omnimodis edicturam? quid tu ergo, amica, clamorem concitatum tollis? Dianam testor, mater; quamvis amore ardens efflictim, volui continere quantum in me fuit. Sed parum potui, diversæque in animo mihi erant sententiæ. Dicebam quippe mecum : parebo amori an spernam cupidinem? Utrumque plus poterat : sed tandem inclinavi ad amorem magis. Augebat enim mora, ac velut hærens terræ planta succrescebat intus in anima mea. Ita victa sum, fateor, ab invicta lampade. Ad hæc vetula « grave malum narras » inquit, « filia; dehonestasti canos meos. Verum quoniam factum fieri infectum non potest, quod superest, abstine ab his, moneo, nec pecca denuo; ne forte processu rei simul ac temporis tumescente utero gnarum id totum fiat parentibus. Sed utinam tibi, priusquam prehendare, dii celeres annuant nuptias. Et tu iam matura viro, brevique paratis nummis in dotem tuam opus erit patri. » « Quid ais, mater? nihil est quod metuam magis. » « Noli vereri, filia; tum ego te docebo, qui mulier ante nuptias adhuc sponso te probes virginem. »

ζ'. Κυρτίων Δικτύι.

Παρὰ τὴν ἀκτὴν ἑστηκότι μοι κατὰ πέτρας καὶ τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν ἀνασπῶντι, τοῦ καλάμου κυρτουμένου τῷ βάρει, προσῆλθέ τις εὐπρόσωπος κόρη, κάλλος αὐτοφυὲς καὶ ὅμοιον αὐτομάτῳ φυτῷ φέρουσα. καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔφην « ἑτέρα πολλῷ βελτίων τῆς προτέρας ἐμπέπτωκεν ἄγρα. » αὕτη δέ « τὴν ἐσθῆτα » φησί, « πρὸς τοῦ σοῦ Ποσειδῶνος, φύλαττε τὴν ἐμήν, ἄχρις ἂν τοῖς κύμασιν ἐμαυτὴν ἀπολούσω. » ἥσθην ἀληθῶς, καὶ σφόδρα χαίρων τὴν αἴτησιν προσηκάμην, οἷα δὴ μέλλων αὐτὴν γυμνωθεῖσαν ὁρᾶν. ὡς οὖν ἐξεδύσατο καὶ τὸν ἔσχατον χιτωνίσκον, ὅλος ἐξέστην ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν λαμπρότητα τῶν μελῶν. ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος, εὐανθὴς δὲ παρειά· χρώματα λαμπρὰ μὲν τῇ φύσει, ἀνθηρότερα δὲ τῇ πρὸς τὸ μέλαν φιλονεικίᾳ. ἐντεῦθεν εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, καὶ παρενήχετο· ἦν γὰρ ἀτάραχον καὶ γαληναῖον τὸ κῦμα. καὶ τῷ ἀφρῷ τοῦ περιρρέοντος κύματος ἡ χροιὰ τοῦ σώματος λευκανθίζουσα παρισοῦτο. νὴ τοὺς Ἔρωτας, εἰ μὴ πρότερον ἔτυχον τεθεαμένος αὐτήν, ᾠήθην ἄν τινα τῶν θρυλουμένων Νηρηίδων ὁρᾶν. ὡς δὲ ἱκανῶς εἶχε τῶν θαλαττίων λουτρῶν, εἶπες ἂν τὴν κόρην ἀνίσχουσαν τῶν κυμάτων ἰδών « οὕτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφροδίτην εὐπρεπῶς προϊοῦσαν γράφουσιν οἱ ζωγράφοι. » αὐτίκα γοῦν προσδραμὼν θοἱμάτιον ἀπεδίδουν τῇ ποθουμένῃ, προσπαίζων ἅμα καὶ πειρώμενος τῆς καλῆς. ἡ δέ (ἦν γὰρ ὡς ἔοικε σεμνή τε καὶ βλοσυρά) ἠρυθρίασε μετ' ὀργῆς, καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένης κάλλιον, τὸ δὲ ὄμμα καίπερ ἀγανακτούσης ἡδύ, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ φῶς μᾶλλόν ἐστιν ἢ πῦρ. τόν τε θηρατικὸν κατέαξε κάλαμον, καὶ τοὺς ἰχθῦς προσέρριψε τῇ θαλάττῃ. ἐγὼ δὲ ἀμήχανος παρειστήκειν, καὶ οὓς ἐθηρασάμην θρηνῶν καὶ ἣν οὐκ ἤγρευσα μειζόνως δακρύων.

η'. Ἐχέπωλος Μελησίππῳ.

« Εὖγε τῆς εὐπρεπείας, βαβαὶ τῆς ἐλάσεως. ὡς ἀμφοτεροδέξιος οὗτος πέφυκεν ἱππότης. καὶ κάλλει διαπρέπει, καὶ ὑπερφέρει τῷ τάχει. ὡς ἔοικε, τοῦτον οὐκ ἐδάμασεν Ἔρως, ἀλλ' ἔστιν αὐτὸς τριπόθητος Ἄδωνις ταῖς ἑταίραις. » ταῦτά μου λέγοντος ὁ χρυσοῦς ἀκήκοεν ἱππεύς, καὶ διαμεμφόμενος ἔφη « οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον οὐδὲ πρὸς ἐμὲ τοῦτον οἰκείως εἴρηκας τὸν λόγον. ἄριστα μόνος οἶδεν ἱππάζεσθαι πόθος. αὐτὸς ἐμὲ καὶ δι' ἐμοῦ τάχιστα τὸν ἵππον ἐλαύνει, καὶ τὸν θέοντα κεντρίζει δεινῶς, ὀξύτερον κατεπείγων. ἐπίδος οὖν, ἱπποκόμε, τοῖς δρόμοις, ἅμα τε ᾄδων καὶ ᾄσμασιν ἐρωτικοῖς τὸν ἔρωτα θεραπεύων. » ᾖδον τοίνυν τοιόνδε πρὸς ἐκεῖνον αὐτοσχέδιον μέλος, ἐξ αὐτοῦ τὴν πρόφασιν εἰληφώς. « ἐγώ σε, δέσποτα, κατά γε

VII. Cyrtion Dictyi.

Dum ad litus in scopulo molior, hærentemque hamo pulcherrimum piscem traho curvato pondere calamo, ecce accedit decora virgo, nativa forma similique arbori suo ingenio natæ. Tum ego mecum « alia incidit » inquam « captura longe potior. » Illa « per tuum » inquit « Neptunum, serva mihi vestem meam, dum me abluo fluctibus. » Ego serio lætus hilarisque annui roganti, visurus quippe nudatam virginem. Ergo ubi interiorem tunicam exuit, obstupui mirabundus membrorum elegantiam. Elucebat enim ex densa nigraque coma collum album ac rubicunda gena; pulchri uterque per se colores, sed splendidiores nigri vicinia. Inde saltu se in undas dedit et innatavit mari; tranquilli quippe et immoti silebant fluctus, spumamque circumfluitantis æstus albicans corporis æquabat color. Cupidines testor, ni prius eam vidissem, credidissem videre me unam e famosis Nereidibus. Sed ubi satias eam cepit marinæ lotionis, dixisses visa exeunte e fluctibus virgine « ad hunc modum decore pingunt Venerem emergentem se e mari. » Ego tum accurrens ocius vestem amatæ reddidi; simul accessi formosamque adtrectare ausus sum. Illa (gravis enim erat et verenda, sicuti videbatur) succensens erubuit, fuitque pulchrior iratæ vultus oculusque quamvis excandescentis suavis veluti siderum flamma; lumen immo non flamma. Tum piscatorium calamum fregit remisitque mari pisces. Adstabam ego interea incertus consilii, et quos ceperam deflens et quam non ceperam deplorans magis.

VIII. Echepolus Melesippo.

« O decentiam, o equitandi peritiam! quam dexteritate ancipiti felix eques iste! et forma antistat et velocitate præcellit. Nunquam hunc, opinor, Amor domuit, sed Adonis ipse est, puellarum desiderium. » Audit hæc dicentem aureus eques, ac reprehendit dicens « nihil hoc tu ad rem, neque convenientem mihi sermonem exorsus. Unus amor equitare optime novit; is me et per me velocissime equum agitat currentemque acriter pungit urgens instantius. Perge ergo in hoc curriculo, equiso, canens simul et amatoriis canticis demulcens Cupidinem. » Ego igitur natum sub manum carmen occinui, caussam ab ipso sumens: « ego te, domine, mea quidem senten-

τὴν ἐμὴν εἰκότως ἱπποδρόμον ἐνόμιζον ἐλεύθερον βέλους. εἰ δὲ τοσοῦτον κάλλος ἔχων ἐρᾷς, νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἀδικοῦσιν οἱ Ἔρωτες. ὅμως γε τοῦτό σε μὴ σφόδρα λυπείτω. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν ἐκεῖνοι μητέρα. »

θ'. Στησίχορος Ἐρατοσθένει.

Γυνή τις ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσα τόν τε σύνευνον εἶχε πλησίον, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιεστοιχίζετο κύκλῳ. ὡς δὲ προσιόντα τὸν ἑαυτῆς εἶδε μοιχόν, ἄφνω βουλεύεται δαιμονίως ἅμα τῇ θέᾳ, ὅπως ἂν εὐπροσώπως ἅψηται τοῦ ποθουμένου, καί τι τυχὸν καὶ λαλοῦντος ἀκούσῃ. αὐτὴ μὲν οὖν ὤλισθεν, ὡς ἐδόκει, καὶ πέπτωκεν ἐπὶ γόνυ· ὁ δὲ μοιχὸς συμπράττων ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος τῇ γνώμῃ τῆς γυναικὸς ὀρέγει τὴν χεῖρα καὶ διανίστησι πεπτωκυῖαν, λαβόμενος τῆς δεξιᾶς καὶ τοῖς ἐκείνης δακτύλοις τοὺς ἑαυτοῦ περιπλέξας, καὶ ὡς οἶμαι πρὸς τοῦ ἔρωτος ὑπέτρεμον ἀμφοτέρων αἱ χεῖρες. ὁ μὲν οὖν μοιχὸς τῆς πεπλασμένης αὐτὴν παραμυθούμενος συμφορᾶς εἶπεν ἄττα δήπου καὶ ἔφη· ἡ δέ, ὥσπερ ἀλγοῦσα, λάθρᾳ τῷ στόματι προσάγει τὴν χεῖρα, καὶ τοὺς ἑαυτῆς πεφίληκε δακτύλους ὧν ἐκεῖνος προσήψατο, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐρωτικῶς ὑπέθηκε τούτους, δάκρυον ὑποκρίσεως ἀποματτομένη τῶν μάτην πρὸς αὐτῆς ὑποθλιβομένων βλεφάρων.

ι'. Ἐρατόκλεια Διονυσιάδι.

Ἀκόντιος τὴν Κυδίππην καλὸς νεανίας καλὴν ἔγημε κόρην· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. καὶ τὴν μὲν ἅπασι τοῖς ἑαυτῆς φιλοτίμως κεκόσμηκεν Ἀφροδίτη, μόνου τοῦ κεστοῦ φεισαμένη· καὶ γὰρ τοῦτον πρὸς τὴν παρθένον εἶχεν ἐξαίρετον ἡ θεός. καὶ τοῖς ὄμμασι χάριτες οὐ τρεῖς καθ' Ἡσίοδον ἀλλὰ δεκάδων περιεχόρευε δεκάς. τὸν δὲ νέον ἐκόσμουν ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μὲν ὡς καλοῦ, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος, καὶ φύσεως ἔρευθος εὐανθὲς ἐπέτρεχε ταῖς παρειαῖς. οἱ δὲ φιλοθεάμονες τοῦ κάλλους εἰς διδασκάλου προϊόντα περιεσκόπουν συνωθοῦντες ἀλλήλους, καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτου πληθούσας μὲν ἀγοράς, στενοχωρουμένας δὲ λαύρας. καὶ πολλοί γε διὰ τὸ λίαν ἐρωτικὸν τοῖς ἴχνεσι τοῦ μειρακίου τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας. οὗτος ἠράσθη Κυδίππης· ἔδει γὰρ τὸν καλὸν τοσούτους τετοξευκότα τῷ κάλλει μιᾶς ἀκίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναί ποτε, καὶ γνῶναι σαφῶς οἷα πεπόνθασιν οἱ δι' αὐτὸν τραυματίαι. ὅθεν ὁ Ἔρως οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευράν (ὅτε καὶ τερπνὴ πέφυκεν ἡ τοξεία), ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα, σφοδρότατα διαφῆκε τὸ βέλος. τοιγαροῦν εὐθέως, ὦ κάλλιστον παιδίον Ἀκόντιε, δυοῖν θάτερον, ἢ γάμον ἢ θάνατον διελογίζου βληθείς. πλὴν αὐτὸς ὁ τρώσας ἀεί τινας παραδόξους μηχανὰς διαπλέκων ὑπέθετό σοι καινοτάτην βουλήν, τάχα που τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος. αὐτίκα γοῦν κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον

tia, ut par erat, credebam equitem liberum a vulnere : sed si cum hac forma amas, Venerem testor, iniurii sunt Cupidines. Nec tu ideo tamen gravius succenseas. Et illi sauciaverunt matrem suam. »

IX. Stesichorus Eratostheni.

Mulier incedens in foro coniugem habebat ad latus, stipabaturque undique secus famulorum globo. Sed ut procedentem versus ipsam adulterum suum vidit, e re nata consilium ocius iniit, qui amasium honeste attingeret et fortean audiret loquentem. Ergo illa lapsam se simulans cecidit in genu, mœchusque velut de compacto mulieris consilium adiuvans extensa manu lapsam erexit adprehensa dextera, suosque digitos illius digitis implicuit. Tremuere, opinor, præ amore utræque manus. Tum adulter simulatum casum consolabundus quædam insusurravit : illa dolorem fingens clandestino manum admovit ori basiavitque tactos amanti digitos. Quin et eos amatorie oculis imposuit, simulatas lacrimas e contritis frustra palpebris extersura.

X. Eratoclea Dionysiadi.

Acontius Cydippen bellus iuvenis bellam virginem duxit domum. Recte est enim in veteri dicto, similem simili divinitus semper adgregari. Nam illam omnibus suis honoribus liberaliter honestavit Venus, solam sibi zonam reservans, quam præ mortali præcipuam haberet dea. Tum oculos eius non trinæ secundum Hesiodum sed decies denæ pererrabant Gratiæ. Iuvenem contra decorabant oculi lucidi quidem ut pulchri, verendi tamen ut casti, nativusque ac florus rubor conlustrabat genas. Itaque formarum spectatores ad ludi magistrum itantem trudentes se invicem intuebantur, eratque videre illius causa forum hominibus plenum, angustas vias : quin et multi amabili hac specie lactati pueri vestigiis suos ipsorum pedes applicabant. Talis Acontius Cydippen amare cœpit; oportebat enim formosum tot sauciatis forma sua mortalibus sentire et ipsum semel unam puncturam Cupidinum, ut sciret expertus qualia passi forent quos ipse sauciaverat. Itaque Amor non laxius nervum intendit, quandoquidem iucunda sagittarum emissio, sed arcu quantum potuit adducto iaculum emisit vi maxima. Quippe tu statim, Aconti, lepidum caput, ubi saucius factus es, alterutrum apud te ipsum constituisti, aut mortem aut nuptias. Ceterum idem ille, qui te vulneraverat, consuetus miras quasdam semper machinas nectere, novum tibi consilium iniecit, tuam fortean formam reveritus. Ita

ὡς ἐθεάσω προκαθημένην τὴν κόρην τοῦ κήπου τῆς Ἀφροδίτης, κυδώνιον ἐκλεξάμενος μῆλον, ἀπατηλὸν αὐτῷ περιγεγράφηκας λόγον, καὶ λάθρα διεκύλισας πρὸ τῶν τῆς θεραπαίνης ποδῶν. ἡ δὲ τὸ μέγεθος καὶ τὴν χροιὰν καταπλαγεῖσα ἀνήρπασεν, ἅμα διαποροῦσα τίς ἄρα τοῦτο τῶν παρθένων μετεώρως ἀπέβαλε τοῦ προκολπίου. « ἆρα » φησίν « ἱερὸν πέφυκας, ὦ μῆλον; τίνα δέ σοι πέριξ ἐγκεχάρακται γράμματα; καὶ τί σημαίνειν ἐθέλεις; δέχου μῆλον, ὦ κεκτημένη, οἷον οὐ τεθέασαι πρότερον. ὡς ὑπερμέγεθες, ὡς πυρρωπόν, ὡς ἐρύθημα φέρον τῶν ῥόδων. εὖγε τῆς εὐωδίας· ὅσον καὶ πόρρωθεν εὐφραίνει τὴν αἴσθησιν. λέγε μοι, φιλτάτη, τί τὸ περίγραμμα τοῦτο; » ἡ δὲ κόρη κομισαμένη καὶ τοῖς ὄμμασι περιθέουσα τὴν γραφὴν ἀνεγίνωσκεν ἔχουσαν ὧδε « μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. » ἔτι διερχομένη τὸν ὅρκον εἰ καὶ ἀκούσιόν τε καὶ νόθον, τὸν ἐρωτικὸν δόλον ἀπέρριψεν αἰδουμένη, καὶ ἡμίφωνον καταλέλοιπε λέξιν τὴν ἐπ' ἐσχάτῳ κειμένην, ἅτε διαμνημονεύουσαν γάμον, ὃν σεμνὴ παρθένος κἂν ἑτέρου λέγοντος ἠρυθρίασε. καὶ τοσοῦτον ἐξεφοινίχθη τὸ πρόσωπον, ὡς δοκεῖν ὅτι τῶν παρειῶν ἔνδον εἶχέ τινα ῥόδων λειμῶνα, καὶ τὸ ἐρύθημα τοῦτο μηδὲν τῶν χειλῶν αὐτῆς διαφέρειν. εἶπεν ἡ παῖς, ἀκήκοεν Ἄρτεμις· καὶ παρθένος οὖσα θεός, Ἀκόντιε, συνελάβετό σοι τοῦ γάμου. τέως οὖν τὸν δείλαιον — ἀλλ' οὔτε θαλάττης τρικυμίας οὔτε πόθου κορυφούμενον σάλον εὐμαρὲς ἀφηγεῖσθαι. δάκρυα μόνον, οὐχ ὕπνον αἱ νύκτες ἐπῆγον τῷ μειρακίῳ· κλάειν γὰρ αἰδούμενος τὴν ἡμέραν, τὸ δάκρυον ἐταμιεύετο ταῖς νυξίν. ἐκτακεὶς δὲ τὰ μέλη καὶ δυσθυμίαις μαραινόμενος τὴν χροιὰν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὠρακιῶν ἐδεδίει τῷ τεκόντι φανῆναι, καὶ εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα. διόπερ οἱ κομψότεροι τῶν ἡλικιωτῶν Λαέρτην αὐτὸν ἐπωνόμαζον, γηπόνον τὸν νεανίσκον οἰόμενοι γεγονέναι. ἀλλ' Ἀκοντίῳ οὐκ ἀμπελῶνος ἔμελεν, οὐ σκαπάνης, μόνον δὲ φηγοῖς ὑποκαθήμενος ἢ πτελέαις ὡμίλει τοιάδε. « εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴποιτε ' Κυδίππη καλή, ' ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα, ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάσει καλήν. Κυδίππη, καλήν σε καὶ εὔορκον ὁμοίως προσείπω ταχύ, μηδὲ Ἄρτεμις ἐπὶ σὲ ποιναῖον βέλος ἀφῇ καὶ ἀνέλῃ· μενεῖ δὲ τὸ πῶμα προσκείμενον τῇ φαρέτρᾳ. ὦ δυστυχὴς ἐγώ. τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον; ὁπότε καί φασι τὴν θεὸν ἐπὶ πάσαις μὲν ἁμαρτάσι κινεῖσθαι δεινῶς, μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας τῶν ὅρκων πικρότερον τιμωρεῖσθαι. εἴθε μὲν οὖν ὡς ἀρτίως ηὐχόμην εὔορκος εἴης, εἴθε γάρ· εἰ δὲ ἀποβαίη ὅπερ μηδὲ λέγειν καλόν, ἡ Ἄρτεμις ἔστω σοι, παρθένε, πραεῖα· οὐ σὲ γὰρ ἀλλὰ τὸν δόντα τῆς ἐπιορκίας τὴν πρόφασιν κολαστέον. μαθήσομαι μόνον ὡς μεμέληκέ σοι τῶν γραμμάτων, καὶ τοῦ σοῦ πρηστῆρος τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀπαλλάττων οὐχ ἧττον αἵματος ἀφειδήσω τοῦ ἡμετέρου ἤπερ ὕδατος εἰκῇ χεομένου. ἀλλ'

simul in Dianæ sedentem puellam vidisti, decerptum in horto Veneris malum Cydonium fallaci circum inscriptione literatum provolvisti clanculum ante famulæ pedes; quod illa statim et molem et colorem pomi mirata rapuit, dubitabunda simul cuinam id e virginibus aliud agenti excidisset e sinu. « An tu potius » inquit « sacrum es malum? quæ tibi autem insculptæ circum literæ, quidve sibi volunt? Tene pomum, domina, quale non vidi ego antehac. Quam supra modum magnum, quam rutilum, quam rosas rubore referens! Euge suavem odorem, quamque id nares etiam a longe permulcet! Dic mihi, carissima, quid sibi vult inscriptio hæc? » Tum puella suscepit malum, oculis percurrit scripturam, perlegit titulum in hæc verba conceptum: « Per Dianam Acontio nubam. » Adhuc iusiurandum, quamvis et invitum nec legitimum, proferebat, quum amatoriam decipulam verecundata proiecit dimidiatamque reliquit vocem ultimam; quippe in qua nuptiarum mentio, quas etiam aliis loquentibus erubescunt honestæ virgines. Denique ita vultum erubuit, ut rosarium quoddam pratum habere videretur intra genas: nihiloque is rubor cedebat eius labiis. Ergo puella elocuta est, Diana audiit, deaque virgo coniuravit, Aconti, in tuas nuptias. Miser ille interea — sed neque decumani fluctus, nec Cupidinis sublimem æstum verbis exsequi promptum. Lacrimas solas, non somnum noctes adferebant iuveni: nam pudens flere de die reservabat noctibus fletus; simul tabescens membra coloremque desperatione marcescens et visum admodum pallidus patris conspectum verebatur, itabatque in agrum quovis prætextu patrem fugiens; unde Laertes vocabatur ab æqualium elegantiusculis, agricolam eum factum credentibus. Sed Acontio non vineta curæ, non ligo: solum fagus aut pinus, sub quibus desidebat adlocutus. « Utinam » inquiebat « et mens vobis arbores et vox esset, ut hoc unum dictitaretis ' Cydippe pulchra; ' vel saltem corticibus inscriptas ferte hoc ipsum testantes literas. Liceat mihi propediem, Cydippe, formosam te et iurandi religiosam dicere. Neque te Diana sagitta ultrice tollat: quin tectam operculo teneat pharetram. Sed o miserum me, quid ego te hunc adegi metum? nam aiunt ceteris quidem peccatis succensere graviter deam, sed præ aliis in iurisiurandi neglecti reos vindicare severius. Utinam ergo, sicuti optabam modo, iurandum serves, utinam! Sin contra eveniat, quod nec fas dictu, sit tibi Diana virgo propitia. Non enim tu, sed qui periurio caussam dedit, dignus vindicta. Sentiam solum curæ tibi fuisse eas literas, et a flamma et face tua animum avellens non magis parcam sanguini meo, quam effusæ temere lymphæ.

ὦ φίλτατα δένδρα, τῶν ἡδυφώνων ὀρνίθων οἱ θῶκοι, ἆρα κἂν ὑμῖν ἐστὶν οὗτος ὁ ἔρως, καὶ πίτυος τυχὸν ἠράσθη κυπάριττος ἢ ἄλλο φυτὸν ἑτέρου φυτοῦ; μὰ Δί' οὐχ οἶμαι· οὐ γὰρ ἂν ἐφυλλορροεῖτε, καὶ τοὺς κλάδους ἁπλῶς ὁ πόθος κόμης ὁμοῦ καὶ ἀγλαΐας ἐψίλου, ἀλλὰ καὶ μέχρι στελέχους τε καὶ ῥιζῶν ὑπονοστήσας τῷ πυρσῷ διικνεῖτο. » τοιαῦτα μὲν τὸ παιδίον διελέγετο, πρὸς τῷ σώματι μαραινόμενος καὶ τὸν νοῦν· τῇ δὲ Κυδίππῃ πρὸς ἕτερον ηὐτρεπίζετο γάμος. καὶ πρὸ τῆς παστάδος τὸν ὑμέναιον ᾖδον αἱ μουσικώτεραι τῶν παρθένων καὶ μελίφωνοι, τοῦτο δὴ Σαπφοῦς τὸ ἥδιστον φθέγμα· ἀλλ' ἄφνω νενόσηκεν ἡ παῖς, καὶ πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας οἱ τεκόντες ἑώρων. εἶτα παραδόξως ἀνέσφηλε, καὶ δεύτερον ὁ θάλαμος ἐκοσμεῖτο· καὶ ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος τῆς Τύχης αὖθις ἐνόσει. τρίτον ὁμοίως ταῦτα συμβέβηκε τῇ παιδί, ὁ δὲ πατὴρ τετάρτην οὐκ ἀνέμεινε νόσον, ἀλλ' ἐπύθετο τοῦ Πυθίου τίς ἄρα θεῶν τὸν γάμον ἐμποδίζει τῇ κόρῃ. ὁ δὲ Ἀπόλλων πάντα σαφῶς τὸν πατέρα διδάσκει, τὸν νέον, τὸ μῆλον, τὸν ὅρκον, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τὸν θυμόν· καὶ παραινεῖ θᾶττον εὔορκον ἀποφῆναι τὴν κόρην. « ἄλλως τε » φησί « Κυδίππην Ἀκοντίῳ συνάπτων οὐ μόλιβδον ἂν συνεπιμίξειας ἀργύρῳ, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσται χρυσοῦς. » ταῦτα μὲν ἔχρησεν ὁ μαντῷος θεός, ὁ δὲ ὅρκος ἅμα τῷ χρησμῷ συνεπληροῦτο τοῖς γάμοις. αἱ δὲ τῆς παιδὸς ἡλικιώτιδες ἐνεργὸν ὑμέναιον ᾖδον, οὐκ ἀναβαλλόμενον ἔτι οὐδὲ διακοπτόμενον νόσῳ. καὶ ἡ διδάσκαλος ὑπέβλεπε τὴν ἀπᾴδουσαν, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐνεβίβαζε χειρονομοῦσα. ἕτερος δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐπεκρότει, καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν ἔπληττεν εἰς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες εὔφωνοι συμπληττόμεναι τρόπον κυμβάλων. ἅπαντα δ' οὖν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ, καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἑορακέναι οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης, ἧς οὐκ ἂν ἠλλάξατο τὸν Μίδου χρυσόν, οὐδὲ τὸν Ταντάλου πλοῦτον ἰσοστάσιον ἡγεῖτο τῇ κόρῃ. καὶ σύμψηφοι πάντες ἐμοί, ὅσοι μὴ καθάπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθεῖς· τὸν γὰρ ἀνέραστον οὐκ ἀπεικὸς ἀντίδοξον εἶναι. ὁ δ' οὖν τῇ παρθένῳ βραχέα νυκτομαχήσας ἐρωτικῶς, τό γε λοιπὸν εἰρηναίων ἀπέλαυεν ἡδονῶν. ἐκάοντο δὲ κατὰ δώματα δᾷδες ἐκ λιβανωτοῦ συγκείμεναι, ὥστε ἅμα κάεσθαι καὶ θυμιᾶσθαι καὶ παρέχειν τὸ φῶς μετ' εὐωδίας. πάλαι τοίνυν αἱ παρθένοι, συναριθμουμένης αὐταῖς τῆς Κυδίππης, ἐπλεονέκτουν σφόδρα τῶν γυναικῶν, τὸν κολοφῶνα φέρουσαι τῆς εὐπρεπείας· νυνὶ δέ, τῆς νύμφης ἐν γυναιξὶ ταττομένης, μειονεκτοῦσιν αἱ κόραι· τοσοῦτον ἡ φύσις ἁπανταχοῦ τὸ λαμπρὸν αὐτῆς ἐκορυφώσατο κάλλος. ὥσπερ δὲ χρυσόπολις ἡ πόα τῷ χρυσῷ μείρακι συνήπτετο προσφυῶς. ἄμφω δὲ λαμπροῖς ὄμμασιν, οἷον ἀστέρες ἀνταυγοῦντες ἀλλήλοις, φαιδρότερον τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαΐας.

Sed o carissimæ plantæ, suavisonarum avium sedes, numnam est et in vobis hic amor? pinumque forte cupressus aliave arbor aliam deperit? Non per Iovem credo: non enim amitteretis folia; nec solum circum ramos amor coma simul vos et decore spoliaret, sed usque ad truncum et radices penetraret eius lampada. » Talia fabatur mentem simul et corpus marcidus adolescens. At Cydippæ cum altero parabantur nuptiæ, iamque ante thalami fores vocis dulcedine cantusque peritia potiores virginum hymenæum occinebant, dulcissimum illud Sapphus canticum. Sed sponsa de improviso cœpit ægrotare, ac iam pro nuptiali funebrem pompam spectabant parentes. Convaluit tamen insperato, thalamusque iterum adornari cœpit; sed veluti de compacto ludente fortuna decubuit rursus; tertiumque eadem hæc omnia evenere. Tum pater non exspectata quarta ægritudine misit scitatum Pythium, quis deûm impediret nuptias filiæ. Cui Phœbus rem omnem disertim aperuit; adolescentem, pomum, iurandum, iram Dianæ; monuitque ut quamprimum liberaret puellæ fidem: « alioquin » inquit « et quum Cydippen Acontio iugabis, non miscebis plumbum argento, sed facies aureas utrimque nuptias. » Hæc fuit divini numinis dictio, quam simul et iuramentum implevere celebratis nuptiis. At virginis æquales perfectum tum demum hymenæum cecinere, non dilatum amplius nec interruptum accedente morbo. E quîs si qua discrepare visa, respicit eam chori magistra et ad modulum commode reducit, manibus simul increpans. Alius canticis applaudere dexteræque contractis digitis subiectæ lævæ palmam ferire, ut manus complosæ cymbalorum in modum dulcem sonum ederent. Omnia tamen morari videbantur Acontio, neque diem ille longiorem vidisse se nec breviorem illa noctem censuit, quam non mutasset Acontius Midæ auro, nec puellæ contra æstimasset Tantali divitias. Adsentientur omnes mihi, nisi si qui prorsus imperiti Cupidinum; tales quippe non mirum sentire contra. Ita conserto brevi cum virgine nocturno prælio pacata deinceps præcerpsit gaudia. Ardere interea in ædibus tædæ ture accensæ, ut simul et arderent et suffirent ædes lumenque cum odore suavi præberent. Itaque virgines quæ prius censita inter ipsas Cydippe antistabant longe mulieribus, formæ summam laudem commeritæ, nunc addita mulieribus sponsa vincuntur longe: tantum formam eius utrobique natura extulit. At Cydippe veluti chrysopolis herba aureo iuveni native adiuncta hærebat; et ambo splendidis oculis stellarum ad modum invicem reciproco lumine coruscantes mutuas splendidius fruebantur delicias.

ια'. Φιλόστρατος Εὐαγόρᾳ.

Παιδίσκην ἑαυτῆς ὧδέ πως ἤρετό τις γυνή· « πρὸς τῶν Χαρίτων, ποῖον δοκῶ σοι νεανίσκον ποθεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν· ἀλλ' ἐρῶσα τυχὸν σφάλλομαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου, καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. λέγε δή μοι κἀκεῖνο, τί φασιν αἱ καθορῶσαι τοῦτον γυναῖκες; πότερον αὐτὸν ἐπαινοῦσι τοῦ κάλλους, ἢ ψέγουσιν ἀποστραφεῖσαι τὴν θέαν; » ἡ δὲ μαστροπεύουσα πρὸς τὴν κεκτημένην φησί « νὴ τὴν Ἄρτεμιν, ἐγὼ πολλῶν ἀκήκοα γυναικῶν αὐτήκοος γινομένη πλησίον ἐπιφθεγγομένων τοιάδε τῷ νέῳ· ἰδοὺ μειράκιον εὐπρεπές, ἰδοὺ κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει· τοιούτους ἔδει πλάττεσθαι τοὺς Ἑρμᾶς μᾶλλον ἢ κατὰ Ἀλκιβιάδου μορφήν. κάλλος γε καλόν, νὴ τὰς φίλας Ὥρας. χαρίεις ὁ νεανίας, ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, οὐ μέντοι εἰς ὑπερηφάνειαν, ἀλλ' εἰς τὸ ἁβρὸν καὶ μεγαλοπρεπές. ἱκανὸν μὲν πρὸς ἔρωτα καὶ μόνον τὸ ἐπίγρυπον τοῦ νεανίσκου, ἱκανὴ δὲ καὶ ἡ κόμη, καλὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν οὖσα, ἔτι δὲ καλλίων περικειμένη μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς. τὸ δὲ χλανιδίσκιον βαβαὶ τῶν χρωμάτων· οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς μένει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται καὶ μετανθεῖ. οὗτος ἡμῖν εὐκταῖος ἐραστής, ἡβάσκων ἀμφὶ πρώτην ὑπήνην. εὐδαίμων ἡ τὸν νέον εὐτυχοῦσα ἐπίσης ἐραστὴν ὁμοῦ καὶ ἐρώμενον. μακαρία ἡ συγκοιμωμένη τούτῳ, χλιδῶσα κατ' εὐνὴν καὶ ἐντρυφῶσα τῷ κάλλει. εὐμενεστέροις ὄμμασιν ἐκείνην αἱ Χάριτες εἶδον.) καὶ πᾶσαί μοι δοκοῦσιν ἐρᾶν αὐτίκα τοῦ μειρακίου. » ἥσθη ταῖς μαρτυρίαις, καὶ ὑφ' ἡδονῆς παντοδαπὰ χρώματα παρ' ἕκαστον λόγον ἠφίει, καί (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἐδόκει τῇ κεφαλῇ ψαύειν τοῦ οὐρανοῦ. καὶ τότε πεπίστευκε τὸν νέον εἶναι καλόν· αὐταὶ γὰρ ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες τότε δὴ κρίνουσιν εἶναι καλάς, ὅταν ἰδών τις ἐπαινέσῃ, ἢ ὅταν ἐρασθῇ θαυμάσας.

ιβ'. Εὐήμερος Λευκίππῳ.

Τίς ἄρα τεθέαται τῆς ἕω τὰ κάλλη, τίς δὲ ταῖς ἑσπερίαις ὡμίληκε γυναιξίν; ἡκόντων οἱ πανταχόθεν ἐρωτικοὶ πρὸς κρίσιν τῆς ἐμῆς Καλλικοίτης, καὶ σὺν ἀληθείᾳ λεγόντων εἴ που τοιοῦτον ἱστορήκασιν ἀξιοθέατον κάλλος. ὅπου γὰρ ἄν τις αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιβάλῃ, πανταχοῦ κάλλος αὐτῷ συναντᾶται, καὶ κάλλους ἐφάπτεται. ταύτης ὁ Μῶμος ἀποσφαλεὶς ἄχθεται καὶ στένει καὶ ἀπορεῖ παραδόξως. τεθαύμακα τῆς ἡλικίας τὴν χάριν, καὶ μέχρι τοῦ ποδὸς διῆλθε τὸ θαῦμα· φύσει γὰρ ὁ ποὺς εὔπλαστος ὢν καὶ τὰς ἀκοσμήτους οἶδε κοσμεῖν. ἐφήδομαι τοῖς τρόποις εὖ μάλα συμπρέπουσι τῇ μορφῇ· ἑταίρας μὲν γὰρ ἡ Πυθιὰς εἴληχε βίον, ἁπλότητα δὲ σύμφυτον ἔχει καὶ ἄμεμπτον ἦθος. ἅπαντα τῆς τάξεως βελτίω, καὶ αὐτόν με μάλιστα ᾕρηκε τῷ ἀκάκῳ. δῶρον δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖ, οὐχ ὥσπερ ἑταίρα πᾶν τὸ διδόμενον

XI. Philostratus Evagoræ.

Mulier quædam ancillam suam compellavit his verbis: « Dic mihi, per Gratias, qualis tibi videtur quem ego depereo iuvenis? nam is mihi pulcher videtur; sed forte amore percita de amato non recte iudico; forte amor visum meum frustratur. Dic mihi et hoc, quid de eo dicant ceteræ ubi viderunt mulieres. Num formam ejus laudant? an aversantes vultum despiciunt? » Illa dominam lenonia arte illiciens « Dianam testor » inquit, « ego his auribus multas audivi proxime adolescenti insusurrantes: vide formosum iuvenem, vide formam ad amussim a natura exactam. Ad hanc faciem debuere fingi Hermæ, non ad Alcibiadis vultum. O formosam formam, vos testor, caræ Horæ: o lepidum iuvenem forma sua ferocem, non ad superbiam sed ad teneram et magnanimam indolem. Satis conciliando amori vel sola hæc nasi aduncitas, sed et hæc cæsaries pulchra per se quidem, sed pulchrior circumfusa fronti: dein iuxta aures descendens mixta lanugini. Tum amiculi colores quam mirandi; non enim colorem unum servat, sed mutat ex uno flore in alterum transiens. Talis nobis optandus amor prima florens lanugine. Felix quæ iuvenem parili amore amata simul et amans possidet: fortunata quæ cum ipso cubat, luxurians in lecto formaque superbe gaudens. Propitiis illam oculis viderunt Gratiæ). Omnes mihi videntur eum deperire mulieres. » Læta tot testibus domina præ voluptate mutabat colorem ad singulas voces, videbaturque sibi quod dicitur sublimi vertice cœlum tangere. Tum demum vere formosum esse iuvenem credidit. Nam et ipsæ se mulieres tum credunt forma præcellere, quum quis eas videns laudavit, vel quum miratus amare cœpit.

XII. Euhemerus Leucippo.

Quis unquam formas Orientis vidit? quis occidui orbis mulieribus congressus est? veniant undique feminarum amatores iudicare de mea pulchra connuba, dicantque veraces siquando tam dignam spectari speciem noverint. Nam quacumque illi inieceris oculos, occurrit ubique forma; formam semper attingis. Momus hic frustra abiens dolet, desperat. Subiit mihi cum admiratione spectare staturæ decus et gratiam, transiitque usque ad pedes miraculum. Natura enim pes bene aptus etiam inornatas exornare condidicit. Sed et me lactant convenientes formæ mores. Nam mea Pythias conditionem vivendi meretriciam sortita simplicitatem tamen nativam retinet et indolem inculpatam, moribus ita compositis, ut conditione eius longe sint meliores. Quin me nulla re magis cepit quam innocentia. Si quid das, qualecunque id sit,

σμικρὸν ἡγουμένη. ** καὶ ὥσπερ κολοιὸς ἀεὶ παρὰ κολοιὸν ἱζάνομεν ἄμφω. τί δεῖ περαιτέρω προβαίνειν, ἔνθα δὴ τὰ τῆς Ἀφροδίτης ἀπόρρητα; λεκτέον δὲ μόνον ὡς ἀντιλέγει τοσοῦτον, ὅσον ἐν τῷ βραδύνειν ἐρεθίσαι. ὁ μὲν οὖν τράχηλος αὐτῆς ἀμβροσίας ὄδωδε, καὶ τὸ ἆσθμα ἡδύ· εἰ δὲ μήλων ἢ ῥόδων πώμασι συμμιγέντων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς. τοῖς δὲ στέρνοις τῆς καλῆς ἐπιθεὶς τὴν κεφαλὴν ἠγρύπνουν, αὐτὸ καταφιλῶν τὸ πήδημα τῆς καρδίας. οὔκουν τῶν ἀφροδισίων, ὥς ἔφη τις, εἰς τὸ τῆς ἡδονῆς τέλος ὁδός ἐστιν μία· ἀναφρόδιτοι γὰρ αἱ δυσειδεῖς γυναῖκες, καὶ ἡδονῆς ἐν ἐκείναις οὐκ ἀρχὴν οὐ τέλος εὕροι τις ἄν. ἐπεὶ κἂν τοῖς ἐδέσμασιν ἓν τέλος ὁ κόρος· ἀλλὰ τὰ μὲν τρέφει καὶ τέρπει, τὰ δὲ παντελῶς ἀνατρέπει. διὰ ταύτην ἡμέρα μοι πᾶσα λευκὴ καὶ τῶν ἐν φαρέτρᾳ λογιζομένων εἰς εὐτυχίαν οὐχ ἥττων. ᾀδόντων μὲν οὖν ἀκήκοα πολλάκις ὡς πέφυκεν ἀποδημία τὸν πόθον ἐκλύειν, καὶ παροιμιαζόμενοι δέ φασι 'τοσοῦτον φίλος, ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον'. ἐγὼ δὲ ὄμνυμι τὰς χάριτας Πυθιάδος ὡς οὐδὲ ἀποδημῶν ἀπεστάτουν τῆς πρὸς ἐκείνην φιλίας. οὐδὲν οὖν ἧττον ἐπανῆλθον ἐρῶν, μᾶλλον δὲ διαλιπὼν μειζόνως ᾐσθόμην τοῦ πόθου, καὶ χάριν οἶδα τῇ Τύχῃ ὅτι μοι λήθην οὐκ ἐνέθηκε τῆς φιλτάτης. ἔφη δ' ἄν τις ἐρωτικὸς ποιητὴς καθομηρίζων ἡμᾶς

ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.

ιγ'. Εὐτυχόβουλος Ἀκεστοδώρῳ.

Τῷ μακρῷ καὶ τοῦτο, φίλτατε, κατέμαθον χρόνῳ, ὡς καὶ τέχναι πᾶσαι προσδέονται τύχης, καὶ τύχη διακοσμεῖται ταῖς ἐπιστήμαις. αἱ μὲν γὰρ ἀτελεῖς μὴ συνεργοῦντος τοῦ θείου, ἡ δὲ μᾶλλον εὐδοκιμεῖ τὰς ἑαυτῆς ἀφορμὰς τοῖς ἐπιστήμοσι δωρουμένη. ἐπεὶ τοίνυν μακρόν γε τὸ προοίμιον, εὖ οἶδα, τῷ ποθοῦντι θᾶττον ἀκοῦσαι, ἤδη λέξω τὸ συμβάν, μηδὲν ἔτι μελλήσας. Χαρικλῆς ὁ τοῦ βελτίστου Πολυκλέους υἱὸς παλλακίδος τοῦ τεκόντος πόθῳ κλινοπετὴς ἦν, σώματος μὲν ἀφανῆ πλαττόμενος ἀλγηδόνα, ψυχῆς δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐρωτικὴν αἰτιώμενος νόσον. ὁ γοῦν πατήρ, οἷα πατὴρ ἀγαθὸς καὶ σφόδρα φιλόπαις, αὐτίκα Πανάκειον μεταπέμπεται τὸν ὄντως ἐπώνυμον ἰατρόν, ὃς τοὺς μὲν δακτύλους τῷ σφυγμῷ προσαρμόζων, τὸν δὲ νοῦν μετάρσιον ἄγων τῇ τέχνῃ, καὶ τοῖς ὄμμασι τὸ διαγνωστικὸν ὑποφαίνων κίνημα τῆς διανοίας οὐδὲν ὅλως ἀρρώστημα κατενόει γνώριμον ἰατροῖς. ἐπὶ πολὺ μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος ἰατρὸς ἀμήχανος ἦν· τῆς δὲ ποθουμένης ἐκ ταὐτομάτου παριούσης διὰ τοῦ μειρακίου, ἀθρόον ὁ σφυγμὸς ἄτακτον ἥλατο, καὶ τὸ βλέμμα ταραχῶδες ἐδόκει, καὶ οὐδὲν ἄμεινον τὸ πρόσωπον διέκειτο τῆς χειρός. καὶ διχόθεν ὁ Πανάκειος διέγνω τὸ πάθος, καὶ ὅπερ ἁπλῶς ἐκ τέχνης οὐχ εἷλεν, ἐκ τύχης μᾶλλον εἶχε λαβών, καὶ τὸ δῶρον τῆς προνοίας εἰς καιρὸν ἐταμιεύετο τῇ σιωπῇ. καὶ πρῶτος ἦν αὐτῷ τῆς ἐπισκέψεως ἡγούμενος ὅδε ὁ τρόπος, αὖθις δὲ πα-

laudat, non meretricium in morem, quicquid datur parvi æstimantium. Ita nos semper adsidemus alter alteri veluti monedulæ. Quid ulteriora narrem? ubi secretæ et infandæ Veneris deliciæ. Dicam hoc unum tamen, tamdiu repugnare illam, donec mora desiderium accenderit. Sed collum eius ambrosiam spirat; suavis anima; dicas quum pangis basium, sentire te mixta poculis poma vel rosas. Itaque ego delicato pectori cervice incumbens insomnem noctem duxi sussultum cordis ipsum basians. Non est ergo Venerii operis, ut dixit quidam, ad finem voluptatis unicum iter: carent enim Venere deformes, ac voluptatis in iis non caput, non pedes inveneris. Nam et ciborum finis unus satietas: sed alii nutriunt simul et delectant; sunt qui prorsus nauseam creent. Per hanc mihi dies omnis candida, nec minus felix iis, quæ in pharetra numerantur. Itaque audieram sæpius canentes absentia solvi cupidinem; dicuntque vulgo (amicus tantum, quamdiu coram videt). At ego Pythiadis gratias iuro, ne absenti quidem excidisse illius cupidinem. Ita redii non minus amans, immo post temporis aliquod spatium gravius me amor affecit gratiamque fortunæ dico, quod non mihi imperavit amicissimi capitis oblivium. Dicat quis amatorius poeta Homerum nobis accommodans,

Dulces antiqui leges repetisse cubilis.

XIII. Eutychobulus Acestodoro.

Et hoc longum me tempus, amice, docuit, fortuna egere artes omnes, fortunæque vicissim ab artibus ornamentum accedere. Nam illæ, ni numen adiuvet, imperfectæ; et hæc magis elucescit, ubi occasiones suas præbuit peritis. Sed quoniam longa sat scio præfatio narrationem avide exspectanti, dicam rem ipsam, non morabor amplius. Charicles optimi Polyclis filius æger amore paternæ pellicis decubabat in lecto, caussatus occultam corporis ægritudinem, revera animum anxius amatorio morbo. At pater, ut bonum patrem ac filii amantem par fuit, confestim Panaceum accersit, medicum vere dignum suo nomine. Is admotis pulsui digitis et mentem in sublime evehens arte, oculisque observans motus animi indices, nullum prorsus morbum agnovit familiarem medicorum filiis. Ita diu tantus medicus quid censeret, incertus stetit. Sed quum forte ante oculos adolescentis amata transiret, repente pulsus incondite sussilire, visus turbari, nec facies melius habebat manu. Ita Panaceus causam mali sensit duplici indicio, quodque arte sola non percepisset, agnovit adnitente fortuna. Providentiæ tamen donum ad tempus texit silentio, primusque illi inquirendi modus hic fuit.

ραγενόμενος διεκελεύετο πᾶσαν τῆς οἰκίας κόρην τε καὶ γυναῖκα διὰ τοῦ κάμνοντος παριέναι, καὶ μὴ χύδην ἀλλὰ κατὰ μίαν, ἐκ διαστήματος βραχέος διακρινομένας ἀλλήλων. καὶ τούτου γιγνομένου αὐτὸς μὲν τὴν ὑποκάρπιον ἀρτηρίαν τοῖς δακτύλοις ἡρμοκὼς ἐπεσκόπει, τὸν ἀκριβῆ γνώμονα τῶν Ἀσκληπιαδῶν καὶ μάντιν ἀψευδῆ τῶν ἐμφυομένων ἡμῖν διαθέσεων· ὁ δὲ τῷ πόθῳ κλινήρης πρὸς μὲν τὰς ἄλλας ἀτάραχος ἦν, τῆς δὲ παλλακῆς ἧς εἶχεν ἐρωτικῶς ἐκφανείσης, εὐθὺς καὶ τὸ βλέμμα πάλιν καὶ τὸν σφυγμὸν ἀλλοιότερος ἦν. ὁ δὲ σοφὸς καὶ λίαν εὐτυχὴς ἰατρὸς ἔτι μᾶλλον τὴν ἀπόδειξιν τῆς νόσου παρ' ἑαυτῷ βεβαιότερον ἐπιστοῦτο, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι φάσκων. προφασισάμενος γὰρ κατασκευῆς αὐτῷ φαρμάκων δεῖσθαι τὸ πάθος, ἀπεχώρει τέως ὑπισχνούμενος τῇ ὑστεραίᾳ ταῦτα κομιεῖν, ἅμα τε τὸν νοσοῦντα χρησταῖς παραθαρρύνων ἐλπίσι καὶ δυσφοροῦντα τὸν πατέρα. ὡς δὲ κατὰ καιρὸν ἐπηγγελμένον παρῆν, ὁ μὲν πατὴρ καὶ πάντες οἱ λοιποὶ σωτῆρα τὸν ἄνδρα προσεῖπον, καὶ φιλοφρόνως ἠσπάζοντο προσιόντες, ὁ δὲ χαλεπαίνων ἐβόα, καὶ δυσανασχετῶν αὐστηρῶς τὴν θεραπείαν ἀπέγνω. τοῦ δὲ Πολυκλέους λιπαροῦντος ἅμα καὶ πυνθανομένου τῆς ἀπογνώσεως τὴν αἰτίαν, ἠγανάκτει σφοδρότερον κεκραγώς, καὶ ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην ἠξίου. ἀλλ' ὁ πατὴρ ἔτι μᾶλλον ἱκέτευε, τά τε στήθη φιλῶν καὶ τῶν γονάτων ἁπτόμενος. τότε δῆθεν πρὸς ἀνάγκης ὧδε σὺν ὀργῇ τὴν αἰτίαν ἐξεῖπε· « τῆς ἐμῆς γαμετῆς οὗτος ἐκτόπως ἐρᾷ καὶ παρανόμῳ τήκεται πόθῳ, καὶ ζηλοτυπῶ τὸν ἄνθρωπον ἤδη καὶ οὐ φέρω θέαν ἀπειλουμένου μοιχοῦ. » ὁ τοίνυν Πολυκλῆς τοῦ παιδὸς ᾐσχύνθη τὴν νόσον ἀκούων, καὶ τὸν Πανάκειον ἠρυθρία, πλὴν ὅλος τῆς φύσεως γεγονὼς οὐκ ἀπώκνησε περὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς τὸν ἰατρὸν ἱκετεύειν, ἀναγκαίαν τινὰ σωτηρίαν οὐ μοιχείαν τὸ πρᾶγμα καλῶν. ἔτι δὲ τοιαῦτα δεομένου τοῦ Πολυκλέους, ὁ Πανάκειος διωλύγιον κατεβόα φάσκων οἷάπερ εἰκὸς ἦν φθέγγεσθαι δεινοπαθοῦντα τὸν αἰνιττόμενον ἐξ ἰατροῦ μεταβαλεῖν εἰς μαστροπὸν [μοιχείας, καὶ] τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς, εἰ μὴ φανερῶς οὕτως τοῖς ῥήμασιν. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐνέκειτο Πολυκλῆς ἀντιβολῶν τὸν ἄνδρα, καὶ πάλιν σωτηρίαν οὐ μοιχείαν ἐκάλει τὸ πρᾶγμα, ὁ συλλογιστικὸς ἰατρὸς ὡς ἐν ὑποθέσει τὸ συμβὰν ἀληθῶς ἀντεπάγων ἤρετο Πολυκλέα « τί οὖν, πρὸς Διός, σὺ δ' ἂν εἰ ὁ παῖς τῆς σῆς ἤρα παλλακίδος, ἐκαρτέρεις αὐτῷ ποθοῦντι ταύτην ἐκδοῦναι; » ἐκείνου δὲ φήσαντος « πάνυ γε, νὴ τὸν Δία », ὁ σοφὸς ἔφη Πανάκειος « οὐκοῦν σαυτόν, ὦ Πολύκλεις, ἱκέτευε, καὶ παραμυθοῦ τὰ εἰκότα· τῆς σῆς γὰρ οὗτος παλλακίδος ἐρᾷ. εἰ δὲ δίκαιον ἐμὲ τὴν ὁμόζυγα παραδιδόναι τῷ τυχόντι διὰ σωτηρίαν, ὡς ἔφης, πολύ γε μᾶλλον δικαιότερόν σε τῷ παιδὶ κινδυνεύοντι παραχωρῆσαι τῆς παλλακίδος ». εἶπεν εὐμεθόδως, συνελογίσατο δυνατῶς, καὶ πέπεικε τὸν τεκόντα τοῖς οἰκείοις πειθαρχῆσαι δικαίοις. πρότερον μέντοι Πολυκλῆς ἑαυτὸν προσεφθέγγετο λέγων

Mox reversus iussit quotquot in ædibus seu puellæ seu mulieres, transire cunctas ante lectum iacentis, non passim omnes, sed seorsim singulas, brevi inter se intervallo distinctas. Id dum fit, aptata digitis arteria, qua manus brachio committitur, cœpit inspicere certam Asclepiadarum regulam, veracemque testem innatarum nobis passionum. At ille amore æger, ad alias quidem immotus, ubi amata pellex apparebat, pulsum statim turbabatur rursus et visum, atque inde sapiens ac felicissimus medicus firmius apud se statuit conceptam de morbo sententiam, tertium servatori reservans, ut aiunt. Nam caussatus medendo morbo pharmaca sibi opus esse, abiit tum, pollicitus cum iis adfuturum postera die : simul iacentem spe bona fovens et mœstum consolatus patrem. Sed ubi die dicta adfuit, pater ac ceteri e familia servatorem eum vocantes amice accedentes salutabant. Clamare ille contra acerbe et succensens graviter desperare medicinam. Tum Polycle suppliciter orante caussamque desperationis exquirente, gravius irasci cum clamore confestimque abitum parare. Tandem patre rogante supplicius et pectus osculante et genibus accidente, tum demum velut coactus caussam cum ira edixit. « Ille » inquit « uxorem meam efflictim deperit, uriturque incesta flamma : et iam ego livore æmulo accensus non fero parati mœchi conspectum. » Ad hæc Polycles et ad filii morbum pudore et ad Panaceum rubore suffusus, tamen naturali amore impellente non extimuit super uxore propria medicum appellare, necessariam id salutem, non adulterium nominans. Quæ dum Polycles rogat, clamare intentius Panaceus, qualia decebant iratum animum, rogatum ut ex medico leno fieret, et quidem uxoris suæ, quamvis id aliis prætexeretur nominibus. Verum ubi instare Polycles contra, salutemque id rursus non adulterium vocare cœpit, tum ratiocinator medicus velut fictione rem ipsam inferens « quid enim » inquit, « si amicam tuam amaret alius, num eam sustineres amanti cedere? » « Facerem » inquit ille « Iovem testor. » « Te ipsum ergo exora, o Polycles » inquit Panaceus, « te ipsum solare; nam hic amicam tuam deperit. Quod si ius et rectum est me salutis caussa coniugem extraneo tradere, quod censebas, quanto te æquius est periclitanti filio coniugem usuariam permittere? » Dixit methodice, conclusit fortiter, perfecitque ut pater pareret legi suæ. Prius tamen ad se ipsum Polycles « grave est quod

« χαλεπὴ μὲν ἡ αἴτησις· δύο δὲ κακῶν εἰς αἵρεσιν προκειμένων, τὸ μετριώτερον αἱρετέον. »

ιδ'. Φιλημάτιον Εὐμούσῳ.

Οὔτε αὐλὸς ἑταίραν οἶδε προτρέπειν οὔτε λύρα τις ἐφέλκεται πόρνας ἀργυρίου χωρίς· κέρδει μόνον δουλεύομεν, οὐ θελγόμεθα μελῳδίαις. τί οὖν μάτην, ὦ νέοι, διαρρήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύριγγι; τί πράγματα παρέχετε ταῖς χορδαῖς; τί δὲ καὶ ᾄδοντες ἔφητε « οὐκ ἐπιθυμεῖς, ὦ παρθένε, γενέσθαι γυνή; μέχρι τίνος παρθένος καὶ κόρη, τὰ τῶν ἀνοήτων ὀνόματα; » ἢ ταῦτα μὲν ἴστε που πάντως ὡς ἀνάργυρον οὐδὲν ταῖς ἑταίραις ἐστὶ πιθανόν, ᾠήθητε δέ με ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν ὡς ἐρωτικῶν ἀγύμναστον παῖδα καὶ παντελῶς ἀμύητον Ἀφροδίτης, καὶ προχειρότερον ἑλεῖν ἢ λύκος λιπαρὰν ἄρνα καθεύδουσαν; ἀλλ' ἔγωγε παλαιᾷ συνοῦσα πορνοδιδασκάλῳ τῇ ἀδελφῇ καὶ τοῖς ἐκείνης ἐρασταῖς κατὰ πρόφασιν ὁμιλοῦσα οὐδὲν ἔδοξα δυσμαθής, ἀλλὰ τὸν ἑταιρικὸν ἤδη μεμελέτηκα βίον καὶ παρατέθηγμαι τὸν νοῦν καὶ γέγονα ξυρὸν εἰς ἀκόνην καὶ ἀργυρίῳ τῶν νέων τὸν ἔρωτα δοκιμάζω· χρυσίου γὰρ μεῖζον τεκμήριον τοῦ κομιδῇ φιλεῖν οὐκ οἶδα ἕτερον. τοιγαροῦν τινὲς ἅμα προϊούσας ὁρῶντες, Κρωβύλου ζεῦγος ἀστεϊζόμενοι πολλάκις ἐπιφωνοῦσιν ἡμᾶς. νὴ τὰς Χάριτας, ἀκήκοα πολλάκις αὐτῆς εἰκότως ἐκεῖνο μάλιστα τοῖς φίλοις λεγούσης « ὑμεῖς μὲν ὀρέγεσθε κάλλους, ἐγὼ δὲ χρημάτων ἐρῶ. οὐκοῦν ἀνεπιφθόνως τοὺς ἀλλήλων θεραπεύσωμεν πόθους. » κἀγὼ τὸν λόγον ἀποδέχομαι καὶ ζηλῶ. τούτῳ πείθεσθε τῶν περιττῶν ὀργάνων ἀφέμενοι. τό γε ἡμέτερον οὐ κωλύσει· ἀλλ' ἐὰν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ καλαύνεται.

ιε'. Ἀφροδίσιος Λυσιμάχῳ.

Οὐδέν, ὡς ἐγῷμαι, πιθανώτερον πέφυκεν οὐδ' ἀνυσιμώτερον Ἀφροδίτης. ἴσασι δὲ οἱ βεβλημένοι, καὶ τούτων ἡμῖν ἀντίψηφος οὐδὲ εἷς. αὕτη καὶ πόλεμον διαλύει καὶ δυσμενεῖς παρασκευάζει βεβαιότατα σπένδεσθαι πρὸς ἀλλήλους. ἀμέλει τοι πολλάκις μετὰ στρατηγοὺς ἀρίστους καὶ μεγάλα στρατόπεδα καὶ πολλὴν τοῦ πολέμου συσκευὴν ὁ βραχὺς ἐκεῖνος τοξότης μικρᾶς ἀκίδος βολῇ καὶ αὐτὸν δήπου τὸν Ἄρη περιττὸν ἀποφαίνει, πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἐξορίζων. ἔνθα τις ὁπλίτης μὲν ἰδέαν καὶ δύσμαχος προυβάλλετο τὴν ἀσπίδα σὺν εὐτολμίᾳ, κατιθύνων τὸ δόρυ, Ἔρωτος δὲ φανέντος γέγονε ῥίψασπις εὐθὺς ὁ τέως θρασύς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκονιτὶ προσανατείνας ὡμολόγει τὴν ἧτταν, τῆς τε μάχης ὑπανεχώρει, μετατρέπων τὰ νῶτα παιδαρίῳ τοξότῃ, μηδὲ γοῦν μαλθακὸς αἰχμητὴς εἶναι δι' ἐκεῖνον τολμήσας. Μίλητος τοίνυν καὶ Μυοῦς αἱ πόλεις ἐπὶ μήκιστον χρόνον πρὸς ἀλλήλας ἀνεπίμικτοι διετέλουν, πλὴν ὅσον ἐς Μίλητον οἱ τῆς ἑτέρας ὑπόσπονδοι βραχὺ προσεφοίτων, καιρὸν ἔχοντες καὶ μέτρον

rogas, » inquit; « ceterum e duobus malis legendum minus. »

XIV. Philematium Eumuso.

Non didicit movere puellas tibia, nec ductantur scorta modulatis lyræ pulsibus, si absit pecunia. Quæstui soli servimus, non lactamur canticis. Quid vos ergo iuvenes frustra disrumpitis buccas inflanda fistula? quid fidibus negotium facessitis? quid hanc cantilenam insusurratis? « Non vis, puella, mulier fieri? quousque puella et virgo, imprudentium nomina? » An vos nestis quidem quam sine argento vana omnia nec puellis credula? sed me facilem decipi censetis, tanquam imperitam amoris puellam profanamque Veneris mysteriis ac magis obnoxiam capi, quam obesam agnam dormientem ceperit lupus. Sed ego vetulæ quondam vitilenæ sorori meæ eiusque amatoribus per occasionem conversata non indocilis visa sum, sed iam et meretriciam disciplinam condidici et mentem erudivi, novaculaque in cotem incidi, et adolescentium cupidinem argento censeo; non enim aliud maius amoris magni indicium novi quam pecuniam. Itaque multi euntes simul ubi videre, vulgatum sermone Crobyli iugum nobis insusurrabant. Testor Gratias, audivi illam sæpius hæc amatoribus merito edicere: vos formam desideratis, ego pecuniam :- præfiscini ergo inserviamus invicem alterius cupidini. Eandem ego legem accipio et fero. Huic vos parete abiectis instrumentis futilibus: per me equidem non stabit; argentum modo adsit, cito agentur et ferentur omnia.

XV. Aphrodisius Lysimacho.

Enimvero nihil ego esse Venere efficacius aut persuadere potentius censeo. Norunt qui eius tela sensere, nec quisquam eorum contra ibit. Illa et bella solvit et inimicos firmissime inter se conciliat: quin sæpius et imperatores fortissimos et magnos exercitus et ingentem apparatum belli parvus ille sagittator tenuis acuclæ ictu et ipsum etiam Martem irritum facit, mansuefacta eius feritate, ut qui armatum hostem quantumvis fortem audacter protento exceperit scuto proiectaque hasta, idem viso Cupidine confestim clypeum abiciat et nuper audacia ferox salmacidam dextram tendens fateatur victoriam excedatque pugna sagittario infanti terga vertens, ne molliter quidem repugnare ausus. Exemplum dabo. Miletus et Myus civitates longo iam tempore bellum exercebant intercluso utrimque commercio, nisi quod Miletum ex altera per brevis temporis inducias commeabant, commercii tempus et modum habentes Dianæ inibi cultæ

τῆς αὐτόθι τιμωμένης Ἀρτέμιδος τὴν πανήγυριν, καὶ σμικρὰν ἀνακωχὴν ἑκάτεροι τὴν ἑορτὴν ἐποιοῦντο. τούτους Ἀφροδίτη κατελεοῦσα διήλλαξεν, ἀφορμὴν εἰς σύμβασιν μηχανησαμένη τοιάνδε. κόρη γάρ τις τοὔνομα Πιερία, φύσει καλὴ κἀκ τῆς Ἀφροδίτης ἐπισημότερον κοσμηθεῖσα, ἐκ τοῦ Μυοῦντος ἐγκαίρως ἐπεδήμησε τῇ Μιλήτῳ. καὶ τῆς θεοῦ τὸ πᾶν διεπούσης μετὰ τοῦ πλήθους εἰς Ἀρτέμιδος ἐχώρουν, ἡ μὲν παρθένος ταῖς Χάρισιν ἀγλαϊζομένη, Φρύγιος δὲ ὁ τοῦ ἄστεος βασιλεὺς πρὸς τῶν Ἐρώτων κατατοξευόμενος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῇ κόρῃ αὐτίκα φανείσῃ. καὶ θᾶττον ἄμφω συνῆλθον εἰς εὐνήν, ἵνα καὶ πρὸς εἰρήνην ὅτι τάχιστα συναφθῶσιν αἱ πόλεις. ἔφη δ' οὖν ὁ νυμφίος ἐρασμίως ἐναφροδισιάσας τῇ κόρῃ καὶ σπεύδων αὐτῇ πρέπουσαν ἀμοιβὴν ἀποδοῦναι « εἴθε γὰρ θαρροῦσα λέξειας, ὦ καλή, τί ἂν σοι χαριέστατα γένοιτο παρ' ἐμοῦ. καὶ διπλασίαν ἡδέως τὴν αἴτησιν ἀποπληρώσω. » τοιαῦτα μὲν ὁ δίκαιος ἐραστής· σὲ δέ, ὦ πασῶν ὑπερφέρουσα γυναικῶν κάλλει καὶ γνώμῃ, τῆς εὔφρονος οὐ παρήγαγεν εὐβουλίας οὐχ ὅρμος, οὐχ ἑλικτῆρες, οὐ πλοκίων τὸ πολύτιμον, οὐ περιδέραιον, οὐ Λύδιός τε καὶ ποδήρης χιτών, οὐ πορφυρίδες, οὐ θεράπαιναι τῆς Καρίας οὐδὲ Λυδῶν ὑπερφυῶς ἱστουργοῦσαι γυναῖκες, οἷς ἅπασιν ἀτεχνῶς ἀγάλλεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκε γένος, ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρας, ὥσπερ τι συννοουμένη. εἶτα ἔφης ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειὰς καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ αἰδοῦς ὑποκλίνασα καὶ πῇ μὲν τῆς ἀμπεχόνης ἄκροις δακτύλοις ἐφαπτομένη τῶν κροσσῶν, πῇ δὲ περιστρέφουσα τοῦ ζωνίου τὸ ἄκρον, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοὔδαφος περιχαράττουσα τῷ ποδί (ταῦτα δὴ τὰ τῶν αἰδουμένων ἐν διαπορήσει κινήματα), ἔφης οὖν μόλις ἠρεμαίᾳ φωνῇ « ἐπίνευσον, ὦ βασιλεῦ, ἐμέ τε καὶ τοὺς ἐμοὺς συγγενεῖς εἰς τήνδε τὴν εὐδαίμονα πόλιν ὅταν ἐθέλωμεν ἐπ' ἀδείας ἰέναι. » ὁ δὲ Φρύγιος τῆς φιλοπάτριδος γυναικὸς ὅλον κατενόησε τὸν σκοπόν, ὡς διὰ τούτων ἐκείνη σπονδὰς πρὸς Μιλησίους πραγματεύεται τῇ πατρίδι, κατένευσέ τε βασιλικῶς, καὶ τὸ σπουδασθὲν ἐκύρωσε τῇ φιλτάτῃ, πιστότερον ἢ κατὰ θυσίαν ἐμπεδώσας ἐξ ἔρωτος τοῖς ἀστυγείτοσι τὴν εἰρήνην. φύσει γὰρ εὐδιάλλακτον ἄνθρωπος, ὅταν εὐτυχῇ· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ τὰς ὀργὰς ὑφαρπάζειν καὶ τοῖς εὐτυχήμασι τὰ ἐγκλήματα διαλύειν. οὕτως οὖν ἐκφανῶς δεδήλωκας, ὦ Πιερία, τὴν Ἀφροδίτην ἱκανὴν εἶναι παιδεύειν ῥήτορας οὐκ ὀλίγον ἀμείνους καὶ τοῦ Νέστορος τοῦ Πυλίου· πολλοὶ γὰρ πολλάκις ἑκατέρωθεν τῶν πόλεων σοφώτατοι πρέσβεις ἐξ ἑτέρας εἰς ἑτέραν ὑπὲρ εἰρήνης εἰσιόντες διὰ κενῆς ἄλλως κατηφεῖς τε καὶ ἀσχάλλοντες ἄπρακτον ἀνέλυον τὴν πορείαν. ἐντεῦθεν τοιοῦτος εἰκότως παρὰ ταῖς Ἴωσι πάτριος ἐπεκράτησε λόγος « εἴθε με παραπλησίως ὁ σύνοικος τιμήσειε τὴν ὁμόζυγα, ὥσπερ ὁ Φρύγιος τὴν καλὴν τετίμηκε Πιερίαν. »

festum, quod utrisque erat pro brevibus belli feriis. Sed eos conciliavit miserata Venus, occasionem hanc machinata. Puella quædam fuit Pieria nomine, et natura formosa et tum a Venere ornata splendidius. Ea tum ex Myunte Miletum venit. Ibant curante rem omnem dea cum ceteris in Dianæ puella Gratiis florens et Phrygius urbis princeps, mentem saucius amore puellæ tum primum visæ. Convenerunt uterque cito in unum lectum, ut et citius in unam pacem civitates venirent. Ille mire delectatus amatorio puellæ connubio cupidusque conveniens præmium reponere « velim dicas mihi » inquit « audacter, bella, quid maxime ex me expetas : ego id tibi lubens merito duplum repræsentavero. » Hæc iustus amator. At te, mulieres ceteras et forma antistans et sapientia, non dimovere prudenti consilio monilia, non inaures, non civitatum luxuriæ, non torques, non Lydia talaris tunica, non purpuræ, non Cariæ ancillæ, non Lydorum textrices eximiæ, queis omnibus supra modum affici sequior sexus amat. Sed primum terram despectans veluti cogitabunda, dein genas rubore gratioso perfusa, vultu pudibunde demisso ac modo vestis fimbrias summis digitis apprehendens modo summam zonam convertens modo etiam signans terram pede, qualia pudore dubitabundi solent, vix tandem summissa voce eloqui instituisti « da mihi, Rex, ut ego et consanguinei mei veniamus libere quum libebit in hanc felicem civitatem. » Agnovit Phrygius amantis patriæ mulieris mentem, velle illam pacem patriæ conciliare cum Milesiis. Annuit regie desideriumque amicæ perfecit, sanctiusque id amore firmavit, quam si vicinis ad sacra pacem iurasset; natura enim pacari promptus homo quum felix est. Vis est rebus secundis demere iras ac prosperis eventibus crimina luere. Ita tu manifestum fecisti, Pieria, posse Venerem oratores docere non paullo meliores vel Pylio Nestore. Nam multi sæpius utrimque secus ex utraque urbe sapientissimi oratores de pace convenerant : frustra omnes tamen pudibundi atque anxii re infecta abierant. Invaluit inde tritum Ionibus feminis votum « utinam me parili honore coniugem coniux honestet, quali Phrygius pulchram honestavit Pieriam. »

ις'. Λαμπρίας Φιλιππίδῃ.

Ἔρωτι περιπεσὼν ἀπορρήτῳ κατ' ἐμαυτὸν ἔφασκον ἀπορῶν « οὐδεὶς ἕτερος ἐπίσταται τῆς ἐμῆς καρδίας τὸ βέλος, εἰ μὴ σύ γε πάντως ὁ τρώσας καὶ ἡ ταῦτά σε καλῶς παιδεύσασα μήτηρ· οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ γῇ τε κοὐρανῷ τοὐμὸν ἀφηγήσασθαι πάθος. πέφυκε δὲ τοῖς ποθοῦσιν ἔτι μᾶλλον ἐπαύξειν ὁ λαθραῖος ἅμα καὶ σιγώμενος ἔρως· ἅπας γάρ, δι' ὁτιοῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχήν, τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν ἐπικουφίζει τῆς ἀδημονίας τὸ βάρος. ὡς ταύτην, Ἔρως, βέβληκας τὴν ψυχήν, οὕτως ἴσῃ βολῇ τὴν ἐμὴν κατατόξευσον ἐρωμένην· μᾶλλον δὲ πρᾳοτέρως, ἵνα μὴ ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτῆς ἀμαυρωθῇ τὸ κάλλος. » ** μηνύομαι ταχύ· ἔνδον εἰσπορεύομαι πρὸς ἐκείνην. λόγου μεταδίδωσιν ἡ φιλτάτη, καὶ συμπαραθεῖ τοῖς ῥήμασι χάρις καὶ τῶν μύρων αὐτῆς εὐοσμία καί πως αἰδουμένης τὸ βλέμμα δεινῶς ἐκμαῖνον τὸν ὀρθῶς ἐρῶντα. εἶδον χεῖρας ἄκρας καὶ πόδας, τὰ λαμπρὰ τοῦ κάλλους γνωρίσματα, καὶ πρόσωπον εἶδον εὐπρόσωπον· τὸ δέ τι καὶ τῶν στέρνων ἀμεληθὲν τεθεώρηκα. πλὴν οὐ τεθάρρηκα τὸν πόθον ἐκφῆναι, ἐντὸς δὲ μόλις τῶν χειλέων ὑποστένω « σὺ τοίνυν, Ἔρως (δύνασαι γάρ), αὐτὴν παρασκεύασον πρώτην αἰτῆσαι καὶ προτρέψαι καὶ καθηγήσασθαι πρὸς εὐνήν. » ταῦτα μὲν οὖν ἔφην ἀρτίως, τῷ κρατίστῳ προσευχόμενος Ἔρωτι, ὁ δὲ ἀκήκοεν εὐμενῶς καὶ πεπλήρωκε τὴν εὐχήν. καὶ τῆς ἐμῆς αὐτὴ λαβομένη χειρὸς ἐμάλαττε τοὺς δακτύλους ἐκ τῶν ἁρμῶν ἠρέμα χαλῶσα, καὶ προσεγέλασεν ἡδύ, καὶ ἦν σφόδρα βουλομένης τὸ βλέμμα, πάλαι μὲν σεμνόν, νῦν δὲ γέγονεν ἐξαίφνης ἐρωτικόν. τοιγαροῦν ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ πεφίληκεν οὕτω προσφῦσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη καὶ κατατέτριφέ μου τὸ στόμα. τῶν δὲ χειλέων αὐτῆς ὑπανοιχθέντων ἀτμὸς εὐώδης καὶ τῶν ἔξωθεν οὐκ ἐλαττούμενος μύρων εἰς τὴν ψυχὴν ἐπωχετεύετο τὴν ἐμήν, τὰ δ' ἄλλα (οἶδας γὰρ ὁποῖα τὰ λοιπά) νόει μοι κατὰ σαυτόν, ὦ φιλότης, οὐδὲν περιττοῦ δεόμενος λόγου. λέξω μέντοι τοιοῦτον, ὡς πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονεικοῦμεν δι' ὅλης τῆς νυκτός, ἁμιλλώμενοι τίς φανεῖται θατέρου μᾶλλον ἐρῶν· κἀν τοῖς ἀφροδισίοις κολακικῶς ἀμφοῖν ὁμιλούντων ἡμιτελεῖς ὑφ' ἡδονῆς ὠλίσθανον λόγοι.

XVI. Lamprias Philippidi.

Infantem sortitus Cupidinem dicebam ad meipsum anxius « nemo alius cordis mei vulnus novit præter te unum qui me sauciasti et quæ te hæc tam bene docuit matrem. Nec terræ nec cœlo affectum meum eloqui potens sum, amatque crescere et augeri tectus ac tacitus amor. Nam et quisquis mentem quocunque dolore anxius, si causas doloris eloquitur, levat mœrore animam. Ut meum sauciasti pectus, Amor, ita tu pari ictu figas amatam meam : immo leviori, ne quid doloribus eius forma marcescat. » Ocius admittor, accedo ad eam intro; sermonem illa mecum serit concurritque sermonum gratia cum odorum eius suavi spiramine : verecundus aspectus, potens furiare verum amantem. Vidi summas manus ac pedes, splendida formæ indi ia : vidi formosam faciem, vidi et neglectum quid e pectore . at non ausus sum eloqui meum desiderium, quin vix intra labia suspirabundus « tu » inquam, « Amor, nam potes, facito ut illa prior roget, prior hortetur, prior ducat ad suum cubile ». Vix hæc ego dixeram potentem Amorem precatus, audiit ille propitius damnavitque voti. Illa mihi adprehensa manu commalaxavit digitos et dulce risit, volentisque valde aspectus fuit, nuper severus, at statim factus amatorius. Quin amore lymphata, cervice mea reflexa basiavit me tamque furiate adhæsit, ut vix labra solvere esset, totumque os mihi contrivit. Ac resolutis tandem labris suave spirans halitus nec unguinibus exterius spirantibus cedens penetravit in meam animam. Cetera, nam utique nosti quid supersit, cogita ea tecum : quid enim opus verbis inanibus? Hoc unum dicam, certasse nos ad invicem per totam noctem quis comparem amare videretur magis; et ita mutuis blanditiis gaudia miscentibus tertiata verba præ voluptate excidisse.

ιζ'. Ξενοπείθης Δημαρέτῳ.

Ὦ δυστρόπου γυναικός, ὦ βαρβάρων ἠθῶν, ὦ ψυχῆς ἀνημέρου μηδὲ ἴσα θηρίοις τετιθασευμένης [τῆς φύσις]. ἔγνων ἑταίρας, ἐνέτυχον θεραπαίναις, ὁμοζύγων πεπείραμαι διαφόρων, καὶ θνητὸς ὢν πολλάκις καὐτὸς ὑπηρέτηκα θεῷ (ὁ γὰρ Ἔρως ὡς ὕδωρ ἀνὰ τοὺς κήπους ἀμαρεῦον ἄγει με πολυτρόπως), καὶ πολλὰ πολλαχοῦ κατὰ γυναικῶν (ὡς ἐπήβολος, ὡς ἐπιτυχής) ἔστησα τρόπαια, προσφόρως ἑκάστῃ τὰς

XVII. Xenopithes Demareto.

O morosam mulierem, o barbaros mores, o inhumanam animam et naturam immansuetiorem feris! novi puellas, ancillas attigi, coniugatas multas tentavi, mortalisque sæpius et ipse inservivi deo. Nam me Amor veluti per hortos serpentem aquam huc illuc agit, sæpiusque de mulieribus ut compos ut fortunatus trophæa statui, suas cuique et singulas amoris admovens machinas.

ἐρωτικὰς μεθόδους προσάγων. ἀλλὰ τῆς Δάφνιδος ἡττήθην, ὁμολογῶ, καὶ νῦν πρῶτον εἰς γύναιον ἠπόρηκε Ξενοπείθης· κύρβις γὰρ ἑταιρικῶν ἐστὶ κακῶν. ἐρῶσα καρτερεῖ, ὑπεραίρεται ποθουμένη, οὐκ ἐνδίδωσι κολακείαις, κέρδους ὑπερορᾷ, οἰκείῳ μόνῳ δουλεύει σκοπῷ, καὶ πάντα δεύτερα ποιεῖται τοῦ δοκοῦντος αὐτῇ. ὁ δὲ γέλως αὐτῆς, εἴ ποτε συμβαίη, ἐπ' ἄκρων κάθηται τῶν χειλέων. ἐγὼ δὲ παρήνεσα τῇ βαρβάρῳ λέγων « μὴ σκυθρώπαζε καλή γε οὖσα, μηδὲ τὰς ὀφρῦς σύναγε· εἰ γὰρ φοβερὰ γένοιο, ἧττον ἔσῃ καλή. » ἀλλ' οὐδὲν αὐτῇ τῶν ἐμῶν ἐμέλησε λόγων. ὄνος λύρας· οὐδὲ γρῦ τῆς ἐμῆς συμβουλῆς ἐπαΐειν δοκεῖ. πλὴν οὐκ ἀπογνωστέον ταῦτά ἐστιν τοῖς ἀνδρειοτέροις τῶν ἐραστῶν· ῥανὶς γὰρ ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν. συχνότερον οὖν τὸ δέλεαρ αὐτῇ προσακτέον, κἂν αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπίῃ, πάλιν ἀσπαλιεύσω, καὶ τό γε τρίτον αὐτῆς ἀνακρούσω τὴν γένυν· οὐ γάρ με νικήσει δυσμεταχείριστος οὖσα, οὐδὲ ἀπαγορεύσω τὴν ἐμὴν ἀγκιστρείαν, εἰ καὶ δυσθήρατος ἡ γυνή. ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἔρωτος ἴδιον, τὸ λιπαρὲς καὶ φιλόπονον· χρόνῳ δὲ καὶ Ἀτρεῖδαι τῆς κλεινῆς ἐκράτησαν Τροίας. συνεπιλαβοῦ τοίνυν, ὦ φίλε· καὶ σὺ γὰρ ὁμοίως ἐκοινώνεις μοι τοῦ πόθου, καὶ τρικυμίας τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις. κοινὴ γὰρ ναῦς, κοινὸς κίνδυνος, ὁ παροιμιώδης διετάξατο λόγος.

ιη'. Καλλικοίτη Μειρακιοφίλῃ.

Ὑπερευδαιμονεῖς ἔρωτα φιλόκαλον εὐτυχοῦσα καὶ μηδενὶ παρὰ τὸ ἥδιστον δουλεύοντα πλούτῳ. ἀεὶ γοῦν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ προστρέχεις, οἷα ποθεινοῖς ἐρασταῖς συνήδεσθαι βουλομένη, καὶ τοῖς ἀκμάζουσι χαίρεις, καὶ μειρακίοις ὡραϊζομένοις εὐφραίνῃ συνοῦσα, καὶ λίαν ἐρωτικῶς διάκεισαι τῶν καλῶν, καὶ διατελεῖς ἀμελὴς ἀκόμψων, ἐπιμελὴς εὐπρεπῶν. ὥσπερ οὖν αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς καὶ ἰχνεύεις ὅπῃ δ' ἂν αἴσθῃ τινὸς τῆς σῆς ἀμέλει θήρας ἀξίου· τοὺς δὲ πρεσβύτας παντελῶς ἀτερπεῖς καὶ πόρρωθεν ἀποφεύγεις, κἄν τις γέρων προτείνῃ Ταντάλου θησαυρούς, οὐχ ἱκανὸν ταῦτα παραμύθιον κρίνεις πρὸς ἀναφρόδιτον πολιὰν μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον ἐλθεῖν σε τῆς ἀηδίας, ὁρῶσαν μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ, ἑπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτῃ, ἃ καὶ λόγοις ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δι' ἔργων ἀνάγκης ἀεὶ προσκειμένης μεταχειρίσασθαι. ἐντεῦθεν ἐπὶ πάσης προφάσεως τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ποθεῖς· ἧλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα· ἡ γὰρ οἶμαι χρόνου ἰσότης ἐπὶ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δι' ὁμοιότητα φιλίαν παρέχεται. καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων, ὅτι σιμός, ἐπίχαρις παρὰ σοὶ κληθεὶς ἐπαινεῖται, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν φῄς, τὸν δὲ διὰ μέσου τούτων ἐρεῖς ἐμμετρότατα ἔχειν, μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας. μελίχρους δὲ οἴει τοὔνομα τίνος ἄλλου ποίημα

Sed victus sum, fateor, a Daphnide, et Xenopithes ille nunc primum circa mulierem hæret animi anxius. Tabula enim illa est meretriciorum malorum: si amat, sustinet; amatur, spernit; blanditiis non cedit, quæstum insuper habet, velle suum sequitur solum, ceteraque post suum placitum ponit. Risus ei si quando excidit, stat in summis labris. Admonui ego barbaram his vocibus « ne contrahe frontem, quum bella sis; ne supercilia adducas; minus eris bella, si terrenda eris »; sed illa sermones meos subterhabuit. Velut asinus lyram, ne tantulum quidem auscultare videtur consilium meum. Non desperandum tamen ob isthæc fortissimis amantium: nam aquæ gutta continue stillans et lapidem cavare condidicit. Densior ergo adhibenda esca fugaci; tum si rursus hamum vorarit, rursus captabo; tertiumque saltem disrumpam fallacis genam. Non enim me difficultate superabit, nec piscaturam deponam, quamvis captura difficilis. Nam et hoc proprium amoris, diligens et improbus labor. Et tempore Troiam inclitam Atridæ cepere. Aggredere ergo mecum, amice, hoc opus; nam et tu communem mecum ignem sentis, et decumani fluctus instar iactaris. Communi navi commune discrimen, ut est in proverbio.

XVIII. Callicœta Miraciophilæ.

Ter quaterque felix es, amorem pulchri cupidum sortita nec divitiis præter libidinem obnoxium. Ita semper accedis ad iuvenes, gaudia cum iis miscere tanquam desiderandis amatoribus præoptans, et adolescentibus gaudes et ephebos ætate florentes lubens amplexaris et formosis amatorie conversaris et inlepidos spernis, elegantes exquiris. Ita sicuti Lacænæ canes celeri transcursu vestigare nosti, sicubi quis venatura tua dignus. At senes prorsus iniucundos longe vitas; nec siquis vieta ætate Tantali thesauros offerat, tanti id esse credis, ut invenustam canitiem æquiori animo feras, neque ad ultimum descendas tædium, spectanda senilli ac marcenti facie ceterisque huius morbi corollariis, quæ nec audire iuvat, nedum ut reipsa tangere ea semper cogare. Inde quovis prætextu iuvenes deperis; æqualis enim ex veteri dicto æqualem iuvat: nam temporis æqualitas ad pariles voluptates ducens ex simili amorem conciliat. Itaque iuvenum si quis simus, laudas tanquam concinnum; aduncum nasum regium vocas; medium inter hos modicum dicis. Nigri sunt, viriles appellas; albi, deorum filios indigitas; melleorum vero nomen

ἢ τοῦ ἐνόντος σοι πόθου, ὑποκοριζομένου τε καὶ φέροντος εὐχερῶς τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ προσῇ; καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζῃ, καὶ πάσας φωνὰς ἀναφθέγγῃ, ὥστε διὰ φιλεραστίας μηδέν' ἀποβάλλειν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ, ὥσπερ τοὺς φιλοίνους ὁρῶμεν πάντα οἶνον ἐπὶ πάσης προφάσεως ἀσπαζομένους. τὸ δὲ τῆς οἰνοποσίας, ὦ φίλε Διόνυσε, κἂν ἐφ' ἡμῖν αὐταῖς θεωρήσαιμεν, ἀλλοτρίου παραδείγματος μηδὲν δεηθεῖσαι.

credisne aliunde effictum quam ab amore tuo imminuente pallorem bonique consulente, dummodo tempestivum? In summa quosvis prætextus prætexis, quamvis vocem effers, ut nullum tempestiva ætate amatorem amittas, sicut vinosos videmus quodvis vinum quovis prætextu amplexari. Quod vinositatis argumentum, testor te, care Dionyse, etiam in nobis ipsis cernere habemus, ne quæramus exemplum foris.

ιθ'. Εὐφρόνιον Θελξινόῃ.

Μελισσάριον τὴν Ἀγλαΐδος, νὴ τὴν Ἥραν, εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν εἶδεν ἡ Τύχη, καὶ τῆς σκηνῆς ἀπαλλαγεῖσα παγκάλως ἐπὶ τὸ σεμνὸν μετήλλαχε προσηγορίαν ἅμα καὶ σχῆμα. ἐγὼ δὲ (ἀλλὰ φθόνος ἐκποδὼν εἴη τῆς ἐλευθερίας) ἐγὼ δ' οὖν τὸν πάντα δουλεύσω χρόνον ἀτόποις τε θεάτροις καὶ ἀγνώμοσιν ἐρασταῖς. αὕτη μουσουργὸς ἦν ὑπὸ μητρὶ πενιχρᾷ τὰ πρῶτα πονήρως τρεφομένη, προϊοῦσα δὲ πασῶν γέγονεν εὐμουσοτέρα τῶν ὁμοτέχνων, καὶ θαρσαλέως ἐχρῆτο τῇ τέχνῃ, ἅτε λοιπὸν θεάτρου μεστὴ γεγονυῖα. πρότερον μὲν γὰρ ὡς εἰκὸς ἐγελᾶτο, εἶτα λαμπρῶς ἐθαυμάζετο, τὰ δ' οὖν τελευταῖα καὶ δεινῶς ἐφθονεῖτο· οὐπώποτε γὰρ κατὰ μνήμην ἐμὴν ἐκβέβηκε τῆς σκηνῆς. κἀκ τῆς τέχνης, οἷα φιλεῖ, κοσμηθεῖσα τὴν ὄψιν ἐδόκει βελτίων, καὶ τοὺς ἐραστὰς εἶχε θερμοτέρους, εἶτα καὶ πλείους φιλοτιμότερόν τε χαριζομένους διὰ κλέος τῆς ἐπιστήμης. πολύτιμον τὸ Μελισσάριον παρ' ἄνδρας πλουσιωτάτους ἐφοίτα. ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρί, ὅπως μὴ διὰ παιδογονίαν ἀτιμοτέρα γένοιτο τοῖς συνοῦσι, τῆς ἀκμῆς τὸ ἄνθος ἄωρον ἀποβαλοῦσα τοῖς πόνοις. ἠκηκόει δὲ ἡ μουσουργὸς ὁποῖα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας, ὡς ἐπειδὰν ἐν γαστρὶ γυνὴ λήψεσθαι μέλλῃ, οὐκ ἐξέρχεταί οἱ παντάπασιν ἡ γονή, ἀλλ' ἔνδον μένει κεκρατημένη τῇ φύσει. ταῦτα τοίνυν ἀκούσασα ξυνῆκεν ἐμφρόνως καὶ διεφύλαττεν ἀεὶ τὸ ῥηθέν· καὶ ὡς ᾔσθετο συμβὰν οὕτως οὐκ ἐξιοῦσάν οἱ τὴν γονήν, ἔφρασε τῇ μητρί, καὶ ὁ λόγος ἅτε πρὸς ἐμπειροτέραν ἦλθεν ὡς ἐμέ. κἀγὼ μαθοῦσα καὶ ταύτῃ διαπράξασθαι ἅπερ ᾔδειν ἐγκελευσαμένη, τῆς προσδοκωμένης ἐλπίδος ἀπήλλαξα τάχιον. ὡς δὲ Χαρικλέους ἠράσθη νέου τινὸς ἐπισήμου καὶ κάλλει καὶ πλούτῳ καὶ ἀντερῶντος οὐχ ἧττον ἐκείνης, παιδοποιεῖν ἐξ ἐκείνου προσηύχετο πᾶσι τοῖς γενεθλίοις θεοῖς. καὶ δὴ συνείληφεν ἀσφαλῶς, εἶτα τῆς Εἰλειθυίας ἐγκαίρως ἐφισταμένης τίκτει παιδίον ἀστεῖον, νὴ τὰς Χάριτας, καὶ τῷ φύσαντι γνησίως ἐξεικονισμένον τῇ φύσει. ἡ μὲν οὖν μήτηρ ἕρμαιον αὐτῇ καὶ εὐτύχημα λογίζεται τοῦτο, καὶ τὸν υἱὸν ἐπωνόμακεν Εὐτυχίδην· ὑπεραγαπᾷ δὲ τὸ βρέφος, στεργουσα διαφόρως, ὡς υἱόν, ὡς εὐπρεπὲς ὡς ποθούμενον παιδίον καὶ λίαν ἐμφερὲς ὡραιοτάτῳ πατρί. εὑρήσεις γάρ τινα ῥοπὴν εὐνοίας παρὰ τοῖς γεγεννη-

XIX. Euphronium Thelxinoæ.

Aglaidis filiam Melissarium propitiis per Iunonem oculis si unquam et nunc Fortuna respexit scenaque liberatam honestissime convertit et nomen et ornatum ad augustiorem vitam. At ego, sed absit invidia libertati, ego omnem ætatem serviam absurdis theatris et inficetis amantibus. Fuit illa scenica, educata primum misere apud matrem pauperculam: procedente ætate eximia inter ceteras compares evasit, ferociorque arte facta theatrum totum tenuit. Primum enim, ut par erat, ridebant; dein mirabantur valde; postremo serio invidebant: nunquam enim memini excidisse eam scena. Tum, ut fieri amat, addente ornatum arte pulchrior visa, et amabatur ardentius et a pluribus, largiusque illi et libentius ingerebant munera propter artis præstantiam. Ita honore aucta Melissarium itabat ad dites viros, nec prægnantem eam fieri expediebat, nam puerperium minuisset ei apud amantes gloriam, amisso in laboribus partionis acerbo flore ætatis. Audierat illa quæ mulieres inter se solent, concepturæ non egredi omnimodis semen, sed manere intus vi naturæ retentum. Id prudenti memoriæ condens tenuit semper; atque ubi ita accidisse sibi sensit, non egredi sibi semen, edixit matri, venitque sermo ad me, cui maior peritia, iussique ego ut faceret quæ noram commoda, atque ita perfeci statim ut a certo metu liberaretur. Sed ubi Chariclem amare cœpit, iuvenem et forma et opibus illustrem et mutuo affectu redamantem, rogavit omnes genitales deos ut ex eo sibi nascerentur liberi, concepitque strenue: dein Lucina in tempore adiuvante, puerum venustum per Gratias peperit et e natura exactissime adsimilatum patri. Id mater lucrum sibi præsens et faustum rata, puero nomen indidit Eutychidi: cœpitque nimio affectu amare infantem nominibus multis, ut filium, ut venustum, ut amabilem et florenti patri simillimum. Habent enim momentum ad paren-

κόσιν εὐτυχοῦντας τοὺς εὐειδεστέρους τῶν παίδων, καί, δυοῖν ὄντοιν ἢ καὶ πλειόνων, ἡδίων τοῖς γονεῦσιν ὁ καλλίων. ὁ δὲ Χαρικλῆς οὕτως εὐθὺς διετέθη πρὸς τὸ τεχθὲν φιλοστόργως, ὥστε ἀδικώτατον κρίνειν ἑταίραν ἔτι καλεῖσθαι τὴν ἐρώτιον τοιοῦτον τεκοῦσαν. τοιγαροῦν αὐτίκα τῆς αἰσχρᾶς αὐτὴν ἀνέστησεν ἐργασίας, καὶ ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων τὴν ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν. καὶ πολλαπλασιάζει τὸν πόθον τῆς σχέσεως τοῦ παιδαρίου. ὅθεν εἰκότως ἐκ περιχαρείας τῇ μητρὶ τὸ βλέμμα φαιδρόν, καὶ οὐδὲ τεκούσης ἀπήνθησεν. ἀρτίως οὖν περιβαλομένη σεμνὴν ἐφεστρίδα γέγονα παρὰ τῇ Πυθιάδι (τοῦτο γὰρ μετακέκληκεν ἑαυτήν) καὶ πάντων ἀγαθῶν συνηδόμην αὐτῇ. τὸ δὲ παιδίον κλαυθμυριζόμενον ἰδοῦσα πεφίληκα, θερμῶς μὲν ὡς καλόν, ἁπαλῶς δὲ ὡς τρυφερώτερον καὶ τῶν ῥόδων, οἷσπερ ἔοικε τὴν χροιάν. ἐκπλήττομαι, νὴ τὼ θεώ, πῶς ἀθρόως ἅπαντα μεταβέβληκεν ἡ γυνή. καὶ πάρεστι θαυμάζειν ἐκείνης βλέμμα προσηνές, μέτριον ἦθος, μειδίαμα σεμνόν, κόμην ἀφελῶς πεπλοκισμένην, καλύπτραν ἐπ' αὐτῆς εὖ μάλα σεμνήν, βραχυλογίαν ἐν ἠρεμαίᾳ φωνῇ. εἶδον καὶ ἀμφιδέας καὶ περισκελίδας, οὐ τὰς περιέργους ἐκείνας, ὦ φίλη, ἀλλ' ἔργον ὄντως ἐλευθέρᾳ πρεπῶδες. τοιοῦτον ἐν αὐτῇ καὶ περιαυχένιον καὶ τὸν ἄλλον κόσμον ἴδοι τις ἄν. προϊοῦσάν τε φασι νεύειν τε κάτω καὶ τεταγμένα βαδίζειν, σχῆμα συμπρέπον τῇ σωφροσύνῃ· καὶ εἴποις ἂν ὡς ἀεὶ τοιαύτη γέγονεν ἐκ παιδός. ἅπαντα γοῦν ἐν ταῖς γυναικωνίτισι καὶ ταῖς ταλασίαις πρὸς ἀλλήλας ὁμιλοῦσι γυναῖκες. ἄπιθι τοίνυν, Θελξινόη, καὶ σὺ παρ' ἐκείνην ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν, μεταμφιεσαμένη μέντοι κοσμίως ἡμιφάριον ἁλουργές. φυλάττου δέ, γλυκυτάτη, μὴ μεταξὺ παρελκομένη τῇ συνηθείᾳ Μελισσάριον τὴν νῦν Πυθιάδα προσείπῃς· ὃ μικροῦ πέπονθα νὴ τὴν Διώνην, εἰ μὴ Γλυκέρα παροῦσα λάθρᾳ με ταχὺ διένυξε τῷ ἀγκῶνι.

κ'. Φυλακίδης Φρουρίωνι.

Ἥλω τις νεανίας μοιχός, καὶ δεσμώτης ἐφυλάττετο παρ' ἐμοῦ. ἐγὼ τοῦτον εὐπρεπῆ καὶ νεανικὸν ὁρῶν πρὸς ἔλεον ἐπεκάμφθην, καὶ τῶν δεσμῶν ἀπολύσας ἄδετον ἁπλῶς καὶ σχεδὸν ἄφρουρον κατὰ τὴν εἱρκτὴν διαφῆκα. ὁ δέ μοι δίκαιον μισθὸν τῆς φιλανθρωπίας διδοὺς τὴν σύνοικον ἐμοίχευσε τὴν ἐμήν. τοιοῦτον οὐδὲ τὸν κλέπτην Εὐρύβατον τετολμηκέναι φασίν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἁλόντα φυλάττεσθαι, φίλον δὲ γενόμενον τοῖς ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου τὸν τρόπον ἐπιδείκνυσθαι τῆς κλοπῆς. ἦσαν ἐγκεντρίδες αὐτοῖς καὶ σπογγιαί. ταύτας λαβὼν ἀνερριχᾶτο πρὸς τὸν τοῖχον, ἀλλ' οὐ τὴν καλὴν ἀνήρπασε γαμετήν. τοῦτο ἔκπυστον καὶ περιβόητον γέγονε τὸ κακόν, καί με, νὴ τὴν Δίκην, ὑπὲρ τὴν μοιχείαν ὁ γέλως λυπεῖ, ὅτι δεσμοφύλαξ ἅμα καὶ φρούραρχος ὢν τὴν ἐμὴν ἔνδον οὖσαν οὐκ ἐφύλαξα γαμετήν.

tum amorem formosiores liberi, soletque e duobus aut pluribus gratior esse qui pulchrior. At Charicles nato confestim ita affectus est, ut nefas censeret meretricem dici amplius, quæ talem peperisset Venerium nepotulum. Itaque statim abductam ab infami opera matrem liberûm quærendûm gratia duxit domum, auxitque mirum in modum pueruli nativitas pristinum cupidinem; merita inde matri voluptas reduxit faciem sereniorem quam puerperæ solent. Et ego nuper honesta veste sumta visitavi Pythiadem (nam id nomen adsumsit) et omnia eius agnovi bona, quin et puerulo eiulanti basium pegi, calidum quidem ut formoso, tenerum tamen ut delicatiori ipsis quas colore refert rosis. Stupeo per deos, qui mulier omnia statim mutarit. Subit admirari demissum eius vultum, gestum moderatum, severum risum, capillum sine arte implicitum, decentem desuper mitram, brevem ac summissum sermonem. Vidi et armillas et femoralia, non curiosa illa, mi anime, sed liberam vere decentia. Ad eundem modum et monile videas et ceterum muliebrem mundum. Quin et quum prodit foras, deorsum despicere aiunt et graviter ingredi compositamque esse ad pudicitiam: dicas ita educatam a prima ætatula. Solent autem passim mulieres in gynæceis et textrinis invicem aliæ ad alias accedere. Vise ergo et tu ad illam, Thelxinoe, nam in vicinia habitat, adsumto decenti amiculo purpureo. Sed vide, dulcissima, ne consuetudine decepta Melissarium forte voces pro Pythiade; quod parum abfui quin facerem, Venerem iuro, ni me adstans iuxta Glycera clam cubito monuisset.

XX. Phylacides Phrurioni.

Adolescentem in adulterio prehensum adservabam in vinculis. Eum ego venustum ac iuvenem advertens miseratus exsolvi vinclis, solutumque ac pæne incustoditum dimisi per carcerem. Ille iustum humanitatis reponens præmium meam mihi stupravit coniugem. Tale nec notus furti attentavit Eurybates. Aiunt eum in furto prehensum traditum custodiæ conciliataque commentariensium gratia monstrasse illis quomodo furari consuesset. Graphia habebant et spongias; iis sumtis ascenso muro evasit: sed non rapuit formosam coniugem. Hoc cognitum ac conclamatum evasit malum. Et me, Iustitiæ oculum testor, magis afficit ipso adulterio ludibrium, quod ille ego et vinculorum observator et carceris non servavi meam coniugem in ipsa custodia.

κα'. Ἀριστομένης Μυρωνίδῃ.

Καινόν γέ τι κακὸν ἔρωτος, ὦ Μυρωνίδη, καὶ οἷον οὐδ' ἀκήκοα πρότερον. τῆς Τελεσίππης ὁ Φαληρεὺς Ἀρχιτέλης ἐρᾷ, ἡ δὲ πεισθεῖσα μόλις ὁμιλῆσαι τῷ μειρακίῳ παράδοξον αὐτῷ προδιώρισε μέτρον. « ἅπτου » φησί « τῶν μαστῶν, ἡδίστων ἀπόλαυε φιλημάτων, καὶ προσαγκαλίζου περιβεβλημένην με τὴν ἐσθῆτα, γάμον δὲ μήτε πολυπραγμόνει μήτε προσδόκα, ἐπεὶ σαυτὸν ἀνιάσεις καὶ τῶν ἐπιτετραμμένων ἐκπίπτων. » « ἔστω, δεδόχθω » ἐξ ἀπορίας ἔφησεν Ἀρχιτέλης· « εἰ γὰρ οὕτω σοι φίλον, ὦ Τελεσίππη, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν. ἀλλὰ καὶ χάριν » εἶπεν « εἴσομαι τῇ Τύχῃ καὶ ψιλοῦ ῥήματος ἀπολαύων ἢ καὶ μόνης ἀξιούμενος θέας. ἐβουλόμην δέ, εἴ γε σοί, φιλτάτη, δοκεῖ, γνῶναι τί δή ποτέ μοι παντελῶς ἀπέγνως τὴν μῖξιν; » « ὅτι » ἔφη « ἐλπιζόμενός ἐστιν ὁ γάμος ἡδύς, εὔχαρις καὶ λίαν εὐκταῖος· γέγονε, περιεφρονήθη, καὶ τὸ πάλαι σπουδαζόμενον ἐξαίφνης ἀπέρριπται καὶ περιπτυόμενον ἀμελεῖται. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν νέων ταχεῖαι καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι. » τοιαύτης δ δύσερως ἀνέχεται γυναικός, τοσοῦτον δεδυστύχηκεν Ἀρχιτέλης. καὶ σύνεστι τῇ ποθουμένῃ καθάπερ εὐνοῦχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἐρώντων εὐνούχων ὁ μέλεος ἀργότερα δυστυχεῖ.

XXI. Aristomenes Myronidæ.

Audi novum amoris malum, Myronida, quale ego audivi antea nunquam: Telesippen Architeles Phalero deperit: illa vix tandem persuasa iuvenem admittere mirum ei præscripsit amoris modum. « Tange mammas » inquit, « decerpe suavissima basia: quin et vestitam amplectere; sed nuptias nec quære nec spera, ne tibi ipsi malum quæras excidasque concessis bonis ». « Sit ita, » respondit anxius Architeles: si ita tibi placet, Telesippe, idem mihi placet; sed et gratiam debere me Fortunæ fatebor, si vel sermone pauxillulo vel solo aspectu dignus censeor. Sed velim, sis, amica, resciscere, quid ita coitum omnimodis interdicis mihi? » « Quoniam » infit illa « speratæ nuptiæ dulces, gratæ, optandæ; ubi potitus es, contemtus venit, studioque magno petitum statim abicitur neglectuique habetur. Etenim levia sunt iuvenum desideria sæpiusque ipsis sibi contraria. » Talem infelix amator mulierem sustinet, tali malo premitur Architeles. Cum amica tanquam eunuchus versatur, amorem ligurriendo et ut rem a se alienam exercens: immo miser longe ignavior eunuchis amantibus.

κβ'. Λουκιανὸς Ἀλκίφρονι.

Γλυκέρα Χαρίσιον ἐπόθει, καὶ νῦν δὲ ποθεῖ· μὴ φέρουσα δὲ τὴν ἀγερωχίαν τοῦ μειρακίου (οἶσθα γὰρ τὸν νέον καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ) ἤθελε πρὸς μῖσος αὐτῇ μεταβληθῆναι τὸ φίλτρον. αἴτιον δὲ ἦν τοῦ βούλεσθαι μισεῖν τὸ λίαν φιλεῖν. αὕτη οὖν συμβουλεύεται τῇ Δωρίδι· ἅβρα δὲ καὶ μαστροπὸς τῆς Γλυκέρας ἡ Δωρίς. ὅτε τοίνυν ἱκανῶς αὐταῖς εἶχε τὸ σκέμμα, ἡ προαγωγὸς ὡς ἐφ' ἕτερόν τι προῆλθε. ταύτην δ Χαρίσιος ἰδὼν « χαίροις » εἶπε « φιλτάτη. » ἡ δέ « καὶ πόθεν ἂν ἐμοί » φησί « γένοιτο χαίρειν; » ὁ δ' οὖν νεανίας ἐπύθετο « τί δ' ἐστὶ πρὸς θεῶν; νεώτερόν τι συμβέβηκεν; » ἡ δὲ μαστροπὸς ἀπεκρίθη δεδακρυμένη δῆθεν πικρῶς « ἡ Γλυκέρα τοῦ βδελυροῦ Πολέμωνος ἐκτόπως ἐρᾷ, σὲ δέ, εἰ καὶ παράδοξον ἐρῶ, μισεῖ μῖσος ἐξαίσιον. » « ἆρα λέγεις ἀληθῆ; » καταπλαγεὶς ἤρετο πάλιν ὁ νέος πολλὰ χρώματα ἀφιείς. « καὶ μάλα » φησίν « ἀληθινά » ἡ Δωρίς. « ἐμὲ γοῦν ἔπληξεν ἀφειδῶς, ἵνα σου μόνην ἐπὶ στόματος ἠρεμὶ τὴν προσηγορίαν ἐνέγκω. » ἐνταῦθα Χαρίσιος ἐλέγχεται μᾶλλον ἐρῶν ἢ ποθούμενος· πολλοὶ γὰρ ὧν κατεφρόνουν ἐπ' ἐξουσίας ὑπὸ τοῦ ζηλοτυπεῖν ἠράσθησαν ἐκπαθῶς. τὴν οὖν πολλὴν ἀλαζονείαν ἀφεὶς φθέγγεται ταπεινόν τε καὶ σκυθρωπὸν καὶ τεθνηκὸς ἀθυμίᾳ· εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης, ἐὰν ἀμελεῖσθαι δοκῇ, καταβάλλεσθαι. ἐδάκρυέ τε ἀστακτὶ μεταστραφεὶς ἐπὶ θάτερα, καὶ τῇδε κἀκεῖσε τὸ πρόσωπον ἐξωθῶν ἀποπέμπεται τὰ δάκρυα

XXII. Lucianus Alciphroni.

Charisium amabat Glycera et etiamnum amat: sed ejus superbiam non ferens (nosti iuvenem, nosti eius mores) inibi erat ut amorem mutaret odio. Amare velle odii caussa erat, nimis odisse amoris. Sed illa collato consilio cum Doride, quæ famula et conciliatrix ipsi erat, postquam satis consultasse visum, lena egressa est veluti aliud actura. Visa ea Charisius » salve » inquit, » mi amica. » « Et unde mihi » illa infit « salus? » Rogat adolescens « quid tibi per deos novi accidit? » Respondit lena fingens amaras lacrymas « ecce » inquit « Glycera infecetum Polemonem efflictim perit; at te (dicam quantumvis mirum) hostili odio insectatur? » « Num vera dicis? » stupefactus rogat et multos colores mutans iuvenis. « Et verissima » inquit Doris; « quin me sine venia cædit, siquando tui vel minimam taxim facio mentionem. « Ibi tum Charisius manifesto prodidit amare se magis quam amari: nam plerique quas quum frui datur negligunt, eas æmulatione accensi aperte amaverunt. Ita deposita tum is ferocia supplices voces fundere, tristisque ac desperatione interfectus (solet enim deici superbia, si neglectui se esse viderit) conversusque in aliam partem incondite eiulare ac vultum modo huc modo illuc convertere, ut lacrymas excuteret e genis. « Quid ergo »

τῶν παρειῶν. « τί δὴ οὖν ἄκων » φησίν « λελύπηκα τὸ Γλυκέριον; ἑκὼν γὰρ οὐκ ἄν ποτε κατ' ἐκείνης ἐπλημμέλουν ἐγώ. ταῦτα νὴ τοὺς Ἔρωτας ἐβουλόμην σοῦ γε παρούσης πυθέσθαι τῆς Γλυκέρας, καὶ γνῶναι εἴ τι τυχὸν δίκαιον ἐγκαλεῖ, καὶ τὸ λυποῦν εἴπερ τι ἔστι θεραπεῦσαι. πλὴν ἥμαρτον, ὁμολογῶ· οὐδὲν ἀντιτείνω. ἆρ' οὖν οὐκ ἂν δέξαιτό με καὶ παραιτούμενον συγγνώμην ἔχειν; » ἐπένευσε μόλις καὶ ἀμφισβητήσιμον ἡ Δωρίς, ἐφ' ἑκάτερα παρακινοῦσα τὸ βλέμμα· ὁ δὲ δυσανασχετῶν ἐπανήρετο « οὐδ' ἂν ἱκετεύων προσπέσω; » « εἰκός γε, ὦ φίλτατε· οὐδέν, οἶμαι, κωλύει συκάζειν τῆς ἐρωμένης τὸν τρόπον, ὅπως ἔχει συμβάσεως περὶ σέ. » τότε δὴ χαίρων δεδράμηκεν ὁ Χαρίσιος οἴκαδε τῆς ἑταίρας, ὁ καλός, ὁ περιπόθητος, ἐφ' ἱκετείας τραπόμενος καὶ περιτυχὼν αὐτίκα προσπίπτει. ἡ δὲ Γλυκέρα τέως μὲν τὸν τράχηλον ἐθαύμαζε τοῦ ποθουμένου, εἶτα τὸ πρόσωπον ἡδέως ἐρείδουσα τῇ χειρί, ἀνέστησέ τε καὶ λάθρα τὴν ἑαυτῆς πεφίληκε δεξιάν, ᾗ προσήψατο τοῦ μειρακίου, καὶ πρὸς τὸν νέον συνέβη ταχύ· οὐ γὰρ ἐπέτρεπεν ὁ μανικῶς ἐγκείμενος ἔρως δόξαι γοῦν σμικρὸν ἀπωθεῖσθαι τὸν φίλον. ἡ δὲ μαστροπὸς λαθραίως μειδιῶσα διένευσε τῇ Γλυκέρᾳ, ἐδήλου δέ πως τὸ νεῦμα « ἐγώ σοι μόνη τὸν ὑπερήφανον ὑπέταξα τοῖς ποσίν. »

inquit « imprudens feci ut offenderem Glycerium? prudens enim nunquam ego illi fui iniurius. Velim ego per Amores id ex ea te præsente exquirere, ut sciam si quid forte merito queritur, et si quid feci, faciam satis. Tamen peccavi, fateor, non eo infitias; sed num me etiam veniam quæsentem non admittet? » Doris nutu modo in hanc modo in aliam partem reflexo vix tandem certo adnuit. Rogare ille rursus animi æger « ne si quidem supplex accidam illius genua? » « Forset » inquit, « amice. Nec dii sirint, ut ego impediam quominus experiaris, qualis amica tua futura sit et qui affecta reconciliandæ gratiæ. » Tum demum libens ad amicæ domum accurrit Charisius, ille pulcher, ille ter quaterque desideratus, ad preces versus, simul vidit, simul genua dominæ accidit. At illa cervicem aliquandiu ammirata amici capitis, dein faciem ejus lenta manu sublevans erexit iuvenem, suamque clandestino basiavit manum, qua cupitum attigerat, citoque pacem fecit; non enim sinebat furiate insidens præcordiis amor, ut vel minimum aversari amicum fingeret. At lena interim clanculum ridens innuebat Glyceræ, nutuque dicebat solam se superbum subiecisse pedibus amasium.

κγ'. Μονόχωρος Φιλοκύβῳ.

Δύο δεινοῖς ἅμα περιπέπτωκα, φίλε, καὶ πρὸς ἓν τούτων μόλις ὁποτερονοῦν διαρκῶν ἐξ ἐπιμέτρου θάτερον ἔχω καὶ διπλάσια δυστυχῶ. καὶ τὸ μὲν κακόν, τὸ δὲ οὐκ ἄμεινον· ἐμὲ γὰρ κατανάλωσαν ἄπληστος ἑταίρα καὶ πεσσοὶ πίπτοντες ἀτυχῶς μὲν ἐμοί, εὐβολώτερον δὲ τοῖς ἐναντίοις. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀντερῶσιν ἀστραγαλίζων ἢ κυβεύων συγχέομαι τὸν νοῦν, τοῦ ἔρωτος μεμνηνότος, κἀντεῦθεν περὶ τὰς ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων πολλὰ παραλογιζόμενος ἐμαυτὸν καὶ τῶν καταδεεστέρων τὴν παιδιὰν ἡττῶμαι. πολλάκις γὰρ μετέωρος ἐκ τοῦ πόθου ταῖς ἡμετέραις βολαῖς ἀντὶ τῶν ἐμῶν τὰς ἐκείνων διατίθημι ψήφους. εἶτα πρὸς τὴν ἐρωμένην ἀπιὼν ἐκεῖ δευτέραν ἧτταν ὑπομένω καὶ χείρονα τῆς προτέρας· οἱ γὰρ εὐτυχεῖς ἀντερασταί, ἅτε δή με τὰ τοσαῦτα νενικηκότες, φιλοτιμότερον δωροῦνται τῇ ποθουμένῃ, καὶ προκρίνονταί μου τοῖς δώροις, κᾆτα ἀπὸ τῶν ἐμῶν με πολεμοῦντες μεταπεττεύουσί μοι τῆς φιλίας κύβον. οὕτω τοίνυν ἑκάτερον τῶν κακῶν διὰ θάτερον γέγονε δυστυχέστερον.

XXIII. Monochorus Philocubo.

Duobus simul incidi malis, amice, et alterutri vix sufficiens alterum auctarii vicem habeo, dupliciter infelix: malum enim hoc, nec melius alterum. Exhauriunt me quippe amica damnosa et alea male mihi cadens, collusoribus felicius. Sed et si quando talis aut alea cum rivalibus ludo, mens mihi amore lymphata turbatur. Ita fit ut circa varias calculorum transpositiones multum errans vincar etiam ab iis qui lusus minus periti. Nam sæpe cupidine externatus iactibus meis illorum calculos assigno, non meos; dein ad amicam rediens, aliam ibi priore graviorem vincor victoriam. Nam fortunati collusores ubi tantum lucrum fecere, largiuntur amicæ benignius. Ita donis fiunt potiores meque meis aggressi amoris mihi invertunt aleam Ita malorum utrumque alterius caussa gravius evadit.

κδ'. Μουσάριον Λύσιδι τῷ φιλτάτῳ.

Ἄρτι παρ' ἐμοὶ συναθροισθέντες ἑσπέρας οἱ κορυφαῖοι τῶν ἐμῶν ἐραστῶν τὸ μὲν πρῶτον ἐσίγων, καὶ ἄλλος ἄλλον τὸν πλησίον προεώθει, κελεύων διεξελθεῖν πρὸς ἐμὲ τὰ μελετηθέντα πᾶσι κοινῇ, ὁ δ' οὖν θρασύτατος προσχήματι μὲν συμβουλῆς, σὲ δὲ ταῖς ἀληθείαις

XXIV. Musarium Lysidi carissimo.

Collecti apud me vesperi nuper amatorum meorum potissimi tacebant primum, ac proximum sibi quisque monebat propellens, ut meditatam communi consensu orationem mihi ediceret. Tandem unus ex iis audacior ceteris, suasorem simulans, revera tui æmulus, mecum

ζηλοτυπῶν διεμέμφετό με τοιάδε· « πασῶν τῶν ἐπὶ σκηνῆς ὑπερφέρουσα τῷ κάλλει, ἑκάστης αὐτῶν ἀπολείπῃ τῷ κέρδει· παρὸν γάρ σοι χρηματίζεσθαι παρ' ἡμῶν, ὑπερορᾷς, προῖκα δὲ μόνῳ τῷ Λύσιδι τὴν σὴν ἐκδέδωκας ὥραν, καὶ οὐδὲ καλῷ μειρακίῳ· οὕτω γὰρ ἂν ἦν φορητὸν ἑνὸς ἄγαν εὐπρεποῦς ἡττᾶσθαι τοσούτους, σοὶ δ' ἂν τυχὸν συνέγνω τις ἐρωτικὸν κάλλος ἄμαχον προκρινούσῃ χρημάτων. πυκνὰ γοῦν ὅμως τοῦτον παρ' ἡμῖν ἐπαινοῦσα ἐκκεκώφωκας ἡμῶν τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκας τοῦ Λύσιδος, ὥστε καὶ ἀνεγρομένους ἐξ ὕπνου οἴεσθαι τοῦ νέου τὴν προσηγορίαν ἀκούειν. οὐ πόθος τοίνυν ἐστίν, οὔ, παραπληξία δὲ μᾶλλον νομίζεταί μοι δεινή. πλὴν τουτί σε μόνον αἰτοῦμεν, λέγε σαφέστερον, εἰ τοῦτον ἔχειν ἀντὶ πάντων ἐθέλεις· οὐ γὰρ ἀντιστατοῦμεν τῷ ποθουμένῳ. τοιαῦτα μὲν οὖν ᾖδον ἐκεῖνοι σχεδὸν εἰς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς, ἅπερ εἰ βουληθείην ἑξῆς ἀπαγγεῖλαι, καταδύσειν μοι δοκῶ τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ μήκει τοῦ λόγου· τὰ δὲ πολλὰ τῶν λεχθέντων τῷ μὲν δεξιῷ τοῖν ὤτοιν ἠκροασάμην, θατέρου δὲ παραχρῆμα ἐξερρύη. τοσοῦτον δὲ ἀπεκρίθην· « αὐτὸς ὑμῶν προτέταχε τὸν Λῦσιν ὁ Ἔρως, ὃς οὐ νύκτωρ, οὐ μεθ' ἡμέραν διαλείπει τὴν ἐμὴν καταφλέγων καρδίαν. » μάνθανε καὶ τοῦτο, γλυκύτατε. ἐπεὶ σὺν ἐπιτιμήσει βοῶντες ἐπύθοντό μου « καὶ τίς ἀναφρόδιτον βδελυρὸν ἄκομψον τοιόνδε ποθεῖ; » εἶπον ἠθικῶς ἄγαν ὑποκινοῦσα σὺν τοῖς ὤμοις τὸ βλέμμα « τίς; ἐγώ. ἔρρωσθε τοίνυν » ἔφην ἀναστᾶσα « καὶ σύγγνωτέ μοι ποθούσῃ· ἐμὲ γὰρ οὐδὲν θάλπει κέρδος, ἀλλ' ὃ θέλω· θέλω δὲ Λῦσιν. σὺ δ' οὖν, ὦ ἐμὸν δεσποτίδιον, εὐθὺς εὐθύς· τὸ ταχὺ γὰρ ἐπαφρόδιτον. μηδὲν μελλήσας ἧκέ μοι φίλημά τι μόνον ἀποκομίζων, κἀγὼ τῶν ὤτων λαβομένη τρίς σε φιλήσω. καὶ τοιοῦτον καλὸν ** ναί, πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, ᾗ νῦν τεθύκαμεν. γνώσομαι δὲ τὴν θυσίαν, ἐάν σε πρὸς ἡμᾶς ἡ θεὸς ἐπικλίνῃ. προσείρησό μοι, ψυχὴ Λῦσι, θᾶττον ἤδη, ἐπεὶ καὶ τὸν χρόνον τοῦτον ὃν ἐπιστέλλω σοι χρονίζεις. πρὸς σὲ πάντες ἐκεῖνοι σάτυροι οὐκ ἄνθρωποι, καὶ παρ' οὐδὲν τίθεμαι τούτους.

his verbis iurgare cœpit : « Quum ceteras scenicas antistes forma, quæstu ceteris cedis tamen, pecuniam quippe a nobis capere potens, quos aspernaris, uni Lysidi tuum florem profundis gratis, et illi quidem adolescenti haud formoso ; nam si hoc esset, ferendum esset vinci tot viros ab uno elegantiore, tibique forte daretur venia formam amabilem et eximiam præferenti divitiis. At tu nihilo eum minus laudibus passim tollens obsurdefecisti aures nostras, plenas uno Lysida, adeo ut excitati somno videamur eius semper nomen audire. Non est hoc amor ergo, non est ; stupor mihi gravis videtur potius. Sed nos hoc unum ex te expetimus ; dicas disertim, si hunc relictis ceteris habere præoptas ; non enim si mavis, repugnamus. » Talia illi fere usque ad gallicinium ; quæ si referre singulatim velim, videar mihi solem condere longis sermonibus. Sed pleraque illis dicta excepta dextera aure sinistra excidere ocius. Hoc unum respondi : « ipse prætulit vobis Lysin Amor, qui noctu atque interdiu cor meum continuo torret. » Habe et hoc, suavissime, quæsisse a me illos clamore et iurgio « et quis invenustum illum, inficetum, incomtum amet ? » Commodissime ego una cum humeris vultum contorquens, « quis ? « inquam ; « ego. Valete ergo » surgens edixi ; « parcite amanti mihi ; non enim me quæstus iuvat, sed quod volo ; Lysis est autem quem volo. » At tu, mi dominule, cito cito ; iucunda quippe celeritas, veni sine mora, ferque mihi vel unum suavium : et ego te prehensum auriculis ter suaviabor. Bene hoc habet, per Venerem, cui nunc fecimus ; noscam num litarim, si te mihi dea flexerit. Saluteris mihi, anima mea, cito : hoc ipsum tempus quo scribo, iam moraris ; præ te Satyri illi, non homines nullo mihi illi omnes loco.

κε'. Φιλαινὶς Πετάλῃ.

Χθὲς ἐπὶ πότον ὑπὸ Παμφίλου κληθεῖσα Θελξινόην μετεπεμπόμην τὴν ἀδελφήν, ἐλάνθανον δὲ κακὸν οὐ τὸ τυχὸν ἐμαυτῇ προξενοῦσα, ὡς ἔργῳ γέγονε δῆλον. πρῶτον μὲν ἦλθε περιεργότερον κοσμηθεῖσα καὶ στίλψασα τὰς παρειὰς ἐντρίμματι, καὶ πρὸς ἔσοπτρον ὡς εἰκὸς διαπλεξαμένη καὶ εὐθετίσασα τὰς κόμας καθῆκε τοῦ αὐχένος ὅρμους πολυτελεῖς, ἀγλαΐσματα δέρης, ἄλλην τε πολλὴν περιέκειτο φλυαρίαν ὑπομάζιόν τε καὶ ἀμφωλένιον, καὶ οὐδὲ τῶν περικρανίων ἠμέλησε κόσμων. τὸ δὲ ταραντινίδιον ἐξ οὗ διαφανῶς ἡ ὥρα διέλαμπεν **. θαμὰ δὲ καὶ τὴν πτέρναν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεφομένη διεσκοπεῖτο, πολλάκις δ' ἅμα τε ἑαυτὴν ἐθεώρει καὶ εἴ τις αὐτὴν ἄλλος θεᾶται.

XXV. Philænis Petalæ.

Vocata heri ad commessandum a Pamphilo, sororem meam Thelxinoen arcessivi, nescia quantum mihi ipsi procurarem malum : quod res ipsa indicavit. Primum enim venit ornata curiosius, excultis eleganter genis, flexisque, ut videre erat, ad speculum et depositis ad amussim comis suspendit e collo sumptuosa monilia, cervicis honestamenta, multasque alias eiusmodi nugas, ad mammas, ad ulnas, ne ipsis quidem capitis spretis redimiculis. Super hoc tarantinum multilicium, per quod florem ætatis manifeste pellucentem ostenderet ; simul talum convertens respectabat, sæpiusque et respiciebat se ipsam et numquis alius spectaret attendebat.

ἔπειτα παρακαθέζεται μέση ἐμοῦ τε καὶ Παμφίλου, ἵνα χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ, καὶ προσπαίζουσα τῷ μειρακίῳ εἰς ἑαυτὴν ἐκείνου μετάγει τὸ βλέμμα, καὶ τῶν ἐκπωμάτων πρὸς αὐτὸν ἀντίδοσιν ἐποιεῖτο. ὁ δὲ ῥαδίως ἠνείχετο, ἅτε νέος καὶ ἐρωτικὸς καὶ οἴνου πολλοῦ διαθερμαίνοντος αὐτοῦ τὴν ψυχήν, καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ὥσπερ ἐκ στομάτων ὑπεφίλουν ἀλλήλους καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεχραμένον μέχρι καὶ αὐτῆς παρέπεμπον τῆς καρδίας. Πάμφιλος δὲ μήλου μικρὸν ἀποδακὼν εὐστόχως ἠκόντισεν εἰς τὸν κόλπον ἐκείνης, ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ περιδέσμῳ, ὃν περιεστερνίσατο, παρέδυσε. τούτοις οὖν ἐδακνόμην. τί δὲ οὐκ ἤμελλον, ζηλήμονα καθορῶσα τὴν ἐμὴν ἀδελφήν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀνέτρεφον ἀγκάλαις; τοιαῦτά μοι παρ' αὐτῆς τὰ τροφεῖα· οὕτω με νῦν ἀντιπελαργοῦσα δικαίαν ἀποδίδωσι χάριν. καίτοι πολλάκις ὧδε παρ' ἕκαστον αὐτὴν ἐμεμφόμην « κατ' ἀδελφῆς ταῦτα, Θελξινόη; μή, Θελξινόη. » ἀλλὰ τί μακρηγορῶ; ἀπῆλθεν ἡ βάσκανος οὕτως ἀνέδην σφετερισαμένη τὸν νέον. ἀδικεῖ με τοίνυν Θελξινόη. μαρτύρομαι τὴν Ἀφροδίτην καὶ σέ, ὦ Πετάλη, κοινὴν ὑπάρχουσαν φίλην, ὡς αὐτὴ πανταχοῦ τῶν κακῶν προκατάρχει. ἀδικῶμεν οὖν ἀλλήλας. εὑρήσω κἀγὼ τοιοῦτον. ἢ ἑτέραν ἀλώπεκα (καὶ τοῦτο δεδόχθω) ἢ σίδηρος ἐλαυνέσθω σιδήρῳ· οὐ γὰρ ἀπορήσω τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς τὴν ἄπληστον ἀφελέσθαι.

Tandem sedit media inter me ac Pamphilum, ut eum seorsim a me tentaret, alludensque iuveni convertit ad se illius oculos, cœpitque illi respondere mutuis poculis. Patienter hoc ferre ille, iuvenis quippe amori facilis et vino multo mentem calefactus. Ad hunc modum veluti ore inter se osculabantur, suavia bibentes, vinumque labris mixtum ad ipsum cor transmittebant. Quin Pamphilus mali frustulum admorsus recta iecit in eius sinum; illa osculo exceptum inter mammas abscondit sub strophio, quo præcincta erat. Ego interea ringi, quidni? sororem rivalem ante oculos cernens. Quamne ego ulnis meis enutrivi? hæc mihi ab ea reddi nutricia? ita mihi nunc iustam compensans reponit gratiam? Sed et ad singula sæpius ita querebar : « Ad sororem hæc tu Thelxinoe? non, Thelxinoe. » Sed quid verbis opus? Abiit venefica, tam proterve proprium sibi lucrata iuvenem. Iniuriam mihi facit Thelxinoe; Venerem testor ac te communem amicam, Petala, cœpisse illam iniurias manus. Lædamus ergo invicem. Inveniam et ego talem aut similem aliam vulpeculam. Sit hoc ita; trudatur clavus clavo : facile erit mihi pro uno tres illi avertere.

κϛ'. Σπεύσιππος Παναρέτῃ.

Πάλαι μέν μοι προδιέγραψε τὴν σὴν χάριν ἡ φήμη, πάντων ἀνὰ στόμα ταύτην φερόντων, νῦν δὲ παρέστησε πρῶτον. ἧ καὶ πλέον ἄγαμαί σε τοῦ κάλλους, ὅσῳ γε μᾶλλον ἢ κατὰ φήμην ὁρῶ. τίς οὐ τεθαύμακεν ὀρχουμένην; τίς ἰδὼν οὐκ ἠράσθη; Πολύμνιαν, Ἀφροδίτην ἔχουσιν οἱ θεοί· ἐκείνας ἡμῖν ὡς ἐφικτὸν ὑποκρίνει παρ' αὐτῶν κοσμουμένη. ὀνομάσω ῥήτορα, προσείπω ζωγράφον; καὶ πράγματα γράφεις καὶ λόγους παντοδαποὺς ὑποφαίνεις καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχεις εἰκών, ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ πολυσήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη, καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς ἄλλοτε πρὸς ἄλλα μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς πρὸς τὴν εὔμουσον τῶν ὑπορχημάτων ᾠδήν. ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος, καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς, καὶ τῷ χεῖρε κινεῖ καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ· ἔπειτα συγκαθήμενοι διηγοῦνται καθ' ἕκαστον ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς, καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. ἕνα δὲ μόνον προσφυῶς μιμουμένη τὸν Καράμαλλον τὸν πάνυ, ἁπάντων ἔχεις τὴν μίμησιν ἀκριβῆ. ὅθεν οὐκ ἀνάξιον οὐδὲ τὸν εὖ μάλα σπουδαῖον παραπολαύειν τῆς σῆς θυμηδίας· ἀνάπαυλα γὰρ τῆς σπουδῆς ἐνίοτε γίνεται ἡ παιδιά. πολλὰς τοίνυν ἅτε ταχὺς τῆς πολιτείας ἱππεὺς διελήλυθα πόλεις, καὶ πρός γε τῇ νέᾳ

XXVI. Speusippus Panaretæ.

Dudum mihi fama gratiam tuam descripserat per ora omnium volans; nunc repræsentavit eam primum, et ecce admiror hanc formam magis, quo magis video supra famam. Quis non miratus est saltantem? quis vidit, nec amavit? Polymniam et Venerem dii habent; eas tu nobis quantum pote refers ab ipsis exornata. Oratorem te dicam an pictorem? et res pingis et sermones omnimodos repræsentas, et naturæ totius vivam refers imaginem, pro coloribus siquidem et lingua, manu multiformi variisque motibus uteris, ac veluti Proteus e Pharo varias te in species vertis iuxta sonorum canticorum melos. Populus interea rectus ac mirabundus adstat, et voces alternas melodice respondet, manusque movet et vestem quatit; dein sedentes quisque singuli singulis motus explicant multiscii silentii; ita quivis e spectatoribus præ voluptate pantomimus fieri enititur. Sed unum præ aliis native imitata Caramallum eximium illum repræsentas exactius. Non indignum ergo quantumvis gravem ac seriis implicitum operam aliquam dare tuis lusibus. Est enim interdum etiam lusus seriorum remissio. Itaque multas, velox quippe eques publicus, oberravi ci-

τὴν πρεσβυτέραν ἱστόρηκα Ῥώμην, καὶ τοιαύτην ἐν οὐδετέρᾳ τεθέαμαι. εὐδαίμονες οὖν οἱ Παναρέτην εὐτυχοῦντες οὕτως ὑπερφέρουσαν καὶ τέχνῃ καὶ κάλλει.

vitates et veterem ac novam visitavi Romam: sed in neutra vidi similem tibi. Felices igitur qui Panaretam fruuntur; ita forma simul et arte præcellit.

κζ'. Κλέαρχος Ἀμυνάνδρῳ.

Nisi conceptum contra nos fascinum citus discussisset Cupido, promtiorque Venus utriusque averrunca exstitisset, pulchri filii pulchra mater, ætatem nos interminatum bellum et implacabile discidium disparassent abinvicem. Frustra gavisi sunt amoris nostri mali æmuli, prævisæque iis insidiæ in irritum cecidere. Itaque ego, carum caput, testor amabilem meum ac tuum Cupidinem, hesterno ingressa cubiculum tuum pleno gradu, lacrimas fudi gaudio, nec potui satiari deosculandis amatoriis ædibus, ac parietibus admotos digitos lætabunda dulceque ridens basiavi. Sed interibi diffidens quodammodo dixi ad meipsam « vigilone, an me fallunt somniorum imagines? » enim ex nimio desiderio fiebat ut minus crederem. At tu simul tuam Melissarium vidisti,

ὥσπερ εἰς σύμβολον χρονίου θεάματος μεθ' ἡδονῆς τὸν δάκτυλον ἀνατείνας, ἄσμενος αὐτὸν περιέστρεφες ἠθικῶς. πολλὴ οὖν χάρις τοῖς φιλίοις θεοῖς ὅτι δὴ πάλιν ἡμῖν ἀνανεοῦνται τὸν πόθον, μᾶλλον δὲ νῦν χαριεστέρου καὶ μείζονος αἰσθάνομαι τούτου· ἀεὶ γάρ πως ἡδίους αἱ τῶν ἐρώντων μεθ' ὕβριν κολακεῖαι δοκοῦσιν.

velut indicium exspectatæ diu visionis digitum cum voluptate protensum libenter et eleganter in orbem vertisti. Magnam gratiam dico amicitiæ præsidibus divis, quod rursus reconciliant nostrum cupidinem; quem ego nunc eo gratiorem ac maiorem sentio, quo iucundiores amorum videri solent post iniurias deliciæ.

ιε'. Χρυσὶς Μυρρίνῃ.

Τοὺς ἀλλήλων, ὦ φιλτάτη, συνεπιστάμεθα πόθους. σὺ μὲν τὸν ἐμὸν ἄνδρα ποθεῖς, ἐγὼ δὲ τοῦ σοῦ θεράποντος ἐκθύμως ἐρῶ. τί οὖν πρακτέον; πῶς ἂν εὐμηχάνως ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς ἔρωτα θεραπεύσειεν; ἐδεήθην, εὖ ἴσθι, τῆς θεραπείας τὴν ἔννοιαν ἐμβαλεῖν, καὶ ταύτην ἐξ ἀφανοῦς ἡ δαίμων προσέπνευσέ μοι τὴν γνώμην, ἣν οὕτω πράττειν παρεγγυῶ σοι, Μυρρίνη. τὸν σὸν μὲν οἰκέτην, ἐμὸν δὲ δεσπότην ἐρωτικὸν δόκει θυμουμένη ἅμα καὶ τύπτουσα τῆς οἰκίας ἐκπέμπειν, ἀλλὰ πρὸς θεῶν πεφεισμένως καὶ τῷ παρόντι μοι πόθῳ τὴν μάστιγα συμμετροῦσα· ὁ δ' οὖν οἰκέτης, Εὔκτιτος ὁ καλὸς πάντως ἅτε πρὸς φίλην τῆς κεκτημένης φεύξεται παρ' ἐμέ, κἀγὼ τὸν ἄνδρα ὡς ὑπὲρ τοῦ θεράποντος τὴν δέσποιναν ἱκετεύσοντα τὴν ταχίστην ἐξαποστελῶ πρὸς σέ, οἷον μετὰ δεήσεως αὐτὸν ἐξωθοῦσα. τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἑκατέρα τὸν ἑαυτῆς δεξαμένη ἐρώμενον οὐκ ἀμελήσει τοῦ Ἔρωτος ὑφηγουμένου ἐπὶ σχολῆς ἅμα καὶ ῥαστώνης χρήσασθαι τῷ παραπεπτωκότι καιρῷ. ἀλλ' ἐπὶ μήκιστον ἐμφοροῦ τῆς ἐπιθυμίας τῇ συγκοιμήσει, κἀμοὶ συνεπεκτείνουσα τῶν ἀφροδισίων τὴν τέρψιν. ἔρρωσο, καὶ πέπαυσό μοι θρηνοῦσα τοῦ συζύγου τὴν ἄωρον τελευτήν, φίλον ἀντ' ἐκείνου τὸν ἐμὸν σύνοικον εὐτυχοῦσα.

XV. Chrysis Myrrhinæ.

Sensimus invicem, amica, nostros cupidines. Virum tu meum amas, ego servum tuum efflictim depereo. Quid ergo facto opus, qui commodissime medeamur utraque nostro desiderio? Rogabam, ut scis, deos, ut remedii cognitionem animo meo inicerent. Et ecce ex improviso inspiravit deus hanc sententiam menti meæ. Itaque condico tecum ut sic facias. Servum tuum, Myrrhina, dominum meum amatorium finge irata simul ac plagis onerans velle te eicere ex ædibus, sed parcius per deos ac lorum moderans ad meum cupidinem. Ita fiet, ut servus, Euctitus ille pulcher omnino ad me confugiat, quippe ad amicam dominæ, egoque confestim virum meum ad te ablegem pro servo deprecaturum, quasi precibus hominem domo eiciens. Ad hunc modum utraque cupitum tenens non negliget Amore duce per otium ac facilem occasionem uti præsenti tempore. Sed tu producas longius coitus dulcedinem, eâdem mihi prorogatura voluptatem gaudii mei. Vale, desineque acerbum flere fatum coniugis, amicum pro eo maritum meum potita.

ις'. Μυρτάλη Παμφίλῳ.

Ἐμὲ ποθοῦσαν περιφρονεῖς καὶ περὶ ἐλαχίστου ποιῇ, ἐμὲ τὴν ἐρῶσαν ὑστέραν ἔχεις καὶ πάρεδρον ἡδονήν, καὶ πολλάκις τὴν ἡμετέραν οἰκίαν ὡς οὐδὲ ἰδών ποτε παρέρχῃ. θρύπτῃ, Πάμφιλε, πρὸς ἐμέ, καὶ καλῶς, ὅτι μὴ ἀπέκλεισα ἐλθόντα « ἔνδον ἕτερος » εἰποῦσα, ἀλλ' εἰσεδεχόμην ἀπροφασίστως· τότε δ' ἄν σε καόμενον εἶδον καὶ ἀντιμεμηνότα. ἐγὼ διέφθειρά σε ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο διεμφανίζουσα· ὑπερόπται γὰρ αἰσθόμενοι γίγνεσθε. μία μόνη δικαίως ἐσπούδασταί σοι Θαΐς· καλὴ γὰρ ὅτι ποθεῖται. ἐκείνην διώκεις, ὅτι σε πόρρωθεν ἀποφεύγει· τῶν γὰρ μὴ ῥᾳδίων ἐφίεσθε. καὶ ὅταν πολλὰ διδοὺς μάτην ἱκετεύων τὴν σὴν ἀποκάμῃς, ἐμὲ λοιπὸν τὴν ἐξ ἀπορίας ἐπιζητεῖς. καίτοι γε τεττάρων ὀβολῶν ἀξία Θαῒς εἰ πάνυ πολλοῦ. ἐγὼ τοίνυν ἠλιβάτων κακῶν ἐμαυτὴν αἰτιῶμαι· πολλάκις γὰρ ἐπομοσαμένη τὴν ἄτοπον ταύτην διαλῦσαι φιλίαν, ἡνίκα σε πάλιν ἑώρων, αὐτίκα μανικῶς προσεπήδων καθάπαξ ἐπιλελησμένη τῶν ὅρκων, καὶ λίαν ἐκκεχυμένως ἠγάπων, ἐφίλουν τε ἡδέως, καὶ σφο-

XVI. Myrtala Pamphilo.

Amantem me spernis ac pro nihilo ducis; diligentem me habes loco secundæ ac succidaneæ voluptatis, nostrasque ædes sæpius præteris, quasi si eas nunquam videris. Ferocem facis, Pamphile, adversus me, et merito, quia non exclusi volentem, alium intus mentita, sed nihil caussata admisi. Quod si fecissem, ego te flammatum et mutuo furore percitum vidissem. Perdidi te nimium amans neque amorem dissimulans. Discitis enim spernere, ubi vos amari sensistis. Et merito unam tu sedulo colis Thaidem. Formosa enim illa, quia expetitur; eam sectaris, quia te longe pellit. Enim vos ardua expetitis. Et si quando largitus multa, multa frustra precatus, irritus voti abis, tum me ex inopia exquiris. Quanquam dupondia est Thais si magni est. Sed ego malorum summorum accuso me ipsam: sæpius enim testata deos dissoluturam me hunc inficetum amorem, quum te rursus video, furiata statim accedo, velut immemor iuramenti, effuseque amplexa suavior dulcissime, firmissi-

ἱδρῶς ἄγαν ὑπελάμβανον ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τιτθολαβεῖν ἐπέτρεπον. σὺ μὲν οὖν οἴει με τὸν αὐτὸν ἀεὶ τρόπον ἕξειν ὡς εὐπειθῆ καὶ ἑτοιμότατα προχειμένην, ἀλλ' ἔγωγε μὰ τοὺς Ἔρωτας — μαθήσῃ δὲ τῇ πείρᾳ. καὶ τί χρή με περιττὸν ἀποτελέσαι τὸν ὅρκον, παρὸν τοῖς ἔργοις ἐμαυτὴν ἐμπεδῶσαι καὶ περὶ τῶν δοκούντων ἀποδεῖξαι βεβαίαν. ἔρρωσο, καὶ πρὸς τῶν Θαΐδος μαστῶν καὶ φιλημάτων μηδὲν ἔτι παρενόχλει.

meque ulnis implicatum teneo, ac sino papillas attrectes. Tu me forte semper ad hunc modum habiturum censes, morigeram quippe et placari facilem : sed ego testor Amores, disces reipsa : et quid opus me frustra iusiurandum concipere, quum reipsa obligare me possim et arbitrio meo dicere sine provocatione sententiam ? Vale, et per mammas perque oscula Thaidis, ne tu mihi molestus fuas amplius.

ιζ'. Ἐπιμενίδης Ἀριγνώτῃ.

Φιλανθρώπως, ὦ γύναι, παραγγέλλεις, καὶ φειδομένης ἄγαν ὁ λόγος. ἔφης γάρ « μέχρι τίνος, ὦ μειράκιον, παραμένεις, μηδένα διαλεῖπον καιρόν; σύνοικον ἔχω. μὴ μάτην τὸν ἐμὸν ῥύπαινε βίον. ἄπιθι, τὴν σὴν ὁδὸν διανύον, πρὶν ὑπ' ἐκείνου φωραθῇς. οὐ δι' ἐμὲ τοιοῦτος τεθνήξεται νεανίας. » ἀλλ' οὐπώποτε ἠράσθης ἀφ' ὧν λέγεις, οὐδὲ κατεῖδες ἐρῶντα· σφόδρα γοῦν ἀπειρότατα διαλέγῃ. οὐκ ἔστιν αἰδήμων ἐραστής, κἂν προπηλακιζόμενος τύχῃ· οὐδὲ δειλός, κἂν δέῃ τεθνάναι. πρὸς κῦμα πρὸς πνεῦμα πλεῖν οὐδὲν αὐτῷ διαφέρει. τούτοις μᾶλλον τιμᾶται Ἀφροδίτη ἢ λιβανωτῷ καὶ θυσίαις. ἐκείνων οὖν ἀπόσχου τῶν λόγων· λῆροι γάρ εἰσι καὶ φλήναφοι παντελῶς. ἐγὼ τοίνυν ἐρωτικὸς ἀνέκπληκτος μηδὲν ὀρρωδῶν τὴν ἀνδρείαν μιμήσομαι τῶν Λακώνων· παρ' ἐκείνοις γὰρ αἱ μητέρες πρὸς τοὺς παῖδας ἔφασκον, ἐμοὶ δὲ παρακελεύεται κάλλιον ἡ ψυχή « ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτης, » καὶ διὰ τὸ σὸν κάλλος ἢ γάμον ἄσμενος ἢ τάφον αἱροῦμαι. ἔστωσαν ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι νῦν οἱ πεπτωκότες. μὴ τοίνυν, ὦ καλλίστη γυναικῶν, ὑπολάβῃς τὰ γεγραμμένα μόνης χειρὸς εἶναι καὶ γλώττης ἁπλῶς· ἁμαρτήσῃ γὰρ τῆς ἀληθείας πολύ. ἔλεγχός ἐστι ταῦτα ψυχῆς ἐρώσης, κἀκείνη διὰ τούτων τὸ συμβὰν κατεμήνυσε πάθος.

XVII. Epimenides Arignotæ.

Humane mulier admones, tuusque sermo est miserantis admodum. Dicis enim « quousque tu sustinebis, iuvenis, nec ullum tempus intermittes ? coniugem habeo; ne frustra dehonestes vitam meam. Abi vias tuas, antequam ab illo prehendare; non fiet ut propter me talis adolescens pereat. » Sed, ut sermo tuus est, amasti nunquam, nunquam amantem vidisti : loqueris enim ut prorsus inexperta. Non est amator verecundus, ne si contumeliis expellatur quidem; non est pavidus, ne si moriendum sit; adversis ventis, adverso æstu navigare susque deque habet. His colitur Venus magis quam thure ac victimis. Desine ergo talia edicere ; nugæ sunt etenim atque affanniæ meræ. At ego impavidus amator, nihil veritus Laconum imitabor fortitudinem. Nam apud eos admonent matres filios (mihi vero dulcius insusurrat anima) « aut hanc aut in hac, » nuptiasque ego libenter aut mortem eligam formæ tuæ caussa. Cadant nunc aut tres sex aut tres tesseræ. Tu interea pulcerrima mulierum cave credas manus esse vel linguæ tantum hæc scripta; nam ita longe a vero iveris. Indicia hæc sunt amantis animæ, quæ per hæc verba totum adfectum suum prodidit.

ιη'. Μαντίθεος Ἀγλαοφῶντι.

Γυνὴ τοὔνομα Θελξινόη προσχήματι σώφρονος ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καθέλκουσα τὴν ἀμπεχόνην κἀκεῖθεν κομιδῇ στενὸν ὑποβλέπουσα, ἐλάνθανε κακοτεχνοῦσα τοὺς νέους· καὶ γὰρ κυνὶ προσέοικε λύκος, ἀγριώτατον ἡμερωτάτῳ. ταύτης ὁ Πάμφιλος οὐκ οἶδα ὅπως πολυπραγμονήσας τὸ βλέμμα ἐκ πρώτης θέας ἠράσθη ταχύ· δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐρωτικῶς διεθερμάνθη, καὶ ὥσπερ βοῦς μυωπισθεὶς ἐταράττετο, ὤκνει δὲ τὸν πόθον δηλῶσαι, τὴν ἐμφαινομένην σεμνότητα δεδιώς. συνῆκε τοῦ μειρακίου τὴν ὑπόνοιαν ἡ γυνὴ ὡς πολλὴν ἔχουσα τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν. ** ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐχ ὡς προαγωγὸς τῷ ποθοῦντι προσῆλθεν, ἀλλά τις εἶναι τῶν περιέργων ἐδόκει· καὶ πολλὰ τερατευσάμενος ἐπηγγείλατο λόγοις αὐτὴν δαιμονίοις καταδουλῶσαι τῷ νέῳ. καὶ χρυσοῦς αὐτὸν πρότερον εἰσπραξάμενος οὐκ ὀλίγους

XVIII. Mantitheus Aglaophonti.

Mulier nomine Thelxinoe, pudicam simulata, vestem super oculos adducens sensimque inde respiciens, malis artibus illectabat improvidam iuventutem. Præferebat quippe lupa ferissima mansuetissimæ speciem canis. Eam Pamphilus nescio quo modo curiosius aspectam simul vidit, simul perire cœpit : excepta siquidem per oculos formæ exuvia amore exarsit. Agebatur ad modum œstro percitæ bovis. Sed desiderium palam facere verebatur, simulatam honestatem reveritus. Sensit suspicionem iuvenis mulier, perita quippe talium. ** Sed ille non lenonis specie accessit iuvenem, verum tanquam unus aliquis e curiosis : multaque mira memorans, promisit solis se divinis artibus subiecturum eam adolescenti. Et sane exactis prius aliquantis aureis infando carmine traxit ad amantis pedes mulierem, sicuti facturum se iactaverat,

ὑπὸ τὼ πόδε τοῦ ποθοῦντος ἤγαγεν ἀρρήτῳ λόγῳ τὴν ἄνθρωπον, ὥσπερ αὐτὸς ὑποδεικνὺς τὴν γυναῖκα προσιοῦσαν ἐνεανιεύετο λέγων. ἡ δὲ τὴν ὑπόκρισιν τοῦ πιστουμένου ** τὸ μὲν πρῶτον οἷον ὑπόσεμνος συνεδείπνησεν ἐγκεκαλυμμένη, καὶ σμικρὸν τῶν ἀργυρίδων ἀπεγεύετο, μέχρι καὶ αὐτὰς καταπέπωκε τὰς χρυσίδας. ἔπειτα τέως ἀντερᾶν ὡμολόγει νῦν πρῶτον ἔρωτος πειραθεῖσα, καὶ ἦν πάντα μιμηλῶς ἐρώσης τὰ δρώμενα παρ' ἐκείνης, καὶ πολλάκις παρεδάκρυε τῷ μειρακίῳ, νῦν μὲν ἀποστένουσα τὸν πόθον, νῦν δὲ πικρῶς ὀλοφυρομένη ἣν ἐζημίωται σωφροσύνην, καὶ ὁ Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλατταν ἀγνοεῖν. ὁ δὲ σχηματισάμενος μαγγανείαν παρ' ἕκαστον ἑαυτὸν ἀπεθαύμαζεν, εἰς σύμβολον παραδόξου νίκης ἀνατείνων τὴν χεῖρα. ταῦτα μὲν οὖν γέγονε δίς τε καὶ τρὶς καὶ σφόδρα πολλάκις· ὡς δὲ λοιπὸν τὸν ἀθλίως ἐρώμενον ἐψίλωσαν τῶν χρημάτων καὶ κατέστησαν παττάλου γυμνότερον, ἀπέλιπον αὐτὸν ἐν πενίᾳ δήπου μυρίᾳ, καὶ περιπεφρονήκασι παντελῶς. ὁ μὲν ἐραστὴς περιώδυνος ἐκ τοῦ πόθου τὸν φιλτροποιὸν ἱκέτευε κατ' ἐκείνης ἀνακινῆσαι τὰς ἴυγγας· ἔτι γὰρ οὕτως ἤγετο κεκρατημένος τῇ χλευῇ· ὁ δέ φησιν « ὦ τάν, εἴς γε τὰ τοιαῦτα πρόσκαιρος ἡμῶν ἐστιν ἡ τέχνη, ἄλλως τε καὶ ἀπολέλαυκας ἱκανῶς. » τούτοις ἀμφότεροι φενακίσαντες τὸν νέον ἀπῆλθον, ἡ μὲν πλασαμένη σώφρονος ἤθη, ὁ δὲ καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινάμενος τῶν περιέργων τὸ σχῆμα καὶ δαιμόνων προσηγορίας συνείρων πλασματώδεις τέ τινας ὑποφθεγγόμενος ἐπικλήσεις καὶ ψιθυρίζων ἀπατηλῶν γοητευμάτων λόγους φρικώδεις, ἔνθα δῆθεν αὐτὸς ὑποτρέμων παρεστῶτι πλησίον μὴ δεδιέναι παρεκελεύετο τῷ μειρακίῳ.

ιθ'. Ἀρχίλοχος Τερπάνδρῳ.

Ὅρα πρὸς Διὸς ὅπως γυνή τις ἠρέμα προτρέπει μαστροπὸν αὐτῆς γενέσθαι τὴν δούλην. ἔφη γὰρ « ἢ φαντασίαν εἶδον, ὦ παιδίσκη, καθ' ὕπνον οἷα φιλεῖ, ἢ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων κωμαστῶν ὑπὲρ ἐμοῦ μαχομένων ἀωρὶ νυκτῶν, οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ. ἐλεύθεροι γὰρ οἱ στενωποί· παίζειν καὶ γελᾶν καὶ ᾄδειν τῷ θέλοντι ἔξεστιν. νὴ τὰς Μούσας εὐστόμως ᾖδον, ἴσα καὶ Σειρῆνες γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν. » « ἀληθῆ » φησὶν ἡ παῖς « ἀκήκοας, ὦ κεκτημένη· σὲ γάρ τις νέος καταβόστρυχος ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ὑπήνῃ πάλαι ποθεῖ, Ἱπποθάλης μὲν ὄνομα, ἱκανὸς δὲ καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ κάλλους γινώσκεσθαι. καὶ πολλάκις μοι διείλεκται περὶ σοῦ καὶ « βούλομαι » ἔφη « τὴν σὴν δέσποιναν προσειπεῖν, ἀλλ' ἐδεδίειν προσαγγεῖλαι τὸν λόγον. » αὐτίκα γοῦν ἡ κεκτημένη τὴν θεράπαιναν ἐπανήρετο « τὸ βούλημα ἤκουσας, ὦ φιλτάτη; » « ναί » φησὶν ἡ παιδίσκη. ἡ δέ « ὡς ἐμοῦ γε μήπω μαθούσης » ἔφη « παρίτω πάλιν προσᾴδων, κἂν ἐρωτικός μοι δοκῇ, χαριοῦμαι τῷ μειρακίῳ. » ἦλθεν, ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας, ἐμμελέστερον ᾖδεν, ἐκρίθη καλός, καὶ

præmonstrata illis dum forte progreditur muliere. Illa simulationi fidem factura, primum velut proba mulier accubuit velata paullulumque de argenteis gustavit, donec tandem exhausit ipsas aureas. Dein mutuum tandem cupidinem fassa, tum primum attentatam se amore dicere, omniaque amantis callide effingere. Adlacrimabat sæpius iuveni, modo cupidinem suum querens, modo flens amare perditam honestatem. Videbatur Cretensis inexpertus maris. At ille magnum simulabundus ad singula mirandam artem suam laudare, manusque veluti insperatæ victoriæ signum extollere. Hæc illi ter quater sæpiusque fecere, donec miserum amantem tandem exhaustum pecuniis clavoque nudiorem statuere : tum demum eum in summa inopia reliquere ac prorsus neglexere. Ille amore æger rogabat artificem, ut rursus illicia ducendæ mulieri cieret, etiamnum credulus simulataque deceptus fallacia. Sed alter « ars nostra, o bene vir, non omnium horarum est; et tu alioqui lusisti affatim. » Ad hunc modum uterque pellecto iuvene abiere : illa pudicæ mores simulans, hic velut in scena curiosorum gestus imitatus, dæmoniorum contractis nominibus effictisque appellationibus insusurratis et mussatis fallacium illiciorum terrendis sermonibus, dum ipse tremebundus adstantem iuxta iuvenem sedulo monet ne timeret.

XIX. Archilochus Terpandro.

Vide per Iovem qua ratione famulam sensim instruxerit mulier ut conciliatrix sibi fieret. « Aut enim » inquit, « mi puera, visum in somnis vidi, uti adsolet, aut iuvenes comessatores audivi ante ædes nocte intempesta canentes reipsa, non in somniis : angiportus enim liberæ; ludere ridere canere cuilibet licet. Canebant dulce, Musas testor; non vox suavior ipsis Sirenibus. » « Et recte audisti, domina, » infit puella : « nam te cincinnatus iuvenis adhuc tenera lanugine dudum amat. Hippothales ei nomen; sed forma ipsa nobilis satis, sæpiusque me super te compellavit et « volo » inquit « adfari dominam tuam » : sed id tibi reverita sum edicere. » Rogavit iterum ancillam domina « sensisti quid vellet, o amica? » « Sensi equidem » inquit illa. « Redeat ergo » inquit « et occinat rursus, nescius me quicquam inaudisse : tum si dignus amari videbitur, faciam ei copiam mei. » Venit; caput rosis ornatum ostendit; dulcius cecinit; formosus visus est, fruitique sunt invicem ambo

ἀλλήλων συναπέλαυον ἄμφω οὐ μόνον στέρνῳ ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες τὰς ψυχάς. τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται, καὶ τοῦτο ἔστιν ὃ βούλεται· σπεύδουσιν αἱ ψυχαὶ διὰ τῶν στομάτων πρὸς ἀλλήλας καὶ περὶ τὰ χείλη συναντῶσι, καὶ μῖξις αὕτη γλυκεῖα γίνεται τῶν ψυχῶν.

κ'. Ὠκεάνειος Ἀριστοβούλῳ.

Νέος ἐρωτικός, ὄνομα Λύκων, ἀνήνυτα προσκαρτερῶν καὶ θυραυλῶν γυναικὶ μέμφεται δεινῶς ἀπειθούσῃ. ὁ μὲν γὰρ ἱκετεύων ἔφασκε ταῦτα δὴ τὰ μυριόλεκτα καὶ συνήθη πρὸς τὰ παιδικὰ τοῖς ἐρῶσιν, « οὐκ ἐπικάμπτῃ πρὸς ἔλεον ὁρῶσα μειράκιον; οὐ συναλγεῖς μοι ποθοῦντι; ἔχε με κατὰ κράτος ἑλοῦσα τὸν πᾶσι καὶ πάσαις ἀνάλωτον »· ἡ δὲ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ὧδε ῥῆσιν ἐρεῖ « ἐμοὶ προσλαλῶν εἰς πῦρ ξαίνεις, γύργαθον φυσᾷς, σπόγγῳ πάτταλον κρούεις, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀμηχάνων ποιεῖς. » τέλος ἐξ ἀπορίας ὁ νεανίσκος ἐξωργίσθη, καὶ ἀναφλεχθεὶς τῷ θυμῷ τὸν λαιμὸν ὀγκούμενος ἐφύσα τε καὶ τραχύτατα διελοιδορεῖτο τῇ ποθουμένῃ. « ὡς φιλόνεικος » εἶπεν « ὑπάρχεις καὶ λίαν γυνή, ὡς ἀτεράμων, ὦ γῆ καὶ θεοί. θαυμαστὸν πῶς ἡ τοιάδε ψυχὴ οὐκ ἐτέχθη μᾶλλον θηρίον. » ἡ δὲ τῇ λαιᾷ χειρὶ βραχὺ τὴν παρειὰν ἐπικλίνασα, τῇ δὲ λαγόνι τὴν δεξιὰν ἐμβαλοῦσα ἠθικῶς μάλα « τὸν λόγον ἀμυνοῦμαι » φησί. « κλᾶταί σου ἄλλως ἡ γλῶττα, καὶ φληναφᾶν μόνον ἐθέλει. πλὴν ὁποῖον εἴρηκας ἀντάκουε. ἐν ταῖς ἀκρωρείαις περιπλανώμενα τὰ θηρία σπανίως ἐπιτίθεται τοῖς ἀνθρώποις, ἐξ ὑμῶν δὲ ζωγρηθέντα καὶ παραθηγόμενα τοῖς κυνηγεσίοις μανθάνει ἀγριαίνειν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡμᾶς ἐκδιδάσκετε οἷον θηροτροφοῦντες μηδαμῶς ἐλεεῖν ἀλλὰ σκληρῶς ἀπαυθαδιάζεσθαι τοῖς νέοις. ὅτε μὲν γὰρ αὐτοὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε, καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες, καὶ δακρύοντες κατόμνυσθε τοὺς θεούς, ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχοντες τὸν ὅρκον. ὡς γὰρ λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν, οὕτω τὰ γύναια ποθοῦσιν οἱ νέοι, καὶ λυκοφιλία τούτων ὁ πόθος. ἡνίκα δὲ μέχρι κόρου τὸν ἑαυτῶν ἀπεπληρώσατε πόθον καὶ τὰς πρότερον ὑμῶν ἐρωμένας ἐκ μεταβολῆς ἐραστρίας ἐποιήσατε, μεγαλαυχεῖτε λοιπὸν καὶ καταγελᾶτε τῆς ὥρας, μυσαττόμενοι τὰς ἀθλίας, καὶ βδελύττεσθε ταῖς ἀρτίως τριποθήτοις προσπτύοντες ἡδοναῖς· ἐφήμερα γὰρ ὑμῖν τὰ δάκρυα καὶ ὥσπερ ἱδρὼς ἀπομάττεται. τοὺς δὲ ὅρκους αὐτοί φατε μὴ προσπελάζειν τοῖς ὠσὶ τῶν θεῶν. λύκος οὖν χανών, ὦ Λύκων, ἄπιθι διὰ κενῆς, καὶ μηκέτι κάλει θηρία τὰς φυλαττομένας περιπεσεῖν τοῖς θηρίοις. »

mutuis gaudiis non admotis solum pectoribus, sed iunctis per oscula ipsis etiam animis. Hoc enim osculum potest; hoc petit, Festinant invicem ad sese animæ per ora, concurruntque circum labias, fitque ibi coitus animarum dulcissimus.

XX. Oceanius Aristobulo.

Amator adolescens nomine Lyco, frustra perdurans atque ostium occentans, mulierem male morigeram incusat serio. Nam is supplex vulgata et solita amatoribus ad dominas ingerere : « non miseresces adolescentem respiciens ? non condolebis amanti ? habe me vi captum, invictum ante qua viris, qua feminis. » Sed cantionem hanc refert e media Scythia : « quum me adfaris, ignem cædis, rete inflas, spongia clavum trudis, aliaque irritorum ac futilium hominum facis. » Tandem desperatum iuvenem ira iniit, ardensque animo, collum inflatus, statim ad contumelias amicæ dicendas versus est : « quam tu » inquit, « contentiosa et nimium mulier, quam inexorabilis, testor terram ac deos. Mirum quin tale ingenium corpus potius sortitum est feræ. » Sed illa genam paullulum in lævam acclinis, dexteram lateri supponens « facete » infit « sermonem ulciscar tuum : fracta tibi lingua est, et meras nugas blatit. Ceterum ad id quod dixisti audi. Errantes per præcipitia feræ raro irruunt hominibus, sed captæ a vobis et venationibus pellectæ discunt et ipsæ ferum animum. Ad eundem modum et nos venaturis exercitas docetis nunquam misereri, sed insolescere ac superbe insultare iuventuti. Quamdiu enim amatis, ad ianuas amatarum humi sine strato pernoctatis supplicesque vel uno verbo dignari petitis, testaminique cum lachrimis deos, iusiurandum habentes in summis labris. Nam ut agnos lupi, sic mulieres amant iuvenes, estque hic amor lupinus amor. Sed simul explevistis ad satietatem vestram libidinem amatasque prius vicissim amare fecistis, tum vos magnifice elati florem earum ridetis, lubidrio habetis miseras, superbique studio quæsitos nuper consputatis cupidines; diariæ siquidem lacrimæ vobis, sudoris in modum tergeri promptæ. Iuramenta vero dicitis non accedere aures deûm. Abi ergo, Lyco, abi, lupe incassum hians, nec voca deinceps feras, quæ cavent sibi ne obnoxiæ sint feris. »

κα'. Ἀβροκόμης Δελφίδι ἐρωμένῃ.

Περίεργος διατελῶ πρὸς τὰ γύναια πανταχῇ οὐ μὰ Δί' οὐχ ἵνα τούτων ἅψωμαι (μὴ οὕτω χαλεπῶς ἀκούσῃς τοῦ λόγου), ἀλλ' ὅπως παράθεσιν ἀκριβῆ σοῦ τε κἀκείνων ποιήσωμαι, τῆς ἐν πάσαις διαπρεπούσης τῷ κάλλει, καὶ παραλλήλους κατ' ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ἀντικρίνω. καὶ νὴ τὸν Ἔρωτα τὸν εὐτυχῶς εἰς τὴν ἐμὴν τετοξευκότα ψυχήν, πάσας ἐν πᾶσι νενίκηκας, ὡς ἔπος, τῷ σχήματι τῷ κάλλει ταῖς χάρισιν· αἱ γὰρ χάριτές σου παντελῶς ἄδολοι καὶ ἀληθῶς κατὰ τὴν παροιμίαν γυμναί, καὶ φύσεως αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς, ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου, οὐδὲ στεφανοῦσθαί σοι τὴν κεφαλὴν ἀναγκαῖον, ἅτε τῆς κόμης ἀποχρώσης αὐτῇ. καὶ ὅσον τὸ ῥόδον φαιδρότερον τῆς ἄλλης πέφυκε πόας καὶ λίαν καθ' ἑαυτὴν εὐδοκιμούσης, τοσοῦτον καὶ τῶν ἐπισήμων γυναικῶν ὑπερφέρεις. τοιγαροῦν, ὦ μέλισσα ἐμή, ἁρπάζεις τὰ πάντων ὄμματα, καὶ προσέλκεις καινότερον τρόπον, οἷον οὔτε ἰχθὺν ἁλιεὺς εἵλκυσεν οὔτε ὄρνιν θηρευτὴς οὔτε κυνηγέτης νεβρόν. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἢ ἀπὸ δελεάτων ἢ τῶν ἰξῶν ἄγουσιν ἢ ὅπως ποτέ· σὺ δὲ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων τῇ θέᾳ γαννυμένους ἄγεις ἡμᾶς. ἀλλ' ὦ Δελφίδιον ἐμόν τε πρόκριτον ἀγαθόν, ζῴης ἐπὶ μήκιστον, εὖ ζῴης· ἐπὶ σοὶ γὰρ ἐγὼ φλέγομαι μόνῃ, καὶ τοῖς θεοῖς ἐπεύχομαι πᾶσι μηδαμῶς ἔχειν περὶ τὴν ὀρθῶς φανεῖσάν μοι κρίσιν ἑτεροῖον τὸν νοῦν. εἴθε τοίνυν, ἐμὸν γάνος, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς φύσεως ἔχοις τὴν νίκην, ἐγὼ δὲ μέχρι παντὸς τὸ χρυσοῦν τῶν Ἐρώτων εὐτυχήσαιμι βέλος. σὺ οὖν αὐτὸ μὴ πειρῶ τῆς ἐμῆς ἀφελέσθαι καρδίας· οὔτε γὰρ αὐτὴ δύνασαι οὔτε ἐγὼ βούλομαι· οὐ γὰρ ἀποθύμιον ἔχω τὸν πόθον. ἔστω τοίνυν ἔργον ἓν μόνον ἐπιδέξιον ἐμοὶ φιλεῖν Δελφίδα καὶ ὑπὸ ταύτης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν τῇ καλῇ καὶ ἀκούειν λαλούσης.

XXI. Abrocomas Delphidi amatæ.

Curiosis ego oculis observo omnes ubique mulieres; non per Iovem ut eas attentem (ne tu sermonem meum tam dure exceperis), sed ut te examussim ceteris conferam, quæ forma inter omnes antecellis, et cum ceteris apud animum meum collatione facta iudicium feram. Et tu per Cupidinem, qui feliciter sauciavit animam meam, omnes in omnibus, ut aiunt, supergressa es, ornatu forma gratiis. Nam gratiæ tuæ sine fuco ac fallaciis, ut aiunt, vere nudæ; nativus rubor percurrit genas; nigrum cilium in candida fronte : nec tibi opus caput redimire; sola ei cæsaries satis : ac quantum rosa reliquis herbis quantumvis præstantibus clarior, tantum tu mulieres illustres superemines. Enim tu solum visa cunctorum oculos rapis, ac novo quodam modo, quali nec piscem piscator illexit, neque avim auceps, nec venator hinnulum. Nam illa vel esca vel visco vel quovis alio decipiuntur modo : at tu oculorum aspectu ridentes nos ducis. Sed, o Delphidium meumque præoptatum bonum, vivas longum, bene vivas; nam ego in te unam ardeo, deosque omnes rogo, ne unquam abducatur mihi mens ab hoc recto iudicio. Habeas ergo tu, mea vita, a natura hanc victoriam, egoque æternum aureum amoris telum feram, quod tu ne conare avellere e meo corde; neque enim tu potes, neque ego volo : non enim mihi amor contra animi mei sententiam. Sit ergo unus mihi finis, amare Delphidem et ab ea amari, alloqui pulchram et loquentem audire.

κβ'. Χαρμίδης Εὐδήμῳ.

Γυναικὸς ἔτι προσεμβατεύοντα τὸν μοιχὸν ἔνδον ἐχούσης, οὕτω συμβὰν ὁ ταύτης ἀνὴρ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφιγμένος ἔκοπτε τὴν θύραν ἅμα βοῶν. ἡ δὲ τοῦ κτύπου καὶ τῆς βοῆς αἰσθομένη ἐξανέστη τῆς εὐνῆς καὶ τὴν στρωμνὴν συνετάραξε, παντελῶς συγχέουσα τὸ ἔρεισμα τοῦ δευτέρου σώματος, ὅτι κατηγόρει μηνύματα συζυγίας. εἶτά φησι παραθαρρύνουσα τὸν μοιχόν « εἰ νῦν τῷ συνοίκῳ δεσμώτην σε προσαγάγω, μηδὲν δείσῃς μηδ' ὑποπτήξῃς, ὦ φίλε. » συνέδησε τοῦτον, ἀνέῳγε τὴν θύραν, ὡς ἐπὶ τοιχωρύχον ἐκάλει τὸν ἄνδρα, φάσκουσα « τοῦτον κατέλαβον, ἄνερ, ἐγχειροῦντα συλαγωγῆσαι τὸν ἡμέτερον οἶκον. » ὁ δὲ θυμωθεὶς ὥρμηκεν εὐθέως αὐτὸν ἀνελεῖν, ἀλλ' ἡ γυνὴ διεκώλυε παραινοῦσα μᾶλλον τὸν κακοῦργον ἕωθεν παραδοθῆναι τοῖς ἕνδεκα. « εἰ δέ γε δέδοικας, ἄνερ, ἐγὼ συναγρυπνοῦσα τοῦτον φυ**.

XXII. Charmides Eudemo.

Audi quid mulieri mœchum in amplexibus tenenti acciderit. Maritus eius peregre rediens pulsare fores et simul inclamare cœpit : illa sonum ac vocem agnoscens surrexit e cubili, stratoque turbato confudit omnimodis alterius corporis vestigia, certa quippe coitus indicia. Dein mœchum bono animo esse iubens « si ego te » inquit « nunc vinctum viro meo tradidero, ne quid metuas neve animum despondeas, amice. » Vinxit hominem, aperuit ianuam, virum tanquam ad perfossorem vocavit, « hunc ego » inquiens, « mi vir, domum nostram expilare aggressum cepi. » Iratus ille ad arma ocius, ut hominem tolleret. Inhibuit mulier, monens satius esse matutino tradere maleficum undecimviris. « Quod si tu » inquit « metuis, mi vir, ego una pervigil eum custodiam **.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ARISTOTELIS EPISTOLÆ.

α'. Φιλίππῳ.

Οἱ τὰς ἡγεμονίας ἀναλαμβάνοντες πρὸς εὐεργεσίαν τῶν ἀρχομένων οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης ἀλλ' οὐδ' ὑπὸ τῆς φύσεως προηγμένοι τὰς ἀρχὰς ἐμπιστεύονται, αἳ μεταπίπτειν εἰώθασιν, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς μέγα φρονοῦσιν εὖ καὶ σφόδρα σοφῶς πολιτευόμενοι. οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν ἀνθρώποις βέβαιον, καὶ ἐχυρὸν οὐδὲν ὃ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἥλιος τραχείᾳ ῥοπῇ συναλλοιοῖ καὶ μεταφέρει. ποικίλλουσα τοὺς βίους ἅπαντας καθάπερ τραγῳδίας ὑποκρίσει τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἡ τύχη μετασκευάζει, εἴπερ μὴ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ὄνπερ τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἕκαστα, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀνθεῖν ποτὲ συμβαίνει καὶ τὰς ἀκμὰς ἐν χρόνοις τισὶν ἀναλαμβανομένους πολὺ τῶν ἄλλων διαφέρειν. διὸ πειρῶ μήτε τῆς Ἑλλάδος τυραννικώτερον προΐστασθαι μήτε τοῖς ῥήμασι σοβαρώτερον· τὸ μὲν γὰρ προπετείας ἐστὶ σημεῖον, τὸ δὲ ὁμολογουμένης ἀβουλίας τεκμήριον. δεῖ γὰρ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν δυναστευόντων μὴ διὰ τὰς ἀρχὰς ἀλλὰ διὰ τῶν ἀρχῶν θαυμάζεσθαι, ἵνα τῆς τύχης μεταπεσούσης τῶν αὐτῶν ἐγκωμίων ἀξιῶνται. τὰ δ' ἄλλα εὖ πράττε, ψυχὴν πρὸς φιλοσοφίαν σῶμα δὲ πρὸς ὑγίειαν ἄγων, καὶ ** ἐπιμελούμενος.

I. Philippo.

Qui imperia in se recipiunt, ut bene subditis faciant, non a fortuna, sed ne natura quidem sua evehuntur ita, ut iis principatus demandetur, cuius esse solet mutatio atque eversio, sed virtutibus suis sese efferunt, et hi recte quidem et sapienter omnino dignitates gerunt. Nihil enim est in hominum vita solidum aut constans, aut quod non usque ad vesperam solis cursus acerba et aspera perturbatione commutet et in alium locum transferat. Fortuna cuncta vitæ genera variat eorumque habitum malis nostris velut tragœdiæ actione commutat, siquidem non aberramus a veritate, cum dicimus, eadem ratione, qua unumquodque eorum, quæ e terra nascuntur, viros quoque aliquando florere et vigore ac robore certis temporibus assumto longe ceteris præstare. Quam ob rem adnitere ut neque tyranni instar in gubernanda Græcia te geras, neque dictis insolentius superbias; alterum enim petulentiæ documentum est, alterum manifestæ temeritatis argumentum. Sapientium enim principum hoc est officium, ut non propter imperia sed per imperia admirationem sibi pariant, ut, si fortuna immutata fuerit, iisdem laudibus digni habeantur. Ceterum vale, mentem ad sapientiæ disciplinam, corpus ad valetudinem revocans simulque utilitates curæ habens.

β'. Ἀλεξάνδρῳ.

Ἀπορῶ τίνων ἢ ποίων ἀρχή με λάβῃ πρός σε· ἐφ' ἃ γὰρ ἂν ἐπισκοπῶν ἐπιβάλω τὴν διάνοιαν, πάντα μοι φαίνεται μεγάλα καὶ θαυμαστά, καὶ λήθης οὐδὲν ἄξιον ὁρῶ, μνήμης δὲ οἰκεῖα καὶ προτρέψεως. ὧν οὐδὲν οὐδεὶς ἀμαυρώσει χρόνος· αἱ γὰρ καλαὶ τῶν διδασκάλων παραινέσεις καὶ προτρέψεις θεατὴν ἔχουσι τὸν αἰῶνα. διὸ πειρῶ τὴν ἀρχὴν μὴ εἰς ὕβριν ἀλλ' εἰς εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι, ἧς οὐδὲν μεῖζον τῶν ἐν βίῳ ὑπάρχειν πέφυκε. διὸ καὶ τὸ θνητὸν τῆς φύσεως πολλάκις ὑπὸ τοῦ χρεὼν διαλυόμενον ἄφθαρτον διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων κέκτηται τὴν μνήμην. τούτων οὖν τὴν ἔννοιαν ἔχε· οὐ γὰρ ἀλόγως ἠνέχθης ὡς ἔνιοι, οἳ ἀτόπως καὶ τὰς γνώμας διετέθησαν. σοὶ καὶ γένος ἔντιμον καὶ βασιλεία πατρῷος καὶ παιδεία βέβαιος καὶ δόξα περίβλεπτος, καὶ ὅσον ταῖς ἀφορμαῖς τῆς τύχης διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς τῶν κα-

II. Alexandro.

Dubium mihi est quæ vel qualia primum ad te scribam; adeo quæ animo et cogitatione circumspicio, cuncta mihi videntur magna et admiranda, neque video quod sit oblivione dignum, immo ad memoriam omnia faciunt atque adhortationem. Quorum nihil tempus ullum obscurabit; honestæ enim præceptorum admonitiones et adhortationes spectatorem habent universum sæculorum ordinem. Quam ob rem incumbe, ut arbitrium non in iniuriis sed in beneficiis colloces, quo nihil maius in hominum vita fieri potest. Quapropter natura, quæ mortalis est, cum sæpe fato succumbat et intereat, tamen propter operum magnitudinem æternam memoriam possidet. Hæc igitur tecum perpende: neque enim temeritas in rebus tuis inest ut aliquorum, quorum etiam in animis flagitium et scelus est. Tibi et genus clarissimum et regnum paternum, disciplina firma et gloria pervagata, et quantum fortunæ opibus excellis, tantum virtutibus

λῶν πρωτεύειν σε δεῖ. τὰ δ' ἄλλα πρᾶττε μὲν τὰ συμφέροντα, ἐπιτέλει δὲ τὰ δόξαντα.

γ'. Φιλίππῳ.

Οἱ πολλοὶ τῶν φιλοσόφων τὴν εὐεργεσίαν θεῷ ἰσόμοιρον παρεσκεύασαν· ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν χάριτος δόσις καὶ ἀμοιβὴ συνέχει τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους, τῶν μὲν διδόντων, τῶν δὲ λαμβανόντων, τῶν δ' αὖ πάλιν ἀνταποδιδόντων. διὸ καλὸν καὶ δίκαιόν ἐστι πάντας μὲν τοὺς ἀναξίως ἀτυχοῦντας ἐλεεῖν· οἶκτος μὲν γὰρ ἡμέρου ψυχῆς ἐστὶ σημεῖον, χαλεπότης δὲ ἀπαιδεύτου· αἰσχρὸν γὰρ καὶ σχέτλιον ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν περιορᾶν. ὅθεν ἐπαινῶ καὶ τὸν ἡμέτερον γνώριμον Θεόφραστον λέγοντα τὴν χάριν ἀμεταμέλητον εἶναι καὶ καλὸν καρπὸν φέρειν τὸν παρὰ τῶν εὖ παθόντων ἔπαινον. διόπερ δεῖ τοὺς νοῦν ἔχοντας τῶν ἀνθρώπων εἰς πολλοὺς αὐτὴν κατατίθεσθαι, νομίζοντας χωρὶς τῆς εὐφημίας ἔρανόν τινα τοῦτον αὐτοῖς ὑπάρξειν ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων, καὶ εἴγε μὴ πάντας, ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν εὐεργετηθέντων ἀποδώσειν τὴν χάριν. ὅθεν πειρῶ πρόθυμος μὲν εἶναι ταῖς εὐεργεσίαις, ἐποχος δὲ τοῖς θυμοῖς· τὸ μὲν γὰρ βασιλικόν τε καὶ ἥμερον, τὸ δὲ βάρβαρόν τε καὶ στυγητόν. τὰ δ' ἄλλα καθὼς ἂν δοκιμάζῃς πρᾶττε μὴ παρορῶν τὰς λυσιτελεῖς ψήφους.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Οἱ διάραντες τῶν βασιλέων ἐπὶ φρονήσει καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄστρων ψαύσαντες εὐεργετοῦσιν οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι καιρούς, ἀλλὰ καὶ θεωροῦντες τὸ τῆς τύχης ἄστατον θησαυρίζουσι τὴν χάριν πρὸς ἑκάτερα, ἐν μὲν ταῖς εὐπραγίαις τιμῆς βουλόμενοι μεταλαμβάνειν (τιμὴ γὰρ οἰκεῖον ἀρετῆς ἐστίν), ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασι βοηθείας· αἱ γὰρ συμφοραὶ τἀναγκαῖα κρίνουσι τῶν καλῶν πρότερα. σαφέστατος γὰρ εὐνοίας ἔλεγχος ὁ τῆς τύχης καιρός· ἀπαιτεῖ γὰρ οὐ λόγους ἀλλὰ πράξεις δεόντως, ἡ γὰρ τῶν εὐνοούντων ὄψις ὥσπερ ἐν πελάγει χειμαζομένῳ παρεφάνη γῆ. πᾶσα γὰρ ὡς ἔοικεν ἐν ἐρήμῳ πεσοῦσα τύχη σκοπὸς ἀληθῶς ἔκκειται τοῖς πολεμεῖν ἢ ἀδικεῖν ἢ συκοφαντεῖν αἱρουμένοις, μόνη δ' ἡ τῶν σπουδαίων διαγωγὴ τὸ τῆς τύχης εὐκίνητον οὐκ ἀπαρνεῖται, φέρουσα δ' εὐλόγως πᾶν τὸ προσπῖπτον ἐκ τῶν κατὰ Πλάτωνα κρειττόνων εὖ διατίθεται. διὸ καὶ τὴν ταχυτῆτα τῶν πραγμάτων εὐλαβοῦ καὶ τὸν κύκλον τῆς μεταπτώσεως τήρει καὶ τὰς ἐν τῷ ζῆν ψήφους λογίζου· πολλὰ γὰρ ἡ ταὐτομάτου φορὰ κομίζει τῷ βίῳ καὶ ῥοπὰς αὐτονόμους ποιεῖ. τοῖς μὲν ἀγνοοῦσι μετάνοιαν δίδου, τοῖς δ' εὐνοοῦσι τὰς χάριτας προχείρους νέμε· ταῦτα γὰρ πράττων οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δι' ὅλου συντηρῶν ἀσφαλέστατα καὶ ἀκίνδυνα τὰ τῆς ἡγεμονίας ἕξεις μέλαθρα. ὡς μὲν ὑπὲρ μεγάλων ὀλίγα, ὡς δὲ πρὸς σέ, πάντα σχεδὸν εἴρηται.

quoque inter bonos te præstare convenit. Ceterum fac quæ sint utilia, quæ vero statuisti, perfice.

III. Philippo.

Plerique philosophi beneficentiæ divinum honorem tribuerunt; nam, ut summatim dicam, beneficiorum collatio et gratiæ relatio vitam humanam velut vinculo coercet, sic ut alii largientur, alii accipiant, alii rursus rependant. Proinde probum ac iustum est misericordiam adhiberi fortunis immerito afflictorum; nam miseratio placidi animi est, asperitas inculti; turpe enim et immane est virtutem in miseriis derelictam pati. Quam ob causam laudo etiam discipulum nostrum Theophrastum, qui dicit, in beneficium non cadere pœnitentiam et fructum egregium afferre laudationem eorum, de quibus bene meriti simus. Quare convenit ut sapientes homines in multos conferant beneficia, putentque futurum esse ut relicta bona existimatione quasi stipis vicem illa obtineant in rerum commutationibus, et vero si non omnes, at unus certe eorum, quos beneficiis obstrinximus, gratiam referat. Unde enitere, ut promptus sis in præstandis officiis et iram animi refrenes; illud enim est regium et mansuetum, hoc barbarum et odiosum. Ceterum ut tibi videbitur facias et utile consilium ne negligas.

IV. Eidem.

Qui reges sapientia elati sunt et eminentiæ fastigio sidera contingunt, bene mereri student, neque solum ad præsens tempus consilia factaque sua accommodant, sed cum inconstantiam fortunæ videant, in utrumque usum beneficia deponunt, cum ut secundis suis rebus in honore sint (honor enim proprium quiddam est virtutis), tum ut in cladibus auxilium habeant paratum; calamitates enim honoribus necessaria præferunt; certissima enim amoris et benevolentiæ probatio tempus fortunæ est, quoniam non verba sed facta desiderat. Ac iure quidem; nam benevolorum adspectus quemadmodum in mari periclitanti terra apparet. Omnis enim in derelicto cadens fortuna scopus procul dubio positus est iis, qui vel infestare vel iniuriam inferre vel calumniari volunt; sola vero bonorum vitæ institutio fortunæ mobilitatem non abnegat, sed moderate ferens quicquid accidit ex iis qui secundum Platonem potentiores sunt, optime constitutum animum gerit. Quam ob rem rerum velocitatem metue, et casuum circulum observa, et calculorum vitæ rationem habeto. Multa enim temerarius fortunæ impetus rerumque cursus affert vitæ, et inclinationes pro suo arbitrio facit. Iis qui per ignorantiam aliquid commiserunt pœnitendi locum concede, benevolis prompte benefacito; hæc enim si feceris, et non semel tantum sed per universam vitam observaveris, tutissimum et sine periculo tenebis imperii ædificium. Ac pro magnitudine rei pauca, quantum ad te, omnia fere dicta sunt.

ε'. Θεοφράστῳ.

Ἡ πρόχειρος ἀδικία τῆς πολυχρονίου λυσιτελεστέρα πέφυκεν ὑπάρχειν· ἡ μὲν γὰρ ὀλιγοχρόνιον ἔχει καὶ τὴν μνήμην καὶ τὴν βλάβην, ἡ δὲ γηράσκουσα καὶ περιπεποιημένη τὴν δυσμένειαν ἔχθραν αἴδιον παρασκευάζει, καὶ τῇ μὲν πολλάκις λόγον δωρησάμενοι γαληνισμὸν ηὕρομεν, τῇ δὲ καὶ μερίσαντες τὰς τρικυμίας σάλον καὶ ἀνίας εἴδομεν πορθμόν. διό φημι δεῖν τὴν ἑταιρίαν μάλιστα μὲν μὴ ἀδικεῖν, οὐδὲ γὰρ εὔλογον ἔχει τὴν πρόφασιν· εἰ δὲ μή γε, ἀκουσίως τοῦτο πράξασαν θᾶττον διαλύεσθαι τὴν ἔχθραν· τὸ μὲν γὰρ μὴ ἀδικεῖν ἴσως ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστι, τὸ δὲ πλανηθέντα διασώσασθαι ἐπιφέρει τι καλόν, καὶ σφόδρα τοῦτο εὐσταθοῦς διανοίας ἴδιόν ἐστιν.

V. Theophrasto.

Prompte illata iniuria diu præmeditatâ melior est; illius enim brevis et recordatio nobis est et noxa, inveterata vero fovendo odium inimicitiam parit perpetuam, et hac quidem sæpenumero verbo adhibito tranquillitatem invenimus, illac vero vel superata undarum turba portum vidimus ægritudinis. Quare censeo amicitiam omnino lædere non debere, neque enim probabilis exstat ratio; sin minus, ei, qui invitus hoc commiserit, celeriter esse in gratiam redeundum. Scilicet nunquam iniuriam afferre fortasse supra hominem est, verum errore commisso in viam redire laude dignum est atque constantis animi vel maxime proprium.

ς'. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν.

Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν.

VI. Aristoteles Alexandro regis.

Literas ad me misisti de disciplinis acroaticis, non fuisse eas te iudice libris invulgandas. Scito igitur eas et foras editas fuisse et non fuisse; neque enim intelligunt eas nisi qui nos audiverunt.

ΑΡΤΑΞΕΡΞΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ARTAXERXIS EPISTOLÆ.

α'.

Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σατραπειῶν ἄρχουσι τάδε γράφει. Πολλῶν ἐθνῶν ἄρξας, καὶ πάσης ἧς ἐβουλήθην κρατήσας οἰκουμένης, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ὑπερήφανον μηδὲ σκαιὸν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἀναγκασθεὶς ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον ἐμαυτὸν παρασχὼν, καὶ προνοησάμενος εἰρήνης καὶ εὐνομίας αὐτοῖς, ἐζήτουν πῶς εἰς ἅπαντα τούτων ἀπολαύειν αὐτοῖς γένοιτο, τοῦ δὲ διὰ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην παρ' ἐμοὶ τὴν πρώτην μοῖραν δόξης καὶ τιμῆς ἔχοντος, καὶ μετ' ἐμὲ δευτέρου διὰ πίστιν καὶ βεβαίαν εὔνοιαν, Ἀμάνου, κηδεμονικῶς ὑποδείξαντός μοι παντάπασιν ἀνθρώποις ἀναμεμῖχθαι δυσμενὲς ἔθνος καὶ τοῖς νόμοις ἀλλόκοτον καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἀνυπότακτον καὶ παρηλλαγμένον τοῖς ἔθεσι καὶ τὴν μοναρχίαν μισοῦν καὶ δύσνουν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι, κελεύω τοὺς δηλουμένους ὑπὸ τοῦ δευτέρου μου πατρὸς Ἀμάνου πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπολέσαι, μηδεμίαν φειδῶ ποιησαμένους, μηδ' ἐλέῳ πλέον ἢ τοῖς ἐπεσταλμένοις πεισθέντας παρακοῦσαι τῶν γραμμάτων. καὶ τοῦτο γενέσθαι βούλομαι τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνὸς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους, ὅπως οἱ πανταχόθεν ἡμῖν πολέμιοι μιᾷ ἡμέρᾳ διαφθαρέντες τοῦ λοιποῦ μετ' εἰρήνης ἡμῖν τὸν βίον διάγειν παρέχωσιν.

β'.

Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἄρχουσι καὶ τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι χαίρειν. Πολλοὶ διὰ μέγεθος εὐεργεσίας καὶ τιμῆς, ἣν δι' ὑπερβολὴν τῆς χρηστότητος τῶν παρεχόντων ἐκαρποῦντο, οὐκ εἰς τοὺς ὑποδεεστέρους μόνον ἐξυβρίζουσιν, ἀλλ' οὐδ' αὐτοὺς ἀδικεῖν ὤκνησαν τοὺς εὐεργετοῦντας, τὸ εὐχάριστον ἐξ ἀνθρώπων ἀναιροῦντες, καὶ δι' ἀπειροκαλίαν τῶν οὐκ ἐξ ὧν προσεδόκησαν ἀγαθῶν κόρον εἰς τοὺς αἰτίους ἀφέντες, λήσεσθαι τὸ θεῖον ἐπὶ τούτοις νομίζουσι καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαφεύξεσθαι δίκην. ἔνιοι δὲ τούτων προστασίαν πραγμάτων ἐπιτραπέντες παρὰ τῶν φίλων τοὺς κρατοῦντας ψευδέσιν αἰτίαις καὶ διαβολαῖς ἔπεισαν κατὰ μηδὲν ἠδικηκότων ὀργὴν ἀναλαβεῖν, ὑφ' ἧς ἐκινδύνευσαν ἀπολέσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐκ τῶν ἀρ-

I.

Rex magnus Artaxerxes centum et viginti septem satrapis, ab India ad Æthiopiam, hæc scribit. Quum multarum gentium dominatum et totius orbis quam late volui imperium consecutus fuerim, nihilque superbum aut sævum in subditos necessitate coactus admiserim, sed mitius et cum lenitate agendo, curandoque ut pace justisque legibus fruantur, illis consuluerim, studuerimque quo modo in omne ævum hæc firma illis maneant et perpetua, Amanes autem, qui propter prudentiam et iustitiam a me præ ceteris decus et honorem adeptus est, et ob fidem constantemque benevolentiam proximum mihi locum obtinet, me pro summa sua cura submonuerit, omnibus per orbem hominibus permixtum esse gentem infensam omnibus et aversam a legibus et regum imperia detrectantem et moribus dissentientem, summoque monarchiam odio habere, et maligno in res nostras animo esse, edico, ut qui vobis significati fuerint ab Amane, altero meo patre, eos omnes cum uxoribus et liberis perdatis, nemini omnino parcentes, neve misericordiæ plus quam mandatis tribuentes contra edicta faciatis. Atque hoc fieri volo decimo tertio die duodecimi mensis instantis anni, ut nostri undique inimici uno die deleti vitam nobis in posterum quietam tranquillamque præstent.

II.

Rex magnus Artaxerxes principibus et iis qui stant a nobis salutem. Multi magnitudine beneficiorum et honoris ex nimia largientium benignitate in eos collati non solum inferiores iniuria conantur afficere, sed et in ipsos suos beneficos malum moliri non detrectarunt, gratitudinem ex hominibus tollentes, et inepta ex insperata felicitate insolentia elati, opum abundantiam in illos convertentes, quorum beneficio iis aucti sunt, ista deum latitura esse arbitrantur, seque manus eius ultrices evasuros. Ex his vero quidam, ab amicis rebus administrandis admoti, et privato in nonnullos odio flagrantes, deceptis iis quos penes summum est imperium, falsis criminibus et calumniis effecerunt, ut in innoxios ira efferrentur, ex qua

χαιοτέρων οὐδ' ἀκοῇ γνωρίμων ἡμῖν οὕτως ἰδεῖν ἔστιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τῶν παρὰ τὰς ἡμετέρας ὄψεις τετολμημένων· ὡς διαβολαῖς μὲν καὶ κατηγορίαις μὴ προσέχειν ἔτι τοῦ λοιποῦ, μηδ' οἷς ἕτεροι πείθειν ἐπιχειροῦσι, κρίνειν δὲ ὅσα τις αὐτὸς οἶδε πεπραγμένα, καὶ κολάζειν μὲν ἂν ᾖ τοιαῦτα, χαρίζεσθαι δ' ἂν ἑτέρως ἔχῃ, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἀλλὰ μὴ τοῖς λέγουσι προστιθέμενον. ὡς μὲν οὖν Ἀμάνης Ἀμαδάθου μὲν παῖς, Ἀμαληκίτης δὲ τὸ γένος, ἀλλότριος ὢν τοῦ Περσῶν αἵματος ἐπιξενωθεὶς ἡμῖν ἀπέλαυσε τῆς πρὸς ἅπαντας χρηστότητος, ἐπὶ τοσοῦτον ὡς πατέρα μου τὸ λοιπὸν προσαγορεύεσθαι καὶ προσκυνούμενον διατελεῖν καὶ μεθ' ἡμᾶς τὰ δεύτερα τῆς βασιλικῆς παρὰ πάντων τιμῆς ἀποφέρεσθαι, τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν, οὐδὲ σώφρονι λογισμῷ τὸ μέγεθος τῶν ἀγαθῶν ἐταμίευσεν, ἀλλὰ τῆς βασιλείας ἐπεβούλευσέ με καὶ τῆς ψυχῆς, τὸν αἴτιον αὐτῷ τῆς ἐξουσίας, ἀφελέσθαι, τὸν εὐεργέτην μου καὶ σωτῆρα Μαρδοχαῖον καὶ τὴν κοινωνὸν ἡμῖν καὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀρχῆς Ἐσθῆρα κακούργως καὶ μετ' ἀπάτης πρὸς ἀπώλειαν αἰτησάμενος· τούτῳ γάρ με τῷ τρόπῳ τῶν εὐνοούντων ἐρημώσας ἐβούλετο τὴν ἀρχὴν εἰς ἄλλους μεταβαλεῖν. ἐγὼ δὲ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἀλιτηρίου πρὸς ἀπώλειαν ἐκδοθέντας Ἰουδαίους οὐ πονηροὺς κατανοήσας, ἀλλὰ τὸν ἄριστον πολιτευομένους τρόπον, καὶ τῷ θεῷ προσανέχοντας ὃς ἐμοί τε καὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν τὴν βασιλείαν διεφύλαξεν, οὐ μόνον ἀπολύω τῆς ἐκ τῶν προσαπεσταλμένων ὑπὸ Ἀμάνου γραμμάτων τιμωρίας, οἷς ποιήσετε καλῶς μὴ προσέχοντες, ἀλλὰ καὶ τιμῆς αὐτοὺς ἁπάσης τυγχάνειν βούλομαι, καὶ τὸν ταῦτα κατ' αὐτῶν μηχανησάμενον πρὸ τῶν πυλῶν τῶν ἐν Σούσοις ἀνεσταύρωσα μετὰ τῆς γενεᾶς, τοῦ πάντα ἐφορῶντος θεοῦ ταύτην αὐτῷ τὴν δίκην ἐπιβαλόντος. κελεύω δὲ ὑμᾶς, τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς ἐκθέντας εἰς ἅπασαν τὴν βασιλείαν, τοὺς Ἰουδαίους ἀφεῖναι τοῖς ἰδίοις νόμοις χρωμένους ζῆν μετ' εἰρήνης, καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς ὅπως τοὺς ἐν οἷς ἠτύχησαν καιροῖς ἀδικήσαντας αὐτοὺς ἀμύνωνται, τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου μηνός, ὅς ἐστιν Ἄδαρ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· ταύτην γὰρ αὐτοῖς ὁ θεὸς ἀντὶ ὀλεθρίας σωτήριον πεποίηκεν. ἔστω δὲ ἀγαθὴ μὲν τοῖς εὐνοοῦσιν ἡμῖν, ὑπόμνησις δὲ τῆς τῶν ἐπιβουλευσάντων κολάσεως. εἰδέναι μέντοι γε βούλομαι καὶ πόλιν καὶ πᾶν ἔθνος, κἂν τῶν γεγραμμένων τινὸς παρακούσῃ, ὅτι καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ δαπανηθήσεται. τὰ μέντοι γεγραμμένα προτεθήτω καθ' ὅλης τῆς ἡμῖν ὑπηκόου χώρας, καὶ παρασκευαζέσθωσαν πάντως εἰς τὴν προγεγραμμένην ἡμέραν, ἵνα τοὺς ἐχθροὺς μετέλθωσιν.

salutis discrimen adierunt. Id quod adeo cernere licet non ex iis quæ de rebus antiquis memoriæ prodita sunt aut quæ fama et auditione accepimus, sed istis ex facinoribus quæ ante oculos nostros audacter patrata sunt : quo deinceps operam demus ut calumniis et criminationibus fidem non habeamus, iisve quæ alii nobis persuaderi volunt, sed ea diiudicare quæ ipsis nobis in notitiam veniunt, atque in illa animadvertere, si pœnam commeruerint, diversaque ab his præmio afficere, rebus ipsis intendentes, non aliorum sermonibus. Equidem simulac Amanes, Amadathæ filius, genere Amalecita, a Persarum sanguine alienus et a nobis hospitio acceptus, nostra usus est humanitate, qua erga omnes præditi sumus, eousque ut pater noster postea appellaretur et constanter ab omnibus coleretur et regios honores secundum nos ab omnibus consequeretur, felicitatem ferre non potuit neque bene et sapienter fortunæ magnitudinem temperare et moderari, sed conatus est nos, quibus potestatem acceptam debebat, regno privare et spiritu, Mardochæum optime de nobis meritum et conservatorem nostrum, et Estherem vitæ nostræ dimidium regnique sociam nefarie et insidiose postulando ad necem : hoc enim pacto, quum nos amicis orbasset, imperium ad alios transferre voluit. Nos vero, quum animadverterimus Iudæos ab isto scelerato ad exitium proditos non esse maleficos, sed optimis legibus et institutis vivere deoque deditos esse, et nobis qui et maioribus nostris imperium conservavit, non solum illos a pœna absolvimus, cui eos subiecerunt literæ non ita pridem ab Amane missæ, quibus si non attendatis, recte facietis; verum etiam volumus ut eos omni honore prosequamini; nam eum qui ista in eorum perniciem excogitavit ad portas Susorum cruci figendum curavimus cum tota sua familia, deo, qui videt omnia, istas ei pœnas infligente. Vos autem iubemus ut, epistolæ exemplo locis omnibus regni nostri proposito, sinatis Iudæos suis utentes legibus in pace vivere, illosque adiuvetis in eis, a quibus adversis temporibus iniurias acceperunt, ulciscendis eadem die, videlicet decima tertia mensis duodecimi qui est Adar : hanc enim diem deus pro funesta dedit eis salutarem. Sitque illis quidem læta, qui nobis bene volunt, monumentum vero ultionis de insidiarum machinatoribus. Volumus autem civitati et genti omni notum esse, quæcunque istis singulis quæ scripta sunt non fuerit obsequuta, eam ferro et igni vastatum iri. Atque hæ literæ proponantur in omnibus imperii nostri regionibus, sintque omnes ad eam diem parati ut suos ulciscantur adversarios.

ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ ΤΩΝ ΒΡΟΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.

MITHRIDATIS EPISTOLARUM BRUTI

COLLECTIO.

ΜΙΘΡΙΔΑΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΙΘΡΙΔΑΤῌ ΤΩ ΑΝΕΨΙΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

Τὰς Βρούτου ἐθαύμασα πολλάκις ἐπιστολάς, οὐ μόνον δεινότητος καὶ συντομίας χάριν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡγεμονικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα· ἐοίκασι γὰρ οὐδὲν νομίζειν καλόν, εἰ μὴ καὶ μεγαλοψυχίας ἔχοιτο. ἐγὼ δ' ἃ μὲν περὶ τῶν τοιούτων φρονῶ λόγων οὐδ' ἐν τῷδε ἀξιῶ διαμφισβητεῖν· ἀποφαίνοντος δὲ σοῦ δυσαποκρίτως αὐτὰς ἔχειν, ᾠήθην δεῖν πεῖραν ποιήσασθαι τῆς ἀντιγραφῆς καὶ πορίσασθαι λόγους, οἵους εἰκὸς ἦν ἕκαστον ἀποκρίνασθαι τῶν ἐπεσταλκότων. ἦν δὲ δυσεύρετος ἡ ἐπιβολὴ κατ' ἄγνοιαν τῆς τότε περὶ τὰς πόλεις τύχης τε καὶ γνώμης· οὐ μὴν ταύτῃ γε ἀνῆκα τὴν ὁρμήν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐξ ἱστοριῶν ἐπιλεξάμενος, τὰ δὲ ταῖς δευτέραις καὶ τρίταις ἐπιστολαῖς ὑποσημαίνεσθαι περὶ τῶν προτέρων συνεὶς οὐχ ἥκιστα παρέζευξα καὶ τὸν ἐξ ἐπινοίας κατάλογον. (2) φύσει δέ πως δυσχερὲς ἀποβαίνει τὸ εἰς ἀλλοτρίαν συνδραμεῖν εὐστοχίαν, ὁπότε καὶ ἰδίαν χαλεπὸν ἀναλογῆσαι. ὁ γοῦν Βροῦτος μυρίας ὡς εἰκὸς ἄνδρα πολλοῖς ἔθνεσι πολεμοῦντα διαπρεσβευσάμενος ἐπιστολάς, εἴτε ἰδίας εἴτε τινὸς τῶν εἰς ταῦτα μισθοῦ δοκίμων, μόνας ἐξέδωκε τὰς εὐφόρως γραφείσας διὰ τὸ ἀρκέσαι ταῖς ὀλίγαις μόλις τὴν διόρθωσιν. ὁπότε οὖν ἐκεῖνος ἠσθένησεν ἑαυτὸν ἐν πᾶσι μιμήσασθαι, πῶς οἷόν τε ἡμᾶς ἑτέρῳ ἐξομοιωθῆναι καὶ τῇ κατὰ σφᾶς ὁμοτονῆσαι προθέσει; (3) ἀλλά πως γλυκὺ πάθος ἐλπίς, οὐ τῇ ἐπιτυχίᾳ δελεάζουσα μόνον, κολακεύουσα δὲ καὶ τὸ ἀπότευγμα, δι' ἣν οὐδενὸς ἄλλου λείπεσθαι δικαιῶ μάλιστά σοι χαριεῖσθαι. ἐπεὶ κἀκεῖνό με οὐ λέληθεν, ὅτι ὁ μὲν πολλοῖς ἀνδράσι καὶ δήμοις γράφων εἰκότως ἑνὸς ἐξείχετο χαρακτῆρος, ὁ δὲ ὑπὲρ πολλῶν διαλεγόμενος, ἐὰν μὲν ἀλλάσσῃ τὸν τύπον, ἀποπεπλανῆσθαι δόξει τοῦ σκοποῦ, τῇ δὲ αὐτῇ προσέχων ἰδέᾳ καὶ ἀπίθανος φανήσεται καὶ ἕωλος. (4) ἔτι πρὸς τούτοις ἐνθυμητέον, ὡς

MITHRIDATES REX MITHRIDATI CONSOBRINO SALUTEM.

Sæpenumero admiraro soleo Bruti epistolas non tantum propter vim dicendi atque brevitatem, sed etiam quod animum præ se ferunt imperatore dignum : nihil enim honestum putare videntur quod non idem cum animi altitudine sit coniunctum : ego vero quæ de eiusmodi sermonibus sentiam, ne hoc quidem loco propositum est disputare. Sed quoniam tu difficile esse censebas ad eas respondere, responsionis periculum faciendum mihi duxi, ac talia invenienda, quæ verisimile esset eorum, qui litteras dedissent, quemque rescripsisse. Difficilis erat autem ad inveniendum rei aditus propterea, quod qui singularum civitatum status quæque sententia tunc fuerit nesciebam : at minime idcirco studium remisi, sed partim ex historiis colligendo, partim ex secundis tertiisque litteris de primarum argumento coniecturam capiendo, hunc indicem, qualem cogitatione informaveram, confeci. (2) Natura autem omnino arduum est, alienam dexteritatem consequi, quum vel sua sibi parem esse difficile sit. Brutus igitur quum innumerabiles, ut qui multis cum gentibus belligeravit, epistolas emisisset, sive propria manu sive ab aliquo probatorum hominum ad hoc mercede conductorum scriptas, solas in vulgus edidit cum facilitate quadam compositas, eo quod vix etiam paucis correctio sufficeret. Quum itaque ille se ipsum non potuerit in omnibus imitari, quomodo fieri possit ut nos alteri similes evadamus atque propositum nostrum prorsus assequamur ? (3) Verum suavis est affectus spes, non successu solum alliciens, sed infausto etiam blandiens eventui, qua fit ut præ ceteris omnibus tibi maxime cupiam gratificari. Nam neque hoc me fugit, eum, qui multis hominibus populisque scribat, idem facile posse servare dicendi genus : qui vero pro multis verba facit, si dictionem immutarit, a proposito videbitur aberrasse, sin vero eandem formam obtinuerit, et ad persuadendum parum accommodatus et exilis apparebit. (4) Præterea considerandum, nonnullos proprium

ἡγεμόνος μὲν ἴδιον οἴονταί τινες τὰ γέμοντα ὑπεροψίας ἐπιστέλλειν τοῖς ὑπηκόοις, ἡμῖν δ' ἡ αὐθάδης ἀντιγραφὴ κατάγνωσιν ὡς ἠλιθίοις φέρει, τὸ δὲ ταπεινὸν οὐκέτ' ἀναλογεῖ πρὸς τὴν ὁμοίαν ἀπόκρισιν. ὅμως δ' οὖν τὰ δυσχερῆ καίπερ τοσαῦτα ὄντα προεκλογισάμενος οὐδὲν ἧττον ὑπέστην τὸ ἔργον, βραχὺ μὲν ἐμαυτῷ γύμνασμα συντάξας, σοὶ δὲ οὐ μέγα κτῆμα, ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς τάχα καὶ εὐκαταφρόνητον· φιλεῖ γὰρ τὰ πρὸ τῆς πείρας θαυμαστὰ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ συντελέσματος γνῶσιν ῥᾴδια εἶναι παραθεωρεῖσθαι.

esse arbitrari principis, ut omnia subditis scribant plena superbiæ, nobis vero insolens responsio stoliditatis crimen affert, nec tamen humilitas ad similia responsa quadrat. His igitur omnibus difficultatibus ante perpensis nihilo minus hunc laborem suscepi, mihi quidem tenue exercitium, tibi vero rem parum utilem, immo etiam vulgo fortasse contemnendam. Sic enim fieri solet, ut, quæ antequam aggressus sis admirabilia visa erant, eadem ubi absoluta sub oculos cadant, facile despectui habeantur.

α'. Βροῦτος Περγαμηνοῖς.

Ἀκούω ὑμᾶς Δολοβέλλᾳ χρήματα δεδωκέναι. ἃ εἰ μὲν ἑκόντες ἔδοτε, ὁμολογεῖτε ἀδικεῖν· εἰ δὲ ἄκοντες, ἀποδείξατε τῷ ἐμοὶ ἑκόντες δοῦναι.

I. Brutus Pergamenis.

Audio vos Dolabellæ pecunias dedisse. Quas si sponte dedistis, iniuriam vos mihi intulisse confitemini, sin vero inviti, eo ut mihi libenter detis demonstrate.

β'. Περγαμηνοὶ Βρούτῳ.

Χρήματα Δολοβέλλᾳ μὲν ἔτι εὐποροῦντες ἐβιάσθημεν παρασχεῖν, σὺ δὲ ἡμᾶς δοῦναι θέλοντας ᾔτησας, ὅτε δυσπλήρωτον ἐν ἀπορίᾳ τὸ πρόθυμον.

II. Pergameni Bruto.

Pecunias Dolobellæ florentes adhuc opibus coacti sumus præbere, tu vero petis a nobis, ut volentes tibi demus, quum animi voluntatem explere præ inopia sit difficile.

γ'. Βροῦτος Περγαμηνοῖς.

Τὰ χρήματα ἡμῖν εἰς ὃν ἐπετάξαμεν καιρὸν μὴ πέμψαντες οὐδὲν ἄλλο εἰ μὴ τὸ δοκεῖν μετὰ τοῦ βεβιάσθαι ταῦτα παρασχεῖν ὠφέλησθε. ὥστε διχόθεν ὑμᾶς βεβλάφθαι, καὶ τῷ τὸ ἀνάλωμα κατ' ἴσον ὑπομεῖναι (δώσετε γὰρ τοσούτῳ κάκιον ὅσῳπερ ἄκοντες) καὶ τῷ ἣν εἰκὸς ἀντὶ τῶν ὑπουργηθέντων φέρεσθαι χάριν ὑμᾶς ἀφῃρῆσθαι· οὐ γὰρ χρὴ τὴν τῶν προθύμων ὑπηκόων παρρησίαν νέμεσθαι τοὺς οὐκ ἂν εἰ μὴ μετὰ ἀνάγκης ταῦθ' ἡμῖν παρασχόντας.

III. Brutus Pergamenis.

Ἐν Ἀθήναις μοι φιλοσοφίας χάριν διατρίβοντι τῶν τε κοινῶν τινες φίλων καὶ ὁ πατὴρ ἔγραψαν ὡς δι' ὑποψίας εἴην πρός σε, καὶ τὰς αἰτίας ἐκέλευον ἀπολύσασθαι· τοῦτο γὰρ δίκαιον εἶναι καὶ αὐτῷ μοι ἄμεινον. ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ὀρθῶς παρῄνουν ταῦτα, σαφῶς ᾔδειν, ἠγνόουν δὲ ἀφ' ὧν διεβλήθην, καὶ τοῦτό μοι πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἦν ἄπορον· οὔτε γὰρ αὐτὸς παρῆν, ὅτε περιεβάλου τὴν ἀρχήν, οὔτε ἀπὼν ἐδυνάμην ἐναντιοῦσθαι, οὔθ' ὅλως ἢ λόγος ἢ ἔργον τι τῶν ἐμῶν ἐπιμιξίαν τινὰ ἔσχε πρὸς τὰ αὐτόθι πράγματα. τίνες οὖν αἱ διαπόντιοι πρὸς μόναρχον ἐναντιώσεις ἀνθρώπου μετ' ὀλίγων οἰκετῶν ἀποδημοῦντος οὐχ ἐγὼ ηὕρισκον, καὶ διὰ τοῦτό γε ἠπόρουν ἀπολογίας, ὅτι οὐδὲν ἑώρων τὸ κατηγορούμενον. (2) οὐχ ἠπόρουν δὲ πάλιν τῷ μηδὲν ἐννοεῖσθαι τοιοῦτον, ὁποῖον ἴσως ὑποπτεύομαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἔχων πείθειν σε, ὅτι ἡ ἐμὴ ψυχὴ οὐδενὶ εὐέμβατός ἐστι τῶν τοιούτων βουλευμάτων. οἶμαι μὲν οὖν, εἰ καὶ μὴ ἐπεφιλοσοφήκειν, ἱκανὸν ἂν γενέσθαι τεκμήριον τοῦ μὴ ἀπεχθῶς ἔχειν πρός σε τὸ μηδὲ ἠδικῆσθαί τι ὑπὸ σοῦ. οὐδὲ γὰρ οἱ ἀφιλοσόφητοι μὴ παντάπασί γε μανέντες, καθ' ἡδονήν τινα τὰς

tyrannus est ac sævus, utilius existimo civitati quam si populum corrumperet et moderationis speciem prætenderet. (2) Caussa hæc est, quod qui sævi sunt e medio tolluntur statim, ac si non evertantur, tamen tyrannidis odium relinquere populo solent et prorsus unius imperium sola sua culpa in invidiam adducere. Hinc itaque accidit ut in posterum ad conservandum popularem statum et ad providendum ei omnes sint attentiores. At si quis imposito servitutis jugo eos, quibus id imposuit, populari ratione corruperit, etiamsi cito interficiatur, multa tamen in singulis relinquit tyrannidis mala, quorum alii beneficiis affici cupientes, alii aliis popularibus artibus circumventi ad publica commoda cæcutiunt, et dum illum de medio sublatum tanquam moderatum miserantur, ipsi haud sibi cavent a tyrannide tanquam malo insanabili, nimirum ignorantes, tyrannum, etsi in omni re moderatum sese præstet, ideo evertendum esse, quod ei etiam sævo esse liceat. (3) Clearchus igitur quum crudelis sit, et ipse in odium adductus facilis erit ad opprimendum, et efficiet ut alii tyrannidem minus stabilire possint: at si moderatum se esse simulet, et ipse hanc de se existimationem compararet, et in posterum, si qui vellent, ingressu facilem arcem relinqueret. Sed hæc tibi quoque sine dubio manifesta sunt. Ceterum quod ad scribendi et epistolas reddendi modum attinet, gaudeo quod tutus a te sit iudicatus, quodque ipse exitus testetur, non præter rationem esse excogitatum. Misi tibi et exemplar meæ ad Clearchum epistolæ, quam dithyrambo scripsi de industria similem, quo nos contemneret tanquam litterarum studiis insanientes.

XVI. Chion Clearcho salutem.

Athenis philosophiæ caussa mihi commoranti et amicorum quidam et ipse pater me tibi suspectum esse scripsit, meque apud te purgare iussit. Hoc enim æquum esse et ipsi mihi profuturum. Ego vero recte illos hæc monere satis intelligebam, verum quænam ob crimina delatus essem nesciebam, et hoc mihi defensionis aditum impediebat; neque enim ipse aderam, quum regnum tibi comparabas, neque absens adversari tibi poteram, neque omnino sermo aliquis meus sive factum commune quisquam habebat cum eis, quæ illic gerebantur. Quæ igitur transmarina adversus principem repugnantia fuerit hominis cum paucis famulis peregre absentis ego non inveniebam, ac propterea quomodo me defenderem quærebam frustra, quod non videbam quomodo accusarer. (2) Sed rursus frustra non quærebam eo, quod tale nihil cogitaveram, cuius fortasse suspicio in me coniecta est, sed omnino in promptu mihi sunt, quibus persuadeam tibi, eiusmodi consiliis ad meum animum aditum non patere. Sic igitur existimo, etiamsi philosophiæ operam non dedissem, hoc satis grave argumentum esse me nullam simultatem tecum exercere, quod nulla ab

ἀπεχθείας ἐπαναιροῦνται, οὐδ' ἔρωτάς τινας ὥσπερ παιδικῶν ἐπιτηδευμάτων οὕτω καὶ μίσους λαμβάνουσι, (πολλοῦ δεῖ), ἀλλὰ καὶ πάνυ ἐπίστανται, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώποις ἀπεχθείας ἀνιαρότερον· ὅταν δὲ ὑπὸ ἀνηκέστου τινὸς διαιρεθῶσιν ἀπὸ ἀλλήλων τὰς ψυχάς, τότε ἀπεχθάνονται, καὶ οὐδὲ τότε ἑκόντες. (3) ἡμῖν δὲ μέχρι τῆς νῦν ἡμέρας οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ὑπῆρκται πρὸς ἀλλήλους ἀπεχθείας ἔργον, ἀλλὰ σοὶ μὲν οὐδὲν πλέον ὑπονοίας καὶ λόγου, ἐγὼ δὲ καθαρεύω τὴν ψυχὴν καὶ ἀπὸ τούτων. τί οὖν βουλόμενος ἐξαίφνης στασιάζω πρός σε, καὶ ταῦτα μηδέπω καὶ τήμερον ἑορακὼς ἀρχομένην ὑπὸ σοῦ τὴν πατρίδα; ἢ νὴ Δία φυσῶσί με αἱ πολλαὶ τριήρεις καὶ οἱ ἱππεῖς, ἵνα, εἰ μηδὲν ἄλλο, ὑποπτεύῃς τό γε δύνασθαί με ἐχθρὸν εἶναι; ἀλλὰ ἀπεδήμησα μὲν σὺν ὀκτὼ θεράπουσι καὶ φίλοις δύο, Ἡρακλείδῃ καὶ Ἀγάθωνι, ἀναλύω δὲ δύο τῶν οἰκετῶν ἀποβαλών. ταῦτα δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως πείθουσί σε ἱκανὴν εἶναι παρασκευὴν ἐπὶ σέ· ἐκεῖνο δ' οὐ σκοπεῖς, ὅτι, εἰ συνῄδειν ἐμαυτῷ δικαίως ὑποπτευομένῳ, οὐκ ἄν ποτε ἑκὼν ἐμαυτὸν ἐνεχείριζον τῷ ὑποπτεύοντι. (4) ἢ οὕτω τι ἐραστὴς ἀπεχθειῶν εἰμι, ὥστε μηδὲ τὴν πρὸς ἐμαυτὸν φυλάττειν φιλίαν, ἀλλ' ἑκοντὶ ἐγχειρίζειν τὸ σῶμα τοῖς δικαίως αὐτὸ τιμωρησομένοις; ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοῖς μὴ φιλοσοφήσασιν ἱκανή, μᾶλλον δὲ πέρα τοῦ ἱκανοῦ ἀπολογία. ἐγὼ δὲ οὐδ' ἄλλως ἀφυὴς γενόμενος πρὸς τὰ ἐκ φιλοσοφίας ἀγαθὰ συνέλαβον τῇ φύσει ὡς μάλιστα ἐνῆν, καὶ νεανίας γενόμενος οὐκ ἀρχὰς οὐδὲ φιλοτιμίας εἱλόμην, ἀλλὰ εὐθέως θεατὴς ἤρων γενέσθαι τῆς φύσεως τῶν λόγων. καὶ οὗτός με ὁ ἔρως ἤγαγεν εἰς Ἀθήνας καὶ Πλάτωνι ἐποίησε φίλον, καὶ μέχρι γε νῦν οὔπω αὐτοῦ πέπλησμαι. (5) φύσεως μὲν οὖν οὕτως ἔσχον πρὸς ἡσυχίαν, ὡς ἔτι παντελῶς νέος ὢν καταφρονῆσαι πάντων, ὅσα ἄρχειν ταρακτικωτέρου βίου δύναται, ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας οὔτε ἐκυνηγέτουν, οὔτε ναύτης εἰς Ἑλλήσποντον ἐπὶ Λακεδαιμονίους σὺν Ἀθηναίοις ἔπλεον, οὔτε ταῦτα ἐπαιδευόμην, ἀφ' ὧν τυράννοις καὶ βασιλεῦσιν ἐχθρὸς ἔσομαι, ἀλλ' ἀνδρὶ ἡσυχίας ἐραστῇ διελεγόμην, τὸν ἔγγιστα θεῷ λόγον παιδευόμενος. καί μοι πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ παρηγγέλθη ἡσυχίαν ποθεῖν· ταύτην γὰρ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου φῶς εἶναι, τὴν δὲ πολιτείαν καὶ πολυπραγμοσύνην ὥσπερ ζόφον τινὰ ἐπικαλύπτειν καὶ ἀνεύρετον ποιεῖν τοῖς ἐρευνῶσιν. (6) ὡς δὲ οὔτε πεφυκέναι κακὸς ἐδόκουν πρὸς αὐτὴν οὔτε πείθεσθαι ῥᾳδίως περὶ αὐτῆς, τηνικαῦτα ἤδη θεὸν πάντων ἐπόπτην καὶ κόσμου κατασκευὴν ἐμάνθανον καὶ φύσεως ἀρχὰς ἑώρων καὶ δικαιοσύνην τιμᾶν ἐδιδασκόμην καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα παιδεύει φιλοσοφία. καὶ οὐδὲν οὐχ ὅπως τοῦ εἰδέναι ταῦτα ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ζητεῖν τιμιώτερον. τί γὰρ κάλλιον ἢ ἄνθρωπον ὄντα θνητῆς φύσεως καὶ θεοῦ κεχραμένον μοίρᾳ μόνοις εὐκαιρεῖν τοῖς ἀθανάτοις ἑαυτοῦ καὶ ταῦτα πρὸς τὸ συγγενὲς ἄγειν; συγγενῆ δὲ τῷ θείῳ τὰ θεῖα λέγω, (7) ταῦτα ηὐχόμην τε καὶ ἐσπούδαζον μαθεῖν, πολι-

te iniuria affectus sum. Neque enim vel rudes in philosophia, si non prorsus insaniant, animi gratia inimicitias suscipiunt, neque ut puerilium nugarum, sic et odii amoribus sese dedunt (multum abest), immo prorsus sciunt, nihil esse hominibus inimicitiâ molestius. Quum autem re quadam insanabili animi inter se divulsi fuerint, tum demum alienantur, ac ne tum quidem ultro. (3) Nobis autem ad hunc usque diem nullæ fuerunt neque magnæ neque parvæ invicem inimicitiæ. Iam tibi in promptu nihil est nisi suspicio atque criminatio, ego vero ab his quoque animum meum præsto liberum. Quo igitur consilio repente hostis tuus factus sim, præsertim quum neque ad hunc diem te viderim patriæ imperatorem? an me incitant multæ triremes atque equites, ut, si nihil aliud, certe suspicari queas, me posse tibi adversari? at peregre profectus sum cum octo famulis et duobus familiaribus, Heraclide et Agathone, redeo autem duobus famulis amissis. Hæc nescio quomodo tibi persuadeant, satis magnum mihi adversus te esse apparatum. Illud vero non consideras, si mihi conscius essem iure in me coniectæ suspicionis, non ultro me suspicanti in manus fuisse traditurum. (4) An ipse adeo amans sum inimicitiarum, ut ne mihi ipsi quidem debitam amicitiam tuear, sed ultro corpus meum tradam iure puniendum? sed hæc etiam a philosophia alienis iusta est, vel potius plus quam iusta excusatio. Ego vero quum nec natura a bonis ex philosophia exspectandis abhorrerem, naturæ operam addidi quantam potui. Itaque iuvenis factus neque munera neque honores affectavi, sed statim doctrinæ naturæ spectator fieri studebam. Quod studium Athenas me duxit et Platoni amicum fecit, neque hactenus eo expleri potui. (5) Quum igitur natura ita ad otium factus essem, ut admodum adolescens adhuc quæ ad vitam turbulentiorem facerent omnia aspernarer, Athenas delatus neque venationi dabam operam, neque in Hellespontum adversus Lacedæmonios cum Atheniensibus navigabam, neque eis instituebar, quæ me tyrannis ac regibus infestum facerent, sed cum viro quietis amante sermones conferebam, doctrina propemodum divina institutus. Ac primum ab illo quietem desiderare iussus sum: hanc enim philosophiæ esse lucem, rei publicæ vero administrationem ac negotiorum tractationem tanquam caliginem quandam illam obscurare et inveniendi viam occludere indagantibus. (6) Quum autem neque natura alienus a philosophia esse viderer, neque tamen facile de ea quæ præciperentur approbarem, tum demum deum omnium gubernatorem et compagem mundi cognoscebam et rerum caussas perspiciebam et iustitiam revereri discebam et quæ huius generis alia philosophia præcipit, ac nihil hoc non modo scitu, verum etiam investigatu dignius. Quid enim pulchrius, quam hominem ex mortali natura ac dei particula compositum solis vacare immortalibus sui elementis et hæc ad cognata perducere? cognata vero deo dico quæ divina sunt. (7) Hæc mihi in votis erant et in

τείας δὲ (ἀνέξῃ γὰρ μετὰ παρρησίας μου λέγοντος) οὐδὲ μεμνῆσθαι ἠξίουν, ἔμαθον δὲ ἄλλα τε πολλὰ καὶ ταῦτα, οἷς νῦν χρήσομαι πρός σε, τὸν μὲν μὴ ἀδικοῦντα τιμᾶν, τὸν δὲ ἀδικοῦντα εὐεργεσίαις ἀμύνεσθαι, εἰ δὲ μή γε, ἡσυχίᾳ· καὶ φίλον μὲν τιμιώτατον ἡγεῖσθαι, ἐχθρὸν δὲ μηδένα ἑαυτῷ κατασκευάζειν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄντα φίλον ποιεῖσθαι, καὶ μηδὲν τηλικοῦτον νομίζειν κακόν, ὅσον ἂν ταράξειε τὴν ψυχὴν καὶ τῶν οἰκείων ἔργων ἀποτρέψειε πρὸς ἕτερα. ἆρά γε ἐπιβούλῳ μοι νομίζεις χρῆσθαι ταῦτα εἰδότι; μηδαμῶς, ἀλλὰ σοὶ μὲν ἀποκείσθω πολέμων ἔργα καὶ πολιτειῶν, ἡμῖν δὲ τῆς σῆς τοσοῦτον ἀποτετμήσθω τυραννίδος, ὅσον ἀταράχῳ ἀνδρὶ δοκεῖ ἐνησυχάσαι. πείθομαι δ' ὅτι, ἤν καὶ διαλέγεσθαί με ἐφῇς τοῖς φίλοις, ἠρεμαίους ἂν αὐτοὺς ποιήσαιμι καὶ ἀπολιτεύτους ὧν σὺ βούλει, διεξιὼν τὰ ἀεὶ ἡμῖν μελετώμενα ἡσυχίας ἐγκώμια, ἐπεὶ καὶ τελέως ἂν εἴην μὴ ταῦτα φρονῶν ἀχάριστος. (8) φέρε γάρ, εἴ μοι ταραττομένῳ τι ὧν σὺ ὑποπτεύεις ἡ πραεῖα ἐπισταίη θεὸς ἡσυχία καὶ ταῦτα λέγοι, « ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρός, ὦ Χίων, καὶ οὔτε τῶν καλῶν ἐκείνων μαθημάτων οὔτε ὅλως σεαυτοῦ μνήμην ἔχεις. ἐμοὶ χρώμενος δικαιοσύνην ἤσκησας καὶ σωφροσύνην ἐκτήσω καὶ θεὸν ἔμαθες καὶ τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν συγγένειαν ἀνενεώσω καὶ τῶν ταπεινοτέρων τούτων, θαυμαστῶν δὲ τοῖς ἄλλοις κατεφρόνησας, φιλοτιμίας καὶ πλούτου καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. εἶτα νῦν, ὅτε ἀποδιδόναι σε δεῖ τὴν χάριν μείζονι ἤδη νόμῳ καὶ κρείττονι ψυχῇ συνόντα μοι καὶ διαλεγόμενον, ἀπολείψεις με οὐδὲ μεμνημένος, ὅτι οὐ τὰ ἄλλα μόνον ἐκ φιλοσοφίας ἔμαθες, ἀλλὰ καὶ τὸ ζητεῖν δεξιῶς ἃ μήπω οἶδας. καὶ πῶς ἂν σύ γε ζητήσειας ἢ εὕροις ἐμοῦ στερόμενος; » (9) ταῦτ' εἰ λέγοι, τί ἂν ἀποκριναίμην πρὸς αὐτὴν δίκαιον; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν ὁρῶ. ἀλλὰ μὴν εὖ ἴσθι, ὡς ἐγὼ ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἀεὶ λέγω (λέγει γὰρ ἕκαστος πρὸς ἑαυτὸν ἃ φρονεῖ) καὶ οὐκ ἄν ποτε αὐτῶν ἀπολειφθείην. ὥστε οὐδέν σοι δέος ἐξ ἡμῶν εὔλογον· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἅψεται τῶν σῶν πραγμάτων ἡ ἐμὴ ἡσυχία.

ιζ'. Χίων Πλάτωνι χαίρειν.

Δυσὶν ἡμέραις τῶν Διονυσίων ἔμπροσθεν τοὺς πιστοτάτους μοι τῶν θεραπόντων, Πυλάδην καὶ Φιλόκαλον, ἐξέπεμψα ὡς σέ· μέλλω γὰρ τοῖς Διονυσίοις ἐπιτίθεσθαι τῷ τυράννῳ, πολιτευσάμενος ἐκ πολλοῦ ἀνύποπτος αὐτῷ γενέσθαι. πέμπεται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πομπὴ τῷ Διονύσῳ, καὶ δοκεῖ ὀλιγωρότερον ἕξειν δι' αὐτὴν τὰ τῶν δορυφόρων· εἰ δὲ μή γε, κἂν διὰ πυρὸς ἐλθεῖν δέῃ, οὐκ ὀκνήσομεν, οὐδὲ καταισχυνοῦμεν οὔτε ἑαυτοὺς οὔτε τὴν σὴν φιλοσοφίαν. καὶ τὰ τῶν συνωμοτῶν δέ ἐστιν ἡμῖν ὀχυρά, πίστει δὲ ἢ πλήθει ὀχυρώτερα. (2) οἶδα μὲν οὖν ὡς ἀναιρεθήσομαι, τελειώσας δὲ μόνον τὴν τυραννοκτονίαν τοῦτο παθεῖν εὔχομαι.

his perdiscendis studium meum collocabam, reipublicæ vero (pace tua enim dicam ingenue) ne meminisse quidem volebam, sed præter alia multa hæc quoque discebam, quibus nunc utar adversus te, colere eum qui iniuria te non afficiat, sin vero afficiat, hunc propulsare beneficiis satius esse : quod si fieri non posset, silentio; item amico nihil præstantius arbitrari, inimicum sibi parare neminem, sed et qui sit inimicus amicum facere, denique nullum malum tantum putare, ut animum conturbare possit atque a propriis rebus ad alias convertere. Itane hæc scientem me insidiatorem tibi existimas habere? minime, verum tibi tu habeas negotia belli et reipublicæ, nobis vero tantillum resectum sit a tuo imperio, quantum homini pacis amanti satis ad colendum otium. Præterea non dubito quin, si cum amicis colloquendi potestatem mihi facias, adducere hos possim, ut quiescant et a publicis negotiis, et quibus voles, abstineant, enarrandis videlicet, quas dudum meditatus sum, quietis laudibus. Nam prorsus ingratus essem, si ita non sentirem. (8) Age enim, si mihi rebus, quibus tu suspicaris, perturbato mansueta illa dea quies adstaret et his me compellaret : « Ingratus es et improbus, Chion, et neque pulcherrimorum illorum præceptorum neque omnino tui ipsius memor : me magistra iustitiam exercuisti et modestiam tibi comparasti et deum cognovisti tuamque cum ipso cognationem renovasti et istis humiliora, quantumvis reliquis admiranda, contempsisti, honores dico et divitias et quæ sunt his similia, nunc vero, quum referre debes gratias, potiore jam lege et præstantiore animo mecum vivens et sermonem instituens, deseris me, neque te non solum cetera ex philosophia didicisse, verum etiam quemadmodum dextre quæras quæ nondum noveris, meministi. Atque quomodo quæras aut invenias, si me careas? » (9) Hæc si illa dicat, quid ei recte respondeam? ego enim nihil video. Sed probe scias, me hæc mecum semper dicere (quivis enim quæ sentit secum loquitur), neque ullo unquam tempore ab eis esse defecturum. Hinc consentaneum est, a nobis nihil tibi metuendum esse : neque enim ullo pacto mea quies tua negotia attinget.

XVII. Chion Platoni salutem.

Duobus ante Dionysia diebus Pyladem et Philocalum, fidelissimos mihi famulorum, ad te misi; in ipsis enim Dionysiis impetum in tyrannum facturus sum, postquam diu hoc egi, ut omni apud eum suspicione carerem. Ducitur hoc die solemnis Baccho pompa, ob quam negligentius officio suo functuros esse satellites constat : sin minus, etiamsi per flammas transire oporteat, non reformidabimus, neque indignum quicquam aut nobis aut tua philosophia committemus. Coniuratorum firmum nobis est auxilium, quanquam fide quam multitudine firmius. (2) Ac scio quidem me interfectum iri, sed modo tyrannum sus-

μετὰ παιᾶνος γὰρ ἂν καὶ νικητηρίων ἀπολείποιμι τὸν βίον, εἰ καταλύσας τὴν τυραννίδα ἐξ ἀνθρώπων ἀπελεύσομαι. σημαίνει γάρ μοι καὶ ἱερὰ καὶ οἰωνίσματα καὶ πᾶσα ἁπλῶς μαντεία θάνατον κατορθώσαντι τὴν πρᾶξιν. ἐθεασάμην δὲ καὶ αὐτὸς ἐναργεστέραν ἢ κατ' ὄνειρον ὄψιν. ἔδοξε γάρ μοι γυνή, θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους, ἀναδεῖν με κοτίνῳ καὶ ταινίαις καὶ μετὰ μικρὸν ἀποδεῖξαί τι μνῆμα περικαλλὲς καὶ εἰπεῖν « ἐπειδὴ κέκμηκας, ὦ Χίων, ἴθι εἰς τουτὶ τὸ μνῆμα ἀναπαυσόμενος. » ἐκ τούτου δὲ τοῦ ὀνείρατος εὔελπίς εἰμι καλοῦ θανάτου τυχεῖν· νομίζω γὰρ μηδὲν κίβδηλον εἶναι ψυχῆς μάντευμα, ἐπεὶ καὶ σὺ οὕτως ἐγίνωσκες. (3) εἰ δὲ καὶ ἀληθεύσειεν ἡ μαντεία, μακαριώτερον ἐμαυτὸν ἡγοῦμαι γενήσεσθαι ἢ εἰ βίος μοι μετὰ τὴν τυραννοκτονίαν εἰς γῆρας ἐδίδοτο· καλὸν γάρ μοι μεγάλα διαπραξαμένῳ πρότερον ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλάττεσθαι ἢ χρόνου τι συναπολαῦσαι, καὶ ἃ ἂν δράσωμεν, πολὺ νομισθήσεται μείζονα ὧν πεισόμεθα, καὶ αὐτοὶ τιμιώτεροι ἐσόμεθα τοῖς εὖ παθοῦσιν, εἰ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὠνησόμεθα. μείζων γὰρ ὠφέλεια τοῖς εὐεργετηθεῖσιν εἶναι φαίνεται, ἧς ὁ δράσας οὐ μεταλαμβάνει. οὕτως μὲν δὴ προθύμως ἔχομεν πρὸς τὴν μαντείαν τοῦ θανάτου. σὺ δὲ χαῖρέ τε, ὦ Πλάτων, καὶ εὐδαιμονοίης εἰς τέλειον γῆρας. προσαγορεύω δέ σε ὕστατα, ὡς πείθομαι.

tulero, hoc mihi evenire opto : cum pæane enim et præmiis victoribus destinatis vitam relinquam, si eversa tyrannide ex hominibus discedam. Mortem enim mihi et sacrificia et auguria et omnis omnino generis vaticinationes denuntiant, postquam rem confecero. Quin etiam visum quoddam meis se oculis obtulit manifestius quam quæ in somniis apparere solent. Visa enim mihi est mulier divina prorsus specie et statura redimire me corona oleaginea et vittis et postea pulcherrimum mihi ostendere monumentum ac dicere : « quandoquidem fatigatus es, Chion, ingredere hoc monumentum et quietem cape. » Ex hoc autem somnio bonam spem concipio, fore ut pulchram mortem nanciscar. Nullam enim animi divinationem fallacem esse censeo, quoniam tu quoque ita statuebas. (3) Quod si verum prodiderit hæc divinatio, beatiorem me existimo futurum quam si sublato tyranno vita in senectutem prorogetur. Honestius est enim mihi egregio facinore perpetrato ante ex hominibus secedere quam aliquamdiu parta felicitate una frui, quæque nos fecerimus multo maiora quam quæ passi fuerimus iudicabuntur, adeoque maiore in pretio erimus apud eos, de quibus bene meriti fuerimus, si morte nostra libertatem eis redemerimus. Nam beneficia qui accipiunt, fructus ampliores habent, quorum auctor non est particeps. Ita profecto bono animo sumus in hanc de morte divinationem. Tu vero, Plato, vale, sisque beatus ad seram usque senectutem. Postremum autem te compello, ut persuasum est.

ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

CLEOBULI EPISTOLA.

Σόλωνι. Πολλοὶ μέν τιν ἔασιν ἕταροι καὶ οἶκος πάντη, φαμὶ δὲ ἐγὼν ποτανιωτάταν ἐσεῖσθαι Σόλωνι τὰν Λίνδον δαμοκρατεομέναν. καὶ ἁ νᾶσος πελαγία, ἔνθα οἰκέοντι οὐδὲν δεινὸν ἐκ Πεισιστράτω, καὶ τοὶ ἕταροι δὲ ἑκαστόθεν πὰρ τὺ βασοῦνται.

Soloni. Multi quidem tibi sunt amici ac domus ubicunque, verum ego amicissimam Soloni fore Lindum censeo, civitatem liberam. Estque insula in medio mari sita, ubi degenti nihil est a Pisistrato metuendum, atque ad te amici undique confluent.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

CRATETIS EPISTOLÆ.

α'. Ἱππαρχίᾳ.

Ἐπάνηκε ταχέως. ἔτι δύνασαι Διογένην καταλαβεῖν ζῶντα (ἐγγὺς γὰρ ἤδη ἐστὶ τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, χθές γέ τοι παρὰ τοσοῦτον ἐξέπνευσεν), ἵνα καὶ ἀσπάσῃ αὐτὸν τὸ ἔσχατον ἄσπασμα καὶ γνῷς ὅσον δύναται καὶ ἐν τοῖς φοβερωτάτοις φιλοσοφία.

β'. Τοῖς ἑταίροις.

Μὴ πάντας αἰτεῖτε τὰ ἀναγκαῖα, μηδὲ παρὰ πάντων τὰ διδόμενα δέχεσθε (οὐ γὰρ θεμιτὸν ἀρετὴν ὑπὸ κακίας τρέφεσθαι), μόνους δὲ καὶ παρὰ μόνων τῶν μεμυημένων φιλοσοφίαν, καὶ ὑμῖν ἐξέσται ἀπαιτεῖν τὰ ἴδια καὶ μὴ δοκεῖν αἰτεῖν τὰ ἀλλότρια.

γ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Μελέτω ὑμῖν τῆς ψυχῆς, τοῦ δὲ σώματος ὅσον ἀνάγκη, τῶν δ' ἔξωθεν μηδ' ὅσον· εὐδαιμονία γὰρ οὐχ ἡδονή, δι' ἣν τῶν ἐκτὸς χρεία, ἀρετὴ δὲ μετ' οὐδενὸς τῶν ἐκτὸς τελεία.

δ'. Ἑρμαΐσκῳ.

Εἴθ' αἱρετὸν πόνος, εἴτε φευκτόν, πόνει, ἵνα μὴ πονῇς· διὰ γὰρ τοῦ μὴ πονεῖν οὐ φεύγεται πόνος, τῷ δὲ ἐναντίῳ καὶ διώκεται.

ε'. Τοῖς ἑταίροις.

Καλὸν νόμος, ἀλλ' οὐ κρείττων φιλοσοφίας· ὁ μὲν γὰρ βιάζεται μὴ ἀδικεῖν, ἡ δὲ διδάσκει. ὅσῳ δὲ χεῖρόν ἐστιν ἀνάγκῃ τι ποιεῖν τοῦ ἑκουσίως, τοσούτῳ καὶ νόμος φιλοσοφίας, ὥστε διὰ ταῦτα φιλοσοφεῖτε καὶ μὴ πολιτεύεσθε. κρεῖττον γὰρ δι' οὗ διδάσκονται ἄνθρωποι δικαιοπραγεῖν ἐπίστασθαι ἢ δι' οὗ ἀναγκάζονται μὴ ἀδικεῖν.

ϛ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Φιλοσοφεῖτε πολλάκις ἢ ἀναπνεῖτε (αἱρετώτερον γὰρ τὸ εὖ ζῆν, ὃ ποιεῖ φιλοσοφία, τοῦ ζῆν, ὃ ποιεῖ ἀναπνοή), καὶ μὴ ὡς οἱ ἄλλοι, ἀλλ' ὡς ἤρξατο μὲν Ἀντισθένης, ἐτελείωσε δὲ Διογένης. εἰ δὲ δύσκολον

I. Hipparchiæ uxori.

Redi celeriter : adhuc vivum Diogenem potes deprehendere (iam enim prope abest a vitæ fine, heri certe pæne exspiravit), ut eum postremum salutes et cognoscas, quantum et in maxime timendis philosophia valeat.

II. Discipulis.

Ne petatis ab omnibus necessaria, neque ab omnibus oblata accipiatis (non enim fas est ab improbis virtutem sustentari), verum a solis philosophia initiatis et licebit vobis repetere propria et non videri petere aliena.

III. Eisdem.

Curæ sit vobis animus, corpus tantum, quantum necesse est, externa vero ne tantum quidem : felicitas enim non est voluptas, ob quam externis indigemus, sed virtus sine externorum ope perfecta.

IV. Hermaisco.

Sive expetendus est labor, sive fugiendus est, labora, ut ne labores. Nam abstinendo a labore non vitatur labor, verum contrario etiam fugatur.

V. Discipulis.

Pulchra res lex est, non tamen præstantior philosophiâ : illa enim non peccare cogit, hæc vero docet. Quanto autem deterius est coactum quid facere quam volentem, tanto et lex inferior philosophiâ : quamobrem philosophiæ date operam, non reipublicæ gerendæ. Præstantius est enim, quo docentur homines, ut recte agere sciant, quam quo coguntur non peccare.

VI. Eisdem.

Philosophemini sæpius quam respiratis (magis enim expetendum est, ut recte vivamus, quod præstat philosophia, quam ut vivamus, quod præstat respiratio), nec vero ut alii, sed ut incepit Antisthenes, perfecit

τὸ ὧδε φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ συντομώτερον. πρὸς δὲ εὐδαιμονίαν, ὡς ἔλεγε Διογένης, κἂν διὰ πυρὸς βαδιστέον.

ζʹ. Τοῖς πλουσίοις.

Ἀπάγξασθε, ὅτι θέρμους καὶ ἰσχάδας καὶ ὕδωρ ἔχοντες καὶ ἐξωμίδας Μεγαρικὰς πλεῖτε καὶ πολλὰ γεωργεῖτε καὶ προδίδοτε καὶ τυραννεῖτε καὶ φονεύετε καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι ποιεῖτε, δέον ἠρεμεῖν. ἡμεῖς δὲ εἰρήνην ἄγομεν τὴν πᾶσαν, παντὸς κακοῦ ἐλεύθεροι γενόμενοι ὑπὸ τοῦ Σινωπέως Διογένους, καὶ ἔχοντες μηδὲν πάντ' ἔχομεν, ὑμεῖς δὲ πάντ' ἔχοντες οὐδὲν ἔχετε διὰ φιλονεικίαν καὶ φθόνον καὶ φόβον καὶ κενοδοξίαν.

ηʹ. Διογένει.

Ἀπὸ μὲν δὴ τοῦ πλούτου ἤδη ἐλευθεριάζομεν, ἡ δὲ δόξα ἡμᾶς οὐδέπω ἔτι καὶ νῦν μεθίεται τῆς δουλείας, καίτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα ἡμῶν πάντα ποιούντων εἰς τὸ ἀφεθῆναι παρ' αὐτῆς. ἄλλως δὲ καὶ τῆσδε ἐμαυτὸν τῆς δεσποίνης λυτρώσομαι καὶ πλεύσομαι Ἀθήναζε φέρων σοι δωρεὰν ἀντὶ τῆς ἐλευθερίας, εἰς ἣν ἐξείλετο ἡμᾶς ὁ παρὰ σοῦ λόγος, ἐμαυτὸν κρείττονα τῶν πάντων κτημάτων.

θʹ. Μνασοῖ.

Μὴ ἀπέχου τοῦ καλλίστου κόσμου, ἀλλὰ κόσμει σαυτὴν ἑκάστης ἡμέρας, ἵνα διαφέρουσα ᾖς. κάλλιστος δὲ κόσμος ἐστὶν ὁ κάλλιστα κοσμῶν, κάλλιστα δὲ κοσμεῖ ὁ κοσμιωτάτην ποιῶν, κοσμιωτάτην δὲ ποιεῖ κοσμιότης, ᾗ μοι δοκοῦσι καὶ ἡ Πηνελόπη καὶ ἡ Ἄλκηστις κεκοσμῆσθαι καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐπ' ἀρετῇ ὑμνεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι. ἵν' οὖν καὶ σὺ ταύταις ἐνάμιλλος γένῃ, πειρῶ τούτων ἀντέχεσθαι τῶν παραινουμένων.

ιʹ. Λύσιδι.

Ἀκήκοά σε, ὦ Λῦσι, ἀπὸ τοῦ ἀγῶνος τοῦ ἐν Ἐρετρίᾳ συνεχῶς μεθύσκεσθαι. εἰ δὲ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, πάρεστί γέ σοι μὴ καταφρονῆσαι ὧν Ὅμηρος ὁ σοφὸς λέγει. φησὶ γάρ « οἶνος καὶ κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα ἄασε » καὶ Κύκλωπα ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἰσχὺν φοροῦντα. εἰ οὖν καὶ τοὺς ἰσχυροτέρους καὶ μείζους ἡμῶν κακῶς διατίθησι, πῶς οἴει ἡμᾶς αὐτὸν διαθήσειν; οἶμαι μὲν γὰρ ἀθλίως. ὅπως οὖν μὴ γένηται μηδὲν δυσχερὲς ἀπ' αὐτοῦ, παραινῶ σοι μαθόντα εὐχρήστως αὐτῷ χρῆσθαι. (2) ὡς ἄτοπόν ἐστι, τῷ μὲν πλήκτρῳ μὴ εἴκειν οἴεσθαι δεῖν, ὃ τοὺς χρωμένους αὐτῷ καλῶς οὐκ ἐξίστησι τῶν φρενῶν οὐδ' εἰς μανίαν ἐμβάλλει, τῷ δὲ οἴνῳ οἴεσθαι εἴκειν δεῖν καὶ χρῆσθαι αὐτῷ ** ἢ τῷ πλήκτρῳ ἀποβαίνει τοσοῦτον μεῖζον ** καὶ τὴν μελέτην αὐτοῦ ποιητέον. πειρῶ δὴ τοῖς ἐγκρατέσι τῶν ἀνδρῶν ὁμιλῶν ἐγκρατῶς χρῆσθαι μανθάνειν, ὅπως ἂν τό γε δῶρον τοῦ θεοῦ μὴ

autem Diogenes. Sin sic philosophari arduum est, at compendiosius certe; ad beatitudinem vero, ut Diogenes dicebat, vel per ignes eundum est.

VII. Divitibus.

Ite in malam rem, quoniam lupinos et caricas et aquam habentes Megaricaque indusia navigatis et multum terræ colitis et proditis et tyrannidem exercetis et homicidia patratis, quæque hoc genus alia facitis, quum otium agere oporteat. Nos vero quietem agimus perfectam, et omni malo a Sinopensi Diogene liberati ac nihil habentes habemus omnia, vos autem omnia habentes nihil habetis propter æmulationem et invidiam et metum et vanæ gloriæ studium.

VIII. Diogeni.

A divitiis quidem iam sumus liberi, gloria vero nondum ex servitute nos dimittit, quamvis per Herculem ut ab ea dimittamur omnem demus operam. Ceterum ab hac quoque domina me liberabo atque Athenas navigabo pro libertate, in quam nos vindicavit tuus sermo, me ipsum afferens omnibus opibus superiorem.

IX. Mnaso.

Noli abstinere a pulcherrimo ornamento, sed orna te quotidie, ut excellas. Pulcherrimum vero ornamentum est quod ornat pulcherrime, pulcherrime ornat quod modestissimam reddit, modestissimam autem reddit modestia, qua mihi videntur et Penelope et Alcestis ornatæ fuisse et etiamnunc virtutis ergo celebrari atque coli. Ut igitur tu quoque par illis fias, fac ut hæc præcepta consequaris.

X. Lysidi.

Audivi te, o Lysi, inde a pugna Eretriensi perpetuo gravem esse vino. Quod si verum est, non contemnenda tibi sunt quæ sapiens Homerus dicit. Ait enim « vinum et centaurum inclytum Eurytionem perdidit et Cyclopem » supra hominem et magnitudine et robore præditum. Si igitur robustiores nobis maioresque male afficit, quomodo nos illud putas affecturum? misere sane credo. Quare ne quid ab eo mali accidat, moneo te, ut discas uti eo, quantum conducat. (2) Namque absurdum est, plectro quidem non esse cedendum putare, quod eos, qui recte ipso utuntur, non deicit de mente, neque in furorem impellit, vino autem cedendum putare eoque uti. . . . . atque curam eius haberi oportere. Fac igitur, ut cum temperantibus viris conversans temperanter uti discas, ut ne dei donum tibi ludibrio habenti in caput tuum redundet, sed in pretio

ἀτιμάζοντι εἰς κεφαλήν σοι γένηται, ἀλλὰ τιμῶντι ἡδοναὶ ἀμεταμέλητοι καὶ ὠφέλειαί σοι ἀπ' αὐτοῦ ὦσιν, ὅταν ἄλλως πᾶς μετ' ἐγκρατείας περαινομένας εὐσχημόνως σε καὶ δικαίως ποιῇ βιοτεύειν, μηδὲν ἄσχημον μηδὲ φαῦλον ἐν τῷ βίῳ διαπραττόμενον, ἀλλὰ πάντα τὰ δίκαια λέγοντα καὶ πράττοντα. (3) ὧν παρουσίᾳ ἄνθρωποι λέγονται τρισευδαίμονες γίνεσθαι, τρισσῶν αὐτοῖς ἀγαθῶν πληθυνόντων ἐν τῷ βίῳ· οἷς γὰρ τά τε περὶ ψυχὴν ἐγκρατῶς διάκειται, τά τε περὶ τὸ σῶμα ὑγιεινῶς, τά τε περὶ κτῆσιν αὐτάρκως, πῶς ἂν οὐ τρισευδαίμονες εἶεν; ὅπως οὖν τούτων τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύῃς, παραινῶ σοι μὴ ὀλιγωρεῖν τῶν ἐπεσταλμένων.

habenti voluptates ab eo tibi contingant non pœnitendæ atque commoda, ubi aliorum vita cum continentia transacta decenter te et iuste facit vivere, nihil indignum neque malum per vitam committentem, sed omnia recte dicentem et facientem. (3) Quorum possessione homines ter beati dicuntur fieri, tribus ipsis bonis per vitam exsuperantibus: quorum enim animus temperantia præditus est et corpus valetudine, quibusque satis est quod possident, quomodo hi non fuerint ter beati? Quo igitur his bonis fruare, hortor te, ut hæc præcepta non aspernere.

ιαʹ. Τοῖς ἑταίροις.

Ἀσκεῖτε ὀλίγων δεηθῆναι (τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω θεοῦ, τὸ δ' ἐναντίον μακροτάτω), καὶ ὑμῖν ἐξέσται μέσοις γενομένοις θεῶν καὶ ἀλόγων ζῴων τῷ κρείττονι γένει καὶ μὴ τῷ χείρονι ὁμοίους γενέσθαι.

XI. Sodalibus.

Assuescite paucis contenti esse (hoc enim a deo abest proxime, longissime vero contrarium), et licebit vobis mediis inter deos et bruta animalia positis generi potiori, nec vero inferiori similes evadere.

ιβʹ. Ὠρίωνι.

Οὐ ποιεῖ ἀγρὸς σπουδαίους, οὐδὲ ἄστυ φαύλους, ἀλλ' αἱ σὺν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς διατριβαί. ὥστ' εἰ βούλει ἀγαθοὺς καὶ μὴ κακοὺς γενέσθαι σοι τοὺς παῖδας, πέμπε μὴ εἰς ἀγρόν, ἀλλ' εἰς φιλοσόφου, ἵνα καὶ αὐτοὶ βαδίζοντες τὰ καλὰ ἐμάθομεν. ἀσκητὸν γὰρ ἀρετὴ καὶ οὐκ αὐτόματος ἐμβαίνει τῇ ψυχῇ ὥσπερ κακία.

XII. Orioni.

Non rus probos reddit, neque malos urbs, verum cum bonis atque malis habita commercia. Quare si tibi vis bonos neque malos evadere liberos, mitte eos non in agrum, sed in philosophi scholam, quo et ipsi pergentes honestum didicimus. Exercitatione enim virtus comparatur, neque ultro in animum se insinuat, velut malitia.

ιγʹ. Εὐμόλπῳ.

Ἄδοξος στολὴ Διογένειος, ἀλλ' ἀσφαλής, καὶ πιστότερος ὁ χρώμενος αὐτῇ τῶν τὰ Καρχηδονίων φορούντων· καὶ λιτὸς ὁ βίος, ἀλλ' ὑγιεινότερος τοῦ Περσικοῦ· καὶ ἐπίπονος ἡ διαγωγή, ἀλλ' ἐλευθεριωτέρα τῆς Σαρδαναπάλλου. ὥστε εἰ κρεῖττον τὸ ἀσφαλὲς τῆς Καρχηδονίας στολῆς καὶ ὑγίεια τοῦ λαμπροῦ βίου καὶ ἐλευθερία τῆς ἐπονειδίστου διαγωγῆς, καὶ ἡ ταῦτα φιλοσοφία ποιοῦσα τῶν πάντων ἐστὶ κρείττων, καὶ εἰ μὴ ἡ κατ' ἄλλους, ἀλλ' ἡ κατὰ Διογένην τὸν εὑρόμενον τὴν σύντομον ὁδὸν ἐπ' εὐδαιμονίαν.

XIII. Eumolpo.

Ignobilis quidem Diogenis vestis est, sed firma, quique ea utitur certior et constantior iis qui Punicas gestant vestes, et frugalis victus, sed Persico salubrior, et laboribus plena vivendi ratio, sed liberior quam quæ Sardanapali fuit. Quare si præstantior est firmitas quam Punica toga et sanitas quam splendida vita et libertas quam probrosa vivendi consuetudo, etiam quæ hæc efficit philosophia omnibus est præstantior, et si non quam alii profitentur, at certe quam Diogenes, qui brevem ad felicitatem aditum invenit.

ιδʹ. Τοῖς νέοις.

Ἐθίζεσθε ἐσθίειν μᾶζαν καὶ πίνειν ὕδωρ, ἰχθύος δὲ καὶ οἴνου μὴ γεύεσθε· ταῦτα γὰρ τοὺς μὲν γέροντας ἀποθηριοῖ ὥσπερ τὰ παρὰ τῆς Κίρκης φάρμακα, τοὺς δὲ νέους ἀποθηλύνει.

XIV. Adolescentibus.

Assuescite edere panem et bibere aquam, piscem autem et vinum non gustate: hæc enim senes quidem efferant ut venena Circes, iuvenes vero effeminant.

ιεʹ. Τοῖς ἑταίροις.

Φεύγετε μὴ μόνον τὰ τέλη τῶν κακῶν, ἀδικίαν καὶ ἀκρασίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ποιητικά, τὰς ἡδονάς· μόναις γὰρ ταύταις καὶ παρούσαις καὶ ἐλπιζομέναις ἐνατενιεῖτε, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. καὶ διώκετε μὴ μόνον

XV. Sodalibus.

Fugite non modo summa mala, iniustitiam atque intemperantiam, verum etiam ex quibus ista proveniunt voluptates: his enim solis sive adsint sive exspectentur intenti eritis, neque alii cuiquam rei: et appetite non

τὰ τέλη τῶν ἀγαθῶν, ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ποιητικά, τοὺς πόνους, καὶ μὴ διὰ τὸ τραχὺ αὐτῶν φεύγετε· οὐ γὰρ μεγάλῳ τινὶ ἀντικαταλλάξετε κρείττω, ἀλλ' ὅσῳ γε χάλκεα χρυσείων πόνων πρὸς ἀρετήν.

ις'. Τοῖς ἑταίροις.

Ἡ μὲν κυνικὴ φιλοσοφία ἐστὶν ἡ Διογένειος, ὁ δὲ κύων ὁ κατὰ ταύτην πονῶν, τὸ δὲ κυνίζειν τὸ συντόμως φιλοσοφεῖν. ὥστε μὴ φοβεῖσθε τὸ ὄνομα, μηδὲ διὰ ταῦτα φεύγετε τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν, τὰ θεῶν ὅπλα· συντόμως γὰρ ἐκφέρεται τοῖς διὰ τὸ ἦθος τιμίοις. ὥσπερ οὖν, εἰ ἀγαθοί, οὐκ ἂν κακοὶ λεγόμενοι ἠσχάλλετε, οὕτως μηδὲ νυνί, ὅτε καὶ τὸ φιλοσοφεῖν συντόμως κυνίζειν λέγεται καὶ ὁ ὧδε φιλοσοφῶν κύων καὶ ἡ φιλοσοφία κυνική· δόξα γὰρ τὸ ὅλον τοῦτο. δόξῃ δὲ καὶ ἀδοξίᾳ δουλεύειν, καὶ τοῦτ' ἐν σκιαῖς, ὥς φασι, τοῖς ὀνόμασι, πάντων χαλεπώτατον. πειρᾶσθε οὖν καὶ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων καταφρονεῖν.

ιζ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Οἱ μὲν ἰατροὶ μίαν ἔγραψαν κοιλιακὴν διάθεσιν, ἣν ἔλεγον ποιεῖν ἀπεψίαν, Διογένης δὲ ἑτέραν, ἣν ἔλεγε ποιεῖν λιμόν. ἀλλ' ἐπὶ τῇ προτέρᾳ φάρμακον αἰτεῖν παρὰ τῶν ἰατρῶν οὐκ ἄδοξον, ἀλλὰ τῇ ἑτέρᾳ. ὥστε διὰ τοῦτο καταφρονεῖτε τῶν τοιαῦτα αἰσχρὰ λεγόντων καὶ ἄδοξα, καὶ αἰτεῖτε κατ' ἴσον τὴν μᾶζαν τοῖς καταποτίοις· οὐ γὰρ αἰσχρὸν τὸ αἰτεῖν, ἀλλὰ τὸ μὴ παρέχειν ἑαυτὸν ἄξιον τοῦ διδομένου. ** ἔστι δὲ τὸ δι' ἀπεψίαν ἢ λιμὸν ἐπὶ ῥᾴστων·** ἡ μὲν γὰρ γίνεται διὰ γαστριμαργίαν παρὰ κακίας, ἡ δὲ δι' ἔνδειαν παρ' ἀπορίας.

ιη'. Τοῖς νεανίσκοις.

Ἐθίζεσθε ψυχρῷ λούεσθαι καὶ πίνειν ὕδωρ καὶ ἐσθίειν μὴ ἀνιδρωτὶ καὶ ἀμπέχεσθαι τρίβωνα καὶ κατατρίβεσθαι ἐπὶ γῆς, καὶ οὐδέποτε ὑμῖν κλεισθήσεται τὰ βαλανεῖα, αἱ δ' ἄμπελοι καὶ τὰ πρόβατα ἀφορήσει καὶ τὰ ὀψοπώλια καὶ κλινοπώλια πενητεύσει ὥσπερ τοῖς μεμαθηκόσι θερμῷ μὲν λούεσθαι, πίνειν δ' οἶνον καὶ ἐσθίειν μὴ πονήσαντας καὶ ἀμπέχεσθαι ἁλουργῆ καὶ ἀναπαύεσθαι ἐπὶ κλίνης.

ιθ'. Πατροκλεῖ.

Μὴ λέγε τὸν Ὀδυσσέα πατέρα τῆς κυνικῆς τὸν πάντων μαλακώτατον ἑταίρων καὶ τὴν ἡδονὴν ὑπὲρ πάντα πρεσβεύοντα, ὅτι ποτὲ τὰ τοῦ κυνὸς ἐνεδύσατο· οὐ γὰρ ἡ στολὴ ποιεῖ κύνα, ἀλλ' ὁ κύων στολήν, ὅπερ οὐκ ἦν Ὀδυσσεύς, ἡττώμενος μὲν ἀεὶ ὕπνου, ἡττώμενος δὲ ἐδωδῆς, ἐπαινῶν δὲ τὸν ἡδὺν βίον, πράττων δὲ οὐδὲν οὐδέποτε ἄνευ θεοῦ καὶ τύχης, αἰτῶν δὲ

modo summa bona, temperantiam atque patientiam, verum etiam ex quibus ista proveniunt labores, neque hos ob ipsorum molestiam declinate : non enim re magna maiora reparabitis, sed velut qui ære aurum, sic laboribus virtutem acquiretis.

XVI. Eisdem.

Cynica philosophia est quam condidit Diogenes, canis qui in hac laborat, canem agere dicitur qui compendiose philosophatur. Quare nolite timere hoc nomen, nec propter ista fugere pallium atque peram, deorum arma : non enim moleste feruntur ab eis, qui ob indolem in pretio habentur. Ut igitur, si, qui probi estis, improbi dicti non indignaremini, sic neque nunc, cum philosophari compendiose canem agere dicitur et ita qui philosophatur canis et philosophia cynica : hoc totum enim in opinione positum. Opinioni autem et contemptui se subicere, idque in verbis, quæ meræ umbræ sunt, ut aiunt, omnium est miserrimum. Itaque operam date, ut et hæc et similia contemnatis.

XVII. Eisdem.

Unam medici indicarunt ventris affectionem, quam dicebant efficere cruditatem, Diogenes vero et alteram, quam dicebat efficere famem. Sed quum priori medicinam a medicis postulare non ignominiosum sit, ignominiosum neque alteri est. Quare contemnite eos, qui talia turpia et ignominiosa proferunt, et panem æque atque pilulas postulate : non enim turpe est postulare, verum eo, qui dederit, non dignum se ipsum præstare. At turpius certe propter cruditatem quam propter famem medicinam quærere : illa enim ob voracitatem ex nequitia, hæc vero ob necessitatem ex inopia nascitur.

XVIII. Adolescentibus.

Assuescite frigida lavari et aquam bibere et cibum non capere nisi sudore acquisitum et pallio indui et decumbere in terra, nec vobis unquam præcludentur balnea, nec vites atque greges proventu carebunt, nec fora, ubi pisces veneunt atque lecti, inopia laborabunt velut eis, qui calida lavari et vinum bibere et edere nullo labore superato et purpura indui et in lecto decumbere didicere.

XIX. Patrocli.

Noli Ulixem, qui sodales omnes mollitie superabat et voluptatem præ omnibus colebat, cynicæ disciplinæ patrem dicere, quod aliquando canis speciem induit : non enim habitus facit canem, sed canis habitum. Talis non erat Ulixes, quin immo obnoxius semper somno ciboque obnoxius iucundam laudabat vitam, nihil unquam sine dei ac fortunæ auxilio agebat, ab omnibus, iis quoque

πάντας καὶ τοὺς ταπεινούς, λαμβάνων δ' ὁπόσ' ἄν τις χαρίσαιτο. λέγε δὲ Διογένη τὸν μὴ ἅπαξ κυνικὴν στολὴν ἐνδυσάμενον, ἀλλὰ τὸν ὅλον βίον κρείττω καὶ πόνου καὶ ἡδονῆς, τὸν ἀπαιτοῦντα καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ταπεινοῦ, τὸν τἀναγκαῖα πάντα προϊέμενον, τὸν ἐφ' ἑαυτῷ θαρροῦντα, τὸν μηδέποτε εὐχόμενον ἐλεεινὸν ἐς τιμὰς ἐλθεῖν, ἀλλὰ σεμνὸν καὶ τῷ λόγῳ πιστεύοντα καὶ οὐ δόλῳ οὐδὲ τόξῳ, τὸν οὐκ ἐπὶ τῷ ἀποθανεῖν καρτερικόν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τὴν ἀρετὴν ἀσκῆσαι ἀνδρεῖον· καὶ ἐξέσται σοι μὴ τὸν Ὀδυσσέα ζηλοῦν, ἀλλὰ τὸν Διογένη, τὸν πολλοὺς καὶ ὅτε ἔζη ἐξελόμενον ἐκ κακίας εἰς ἀρετὴν καὶ ὅτε τέθνηκε δι' ὧν κατέλιπεν ἡμῖν λόγων.

qui humili essent loco, exigebat et quicquid ei offerret aliquis accipiebat. At Diogenem dic, qui non semel cynicum habitum sibi induebat, sed per totam vitam labore et voluptate superiorem se præstabat, qui exigebat quidem, sed non a paupere, qui necessaria omnia proiciebat, sibi ipsi confidebat, nunquam honoribus ornari ob miseriam optabat, sed ob gravitatem, quodque rationi fidebat, non fraudi atque arcui, quique non modo in morte toleranda firmitatem, verum et in virtute exercenda fortitudinem comprobat. Itaque licebit tibi æmulari non Ulixem, sed Diogenem, qui et dum vixit et postquam mortuus est sermonibus nobis relictis ex vitio in virtutem multos vindicavit.

κ'. Μητροκλεῖ.

Χωρισθέντος σου παρ' ἡμῶν ἐπ' οἴκου κατέβην εἰς τὴν τῶν νέων παλαίστραν καὶ ἀλειψάμενος ἔτρεχον. καί με οἱ νέοι κατιδόντες ἐγέλων, ἐγὼ δὲ ἵνα μὴ θᾶττον καταπαύσωμαι τῶν γυμνασίων, ἐπεκελευόμην ἐμαυτῷ λέγων « Κράτης, πονεῖς ὑπὲρ ὀφθαλμῶν, ὑπὲρ κεφαλῆς, ὑπὲρ ὤτων, ὑπὲρ ποδῶν. » οἱ δέ μου ταῦτα ἐπήκουσαν, καὶ οὐκέτι ἐπεγέλων, ἀλλ' ἐγχειρήσαντες καὶ αὐτοὶ τρέχειν ἤρξαντο, καὶ ἐξ ἐκείνου οὐκέτι μόνον ἠλείφοντο, ἀλλὰ καὶ ἐγυμνάζοντο, καὶ διὰ ταῦτα οὐκ ἐπινόσως διῆγον, ὥσπερ πάλαι, ἐμοί τε χάριν ἐγίνωσκον ὡς αἰτίῳ τῆς ὑγιείας, καὶ οὐκ ἀπελείποντο, ἀλλ' εἵποντο ὅπου ἂν βαδίζοιμι, ἐπακροώμενοι καὶ μιμούμενοι ἃ λέγοιμι καὶ πράττοιμι. ταῦτα ἐπέσταλκά σοι, ἵνα καὶ σὺ μὴ καθ' ἑαυτὸν τρέχῃς, κεῖθι δὲ ἔνθα οἱ νέοι διατρίβουσιν, ὧν ἐχρῆν τι ἡμᾶς προμηθεῖσθαι, ἐπεὶ διδάσκει καρτερίαν τάχιον τὸ ἔργον τοῦ λόγου, ὅπερ ἐν μόνῃ τῇ Διογένους ἐστὶ φιλοσοφίᾳ.

XX. Metrocli.

Postquam me relicto domum te contulisti, descendi in iuvenum palæstram, ibique quum unctus currerem, qui aderant iuvenes me irridebant. Ego vero, ne prius missas facerem exercitationes, me ipsum compellabam his verbis : « Crates, laboras pro oculis, pro capite, pro auribus, pro pedibus. » Quæ qui audivere, non amplius ridebant, sed data opera et ipsi currere incipiebant, atque hinc non modo ungebantur, verum etiam se exercebant; quo fiebat ut non iam, ut antea, infirmo uterentur corpore, mihique ut prosperæ valetudinis auctori gratias referrent, nec me relinquerent, sed quocunque pergerem prosequerentur, audituri et imitaturi quod dicerem ac facerem. Hæc tibi nuntiavi, quo tu quoque non solus curreres, verum eo loco, quo iuvenes conveniunt, quorum par est rebus nos prospicere, quoniam omni præcepto celerius exemplum docet tolerantiam, id quod in sola Diogenis philosophia situm est.

κα'. Μητροκλεῖ τῷ κυνί.

Ἕως ἂν φοβῇ τὸν κύνα, τοῦτο προσαγορεύω· φαίνει δὲ φοβούμενος ἕως τούτου. καὶ αὐτὸς δ' ἐπιστέλλων ἡμῖν κύνα ἐπέγραψας. καὶ τἄλλα δὲ ὧδε ποιεῖν μαθήσῃ, μὴ φοβεῖσθαι ἐθιζόμενος, μὴ μόνον λογικεύεσθαι· μακρὰ γὰρ ἡ διὰ τῶν λόγων ὁδὸς ἐπ' εὐδαιμονίαν, ἡ δὲ διὰ τῶν καθ' ἡμέραν ἔργων μελέτη σύντομος. ἀλλ' οἱ πολλοὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῖς κυσὶν ἱέμενοι ἐπειδὰν ἐπιβλέψωσι τὸ χαλεπὸν αὐτῆς, φεύγουσι τοὺς ἐπιφωνοῦντας. ἀλλὰ διὰ μὲν ταύτην τὴν ὁδὸν τὸν κύνα οὐ γενέσθαι δεῖ, ἀλλὰ γεννηθῆναι· φύσει γὰρ ἡ μελέτη μᾶλλον ἀνυσιμωτέρα ἢ ἡ ὁδὸς αὕτη.

XXI. Metrocli cani.

Donec metues canem, hoc nomine te compellabo, videris autem metuere hucusque. Ipse tamen epistolis ad me datis canem inscripsisti. Quare et reliqua sic facere disces, si non modo disserere, verum etiam non metuere assueveris. Longa est enim, quæ præceptis constat, ad felicitatem via, sed brevis, quæ assiduo labore, exercitatio. At plurimi eundem licet cum canibus finem sequantur, conspectis eius difficultatibus eos, qui ipsos compellant, fugiunt. Sed non hac via canem fieri oportet, verum natum esse; naturâ enim exercitatio viâ istâ est efficacior.

κβ'. Μητροκλεῖ.

Μὴ πάντας αἴτει, ἀλλὰ τοὺς ἀξίους, μηδὲ παρὰ πάντων τὸ ἴσον λάμβανε, ἀλλὰ τριώβολον μὲν παρὰ τῶν σωφρόνων, μνᾶν δὲ παρὰ τῶν ἀσώτων· οὐ γὰρ παρ' αὐτῶν ἔστι πάλιν λαβεῖν, ὡς παρὰ τῶν σωφρόνων, ὧδε δαπανώντων.

XXII. Metrocli.

Ne petas ab omnibus, verum a dignis, neque ab omnibus idem exigas, verum triobolum a temperantibus, minam a dissolutis : non enim fieri potest ut ab his, quum ita sua effundant, iterum, ut a temperantibus, exigas

κγ'. Γανυμήδει.

Ἕως ἂν φοβῇ τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν καὶ τὴν βακτηρίαν καὶ τὴν κόμην, φιλῇς δὲ τὰ ἁλουργῆ καὶ τὴν τρυφήν, οὐ παύσει τοὺς ἐραστὰς ἐπισυρόμενος, ὥσπερ ἡ Πηνελόπη τοὺς μνηστῆρας. ὥστ' εἰ μή σοι ὄχλος οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων, χρῶ ᾧ προῄρησαι βίῳ· εἰ δ' ἔστιν, ὡς πείθομαι, καὶ οὐ μικρός, τοὺς μὲν ἄλλους βοηθοὺς χαίρειν ἔα δι' ὧν πολλάκις ἐπειράθης αὐτοὺς ἀπελάσαι σαυτοῦ καὶ οὐκ ἴσχυσας, ἔνδυσαι δὲ τὰ Διογένεια ὅπλα, οἷς κἀκεῖνος ἀπήλασε τοὺς ἐπιβουλεύοντας, καὶ πείθου μηδένα ἔτι πελάσειν σοι τῶν ἐραστῶν· δεινὰ γὰρ ταῦτα καταγωνίσασθαι τοὺς τοιούτους ἐχθροὺς καὶ ἀποκρύψαι τὸν μὴ ἐθέλοντα τούτοις ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς μάχεσθαι, ὥσπερ ἄιδος κυνῆ τὸν περικείμενον αὐτήν.

κδ'. Θεσσαλοῖς.

Οὐ γεγόνασιν οἱ ἄνθρωποι τῶν ἵππων χάριν, ἀλλ' οἱ ἵπποι τῶν ἀνθρώπων, ὥστε πειρᾶσθε ὑμῶν ἢ τῶν ἵππων ἐπιμελεῖσθαι. ἐπεὶ εὖ ἴστε ὅτι ἕξετε ἵππους πολλοῦ ἀξίους, αὐτοὶ ὀλίγου ἄξιοι ὄντες.

κε'. Ἀθηναίοις.

Πυνθάνομαι ὑμᾶς ἀπορεῖν χρημάτων. τοὺς ἵππους οὖν ἀπόδοσθε καὶ εὐπορήσετε. ὅταν δὲ χρεία ᾖ ἵππων, τοὺς ὄνους χειροτονήσατε ἵππους εἶναι· τοῦτο γὰρ συνηθες ὑμῖν ἐν παντί, μὴ τοὺς ἐπιτηδείους πρὸς τὰς χρείας ἀλλὰ τοὺς κεχειροτονημένους ποιεῖσθαι. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τοῖς μείζοσι τὸ μὴ ὄν, ὅμως τὴν χρείαν οὐ διαφθείρει, μηδ' ἐν τοῖς ἐλάττοσι προσδοκᾶτε. ὥστε διὰ τοῦτο πείσθητέ μοι, καὶ τοὺς ἵππους, ἐπειδὰν ἀργυρίων δέησθε καὶ πόρος ἄλλοθεν μὴ ᾖ, ἀπόδοσθε, τοὺς δὲ ὄνους, ὅταν χρεία ᾖ, χειροτονήσατε ἵππους εἶναι.

κϛ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Μὴ θαυμάζετε, εἰ Διογένης, πάντα τοῦ σπουδαίου εἶναι λέγων, προσιὼν οὐκ ᾔτει ὑμᾶς, ἀλλ' ἀπῄτει. οὐ γὰρ ὅτι πάντα τοῦ θεοῦ ἐστὶ θαυμάζετε, ἀλλ' ὁμολογεῖτε, κἄν τις ὑμᾶς κατ' ὄναρ ἐμπελάσας θῦσαι προστάττῃ, αὐτῷ θύετε, καὶ οὐ λέγετε μεταιτεῖν τὸν Ἥλιον ὑμᾶς, ἀλλὰ τὰ αὑτοῦ ἀπαιτεῖν. ἔπειτα τοῦ θεοῦ λέγοντες πάντα οὐκ ἀσχάλλετε, ὅταν τι ἀπαιτῆσθε ὑπ' αὐτοῦ. τὸ αὐτό ἐστι καὶ ἐπὶ τοῦ σπουδαίου. πάντα λέγετε τοῦ θεοῦ καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων καὶ φίλον τῷ θεῷ μόνον τὸν σπουδαῖον, ἀλλ' ὅταν ἀπαιτήσῃ παρά τινος ὑμῶν τὸν ὀβολόν, ὡς τὰ αὑτῶν μεθιέμενοι συμφοράζετε.

κζ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Διογένης ὁ κύων ἔλεγε πάντα τοῦ θεοῦ καὶ κοινὰ

XXIII. Ganymedi.

Donec metues pallium et peram et baculum et capillum, amabisque purpuram et mollitiam, non cessabis tecum trahere amatores, uti Penelope procos. Quare si non molesti tibi homines eiusmodi, utere hoc, quod instituisti, vitæ genere; sin vero molesti sunt, ut persuasum mihi est, idque non mediocriter, iube valere reliquos adiutores, quibus sæpenumero illos, licet frustra, conatus es a te repellere, tibique Diogenia arma indue, quibus et ille eos, qui insidias sibi struebant, repulit, ac persuasum habe, amatorum ad te accessurum esse neminem: hæc enim talia sunt, quæ eiusmodi hostes opprimere facile possint, eumque abscondere, qui nolit cum istis palmam decertare, quemadmodum Plutonis galea eum qui ipsam capiti imposuit.

XXIV. Thessalis.

Non facti sunt homines equorum gratia, verum equi hominum: quare operam date, ut vestrûm magis quam equorum curam habeatis, quum probe sciatis, equos vos habituros esse pretiosissimos, dum ipsi sitis parvi pretii.

XXV. Atheniensibus.

Audio vos pecuniis indigere. Itaque equos vendite et abundabitis. Sin autem equis opus fuerit, asinos decernite esse equos. Hoc enim in quavis re vestræ est consuetudinis, ut non eos, qui ad rem agendam idonei sint, verum eos, quos suffragiis constitueritis, vobis præficiatis. Qui si vel in maioribus rebus detrimentum afferunt nullum, neque in minoribus nocituros exspectate. Quamobrem morem mihi gerite atque equos, quum pecuniis indigeatis, neque aliud suppeditet subsidium, vendite, asinos vero, si opus fuerit, equos esse decernite.

XXVI. Eisdem.

Nolite mirari, quod Diogenes, qui omnia sapientis esse dicit, ad vos accedens non petebat, verum repetebat. Non enim dei esse omnia miramini, sed conceditis, et si quis per somnium vobis visus sacrificare iusserit, sacra ei facitis, neque Solem petere a vobis, verum sua dicitis repetere, tum quoniam dei omnia esse dicitis, non moleste fertis, si quid a vobis repetat. Sapientis eadem est ratio. Omnia dicitis esse dei et communia amicorum et amicum deo solum sapientem, at si quis ab aliquo vestrûm obolum suum repetat, quasi rem vestram proicientes lamentamini.

XXVII. Eisdem.

Diogenes canis dei dicebat esse omnia et communia

τὰ τῶν φίλων, ὥστε πάντα εἶναι τοῦ σπουδαίου, καὶ τὸν τούτων τι τῶν λημμάτων ἐκ τοῦ λόγου ἀθετοῦντα ὅρκια συγχεῖν οὐ τὰ Ἀχαιῶν καὶ Τρώων, ἀλλὰ τὰ τοῦ βίου, ὥστε πειθόμενοι τῷ λόγῳ μὴ χαλεπαίνετε, ὅταν αἰτῆσθε παρὰ τῶν σπουδαίων τὸ τριώβολον· οὐ γὰρ τὰ αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ ἐκείνων ἀποδίδοτε.

κη'. Ἱππαρχίᾳ.

Αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν οὐκ ἔφυσαν χείρους. Ἀμαζόνες γοῦν αἱ τοσαῦτα ἔργα ἀσκήσασαι ἐν οὐδενὶ ἀνδρῶν ἐμειονέκτησαν. ὥστε εἰ μέμνησαι τούτων, μὴ ἀπολιποῦ τούτων· οὐ γὰρ ἂν πείσειας ἡμᾶς, ὡς παρ' ἑαυτῇ θρύπτει. αἰσχρὸν δὲ ὡς ἐπὶ τούτῳ συγκυνίζειν καὶ ἐν πύλαις εὐδοκιμήσασαν τῷ γαμέτῃ καὶ τῷ πλούτῳ νῦν μετανοεῖν καὶ ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ ἀναστρέφειν.

κθ' Τῇ αὐτῇ.

Οὐκ ἀπὸ τοῦ ἀδιαφορεῖν περὶ πάντα κυνικὴν τὴν φιλοσοφίαν ἡμῶν ἐκάλεσαν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σφοδρῶς ὑπομένειν τὰ ἄλλοις διὰ μαλακίαν ἢ δόξαν ἀνυπομόνητα, ὥστε διὰ τοῦτο καὶ οὐ διὰ τὰ πρῶτα κεκλήκασι κύνας ἡμᾶς. μένε οὖν καὶ συγκύνιζε (οὐ γὰρ ἔφυς χείρων ἡμῶν· οὐδὲ γὰρ αἱ κύνες τῶν κυνῶν), ἵνα σοι γένηται καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως ἐλευθερωθῆναι, ὥστε ἀπὸ τοῦ νόμου ἢ διὰ κακίαν πάντες δουλεύουσιν.

λ'. Τῇ αὐτῇ.

Ἔπεμψά σοι τὴν ἐξωμίδα, ἣν ὑφηναμένη μοι ἔπεμψας, ὅτι ἀπαγορεύεται τοῖς καρτερίᾳ χρωμένοις τοιαῦτα ἀμπέχεσθαι, καὶ ἵνα σε τούτου τοῦ ἔργου ἀποπαύσαιμι, εἰς ὃ πολλῇ σπουδῇ ἐξῆλθες, ἵνα τις δόξῃς φίλανδρος τοῖς πολλοῖς εἶναι. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν διὰ ταῦτά σε ἡγόμην, εὖ γε ποιεῖς καὶ αὐτὴ διὰ τούτων ἐπιδεικνυμένη μοι· εἰ δὲ διὰ φιλοσοφίαν, ἧς καὶ αὐτὴ ὠρέχθης, τὰ τοιαῦτα σπουδάσματα ἔα χαίρειν, πειρῶ δὲ εἰς τὰ κρείττω τῶν ἀνθρώπων τὸν βίον ὠφελεῖν. ταῦτα γὰρ ἔμαθες καὶ παρ' ἐμοὶ καὶ παρὰ Διογένει.

λα'. Τῇ αὐτῇ.

Λόγος ψυχῆς ἡγεμὼν καλὸν ἔργον καὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις. ζήτει οὖν, ὅτῳ τρόπῳ κτήσῃ τοῦτον· ἀνθέξῃ γὰρ εὐδαίμονος βίου καὶ κτήματος. ζήτει δὲ ἄνδρας σοφούς, κἂν δέῃ ἐπ' ἔσχατα γῆς ἀφικνεῖσθαι.

λβ'. Τῇ αὐτῇ.

Ἧκόν τινες παρὰ σοῦ κομίζοντες ἐξωμίδα καινήν, ἣν ἔφασκον ποιῆσαί σε, ἵνα ἔχοιμι ἐς τὰ χειμάδια. ἐγὼ δὲ ὅτι μέν σοι μέλω, ἀπεδεξάμην σε, ὅτι δὲ ἔτι ἰδιωτεύεις καὶ οὐ φιλοσοφεῖς, εἰς ὅ σε προυτρεψάμην, μέμφομαι. ἔτι οὖν καὶ νῦν ἐπάνηκε, εἴ σοι ὄντως

amicorum, ita ut sapientis essent omnia, ac si quis hoc ex præcepto aliquam propositionum tolleret, hunc fœdera rumpere non Achæorum Troianorumque, sed ipsius vitæ. Huic igitur præcepto obtemperantes nolite moleste ferre, si sapientes a vobis exigant triobolum : non enim vestra ipsorum, sed quæ illorum sunt rependitis.

XXVIII. Hipparchiæ.

Feminas natura non fecit viris deteriores; Amazones certe, quæ tam magna facinora perpetrarunt, nulla in re inferiores fuere viris. Quare si harum meministi, nec patere ab eis te superari. Neque enim domi te mollitiei non esse deditam nobis persuaseris. Turpe est autem, hucusque cynismum sequi, et ubi in multis spectata fueris ob maritum et ....., iam sententiam mutare et in media reverti via.

XXIX. Eidem.

Non quod nulla re moveremur, cynicam philosophiam nostram appellavere, sed quod, quæ ob mollitiem atque opinionem aliis intoleranda sunt, forti toleramus animo. Hanc ob caussam, neque vero ob priorem canes nos appellaverunt. Perdura igitur et nobiscum canem age (non enim natura nobis es deterior, ut nec feminæ canes maribus), quo tibi contingat, natura duce liberari, dum ex lege aut propter pravitatem omnes serviunt.

XXX. Eidem.

Remisi tibi tunicam, quam a te textam mihi misisti, quoniam talia sibi induere vetitum est tolerantiam exercentibus, et ut ab hoc negotio te revocarem, in quod magno cum studio te immisisti, quo amorem præ te ferres coniugalem. Ego vero si hanc ob caussam te duxi, recte et ipsa his animum tuum significans mihi facis; at si ob philosophiam, cuius et ipsa fuisti cupida, eiusmodi studia valere iube, daque operam, ut gravioribus vitæ humanæ utilem te præbeas. Hæc enim et apud me et apud Diogenem didicisti.

XXXI. Eidem.

Ratio, animi gubernatrix, pulchra res est et summum hominibus bonum. Quære igitur, quo modo eam tibi comparare possis : assequeris enim felicem vitam atque rem. Viros quære sapientes, etiamsi ad extremos terræ fines procedendum tibi sit.

XXXII. Eidem.

Venere quidam tunicam a te novam afferentes, quam te aiebant fecisse, quo hiemis tempore uterer. Ego vero etsi quod tibi curæ sim probem, tamen quod adhuc rudis es neque philosophiæ a me tibi commendatæ operam das, vitupero. Quare revertere nunc demum, si

μέλει καὶ οὐ καλλωπίζῃ ἐπὶ τούτῳ, καὶ σπούδαζε δι' ἃ ἐπεθύμησας ἡμῖν συνελθεῖν πρὸς γάμον ταῦτα πράττειν, ταλασίας δὲ τὰς μικρὰς ὠφελείας ἔα ποιεῖν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν, αἳ μηδενὸς τῶν αὐτῶν σοι ὠρέχθησαν.

tibi revera curæ est, neque ea inanem captas gloriam, atque age ut, quorum caussa nubere nobis voluisti, ea facias, ex lanificio vero lucri quid facere mulieribus relinque eis, quarum studia a tuis distant plurimum.

λγ'. Τῇ αὐτῇ.

Ἐπυθόμην σε ἀποτεκεῖν καὶ εὐμαρῶς· σὺ μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῖν ἐδήλωσας. χάρις δὲ θεῷ καὶ σοί. πέπεισαι ἄρα ὅτι τὸ πονεῖν αἴτιόν ἐστι τοῦ μὴ πονεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ὧδέ γ' εὐμαρῶς ἀπέτεκες, εἰ μὴ κύουσα ἐπόνεις ὥσπερ οἱ ἀγωνισταί. ἀλλ' αἱ πολλαὶ γυναῖκες, ἐπειδὰν κύωσι, θρύπτονται· ἐπειδὰν δὲ ἀποτέκωσιν, αἷς δ' ἂν συμβῇ περισωθῆναι, νοσερὰ τὰ βρέφη γεννῶνται. ἀλλ' ἐπιδείξασα, εἰ ὅπερ ἐχρῆν ἥκειν ἀφῖκται, μελέτω σοι τούτου τοῦ σκυλακίου ἡμῶν· μελήσει δέ, ἐὰν ἀσφαλῶς σαυτῇ παραπλησίως ἐπεισέλθῃς. **. (2) ἔστω οὖν λουτρὸν μὲν ψυχρόν, σπάργανα δὲ τρίβων, τροφὴ δὲ γάλακτος ὅσον γε μὴ ἐς κόρον, βαυκαλήσεις δὲ ἐν ὀστρακίῳ χελώνης· τοῦτο γάρ φασι καὶ πρὸς νοσήματα παιδικὰ διαφέρειν. ἐπειδὰν δὲ ἐς τὸ λαλεῖν ἢ περιπατεῖν ἔλθῃ, κοσμήσασα αὐτὸ μὴ ξίφει, ὥσπερ ἡ Αἴθρα τὸν Θησέα, ἀλλὰ βακτηρίᾳ καὶ τρίβωνι καὶ πήρᾳ, τοῖς μᾶλλον δυναμένοις φυλάττειν ἀνθρώπους ξιφῶν, πέμπε Ἀθήναζε. τὰ δ' ἄλλα ἡμῖν μελήσει πελαργὸν ἐς τὸ γῆρας ἑαυτῶν ἀντὶ κυνὸς θρέψαι.

XXXIII. Eidem.

Audivi te et facile quidem peperisse : tu enim nihil nobis nuntiavisti. Gratias autem deo atque tibi. Itaque experta iam es, labore effici ut quis non laboret : neque enim tam facile peperisses, nisi gravida athletarum modo laborasses. Verum plurimæ feminæ, postquam gravidæ factæ sunt, mollitiei sese dedunt, ubi autem partum edunt, infantes, si quibus ut vivos edant contingat, gignuntur imbecilli. Sed postquam indicaveris, num quod venire debebat venerit, cura hunc nostrum catulum : curabis autem si . . . . (2) Sit igitur lavatio frigida aqua, incunabula pallium, alimentum lactis quantum satis est. Movebis eum in testudinis testa positum : hoc enim infantium morbos aiunt prohiberi. Ubi vero eo venerit, ut lingua ac pedibus uti possit, ornatum eum non gladio, ut ab Æthra Theseum, verum baculo et pallio atque pera, quæ gladiis magis ad conservandos homines sunt idonea, Athenas mitte. Quod reliquum est, curabo, ut eum ad senectutem nos'ram colendam ciconiam disciplina mea pro catulo educem.

λδ'. Μητροκλεῖ.

θάρρει οὖν, ὦ πάτερ, ἐπὶ τῷ ὀνόματι, ὃ καλοῦσιν ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τῇ στολῇ, ἐπεὶ ὁ μὲν κύων ἐστὶ πρὸς θεῶν, ἡ δὲ εὕρημα τοῦ θεοῦ.

et liber ab opinione, cui omnes serviunt tam Græci quam barbari. Scilicet nomen, præterquam quod non cum ipsis rebus coalescit, symboli loco esse gloriosum quodammodo est. Canis enim vocor cœli, quod similis illi sum, non secundum opinionem vivens, verum secundum naturam, liber sub Iove, huic ipsi quod bonum est imputans, non cuiquam hominum. (2) Vestem autem meam et Homerus scribit Ulixem, Græcorum sapientissimum, gestasse, quum domum Ilio rediret Minervæ admonitu, eaque adeo honesta est, ut non hominum, verum deorum inventum esse concedatur :

togam ei primum et tunicam vestimenta dedit
misera, sordida, malo fœdata fumo,
circaque ipsum magnam pellem celeris induit cervi
nudam, ac baculum ei dedit, vilemque peram
admodum pannosam, eique adiunctum lorum ad gestandum.

Bono igitur animo esto, pater, tam ob nomen, quo nos appellant, quam ob vestitum, quoniam illud cum diis commune est, hic dei numinis divini inventum.

η'. Εὐγνησίῳ.

Ἧκον εἰς Κόρινθον ἐκ Μεγάρων καὶ διαπορευόμενος τὴν ἀγορὰν παρίσταμαι διδασκαλείῳ τινὶ παίδων, καί μοι ἐπεὶ οὐκ εὖ ἐρραψῴδουν, ἔδοξε πυθέσθαι τίς ἦν ὁ διδάσκων αὐτούς. καὶ ἀπεκρίναντο « Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος. » κἀγὼ δόξας αὐτοὺς ἐρεσχελεῖν πρός με καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς ἀποκεκρίσθαι, παρελθὼν ἐπί τι βάθρον ἐκάθισα, εὐκόσμως ἀναμένων αὐτόν· ἐλέγετο γὰρ πρὸς ἀγορὰν ὡρμηκέναι. καὶ δὴ οὐ διαγίνεται πολὺς χρόνος, καὶ ἐπιστρέφεται ὁ Διονύσιος, κἀγὼ ἐξαναστὰς προσαγορεύω τε αὐτὸν καὶ ἐπιλέγω « ὡς οὐκ εὖ, Διονύσιε, διδάσκεις. » (2) ὁ δέ με δόξας συνάχθεσθαι αὐτῷ ἐπὶ τῇ πτώσει τῆς τυραννίδος καὶ τῷ παρόντι σχήματι τοῦ βίου, τοιαῦτα εἶπεν· « ὦ Διόγενες, εὖ ποιεῖς συναλγῶν ἡμῖν. » κἀγὼ προσέθηκα τῷ οὐκ εὖ τὸ « ἀληθῶς. ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐχ ὅτι τῆς τυραννίδος ἀφῄρησαι ἄχθομαι, ὦ Διονύσιε, ἀλλ' ὅτι ἐλευθεριάζεις ἐν τῇ Ἑλλάδι τὰ νῦν, καὶ περισέσωσαι ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ κακῶν, οἷς ἔδει σε ἐναποθανεῖν τοσαῦτα ἐργασάμενον φαῦλα γῆν καὶ θάλατταν. »

VIII. Eugnesio.

Quum Megaris Corinthum venissem, perambulans forum ad scholam aliquam accessi puerorum, mihique, quum carmina male recitarent, quis ipsos litteras doceret, quærere visum est. Et responderunt « Dionysius Siciliæ tyrannus. » Tum ego illos ludibrio me habere atque hoc non vere respondere ratus in scamnis consido decore exspectans ipsum : dicebatur enim in forum sese contulisse. Nec sane multum temporis præteriit, quum revertitur Dionysius; ego vero assurgens, postquam ipsum compellavi, hæc addidi, « quam non bene, Dionysi, doces. » (2) Tum ille me vicem suam dolere ratus, quod regno excidisset et in præsenti statu vitam ageret, talia dixit : « o Diogenes, recte facis, quod nostram doles vicem. » Ego vero « verum est » respondi « quod *non bene* dicebam : at ego non quod regno privatus sis doleo, Dionysi, verum quod libertate frueris in Græcia, quodque ex Sicula calamitate, cui immori te oportebat, postquam tanta mala terra marique perpetrasti, incolumis evasisti. »

θ'. Κράτητι.

Ἐπυθόμην σε τὴν οὐσίαν ἅπασαν κατενεγκεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ παραχωρῆσαι τῇ πατρίδι καὶ στάντα ἐν μέσῳ κηρύξαι « Κράτης Κράτητος Κράτητα ἀφίησιν ἐλεύθερον. » ἡσθῆναι οὖν ἐπὶ τῇ δωρεᾷ τοὺς πάντας ἀστοὺς καὶ ἀγασθῆναι ἡμᾶς τοὺς τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ποιητάς, ἐθελῆσαι δὲ διὰ τοῦτο μεταπέμψασθαι ἡμᾶς Ἀθήνηθεν, σὲ δὲ ἐπιστάμενον τὴν ἡμετέραν κρίσιν κωλῦσαι. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐπαινῶ σε τοῦ νοῦ, ἐπὶ δὲ τῇ παραδόσει τῆς οὐσίας καὶ ἀγα-

IX. Crateti.

Audivi te universum patrimonium contulisse in concionem et patriæ concessisse et stantem in medio proclamasse « Crates Cratetis Cratetem dimittit liberum, » eoque dono gavisos cives omnes atque admiratos nos, qui eiusmodi homines effecissemus, hanc ob caussam nos Athenis arcessere voluisse, te vero, qui nostram sententiam nosses, impedivisse. Et hic quidem laudo te ob mentem tuam, ob donationem vero patrimonii tui etiam demiror, quoniam citius quam exspectaveram opi-

μαι, ἐπεὶ θᾶττον ἢ προσεδόκησα κρείττων ἐγένου τῶν δοξῶν. ἀλλὰ διὰ ταχέων ἐπάνηκε· ἔτι γάρ σοι δεῖ πρὸς τἄλλα συνασκήσεως, καὶ χρονίζειν ἔνθα μὴ εἰσὶν ὅμοιοι οὐκ ἀσφαλές.

nionibus superior evasisti. Verum redi celeriter : adhuc enim exercitatione in ceteris tibi opus est, neque morari, ubi non sunt similes, satis tutum.

ι΄. Μητροκλεῖ.

Μὴ μόνον ἐπὶ τῇ στολῇ καὶ τῷ ὀνόματι καὶ τῇ διαίτῃ θάρρει, Μητρόκλεις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ αἰτεῖν ἀνθρώπους τὰ σωτήρια· οὐ γὰρ αἰσχρόν. βασιλεῖς γέ τοι καὶ δυνάσται παρὰ τῶν ὑποτεταγμένων αἰτοῦσι χρήματα, στρατιώτας, ναῦς, σῖτον, καὶ οἱ κάμνοντες παρὰ τῶν ἰατρῶν φάρμακα καὶ οὐ μόνον πυρετοῦ, ἀλλὰ καὶ φρίκης καὶ λοιμοῦ, καὶ οἱ ἐρασταὶ παρὰ τῶν παιδικῶν φιλήματα καὶ ἐπαφήματα, τὸν δὲ Ἡρακλέα παρὰ τῶν ἀναισθήτων φασὶ καὶ ἰσχὺν λαμβάνειν. οὐ γὰρ προῖκα οὐδ' ἐπὶ χείρονι ἀνταλλαγῇ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ πάντων ἔστιν αἰτεῖν, ἀνθρώπους τὰ πρὸς τὴν φύσιν, καὶ ἐπὶ τῷ ταὐτὰ ποιεῖν Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς καὶ ἔχειν ἀμείβεσθαι πολὺ κρείττονα ὧν λαμβάνεις αὐτός. (2) τίνα ταῦτα; μὴ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εἶναί σοι τὴν μάχην τοῦτο πράσσοντι, ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν. ᾗ πάντη μάχου, κἂν μηδέν σε ἐπείγῃ· καλὸν γάρ τι ἔθος καὶ ὁ πρὸς τὰ τοιαῦτα πόλεμος. Σωκράτης δὲ ἔλεγε μὴ αἰτεῖν τοὺς σπουδαίους, ἀλλὰ ἀπαιτεῖν· εἶναι γὰρ αὐτῶν τὰ πάντα ὡς καὶ τῶν θεῶν. καὶ τοῦτ' ἐπειρᾶτο συνάγειν ἐκ τοῦ κυρίους μὲν ὑπάρχειν τῶν πάντων τοὺς θεούς, κοινὰ δ' εἶναι τὰ τῶν φίλων, φίλον δ' εἶναι τῷ θεῷ τὸν σπουδαῖον. αἰτήσεις τοίνυν τὰ ἴδια.

X. Metrocli.

Non solum in vestitu et nomine et vivendi ratione confidenter persevera, Metrocles, sed etiam in poscendo ab hominibus salutaria : non enim turpe est. Reges sane atque principes a subditis poscunt pecunias, milites, naves, et ægrotantes a medicis remedia non solum adversus febris ardorem, sed etiam adversus frigus febrium atque pestem, et amatores a pueris oscula et contrectationes. Herculem etiam a sensu carentibus aiunt robur accepisse. Non enim gratis neque ut deteriora rependas, verum ut saluti omnium prospicias, petere licet ab hominibus quæ naturæ conveniunt, atque ut idem facias, quod Iovis filius Hercules, utque acceptis longe præstantiora reddere possis. (2) Quænam hæc? ut hoc tibi facienti non adversus veritatem, sed adversus opinionem sit certamen, quacum ubique pugna, etiamsi te nihil cogat : honesta enim consuetudo etiam adversus talia quod geritur bellum. Socrates vero dicebat, non petere sapientes, sed repetere : ipsorum enim omnia esse ut et deorum. Id quod colligere ex eo conabatur, quod dii rerum omnium essent domini, communia autem, quæ amici possiderent, amicus vero deo esset sapiens. Petes itaque propria.

ια΄. Κράτητι.

Καὶ τοὺς ἀνδριάντας τοὺς ἐν ἀγορᾷ προσιὼν αἴτει τὰ ἄλφιτα. καλὴ γάρ που καὶ ἡ τοιαύτη μελέτη· ἐντεύξῃ γὰρ ἀνθρώποις ἀπαθεστέροις ἀνδριάντων. καὶ ὅταν σου μᾶλλον γάλλοις καὶ κιναιδολόγοις μεταδιδῶσι, μὴ θαύμαζε· τιμᾷ γὰρ ἕκαστος τὸν πλησίον ἑαυτοῦ καὶ οὐ τὸν πόρρω· εἰσὶ δὲ οἱ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες γάλλοι μᾶλλον ἢ φιλόσοφοι.

XI. Crateti.

Etiam statuas in foro positas aggressus posce panem : pulchra nimirum et hæc meditatio : incides enim in homines statuis inertiores. Et si eunuchis potius turpissimaque loquentibus quam tibi largientur, noli admirari : colit enim sibi proximum quisque, non eum a quo procul abest; sunt autem propiores qui vulgo probantur eunuchi potius quam philosophi.

ιβ΄. Τῷ αὐτῷ.

Οἱ πολλοὶ ἐπὶ τὸν εὐδαιμονισμόν, ὅταν μὲν σύντομον ὁδὸν ἐπ' εὐδαιμονίαν φέρουσαν ἀκούσωσιν, ἵενται καθάπερ ἡμεῖς ἐπὶ φιλοσοφίαν· ὅταν δ' ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἀφίκωνται καὶ αὐτῆς τὴν χαλεπότητα θεάσωνται, ὡς ἀσθενοῦντες ὀπίσω ἀναχωροῦσιν, εἶτα μέμφονταί που οὐχ αὑτῶν τὴν μαλακίαν, ἀλλὰ τὴν ἡμῶν ἀπάθειαν. ἔα οὖν τούτους μὲν ὅπως ἐσπούδασαν ταῖς ἡδοναῖς συγκαθεύδειν· καταλήψεται γὰρ αὐτοὺς ζῶντας οὐχ εἰς ὃν ἡμᾶς διαβάλλουσι πόνος, ἀλλ' οἱ μείζονες, δι' οὓς πάσῃ περιστάσει δουλεύουσιν αἰσχρῶς. σὺ δὲ ἐπίμενε ἐν τῇ ἀσκήσει ὥσπερ ἤρξω, καὶ σπούδαζε κατ' ἴσον ἡδονῇ ἀντιτάττεσθαι καὶ πόνῳ, ἐπεὶ καὶ κατ' ἴσον ἀμφότερα πολεμεῖν ἡμῖν πέφυκε καὶ εἰς τὰ πρῶτα ἐμποδίζειν, ἡ μὲν διὰ τὸ ἐπὶ τὰ αἰσχρὰ ἄγειν, ὁ δὲ διὰ τὸ ἀπὸ τῶν καλῶν ἀπάγειν τῷ φόβῳ.

XII. Eidem.

Plerique beatitudinem, quum quidem brevem ad fortunam ducentem viam audiunt, eodem quo nos philosophiam studio expetunt; quum vero ad ipsam accedunt viam eiusque difficultatem contemplantur, velut fessi retro cedunt, deinde reprehendunt non suam ipsorum mollitiem, sed nostri animi æquitatem. Permitte igitur hos quidem, quo ipsos fert animus, voluptatibus consopiri : invadet enim eos sic viventes non unus ille, ob quem nos calumniantur, labor, verum maiores, ob quos omni rerum statui turpiter serviunt. Tu vero in exercitatione, uti cœpisti, persevera, operamque da ut æque voluptati resistas ac labori, quoniam utrumque tale est quod nobis adversetur et maxime impedimento sit, illa quod ad inhonesta ducit, hic quod metu ab honestis revocat.

ιγ'. Ἀπολήξιδι.

Ἀπεθέμην τὰ πολλὰ τῶν τὴν πήραν βαρυνόντων, πίνακα μὲν διδαχθεὶς ἐν ἄρτῳ τὸ κοῖλον εἶναι, ποτήριον δὲ τὰς χεῖρας. καὶ οὐκ ἔστιν αἰσχύνη τὸν ἐπιστάτην εἰπεῖν ὅτι « παῖς ἦν ἔτι, » οὐκ ἔδει δὲ τὴν εὕρεσιν εὔχρηστον οὖσαν διὰ τὴν ἡλικίαν παρελθεῖν, ἀλλὰ προσδέξασθαι.

ιδ'. Ἀντιπάτρῳ.

Μέμφῃ μου τὸν βίον ὡς ἐπίπονον καὶ διὰ χαλεπότητα ὑπ' οὐδενὸς ἐπιτηδευθησόμενον· ἐγὼ δὲ ἑκὼν αὐτὸν ἐπέτεινα, ἵνα γνῶσιν οἱ μιμούμενοί με μὴ τέλεον ἡδυπαθεῖς εἶναι.

ιε'. Ἀντιπάτρῳ.

Ἀκούων λέγειν σε μηδέν με ποιεῖν παράδοξον διπλοῦν τρίβωνα φοροῦντα καὶ πήραν ἐξημμένον, ἐγὼ δὲ θαυμαστὸν μὲν οὐδὲν εἶναί φημι τούτων, καλὸν δ' ἑκάτερον αὐτῶν ἀπὸ διαθέσεως ἐπιτηδευόμενον· οὐ γὰρ μόνον τὸ σῶμα ταύτῃ δεῖ κεχρῆσθαι τῇ λιτότητι, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν σὺν αὐτῷ, οὐδ' ἐπαγγέλλεσθαι μὲν πολλά, πράττειν δὲ τὰ μηδὲν ἀρκοῦντα, ἀλλὰ τῷ βίῳ τὸν λόγον ἀκόλουθον ἐπιδείκνυσθαι. ἃ δὴ πειρῶμαι ποιεῖν καὶ μαρτυρεῖν μοι — ἴσως ὑπολήψῃ με λέγειν τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἢ τὸν Κορινθίων, ἀδίκους μάρτυρας; τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν φημι, ἣν οὐκ ἔστι λαθεῖν ἁμαρτάνοντα.

ιϛ'. Ἀπολήξιδι.

Ἐνέτυχόν σοι περὶ οἰκήσεως, καὶ χάρις ὑποσχομένῳ, κοχλίαν δὲ θεασάμενος ηὗρον οἴκησιν ἀλεξάνεμον τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον. ἀπολέλυσο οὖν τῆς ὑπηρεσίας ταύτης καὶ σύγχαιρε ἡμῖν τὴν φύσιν ἀνευρίσκουσιν.

ιζ'. Ἀνταλκίδῃ.

Ἀκούω σε γράφειν περὶ ἀρετῆς πρὸς ἡμᾶς καὶ τοῖς γνωρίμοις ἐπαγγέλλεσθαι ὅτι διὰ τῆς γραφῆς πείσεις ἡμᾶς φρονεῖν περὶ σοῦ τι. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τὴν τοῦ Τυνδάρεω θυγατέρα ἐπαινῶ τὴν εἰς τὸν οἶνον τὸ νηπενθὲς βαλοῦσαν φάρμακον (ἔδει γὰρ αὐτὸ προσενέγκασθαι χωρὶς οἴνου), οὐδὲ σέ, ὃς παρόντων μὲν ἡμῶν οὐδὲν ἐπεδείξω σπουδῆς ἄξιον, διὰ γραμμάτων δὲ ὑπολαμβάνεις ἡμᾶς πείσειν, ἃ μνήμας μὲν ἂν σώζοι τῶν οὐκ ὄντων, ἀρετῆς δὲ ζώντων καὶ οὐ παρόντων οὐκ ἂν εἴη δηλωτικά. ταῦτά σοι γράφειν ἔσχον, ἵνα μὴ διὰ τῶν ἀψύχων ἡμῖν προσφωνῇς, ἀλλὰ παρὼν αὐτός.

ιη'. Ἀπολήξιδι.

Μηνόδωρον φιλόσοφον παρεκάλεσάν με συστῆσαί σοι Μεγαρικοὶ νεανίσκοι, γελοιοτάτην σύστασιν· ὅτι μὲν γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν, ἐκ τῶν εἰκόνων εἴσῃ, εἰ δὲ

XIII. Apolexidi.

Abieci multa eorum, quæ peram meam onerabant, quum didicissem catillum esse panem excavatum, poculum vero manus. Neque ignominiosum præceptori est dicere « puer adhuc eram », neque utile inventum propter ætatem aspernari par est, sed recipere.

XIV. Antipatro.

Reprehendis vitam meam ut laboriosam et ob difficultatem a nemine expetendam; ego vero sponte eam intendo, ut, quotquot sunt qui me imitantur, ne prorsus fiant delicati.

XV. Antipatro.

Audio dicere te, nihil me facere admirabile, quod duplex feram pallium peraque cingar, ego vero mirandum quidem horum neutrum dico, honestum vero utrumque, si ex animi sententia exerceatur: non enim corpus tantum hac simplicitate uti par est, sed una cum illo etiam animum, neque multa quidem polliceri, at facere tamen quæ non sufficiunt, verum vitæ sermonem convenientem exhibere. Hæc igitur studeo facere et testimonium mihi comparare — fortasse credes me dicere Atheniensium populi vel Corinthiorum, iniustorum testium — mei ipsius dico animi, quem quicquid delinquam non est quod celem.

XVI. Apolexidi.

Rogavi te, ut habitationem mihi comparares, et gratias iam ago, quod promisisti; cochleam vero conspicatus inveni habitationem a ventis tutam, dolium in Metroo. Missum fac igitur hoc officium, nobisque gratulare naturæ qui invenimus.

XVII Antalcidæ.

Audio te de virtute ad nos scribere et familiaribus polliceri, per illam scriptionem te nobis ut aliquid de te sentiamus persuasurum. Ego vero ne Tyndarei filiam quidem laudo, quod in vinum tristitiam depellens coniecerit venenum (erat enim illud sine vino afferendum), neque te, qui præsentibus quidem nobis laude dignum nihil ostendisti, litterulis vero te opinaris nobis esse persuasurum, quæ mortuorum hominum memoriam conservare, non vero virtutem vivorum, qui absunt, declarare valent. Hoc habui quod ad te scriberem, ne per inanimata nos compelles, sed præsens ipse.

XVIII. Apolexidi.

Menodorum philosophum ut tibi commendarem Megarici iuvenes me rogarunt, ridiculam admodum commendationem: hominem enim eum esse ex imaginibus cogno-

καὶ φιλόσοφος, διὰ βίου καὶ λόγου. ὁ γὰρ καθ' ἡμᾶς σπουδαῖος δι' ἑαυτοῦ συνίσταται.

ιθ'. Ἀναξιλάῳ.

Πυθαγόρας ἑαυτὸν ἔλεγεν Εὔφορβον γεγενῆσθαι τὸν Πάνθου, ἐγὼ δὲ νέον ἐμαυτὸν ἐπέγνων Ἀγαμέμνονα· σκῆπτρόν τε γάρ ἐστί μου τὸ βάκτρον καὶ χλαμὺς ὁ διπλοῦς τρίβων, ἡ δὲ πήρα παρὰ δέρματος ἀλλαγὴν ἀσπίς. εἰ δὲ μὴ καρηκομόω, ** νέος ἦν ὁ Ἀγαμέμνων, γέρων δ' ἂν γενόμενος ἐψιλοκόρρησε. τοιαῦτα γὰρ ἄξιον καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν πρὸς τὸν « αὐτὸς ἔφα » λέγοντα.

κ'. Μελησίππῳ.

Ἤκουόν σε λελυπῆσθαι ὅτι τὰ Ἀθηναίων τέκνα πληγὰς ἡμῖν ἐνέτεινε μεθύοντα, καὶ δεινὰ πάσχειν, εἰ σοφία πεπαρῴνηται. εὖ δ' ἴσθι ὅτι τὸ Διογένους μὲν ἐπλήγη σῶμα ὑπὸ τῶν μεθυόντων, ἀρετὴ δὲ οὐκ ᾐσχύνθη, ἐπεὶ μήτε κοσμεῖσθαι πέφυκεν ὑπὸ φαύλων μήτε αἰσχύνεσθαι. Διογένης μὲν δὴ οὐχ ὑβρίσθη, κακῶς δ' ἔπαθεν ὁ Ἀθηναίων δῆμος, ἐν ᾧ τινὲς ἔδοξαν ἀρετῆς ὑπεριδεῖν. διὰ γοῦν τὴν ἑνὸς ἀφροσύνην κατὰ δήμους ἀφραίνοντες ἀπόλλυνται, βουλευόμενοι τὰ μὴ προσήκοντα καὶ στρατευόμενοι δέον ἠρεμεῖν. εἰ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν ἀπόνοιαν ἔστησαν, οὐκ ἂν ἐπὶ ταῦτα ἐχώρουν.

κα'. Ἀμυνάνδρῳ.

Γονεῦσι χάριτας οὐχ ἑκτέον οὔτε τοῦ γενέσθαι, ἐπεὶ φύσει γέγονε τὰ ὄντα, οὔτε τῆς ποιότητος· ἡ γὰρ τῶν στοιχείων σύγκρασις αἰτία ταύτης. καὶ μὴν καὶ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἢ βούλησιν οὐδεμία χάρις· ἡ γὰρ γένεσις ἀφροδισίων ἐστὶ παρακολούθημα, ἅπερ ἡδονῆς ἕνεκεν, οὐ γενέσεως ἐπιτηδεύεται. ταύτας τὰς φωνὰς ὁ τῆς ἀπαθείας προφήτης ἐγὼ ἀποφθέγγομαι ἐναντίας τῷ τετυφωμένῳ βίῳ. εἰ δέ τισιν εἶναι φαίνονται σκληρότεραι, φύσις αὐτὰς σὺν ἀληθείᾳ βεβαιοῖ καὶ ὁ βίος ὁ τῶν μὴ κατὰ τῦφον, ἀλλὰ κατ' ἀρετὴν βιούντων.

κβ'. Ἀγησιλάῳ.

Ἐμοὶ τὸ μὲν ζῆν οὕτως ἐστὶν ἀβέβαιον, ὡς μὴ πιστεύεσθαι παραμενεῖν ἕως τὴν ἐπιστολήν σοι γράψω· πήρα δὲ ἱκανὸν αὐτοῦ ταμιεῖον, τὰ δὲ τῶν νομιζομένων θεῶν μείζονα ἢ κατ' ἀνθρώπους. ἓν δὲ μόνον ἐμαυτῷ βέβαιον σύνοιδα, τὴν μετὰ τὴν γένεσιν φθοράν. Ταῦτ' ἐπιστάμενος αὐτός τε τὰς κενὰς ἐλπίδας ἱπταμένας περὶ τὸ σωμάτιον ἀποφυσῶ, καὶ σοὶ παραγγέλλω μὴ πλέον ἀνθρώπου φρονεῖν.

κγ'. Λακύδᾳ.

Εὐαγγελίζῃ μοι βασιλέα Μακεδόνων σπουδάζειν περὶ τὴν θέαν ἡμῶν, εὖ δὲ ἐποίησας προσθεὶς τῷ βα-

sces; si vero et philosophus, ex vita et sermone. Sapiens enim, quem nos quidem informamus, per se ipsum commendatur.

XIX. Anaxilao.

Pythagoras dicebat Euphorbum se olim fuisse, Panthi filium, ego vero nuper Agamemnonem me esse intellexi: sceptrum enim mihi est baculus et chlamys duplex pallium et pera mutata pelle clypeus. Quod autem comam non alo, mirandum non est. Iuvenis erat Agamemno, senex vero factus calvo fuisset capite. Talia enim et sentire et dicere par est ad eum qui utitur illo « ipse dixit. »

XX. Melesippo.

Audivi te indignatum esse, quod Atheniensium pueri verbera nobis inflixerint vino graves, graviterque ferre, quod sapientiæ facta sit iniuria. Scito vero, Diogenis corpus quidem ab ebriis percussum esse, virtutem vero probro non affectam, quoniam neque ornari ab improbis potest neque dehonestari. Quare Diogenes nulla iniuria affectus, verum indigna passus est populus Atheniensium eo, quod quibusdam placuit virtutem aspernari. Propter unius igitur desipientiam pagatim desipientes pereunt, quum de rebus deliberant absonis, bellumque gerant, ubi satius est quiescere. Qui si a principio vecordiam coercuissent, non eo usque processissent.

XXI. Amynandro.

Parentibus gratiæ nullæ referendæ, neque quod nati sumus, quoniam natura fiunt quæ sunt, neque ob qualitatem: elementorum enim mixtio huius caussa est. Nec vero pro eis, quæ ex proposito vel voluntate fiunt, gratiæ habendæ sunt: generatio enim res venereas sequitur, quæ voluptatis, non generationis caussa exercentur. Has voces ego æquitatis animi antistes eloquor contrarias insolenti vitæ: quæ si quibus duriores videantur, natura eas cum veritate confirmat et vita non insolenter, sed ad virtutem accommodate viventium.

XXII. Agesilao.

Vita quidem tam incerta mihi est, ut non credam, dum hanc tibi scribo epistolam, mihi permansuram esse, ac sufficientem eius penum habeo peram; deorum vero, qui habentur, res maiores sunt quam secundum hominem. Hoc unum certo mihi constat, post generationem futuram esse mortem. Quæ quum sciam, et ipse vanas spes circa hoc corpusculum volitantes deflo et te ne ultra hominem sapias adhortor.

XXIII. Lacydæ.

Nuncias mihi regem Macedonum desiderio teneri videndi nostri, sed recte fecisti quod regi Macedones ad-

σιλεῖ τοὺς Μακεδόνας· τὰ γὰρ ἡμέτερα ᾔδεις ἀβασίλευτα. ἰδεῖν δὲ τὸν ἐμὸν τύπον μηδεὶς ὡς ξένον βουλέσθω· εἰ δὲ μεταλαβεῖν Ἀλέξανδρος βίου καὶ λόγων βούλεται, λέγε αὐτῷ, ὅτι ὅσον ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Μακεδονίαν, τοσοῦτον καὶ ἐκ Μακεδονίας εἰς Ἀθήνας.

κδ'. Ἀλεξάνδρῳ.

Εἰ θέλεις καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι, ἀπορρίψας ὃ ἔχεις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ῥάκος παραγενοῦ πρὸς ἡμᾶς. ἀλλ' οὐ μὴ δυνηθῇς· κρατῇ γὰρ ὑπὸ τῶν Ἡφαιστίωνος μηρῶν.

κε'. Ἵππωνι.

Παρεκάλεις με ἐπιστεῖλαί σοι, ὅ τι ποτὲ ἔγνωκα περὶ θανάτου καὶ ταφῆς, ὡς οὐκ ἂν τέλειος φιλόσοφος γενόμενος, εἰ μὴ καὶ τὰ μετὰ τὸ ζῆν παρ' ἡμῶν μάθοις. ἐγὼ δ' ἱκανὸν ἡγοῦμαι τὸ κατ' ἀρετὴν καὶ φύσιν ζῆσαι καὶ τοῦτ' ἐφ' ἡμῖν εἶναι. ὥσπερ δὲ τὰ πρὸ τῆς γενέσεως παρακεχώρηται τῇ φύσει, οὕτω καὶ τὰ μετὰ τὸ ζῆν ἐπιτρεπτέα ταύτῃ· αὐτὴ γὰρ ὡς ἐγέννησε, καὶ διαλύσει. μηδὲν δὲ εὐλαβηθῇς ὅπως ποτὲ ἀναίσθητος ὦ. ἐγὼ γοῦν ἔγνωκα ἀποπνεύσαντί μοι παρατεθῆναι τὸ βάκτρον, ἵνα τὰ δοκοῦντά με λυμαίνεσθαι ζῷα ἀπελαύνοιμι.

κς'. Τῷ αὐτῷ.

Μέμνησο ὅτι τῆς πενίας τὴν ἀρχὴν ἔδωκά σοι διὰ βίου, καὶ πειρῶ μήτε αὐτὸς ταύτην ἀποθέσθαι μήτε ὑπ' ἄλλου ἀφαιρεθῆναι αὐτήν· εἰκὸς γὰρ τοὺς ἐν Θήβαις ἐκπεριελθεῖν σε πάλιν κακοδαιμονίζοντας. σὺ δὲ τὸν τρίβωνα λεοντῆν νόει, τὸ δὲ βάκτρον ῥόπαλον, τὴν δὲ πήραν γῆν καὶ θάλατταν, ἀφ' ἧς τρέφῃ· οὕτω γὰρ ἂν Ἡράκλειον διαναστταίη σοι φρόνημα καὶ πάσης τύχης κρεῖττον. ἣν δέ σοι τῶν θέρμων ἢ καὶ τῶν ἰσχάδων περιῇ, καὶ ἡμῖν πέμπε.

κζ'. Ἀννικέριδι.

Λακεδαιμόνιοι καθ' ἡμῶν ἐψηφίσαντο ὡς μὴ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνοιμεν. ἀλλὰ σύ γε μηδὲν εὐλαβηθῇς· ὀνόματι γὰρ ἀποκέχρησαι κυνισμοῦ. ἀξιελέητοί γε μὴν οἱ μὴ νοοῦντες, ἃ δοκοῦσιν ἀσκεῖν, ὑπ' ἐμοῦ μόνου κατορθοῦσθαι. βίου τε γὰρ λιτότητα οὐκ οἶδ' εἴ τις ἐμοῦ μᾶλλον ἤσκησεν· ὑπομονήν τε τῶν δεινῶν τίς ἂν καυχήσαιτο Διογένους παρόντος; ἀκόλουθα γοῦν καὶ ταῦτα τούτοις· ἀτείχιστον δοκοῦντες δι' ἀνδρείαν οἰκεῖν τὴν Σπάρτην ἀφύλακτον τὴν ψυχὴν τοῖς πάθεσιν ἐκδεδώκασι, μηδένα κατ' αὐτῶν βοηθὸν ἐπιστήσαντες. φοβεροὶ οὖν τοῖς ὁμόροις φανέντες ὑπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς νοσημάτων πολεμοῦνται. ἐξελαυνέτωσαν οὖν ἀρετήν, ὑφ' ἧς μόνης δύναιντ' ἂν ἐρρῶσθαι καὶ τῶν νοσημάτων ἀπηλλάχθαι.

κη'.

Διογένης ὁ κύων τοῖς καλουμένοις Ἕλλησιν οἰμώ-

didisti : scis enim nostras res nullius imperio esse subiectas. Videre autem meam formam tanquam insolitam ne cui in mentem veniat : si vero vitæ meæ ac sermonum particeps fieri cupit Alexander, dic ei, quantum itineris sit Athenis in Macedoniam, tantundem esse ex Macedonia Athenas.

XXIV. Alexandro.

Si vis honestus evadere, abiecto quem in capite gestas panno ad nos accede. Verum non poteris : Hephæstionis enim femoribus teneris.

XXV. Hipponi.

Iubebas me tibi scribere, quæcunque de morte et sepultura statuerim, quasi perfectus philosophus non futurus, nisi quæ post mortem erunt a nobis didiceris. Ego vero satius duco secundum virtutem et naturam vivere atque hoc in nostra esse situm potestate. Ut autem, quæ ante generationem erant, permissa sunt naturæ, sic etiam quæ post vitam futura ei committenda sunt : nam uti genuit, sic etiam dissolvet. Noli autem sollicitus esse, quasi tactu unquam ac sensu carere possim. Ego mortuo mihi constitui apponendum esse baculum, quo nocitura mihi animalia abigam.

XXVI. Eidem.

Memento quod paupertatis principatum per vitam tibi concesserim, daque operam, ut neque ipse illum deponas neque ab alio eo spolieris : vix enim dubium est, quin Thebani aggrediantur te rursus infelicem iudicantes. Tu vero pallium pellem existima leoninam et baculum clavam, peramque terram atque mare, a quibus nutriris : sic enim Herculea contigerit tibi fortitudo omnique fortuna superior. Si vero lupinorum aut caricarum quid tibi reliquum est, nobis mitte.

XXVII. Anniceridi.

Lacedæmonii decrevere, Spartam nobis non esse ingrediendam. Verum tu nihil perturberis : nomine enim contentus es cynismi. Commiserandi profecto, qui non sentiunt, quod ipsi videntur exercere, a me solo consummari. Victus enim tenuitatem nescio an me magis nemo coluerit; molestiarumque tolerantiam quis est qui iactet Diogene præsente? hinc factum etiam hoc est, ut, quum immunitam propter fortitudinem suam habitare vellent Spartam, incustoditam animam affectibus exponerent, nullo ipsi adversus eos imposito custode. Terribiles igitur vicinis visi ab intestinis morbis pessumdantur. Quare expellant virtutem, qua sola duce potuerint animis confirmari et a morbis, quibus laborant, liberari.

XXVIII.

Diogenes canis Græcis qui vocantur miseriam. Non dee-

ζειν. Ὑπάρχει δὲ τοῦθ' ὑμῖν, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω· ὄντες γὰρ ταῖς μὲν ὄψεσιν ἄνθρωποι, ταῖς δὲ ψυχαῖς πίθηκοι, προσποιεῖσθε μὲν πάντα, γινώσκετε δὲ οὐδέν· τοιγάρτοι τιμωρεῖται ὑμᾶς ἡ φύσις· νόμους γὰρ ὑμῖν αὐτοῖς μηχανησάμενοι μέγιστον καὶ πλεῖστον τῦφον ἐξ αὐτῶν διεκληρώσασθε, μάρτυρας τῆς ἐμπεφυσιωμένης κακίας λαβόντες. καὶ οὐδέποτε ἐν εἰρήνῃ, ἀλλ' ἐν πολέμῳ τὸν ὅλον βίον καταγηρᾶτε, κακοὶ κακῶν ἐπιτήδειοι ὄντες, καὶ ἀλλήλοις φθονοῦντες, ἐὰν μικρῷ μαλακώτερον ἱμάτιον ἄλλον ἴδητε ἔχοντα ἢ κερμάτιον μικρῷ πλέον ἢ ἐν λόγῳ δριμύτερον ἢ μᾶλλον πεπαιδευμένον. (2) οὐδὲν γὰρ διακρίνετε ὑγιεῖ λόγῳ, ἀλλ' εἰς εἰκότα καὶ πιθανὰ καὶ ἔνδοξα κατολισθάνοντες πάντα μὲν αἰτιᾶσθε, οὐδὲν δὲ οἴδατε, οὔθ' οἱ πρόγονοι ὑμῶν οὔθ' ὑμεῖς, ἀλλὰ ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀφροσύνης καταμωκώμενοι στρεβλοῦσθε, καλῶς ποιοῦντες. μισεῖ δ' ὑμᾶς οὐ μόνον ὁ κύων, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις αὐτή· μικρὰ μὲν γὰρ εὐφραίνεσθε, πολλὰ δὲ λυπεῖσθε καὶ πρὸ τοῦ γῆμαι καὶ γήμαντες, ὅτι γε ἐγήματε ὄντες ἐξώλεις καὶ δυσάρεστοι. ὅσους δὲ καὶ οἵους ἄνδρας ἀπεκτείνατε, τοὺς μὲν ἐν πολέμῳ πλεονέκται ὄντες, τοὺς δὲ ἐν τῇ καλουμένῃ εἰρήνῃ αἰτίαν ἐπενεγκόντες. (3) οὔκουν πολλοὶ μὲν ἐπὶ τῶν σταυρῶν κρέμανται, πολλοὶ δὲ ὑπὸ τοῦ δημίου ἀπεσφαγμένοι, ἕτεροι δὲ φάρμακον πιόντες δημοσίᾳ, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τροχοῦ, δηλονότι ἄδικοι δόξαντες εἶναι; πότερον οὖν ἐπιχειρητέον, ὦ κακαὶ κεφαλαί, παιδεῦσαι τούτους ἢ ἀποκτεῖναι; νεκρῶν μὲν γὰρ ἡμῖν οὐδεμία δήπου χρεία, εἰ μὴ ὥσπερ ἱερείων σάρκας ἐσθίειν μέλλομεν, ἀνδρῶν δὲ ἀγαθῶν πάντως ἐστὶ χρεία, ὦ κακαὶ κεφαλαί. ἀγραμμάτους μὲν καὶ ἀμούσους παιδεύετε γράμματα τὰ καλούμενα μουσικά, ἵνα ὑπάρχωσιν ὑμῖν, ὅταν ποτὲ χρεία ᾖ τούτων, ἄνδρας δὲ ἀδίκους διὰ τί οὐ παιδεύσαντες χρῆσθε τούτοις, ὁπόταν ᾖ χρεία δικαίων; ἐπεὶ καὶ ἀδίκων χρείαν ἔχετε, ὅταν βούλησθε ὑφελέσθαι πόλιν ἢ στρατόπεδον; (4) καὶ οὔπω μέγα τοῦτο ὅταν μετὰ βίας πράττητε τὰ καλά, καὶ τὰ κρείσσονα λεηλατούμενα πάρεστιν δρᾶν, καὶ οἷς μὲν ἄν, ὦ κακαὶ κεφαλαί, ἐπιχειρήσητε, τούτους ἀδικεῖτε, καίτοι αὐτοὶ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι ὄντες. ἔν τε τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ᾖ τὰ καλούμενα Ἕρμαια ἢ Παναθήναια, καὶ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἐσθίετε καὶ πίνετε, μεθύετε, περαίνετε, γυναικοπαθεῖτε. εἶτ' ἐνασεβεῖτε ὑμεῖς ἔτι καὶ κρύφα καὶ φανερῶς ποιεῖτε ταῦτα. οὐδὲν μὲν μέλει τῷ κυνί, ὑμῖν δὲ πάντα ταῦτα ἐπιμελῆ ἐστιν. (5) καὶ ὅπου κύνας εἴργετε βίου φυσικοῦ καὶ ἀληθοῦς, πῶς εἰς αὐτοὺς οὐκ ἂν πλημμελήσαιτε; κἀγὼ μὲν ὁ κύων τῷ λόγῳ, ἡ δὲ φύσις τῷ ἔργῳ ὁμοίως πάντας ὑμᾶς τιμωρεῖται· ὁμοίως γὰρ πᾶσιν ὑμῖν θάνατος ἐπικρέμαται, ὃν ὑμεῖς φοβεῖσθε. καὶ πολλάκις εἶδον πτωχοὺς ὑγιαίνοντας δι' ἔνδειαν, πλουσίους δὲ νοσοῦντας δι' ἀκρασίαν τῆς δυστυχοῦς γαστρὸς καὶ πόσθης· χαρισάμενοι γὰρ τούτοις ὀλίγον ἐγαργαλίσθητε χρόνον ὑφ' ἡδονῆς μεγάλας καὶ ἰσχυρὰς ἐναποδεικνυμένης ἀλγηδόνας. (6) καὶ οὐδὲν ὠφελήσει ὑμᾶς οὔτε οἰκία οὔτε τὰ ἐν αὐτῇ

rit vero illa vobis, etiamsi ego non imprecer: nam quum facie quidem sitis homines, animis vero simiæ, omnia simulatis, nihil vero intelligitis. Quare ulciscitur vos natura. Ex legibus enim, quas vobis ipsis finxistis, maximam et plurimam superbiam nacti estis, insitæ vobis malitiæ exhibitis ipsis testibus. Neque in pace unquam, verum in bello per totam vitam consenescitis, mali malorum socii, invidiam vicissim exercentes, si paullo molliorem vestem videtis alium habentem aut pecuniæ summam paullo ampliorem aut ipsum in dicendo acutiorem aut magis eruditum. (2) Nihil enim diiudicatis sana mente, verum ad verisimilia et credibilia et opinabilia delabentes omnia reprehenditis, nihil vero scitis, neque maiores vestri, neque vos ipsi, sed ab inscitia et vesania delusi torquemini, idque merito, oditque vos non solum canis, sed etiam natura ipsa. Paullum enim lætamini, multum vero doletis et antequam matrimonium iungatis et postquam iunxistis, quoniam iunxistis miseri quippe ac morosi. Quot autem et quales viros occidistis, alios in bello superatos, alios in pace, quæ dicitur, adductos in suspicionem. (3) Nonne multi cruci suffixi pendent, multi a carnifice interfecti, alii ad venenum hauriendum publice damnati, alii equuleo impositi, scilicet quod iniusti essent visi? utrum igitur tentare conveniebat, o dira capita, corrigere istos an interficere? cadaverum enim nullus utique nobis usus, nisi tanquam victimarum carnibus vesci voluerimus, virorum vero bonorum omnino usus erit, o dira capita. Indoctos atque rudes docetis musica quæ dicuntur elementa, quo præsto vobis sint, si quando his opus vobis fuerit; viros vero iniustos cur non ad frugem revocatis eisque utimini, si quando iustis opus fuerit, præsertim quum et iniustorum sane usum habeatis, si urbem surripere vultis sive exercitum? (4) Sed nondum magnum hoc; at ubi cum vi quæ bona sunt agatis, maioribus etiam vim illatum iri licet exspectare, et ad quoscunque, o dira capita, accedatis, hos iniuria afficitis, ipsi vero maiore pœna digni in gymnasiis, si Hermæa instant aut Panathenæa, atque in medio foro editis ac bibitis, vino vos obruitis, pædicatis, muliebria patimini. Tum etiam impie vos agitis, quod et clam et palam hæc patratis? Nil canis curat, vobis vero hæc omnia curæ sunt. (5) Et ubi canes a naturali veraque vita prohibetis, quomodo in ipsos non deliqueritis? et ego quidem canis verbis, natura vero re ipsa pariter vos punit omnes: pariter enim vobis omnibus mors imminet, quam extimescitis. Ac sæpenumero vidi pauperes bene valentes ob inopiam, divites vero ægrotantes ob miseri ventris penisque incontinentiam. His enim indulgentes suaviter per breve tempus moti estis a voluptate magnos atque graves labores afferente. (6) Nec quicquam proderunt vobis ædes, neque quæ in

χιονόχρανα, ἀλλ' ἐν ταῖς χρυσαῖς καὶ ἀργυραῖς κλίναις κατακείμενοι στρεβλοῦσθε καλῶς ποιοῦντες, οὐδ' ἰσχυροποιεῖσθαι δύνασθε, ἵνα τὰ τῶν ἀγαθῶν λείψανα μετὰ τῶν λαχάνων καταφάγητε κακοὶ κακῶν ἐπιτήδειοι ὄντες. ἀλλ' εἰ νοῦν ἔχετε, ὥσπερ οὐκ ἔχετε, ἐὰν μεθύητε, Σωκράτει τε τῷ σοφῷ πεισθέντες κἀμοὶ κοινῇ βουλῇ συνελθόντες ἡβηδὸν σύμπαντες ἢ σωφρονεῖν μάθετε ἢ ἀπάγξασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν εἶναι ἄλλως ἐν τῷ ζῆν, εἰ μὴ θέλετε ὥσπερ ἐν συμποσίῳ, ἕως ἂν ὑπερπιόντες καὶ ὑπερμεθυσθέντες ὑπὸ ἰλίγγων καὶ στρόφων συνεχόμενοι ὑφ' ἑτέρων ἄγησθε καὶ μὴ αὐτοὶ δύνησθε σωθῆναι. (7) σπαταλῶσι δ' ὑμῖν καὶ ἐνθυμουμένοις, ὅσα γε τὰ ἀγαθὰ ὧν δεσπόται λέγεσθε εἶναι, ἔρχονται οἱ κοινοὶ δήμιοι, οὓς ὑμεῖς καλεῖτε ἰατρούς, οἷς ἃ ἂν ἐπὶ τὴν γαστέρα ἐπέλθῃ, ταῦτα λέγουσι καὶ πράττουσιν. οὗτοι δὲ καλῶς ποιοῦντες τέμνουσι καὶ κάουσι καὶ δεσμεύουσι φάρμακά τε διδόασι καὶ ἔσω καὶ ἔξω τοῦ σώματος. κἂν ὑγιασθῆτε, οὐδὲ τοῖς καλουμένοις ἰατροῖς χάριν ἔχετε, ἀλλὰ τοῖς θεοῖς φατὲ δεῖν ἔχειν χάριν· ἐὰν δὲ μή, τοῖς ἰατροῖς ἐγκαλεῖτε. πλεῖον δ' ἔμοιγε πάρεστι τὸ εὐφραίνεσθαι τοῦ λυπεῖσθαι καὶ τὸ εἰδέναι τοῦ ἀγνοεῖν· (8) διετέλεσα γὰρ ἐντυγχάνων Ἀντισθένει τῷ σοφῷ, ὃς μόνοις τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν διεῖλε καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις τοῖς οὐκ εἰδόσι φύσιν, λόγον, ἀλήθειαν παρεξέβη, οὐδὲν φροντίσας κνωδάλων νηπίων μὴ ἐπισταμένων, ὡς εἴρηται ἐν ἐπιστολῇ, λόγους κυνός. βαρβάροις δὲ οὖσιν οἰμώζειν λέγω, ἕως ἂν ἑλληνιστὶ μαθόντες Ἕλληνες ἀληθινοὶ γένησθε· νῦν μὲν γὰρ πολὺ χαριέστεροί εἰσιν οἱ καλούμενοι βάρβαροι καὶ τόπῳ ἐν ᾧ εἰσὶ καὶ τρόπῳ, καὶ οἱ μὲν καλούμενοι Ἕλληνες στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, οἱ δὲ βάρβαροι διαφυλάττειν οἴονται δεῖν τὴν ἑαυτῶν, πάντες ὄντες αὐτάρκεις. ὑμῖν δὲ ἱκανὸν οὐδέν· καὶ γὰρ φιλόδοξοι καὶ ἄλογοι καὶ ἀχρήστως τρεφόμενοί ἐστε.

eis sunt capitulorum ornamenta, sed in aureis argenteisque lectis decumbentes torquemini, idque merito; nec corroborari potestis, quo bonorum reliquias cum ipsis oleribus devoretis, qui mali estis malorum socii. At si sapitis, ubi ebrii sitis, Socrati optimo mihique obedientes communi concilio convocato cum omni iuventute aut modestiam discite aut in malam rem abite. Non enim aliter in vita versari licet, nisi vultis ut in convivio, donec vino graves et supra modum pleni oculorum vertigine tormineque correpti ab aliis ducendi sitis, nec vestris ipsorum viribus possitis conservari. (7) Luxuriantibus autem vobis, quantaque sint bona, quorum domini esse dicimini, reputantibus communes superveniunt carnifices, quos vos medicos appellatis, quibus quicquid in ventrem incidit, hoc dicunt atque faciunt. Hi vero, et iure quidem, secant, urunt, colligant, remedia corpori adhibent intra et extra. Et si convalescitis, ne gratias quidem habetis medicis, qui dicuntur, sed si convalescitis, diis habendas esse dicitis gratias, sin vero minus, medicos incusatis. Plus vero mihi quidem licet gaudere quam dolere et scire quam ignorare. (8) Id quod assequutus sum ex consuetudine, quam cum Antisthene habui, qui solus cum eis, qui ipsum norant, disputabat, a reliquis, qui naturam, rationem, veritatem ignorarent, sese abstinebat, nil moratus bestias infantulas, qui non intelligunt, ut in epistola dictum est, canis sermones. Barbari vero cum sitis, miseriam vobis imprecor, usque eo dum græce docti Græci veri evadatis. Nunc enim barbari qui vocantur politiores multo sunt et loco, in quo sunt, et moribus, et qui quidem Græci vocantur, bella barbaris inferunt, barbari autem custodiendam sibi suam terram censent, sibi ipsis contenti omnes, vobis vero satis nihil: etenim ambitiosi estis et rationis expertes et male educati.

κθ'. Διονυσίῳ.

Ἐπειδὴ δέδοκταί σοι ἐπιμέλειάν ποιήσασθαι σεαυτοῦ, πέμψω σοι ἄνθρωπον οὐδὲν μὰ Δία Ἀριστίππῳ καὶ Πλάτωνι ὅμοιον, ἀλλ' ἕνα τῶν Ἀθήνησι παιδαγωγῶν ἐξ ὧν ἔχω, δριμύτατα μὲν βλέποντα, ὀξύτατα δὲ βαδίζοντα, σκῦτος δὲ ἀλγεινότατον φέροντα, ὅς σε μὰ Δία ἐπιτρέψει τὸ μὴ καθ' ὥραν ἀναπαύεσθαι καὶ πρωὶ ἐγείρεσθαι, παύσας φόβων καὶ δειμάτων, ἐν οἷς ὢν οἴει τι μᾶλλον διὰ τοὺς δορυφόρους ἢ τῆς ἀκροπόλεως τὴν εὐερκίαν ἀποστήσεσθαι αὐτῶν, δι' ὧν μόνων ἀεὶ πάρεστι. καὶ σοὶ δὲ ὅσῳ μᾶλλον καὶ πλείω καὶ μείζω τοιαῦτα κατασκευάζῃ, πλείους καὶ μείζους ἀπορίαι καὶ δείματα τῆς ψυχῆς ἀποβαίνουσι. (2) πάντα οὖν ταῦτα περιαιρήσεται καὶ θάρσος ἐμποιήσας ἀποστήσει τῆς μαλακίας· τί γὰρ ὄφελος ἀνδρὸς μὴ ἐλευθέρου; ἔστι δέ τοι αὐτὸ τοῦτο ἡ δουλεία, οἷς μετὰ δέους ὁ βίος παρεσκεύασται. ἕως μὲν οὖν ταύτας σὺ τὰς συνουσίας ἔχῃς, οὐκ ἀνήσει σε τούτων τι τῶν κακῶν· ἐὰν

XXIX. Dionysio.

Quoniam visum tibi est curam tui ipsius aliquam habere, mittam tibi hominem nihil per Iovem Aristippo Platonique similem, sed unum ex pædagogis, quos Athenis habeo, acutissime videntem et velocissime euntem et flagrum asperrimum gerentem, qui te per Iovem instigabit, ut non quavis hora quietem capias et mane expergefias, solutus ex timoribus atque terriculamentis, a quibus magis putas per satellites arcisque tuæ communitionem liberari, per quæ sola semper adsunt, et quo magis et plura et maiora talia compares, hoc plures et maiores angustiæ animique terriculamenta enascuntur. (2) Hæc igitur omnia a te removebit et animo reddito a mollitie segregabit. Quis enim usus hominis non liberi? est autem hoc ipsum servitus, si cui vita cum metu instituitur. Dum igitur hac tu consuetudine uteris, horum malorum

δὲ τὸν ἐξωμέα λάβῃς, ὅς σου τὰς πλευρὰς ἀποκαθαρεῖ καὶ παύσει δείπνων μαγειρικῶν, ἐν ὁποίοις δὲ καὶ αὐτὸς διαιτᾶται τρόποις καταστήσει σε, σωθήσῃ, ὦ δείλαιε. (3) νυνὶ δὲ τοιούτους ηὕρηκας ἀνθρώπους, οἳ ἂν μάλιστά σε διαλυμαίνοιντο καὶ διαφθείροιεν· οὐ γὰρ ὅπως ἀγαθόν τι παρασκευάσωσί σοι, ἀλλ' ὅπως δειπνήσωσί τι σκοποῦσι καὶ ὅ τι κερδανοῦσι ζητοῦσιν, οὐδὲν ἀφαιρούμενοί σου τῶν ὑπαρχόντων κακῶν, ἀλλὰ τῶν ὄντων ἀφαιρούμενοι καὶ προσκαταλύοντες τῶν οἰκείων ἐθῶν. καὶ οὕτως ἀναίσθητος εἶ, ὃς οὐδὲ ἐκεῖνο ἀκούεις οὕτως ἐν μέσῳ καὶ πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος λεγόμενον,

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι, ἢν δὲ κακοῖσι
συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

(4) ὧν σοι οὐδὲν βαρύτερόν ἐστιν, ὦ δείλαιε, τῶν πατρῴων καὶ τυραννικῶν τρόπων, οὐδέ ἐστιν ὅ τι σε ἀεὶ ἄλλο μᾶλλον ἀπόλλυσιν. ἀλλ' οὐδὲ ἄνθρωπον δύνῃ ἐξευρεῖν ἐπὶ τοῦτο, ὅστις σε ἀποστήσει ὥσπερ τῆς ἱερᾶς νόσου καλουμένης τῆς τυραννίδος· ἅπαντα γὰρ ποιεῖς, ὅσα ἄνθρωπος μαινόμενος ποιεῖ, μόνου δὲ ἀποστὰς τούτου σωθείης ἄν. ἀλλ' οὔτε οἱ συνόντες ὁρῶσιν ὅσον τὸ κακὸν ἔχεις, οὔτε αὐτὸς αἰσθάνῃ, οὕτως ἐκ πολλοῦ τέ σου καὶ σφόδρα ἧπται ἡ νόσος. σκύτους οὖν δεῖ σοι καὶ δεσπότου, οὐχ ὅς σε θαυμάσει καὶ κολακεύσει· ὡς ὑπό γε τοιούτου ἀνθρώπου πῶς ἄν τίς ποτε ὠφεληθείη, ἢ πῶς ὁ τοιοῦτος ὠφελήσειέ τινα; εἰ μὴ ὥσπερ ἵππον ἢ βοῦν κολάζοι τε ἅμα καὶ σωφρονίζοι, φροντίζοι τε τῶν δεόντων. (5) ἀλλὰ σύ γε πόρρω ἥκεις διαφθορᾶς. οὐκοῦν ἀναγκαῖον τομάς τε καὶ καύσεις καὶ φαρμακείας ποιεῖσθαι. σὺ δὲ ὥσπερ τὰ παιδία πάππους τινὰς καὶ τίτθας εἰσηγάγου, καί σοί φασι « δέξαι, τέκνον, ἔγχεαι, εἴ τί με φιλεῖς, μικρὸν ἔτι μόνον τουτὶ πρόσφαγε. » εἰ οὖν σοι ἅπαντες καὶ πᾶσαι συνελθόντες κατηρῶντο, οὐκ ἂν συμφορώτερα τῇ νόσῳ ἐποίεις. ἀλλὰ τί; οὐ γὰρ μήποτε σὺ ἐθελήσεις τὰ θρῖα τῶν σύκων ἐπιτρώγειν, ἀλλ' ὥσπερ πρόβατον οὐκ ἂν ἀποσταίης τῶν ὡρίμων. οὐκ ἔστιν οὖν σοι οὔτε χαίρειν οὔτε ἐρρῶσθαι, ὦ φίλτατε.

λ'. Ἱκέτῃ.

Ἧκον, ὦ πάτερ, Ἀθήναζε, καὶ πυθόμενος τὸν Σωκράτους ἑταῖρον εὐδαιμονίαν διδάσκειν, εἰσῆλθον παρ' αὐτόν. ὁ δὲ ἐτύγχανε τότε σχολάζων περὶ ταῖν ὁδοῖν ταῖν φερούσαιν **, ἔλεγε δὲ αὐτὰς εἶναι δύο καὶ οὐ πολλάς, καὶ τὴν μὲν σύντομον, τὴν δὲ πολλήν· ἐξεῖναι οὖν ἑκάστῳ ὁποτέραν βούλοιτο βαδίζειν. κἀγὼ ταῦτα ἀκούσας τότε μὲν κατεσίγησα, τῇ δὲ ἑξῆς, ἐπειδὴ πάλιν εἰσιόντων ἡμῶν παρ' αὐτὸν περὶ ταῖν ὁδοῖν παρεκάλεσα αὐτὸν ἐπιδεῖξαι ἡμῖν, καὶ ὃς μάλ' ἑτοίμως ἀπαναστὰς τῶν θάκων ἦγεν ἡμᾶς εἰς ἄστυ καὶ δι' αὐτοῦ εὐθὺς εἰς τὴν ἀκρόπολιν. (2) καὶ ἐπεὶ ἀγχοῦ ἐγενόμεθα, ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν δύο τινὲ ὁδὼ ἀναφερούσα, τὴν μὲν ὀλίγην προσάντη τε καὶ δύσκολον, τὴν δὲ

nullum te dimittet. Ubi vero palliatum illum nactus fueris, qui tua latera perpurgabit, teque a cœnis coquinariis prohibebit et ad eandem, in qua ipse versatur, vivendi rationem compellet, servaberis, o miser. (3) Nunc vero eiusmodi invenisti homines, qui maxime te pessumdent atque perdant: non enim ut boni quid efficiant, sed ut epulentur spectant et quod lucrentur quærunt, nullum eorum, quæ habes, malorum auferentes, verum de bonis tuis auferentes ac moribus tuis detrimentum afferentes. Quin stultus es adeo, ut ne illud quidem audias, quod sic in medio et ubique Græciæ dicitur,

A bonis enim bona disces, sin vero cum malis
versere, perdes et quam adhuc habes mentem.

(4) Et sane nihil tibi gravius est, o miser, paternis et tyrannicis moribus, neque aliud est, quod magis te semper perdat. At ne hominem quidem invenire hoc in malum potes, qui te avertat tanquam a sacro morbo qui dicitur a tyrannide. Omnia enim facis, quæcunque homo furiosus fecerit, a solo autem hoc ubi destiteris, servabere. Sed neque qui tecum conversantur quantum habeas malum vident, neque ipse sentis, tam diu tamque vehementer morbus te invasit. Flagro igitur tibi opus est et domino, non qui te admiretur atque assentiatur tibi: namque ab eiusmodi homine quomodo tandem utilitatem aliquis ceperit aut quomodo talis utilitatem alicui afferat? nisi velut equum sive bovem castiget simul et ad frugem revocet et procuret quibus opus est. (5) At tu eo progressus es pravitatis, ut sectiones et ustiones et venena necesse sit adhibere. Sed tu velut pueri avos quosdam et nutrices tibi introduxisti, qui tibi dicunt « accipe, puerule, infunde, si me amas, paullum adhuc; hoc solum insuper comede. » Quare si universi et universæ coniunctim diras tibi imprecarentur, non faceres quæ ad augendum morbum valent. Quid autem? nolueris enim unquam folia ficuum comedere, sed tanquam ovis non abstinueris a maturis fructibus. Non licet igitur tibi nec salvere nec valere, amicissime.

XXX. Hicetæ.

Athenas quum venissem, mi pater, ibique Socratis discipulum felicitatem docere audivissem, ad ipsum memet contuli. Disputabat ille tunc de viis huc ducentibus atque duas eas dicebat esse, neque plures, alteram brevem, longam alteram: licere igitur cuique utra voluerit incedere. Quibus auditis ego tum quidem silentium tenui, postero vero die, quum rursus ad eum accessissemus, de viis istis ut exponeret nobis admonui, isque prompte ex sedibus exsurgens ad urbem nos perque ipsam recta ad arcem ducebat. (2) Ad quam prope accedentibus monstrat nobis duas vias huc ascendentes, alteram brevem, abruptam et difficilem, alteram longam,

πολλὴν λειαν τε κα ῥαδίαν καθιστάς. ἅμα γάρ « αἱ μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν » εἶπε « φέρουσαι ὁδοί εἰσιν αὗται, αἱ δὲ ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοιαῦται· αἱρεῖσθε δὲ ἕκαστος ἣν ἐθέλετε, ξεναγήσω δ' ἐγώ. » τότε οἱ μὲν ἄλλοι τῆς ὁδοῦ τὸ δύσκολον καὶ πρόσαντες καταπλαγέντες ὑποκατεκλίνησαν καὶ τὴν μακρὰν καὶ λείαν παρεκάλουν αὐτὸν διάγειν, ἐγὼ δὲ κρείττων γενόμενος τῶν χαλεπῶν τὴν προσάντη καὶ δύσκολον· ἐπὶ γὰρ εὐδαιμονίαν ἐπειγομένῳ κἂν διὰ πυρὸς ἢ ξιφῶν βαδιστέον εἶναι. (3) ἐπεὶ δὲ ταύτην εἱλόμην τὴν ὁδόν, ἀφαιρεῖταί μου τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα καὶ περιβάλλει μοι τρίβωνα διπλοῦν καὶ ἀποκρήμνησί μου τοῦ ὤμου πήραν, ἐμβαλὼν εἰς αὐτὴν ἄρτον καὶ τρίμμα καὶ ποτήριον καὶ τρυβλίον, ἔξωθεν δὲ αὐτῇ παρήρτησε λήκυθον καὶ στλεγγίδα, δίδωσι δέ μοι καὶ βακτηρίαν. καὶ ἐγὼ τούτοις ἐκοσμήθην, ἠρόμην δὲ αὐτόν, διὰ τί με τρίβωνα περιέβαλε διπλοῦν. ὁ δὲ ἔφη « ἵνα σε πρὸς ἄμφω συνασκήσω, καὶ καῦμα τὸ ἀπὸ θερείας καὶ ψῦχος τὸ ἀπὸ χειμῶνος. » « τί γάρ » ἔφην, « ὁ ἁπλοῦς τοῦτο οὐκ ἐποίει; » (4) « οὐ μὲν οὖν » εἶπεν, « ἀλλὰ θέρους μὲν ῥαστώνην, χειμῶνος δὲ πλείονα ἢ κατ' ἄνθρωπον ταλαιπωρίαν. » « τὴν δὲ πήραν διὰ τί μοι περιτέθεικας; » « ἵνα πάντῃ τὴν οἰκίαν » εἶπε « περιφέρῃς. » « τὸ δὲ ποτήριον καὶ τὸ τρυβλίον διὰ τί ἐνέβαλες; » « ὅτι δεῖ σε » εἶπε « καὶ πίνειν καὶ ὄψῳ χρῆσθαι, ὄψῳ ἑτέρῳ » ἔφη, « κάρδαμον μὴ ἔχοντα. » « τὴν δὲ λήκυθον καὶ τὴν στλεγγίδα πρὸς τί ἀπήρτησας; » « τὴν μὲν ἀρωγόν » ἔφη « πόνων, τὴν δὲ γλοίου. » « ἡ δὲ βακτηρία πρὸς τί; » ἔφην. « πρὸς τὴν ἀσφάλειαν » εἶπε. « ποίαν τήνδε; » « πρὸς ἣν οἱ θεοὶ αὐτῇ ἐχρήσαντο, πρὸς τοὺς ποιητάς. »

λα'. Φαινύλῳ.

Ἀνέβαινον Ὀλυμπίαζε μετὰ τὸν ἀγῶνα, τῇ δ' ὑστεραίᾳ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπήντησέ μοι Κίκερμος ὁ παγκρατιαστής, κατεστεμμένος τῷ Ὀλυμπιακῷ στεφάνῳ, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν οἰκείων πολὺς ὅμιλος πορευόμενος οἴκαδε. κἀγώ, ὡς πλησίον ἐγένετό μου, λαβόμενος αὐτὸν τῆς χειρός « ἔκστηθι » εἶπον, « ὦ ἄθλιε, τῆς ταλαιπωρίας καὶ λῆξον τοῦ τύφου, ὅς σε Ὀλυμπίαζε ἀναβάντα ἀνεπίγνωστον τοῖς γονεῦσιν ἀπάγει. καὶ φράσον ἐπὶ τίνι δὴ μέγα φρονῶν κατέστεψαι μέν » ἔφην « τῷδε τῷ στεφάνῳ τὴν κεφαλήν, φοίνικα δὲ διὰ τῶν χειρῶν φέρεις, ὄχλον δὲ τοσοῦτον ἐπισύρῃ. » (2) καὶ ὃς ἀπεκρίνατο « ἐπὶ τῷ νενικηκέναι παγκράτιον τοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ πάντας. » « ὦ τοῦ θαύματος » ἔφην, « καὶ τὸν Δία καὶ τὸν ἀδελφόν; » « οὐ μὲν οὖν » ἔφη. « ἀλλὰ τοὺς καθ' ἕνα προκαλούμενος; » « οὐ γάρ » εἶπεν. « ἄλλους ἄρα δήπουθεν καὶ ἄλλους κληρωσάμενος ἐπαγκρατίασας; » « πάνυ γε. » « εἶτα πῶς τοὺς ὑπ' ἄλλων ἐκβληθέντας ἐτόλμησας λέγειν αὐτὸς νενικηκέναι; τί δαί; ἄνδρες ἦσαν μόνον οἱ παγκρατιάζοντες Ὀλυμπίασι; » « καὶ παῖδες » εἶπεν. « καὶ τούτους ἐνίκησας ἀνδρισάμενος; » οὐκ ἔφη·

planam atque facilem. « Et hæ quidem » inquit « viæ sunt ad arcem ducentes, quæ autem ad felicitatem, eodem modo comparatæ sunt : vos jam eligite, quam quisque volet, ego vero ducam. » Tum reliqui viæ asperitate ac abruptis perterriti animum abiecere et ut longa atque plana duceret cohortabantur; ego vero, ut qui contemnerem difficultates, ut abrupta atque aspera : nam qui ad felicitatem pervenire studeat, huic vel per ignes atque enses esse incedendum. (3) Quam quum elegissem viam, ablata mihi toga atque tunica pallium duplex mihi induit et peram inicit ex humero suspensam, pane et placenta et poculo et scutula instructam, extraque ampullam ei suspendit atque strigilem, prætereaque dat mihi baculum. His ego ornatus interrogabam, qua de caussa pallium duplex mihi induisset. Atque ille « ut ad utrumque te exerceam, et ad æstivum calorem et ad hiemale frigus. » « Quid enim « inquam, « simplex hoc non efficit? » (4) « Minime vero » respondit, « sed æstate quidem laxamentum, hieme vero maiorem quam præ humanis viribus molestiam. » « Peram autem cur mihi iniecisti? » « Ut quocunque » inquit » domum tecum circumferas. » « Sed poculum et scutulam qua de caussa in illam indidisti? » « Quod oportet » respondit « et bibas et obsonio utare, obsonio alio » inquit « si nasturtium non habeas. » « Ampullam autem et strigilem cur suspendisti? » « Alteram in labores » inquit « alteram in sordes adiumentum. » « Sed baculum ad quid? » rogabam. « Ad securitatem » respondit. « Qualem hanc? » « Ad quam dei utuntur ipso, adversus poetas. »

XXXI. Phænylo.

Ascendebam Olympiam certamine absoluto, posteroque die mihi in itinere obviam processit Cicermus pancratiasta, Olympica corona coronatus, cumque eo magna amicorum domum contendens turba. Atque ego, quum prope ad me accessisset, prehensa manu « finem fac, » inquam « o miser, laborum atque abice superbiam, quæ Olympiam profectum talem quem ne parentes quidem agnoscant te reducit. Iam dicas, quanam re elatus » inquam « coronam istam capiti impositam manuque palmam feras ac tantam tecum trahas turbam. » (2) Tum ille respondit « quod pancratio superavi Olympiæ universos. » « Mira narras, » inquam « Iovem etiam eiusque fratrem? » « Minime vero » respondit. « Sed reliquos num singulatim provocatos? » Negavit hoc. « Itaque cum aliis atque aliis sortito certamen inivisti. » « Omnino. » « Quare quomodo ab aliis superatos te ipsum ausus es dicere vicisse? quid autem, viri soli erant, qui pancratium Olympiæ exercerent? » « Pueri etiam » respondit. « Hos quoque vicisti, quum inter viros relatus sis? » « Non, » inquit; « non enim

« οὐ γὰρ ἦσαν ἐκ τοῦ ἐμοῦ κλήρου. » « τί γάρ, σὺ τοὺς ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου πάντας ἐνίκησας; » « πάνυ γε. » « λέγε μοι » ἔφην, « οὐχ ὁ σὸς κλῆρος ὁ τῶν τελείων ἦν; » « τῶν τελείων « εἶπεν. « Κίκερμος δὲ ποῖον κλῆρον ἠγωνίζετο; » « ἐμὲ λέγεις; τῶν τελείων » εἶπεν. « ἆρ' οὖν Κίκερμον ἐνίκησας; » « οὐ μὲν οὖν » εἶπεν. (3) « εἶτα σὺ μήτε τοὺς παῖδας νενικηκὼς μήτε τοὺς τελείους πάντας τολμᾷς λέγειν νενικηκέναι; τίνας δ' εἶχες » ἔφην « τοὺς ἀντιπάλους; » « ἄνδρας » εἶπεν « ἐπιφανεῖς τῶν ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ Ἀσίας. » « ἆρα κρείττονας σαυτοῦ ἢ ἴσους ἢ χείρονας; » « κρείττονας. » « κρείττονας λέγεις τοὺς ἡττηθέντας ὑπὸ σοῦ; » « ἴσους » εἶπε. « καὶ πῶς τοὺς ἴσους ἠδυνήθης ἡττῆσαι σεαυτοῦ μὴ χείρονας γενομένους; » « ἥττους » εἶπεν. « εἶτα οὐ παύσῃ ἐπὶ τῷ τοὺς ἥττονας κατηγωνίσθαι μέγα φρονῶν; ἢ σὺ μὲν τοῦτο δύνασαι μόνος ποιῆσαι, ὁ τυχὼν δ' οὐκ ἂν δύναιτο; τί δ'; οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ τοὺς χείρονας ἑαυτοῦ δυνάμει ἐπικρατεῖ. (4) ἔα γοῦν ταῦτα, ὦ Κίκερμε, τὰ πολλὰ χαίρειν καὶ ἀγωνίζου μὴ παγκράτιον, μηδὲ πρὸς ἀνθρώπους, ὧν χείρων ἔσῃ μετ' οὐ πολὺ εἰς γῆρας ἀφικόμενος, ἧκε δὲ ἐπὶ τὰ ὄντως καλὰ καὶ μάθε μὴ ὑπὸ ἀνθρωπίων τυπτόμενος καρτερεῖν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ψυχῆς, μηδ' ἱμᾶσι μηδὲ πυγμαῖς, ἀλλὰ πενίᾳ, ἀλλ' ἀδοξίᾳ, ἀλλὰ δυσγενείᾳ, ἀλλὰ φυγαδείᾳ. τούτων γὰρ ἀσκήσας καταφρονεῖν μακαρίως μὲν ζήσεις, ἀνεκτῶς δὲ ἀποθανῇ· ἐκεῖνα δὲ ζηλῶν ζήσεις ταλαιπώρως. » ταῦτά μου διεξιόντος αὐτῷ τόν τε φοίνικα εἰς τὴν γῆν κατέβαλε καὶ τὸν στέφανον τῆς κεφαλῆς ἀφείλετο καὶ οἷός τε ἦν τὴν ὁδὸν ἀναλύειν.

ex meo erant ordine. » « Quid enim, tunc qui ex tuo erant ordine omnes vicisti? » « Omnino. » « Dic mihi » inquam « tuus ordo nonne adultorum? » « Adultorum » respondit. « Cicermus autem quonam cum ordine certavit? « « Me dicis? cum adultorum » respondit « ordine. » « Cicermum igitur superavisti? » « Minime vero » respondit. (3) « Iam qui neque pueros neque adultos vicisti, omnes audes dicere te vicisse? quosnam autem habebas adversarios? » « Viros » respondit « Græciæ atque Asiæ clarissimos. » « Superioresne te an pares an deteriores? » « Superiores. » « Superiores dicis a te superatos? » « Pares » inquit. « Et quomodo pares potuisti superare, quum te nihil essent deteriores? » « Inferiores » inquit. « Non desines igitur victoria ab inferioribus reportata superbire? num tu solus hoc potes efficere, nec cuivis alii contigerit? omnino non est qui se deteriores vi non superet. (4) Hæc igitur, o Cicerme, omnino valere iube, nolique pancratio decertare, nec cum hominibus, quibus brevi, ad senectutem ubi perveneris, inferior evades, verum ad ea accede, quæ revera honesta sunt, ac disce non ab homunculis percussus sed ab anima tolerantiam, idque non cæstu neque pugno, verum paupertate et obscuritate et humilitate et exilio. Hæc enim ubi contemnere assueveris, beate vives, mortemque patienter feres; illa ubi consequare, vives miserabiliter. » Quibus dictis palmam ille humi proiecit, coronamque de capite detraxit, ac protenus ab itinere se recepit

λβ'. Ἀριστίππῳ.

Ἐπυθόμην σε σχολάσαι βασκανίᾳ καθ' ἡμῶν καὶ παρὰ τῷ τυράννῳ ὀνειδίζειν ἑκάστοτε τὴν ἐμὴν πενίαν, ὅτι ἡμᾶς ποτε κατέλαβες ἐπὶ τῆς κρήνης σέρεις ἀποκλύζοντας ὄψον τῷ ἄρτῳ. ἐγὼ δὲ ἄγαμαι, πῶς, ὦ μακάριε, τοῖς τὰ ἄξια ἐπαινοῦσι πενίαν κακίζεις, καὶ ταῦτα Σωκράτους κατακηκοώς, τοῦ τὸν αὐτὸν μὲν τρίβωνα χειμῶνος καὶ θέρους καὶ ἄλλοτε ἀμπεχομένου, τὸν αὐτὸν δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας κοινὸν ἔχοντος, ὄψον δὲ οὐκ ἐκ τῶν κήπων φέροντος οὐδ' ἐκ τῶν μαγειρείων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν γυμνασίων. ἀλλ' ἔοικας ταῦτα ἐπιλελησμένῳ διὰ τὰς Σικελικὰς τραπέζας. (2) κἀγὼ οὐχ ὑπομνήσω σε πόσου ἄξιόν ἐστι πενία μάλιστα Ἀθήνησιν, οὐδὲ ἀπολογήσομαι περὶ αὐτῆς (οὐ γὰρ εἰς σὲ κἀγὼ ἀνατίθεμαι τὸ ἐμαυτοῦ ἀγαθόν, ὥσπερ καὶ σὺ εἰς ἑτέρους· ἀπόχρη οὖν μοι μόνῳ ἐπίστασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ), ὑπομνήσω δέ σέ ποτε περὶ Διονυσίου καὶ τῶν μακαρίων αὐτοῦ συνουσιῶν, αἵ σε εὐφραίνουσιν, ὁπότε ἐσθίων καὶ πίνων τὰ πολυτελῆ δεῖπνα καὶ ἃ μήποτε ἡμῖν παρείη ἀνθρώπους ἑκάστοτε τοὺς μὲν μαστιγουμένους, τοὺς δὲ ἀνασκολοπιζομένους, τοὺς δὲ εἰς τὰς λατομίας ἀπαγομένους βλέπεις, καὶ τῶν μὲν γυναῖκας ἀφαιρουμένας εἰς ὕβριν τῶν δὲ παῖδας, καὶ

XXXII. Aristippo.

Audivi te obtrectare nos et apud tyrannum paupertatem meam continenter criminari, quod aliquando nos ad fontem intubum, obsonium pani, abluentes deprehendisti. Ego vero, o bone, miror, quomodo honesta sequentibus paupertatem exprobres, præsertim quum Socratis disciplina usus sis, qui idem et hieme et æstate et quovis tempore pallium sibi induit, idemque cum mulieribus commune habuit, obsonium autem non ex hortis neque ex popinis petiit, sed ex gymnasiis. At tibi videntur ista ob Siculas mensas e memoria excidisse. (2) Ego vero non quanti pretii sit Athenis maxime paupertas in mentem tibi revocabo, neque de ipsa me defendam (non enim et ego meam felicitatem in te repono sicut tu in aliis, quare soli mihi nosse eam satis est — sed in mentem tibi revocabo Dionysium beatumque eius, quod te delectat, consortium, quum edens ac bibens magnificis in epulis, quæque procul a nobis absint, homines continuo vides alios flagris cæsos, alios cruci suffixos, alios in lapicidinas deductos, atque aliorum feminas, aliorum liberos gregatimque servos abreptos ad ex-

πλέονας τῶν δούλων, οὐχ ἑνὸς μόνον οὐδ' αὐτοῦ τοῦ τυράννου, ἀλλὰ πολλῶν καὶ ἀνοσίων, καὶ πίνοντα πρὸς ἀνάγκην καὶ μένοντα καὶ πορευόμενον καὶ ἀποδρᾶναι μὴ δυνάμενον διὰ τὰς χρυσᾶς πέδας. (3) ταῦτ' ἔγωγε ἀντ' ἐκείνων τῶν ὀνειδῶν ὑπομιμνήσκω. ὁπόσῳ ζῶμεν σέρεις πλύνειν ἐπιστάμενοι, τὰς δὲ Διονυσίου θύρας θεραπεύειν ἀγνοοῦντες ὑμῶν, φημί, κρεῖττον τῶν Διονυσίῳ συμβουλευόντων καὶ ἐπιτασσόντων Σικελίᾳ πάσῃ. ἀλλ' εἴη σοι, κἂν ὁπόσα γε λέγῃς πρὸς ἡμᾶς ἀποθαρρυνόμενος, καὶ νοεῖν καὶ μὴ στασιάζεσθαι πρὸς τὰ πάθη τὸν λόγον· καλὰ γὰρ τὰ παρὰ Διονυσίῳ μέχρι λόγου, ἐλευθερία δὲ ἡ ἐπὶ Κρόνου καὶ ἡ φιλήτιος μαζάδλωρος.

pleudas libidines non unius solum neque ipsius tyranni, verum mult.rum impiorumque hominum, præterea que vi coactus et bibis et manes et proficisceris, nec effugere potes aureis compedibus vinctus. (3) Hæc ego pro iniuriis istis in mentem tibi revoco. Quanto nos, qui intubum abluere scimus et ad Dionysii ianuas observantiam nostram significare ignoramus, quanto, inquam, beatius eis vivimus, qui consiliis suis Dionysium iuvant totique imperant Siciliæ. Sed quicquid, qua es impudentia, in nos dicis, contingat tibi ut sapias, nec cum affectibus ratio conflictetur. Pulchræ enim Dionysii res sunt nomine tenus, verum quæ sub Saturno fuit libertas ....

λγ'. Φανομάχῳ.

Ἐκαθήμην ἐν τῷ θεάτρῳ βιβλίδια κολλῶν, ἀφικόμενος δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου στὰς ἐν τῷ καταντικρὺ πλησίον ἐμοῦ τὸν ἥλιον ἀφείλετό μου, κἀγὼ διὰ τὸ μηκέτι πως ὁρᾶν τὰ διασπάσματα τῶν βιβλιδίων ἀνέβλεψα καὶ τότε ἔγνων αὐτὸν παρόντα. ὡς δέ με καὶ αὐτός, ἐπεὶ ἀνέβλεψα, προσηγόρευσε καὶ τὴν δεξιὰν ὤρεξεν, ὡς δὲ καὶ αὐτὸν ἐγὼ διὰ τοῦτο ἀντιπροσηγόρευσα καὶ εἶπον τοιοῦτον. « ἀληθῶς ἀνίκητος εἶ, μειράκιον, ὅτε καὶ θεοῖς τὰ ἴσα δύνασαι· ἰδοὺ γάρ, ὅ φασι τὴν σελήνην τὸν ἥλιον διατιθέναι ἐν τῷ γενέσθαι αὐτῷ καταντικρύ, καὶ σὺ ταὐτὸ τοῦτο εἴργασαι, ἐπεὶ δεῦρο εἰσελθὼν ἐμοὶ παρέστης. » (2) καὶ ὁ Ἀλέξανδρος « σκώπτεις » εἶπεν, « ὦ Διόγενες. » « τί τοῦτ' » ἔφην « λέγεις; οὐ γὰρ ἔστιν ὁρᾶν σοι ὅτι τοῦ ἔργου μὲν ἀπολείπομαι διὰ τὸ μὴ βλέπειν ὥσπερ ἐν νυκτί; διαφέρον δ' οὐδέν μοι τὰ νῦν σοι προσδιαλέγεσθαι, διαλέγομαι. » « οὐδὲν » εἶπε « σοὶ διαφέρει Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς; » « οὐδ' ὅσον » ἔφην· « πολεμεῖται γὰρ τῶν ἐμῶν οὐδέν, οὐδὲ καθαρπάζεται, καθάπερ τὰ Μακεδόνων καὶ τὰ Λακεδαιμονίων ἤ τινων ἄλλων, ἐν οἷς ἑκάστῳ χρεία βασιλέως. » « διὰ μέντοι πενίαν » ἔφη « διαφέρω σου. » « ποίαν » ἔφην « πενίαν; » « τὴν σὴν πενίαν » εἶπε, « δι' ἥνπερ οὕτως εἶ μεταίτης ἐνδέων πάντων. » (3) « οὔτοι » ἔφην « τοῦτ' ἐστὶ πενία τὸ μὴ ἔχειν χρήματα, οὐδὲ κακὸν τὸ μεταιτεῖν, ἀλλὰ τὸ ἐπιθυμεῖν πάντων, ὅπερ ἐστὶν ἐν ὑμῖν, καὶ τὸ βίᾳ. διὰ τοῦτο τῇ μὲν ἐμῇ πενίᾳ κρῆναί τε καὶ γῆ εἰσιν ἐπίκουροι, ναὶ μὴν καὶ τὰ σπήλαια καὶ τὰ νάκη, καὶ πολεμεῖται μὲν διὰ ταύτην οὐδὲ εἷς οὔτε ἐν γῇ οὔτε ἐν θαλάσσῃ, ἀλλ' ὡς ἐγεννήθημεν, ἴσθι, καὶ ζῶμεν· τῇ δὲ ὑμετέρᾳ τάξει οὔτε γῆ εὑρίσκεται ἐπίκουρος οὔτε θάλαττα, (4) ἀλλὰ δὴ ταῦτα μὲν ὡς ** ὄντα παραλείπεται, ἀναβαίνετε δὲ ἐπὶ τὸν οὐρανὸν καὶ οὐδὲ Ὁμήρῳ πείθεσθε τούτων μὴ ἐπιθυμεῖν τῷ εἰς σωφροσύνην τὰ τῶν Ἀλωειδῶν πάθη ἀναγράψαντι. » ταῦτ' ἐμοῦ πολλῷ παραστήματι διεξερχομένου πολλή τις αἰδὼς τὸν Ἀλέξανδρον εἰσῆλθε, καὶ ἀποκλίνας πρὸς ἕνα τῶν ἑταίρων εἶπεν « ἀλλ' εἰ μὴ ἔφθην Ἀλέξανδρος γενέσθαι, Διογένης ἂν ἐγενόμην. » καὶ ἐξανα-

XXXIII. Phanomacho.

Sedebam in theatro libri foliis conglutinandis occupatus, quum veniens Alexander, Philippi filius, et exadversum prope me consistens solem ademit mihi, atque ego, quoniam foliorum fissuras non amplius dignovi, sublatis oculis præsentem jam cognovi. Quumque et ipse me intuentem porrecta manu salutasset, item ego quoque salutavi et hoc modo alloquutus sum. « Revera inexpugnabilis es, iuvenis, quum eadem quæ diis potestas tibi sit : nam vide, quod lunam aiunt soli facere ex adverso ipsi positam, idem tu quoque effecisti, quum huc accedens prope me constitisti. » (2) « Jocaris, » inquit « o Diogenes. » « Quid tibi vis? » inquam. « Nonne vides, me opus intermittere, quoniam cernere nequeo quasi noctu? sed quamvis impræsentiarum tecum colloqui mea nil intersit, colloquar tamen. » « Nihil curas » inquit « regem Alexandrum? » « Prorsus nihil » inquam; « nihil enim mearum rerum bello petitur nec diripitur, quemadmodum Macedonum res sive Lacedæmoniorum sive quorundam aliorum, qui in eiusmodi re omnes opus habent rege. » « At ob paupertatem » inquit « me es inferior. » « Quamnam » inquam « paupertatem? » « Tuam » respondit « paupertatem, ob quam tam es mendicus, rebus omnibus indigens. » « (3) Minime » inquam « hæc est paupertas, si opes non possideas, neque mendicari malum, verum omnia appetere, id quod vestri moris est, vimque facere. Hinc meæ paupertati fontes et terra adiutores sunt, quin et specus atque vellera, propterque istam nemo nec terra neque mari bellum mihi infert, sed uti nati sumus, scito, sic et vivimus, vestræ autem conditioni neque in terra neque in mari situm est subsidium. (4) At hæc .... iam missa facite : sed vos cœlum ipsum petitis, ac ne ab Homero quidem moniti, qui Aloidarum casu describendo ad frugem revocavit homines, ista cessatis affectare. » Quæ quum dixissem magno cum animi impetu, multum pudoris incessit Alexandrum, inque unum amicorum reclinatus « si forte non essem » inquit « natus Alexander, fuerim Diogenes. »

στήσας με ἀπῆγεν σὺν ἑαυτῷ, παρακαλῶν συστρατεύεσθαι, καὶ μόλις ἀφῆκεν.

λδ'. Ὀλυμπιάδι.

Μὴ ἀνιῶ πρὸς τοὺς συνήθεις, Ὀλυμπιάς, ὑπὲρ ἐμοῦ, ὅτι τρίβωνα ἀμπέχομαι καὶ ἄλφιτα ἐπιπωλούμενος ἀνθρώπους μεταιτῶ· οὐ γάρ ἐστι ταῦτα αἰσχρὰ οὐδ' ἐλευθέροις, ὡς φής, ὕποπτα, καλὰ δὲ καὶ οἷα ὅπλα εἶναι κατὰ δοξῶν τῶν πολεμουσῶν τῷ βίῳ. κἀγὼ ταῦτα ἔμαθον οὐ παρὰ Ἀντισθένους πρώτου τὰ μαθήματα, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἡρώων καὶ τῶν τὴν Ἑλλάδα ἐπεστροφότων ἐπὶ σοφίαν, Ὁμήρου καὶ τῶν τραγῳδοποιῶν, (2) οἵτινες Ἥραν τε τὴν Διὸς παράκοιτιν ἔφασαν εἰς ἱέρειαν μεταμορφωθεῖσαν τοιοῦτον βίου σχῆμα ἀναλαβεῖν « νύμφαις κρηνιάσιν, κυδραῖς θεαῖς, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶν βιοδώροις », Τήλεφόν τε τὸν Ἡρακλέους, ἡνίκα εἰς Ἄργος παρεγένετο, πολὺ χείρονι σχήματι τοῦ ἡμετέρου ἐμφανισθῆναι « πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβόντα ῥάκη ἀλκτήρια ψύχους », Ὀδυσσέα τε τὸν Λαέρτου ἐξ Ἰλίου οἴκαδε ὑποστρέψαντα φάρει ῥωγαλέῳ, ἰπνοῦ καὶ καπνοῦ ἀναμέστῳ. ἆρά σοι ἔτι δοκεῖ ἡ ἐμὴ στολὴ καὶ τὸ μεταιτεῖν αἰσχρὰ εἶναι ἢ καλὰ καὶ ἀγαστὰ βασιλεῦσιν καὶ παντὶ νοῦν ἔχοντι αἱρετὰ εἰς εὐτέλειαν; (3) καὶ Τήλεφος μέν, ἵνα ὑγιείας τύχῃ, τούτῳ τῷ σχήματι τοῦ βίου ἐναπεκρύψατο, Ὀδυσσεὺς δ', ἵνα τοὺς μνηστῆρας ἐκ πολλοῦ ἀδικοῦντας ἀποκτείνῃ· ἐγὼ δὲ ἵνα τύχω μὲν εὐδαιμονίας ἧς μικρὰ μοῖρά ἐστι τὸ Τηλέφειον ἀγαθόν, ἕλω δὲ τὰς ψευδεῖς δόξας δι' ἃς οὐχ ἕνα δεσπότην ᾑρήμεθα, διαφύγω δὲ νόσους καὶ τοὺς ἐπ' ἀγορᾶς συκοφάντας, περιέλθω δὲ ἐλεύθερος ὑπὸ τὸν Δία πατέρα ἐπὶ ὅλης γῆς, μηδένα φοβούμενος τῶν μεγάλων δεσποτῶν. εἰ μὲν οὖν ἐξιλάσκομαί σε, μῆτερ, ἐπιδείξας τοὺς κρείττονας ἐμοῦ τρίβωνας ἀμπεχομένους καὶ πήραν φοροῦντας καὶ παρὰ τῶν χειρόνων ἄλφιτα μεταιτοῦντας, θεοῖς χάρις· εἰ δὲ μή, μάτην ἀνιάσῃ.

λε'. Σωπόλιδι.

Ἧκον εἰς Μίλητον τῆς Ἰωνίας, διαπορευόμενος δὲ τὴν ἀγορὰν παρήκουσα παίδων μὴ εὖ ῥαψῳδούντων. προσελθὼν οὖν τῷ διδασκάλῳ ἠρόμην αὐτόν « διὰ τί κιθαρίζειν οὐ διδάσκεις; » ὁ δὲ ἀπεκρίνατο « ὅτι οὐκ ἔμαθον. » « εἶτα » ἔφην « πῶς τοῦτο μέν, ὅτι οὐκ ἔμαθες, οὐ διδάσκεις, γράμματα δέ, ἃ μὴ ἔμαθες, σὺ διδάσκεις; » πάλιν δὲ προελθὼν μικρὸν εἴσειμι εἰς τὸ τῶν νέων γυμνάσιον, θεασάμενος δὲ ἔν τῷ αἰθρίῳ κακῶς σφαιρίζοντά τινα, προσελθὼν τῷ παλαιστροφύλακι « πόσον » εἶπον « ἀποτεταγμένον ἐστὶν ἐπιτίμιον κατὰ τοῦ ἀλειψαμένου καὶ μὴ σφαιρίσαντος; » ὁ δέ « ὀβολός » ἔφη. « ἐκεῖνος ὁ νεανίας » ἔφην δείξας τὸν ἄνθρωπον « μηδενὸς ὄντος ἐπιτιμίου αὐτῷ ὑπ' ἀνάγκης ἐμπαίζει. » (2) ἀποθέμενος οὖν καὶ αὐτὸς τὸν τρίβωνα καὶ τὴν στλεγγίδα ἐκλύσας παρελθὼν ἠλειψάμην, καὶ

Hinc excitatum me secum abduxit et ut in bellum ipsum comitarer invitatum vix demum demisit.

XXXIV. Olympiadi.

Noli conqueri, Olympias, cum amicis, quod ego pallium induerim, panemque oberrans exigam ab hominibus: non enim turpia ista sunt, neque hominibus liberis, ut ais, suspecta, verum honesta, quæque arma præbere possint adversus opiniones vitæ humanæ adversarias. Atque hæc ego non ab Antisthene primo didici præcepta, sed a diis atque heroibus, ab eisque qui Græciam ad sapientiam convertere, Homero atque tragicis, (2) qui Iunonem aiunt, Iovis coniugem, in sacerdotem mutatam eiusmodi vitæ genus subiisse « Naidibus, venerabilibus deabus, stipem colligentem, almis Inachi Argivi fluvii filiabus, » Telephum item, Herculis filium, quum Argos veniret, multo nostro deteriore visum esse habitu, « miseris pannis membra involutum ad arcendum frigus, » atque Ulixem Troia domum redeuntem veste lacerata, illuvie plena et fumo inquinata. Adhuc videntur tibi habitus meus quodque mendicans vivam esse turpia, an pulchra regibusque admiranda et cuivis, qui quidem sapiat, frugalitatis caussa expetenda? (3) Ac Telephus quidem, ut valetudinem recuperaret, hoc vitæ habitu se abscondidit, Ulixes autem, ut procos ob crimina per longum tempus commissa interficeret, ego vero, ut felicitatem adipiscar, cuius minima pars est bonum a Telepho expetitum, utque falsas opprimam opiniones, per quas non unum nobis imponimus dominum, et morbos effugiam quique in foro dominantur sycophantas, et liber circumvolem sub Iove patre per universam terram, magnorum dominorum metuens nullum. Iam te si placaverim eo, mater, quod me superiores pallium ostendi induisse peramque gestasse et ab inferioribus panem exegisse, deis gratias refero; sin minus, frustra dolebis.

XXXV. Sopolidi.

Miletum postquam veni, urbem Ioniæ, perambulans forum pueros audivi non recte recitantes. Ad magistrum accedens igitur rogavi « cur fidibus canere non doces? » ille autem « quod non didici » respondit. « Qui fit igitur » inquam « ut hoc quidem, quoniam non didicisti, non doceas, litteras vero doces, quas non didicisti? » Paullum hinc progressus gymnasium intro iuvenum, ibique in atrio aliquem pila male ludentem conspicatus ad palæstræ custodem accessi et « quanta » rogavi « mulcta in eum constituta est, qui unctus pila non ludat? » « Obolus » respondit ille. Tum ego hominem monstrans « juvenis ille » inquam « nulla ipsi mulcta imminente invitus ludificatur. » (2) Deposito igitur pallio strigilique resoluta in medium prodiens corpus meum perunxi oleo, nec

οὐ διαγίγνεται χρόνος συχνὸς καὶ κατὰ τὸ ἐπιχώριον εὐθέως παρελθών τις εἷς τῶν νέων, σφόδρα ἀστεῖος τὴν ὄψιν, ἀγένειος, προσαναδίδωσί μοι τὴν χεῖρα, διαπειρώμενος εἰ ἐπίσταμαι τὰ παλαιστρικά. κἀγὼ ἕως μέν τινος προσεποιούμην ὑπὸ αἰδοῦς μὴ εἰδέναι· ὡς δὲ ἐπηπείλησε καταναλίσκειν με, ἠρξάμην συνανατρίβεσθαι αὐτῷ νομίμως. εἶτα ὁ γνώμων μοί πως ἀνίσταται (τὸ γὰρ ἕτερον ὄνομα δέδια διὰ τοὺς πολλοὺς εἰπεῖν), καὶ ὧδε μὲν τὸ μειράκιον ὑπ' αἰδοῦς καταλιπόν με ἄπεισιν, ἐγὼ δὲ ἑστὼς ἐτριβόμην πρὸς ἐμαυτόν. (3) ἐπεὶ δὲ προσεῖδέ με ὁ παλαιστροφύλαξ, προσελθὼν ἐπέπληττεν, κἀγὼ πρὸς αὐτόν « εἶτα σὺ παρεὶς τῷ νόμῳ μάχεσθαι νῦν ἐμοὶ διαφέρῃ; εἰ μὲν ἔθος ἦν τὸ καταλειφομένους πταρμικὸν ὀσφραίνεσθαι, οὐκ ἂν ἤσχαλλες, εἴ τις τῶν ἀλειφομένων ἐν τῷ γυμνασίῳ ἐπτάρνυτο· νυνὶ δὲ ἄχθῃ, εἴ τις καλοῦ συνανακυλιομένου αὐτόματος ἐστύθη; ἢ δοκεῖς τὰς μὲν ῥῖνας ὅλως ἐπὶ τῇ φύσει εἶναι, ταυτὶ δ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ προαιρέσει; οὐ παύσῃ » ἔφην « τοιαῦτα σφαδάζων πρὸς τοὺς εἰσιόντας; εἰ δέ σοί τίς ἐστι λόγος ἵνα μὴ γίγνοιτο τοῦτ' ἐν τῷ γυμνασίῳ, μεταιρεῖς ἐκ τοῦ μέσου τοὺς νέους. ἀλλ' οἴει, ὅτι δυνήσεταί σοι ὁ νόμος, ἐὰν συνανακυλίηται τοῖς ἀνδράσι τὰ μειράκια, δεσμοὺς καὶ κύφωνας τῇ στυτικῇ φύσει περιβαλεῖν; » ταῦτ' ἐμοῦ λέξαντος καὶ ὁ παλαιστροφύλαξ ᾤχετ' ἀπιών, κἀγὼ ἀναλαβὼν τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν ἐξῆλθον ἐπὶ θάλασσαν.

multum intercesserat temporis, quum ex domestica consuetudine accedens ad me unus ex iuvenibus, bellus admodum facie, imberbis adhuc, manum mihi porrigit, an palæstricæ gnarum essem periculum facturus. Ego vero paullisper quasi præ verecundia gnarus non esse simulabam, sed quum se minaretur me esse confecturum, iam rite cœpi cum ipso congredi. Tum forte erigitur mihi gnomon (altero enim vocabulo, ne apud plebeculam offendam, uti vereor), itaque pudore suffusus me relicto abit iuvenis, ego vero stans ipse me fricui. (3) Quum autem palæstræ custos me conspexisset, propius accedens increpabat, atque ego ad ipsum conversus « itaque tu, » inquam « postquam rite certare permisisti, nunc iurgio me lacessis? Si mos esset, ut perunncti redolerent materiam sternutatoriam, non graviter ferres, si quis unctorum in gymnasio sternutaret: nunc vero indignaris, si cui cum pulchro puero congresso penis erigatur? an censes tu nares quidem omnino pendere a natura, ista vero in nostra esse potestate? Non desines » inquam « talia ab intrantibus efflagitare? Sin vero hoc non vis fieri in gymnasio, ex medio demendi tibi sunt iuvenes. An putas, legem posse, si cum viris congrediantur iuvenes, vincula atque numellas iniicere pruritui? » Hæc quum dixissem, palæstræ custos discessit, atque ego resumpto pallio atque pera ad mare memet contuli.

λς'. Τιμομάχῳ.

Ἧκον εἰς Κύζικον καὶ διαπορευόμενος τὴν ὁδὸν ἐθεασάμην ἐπί τινος θύρας ἐπιγεγραμμένον ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. ἐπιστὰς οὖν ἀνεγίγνωσκον καὶ παρερχόμενόν τινα ἠρόμην « τίς ἢ πόθεν ὁ ταύτην τὴν οἰκίαν οἰκῶν; » ὁ δέ με δόξας πυνθάνεσθαι διὰ τὰ ἄλφιτα ἀπεκρίνατο « φαῦλος ἄνθρωπος, ὦ Διόγενες· ἀλλ' ἄπαναγε ἐνθένδε. » κἀγὼ πρὸς ἐμαυτόν « ἀλλ' ἔοικεν » ἔφην « οὗτος, ὅστις ποτ' ἐστιν, ἐξ ὧν λέγει ἑαυτῷ τὴν θύραν ἀποκλεῖσαι. » καὶ μικρὸν προελθὼν ἑτέραν θύραν θεωρῶ τὸ αὐτὸ ἰαμβεῖον ἔχουσαν ἐπιγεγραμμένον. (2) « ἐν ταύτῃ » ἔφην « τίς ἐστιν ὁ κατοικῶν; » « τελώνης » εἶπεν, » ἄνθρωπος ἀγοραῖος ὤν. » « ταύτην οὖν αἱ τῶν πονηρῶν » ἔφην « θύραι μόνον ἔχουσι τὴν ἐπιγραφὴν ἢ καὶ αἱ τῶν σπουδαίων; » « πάντων » εἶπεν. « εἶτα διὰ τί » ἔφην, « εἰ ὑμᾶς ὠφελεῖ τοῦτο, οὐχὶ ταῖς πύλαις ἐπεγράψατε αὐτὸ ταῖς τῆς πόλεως, ἀλλὰ ταῖς οἰκίαις, εἰς ἃς μηδὲ χωρῆσαι δύναται ὁ Ἡρακλῆς; ἢ τὴν μὲν πόλιν βούλεσθε ἔχειν κακῶς, τὰς δὲ οἰκίας οὔ; ἢ τὰ μὲν κοινὰ ὑμᾶς κακὰ οὐ δύναται καταβλάπτειν, τὰ δ' ἴδια; » « οὐκ ἔχω » εἶπε, « Διόγενες, περὶ τούτων ἀποκρίνασθαί σοι. » « τί δέ » ἔφην « οἴεσθε ὑμεῖς οἱ Κυζικηνοὶ κακὸν εἶναι; » « νόσον, πενίαν, θάνατον, τὰ τοιαῦτα » ἔφησεν. (3) « εἶτ' οἴεσθε ταῦτα, εἰ μὲν

XXXVI. Timomacho.

Cyzicum veni, ibique in via deambulans ianuam conspexi sic inscriptam: « Iovis filius Hercules victor hic habitat: malum ne introeat. » Consistens igitur legebam et prætereuntem aliquem rogabam, « quis est et unde, qui hanc domum habitat? » ille vero panis petendæ caussa me rogare ratus « improbus homo, » respondit « o Diogenes: verum hinc discedas. » Atque ego mecum « videtur ille, » inquam « quisquis est, verbis suis sibi ipsi ianuam præcludere. » Tum paullum progressus aliam conspicio ianuam iisdem inscriptam versibus. (2) « In hac » inquam « quisnam habitat? » Publicanus, » respondit « homo sordidus. » « Hancine igitur » rogavi « improborum tantum ianuæ an etiam proborum habent inscriptionem? » « Omnium » respondit. « Sed quanam de caussa, » inquam « si hoc vobis conducit, non ipsis urbis portis inscripsistis, sed domibus, quas ne ingredi quidem potest Hercules? an urbem quidem vultis calamitatem accipere, domus vero non? an sola privata mala, nec vero publica detrimentum vobis afferre possunt? » « Non habeo, » respondit « o Diogenes, quod ad hoc tibi respondeam. » « Quid vero » inquam « malum esse vos Cyziceni existimatis? » « Morbum, paupertatem, mortem, hoc genus alia » respondit. (3) « Censetis itaque hæc

εἰς τὴν οἰκίαν εἰσέλθοι, καταβλάψειν ὑμᾶς, εἰ δὲ μὴ εἰσέλθοι, μὴ καταβλάψειν; » « πάνυ γε » ἔφη. « εἶεν » ἔφην, « ταῦτα δ' οὐχ ἁπτόμενα βλάψειν ἀνθρώπους; » « ἁπτόμενα γάρ » εἶπεν. « ἆρ' οὖν » ἔφην « εἰς μὲν τὰς οἰκίας ἐπειδὰν εἰσέλθῃ, ἅπτεται ὑμῶν, εἰς δὲ τὴν ἀγορὰν ἐπειδὰν εἰσβάλῃ, τότε οὐχ ἅπτεται; ἢ ἔστιν ὅστις ἀπολέγει αὐτοῖς ἐπὶ μὲν τῇ ἀγορᾷ μὴ ἅπτεσθαι ὑμῶν, ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις; » « οὐκ ἔχω » εἶπεν « οὐδὲ ἐνθάδε ἀποκρίνασθαί σοι. » « τί δέ » ἔφην, « ταῦτα ἐπειδὰν εἰς τὰς οἰκίας ὑμῶν εἰσέλθῃ, καταβλάπτει ὑμᾶς, ἢ ἐπειδὰν εἰς ὑμᾶς αὐτούς; » « εἰς ἡμᾶς » εἶπεν. (4) « εἶτ' » ἔφην « παρὸν ὑμῖν αὐτοῖς ἐπιγράφειν τὸ ἰαμβεῖον ταῖς θύραις ἐπιγράφετε; πῶς δέ » ἔφην « ὁ Ἡρακλῆς εἷς ὢν ἐν τοσαύταις δύναται παροικεῖν οἰκίαις; κινδυνεύει γὰρ καὶ τοῦτο τὴν μωρίαν τῆς πόλεως ἐνδείκνυσθαι. » « τίνα οὖν τις » εἶπεν, « ὦ Διόγενες, ἑτέραν ταύτης εὐφημοτέραν ποιήσαιτ' ἂν ἐπιγραφήν; » « χρὴ γάρ » ἔφην « πάντως ἐπιγεγράφθαι τῇ θύρᾳ; » « πάνυ γε » εἶπεν. « μάθε » ἔφην, « Πενία ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. « « εὐφήμει » εἶπεν, « ἄνθρωπε, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο κακόν ἐστι. » « κακόν » ἔφην « καθ' ὑμᾶς, καὶ μὴ παρ' ἐμοῦ μανθάνειν. ** ἀλλὰ Λινδίων τοὺς βόας κατέφαγε ». « πενία δὲ πρὸς θεῶν κακὸν οὐκ ἔστιν; » εἶπε. « τί ποιοῦσαν αὐτὴν » ἔφην « κακὸν λέγεις; » « λιμόν » εἶπε, « ψῦχος, καταφρόνησιν. » (5) « ἀλλ' οὐδέν γε τούτων ὧν φῂς πενία ἄρα ** οὔτε λιμός· πολλὰ γὰρ ἐν τῇ γῇ φύεται, δι' ὧν ὅ τε λιμὸς θεραπεύεται τό τε ψῦχος, ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ἄλογα γυμνὰ ὄντα αἰσθάνεται ψύχους. » « ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλογα οὕτως ἡ φύσις » εἶπεν « ἐποίησεν. » « ἀνθρώπους δὲ ὁ λόγος οὕτως ποιεῖ » ἔφην, « ἀλλ' οὐ προσποιοῦνται πολλοὶ συνιέναι διὰ μαλακίαν. ἀλλ' εἰσὶ καὶ ἐνθάδε ἐπίκουροι αἵ τε δοραὶ τῶν ζῴων καὶ τὰ νάκη τῶν προβάτων καὶ οἱ τοῖχοι τῶν σπηλαίων καὶ τῶν οἴκων. οὐ μὴν οὐδὲ καταφρόνησιν ἐργάζεται πενία. Ἀριστείδου γέ τοι τοῦ τοὺς φόρους τάξαντος οὐδεὶς κατεφρόνει πένητος ὄντος, οὔτε Σωκράτους τοῦ Σωφρονίσκου· οὐ γὰρ αὐτὰ ἦσαν βλάβαι, ἀλλὰ μοχθηρία. (6) τί δέ » ἔφην, « ἀλλὰ ταῦτα ἔδρα ἡ πενία παρ' ὑμῖν οὐκ οὖσα οὐκ ἦν ἀρετή, ἀλλὰ σφοδρότερα κακὰ ἀπελαύνουσα ὑμῶν; » « ποῖα ἄττα; » εἶπεν. « φθόνους, μίση, συκοφαντίας, τοιχωρυχίας, ἀπεψίας, στρόφους, ἄλλα χαλεπὰ νοσήματα. πενίαν ἄρα ἐπιγράφετε οἰκεῖν παρ' ὑμῖν, καὶ οὐ τὸν Ἡρακλέα. καὶ γὰρ ἃ μὲν δύναται ὁ Ἡρακλῆς ἀναιρεῖν οὐ φοβεῖσθε, ὕδρας, ταύρους, λέοντας, κερβέρους, ἔνια δὲ καὶ αὐτοὶ θηρᾶσθε· ἃ δὲ πενία ἀπελαύνει, ταῦτα δεινά· πενίαν μὲν ὀλίγα δαπανῶντες θρέψετε φύλακα αὐτῶν, τὸν δὲ Ἡρακλέα πολλά. » « ἀλλὰ δύσφημόν ἐστι πενία » εἶπεν, « ὁ δὲ Ἡρακλῆς εὔφημον. » « σοί » ἔφην « εἰ πενία ἐστὶ δύσφημον, Αὐγείᾳ δὲ καὶ Διομήδει τῷ Θρᾳκὶ καὶ ἄλλοις ὁ Ἡρακλῆς. » « οὐ πείθεις με » εἶπεν, « ὦ Διόγενες, πενίαν ἐπιγράψαι, ὥσθ' ἕτερόν τι σκέπτου, ἵνα σοι πεισθῶ τὸν Ἡρακλέα ἐξα-

si in domus vestras introeant, detrimentum vobis allatura sin vero non introeant, non item? » « Ita prorsus » respondit. « Esto, » inquam « hæcine vero non tangentia damnum hominibus inferre? » « Tangentia sane », ait. « Itaque » inquam « si in domus introeant, tangunt vos; sin vero introeant in forum, non vos tangunt? an quis est qui vetet ista in foro quidem non, at domi vos attingere? » « Neque hic habeo » inquit « quod tibi respondeam. » « Quid autem, » inquam « hæc « ubi in domus vestras introiverint, detrimentum vobis afferunt, an ubi in vos ipsos? » « Ubi in nos ipsos » respondit. (4) « Quî igitur » inquam « quos vobis ipsis inscribere debebatis versus ianuis vestris inscribitis? quomodo vero Hercules, quum unus sit, tot in domibus potest habitare? nimirum hoc quoque dementiam urbis vestræ videtur declarare. » « Quamnam igitur aliam, » inquit « o Diogenes, dexteriorem feceris inscriptionem? » « Scilicet omnino » inquam « censes inscribendam esse ianuam? » « Prorsus ita » respondit. « Audi igitur » inquam: « paupertas hic habitat, malum ne introeat. » « Taceas, quæso, » respondit; « nam hoc ipsum malum est. » « Malum » inquam « vestra ex sententia, nec vero me si audias. ** verum Lindiorum boves devoravit. » « Paupertas vero per deos malum non est? » inquit. « Quid facientem malum eam dicis? » « Famem, » inquit « frigus, contemptionem. » (5) « Sed nihil horum quæ dicis paupertas ** neque fames. Multa enim terra edit famis remedia atque frigoris, quin bruta animalia, nuda licet sint, frigus non sentiunt. » « Verum bruta animalia » inquit « natura ita comparavit. » « Homines vero » inquam « ratio sic comparat, sed plurimi præ mollitie hoc se ignorare simulant. At hic quoque præsto sunt subsidia, velut animalium pelles et vellera ovium specuumque parietes atque ædium. Neque vero contemptum paupertas parit. Aristidem certe, qui tributa ordinavit, quod pauper erat, contempsit nemo, neque Socratem Sophronisci filium. Non enim ipsa paupertas damno est, verum improbitas. * (6) Quid autem, quæ hoc effecit paupertas vobis, si non habetis, non expetenda est, præsertim quum alia graviora a vobis abigat? » « Quænam hæc? » rogavit. « Invidiam, odia, calumnias, rapinas, cruditates, tormina, graves morbos alios. Paupertatem igitur scribite apud vos habitare, neque Herculem. Namque quæ Hercules evertere potest, non timetis, hydras, tauros, leones, cerberos, nonnulla etiam ipsi venamini: at quæ paupertas abigit, gravia sunt mala. Ad hoc paupertatem parvis impensis vestrum ipsorum custodem nutrietis, Herculem vero magnis » « At vero infame quid paupertas est, præclarum autem Hercules. » « Tibi » inquam « si infame paupertas, at Augiæ et Diomedi Thraci aliisque Hercules. (7) « Non persuades mihi » inquit, « o Diogenes, ut paupertatem inscribam: quare aliud quid excogita, quo Herculem persuadeas mihi esse exstinguen-

λεῖψαι. » « ἔσκεμμαι » ἔφην. « ἄκουε λόγον » εἶπον, « Δικαιοσύνη ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. » « ἐνταῦθα μέν » ἔφη « πείθομαί σοι, καὶ τὸν Ἡρακλέα οὐκ ἐξαλείψω, συνεπιγράψω δὲ τὴν δικαιοσύνην. » « ὀρθῶς » ἔφην. « τοῦτο ποίει καὶ ἐπιγράψας κάθευδε ἀναπεσὼν ὥσπερ Ὀδυσσεὺς μηκέτι μηδὲν φοβούμενος. » « ποιήσω » εἶπε, « σοὶ δὲ χάριν τούτου γνώσομαι νῦν τε καὶ εἰσαεί, Διόγενες, ἀσφαλισαμένῳ ἀπὸ τῶν φαύλων ἡμᾶς. » ταῦτ' ἐν Κυζίκῳ, φίλε Τιμόμαχε, ηὐθύνθη ἡμῖν.

dum. » « Habeo, inquam « itaque audi : iustitia hic habitat, malum ne introeat. » « Hic iam » inquit « morem tibi geram, quanquam non exstinguam Herculem, verum adscribam justitiam. » « Recte » inquam; « ita facito, et hoc ubi inscripseris, sicut Ulixes dormi reclinatus, nihil amplius metuens. » « Faciam, » inquit « tibique gratias agam nunc et omni tempore, Diogenes, quod tutos nos a malis præstitisti. » Hæc, optime Timomache, Cyzici a nobis sunt peracta.

λζ'. Μονίμῳ.

Ἀπαναστάντος σου τῆς Ἐφέσου ἔπλευσα καὶ αὐτὸς εἰς Ῥόδον, σπουδάζων τὸν τῶν Ἁλίων ἀγῶνα θεάσασθαι. ἀποβὰς δὲ τῆς νεὼς ἀνέβαινον εἰς ἄστυ καὶ παρὰ Λακύδην τὸν ξένον· ὁ δὲ τυχὸν ἴσως, ἐπεὶ ἔγνω με καταπλεύσαντα, τὴν ἀγορὰν ἐξέκλινεν. ἐγὼ δὲ ἐπεὶ περιελθὼν τὴν πόλιν οὐδαμῇ αὐτῷ ἐνέτυχον, ἔγνων δὲ πυθόμενος ὡς εἴη κατὰ ἄστυ, ἐπὶ τὴν τῶν θεῶν ξενίαν ἄσμενος ἱκόμην καὶ παρὰ τούτοις ἐσκήνωσα. ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ σχεδὸν ἢ τετάρτῃ ἐντυχών μοι κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον φέρουσαν προσηγόρευσε καὶ ἐπὶ τὴν ξενίαν παρεκάλει ἔρχεσθαι. (2) κἀγὼ οὐδέν τι μηνίσας αὐτῷ διὰ τοσούτου μοι ἐντυχόντι « αἰσχρὸν μέν » ἔφην « τοὺς θεοὺς καταλιπεῖν, οἵ με, ἐπεὶ ἡ σὴ ξενία καταπλεύσαντι ἐκλείσθη, ἐδέξαντο· ἀλλ' ἐπεὶ δύνανται οὗτοι ἐπὶ μηδενὶ τῶν τοιούτων ἀσχάλλειν, ἡμεῖς δὲ διὰ τὸ ἀσθενές, βαδίζωμεν. πρότερον δέ, εἴ σοι δοκεῖ, ἀναβάντες γυμνασώμεθα· οὐ γὰρ χρῆν οἴομαι, εἰ παρὰ σὲ τήμερον μέλλω κατάγεσθαι καταλιπὼν τοὺς κρείττονας ξένους, τοῦ σώματος ἀμελεῖν. » « ἀλλὰ καλῶς » ἔφη, « Διόγενες, λέγεις, καὶ οὐ βιάζομαί σε τοὺς θεοὺς ἐξελθεῖν. » (3) ἐγὼ δὲ ἀναβὰς εἰς τὸ στρατόπεδον περιεπάτησα, καὶ τότε κατέβην εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Λακύδου. τῷ δὲ ἄρα ἦν παρασκευὴ οὐχ ὅση πρὸς τὴν φύσιν ἀποχρῆναι ἧς ἡμεῖς ἐδεόμεθα, ἀλλ' ὁπόση πρὸς τὴν δόξαν ἧς οἱ ἄλλοι ἡττῶνται· κλῖναι γὰρ ἐξέστρωντο σφόδρα πολυτελεῖς καὶ τράπεζαί τινες ἐν τῷ καταντικρὺ ἔκειντο, αἱ μὲν ἐκ βαριασνοου, αἱ δὲ ἐκ σφενδαμνίνων ξύλων, ἀργυρωμάτων ἀνάπλεῳ, ἐπὶ δὲ τούτοις θεράποντες εἱστήκεσαν οἱ μὲν χέρνιβας ἔχοντες, οἱ δὲ ἄλλα διακονήματα. εἰς ταῦτα ἀπιδὼν « ἀλλὰ ἐγὼ μέν » ἔφην « ἧκον εἰς τὴν ξενίαν τὴν σήν, Λακύδη, ὠφεληθησόμενος, σὺ δὲ ἐπ' ἐμὲ ὅσα οἱ ἐχθροὶ παρεσκεύασαι. (4) ταῦτα μὲν οὖν κέλευε ἄλλῃ μεταίρεσθαι, ἡμᾶς δὲ κατάκλιναι, ὡς Ὅμηρος τοὺς ἥρωας ἐν Ἰλιάδι κατέκλινεν, ἐπὶ ῥινοῦ βοὸς ἀγραύλοιο, ἢ ὡς Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ στιβάδος, καὶ ἔα τὸ σῶμα ἐφ' ὧν ἔμαθε κατακλίνεσθαι. θέραψ δ' οὐδὲ εἷς ἔστω ἐνταῦθα διακονούμενος· ἀποχρήσουσι γὰρ αἱ χεῖρες ἐς τοῦτο, καὶ γὰρ τούτου ἕνεκα ἡμῖν προσετέθησαν ὑπὸ τῆς φύσεως. ποτήρια δ' ἔστω, οἷς πιόμεθα, τὰ ἐκ πηλοῦ λεπτὰ καὶ εὔωνα,

XXXVII. Monimo.

Postquam Epheso discessisti, Rhodum et ipse navigavi, quo ludos conspicerem Solis in honorem celebrandos. Relicta navi in urbem ascendi apud Lacydem hospitem meum deversurus, ille vero casu fortasse, quum me appulisse animadvertisset, forum devitavit. Itaque ego, quum per urbem oberranti mihi ut in eum inciderem non contigisset, licet in urbe ipsum esse certior essem factus, deorum hospitalitatem libenter imploravi, atque apud istos domicilium constitui. Tertio demum fere vel quarto die obviam mihi factus in via, quæ ducit ad prætorium, salutavit me et ut apud se deverterem invitavit. (2) Tum ego, quod tanto intervallo obviam mihi fieret nihil indignatus, « turpe quidem est » inquam « deos derelinquere, quum tuum hospitium præclusum mihi erat huc devecto, suo excepere : sed quoniam isti ob talem caussam irasci nequeunt, qua nos solemus, qua sumus imbecillitate, iam eamus. Prius autem, si tibi placet, ambulemus : non enim par est, opinor, si maioribus hospitibus relictis apud te hodie devertam, corpus ideo negligere. » « Recte vero mones » inquit, « Diogenes, neque te ut deos derelinquas cogo. » (3) Ego vero postquam conscenso prætorio ambulavi, in Lacydis domum memet contuli. Huic autem apparatus erat non ad naturam, qua nos indigemus, sufficienter accommodatus, verum ad opinionem, cui vulgus est obnoxium : strati erant enim lecti splendidissimi et ex adverso mensæ positæ aliæ ex ... . aliæ ex acernis lignis factæ, argenteis vasis repletæ, servique adstabant alii situlas tenentes, alii aliam supellectilem. Quæ conspicatus « at ego » inquam « tuum hospitium, Lacydes, quo commodum hinc perciperem, adii, tu vero in me quæ hostes solent paravisti. (4) Hæc igitur hinc auferri iube, nobisque lectum sterne, qualem Homerus heroibus stravit in Iliade, bovis agrestis pellem, aut ex Lacedæmoniorum consuetudine stramentum, atque ut corpus in eis quæ novit recumbat. Servus autem nullus hic adsit administrans : manus enim ad hoc sufficient, quæ hunc ad finem a natura nobis datæ sunt. Denique pocula ad bibendum fictilia sunto atque vilia,

πόμα δὲ ὕδωρ ναματιαῖον, τροφαὶ δὲ ἄρτος καὶ ὄψον ἅλες ἢ κάρδαμον. τοιαῦτα ἐγὼ παρὰ Ἀντισθένει παιδευόμενος ἔμαθον ἐσθίειν καὶ πίνειν, οὐχ ὡς φαῦλα ἀλλ' ὡς κρείττονα τῶν ἑτέρων καὶ μᾶλλον δυνάμενα ἐν τῇ ὁδῷ εὑρίσκεσθαι τῇ φερούσῃ ἐπ' εὐδαιμονίαν, ἣν δὴ πάντων τιμιωτάτην χρημάτων θετέον ** ἐν τόπῳ ὀχυρωτάτῳ καὶ ἀποκρημνοτάτῳ μίαν ὁδὸν προσάντη καὶ τραχεῖαν ἱδρύσασθαι. (5) ταύτην οὖν τὴν ὁδὸν διὰ τὸ δύσκολον μόλις ἂν δύνασθαι γυμνὸν ἕκαστον ἀναβῆναι, καὶ οὐχ ὅτι φέροντά τι σὺν ἑαυτῷ καὶ βαρούμενον μόγῳ καὶ δεσμοῖς περισωθῆναι, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων τι μετιόντα, ποιῆσαι δ' ἐν τῇ ὁδῷ τροφὴν μὲν πόαν ἢ κάρδαμα, πόμα δὲ εὐπαλὲς ὕδωρ, ** μάλιστα δ' ὅπῃ δέοι τοῦ ῥᾷστα βαδίσαι, γυμναστέον ἐσθίειν μὲν κάρδαμον, πίνειν δὲ ὕδωρ, ἀμπέχεσθαι δὲ τρίβωνα κοῦφον, ἀποδειξαμένους τὴν ἄθλησιν τοῦ τε ἀποδύεσθαι πρὸς γῆν, ἑστῶτα δὲ ἐπὶ ἄκρον τὸν Ἑρμῆν ἐκτινάσσειν τοὺς βαδίζοντας, μή τι ἔχοντες ἐφόδιον βέβηλον οἴκοθεν βαδίζωσιν. (6) ἐγώ τοι παρὰ Ἀντισθένει πρῶτον ἀσκήσας ἐσθίειν τε καὶ πίνειν ἧκον τὴν ἐπ' εὐδαιμονίαν ὁδὸν σπεύδων ἀπνευστί, παρελθὼν δὲ ἵνα ὑπῆρχεν ἡ εὐδαιμονία ἔφην « ὑπέμεινα, εὐδαιμονία, διὰ σὲ καὶ μέγα κακὸν ὕδωρ πίνειν καὶ κάρδαμον ἐσθίειν καὶ ἐπὶ γῆς κοιμᾶσθαι. » ἡ δὲ ἠμείψατό με « ἀλλ' ἐγώ τοι » ἔφη « σοι ταῦτα ποιήσω δίχα ταλαιπωρίας ἡδύτερα τῶν τοῦ πλούτου ἀγαθῶν, ὃν μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι ἐμοῦ πρεσβεύουσι, καὶ οὐκ αἰσθάνονται τύραννον ἑαυτοῖς ἐπιτρέφοντες. » ἐξ ἐκείνου ἐγώ, ἐπεὶ ταῦτα τῆς εὐδαιμονίας διαλεγομένης ἤκουσα, οὐκέτι ταῦτα ὡς ἀσκήματα ἤσθιον καὶ ἔπινον, ἀλλ' ὡς ἡδονάς, κρατεῖ δέ με πρὸς ταύτην τὴν δίαιταν καὶ τὸ ἔθος, οὗ πᾶς ἀπολειπόμενος βλάπτεται. (7) παρατίθει οὖν ἡμῖν καὶ σὺ τοιαῦτα δεῖπνα, μιμούμενος τὸ κάλλιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, εὐδαιμονίαν, τὰ δὲ πλούτου ἵει εἰς τοὺς ἁμαρτάνοντας αὐτῆς τῆς ὁδοῦ. ἀλλ' εἰ τοῦτό σοι » ἔφην « δοκοίη, ἴσθι καὶ τοῦτ' » εἶπον. « ἀεὶ τοιούτοις με δείπνοις θοίνα, τοῦ τε λοιποῦ τοιαῦτα παρέχου τοῖς ξένοις. καὶ οὐδέποτε παρόντας μὲν αὐτοὺς ἐκκλινεῖς, ὑστερίζοντας δέ τινας αὐτῶν ζητήσεις, ἐλέγχου γὰρ εἰς βελτίων. » ταῦτά μοι, ἐν Ῥόδῳ ἐπεὶ ἐγενόμην, πρὸς Λακύδην τὸν ξένον ὡμιλήθη.

potus aqua fontinalis, cibus panis, obsonium sales et nasturtium. Talia ego ab Antisthene institutus edere ac bibere didici, non quod vilia sint, verum quod præstantiora reliquis, magisque inveniri possunt in via ducente ad felicitatem, quæ omnium rerum habenda est pretiosissima. ** in loco munitissimo et undique abrupto unam viam præcipitem atque asperam condidisse. (5) Hanc igitur viam propter difficultatem vix posse nudum quenquam ascendere, nedum aliquid secum ferentem atque miseria vinculisque oneratum evadere salvum, sed ne eorum quidem, quæ necessaria sunt, aliquid persequentem : prætereaque utendum cibo inter viam herba aut nasturtiis ac potu quocum facillime luctari possis, aqua, idque non alieno loco, maxime vero ubi expeditissime eundum sit, ad nasturtium edendum aquamque bibendam ac leve pallium ferendum assuescere oportere, nec ipsum humi decumbendi laborem recusantes, inque summo constitutum Mercurium excutere viatores, quo videat an viaticum aliquod, quo nefas uti, domo secum afferant. (6) Apud Antisthenem igitur edere demum edoctus atque bibere ad felicitatem ducentem viam ingressus sum summa virium intentione, eoque progressus usque, quo sedem felicitas habet, « sustinui » inquam, « o felicitas, quo te assequerer atque summum bonum, aquam bibere et nasturtium edere, humique prostratum somnum capere. » Illa vero respondens « at ego » inquit « hæc tibi sine molestia suaviora reddam bonis opulentiæ, quam me studiosius colunt homines, tyrannum se in se ipsos alere ignari. » Quæ ex quo felicitatem audivi disserentem, non ut me exercerem comedere ista cœpi atque bibere, sed voluptatis ergo, iamque impellit me ad hanc vivendi rationem consuetudo, quam suo quisque dispendio relinquit. (7) Quare tu quoque tales nobis appone epulas, omnium quæ in vita sunt pulcherrimum imitatus, felicitatem, opulentiæ vero bona in eos reiice, qui a via ad illam ducente aberrarunt. At si sic tibi videtur, hoc quoque » inquam « scias : semper eiusmodi me pasce epulis, ac tales in posterum præbe hospitibus, neque unquam præsentes eos declinabis, immo si qui eorum adire te cunctantur, ipsos indagabis : sic enim opprobrium omne evitabis. » Hæc mihi, postquam Rhodum veni, cum Lacyde hospite meo transacta sunt.

λη'.......

XXXVIII.

Σὺ μέν, ἐπεὶ οἱ ἀγῶνες ἀνεβλήθησαν, καταλιπὼν ᾤχου τὴν Ὀλυμπίαν, ἐγὼ δὲ διὰ τὸ ἐκτόπως εἶναι φιλοθεάμων κατέμεινα τὴν ἄλλην θεώμενος πανήγυριν. διέτριβον δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἵνα ὁ ἄλλος ὅμιλος, καὶ περιιὼν ἄνω κάτω προσέσχον ὁτὲ μὲν τοῖς πωλοῦσιν, ὁτὲ δὲ τοῖς ῥαψῳδοῦσιν ἢ φιλοσοφοῦσιν ἢ μαντευομένοις. καί ποτε διεξιόντος τινὸς περὶ ἡλίου φύσεως καὶ δυνάμεως καὶ πάντας ἀναπείθοντος παρελθὼν εἰς τὸ μέσον « ποσταῖος, » ἔφην « φιλόσοφε, ἀπὸ

Tu postquam dilatis certaminibus Olympiam reliquisti, ego utpote spectandi vel maxime studiosus remansi quod reliquum erat festi spectaturus. Versabar in foro cum reliqua turba hominum atque huc et illuc ambulans modo ad mercatores modo ad cantores aut philosophos aut fatidicos animum advertebam. Ibi quum solis naturam atque potestatem quidam enarrans assensum auferret omnium, in medium progressus « quotus » inquam « dies est, philosophe, ex quo tu de cœlo descendisti? »

τοὐρανοῦ καταβέβηκας; » ὁ δέ μοι οὐκ εἶχεν ἀποκρίνασθαι. οἱ δὲ καταλιπόντες αὐτὸν οἱ περιεστῶτες ᾤχοντο ἀπιόντες, ὁ δέ γε καταλειφθεὶς μόνος τὰς εἰκόνας τοῦ οὐρανοῦ συνετίθει εἰς τὸ κιβώτιον. (2) ἀπ' ἐκείνου προσίσταμαι μάντει, ὃ δὲ ἐκάθητο ἐν τῷ μέσῳ κατεστεμμένος μείζονα τοῦ εὑραμένου τὴν μαντείαν Ἀπόλλωνος. ἠρόμην οὖν καὶ τοῦτον παρελθὼν « πότερον ἄριστος εἶ μάντις ἢ φαῦλος; » τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι ἄριστος, ἅμα ἐκτείνας τὴν βακτηρίαν « τί μέλλω δῆτα ποιεῖν; ἀπόκριναι, πότερον τύπτειν σε ἢ οὔ; » μικρὸν πρὸς αὐτῷ γενόμενος « οὔ » φησί, τύπτω τ' ἐγὼ γελάσας αὐτὸν καὶ οἱ περιεστῶτες ἀνέκραγον. « τί » ἔφην « ἐβοήσατε; ἐπεὶ κακὸς μάντις ἐφάνη, καὶ ἐπλήχθη. » (3) ὡς δὲ καὶ τοῦτον καταλιπόντες οἱ περιεστῶτες ἀπηλλάγησαν, ἄνθρωποι καὶ ἄλλοι οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, διέλυσαν τοὺς κύκλους καὶ εἵποντο ἐξ ἐκείνου, καὶ πολλάκις μὲν διαλεγομένου μου περὶ καρτερίας ἐπακολουθοῦντες ἐπηκρῶντο, πολλάκις δὲ καρτεροῦντος ἢ διαιτωμένου παρετύγχανον. ἐκόμιζον δέ μοι διὰ ταῦτα οἱ μὲν ἀργύρια, οἱ δὲ ἄξια ἀργυρίου, πολλοὶ δὲ καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν, ἐγὼ δὲ παρὰ μὲν τῶν μετρίων ἐλάμβανον τὰ πρὸς τὴν φύσιν ἀποχρῶντα, παρὰ δὲ τῶν φαύλων οὐδὲν προσιέμην, καὶ παρὰ μὲν τῶν ἐπισταμένων μοι χάριν ἐπὶ τῷ καὶ τὸ πρῶτον λαβεῖν καὶ πάλιν ἐλάμβανον, παρὰ δὲ τῶν μὴ ἐπισταμένων οὐκέτι. (4) ἐξήταζον δὲ καὶ τὰς δωρεὰς τῶν δωρεῖσθαί μοι ἐθελόντων τὰ ἄλφιτα, καὶ παρὰ μὲν τῶν ὠφελουμένων ἐλάμβανον, τῶν ἄλλων δὲ οὐδὲν προσιέμην, οὐκ οἰόμενος καλὸν εἶναι λαμβάνειν παρὰ τοῦ μηδὲν παρειληφότος. ἐδείπνουν δὲ οὐ παρὰ πᾶσι, παρὰ μόνοις δὲ τοῖς θεραπείας δεομένοις. ἦσαν δ' οὗτοι οἱ τοὺς Περσῶν βασιλεῖς μιμούμενοι. καὶ δή ποτε εἰσελθὼν πρὸς μειράκιον τῶν σφόδρα εὐπόρων κατακλίνομαι ἔν τινι ἀνδρῶνι πάντη κεκαλλωπισμένῳ γραφαῖς τε καὶ χρυσῷ, ὡς μηδὲ ὅπου πτύσῃ τις τόπον εἶναι. (5) ἐπιστὰν οὖν μοι ἐπὶ τὴν φάρυγγα, ἐχρεμψάμην, περιελάσας δὲ τὰ ὄμματα εἰς τὰ κύκλῳ, ἐπεὶ ὅπου πτύσαιμι τόπον οὐκ εἶχον, εἰς αὐτὸν ἔπτυσα τὸν νεανίσκον. τοῦ δὲ μεμψαμένου ἐπὶ τούτῳ « εἶτα » ἔφην « οὗτος, » εἰπὼν αὐτὸν ἐξ ὀνόματος, « ἐμὲ μέμφῃ τοῦ γενομένου καὶ οὐ σεαυτὸν τοὺς μὲν τοίχους καὶ τὰ ἐδάφη κοσμήσαντα τοῦ ἀνδρῶνος, σαυτὸν δὲ μόνον ἀπολιπόντα ἀκόσμητον εἰς τὸ ἐμπτύεσθαι χωρίον ἐπιτήδειον; » « ταῦτ' » ἔφη « πρὸς τὴν ἀπαιδευσίαν φαίνῃ λέγων ἡμῶν, ἀλλ' οὐκ ἐξέσται σοι τοῦτο πάλιν εἰπεῖν· οὐ γὰρ μὴ ἀπολειφθῶ σου ἕνα πόδα. » ἀπὸ τῆς αὔριον δὴ ἐξ ἐκείνου διανείμας τὴν οὐσίαν τοῖς αὐτοῦ ἐμοὶ ἀναλαβὼν τὴν πήραν καὶ διπλώσας τὸν τρίβωνα εἵπετο. ταῦτα μετὰ τό σε ἀπαλλαγῆναι ἐπράχθη ἡμῖν ἐν Ὀλυμπίᾳ.

Ille vero quod mihi responderet non habebat, ceterisque qui circumstabant abeuntibus solus relictus cœli imagines in cistulam suam recondebat. (2) Hinc transeo ad vatem. In medio is sedebat, corona maiore quam qua divinandi artis inventor Apollo coronatus. Ad hunc igitur accedens « optimusne » rogabam « an malus vates es? » qui quum « optimus » respondisset, simul sublato baculo « quidnam » inquam « facturus sum? impingamne tibi baculum an non? » paullum ille secum meditatus « non » respondit. Protinus ego in risum effusus percutio hominem, quique circumstabant clamorem edidere. « Quid » inquam « conclamatis? quoniam malum se vatem præstitit, et fuste mulcatus est. » (3) Quumque hunc quoque qui circumstabant reliquissent, alii etiam multi globatim in foro conversantes, ex quo hæc audivere, dissoluti me prosequebantur, ac sæpenumero de continentia disputantem me comitantes auscultabant, interdum etiam inediæ meæ aut cœnæ testes aderant. Quapropter afferebant mihi pecuniam alii, alii quæ pecuniæ haberent pretium, multi etiam ad cœnam invitabant, ego vero ab honestis solis quæ ad vitam sustentandam sufficerent accipiebam, quod autem mali offerrent recusabam, atque ab eis, qui quod primum accepissem mihi gratias habebant, et iterum accipiebam, ab ingratis vero non item amplius. (4) Æstimabam etiam dona eorum, qui munerari me volebant, panemque ab eis, qui commodum ipsi percepissent, accipiebam, reliquorum vero dona recusabam, non par esse ratus accipere ab eo, qui ipse nihil recepisset. Cœnabam autem non apud omnes, sed apud eos solos, qui cura indigerent: hi erant tales, qui reges Persarum imitarentur. Contigit aliquando, ut apud iuvenem deverterem ex opulentissimis. Decumbo in conclavi picturis atque auro ubicunque exornato, ut ne quo despueret quidem aliquis relictus esset locus. (5) Pituita subita guttur obturabat: itaque screavi, quumque oculos circumferens, quocunque prospicerem, non invenirem locum quo despuerem, in iuvenem ipsum despui. Qui quum ob hoc me reprehendisset, « itaque » inquam « tu, » compellans ipsum nomine, « me hanc ob caussam reprehendis, neque vero te ipsum, qui conclavis parietibus ac solo exornatis te ipsum solum reliquisti inornatum, ad despuendum locum opportunum? » « Hæc » inquit « in stoliditatem meam aperte dicis, sed non licebit tibi hoc iterum dicere: non enim a latere tuo iam discedam. » Postridie eius diei patrimonio suo propinquis dispertito, sumptaque pera ac geminato pallio me sequutus est. Hæc post discessum tuum peracta a nobis sunt Olympiæ.

λθ'. Μονίμῳ.

Μελέτω σοι καὶ τῆς μετοικίας τῆς ἐντεῦθεν, μελήσει δέ, εἰ μελετήσειας ἀποθνήσκειν, τοῦτ' ἔστι χωρί-

XXXIX. Monimo.

Curæ tibi esto et hinc facienda demigratio; curabis autem, si mori mediteris, hoc est animam vivus adhuc

ζειν τὴν ψυχὴν ἔτι ζῶν ἀπὸ τοῦ σώματος. τοῦτο γὰρ δοκῶ μοι καὶ οἱ περὶ Σωκράτη θάνατον ἐκάλουν, καὶ γάρ ἐστιν ἡ μελέτη ἐν τῷ ῥάστῳ. φιλοσόφει δὲ καὶ διασκέπτου, τί πρὸς σὲ οὐχ οὕτως καὶ τί κατὰ φύσιν καὶ τί κατὰ νόμον· ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ χωρίζεται ψυχὴ ἀπὸ σώματος, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ὅταν βλέπῃ καὶ ὅταν ἀκούῃ καὶ ὅταν ὀσφραίνηται καὶ ὅταν γεύηται, σύνεστιν ὥσπερ μιᾶς αὐτῷ κορυφῆς ἐξημμένη. γίγνεται γοῦν, ὅταν μὴ μελετήσωμεν ἀποθνήσκειν, χαλεπὴν τελευτὴν ἀναμένειν· ἡ γὰρ ψυχὴ ὥς τινων παιδικῶν ἀπολειπομένη συμφοράζει καὶ μετὰ ἀχθηδόνος πολλῆς ἀπολύεται· ὅταν δὲ καὶ φιλοσόφων ψυχαῖς ἐντύχῃ, τότε καὶ ἐν τῇ ὁδῷ πολλὰ κάμνει. (2) ἀφίεται γὰρ ἀξενάγητος ὅποι ποτὲ φέρεσθαι εἰς κρημνοὺς ἢ χάσματα ἢ ποταμούς, ἕως ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἐνεχθῇ· φεύγουσι γὰρ αὐτήν, ὅτι οἴονται πολλὰ ἐξημαρτηκέναι ἐν τῷ ζῆν παραχωρήσασαν τῷ χείρονι τὴν τοῦ ὅλου ἀρχήν, δι' ἣν πολλὰ ἠναγκάσθη ὡς ἐν πονηροκρατίᾳ ἄδικα πρᾶξαι. ὅταν δὲ μελετήσωμεν τὴν καλὴν μελέτην, γίγνεται καὶ ὁ βίος ἡδὺς καὶ ἡ τελευτὴ οὐκ ἀηδὴς καὶ ἡ ὁδὸς ῥάστη· ξεναγεῖ γὰρ πᾶσα ἡ ἐντυχοῦσα τὴν τοιαύτην ψυχὴν ἐπὶ τὰ εὔπορα καὶ ὥσπερ καλὴν ἄγραν ἐπιφανῶς ἄγει λαβομένη παρὰ τοὺς κάτω τῶν καλῶν δικαστάς, αὐτή τε ὡς ἂν μεμελετηκυῖα καὶ μόνη ζῆν οὐκ ἀηδίζεται καταλιποῦσα τὸ σῶμα. (3) ἔστι δὲ καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλή τις ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἐν ᾅδου τιμή, ὅτι ἄρα οὐκ ἦσαν φιλοσώματοι. δόξα γάρ ἐστι τὰς φιλοσωμάτους ψυχὰς φαύλας τε εἶναι καὶ ἀνελευθέρους, τὰς δὲ μὴ τοιαύτας ἀγαθάς τε καὶ ὑψαύχενας (ζῶσι γὰρ ἡγούμεναι πάντων καὶ ἐπιτάττουσαι ἀρχικῶς), διά τε ταῦτα ἀναιρεῖσθαι μόνα τὰ δίκαια καὶ ῥᾷστα, τῶν δὲ ἐναντίων μηδὲ ἕν, ἐφ' ἃ τὸ σῶμα ἀναγκάζει τὴν ψυχὴν ἥδεσθαι διὰ τὴν περιπεπλασμένην αὐτοῖς ἡδονὴν ἰχθύος τρόπον ἢ ἄλλου τινὸς ἀλόγου πρὸς τὴν τοῦ χείρονος ἀρχὴν γεγενημένου. (4) ταῦτά σοι ἕψεται μελετήσαντι ἀποθνήσκειν, ὅταν δέῃ μετοικεῖν ἐνθένδε. καὶ τὸ πρῶτον ἡδὺς ὁ βίος· ζήσῃ γὰρ ἐλεύθερος, ἄρχων καὶ οὐκ ἀρχόμενος, βραχὺ μὲν καὶ ὅσον τῷ σώματι περισπώμενος, ** καὶ τοῦτ' εἰς τὴν τοῦ ὅλου ἁρμονίαν, σιωπῶν δὲ βασιλεύων καὶ θεωρῶν, ἃ θεοὶ ἀνθρώποις τοῖς μετρίοις κατεσκευάσαντο ἀπεχομένοις τοῦ ἀγρίου βίου, ἐν ᾧ ἁρπαγαὶ καὶ ἀλληλοκτονίαι οὐ περὶ μεγάλων οὐδὲ θείων, περὶ μικρῶν δὲ καὶ κοινῶν, οὐ πρὸς ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα. περὶ γὰρ τοῦ πλείονα ἔχειν καὶ ἐσθίειν καὶ πίνειν καὶ ἀφροδισιάζειν οἱ πάντες φαῦλοί εἰσι καὶ τοῖς ἀλόγοις σύμφοροι.

μ'. Διογένης ὁ κύων Ἀλεξάνδρῳ.

Ἐμεμψάμην καὶ Διονυσίῳ καὶ Περδίκκᾳ, λέγω δὲ καὶ σοὶ ὅτι δοκεῖτε τὸ ἄρχειν εἶναι μάχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. τὸ δὲ πλεῖστον διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ

a corpore segregare. Hoc enim et Socrates opinor mortem appellabat. Neque difficilis hæc est meditatio. Philosophare autem et considera, mors quid ad te revera valeat, et quid secundum naturam, quidque secundum legem. In hoc enim solo a corpore segregatur anima, in reliquis vero nullo modo, verum si videat sive audiat sive odoretur sive gustet, coniuncta cum ipso est quasi ex uno vertice suspensa. Fit igitur ut, si mori non meditemur, difficilis nos maneat exitus. Anima enim quasi deliciis suis orbata luget et magno cum dolore discedit, et si in philosophorum a deo animas incidat, tum in itinere quoque laborat admodum. (2) Scilicet relinquitur duce destituta; at periculum est ne in præcipitia aut voragines aut fluvios deferatur, donec ad extremum finem pervenerit : fugiunt enim illæ ipsam, quoniam multa eam in vita deliquisse arbitrantur, quod deteriori sui parti summum imperium concessisset, eoque vel invita tanquam in dominio malorum flagitiosa multa perpetrasset. Sin vero in pulchra illa versemur meditatione, et vita evasit suavis et non insuavis exitus et via facilis : talem enim animam quæcunque in eam incidit planissima prosequitur via et tanquam pulchram prædam captam sollemni pompa ad inferos ducit præclare factorum iudices, atque ipsa quasi et sola vivere assueta non indignatur corpore relicto. (3) Quapropter et multus honor eiusmodi animabus apud inferos habetur, nimirum quod corporis non erant studiosæ. Opinio est enim, corporis studiosas animas pravas esse atque illiberales, non obnoxias vero corpori probas atque nobiles (vivunt enim regentes omnia et tanquam domini imperantes), atque hanc ob caussam sola quæ iusta sint facili negotio in se recipere, nil vero eorum quæ contraria, ad quæ corpus circumfusa ipsis suavitate animam pelliciat ad instar piscis sive alius cuiusdam bestiæ ad obediendum deteriori parti natæ. (4) Hæc tibi contingent mori meditanti, ubi necesse fuerit hinc discedere. Ac primum suavis vita erit : liber enim vives, dominus ipse, nec domino obnoxius, paullum quidem quantumque fit corpore distractus, ... et conspiciens quæ dii hominibus honestis spectacula paravere, quique a vita atroci abstinent, in qua rapinæ fiunt et cædes mutuæ non ob magnas atque divinas, verum ob exiles atque viles res, neque in homines tantum, sed etiam in bruta animalia. Nam quod ad divitias spectat cumulandas, quodque ad edendum et bibendum et ad libidinis desiderium satiandum, pravi sunt omnes et brutis animalibus consimiles.

XL. Diogenes canis Alexandro.

Quod Dionysio et Perdiccæ exprobravi, iam tibi quoque significo, nimirum quod imperium putatis certamen esse cum hominibus ineundum. Id quod prorsus habet

ἀφροσύνη ἐστί, τὸ δ' ἐπίστασθαι τοῖς ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ἕνεκά τι τοῦ βελτίστου πράττειν. σκόπει οὖν ἀνθ' ὧν νῦν ἐγχειρεῖς οὐδὲν εἰδὼς ποιεῖν ἐπιτρέψαι τινὶ σαυτὸν ἀνθρώπῳ, ὅστις σε ὥσπερ ἰατρὸς νοσοῦντα ἐκθεραπεύσας ἀπαλλάξει τῆς νῦν πολλῆς καὶ κακῆς δόξης. σὺ γὰρ ὅπως μέν τινα κακὸν ἀπεργάσῃ ζητεῖς, εὖ δ' ἂν οὐδὲ βουλόμενος ἔχοις οὐδένα ποιῆσαι. (2) ἔτι δὲ τὸ κρατεῖν καὶ τὸ ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν τινὰς οὐ τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον μετὰ τῶν κακίστων ἀνθρώπων ἄγειν καὶ φέρειν ἀεὶ τοὺς παρατυγχάνοντας. τοῦτο γὰρ οὐδὲ τῶν θηρίων τὰ βέλτιστα ποιεῖ, ἀλλ' οὐδὲ οἱ λύκοι, ὧν ζῷον οὐδέν ἐστιν πονηρότερον οὐδὲ κακουργότερον, οὓς σύ μοι δοκεῖς ὑπερβεβλῆσθαι ἀμαθίᾳ. τοῖς μὲν γὰρ ἐξαρκεῖ μόνοις πονήροις εἶναι, σὺ δὲ καὶ πρὸς μισθὸν διδοὺς ἀνθρώποις τοῖς πονηροτάτοις τούτοις τε παρέχεις ἐξουσίαν μηδὲν ὑγιὲς πράττειν καὶ αὐτὸς ὅμοια τούτοις ἐγχειρεῖς ποιεῖν καὶ μείζω. (3) κατάγνωθι οὖν, ὦ 'γαθέ, καὶ ἐν σαυτῷ γενοῦ ἔτι μᾶλλον. ποῦ γῆς εἶ ἄρα; καὶ τί σοι δύναται τὰ κατασκευάσματα ταῦτα καὶ ἡ σπουδὴ ἡ ἐπὶ τούτοις; οὐ γὰρ οἴει δήπου βελτίων τινὸς εἶναι ἀνθρώπου τοιαῦτα ποιῶν. εἰ δὲ μηδενὸς εἶ βελτίων, μηδὲ τούτοις ἐκπονεῖς, τί οἴει σοι τὰ γινόμενα εἶναι ἀλλ' ἢ συμφορὰν καὶ φόβους καὶ κινδύνους μεγάλους; καίτοι οὐκ οἶδα ἐγὼ ὅπως ἂν ἔτι μείζω ἀτυχήματα ἀτυχήσαις τῶν νῦν. τίς γὰρ ἄνθρωπος μὴ δίκαιος οὐκ ἂν ἀτυχοῖ; τίς κακὸς καὶ βίαιος οὐκ ἂν κακὸν πράττοι καὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχοι; καὶ τοῦτο τὸ ζῆν δοκεῖ τί σοι εἶναι καὶ περὶ τοῦδε κίνδυνός σοι εἶναι μάλιστα παθεῖν τι τοιαυτὶ ποιοῦντι; (4) καὶ ὥσπερ οὐκ οἴει σοι τούτοις ἐπιβουλεῦσαι μάλιστα, εἴπερ τῶν πολλῶν ἐστιν ἐξαμαρτάνειν; οὐ τοίνυν ἔχοις ἂν ἐπιδεῖξαι ὅπως τοιοῦτος ὢν ἐπικέχρησαι ἀνθρώπῳ χρηστῷ, τοιούτοις δὲ ἐπιχρώμενος οἷος πρῶτός γ' ἂν αὐτὸς καὶ μέγιστα κακὰ παθεῖν καὶ νῦν μηδὲν ἀγαθὸν πάσχειν, μηδέ σοι ἀρκέσειν τὰ τείχη· ῥᾳδίως τὰ κακὰ ὑπεράλλεται καὶ παραδύεται. σκόπει δ' οἷον καὶ αἱ νόσοι ποιοῦσιν· οὐδένα γὰρ πυρετὸν οὐδὲ τεῖχος εἴργει, οὐδὲ ξενικὸν τὸν κατάρρουν, ὥστε μὴ οὐχ οὕτω διατεθῆναι τῶν τυράννων ὅντινα βούλει, ὥσπερ ἂν τὸν ἀποροῦντα δοκοῦντα ἄνθρωπον. τίνος οὖν σοι καὶ ὑγιειναὶ φυλακαὶ παρεσκευασμέναι ἕνεκεν ἀλλ' ἢ ἀμαθίας, ὅπως ὡς μάλιστα ταύτην διαφυλάττωσι, καὶ πλείστοις ἧς ἐν κακοῖς καὶ ἐν φόβοις; (5) ἢ γὰρ οἴει ἄλλοθέν ποθεν τοῖς ἀνθρώποις εἶναι τὰ κακὰ ἢ ἐξ ὧν ἂν μὴ εἰδῶσιν ὅ τι ἂν αὐτοῖς ᾖ πρακτέον; πάνυ οὖν μοι δοκεῖς καὶ σὺ τῶν τυράννων εἶναι· οὗτοι γὰρ οὐδὲ τῶν παίδων πλείω νοῦν ἔχουσι. παῦσαι οὖν, ὦ 'γαθέ, καὶ εἴ τί σοι βούλει ἀγαθὸν εἶναι, σκόπει πόθεν τι πράξεις τῶν δεόντων τοῦτο δὲ οὐδέποτε ἂν δυνηθείης μὴ διδαχθείς. ἆρα οὖν εἴ τινά σοι τῶν Ἀθήνησι δικαστῶν πέμψαιμι; οἳ γὰρ ὁσημέραι τοῦτο πράττουσι περὶ τῶν ἀδίκων, οἴονται καὶ αὐτοὶ μέγιστοι εἶναι καὶ τοὺς ἄλλους παρέχεσθαι μηδὲν κακὸν μήτε ἔχοντας μήτε πράττοντας.

aliter. Hoc enim est amentium, illud vero eorum qui uti hominibus sciunt ac publici commodi caussa aliquid faciunt. Vide igitur ut pro eis, quæ sine ratione facere conaris, te ipsum committas homini, qui tanquam medicus persanatum te liberet opinione, quæ multa tibi nunc hæret atque prava. Tu enim qui malo afficere homines possis quæris, beneficio vero ne data opera quidem afficere quenquam possis. (2) Iam dominantem in potestate sua tenere alios multum distat a latrocinio una cum perditissimis hominibus in obvium quemque exercendo. Hoc enim non modo bestiarum probissimæ quæque non committunt, verum ne lupi quidem, quo animali malignius atque sævius aliud nullum est, quos tu mihi videris feritate superasse. His enim satis est malignis solum esse, tu vero mercede insuper data hominibus improbissimis et istis quicquid delinquendi potestatem facis, et ipse æmulari illos studes atque superare. (3) In viam igitur redi, o bone, magisque descende in te ipsum. Ubinam es terrarum, quidque proficis isto, quo tantopere studes, apparatu? nimirum non credis utique talia te facientem quoquam hominum esse meliorem. Si autem non es quoquam melior, neque in hoc ipso operam collocas, quid tibi censes aliud quam calamitatem et metum et magna pericula eventurum? quanquam nescio qui in maiore quam nunc calamitate versari possis. Quis enim injustus homo in calamitate non versetur? quis improbus ac superbus non male sese habeat, quippe ab omni bono destitutus? atque hæc tibi videtur vitalis esse vita, ob eamque vel mortis periculum non dubitas subire? (4) et qui non putas hos tibi insidias struere maxime, siquidem nefas admittere plurimorum est? Non poteris igitur te, quum talis sis, probo uti homine demonstrare, eiusmodi autem utens hominibus persuasum habe, te primum ipsum vel maxima mala perpessurum, et nunc quoque haudquaquam bene te habere, neque præsidio tibi mœnia futura: facile mala transiliunt seque insinuant. Vide et morbi quomodo se habeant. Nullam neque febrem murus arcet, neque epiphoram exercitus, ut fieri nequeat quin tyrannorum quivis eodem modo quo qui inopia laborare videtur homo afficiatur. Quid est igitur cur et tuendæ valetudinis custodias disponas, nisi pro tua ignorantia, quas quantumvis vigilanter subeant, in summis tamen malis versaberis et periculis? (5) an aliunde putas hominibus mala evenire quam ex eo quod quid faciendum sibi sit ignorent? quare tu quoque videris mihi ex veris tyrannis esse: hi enim ne infantibus quidem plus sapiunt. Subsiste igitur, o bone, et si bene tibi esse cupis, cura ut officii tui partes expleas, id quod nisi edoctus nunquam poteris. Visne ex Atheniensium iudicibus unum tibi mittam? nam qui in maleficis castigandis quotidie versantur, et ipsi sibi celsissimi videntur et reliquos eo se adducere posse opinantur, ut mali neque habeant quicquam neque faciant. Valere au-

ἐρρῶσθαι δὲ ἢ χαίρειν οὐ θέμις μοι γράφειν, ἕως ἂν ᾖς τοιοῦτος καὶ μετὰ τοιουτοτρόπων βιοῖς.

tem aut salvere te iubere nefas mihi est, donec sis talis et cum talibus conversere.

μα'. Μελησίππῳ.

Οὐ δοκεῖ μοι πᾶς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐν ἀρετῇ δύνασθαι, ἐπεὶ πολλῶν ἡ πρόθεσις καθαιρετικὴ τῆς ἀξίας γίνεται· οὐδὲ γὰρ ὁ τοῦ Μέλητος εἰπὼν τὸν Δία πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε ἐκύδηνεν ἀλλ' ἐμείωσεν, ἐπεὶ χαλεπόν, εἰ οὓς οἱ γεννήσαντες διὰ πονηρίαν ἀπολέγονται, Διὸς εἶναι παῖδας πιστεύομεν. ταῦτα οὖν ὁ κύων μόνα δυνήσεται, ἃ κατ' ἀρετὴν ἐνεργεῖται.

XLI. Melesippo.

Non videtur mihi quivis ex nostra doctrina proficere in virtute, quoniam multorum indoles talis est, quæ eius dignitatem detrahat. Neque enim Meletis filius, quum hominum deorumque patrem dixit Iovem, auctoritatem eius auxit, sed imminuit, quia difficile est, quos qui genuere ob improbitatem repudiant, Iovis esse filios credere. In his solis igitur, quæ sunt in virtute posita, canis proficiet.

μβ'. Μελεσίππῃ τῇ σοφῇ.

Ἔφθασεν ἡ χείρ μου πρὸ τῆς σῆς ἀφίξεως τὸν ὑμέναιον ᾆσαι, ἐγίγνωσκε δὲ τὴν ἀφροδισίων ἀποπλήρωσιν εὐποριστοτέραν εὑρῆσθαι τῆς κατὰ γαστέρα. ὁ γὰρ κυνισμός, ὡς οἶσθα, φύσεώς ἐστιν ἀναζήτησις· εἰ δέ τινες μέμφοιντο τὴν προαίρεσιν ταύτην, ἀξιοπιστότερος ἐπαινῶν ἐγώ.

XLII. Melesippæ sapienti.

Manus mea, priusquam venires, hymenæum cecinit, noverat autem rei venereæ expletionem inventu faciliorem esse quam ventris. Cynismum enim scis naturæ esse indagationem : si qui vero hanc reprehendant disciplinam, ego ipsam laudans maiore sum fide dignus.

μγ'. Μαρωνίταις.

Ὀρθῶς ἐποιήσατε τὴν πόλιν μεταχρηματίσαντες καὶ καλέσαντες ἀντὶ Μαρωνείας ἥτις νῦν καλεῖται Ἱππαρχίαν, ἐπεὶ κρεῖττον ὑμῖν ἀπὸ Ἱππαρχίας λέγεσθαι, γυναικὸς μέν, ἀλλὰ φιλοσόφου, ἢ Μάρωνος, ἀνδρὸς οἰνοπώλου.

XLIII. Maronitis.

Recte fecistis, quod urbis vestræ nomen mutavistis eamque pro Maronea Hipparchiam appellavistis, quoniam magis vos decet a femina eaque philosopha Hipparchia quam a viro eoque vinario Marone nominari.

μδ'. Μητροκλεῖ.

Οὐ μόνον ἄρτος καὶ ὕδωρ καὶ στιβὰς καὶ τρίβων σωφροσύνην καὶ καρτερίαν διδάσκουσιν, ἀλλ' εἰ χρὴ οὕτως φάναι, καὶ ποιμενικὴ χείρ. ὤφελον καὶ τὸν πρὶν ἐκεῖνον βουκόλον ὄντα ἐξεπίστασθαι. ἐπιμέλου οὖν καὶ ταύτης ἔνθα ἂν ἐπείγῃς· ἔστι γὰρ ἐκ τῆς συντάξεως τοῦ ἡμετέρου βίου. τὰς δὲ πρὸς τὰς γυναῖκας ἀκρατεῖς ἐντεύξεις πολλῆς δεομένας σχολῆς ἔα πολλὰ χαίρειν· οὐ γὰρ σχολή τι μόνον πτωχὸν αἰτεῖν κατὰ Πλάτωνα, ἀλλὰ τῷ ἐπ' εὐδαιμονίαν σύντομον ἐπειγομένῳ ἡ πρὸς γυναῖκας ἔντευξις ὄνησιν φέρει ἀνθρώπων δ' ἰδιωτῶν πολλῶν, οἷς ὁμοίως διὰ ταύτην τὴν πρᾶξιν ζημία, περιμαθήσεις παρὰ τοῖς μεμαθηκόσιν ἐκ παντὸς ἐργάσασθαι. σὺ μὴ ἐπιστρέφου, μηδ' εἴ σε διὰ τὸν τοιοῦτον βίον κύνα τινὲς ἢ ἄλλο τι ἀποκαλῶσι χεῖρον.

XLIV. Metrocli.

Non solum panis et aqua et stramentum atque pallium modestiam docent atque tolerantiam, verum etiam, si ita licet dicere, manus pastoricia. Utinam iam pridem bubulcum illum nossem. Hanc igitur, quocunque tendas, cura : est enim ad nostram vivendi rationem accommodata. Intemperantem vero cum mulieribus consuetudinem, quum multo indigeant otio, prorsus valere iube. .

. . . .

tu noli deficere, etiamsi eiusmodi ob vivendi rationem canem te quidam aut alio deteriore appellavit nomine.

με'. Περδίκκᾳ.

Αἰσχύνου ἐφ' οἷς γράφων ἀπειλεῖς μοι, ὅτι δῆτά σοι οὐ πείθομαι χείρων Ἐριφύλης γενέσθαι καὶ χρυσοῦ ἐμαυτὸν ἀνταλλάξασθαι κακῶς. τοῦτο γὰρ ἀξιοῖς, καὶ λόγοις μὲν ἅπτεσθαί μου οὐκ ἀναβάλλῃ, ἀπειλεῖς δὲ ἀπειλὴν κανθαρίδος, ἀποκτενεῖν, καὶ οὐκ οἶσθα ὅτι δράσας τοῦτο ἀντιπείσῃ. ἔστι γάρ τις, ᾧ μέλει περὶ ἡμῶν, ὃς καὶ τῶν τοιούτων τὴν ἴσην δίκην τοὺς ἄρξαντας ἀδίκων ἔργων εἰσπράττεται, καὶ ζῶντας μὲν

XLV. Perdiccæ.

Erubesce minis, quas litteris in me iactas, quod deteriorem Eriphyle me tibi præstare nolim, neque auro memet ipsum turpiter permutare. Hoc enim poscis, et verbis me non cessas insectari, cantharidisque more minaris cædem, neque hoc si feceris te pœnas scis daturum. Namque est aliquis, qui nostris rebus consulit, quique iustas ejusmodi criminum pœnas ab iniuriarum auctoribus repetit, et a viventibus quidem simplices,

ἁπλοῦν, τελευτήσαντας δὲ δεκαπλάσιον. ταῦτ' ἐγὼ οὐχὶ δεδοικώς σου τὰς ἀπειλὰς ἔγραψα, ἀλλ' οὐ βουλόμενός σε δι' ἐμὲ κακόν τι πρᾶξαι.

μϛ'. Πλάτωνι τῷ σοφῷ.

Διαπτύεις μου τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν ὡς ἐμοὶ μὲν ἐπαχθῆ καὶ χαλεπά, τὸν δὲ βίον οὐδὲν ὠφελοῦντα, οὐκ εὖ ποιῶν. σοὶ μὲν γὰρ ἐπαχθῆ καὶ χαλεπά· ἔμαθες γὰρ ἀπὸ τυραννικῶν τραπεζῶν ἀμέτρως ἐμφορεῖσθαι καὶ γαστρὶ προβάτων, ἀλλὰ μὴ ψυχῆς ἀρετῇ κοσμεῖσθαι· ἐγὼ δὲ ὡς μετ' ἀρετῆς ταῦτα ἐπιτετήδευκα, τίνα ἂν μείζονα ἀπόδειξιν ἢ τὸ μὴ μεταβάλλεσθαι πρὸς ἡδυπάθειαν ἐξόν μοι παρασχοίμην; τόν γε μὴν βίον ἀξιῶ πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων ὠφελεῖν οὐ μόνον δι' ὧν ἔχω, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν τοιοῦτος αὐτοῖς φαίνομαι. τίς γὰρ ἂν ἐφ' οὕτως αὐτάρκη καὶ λιτὸν πολέμιος στρατεύσαιτο; ἐπὶ τίνα δ' ἂν οἱ τοιούτοις ἀρεσκόμενοι βασιλέα ἢ δῆμον πόλεμον ἐξενέγκαιεν; ἀκόλουθα γοῦν τούτοις, ἐκκεκάθαρται μὲν ἡ ψυχὴ κακῶν, ἀφίσταται δὲ κενοδοξίας, ἐπιθυμιῶν δὲ ἀμετρίαν ἐκβέβληκεν, ἀληθεύειν δὲ δεδίδακται, ψευδῶν τε πάντων ὑπερορᾶν· εἰ δέ σε μὴ πείθει ταῦτα, ἄσκει φιληδονίαν καὶ κατάπαιζε ἡμῶν ὡς οὐ μέγα νοησάντων.

μζ'. Ζήνωνι.

Οὐ γαμητέον οὐδὲ θρεπτέον παῖδας, ἐπεὶ τὸ γένος ἡμῶν ἀσθενές ἐστιν, ἐπιφορτίζει δὲ γάμος καὶ τέκνα ἀνίαις τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. οἱ γοῦν ἐλθόντες ἐπὶ γάμον καὶ τέκνων τροφὴν δι' ἐπικουρίαν, ὕστερον γνόντες ὡς πλειόνων ὀχληρῶν ἐστὶ ταῦτα, μετανοοῦσιν, ἐνὸν ἀρχῆθεν πεφευγέναι. ὁ δὲ ἀπαθὴς ἱκανὰ πρὸς ὑπομονὴν ὑπολαβὼν τὰ οἰκεῖα γάμον καὶ τέκνων ἐκκλίνει γένεσιν. ἀλλ' ὁ βίος ἔρημος ἀνθρώπων γενήσεται· πόθεν γάρ, ἐρεῖς, ἡ διαδοχή; εἴθε γὰρ ἐπιλείποι βλακεία τὸν βίον, σοφῶν γενομένων πάντων· νῦν δ' ὁ μὲν ἡμῖν πεισθεὶς μόνος ἴσως ἐπιλείψει, ὁ δὲ σύμπας βίος ἀπειθήσας παιδοποιήσεται. εἰ δὲ καὶ γένος ἀνθρώπων ἐπιλείποι, ἆρα ἄξιον τοσοῦτον ὀλοφύρασθαι, ὅσον καὶ εἰ μυιῶν καὶ σφηκῶν ἐπιλείποι γένεσις; ταῦτα γὰρ τὰ ῥήματα μὴ τεθεαμένων ἐστὶ τὴν τῶν ὄντων φύσιν.

μη'. Ῥήσῳ.

Φρύνιχος Λαρισαῖος ἀκουστὴς ἡμῶν ποθεῖ τὸ ἱππόβοτον Ἄργος θεάσασθαι, ὃς ἀπὸ σοῦ δεήσεται φιλόσοφος ὢν οὐ πολλῶν.

μθ'.

Ὁ κύων Ἀρουέκᾳ γνῶναι σαυτόν (οὕτω γὰρ ἂν εὖ πράττοις), καὶ εἴ τις ἄρα περὶ ψυχῆς νόσος, οἷον ἀφροσύνη, ταύτης ἰατρὸν λαμβάνειν, τοῖς θεοῖς εὐχό-

decemplices vero a mortuis. Hæc non quasi minas tuas timerem scripsi, sed quod mea caussa te nolo admittere quicquam nefas.

XLVI. Platoni sapienti.

Despicis pallium meum atque peram tanquam gravia mihi et molesta, neque quicquam vitæ commodi afferentia, immerito. Tibi enim gravia et molesta, quoniam tyrannorum in epulis te ingurgitare didicisti, oviumque vellere, nec vero animi virtute te ornare; ego vero quod cum virtute hoc factitarim, quodnam gravius afferre possim argumentum, quam quod ad mollitiem data occasione non defecerim? ac videor mihi humano generi maiorem quam universi homines afferre utilitatem, non eis quæ habeo tantum, verum et eo, quod talis ab eis conspicior. Quis enim in tam modestum atque simplicem impetum hostis faciat? cuinam regi vel populo talibus contenti bellum inferant? Hinc fit ut anima libera sit a malis, a vana gloria abstineat, nimias cupiditates arceat, verax sciat esse et omne mendacium aspernari. Hæc si tibi fidem non faciunt, luxuriam exerce, nosque deride ut parum sapientes.

XLVII. Zenoni.

Abstinendum a matrimonio atque ab educandis liberis, quoniam genus nostrum imbecillum est, onerantque matrimonium atque liberi angoribus humanam imbecillitatem. Quare qui ad matrimonium iungendum liberosque educandos adiutorii sibi parandi caussa accessere, hos posthac, ubi quantas hoc afferat molestias cognoverint, pœnitentia subit, quam poterant ab initio evitare. Qui vero nulla re facili perturbatur, suasque putat res sufficere ad quidvis tolerandum, matrimonium declinat liberorumque procreationem. At sic inopia fiet hominum: unde enim, inquies, progenies? Utinam mollities nos deficeret omnesque saperent homines. Nunc vero qui nobis morem gerit unus fortasse, carebit liberis, reliqui vero omnes homines liberos procreabunt. Verum etiamsi deficeret humanum genus, num æque hoc deplorandum ac si muscarum vesparumque deficeret propago? sic enim loqui solent, qui naturam rerum non indagarunt.

XLVIII. Rheso.

Phrynichus Larissæus auditor noster equis alendis clarum Argos cupit videre, isque philosophus quum sit, non multa abs te postulabit.

XLIX.

Canis Aruecam iubet se ipsum noscere (sic enim recte valebis), et si quo morbo laboret animus, velut insania, huius medicum capere, idque non sine deorum implora-

μενος, ἵνα μὴ δοκοῦντα λαβὼν θάτερον ποιῇς. χρόνιζε δὲ μὴ οὕτως· οἶνος γάρ σοι θησαυρίζεται, ἀλλὰ μὲν βλάψεις υλησει. ταῦτα δὲ ποιῶν οὐ μόνον ἐμοὶ φίλος πολλοῦ ἄξιος, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι. τὸ δὲ ἐρρῶσθαί σε καὶ τὸ χαίρειν ἐν τῷ μὴ ἀμελῆσαι τῶν γεγραμμένων ἐπέσταλται.

ν'. Χαρμίδᾳ.

Σοφίσματά μοι καὶ γρίφους ὁ σὸς γνώριμος Εὐρήμων προύτεινεν ἐξησκημένα ὡς ἔνι μάλιστα. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπὶ τούτοις ἀξιῶ τὴν ἀρετὴν σεμνύνεσθαι, ἃ ταῖς κεναῖς καὶ δυσανοίκτοις πυξίσιν ἔοικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ βίῳ, ὃν γυμνὸν ἐπιδείκνυσθαι πρέπει τοῖς ἐντυγχάνουσι. μετὰ γοῦν τὰς χαλεπάς τε καὶ κατησκημένας ζητήσεις ὁ γενναῖος καὶ σοφὸς Εὐρήμων περὶ τῶν μητρῴων πρὸς τὸν πατέρα μόνον οὐχὶ γυμνὸς ἐπαγκρατίαζε, καὶ τὴν μάχην τοῦ σοφοῦ ἔνιοι τῶν ἐπιτυχόντων φορτικῶν ἀνδρῶν διέλυον. ἔδει δέ, εἴπερ ἀρετῇ συνετέθραπτο, ἢ τὴν ἀρχὴν μηδὲ συστῆναι χρημάτων ἐπιθυμίαν περὶ αὐτόν, ἢ πάσης κακίας ἐστὶν αἰτία, οὐ τῆς σεμνοτάτης φιλοσοφίας, ἧς ἀφῃρῆσθαι τὸ σύμπαν πάθος. οἱ Ἀθηναῖοι δὲ καθ' ὑμᾶς φιλοσοφήσαντες ἐοίκασι τοῖς ἐπαγγελλομένοις ἄλλους ἰατρεύειν, ἃ μὴ αὐτοὺς ἰᾶσθαι δεδύνηται.

να'. Ἐπιμενίδῃ.

Ἐπιμενίδῃ σοιασσατοιδιεα δι' ἀρετὴν ἀνατλῆναι μένοις ἂν οἴκοι τὴν γαστέρα τέρπων καὶ τὸ σωμάτιον κοσμῶν. ἀκούω γάρ σε ἀρετὴν ἐπαγγέλλεσθαι, καί μοι τὸ πρᾶγμα οὐκ ἐφάνη παράδοξον· εἶναι μὲν γὰρ ἐσθλὸν κατὰ Σιμωνίδην αλεπόν, ἐπαγγέλλεσθαι δὲ ῥᾴδιον.

tione, ne . . . . . Noli autem tam diu cunctari : . . . . Hæc vero si feceris, non mihi solum, verum et reliquis omnibus amicus eris carissimus. Valere te autem et salvere, si quæ scripsi non neglexeris, me habes iubentem.

L. Charmidæ.

Argutias mihi atque griphos familiaris tuus Euremo proposuit quam fieri potest politissimos. Ego vero non istis rebus virtutem velim gloriari, quæ inanis et ad aperiendum difficilis pyxidis speciem referunt, sed potius vita, quam nudam decet in omnium conspectu collocare. Iam post spinosas illas et eruditione plenas quæstiones nobilis atque doctus Euremo de bonis maternis cum patre tantum non nudus decertabat, eamque docti hominis pugnam importuni quidam homines forte supervenientes dirimebant. Debebat autem, si quidem revera virtute innutritus erat, aut omnino procul ab ipso pecuniæ aviditas abesse, quæ omnis improbitatis caussa est, aut sanctissima philosophia ab omni affectu libera præstari. Athenienses vero vestro more philosophantes similes iis sunt, qui quos morbos in aliis sanare pollicentur, iisdem ipsi laborantes mederi nequeunt.

LI. Epimenidi.

. . . . genio indulgens tuo pelliculamque curans. Audio enim, virtutem te polliceri, id quod nequaquam mirum mihi visum est : esse enim probum, ut ait Simonides, difficile est, facile vero polliceri.

ΔΙΩΝΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

DIONIS EPISTOLÆ.

α'. Ῥούφῳ.

Συνίστημί σοι τὸν φέροντα τὴν ἐπιστολὴν ἄνδρα πράγματα μὲν ἔχοντα δι' ἀντιδίκου φιλονεικίαν, αὐτὸν δὲ τοῖς φίλοις παρέχειν οὐ βουλόμενον, ἔτι δὲ καὶ τἄλλα οἷον ἂν σὺ ἐπαινέσειας, μέτριος καὶ ἐπιεικής· τὸ γὰρ τοῦ γένους καὶ πολιτικοῦ ἀξιώματος οὐδ' οἶμαί σε δεῖσθαι πυνθάνεσθαι, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα αὐτῷ ὑπάρχει.

I. Rufo.

Commendo tibi virum, qui has literas tibi reddit, quique vexatur litigatoris contentione et rixa, ipse autem amicos vexare non vult, ac præterea etiam is est, qui tibi placere possit, moderatus scilicet et modestus. Nam de genere eius ac dignitate politica tibi ne quærendum quidem esse puto: quippe et hæc ei præsto sunt.

β'. Ῥούφῳ.

Ἑρέννιον τὸν ἐμὸν ἑταῖρον φθάνεις μὲν ἐπιστάμενος, οὔπω δὲ ἱκανῶς, ὅσον ἐγὼ βούλομαι. οὐδὲ γὰρ νῦν ἂν δυναίμην ἴσως εἰπεῖν ἅπαντα τὰ προσόντα αὐτῷ· τοσαῦτα μέντοι ἄξιον αὐτὸν μαρτυρῆσαι ὡς καὶ γέγονεν ἡμῖν ἐκ πλείονος φίλος καὶ ὅσα πεῖραν ἤδη τῷ χρόνῳ δέδωκε. καὶ περὶ τοὺς λόγους πρότερον μὲν ἐζήλωσε, νῦν δὲ καὶ ὑπερεβάλετο. ἔστι γὰρ ῥήτωρ ἀγαθός, ἔτι δ' ἂν γένοιτο βελτίων σοὶ συνὼν καὶ ὑπὸ σοῦ προαγόμενος. σὺ δέ μοι τὰ πολλὰ περὶ πολλῶν χαριζόμενος ἐν τοῖς μάλιστα ἂν χαρίζοιο καὶ Ἑρέννιον σαυτοῦ νομίζων.

II. Rufo.

Herennium socium meum antea quidem novisti, sed non tantum, quantum ego volo. Quanquam fortasse nunc non omnes eius virtutes animique proprietates enumerare licuerit. Illud tamen dignum est quod testificer diu eum fuisse amicum nostrum et amicitiæ eum in his temporibus significationem fecisse. Eloquentià olim nobiscum concertavit, nunc adeo superavit; est enim optimus orator, et præstabilior etiam evadet, ubi familiaritate ei tua et institutione uti licuerit. Tu vero, qui multa mihi multorum causa gratificatus es, hoc mihi potissimum dabis, ut Herennium velis tuum esse.

γ'. Εὐσεβίῳ.

Παρόντα σε βλέπειν οἴομαι ταῖς ἐπιστολαῖς ἐντυγχάνων αἷς ἐπιστέλλεις, ὥστ' εἰ γράφοις μοι συνεχέστερον ἥκιστ' ἂν ἐπὶ τῇ ἀπουσίᾳ δυσχεραίνοιμι.

III. Eusebio.

Præsentem te conspicere mihi videor, cum in literas quas scribis incido, ita ut si mihi sæpius scribas, ex absentia tua minus doloris percipiam.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἀνιαρὰ μὲν εἶναι τὰ συμβάντα Δρακοντίῳ καὶ κακῶν ἔσχατα τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ἀνθρώπινα δὲ καὶ πολλοῖς ἤδη γεγενημένα. διὸ καρτερεῖν μὲν ἐπ' ἐκείνοις ἀνάγκη καὶ φέρειν ἑκόντας· δεῖ γάρ, κἂν ἄλλως ἔχῃς, κἂν σφόδρα τοῦ πάθους ἡττᾷ, ὑπὲρ τῶν ὄντων ὁρᾶν ὀρθῶς, ἵνα μὴ τὰς μὲν συμφορὰς ἄριστα διηνυκέναι δοκῇς, περὶ δὲ τοῦ ζῶντος οὐκ ἄριστα φρονεῖν.

IV. Eidem.

Acerba esse quæ Dracontio acciderunt extremaque malorum, humana tamen esse multisque iam percepta, quis est qui non confiteatur? Unde nos constantes esse oportet et molliter ferre quæ divinitus acciderunt. Necesse enim est, ut etiamsi aliter habeas atque impar sis dolori, de instantibus verissime iudices, ne malam fortunam optime absolvisse, de vivo autem minus recte iudicare videaris.

ε'. Σαβινιανῷ.

Οὐχ ὄκνῳ τοῦ γράφειν οὐδ' ὑπεροψίᾳ τινὶ σεσιώπηταί μοι τὰ πρότερον. καί σοι ἂν ὡμολόγουν εἶναι σχετλιώτατος ἀνθρώπων, εἰ τέχνῃ μὲν τὸ λέγειν ἀσκήσας ἐπιστέλλειν οὐκ ἐβουλόμην, ἠμέλουν δὲ φίλου, ᾧ καὶ συνεχόρευσα τὰ τῶν Μουσῶν καὶ τὰ ἱερὰ συνετελέσθην, ὅσα δὴ πάντων ἐν Ἕλλησιν ἁγιώτατα.

V. Sabiniano.

Non fugà laboris epistolici neque superbia elatus antea reticui. Nimirum faterer miserrimum me esse hominum, si artem dicendi edoctus literas dare recusarem nullamque amici curam agerem, quocum ad Musarum olim numeros me movi et mysteriis initiatus sum omnium quæ per Græciam sunt longe sanctissimis.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

DIONYSII SOPHISTÆ ANTIOCHENI

EPISTOLÆ.

α'. Φιλοξένῳ ἐπισκόπῳ.

Πρᾶγμα ἐμοὶ ποθεινὸν ἐπιστολὴ παρ' ὑμῶν, καὶ εἴθε μὲν ἐξεγένετό μοι καὶ αὐτῆς συνιέναι τῆς φωνῆς· οὕτω γὰρ ἂν ἥδιον ἔσχον ὥσπερ τις ἐραστὴς αὐτὴν ὁρῶν τοῦ ποθουμένου τὴν ὄψιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς εἰκόνας εἰώθαμεν ἀγαπᾶν τῶν ἐρωμένων, ὅταν αὐτοὺς μὴ δυνηθῶμεν ἰδεῖν. τὰ σύμβολα δέ, ὅτι μὲν τῆς ἑορτῆς ἐστιν, ἀγαθά μοι δοκεῖ· διότι δὲ παρ' ὑμῶν, διπλάσια δικαίως νομισθήσεται.

I. Philoxeno episcopo.

Optata mihi res est epistola vestra, atque utinam mihi et ipsam vocem audiendi fieret potestas : sic enim suavius agerem velut amator qui ipsum amati vultum conspicit. Nihilo minus etiam imaginibus eorum quas amamus contenti solemus esse, si ipsos non possumus videre. Stips, quoniam festo die collecta est, grata mihi videtur, sed quia a vobis, duplex iure putabitur.

β'. Διονυσίῳ.

Αὐτὴν ἐδάκρυσα τὴν γῆν, ἐπειδὴ τὴν σὴν ἤκουσα σιωπήν· εἰ γὰρ ὁ κύκνος σιγᾷ, τίς ᾄσεται μουσικήν; εἰ δ μεγαλόφωνος Διονύσιος μικρὰ φθέγγεται, τίς οὐ σιωπήσεται; ὡς ἔδει τὴν ψυχὴν πολλοῖς σώμασιν ἐνηχεῖν, ὅπως ἂν ᾖ τοῦτο κἀμοὶ πρὸς ὑπηρεσίαν τῆς τέχνης· δεινὸν γὰρ εἴ τις ἄριστος αὐλητὴς κατεαγότων αὐτῷ τῶν αὐλῶν δι' ἀπορίαν ὀργάνων εἰς θέατρον μὴ καταβαίνει.

II. Dionysio.

Ipsam terram deflevi, quum tuum audivi silentium. Nam si olor tacet, quisnam canet musicam? et si alta voce præditus Dionysius summisse loquitur, quis non tacebit? oportebat enim animam multa corpora personare, quo etiam mihi liceat artis officia præstare. Iniquum enim, si optimus tibicen fractis sibi fistulis propter instrumentorum inopiam in theatrum non descendat.

γ'. Στεφάνῳ.

Ὅτι γραμμάτων ἐμῶν ἐπιθυμεῖς ἠγνόουν· ὡς δὲ ᾐσθόμην ἀφ' ὧν ὁ γραμματικὸς Βερονικιανός μοι διελέχθη, γράφων μὲν οὐ παύσομαι, φιλῶν δὲ οὐκ ἐπαυσάμην.

III. Stephano.

Litterarum mearum desiderio te teneri nesciebam; posteaquam autem ex Beroniciani grammatici sermonibus intellexi, scribere non desinam, amare vero non desieram.

δ'. Εὐσεβίῳ.

Ποιήσαντες ὑμῶν ἐραστὴν ἐποιήσατέ με καὶ τολμηρόν, ὥστε οὐ παύσομαι γράφων, κἂν πολλάκις αἰτιάσησθέ με θρασύτητος. τί γὰρ ἂν καὶ ποιήσειεν ἄνθρωπος ἐρῶν καὶ παύσασθαι μὴ δυνάμενος;

IV. Eusebio.

Quod in amicitiam me recepistis, sane audacem quoque me reddidistis, ut finem scribendi non faciam, etiamsi sæpe me accusetis confidentiæ. Quid enim et faciat homo amans quique nequit desinere amare?

ε'. Τῷ τὰ ὀξίδια πέμψαντι.

Τοὺς κεράμους ὅτι μὲν πρωτείους ἐπέγραψας εἶδον, ὅτι δὲ μὴ προσέθηκας ὄξους ἐπελαβόμην· τοῦτο γὰρ

V. Ei qui miserat acetabula.

Urceos quidem « primarios » te inscripsisse vidi, quod autem « aceti » non addideris reprehendi. Hoc

ἐπιγράφων κἂν ἀληθεύειν ἐδόκεις καὶ ἀσφαλεστέρους ἐποίεις τοὺς πειρωμένους. νῦν δὲ ὑπὸ τῆς ἀγνοίας ὡς οἶνον ἁρπάζοντες λανθάνουσι κινδυνεύοντες.

enim inscribens et verum dicere visus esses et tutiores præstitisses experientes. Nunc vero inscitia sua quasi vinum rapientes inopinato in periculum incidunt.

ϛʹ. Τῷ αὐτῷ.

Ἡ φιλότιμος καὶ δικαία σου δωρεὰ μέχρι μὲν πρώην ἀνέπαφος ἦν, ἐπεὶ μηδὲ ἰδεῖν αὐτὴν ἠνειχόμην, οὕτω μεγάλην οὖσαν ἐρυθριῶν. ὡς δὲ ἔδει τῶν κεράμων ἕνα πέμψαι φίλῳ γνησίῳ κατὰ χρείαν ἐπιδημοῦντι, τότε ᾐσθόμην ὅτι καὶ δόλον εἶχεν ἐν ἀπορρήτῳ καὶ τὸν πέμψαντα ὡς ἀληθῶς ἐμιμεῖτο. γελοῖον δὲ ὅτι καὶ σημεῖον ἐπέθηκας αὐτοῖς οἷον εὐφρᾶναι τὸν ἀπατώμενον. οὐδὲν δὲ ἀπεικὸς ἐπεπόνθειν πολλάκις ἐφ' οἷς ἐπείσθην διαμαρτών.

VI. Eidem.

Magnificum tuum præclarumque donum diu intactum iacuit, quoniam ne aspicere quidem sustinebam, tantam eius magnitudinem erubescens. Quum vero unus ex urceis amico viro mittendus esset negotii caussa hic agenti, tum demum intellexi etiam dolum continere clandestinum et eum qui misit revera imitari. Ridiculum vero, quod etiam signum eis imposueras, quod deceptum oblectaret. Nihil tamen præter exspectationem mihi accidit, quem sæpenumero fidem habentem spes fefellit.

ζʹ. Τῷ αὐτῷ.

Οἱ κέραμοί σου κενοὶ μὲν ἦσαν ἀρθέντες, λυπηροὶ δὲ ἀνοιχθέντες· οὕτω καὶ ὀλίγον ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχε καὶ πονηρόν. ὥστε, εἰ τοιαῦτα τιμᾷς, ἀμείνων ἂν εἴης ἀγνωμονῶν.

VII. Eidem.

Urcei tui, quum tollerentur, vacui erant, ægritudinem autem afferebant aperti. Adeo parum in ipsis erat et vitiosum, ut, si talibus nos ornas, satius sit te esse ingratum.

ηʹ. Τῷ ἄρχοντι Ἱεραπόλεως.

Οἱ τὰς ἀρχὰς ἐνδόξως μετιόντες, ὥσπερ ὑμεῖς, πλέον τούτου ἐπιτηδεύουσι τοὺς φίλους πλείους ποιεῖσθαι ἐν ταῖς ἀρχαῖς. γινώμεθα τοίνυν φίλοι τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς σῆς ἐγώ τε καὶ ὁ τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐπιδούς, ἐγὼ μὲν ὡς γεγραφώς, ὁ δὲ ἑταῖρος Μόδεστος ὢν βούλεται ῥαδίως ἐπιτυχών.

VIII. Principi Hierapolis.

Qui egregie magistratus gerunt, uti vos, inprimis id curant, ut quam plurimos sibi in magistratibus comparent amicos. Recipiamur igitur in amicitiam magnificentiæ tuæ quum ego, tum is, qui hanc vobis reddit epistolam, ego quidem ut qui scripserim, sodalis vero Modestus facile quæ petit consequendo.

θʹ. Εὐσταθίῳ.

Ἆρα μὴ φαίνομαι βραδὺς εἰς ἐπιστολὴν ἢ τοὐναντίον καὶ ὀχληρός; ἀλλ' εἰ καὶ τὸ δεύτερον δοκοίην, αὐτὸς αἴτιος ἐπιστέλλων ὅτι μετέωρος ἡ χάρις ἐστὶ τὴν ἐμὴν ἀπόκρισιν περιμένουσα.

IX Eustathio.

Videorne tibi tardus ad scribendum, an ex contrario etiam molestus? Sed etiamsi hoc alterum videar, ipse in caussa es, quod scribis, promptam esse gratiam responsum meum exspectantem.

ιʹ. Θεοδώρῳ.

Εἴθε ἦν καὶ πυθέσθαι ὅπως ἡμῖν τοῦ σώματος ἔχεις, ἐπειδή σοι τοῦτο καὶ μόνον ἐνοχλεῖ· τὰ γὰρ τῆς ψυχῆς ἀμείνω καὶ θειότερα πέφυκε. κἂν εὐξαίμην οὕτως ἔχειν ἑτέρους, ὥστε εὐδαιμονέστερον ἐντεῦθεν εἶναι τὸν χρόνον. γράφε οὖν ὁσάκις ἐνδιδῷ σοι τὸ νόσημα, καὶ πότε καὶ πόσον νενίκηται καὶ ὅπως παρεχώρησε ταῖς ἡμετέραις εὐχαῖς. τὸν δὲ ἑταῖρον Ἀρχέλαον ἐκ τῶν ὑμετέρων γραμμάτων ἔχω δι' εὐνοίας, ἀεὶ μεγάλην σύστασιν ἡγησάμενος ἐπιστολὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ.

X. Theodoro.

Utinam etiam certiores fieri liceret, quomodo nobis corpore valeres, quoniam hoc tibi solum affert molestiam: animus enim præstantior ac divinus magis. Vellem et alios sic habere, ut hinc felicius ætas transigeretur. Scribe igitur, quoties per morbum tibi licet, et quando et quantum remiserit et quomodo nostris votis cesserit. Sodalem vero Archelaum vestris ex litteris benevolentia prosequor, magnam semper ratus viri boni epistolam esse commendationem.

ιαʹ. Ἱλαρίῳ.

Ἆρα μὴ λέληθα ἐμαυτὸν εἰς παροιμίαν ἐλθών, καὶ γέγονα λύκος χανὼν διὰ κενῆς; καὶ τίς ἂν πιστεύσειε ταύτην ἐπ' ἐμὲ τὴν παροιμίαν ἰσχύειν, ὅτε ὑμεῖς τὴν

XI. Hilario.

Nesciusne in proverbium incidi et factus sum lupus hians in vacuum? et quisnam credidisset, hoc de me proverbium valere, quum vos ipsam exspectationem

προσδοκίαν ἐποιήσατε, συζεύξαντες τὰ ἆθλα τοῖς ἐπιτάγμασιν; εἰ μὲν οὖν ὡς ἐχρῆν ἠγωνίσμεθα, καὶ λαμπρὰν αἰτοῦμεν τὴν δωρεάν· εἰ δὲ ἧττον ἐξελέξαμεν ἢ νομίζομεν, ἀλλ' οὐ χεῖρον ἠβουλήθημεν ἤπερ ἐφάνημεν. βουλήσει δὲ ἴσως ἅπαντα κρίνεται. ἀπόδοτε τὴν σύνταξιν ἀνθρώποις ἢ δυναμένοις ἢ βουλομένοις, καὶ δότε πρόφασιν ὑμνῆσαι τὴν φιλότιμον καὶ σοφωτάτην ἀρχήν, αὐτοὶ πρὸς ἕκαστον ὑφηγούμενοι τῶν πεπραγμένων.

excitaveritis, mandatis adiungentes præmia? Quod si igitur, uti par erat, certavimus, splendidum etiam munus petimus; sin vero minus exegimus quam putabamus, at non secus voluimus quam videbamur. Ex voluntate autem nisi fallor omnia iudicantur. Reddite constitutum præmium hominibus qui aut possunt aut volunt, et occasionem date celebrandi magnificum et sapientissimum magistratum, ipsi ad singula facta duces vos præbentes.

ιβ'. Ἀζυγίῳ.

Δός μοι τὰς ὑποσχέσεις ἢ μᾶλλον ἀπόδος. λέγω δὲ ἀπόδος οὐ κατὰ τὸν τῶν ὑποσχέσεων νόμον, ἀλλ' ὅτι τὸ θεραπεύειν ἡμᾶς ὡς ὄφλημα σαυτὸν ἀπαιτεῖς. καὶ περὶ ὧν ἤδη τυγχάνω δεηθεὶς ἐπίστειλον ἀκριβῶς, ὅτι τὸ θέρος ἐνδίδωσιν ἢ θαρρεῖν δι' ἡμᾶς ἢ δραμεῖν ὡς ἡμᾶς.

XII. Azygio.

Da mihi promissa vel potius redde. Dico autem redde non iuxta promissionum legem, sed quod nos colere quasi debitum a te ipso repetis. Et de quibus jam petii scribe exacte, quoniam æstas permittit aut bono animo esse propter nos aut properare ad nos.

ιγ'. Ῥωμύλῳ.

Ἐκ μὲν τῆς ἤδη γραφείσης ἐπιστολῆς καὶ πτερωτὸν εἶναί σε διὰ τῆς προθυμίας ἐνόμισα, χρόνου δὲ ἐγγενομένου καὶ πεμφθέντος οὐδενὸς ὧν προσεδόκησα, γράφειν εὐθὺς ἐγκλήματα πικρὸν ἡγησάμην· παρακαλῶ δὲ ἔτι, σπεῦσον ἢ πάντως ἔλπισον τὰ ἐγκλήματα.

XIII. Romulo.

Ex litteris iam scriptis et alatum te esse præ studio existimavi; quum vero tempus intercessisset, nec quicquam eorum, quæ exspectavi, missum esset, statim crimine te compellare acerbum duxi; sed adhuc te adhortor, festina, aut omnino exspecta criminationem.

ιδ'. Φιλοξένῳ.

Τοῦτ' ἐστὶ παλαιὸς ἐραστής, τοῦτο ῥήτωρ δεξιός; οὔτε πρότερος οὔτε δεύτερος ἐπιστέλλεις. καίτοι φιλοῦντός γε ἦν καὶ ἱκανοῦ λέγειν. μαρτυρῶ γὰρ ἡμῖν τὸ πέμπειν ἐπιστολάς. τί οὐ τοῦτο ποιεῖς; ἀπόκριναι γράφων, εἰ μὴ καὶ τοῦτό με ζημιοῖς. ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ σεαυτὸν ἀδικεῖς καὶ ἐμέ, σεαυτὸν μὲν κυρίαν ἐῶν κατὰ σοῦ τὴν αἰτίαν, ἐμὲ δὲ μηδὲ ὑπὲρ ὧν ᾐτιασάμην ἀπολογίας ἀξιῶν.

XIV. Philoxeno.

Hocine est vetus amicus, hoc rhetor peritus? neque prior neque posterior das epistolas. Atqui amantis erat dicendique facultate præditi, testari hoc apud nos epistolis mittendis. Quid igitur hoc non facias? per litteras responde, nisi etiam hoc beneficio me privabis. At hic et ipsi tibi et mihi iniuriam facies, tibi ipsi, quod ratam relinquis in te coniectam criminationem, mihi vero, quod ne digna quidem quæ crimini tibi dedi habes defensione.

ιε'. Πλακιδιανῷ.

Ἤδη σοι γράψας ἐπιθυμοῦντι τὸ μὲν ἡδέως δεχθῆναι τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τοῦ κομίσαντος ἔμαθον, παρὰ σοῦ δὲ οὐδέν. ὥστε ἐξ ὧν μὲν οὐκ ἀπεκρίνω, συμβουλεύεις ἔτι μὴ γράφειν· ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ νῦν αἰτήσας ἀπὸ τῶν ὁμοίων ὧνπερ καὶ ὁ πρότερος ᾔτει, πάλιν σοι γράφω, τὴν δὲ ἐγκαλοῦσαν οὐ πέμψω.

XV. Placidiano.

Postquam cupienti tibi scripsi, epistolam meam cum voluptate a te exceptam esse ab eo, qui attulerat, comperi, a te vero nihil. Itaque quoniam non respondisti, ut non iterum scribam hortaris; quum vero qui nunc petit, similiter petit ut qui petebat prior, rursus tibi scribo, accusatorias vero litteras non mittam.

ις'. Εὐτοκίῳ.

Πρὸς σαυτοῦ καὶ τῆς παλαιᾶς φιλίας ἡμῶν, οὐ δοκῶ σοι γράφων ἀναισχυντεῖν, ἀνδρὶ μηδὲ εἰδέναι μου βουλομένῳ τὰ γράμματα; ἀλλ' ἔτι μὲν ἐλπίζων μεταθήσειν ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπέσταλκα, ἀποτυχὼν δὲ νῦν αὖθις, ἀναιδὴς οὐ κληθήσομαι. τοῦ Μοδέστου δὲ πολύν τινα ἔπαινον ὑπὲρ σοῦ κινοῦντος παρὰ πολλοῖς ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ δι' αὐτοῦ καθάπερ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὑμῖν ὁμιλῆσαι.

XVI. Eutocio.

Per te ipsum et veterem amicitiam nostram, non impudens esse videor, quod tibi scribo, homini qui ne nosse quidem vult meas litteras? sed adhuc sperans vos animum mutaturos etiam in præsenti scripsi. Quod si nunc iterum tulero repulsam, impudens non appellabor; quum autem Modestus multam apud multos de te laudem excitet, necessarium duxi per ipsum quoque uti per epistolam vobiscum conversari.

ιζ'. Λεοντίῳ.

Εἶχον μέν τινα λύπην ἄχρι τοῦ παρόντος καὶ δικαίαν πρὸς σέ, τὴν δὲ αἰτίαν οὐκ ἀγνοεῖς· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἀναμνήσω. γεωργοῖς ἐμοῖς ἐβοήθεις ἀδικοῦσιν ἐμέ. παυσάμενος οὖν τοῦ λυπεῖν ἐπανήγαγες αὖθις εἰς τὸ φιλεῖν. φιλήσω δὲ ἔτι μᾶλλον κἀγώ, εἰ μελήσει σοι τῶν ἐμῶν, ἀλλὰ μὴ τῶν ἀδικούντων ἐμέ.

XVII. Leontio.

Habebam quandam usque ad præsens tempus eamque iustam adversus te offensionem, caussam vero non ignoras; sin ignoras, in mentem revocabo. Agricolis meis auxilium ferebas iniuriam mihi inferentibus. Velim autem offendere desinas et in gratiam mecum redeas. Nam magis te amabo, si res curabis meas, non iniuriam mihi inferentium.

ιη'. Δημοφίλῳ.

Ἄρχε μὲν εὐτυχῶς, εὐτυχήσεις δὲ ὢν ἀγαθός, ἐπεὶ καὶ φιλεῖ τὸ θεῖον τοὺς ἀγαθούς. τὸ δὲ μεμνῆσθαι τῶν φίλων, εἴπερ ἄλλο τι, καὶ τοῦτο βέβαιον παρὰ σοί. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀφελκόντων εἰς λήθην ἔδωκα διπλῆν ἀνάμνησιν ὧν παρεκάλεσα, καὶ τὸν ἐπιδιδόντα καὶ τὸ διδόμενον.

XVIII. Demophilo.

Impera feliciter, felix eris autem, si bonum te præstes, quoniam et amat divinum numen bonos. Habes tu quidem hoc præ ceteris, ut amicorum memoriam constanter teneas; sed quum hæc sit rerum conditio, ut ad oblivionem adducat, duplicem dedi eorum quæ petii admonitionem, et eum qui tradit et id quod traditur.

ιθ'. Ἀραβιανῷ.

Ἡ μὲν ἐπιστολὴ γέγραπται παρ' ἐμοῦ, τὴν χάριν δὲ οὐκ αἰτῶ μόνος, ἀλλὰ πολλοὶ δέονται μετ' ἐμοῦ. σκόπησον οὖν ὅπως μήτε τὴν ἐπιστολὴν τοῖς αἰτήσασι καταλίπωμεν, μήτε οἱ δεηθέντες ὑμῶν ἀποτύχωσι δι' ἐμέ.

XIX. Arabiano.

Epistola quidem a me scripta est, beneficium vero non ego peto solus, sed multi mecum. Vide igitur, ut neque epistolam petentibus deseramus, neque qui petunt a vobis per me repulsam ferant.

κ'. Ἀμμωνίῳ.

Ἄνδρα ἐπιεικῆ καὶ παρὰ τῆς ὄψεως αὐτῆς μαρτυρούμενον τὸν ἀναγνώστην Οὐλπιανὸν εὖ ποιησάτω τὸ μέγεθος τὸ σόν, καὶ δι' ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ δι' ἐμέ· δι' ὑμᾶς μὲν ὡς ἡγουμένους δεξιῶς, δι' ἐμὲ δὲ ὡς ἱκανὸν εἶναι νομίζοντα περὶ ὧν ἐπιστέλλω παρ' ὑμῖν. ἡ δὲ τῆς εὐεργεσίας αἰτία, φιλοπράγμονος ἀντιδίκου καὶ σπουδάζοντος ἐπηρεάζειν ἐλευθερῶσαι.

XX. Ammonio.

Virum æquum et ipsa facie testimonium præ se ferentem, lectorem Ulpianum, beneficiis afficiat celsitudo tua, idque propter vos ipsos et me, propter vos quidem ut qui scienter viam monstretis, propter me autem, ut qui quod peto a vobis impetrare me posse existimem. Beneficii vero caussa est, ut a contentioso adversario et ad lædendum prompto liberetur.

κα'. Ἀνθεμίῳ.

Οὐ παύσομαι γράφων, ἕως ἂν ἀπείπωμεν ἐγὼ μὲν γράφων, σὺ δὲ ἐνοχλούμενος, ὅπως ἂν καὶ μάθω βεβαίως, εἰ δεῖ με περὶ ὧν ἐδεήθην τὴν ἐλπίδα τηρεῖν ἢ μᾶλλον ἀποβαλεῖν.

XXI. Anthemio.

Non desinam scribere, dum satietas utrumque nos ceperit, me quidem scribendi, te vero verborum, quibus aures tuas onerare soleo; ut tandem certior fiam, utrum de eis quæ petii spem oporteat conservare an potius abicere.

κβ'. Νείλῳ.

Συνὼν μὲν ἐλύπεις, ἀποδημήσειν γὰρ ἠπείλεις· ἀποδημῶν δὲ νῦν ἀδικεῖς· τῶν γὰρ ἐν τῇ συνηθείᾳ τερπνῶν ἀποστερεῖς. ἀλλὰ μὴν καὶ γράφων ἐγένου βαρύτερος· τὸ γὰρ ἡδὺ τῆς ἐλπίδος ἀνῄρηκας. ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν πότε ἡμᾶς οὐκ ἠνίασας.

XXII. Nilo.

Præsens quidem dolore nos afficiebas, minabaris enim te abiturum; absens vero nunc iniuriaris : nam consuetudinis nos voluptate privas. At vero et scriptis molestior evasisti : spei enim iucunditatem sustulisti. Itaque dicere non possis, quando nobis ægritudinem non attuleris.

κγ'. Καλλιοπίῳ.

Μεῖζόν με λυπεῖς ὧν ὠφέλησας, οὐ γράφων ἐξ ὅτου ὠφέλησας. ὥστ' εἰ τὸ τυχεῖν ἀγαθῶν τοὺς ποθουμένους παρασκευάζει σιγᾶν, κινδυνεύω μᾶλλον ἀγαπᾶν τὴν βραδυτῆτα τοῦ τάχους, εἰ μέλλοιεν οἱ γνησιώτατοι

XXIII. Calliopio.

Maiore me dolore quam commodo afficis, non scribens ex quo iuvisti. Quare si bonorum impetratio silentium imponit iis quos amamus, parum abest quin tarditatem festinationi præferam, si optimi discipuli, quia non statim

φοιτηταί, διότι μὴ ταχὺ χαρίζονται, συχνότερον ἐπιστέλλειν. τοῦτο μὲν οὖν, ὦ μουσικώτατε, μὴ παύσῃ ποιῶν, μηδὲ ἀφαιροῦ με τοῖς ἐμοῖς καρποῖς ἐντυγχάνειν, ὑμετέραις ἐπιστολαῖς. ἃ δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ πρακτέον, ἀφίημι τῷ θεῷ καὶ ὑμῖν, ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀπειρόκαλος εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πλειστάκις διαλεγόμενος.

gratificantur, crebrius velint mittere litteras. Hoc igitur, doctissime, facere non desine, neque eripe ius mihi meos legendi fructus, vestras epistolas. Quid autem pro me faciendum sit, committo deo atque vobis, ne videar importunus esse de iisdem identidem verba faciens.

κδ'. Σεβήρῳ.

Οὔτε πατὴρ οἷός τε εἴη μισῆσαι τοὺς ἐξ αὐτοῦ φύντας οὐδέποτε, καὶ παιδευτὴς ἀμείνων ἔοικεν εἶναι πατρός· ὁ μὲν γὰρ ἐν ἡδονῆς τύχῃ παιδοποιεῖται, ὁ δὲ ἐν προαιρέσει τέχνης ἀγαθοὺς εἶναι παρασκευάζει. μένε οὖν θαρρῶν ὡς ἀγαπῶ σε κατὰ τὸν ἀμείνω πατέρα τὸν τῆς τέχνης, καὶ μηδέποτε μικροψυχίας ἁλῷς, εἴ τις ἄρα καὶ γέγονεν, ἐπεὶ καὶ πατέρες οἱ τῆς φύσεως ἐνίοτε παραλυποῦσι τοὺς παῖδας, ἀλλ' οὐκέτι καὶ πολεμοῦσιν ἀλλήλοις.

XXIV. Severo.

Neque pater unquam possit ex se prognatos odio persequi, et patre præceptor præstantior esse videtur : ille enim voluptatis casu liberos procreat, hic vero artis consilio bonos efficit. Noli igitur dubitare quin amem te ut præstantior artis iure pater, neque ignaviæ unquam convincaris, si quæ omnino iam accidit, quoniam et qui natura sunt patres ægritudine quidem nonnunquam liberos afficiunt, at non etiam bellum gerunt invicem.

κε'. Φιλοξένῳ.

Εὖ πρᾶττε, φίλων ἄριστε καὶ ῥητόρων· οὕτω γὰρ ἐγὼ διατελῶ περὶ σοῦ τὰ μὲν εὐχόμενος, τὰ δὲ προσδοκῶν. καὶ σὺ μὲν ὅτι μέμνησαι φίλων καὶ σπεύδεις ὑπὲρ ἡμῶν, εἰσὶν οἱ δεῦρο ταῦτα συνεχῶς ἀπαγγέλλοντες· προστίθει δὲ τούτοις τὸ λειπόμενον καὶ δίδου συνεχῶς ὑμετέραις ἐντυγχάνειν ἐπιστολαῖς.

XXV. Philoxeno.

Bene tibi sit, amicorum optime et oratorum : sic enim ego de te semper quum vota facio, tum exspecto. Et te quidem amicorum meminisse et nobis bene velle sunt qui huc continenter nuntient. His vero quod deest adde et fac ut continenter tuis fruar litteris.

κς'. Εὐσταθίῳ.

Ὁ γράφων ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν φίλος ὑμῖν, ὁ κομίζων φίλος ἐμοί, γένοιτο τοίνυν καὶ σοὶ δι' ἐμέ. καὶ γνῶθι κἀνταῦθα ποδαπός τίς εἰμι φίλους εἰσάγων τοῖς φίλοις. ἐφ' οἷς δὲ ἥκει καὶ ὅπως αὐτὰ χρὴ διαθεῖναι, τὰς μὲν αἰτίας αὐτὸς διηγήσεται, πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ὑμεῖς ὑφηγήσασθε καὶ φιλοῦντες ἄγαν καὶ φρονοῦντες ἱκανῶς.

XXVI. Eustathio.

Qui scripsi epistolam ego amicus vobis, qui perfert amicus mihi, quare et per me fiat tibi. Et hinc etiam qualis sim intellige, qui amicos amicis commendem. Quamobrem autem veniat et quomodo ea conficienda sint, caussas ipse enarrabit, alterius vero multa vestra benevolentia et prudentia estote ei adiutores.

κζ'. Ἰωάννῃ.

Ἀεὶ μὲν φόβος ἡγεῖταί μοι τῆς πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῆς, θεραπεύει δὲ αὐτὸν ἡ πραότης ἡ παρ' ὑμῖν. γράφω τοιγαροῦν τῆς εἰς ὑμᾶς ἐλπίδος ἀντεχόμενος, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται βλέποντες εἰς τὸν ἀπευθύνοντα τῶν ἀστέρων. ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμεῖς οὕτω καταλάμπετε, μείνατε καὶ οὕτως εὐεργετοῦντες.

XXVII. Joanni.

Semper me metus incedit antequam ad vos scribam, mitigat eum autem quæ in vobis est mansuetudo. Scribo igitur in vobis spem reponens, quemadmodum gubernatores, qui in dirigentem stellam intuentur. Quoniam igitur vos quoque sic splendetis, sic quoque bene facere ne cessetis.

κη'. Εὐσταθίῳ κοιαίστορι.

Καὶ προθυμία καὶ προσδοκία οὐ μικρὰ παρ' ἡμῖν, πρῶτον μὲν ἰδεῖν ὑμᾶς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰπεῖν εἰς ὑμᾶς. ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον ἐν ὑμῖν, τὸ δὲ δεύτερον ἐν τῇ πόλει κἀμοί, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ἐν ὑμῖν· οὐ γὰρ δὴ μικρὸν κώλυμα εἰς πανήγυριν πόλις ἀθυμοῦσα καὶ παιδευταὶ μετριάζειν οὐκ ἀνεχόμενοι.

XXVIII. Eustathio quæstori.

Et studium et exspectatio haud exigua apud nos, primum quidem vos videndi, deinde etiam vos alloquendi. Sed primum in vobis situm est, alterum vero in urbe atque me, immo hoc quoque in vobis : non enim leve conventus impedimentum civitas afflicta et magistri, qui nequeunt se continere.

κθ'. Ἐλισσαίῳ.

Μία πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολὴ παρὰ σοῦ, παρ' ἐμοῦ δέ, εἴ τις ὑμῖν ἀποδέδωκεν, αὕτη τετάρτη. πρᾶττε τοίνυν καλῶς καὶ μέμνησο τῶν φίλων, κἄν τί σε δεξιὸν περιστῇ, γράφε πρὸς ἐρῶντα μαθεῖν.

λ'. Πλακιδιανῷ.

Ὁ πρότερον πιστεύσας σοὶ δι' ἐμὲ νῦν ἐμὲ μέμφεται διὰ σέ. λῦσον οὖν τὸ χρέος, ἵνα μὴ κἀγὼ μέμψωμαι δι' ἐκεῖ

λα'. Σαλβιανῷ.

Τὰς ἐπιστολὰς οἱ τὴν ἀρχὴν εὑρόντες δοκῶ μοι διὰ πρόσρησιν εὗρον, πραγμάτων δ' ἴσως ἐγγινομένων παρηκολούθηκέ τι καὶ νεώτερον ὑπὲρ αὐτῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς διαλέγεσθαι. οὐκοῦν εἰ μὲν ἐμπέσοι πράγματα, καὶ μακρολογεῖν ἀνάγκη, τούτων δὲ ἀπόντων πῶς ἄν τις χαρίσαιτό σοι μακροτέρας ὁμιλίας ἐρῶντι; καλῶ γὰρ ὁμιλίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν οὐδὲν πολὺ τῶν συνουσιῶν διαφέρουσαν.

λβ'. Ἱερίῳ.

Εἶτα, ὦ σοφώτατοι τῶν ἐν τῇ γῇ, χρήματα μὲν αἰτήσας ἔλαβον ἂν καὶ ῥαδίως, ἐπιστολὴν δὲ ὑμετέραν ἰδεῖν πολλάκις μὲν εὐξάμενος πολλάκις δὲ ἱκετεύσας, ἀνάξιος εἶναι τοῦ τυχεῖν ὑποπτεύομαι; καίτοι φιλῶ μὲν ὡς ὀλίγοι, τιμῶ δὲ ὑπὲρ τοὺς ὀλίγους.

λγ'. Ἡσυχίῳ.

Ἐγὼ καὶ σοῦ κήδομαι καὶ Τιμοθέου, σοῦ μὲν ὡς μὴ ἀδικοίης, Τιμοθέου δὲ ὡς μὴ ἀδικοῖτο. εἰ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ μετὰ Πλάτωνος τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον εἶναι κακόν, ἔοικα σοὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ χαρίζεσθαι, δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ πραττομένου δίκας ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐξήμαρτε.

λδ'. Σεργίῳ.

Πολλῆς ἐνέπλησέ με φροντίδος κομίσας τις περὶ ὑμῶν ἀπαγγελίαν ἐπαχθῆ, καίτοι τὰ βελτίω προσεδεχόμην ἀκούειν. πέμψον οὖν θᾶττον ἐπιστολὴν περιμένοντί μοι συνδιατεθῆναι τοῖς γραφομένοις.

λε'. Λεωνίδᾳ.

Ἔρρωσο. τοῦτο γὰρ ἐγὼ καὶ συνεύχομαί σοι καὶ ἀκοῦσαι ποθῶ περὶ σοῦ, κἂν ὅ τι τοῦτό ἐστι παρ' ὑμῖν ἐπιστείλῃς, οὐ μικρὰν ἔχειν δωρεὰν ἡγοῦμαι παρὰ τῆς τύχης.

λϛ'. Καλλιοπίῳ.

Τοῖς σοῖς ἁπαντῶν ἀεὶ καὶ ὅπως ἔχεις ἐρωτῶ καὶ εἰ

XXIX. Elissæo.

Una ad nos epistola a te, a me vero, si quis vobis reddidit, hæc est quarta. Bene igitur vale, amicorumque memento, et si quid tibi prosperum acciderit, scribe ad scire cupientem.

XXX. Placidiano.

Qui prius tibi credidit mea caussa, nunc me accusat sua. Solve igitur debitum, ne et ego te accusem illius caussa.

XXXI. Salviano.

Qui epistolas a principio invenere, salutandi caussa videntur mihi invenisse, negotiis autem forte intercedentibus novi quid accessit hoc, ut de his ipsis in epistolis verba facerent. Itaque si negotia incidant, longo etiam sermone opus est; quæ si desint, quomodo longiora colloquia largiatur tibi aliquis cupienti? voco enim colloquium et quod fit per epistolas, non multum a consuetudine differens.

XXXII. Hierio.

Itane, o sapientissimi mortalium, pecunias quidem, si peterem, facile acciperem, epistolam vero vestram videre quamvis sæpe optaverim ac sæpe rogaverim, indignus qui voti compos fiam esse videor? atqui amo ut pauci, colo vero plus quam pauci.

XXXIII. Hesychio.

Ego et tui et Timothei curam gero, ac tui quidem, ne facias iniuriam, Timothei vero, ne iniuriam patiatur. Quod si tibi quoque cum Platone maius videtur esse malum facere iniuriam quam pati, tibi magis quam illi gratificari videor, quum pro eo rogem, qui pœnas dat eorum quæ non peccavit.

XXXIV. Sergio.

Multa sollicitudine me implevit quidam gravem nuntium de vobis afferens, quanquam meliora sperabam me auditurum. Quare cito epistolam mihi mitte, quo animo me esse iubeant scripta exspectanti.

XXXV. Leonidæ.

Vale. Hoc enim ego et precor tibi et audire de te cupio; atque si hoc vobis suppeditare scripseris, non exiguum a fortuna habere puto munus.

XXXVI. Calliopio.

Quoties in tuos incido, et quomodo valeas quæro et si

του δέονται μὴ σιγᾶν ἀπαιτῶ, λεγόντων δ' ἀμφότερα σὲ μὲν ὑγιαίνειν, αὐτοὺς δὲ χρήζειν οὐδενός, χαίρων ἐγὼ δικαίως ἀπέρχομαι.

qua re opus habeant non tacere rogo, dicentibus autem utrumque, te quidem bene valere, se vero nulla re indigere, iure lætus ego discedo.

λζ'. Σεργίῳ.

Σφόδρα μέν σου περιεπτυξάμην τὰ γράμματα φιλοσοφοῦντα καὶ παραινοῦντα, γίνωσκε δὲ ὡς οὐδὲν οὔτε τῶν καιρῶν οὔτε τοῦ συμφέροντος ἰσχυρότερον.

XXXVII. Sergio.

Vehementer tuas litteras amplexus sum philosophantes atque adhortantes, scias autem nihil esse opportunitate atque utilitate fortius.

λη'. Ματέρνῳ.

Καὶ βραχέα τῷ μεγέθει σου γράφων ὅτι φιλῶ καὶ μέμνημαι δείκνυμι, ποιῶν δὲ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ἐγὼ τοῦτο δείξεις ὅπερ ἐγώ.

XXXVIII. Materno.

Etiam pauca celsitudini tuae scribens amare me ostendo atque meminisse, tu vero exemplum meum sequutus idem ostendes quod ego.

λθ'. Αἰγυπτίῳ.

Οἶδα καὶ τὰς ὑπερηφάνους τῶν ἑταιρῶν οὕτω ποιούσας καὶ πάντα ἐπιτάττειν βουλομένας τοῖς ἐρασταῖς. ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν ἴσασι καὶ θεραπεύειν, ὅταν κελεύωσι, σὺ δὲ Λαΐδα τινὰ Κορινθίαν ἀπομιμῇ, κελεύων μὲν ἑτοίμως, ὑπακούων δὲ οὐδὲ μόλις.

XXXIX. Ægyptio.

Scio superbas meretrices ita facere solere et quidvis imperare velle amatoribus. At illæ norunt etiam obsequi, quum iubent, tu vero Laidem aliquam Corinthiam imitaris, prompte quidem imperans, at ne vix quidem obediens.

μ'. Ἰωάννῃ.

Τὸν οἶνον τὸν Κνίδιόν φασιν οὕτω πολὺν ἔχειν ὑμᾶς, ὥστε καὶ ἐπ' ἀγορᾶς αὐτὸν διατίθεσθαι· ἡμεῖς δὲ οἱ τὴν Σῦρον οἰκοῦντες ἄλλας μὲν εὐτυχοῦμεν ἀμπέλους, τὰς δὲ παρ' ὑμῖν μακαρίζομεν οὕτως εὐδαιμονέστερον, ὅτι καὶ ἀναγκαιότερον. πέμψατε οὖν μοι κεράμους ἀρκοῦντας εἰς ἔτος, ἢ ληψόμενοι τὴν τιμὴν ἢ χάριν ἀντὶ χάριτος ἀπαιτήσοντες.

XL. Ioanni.

Vini Cnidii tanta copia vos aiunt abundare, ut etiam in foro ipsum divendatis; nos vero, qui Syrum incolimus, aliis quidem vitibus utimur, vestras autem prædicamus, tanto felicius, quo magis necessarium. Mittite igitur mihi cados in annum sufficientes, aut pretium accepturi aut beneficium pro beneficio repetituri.

μα'. Ἀβραμίῳ ἐπισκόπῳ.

Ἔδει πρὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν τοὺς μέλλοντας γράφειν καὶ χρόνου μῆκος ἐπιζητεῖν καὶ δύναμιν λόγου ἀξίαν εὑρεῖν· ἁμάρτημα γὰρ οὐ φορητόν, τοιούτοις πράγμασιν ἐγχειρεῖν, ἀφ' ὧν καὶ τὰ τῆς προπετείας ἐλέγχεται καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐκ τῆς μικρολογίας ὑβρίζεται. τοῦτο τοίνυν ἡμῖν καὶ τὴν ἀναβολὴν πεποίηκε καὶ τὸ δοκοῦν ἔγκλημα περιέθηκε· φίλων γὰρ ἐδόξαμεν ἀμνημονεῖν πρὸς αὐτοὺς μηδὲ γράμμασι φανέντες. γνοὺς τοίνυν τὴν αἰτίαν καὶ σκοπῶν τὴν φιλίαν μὴ παντελῶς τὴν ἐμὴν ἀβέβαιον νομίσῃς διάνοιαν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς οἶμαι τὴν τοιαύτην κακίζειν ἐπείγῃ προαίρεσιν, ἥτις μικρᾶς γοῦν ἀσφαλείας πεφρόντικεν. εὔχου τοίνυν περὶ ἡμῶν· τοῦτο γὰρ κἀμοὶ ποθεινὸν καὶ σωτήριον καὶ σοὶ προσφιλὲς ἅμα καὶ νόμιμον.

XLI. Abramio episcopo.

Oportebat ad viri virtutem scripturos et temporis longitudinem quærere et iustam dicendi facultatem invenire: peccatum est enim non tolerandum, eiusmodi res suscipere, quibus et temeritas arguitur et virtus verborum humilitate iniuriam patitur. Hoc igitur nobis et moram iniecit et crimen in opinione positum contraxit: amicorum enim memoriam abiecisse videbamur, coram ipsis ne litteris quidem apparentes. Itaque cognita caussa et spectans amicitiam ne prorsus instabilem meum putes animum: nam neque tu ipse statim opinor consilium improbabis, quod exiguæ sane securitatis curam habet. Quamobrem ora pro nobis: hoc enim et mihi optatum et salutare et tibi gratum simul atque iustum.

μβ'. Διονυσίῳ ἐπισκόπῳ.

Ἔλαβόν σου τὴν ἐπιστολὴν ὑγιαίνων, ἀντεπιστέλλω δέ σοι νοσῶν. νοσῶ δὲ ἐκεῖνα τὰ εἰωθότα, ἐν οἷς ἀλγήματά τε οὐ φορητὰ τῶν ποδῶν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι καθεύδειν κακὰ καὶ τὸ ἐρᾶν θανάτου. πρὸς ταῦτα εὐχῶν δεῖ τῶν ὑμετέρων, εὐχῶν δὲ λέγω τῶν

XLII. Dionysio episcopo.

Accepi epistolam tuam bene valens, rescribo autem tibi ægrotus, consueto quippe laborans illo morbo, in quo insunt pedum dolores intolerabiles et quæ ex insomnia enascuntur mala et amor mortis. Ad hæc vestris precibus opus est, precibus autem dico solitis, quo deus exorari

ἐθάδων τοῦ δυσωπεῖν τὸν θεόν· ὡς ἐγὼ πολλάκις ἤδη καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια μάτην ηὐξάμην. τοιοῦτόν ἐστιν ἁμαρτίαι βαρεῖαί τε καὶ πολλαί. εἰ δέ τι παρ' ὑμῖν εὕρηται τοιοῦτον, ὃ δύναιτο ἄν, εἰ καὶ μὴ τὸ πᾶν ἀνελεῖν τῶν πόνων, ἀλλ' ἀφαιρεῖν μέρος, πέμπε τάχιστα καὶ βοήθει φίλου σώματι.

μγ'. Εὐσεβίῳ.

Καὶ τῶν ἵππων λέγουσι τοὺς ἀρίστους, ἐπειδὰν εἰς ἀγῶνα ἔλθωσιν, εἶναι τὰ τελευταῖα βελτίους ἢ τὰ πρῶτα τῶν δρόμων, καὶ ὁ καλὸς Ἀκυλῖνος φιλοτιμότερός ἐστιν ἐν τοῖς πόνοις νῦν μᾶλλον ἢ πάλαι, καὶ προθυμεῖται μὲν οὐδὲν εἶδος ἀγνοῆσαι παιδείας, τοὺς δὲ περὶ αὐτοῦ παλαιοὺς ἐπαίνους ἐπιδεῖξαι μικρούς. αἱ τοιαῦται δὲ τῶν νέων ἐπιθυμίαι βίβλων ἐπιδέονται πλήθους· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ παρείη χρυσός.

μδ'. Ἰουλιανῷ.

Ἐπεδήμησέ τις ἡμῖν ἐκ τῆς ὑμετέρας καὶ τὸν υἱὸν ἐπαγόμενος ἐπὶ λόγους. ἐγὼ δὲ ἰδὼν ἄνδρα λίαν εὐχερῆ καὶ ὡς ἂν τύχῃ ταῖς ἀπάταις ἀγόμενον, ἐμμένειν δὲ οἷς ἐπῄνεσεν οὐ δυνάμενον, ἠρώτων τί τοὔνομα εἴη τῷ ξένῳ. τῶν παρόντων δέ τις εἰδέναι δοκῶν « Μακάριος » ἔφησεν, ἐγὼ δὲ ὡς ἤκουσα τὸ Μακάριος, « πάνυ γε » ἔφην, « εἴπερ οὐκ ἐπεδήμησεν. »

με'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπέστειλά σοι γαμοῦντι, καὶ συγγνώμην ἔχω μετὰ τὸν γάμον σιγῶντι· οὐδὲ γάρ ἐστιν, ὡς ἔοικεν, οὐδενὶ παρρησία δεδεμένῳ γυναικείαις ἀπάταις?

μϛ'. Ῥούφῳ σχολαστικῷ.

Λόγος ἐστὶ παλαιός, μὴ ῥᾳδίως Κίλικας ἀληθεύειν, καὶ δέδοικα μὴ Κιλικίαν ἰδὼν ἐκοινώνησας αὐτῇ καὶ τῶν τρόπων. ποῦ γὰρ τὰ γράμματα, ποῦ δὲ τὸ συνεχῶς ἐπιστέλλειν; ἢ οὐχ αὕτη μὲν ἦν ἡ ὑπόσχεσις, μεμένηκε δὲ λόγος ὑπόσχεσις, ἐμὲ μὲν λυπεῖσθαι ποιῶν, σὲ δὲ Κίλικα δεικνύων;

μζ'.

Ἐγώ σε φιλῶ μὲν ὡς μαθητήν, συναλγῶ δ' ὡς ὀρφανῷ καὶ ἀδικουμένῳ καὶ ἀμελοῦντι παιδείας. καὶ παραινῶ μὴ παντελῶς αὐτὴν καταλιπεῖν μηδὲ ἀπελπίσαι τοῦ δύνασθαι ταύτης ἐπιτυχεῖν· δυνήσεται γὰρ αὕτη καὶ φυλάττειν οὐσίαν καὶ προσθεῖναι πλούτῳ, καὶ ἀντιστῆναι τοῖς ἀδικοῦσι καὶ βοηθῆσαι τοῖς δεομένοις, καὶ οἶκον αὐξῆσαι καὶ δόξαν ἐνεγκεῖν καὶ τὴν μνήμην διατηρῆσαι τοῦ γένους. ἀλλὰ μὴ γένῃ τοσαύτης εὐτυχίας προδότης. ἐπάνελθε τοίνυν πρὸς τὸ παιδείας ἐπιθυμεῖν καὶ πονεῖν ἐλευθέρως καὶ ζῆν ἀσφαλεστέρως.

se patiatur : nam ego sæpenumero iam tam publice quam privatim frustra sum precatus. Talis est peccatorum gravium ac multorum exitus. Sed si quid apud vos exstet tale, quod possit, etiamsi non universos tollere dolores, at certe partem adimere eorum, mitte quam celerrime et amici corpori fer auxilium.

XLIII. Eusebio.

Et equos præstantissimos ferunt, quum in certamen venerint, ad extremum cursu meliores esse, quam a principio, et præclarus Aquilinus in laboribus studiosior nunc est quam antea, atque hoc agit, ut nullum eruditionis genus ignoret et veteres suas laudes exiguas fuisse ostendat. Sed eiusmodi iuvenum studia librorum copia indigent, id quod non facile contingat, nisi præsto sit aurum.

XLIV. Iuliano.

Deversatus est quidam apud nos ex vestris civibus et filium secum ducens litteris instituendum. Ego vero hominem admodum levem esse videns et quibuscunque fraudibus expositum, in laudandis vero aliis sibi minime constantem, rogabam quod nomen esset hospiti. Tum quidam ex præsentibus, qui nosse videbatur, « Macarius » inquit, atque ego quum audissem Macarium « omnino, » inquam « dum non peregrinaretur. »

XLV. Eidem.

Scripsi tibi nuptias agenti et ignosco tibi post nuptias tacenti : neque enim ulli, ut videtur, libertas est loquendi, qui vinctus tenetur mulieris illecebris.

XLVI. Rufo scholastico

Vetus est dictum, Cilices non facile dicere verum, et sane metuo ne Cilicia conspecta in morum etiam communionem ipsi veneris. Ubinam enim sunt litteræ, ubi crebra missio epistolarum? An non hæc fuit promissio, sed mansit promissio verbum mihi quidem dolorem afferens, te vero ostendens Cilicem?

XLVII.

Ego te amo ut discipulum, commiseror autem ut orbum et iniuria affectum et doctrinam parum curantem. Atque hortor ne prorsus eam deseras neve desperes te istam posse consequi. Poterit ea enim et servare rem familiarem et cumulum addere divitiis et resistere iniuriam inferentibus et auxilium ferre indigentibus et domum augere et gloriam afferre et memoriam conservare generis. At ne fias tantæ felicitatis proditor. Quare revertere ad doctrinæ amorem et ad studia liberalia vitamque tutiorem.

μη'.

Ἐπὶ μεγίστῳ κέρδει, ὡς ἔοικε, τὴν πρὸς ὑμᾶς ἐποιούμην ἐπιστολήν· ἀντὶ γὰρ τῆς παρ' ἐμοῦ τῆς μικρᾶς καὶ φαύλης ἐκείνης ἦλθεν ὑμετέρα καὶ σοφὴ καὶ μεγάλη καὶ σεμνότατα φέρουσα τῷ κεκτημένῳ. τί γὰρ εὐτυχέστερον ἢ τὴν εὔνοιαν τὴν ἡμετέραν ἐν γράμμασιν ἀναγνῶναι καὶ θεωρῆσαι τοῖς ἔργοις;

μθ'.

Ἐμοὶ πρὸς φίλους ἴστω θεὸς οἷα σπουδὴ καὶ προθυμία θεραπεύειν αὐτούς. ἀλλὰ συντρέχειν εὔχομαι τὴν τύχην, ὅπως αὐτοῖς μὴ δόξω ῥάθυμος εἶναι. ταῦτ' ἔφην οὕτως ἔχων εὐημερίας, ὡς ὁ παρὰ σοῦ πεμφθεὶς ἀπαγγελεῖ. τὰ μέντοι περὶ τῶν φίλων ὁποῖά τινα πρὸς ἐμέ, θεῷ καὶ δίκῃ παρίημι κρίνειν. ἐνιαυτὸν γὰρ δὴ καὶ μῆνας τρεῖς ὁ λαβύρινθος ἡμᾶς οὗτος ἔχει τοῦ κακοῦ, καὶ δέδοικα μὴ μετὰ τοῦ σώματος μαρανθῶσιν οἱ λόγοι καί σοι φανῶ δι' ἀμφοτέρων ἄμορφος.

ν'.

Ἀδικεῖς καὶ σαυτὸν κἀμὲ σιωπῶν, ἐμὲ μὲν ὅτι φιλῶν σου ἀεὶ τὰ γράμματα ἀναγινώσκειν ἐπὶ τοῖς καιροῖς τούτοις οὐ δέχομαι, σαυτὸν δὲ ὅτι τὰς ἔμπροσθεν εὐεργεσίας ἀμαυροῖς τῇ μετὰ ταῦτα σιωπῇ. σπουδάζων δ' ἀεὶ τοὺς φίλους ὠφελεῖν, ταὐτὸ ποιήσεις εἰ καὶ τοὺς φίλους τῶν φίλων εὐεργετοίης, ὥσπερ οἶμαι τουτονὶ τὸν Μόδεστον. οὗτος γάρ, ὦ γενναῖε, πρᾶγμα εἰς εὐγένειαν ὀφθεὶς παρ' ἡμῖν καὶ τὴν στρατείαν ἧς εἴχετο διελθὼν ἀνεγκλήτως ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποδημεῖ. τί ἄρα βουληθεὶς ἀπεδήμησε; φιλεῖ τοὺς πόνους, μισεῖ τὴν ἀργίαν, οἴεται δὲ ἄμεινον οἰκήσειν τῇ δυναμένῃ παραμυθεῖσθαι πόνους.

να'.

Οὐ γράφεις ἀπελθών. οὐκοῦν ὑπεκρίνω παρών· ἐγὼ δ' εἰ καὶ μέχρι νῦν οὐκ ἔγραψα, τοῦτ' αὐτὸ περιμένων οὐκ ἔγραψα. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, λῦσον καὶ σαυτῷ τὴν ὑπεροψίαν καὶ ἐμοὶ τὴν σιωπήν. ἢ μικρὰν οἴει γραφὴν ἐγκαλεῖσθαι περὶ ἐμοῦ τὸ φιλεῖν ὅτε παρῆσθα καὶ τιμᾶν, ἀμφοτέρων δὲ ἐπιλαθέσθαι μετὰ τὴν ἀρτίως ἐπάνοδον;

νβ'.

Σπουδῇ τὴν ἐπιστολὴν ἐποίησα ταύτην, ἐπειδὴ κατεῖχε ἀσχολία περὶ τὸν λόγον τοὺς γράφοντας. τῷ μὲν οὖν τάχει σύγγνωτε τῶν γραμμάτων, τῷ λόγῳ δὲ συμπράξατε, τοῦτο μὲν ὅτι μακρὰν πορείαν ἔρχεται κελευσάντων ἡμῶν, τοῦτο δὲ ὅτι παῖς φιλοῦντός ἐστι. μεινάτω γοῦν παρ' ὑμῖν.

XLVIII.

Magno lucro, ut videtur, mihi fuit quam ad vos dedi epistola. Nam pro parva vilique illa mea vestra venit et sapiens et magna et gravissima ferens accipienti. Quid enim felicius quam benevolentiam vestram litteris conditam legere et factis intueri expressam?

XLIX.

Mihi erga amicos deus scito qui sit amor quodque gratificandi studium; sed velim fortuna gradus meos æquet, ne cessator iis ac negligens esse videar. Hæc dixi ea usus vitæ iucunditate, quam enarrabit is, quem misisti. Quanquam qua ego necessitate amicos meos attingam, deo atque iustitiæ diiudicandum committo. Annum enim et menses tres labyrinthus hic malorum me tenet, ac vereor ne una cum corpore sermones mei marcescant, neve utrobique tibi deformis esse videar.

L.

Iniuriam et tibi et mihi infers tacendo, mihi, quod cum literas tuas libenter legere soleam, per hanc temporis opportunitatem non accipio; tibi vero, quod superiora beneficia silentio tuo obscuras. Iam cum semper id agas, ut amicos adiuves, id ipsum ages, si amicos quoque amicorum beneficiis affeceris, veluti hunc Modestum. Is enim, vir generose, postquam se nobis nobilem ac virtutis plenum præstitit atque ad finem usque laudabiliter interfuit expeditioni, cuius socium se adiunxerat, in præsens peregrinatur. At cur peregrinatur? Amat labores, segnitiem detestatur, opinatur vero melius se habitaturum in terra, quæ consolari eum de laboribus valeat.

LI.

Non scripsisti, ex quo abiisti: præsens igitur dissimulasti; ego autem etsi adhuc non scripsi, id ipsum quia exspectabam, a scribendo abstinui. At si tibi videbitur, solve et tuam superbiam et silentium meum. Num credis leviter me accusari eo, quod cum adesses, amore et honore me affeceris, post nuperum reditum tuum utriusque oblitus sis?

LII.

Summa cum festinatione has literas scripsi; neque enim sermocinando vacabamus scribentes. Itaque epistolæ festinationis plenæ ignoscite, sed verborum eius participes et adiutores estote, tum quia iubentibus nobis longinquas peregrinationes suscipiunt, tum quia prognata ex amico vestro sunt. Itaque maneant apud vos.

νγ'.

Οὐκ οἶδ' ὁπόθεν νόμος ἀγνώμων εἰσῆλθεν ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς, κἂν μή τις αἰτία χάριν αἰτεῖν ἐμπέσῃ, οἱ φίλοι τοῖς φίλοις οὐ γράφομεν. τοιγαροῦν πρότερον σιωπῶν, ἐπειδή τις ἐδεήθη, νῦν γράφω, ᾧ πάρεστιν ἀεὶ σιγᾶν, εἰ μηδεὶς δεηθείη μου γράψαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πειράσομαι διορθοῦσθαι πέμπων ἐπιστολὰς αὐτῶν ἕνεκα τῶν δεομένων, καὶ νῦν δὲ εἴ τις ὑμῖν λόγος ἐμοῦ, Παύλῳ συμπρᾶξαι καταξιώσατε.

LIII.

Nescio unde lex absurda et iniqua in præsentia sancita sit; scilicet, nisi quæ caussa inciderit, cur beneficii loco aliquid petamus, amici amicis non scribimus. Itaque cum prius tacuissem, nunc, cum aliquis gratiam a me petit, scribo, cui semper licet tacere, nisi quis me ad literas dandas excitaverit. Sed illud quidem reficere conabor mittendo literas, quæ ipsos petentes spectant. Etiam nunc igitur, si mei aliquam rationem habetis, Paulo opitulari ne dedignemini.

νδ'.

Τρόπος ἀγαθὸς οὔτε μεταβάλλεται ταῖς εὐτυχίαις οὔτ' ἐπιλανθάνεται φιλίας, βελτίων δὲ τύχης ἁπάσης καθέστηκε. ταῦτα μάλιστα ἡ σὴ φύσις λογιζομένη καὶ καλῶς διὰ τούτων εὐδοκιμοῦσα τῶν λογισμῶν ἐπιδείξει μήτ' ἐπιλελησμένη φιλοῦντος μήτ' ἀμελοῦσα γράφοντος. αἰτῶ δὲ τὸν Ἰωάννην ὄντα μοι φίλον ἰδεῖν ἡδέως ὑμᾶς καὶ δεῖξαι προθυμίαν ἐφ' οἷς δεῖται βοηθείας ἑταιρίας ἐπιδεομένην. ὡς ἐγὼ ἀπὸ τούτων καὶ θαυμάσομαί σε καὶ τὴν παροῦσαν συνεύξομαι τύχην μηδέποτε παύσασθαι.

LIV.

Proba indoles neque mutationem subit in rebus secundis, neque obliviscitur amicitiæ, immo quavis fortuna superior evadit. Hoc ipsum cum natura tua bene teneat et hominum ore propter id ipsum celebretur, ostendet se neque amici oblitam esse neque despicere scribentem. Velim autem Ioannem amicum meum propitiis oculis intueamini, eique ad ea, ad quæ adnititur, adipiscenda monstretis voluntatem, insuper sodalicii opitulatione egentem. Nempe ego, hæc si præstiteris, te admirabor et deum precabor, præsentem ut tibi felicitatem usque continuet.

νε'.

Ἠπιστάμην ὡς ἀεὶ δαιμόνιον ἐπιβουλεύει ταῖς ἀρεταῖς, ὥσπερ δὲ τοῦτο κἀκεῖνο ἐγίνωσκον. οὕτω τοίνυν ὦ πάντ' ἀγαθοὶ καὶ ἐφ' ὑμῶν ἐπέθετο μὲν ἀδίκως ὁ φθόνος, ἐλήλεγκται δὲ δικαίως. καὶ ὥσπερ ἡμᾶς ἐτάραξαν οἱ τὸ πάθος εἰπόντες, οὕτως ἐπανήγαγον οἱ τὰ βελτίω κομίσαντες, ὅτι δὴ καὶ βαδίζεις καὶ τῶν συνήθων ἔχῃ καὶ ἐν τῷ λόγῳ εὐδοκιμεῖς καὶ τῶν δυσχερῶν περιγέγονας.

LV.

Sciebam dæmones semper virtutibus insidiari, verum, ut hoc, ita etiam illud cognovi. Itaque vos quoque, o optimi, invidia iniuste insectata est, sed iure convicta est. Et quemadmodum perturbationem nobis iniecerunt qui de calamitate tua nos certiores fecerunt, ita in pristinum mentis statum nos reduxerunt qui meliora nobis renunciarunt, scilicet incedere te atque cum familiaribus commercium habere et orationis auctoritate multum valere et molestos homines profligasse.

νς'.

Τὴν θεοφίλειαν ἐγὼ τὴν σὴν καὶ γράφουσαν φιλῶ καὶ μὴ γράφουσαν, καὶ τὴν ταύτης οὐ μιμήσομαι σιωπήν. τοσούτῳ δὲ μᾶλλον πειράσομαι γράφειν, ὅσῳ ἐφυλασσόμην παθεῖν ἃ τοὺς λοιποὺς καταμέμφομαι.

LVI.

Pietatem ego tuam et scribentem amo et non scribentem. Huius tamen silentium non imitabor. Eo magis autem scribere conabor, quo caveo iisdem implicari, quæ in aliis reprehendo.

νζ'.

Πάνυ μοι τὴν φιλίαν βεβαιοῖς ἣν Ἰσοκράτης ἐπήνεσε, καί σου τὴν παλαιὰν εὔνοιαν ἀνεῖλεν οὐχ εὐπορία πραγμάτων, οὐ μῆκος χρόνου, οὐ τόπου μετάστασις, οὐχ εὐτυχία. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἂν εἴη συμφέρον ἐχέτω, τὸν δὲ μεγαλοπρεπέστατον καὶ λογιώτατον Λέοντα προσείρησο.

LVII.

Omnino mihi amicitiam firmas quam Isocrates probavit, ac veterem tuam benevolentiam non vita negotiis distenta remittit, non temporis spatium, non sedis mutatio, non fortuna secunda. Sed hæc quidem ita se habeant, ut fructus inde redundent; Leonem velim magnificum et facundissimum mea caussa salutes.

νη'.

Οὐ πρὸς ἅπαντας ἡ σιωπὴ καλόν, οὐδ' εἰ σφόδρα παρ' ἐνίοις εὐδοκιμεῖ, ἀλλὰ γίνοιτ' ἂν καὶ σιωπὴ λόγου χαλεπωτέρα πολλάκις, οἷον ἀμέλει καὶ τὸ νῦν.

LVIII.

Non omnes silentium decet, neque si multum apud quosdam auctoritate valeat; verum fuerit haud raro silentium vel sermone molestius. Nempe hæc tua causa est.

διὰ φροντίδος μὲν γὰρ ἡμεῖς τὸ σὸν μέγεθος ἔχομεν, ὑμεῖς δ' ἴσως οὐδὲ γινώσκετε. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πρὸς ἄδικον σιωπὴν δοκῶ τραχύτερον ἐπιστέλλειν· εὔνοια γὰρ ἀμεληθεῖσα τῷ σχήματι τῆς ἐπιεικείας ἐμμένειν οὐ πέφυκεν.

Summæ enim nobis curæ tua magnitudo est, tu vero fortasse id ita esse ne nosti quidem. Unde ne mireris, quod pro iniusto tuo silentio acerbius scribere videar. Nimirum iniuste habita benevolentia, qua est indole, urbanitatis modos conservare nequit.

νθ'.

Ἡ ἀφωνία μὲν ἴσως ἥρμοττε τοῖς παροῦσι δυσκόλοις, καὶ καιρὸν ἴσως ἄδικον σιωπὴ θεραπεύει δικαίως· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ παρόντα λυπηρὰ δεῖται φαρμάκων, δοίη δ' ἂν ἱκανὸν εἰς θεραπείαν ἡμῖν ὁ σὸς ἄγγελος εὐξάμενός τε καὶ γράφειν ἑλόμενος, ἡμεῖς μὲν ἰδοὺ γεγράφαμεν, ἐπίστελλε δὲ καὶ αὐτὸς καὶ μήθ' ἡμᾶς ἡ λήθη μήτε τὴν ἐπηγγελμένην εὔνοιαν μιμουμένη τὸν καιρὸν ἀδικείτω.

LIX.

Linguæ tuæ infantia fortasse sufficiebat huius temporis difficultatibus, ac iure fortasse silentium casuum molestiis medicatur. Sed cum præsentia mala medicinam expetant . . . . nos, ut vides, scripsimus; iam et tu literas mitte neve nobis oblivio neque benevolentiæ . . . . .

ξ'.

Τῶν ἀρετῶν ἀεὶ πειρᾶσθαι μὲν εὐτυχές, μεμνῆσθαι δ' ἀγαθόν, καὶ τοῦτο κέρδος ἐστὶν ἐπαινούμενον τοῖς ἀνθρώποις. ἐμοὶ δὲ περὶ τὴν ὑμετέραν λαμπρότητα πεῖρα μὲν ὀλίγη, μνήμη δὲ μείζων. αἱ γὰρ ἀληθεῖς ἀρεταὶ ἅμα τε εἰς πεῖραν ἔρχονται καὶ κινοῦσι τὴν εὔνοιαν καὶ λήθην ἐπεισελθεῖν οὐδέποτε συγχωροῦσιν. ἐντεῦθεν ἡ τῆς ἐπιστολῆς ἀφορμή, καὶ δέομαι τοῦτο πρόσθετε τοῖς ἄλλοις ἐπαίνοις ὑμῶν τὸ μὴ σιγῆσαι πρὸς τὸν γράφειν ἑλόμενον.

LX.

Virtutes semper experiri fortunatorum hominum est, meminisse earum haud ita malum. Atque hoc quidem lucri ab hominibus laudari solet. Mihi vestræ excellentiæ usus et familiaritas rara est, minus rara memoria. Veræ virtutes tentari sese patiuntur et benevolentiam excitant, neque oblivionem supervenire concedunt. Hinc epistola mea profecta est, ac velim mihi, qui epistolam ad vos mittere ausus sum, os vestrum præbeatis haud tacitum, neve reliquis vestris laudibus hanc detrahatis.

ξα'.

Οὐδὲν ὑμᾶς ἀνέμνησε τῶν ἡμετέρων, οὐ χρόνος οὕτω μακρός, οὐ καιρὸς τῶν ἑορτῶν, οὐκ ἀνάγκη παλαιοτέρας εὐνοίας, οὐ ξένοι πολλάκις ἡμῖν ἔτι μὴ πάρεστε συναλγοῦντες. πράττετε δὲ μετὰ τοῦ συμφέροντος τὸ δοκοῦν. ἐγὼ γὰρ ὑμῖν μὲν συνεύχομαι, ἐμαυτὸν δ' ὀδύρομαι καὶ μισῶ τὰ ἀνθρώπινα, τῶν μὲν λυπηρῶν ἐπιρρεόντων ἀεί, τῶν βελτιόνων δὲ βεβαίως ἔχειν οὐδαμοῦ πεφυκότων.

LXI.

Nihil vos nostrarum rerum commonefecit, non tantum temporis spatium, non festorum opportunitas, non necessitas antiquæ amicitiæ, non peregrini sæpe una nobiscum dolentes absentiam vestram. Commoda ne neglegatis nec nisi quæ vobis probentur faciatis. Ego pro vobis vota facio, ipsum me miseror, et odi res humanas, cum adversæ semper adfluant, secundæ natura sua nunquam possint stabiliri.

ξβ'.

Τὸ μὲν εἶναι παρ' ἑτέροις ὑμᾶς τύχης ὑποληπτέον ἡμᾶς ἀδικούσης, τὸ δὲ ἐκεῖθεν ἀδικούμενον οὐ παραμυθεῖσθαι μνήμῃ καὶ γράμμασι, τοῦτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι λέγειν, εἴποι δ' ἄν τις οἶμαι γνώμης εἶναι τῶν οἰκείων ἀμνημονούσης. ἀλλὰ ὅπως μὴ τοῦτο γένηται καὶ ἡμᾶς σεμνοτέρους ἐπιδείξητε, δότε αὖθις ἡμῖν πανηγυρίσαι γράμμασιν ὑμετέροις καὶ πάλιν θαυμάσαι τὸν τρόπον ὑμῶν οὐδενὶ τρόπῳ καταβληθῆναι δυνάμενον.

LXII.

Quod apud alios estis, fortunæ imputandum male nos habentis; sed quod male habitis consolatio illinc non affertur memoriæ ac literarum, id, etsi ipse meo iudicio uti nolo, alius tamen animum monstrare dicat amicorum coniunctissimorum immemorem. Verum ut hoc ne fiat et ut haud ita leves nos esse demonstretis, copiam nobis iterum date, ut inter festos dies referamus, quo litteræ tuæ redduntur, utque rursus admiremur animi vestri indolem, quæ nequaquam ad interitum vocari potest.

ξγ'.

Μόλις μέν, πάρεστι δ' ὅμως ὅπερ ἐβουλόμην εὐτύχημα, καὶ σεμνύνομαι γράμμασιν ὑμετέροις, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πρότερον ἀμεληθῆναι λύπην ἡ τῶν νῦν γραμ-

LXIII.

Sero quidem, sed evenit tamen res diu exoptata, et glorior de epistola tua, et dolorem, quem ex superiore neglectu conceperam, voluptas abegit, quæ ex his litteris

μάτων ἀπελήλακεν ἡδονή. τῷ δὲ τῆς ἐπιστολῆς αἰτίῳ νέῳ πειρασόμεθα τοσαύτην εἰσενεγκεῖν προθυμίαν, ὅσην αὐτὸς ἐκόμισεν εὐτυχίαν· οὕτω γὰρ τὰ ὑμέτερα γράμματα δίκαιον ὀνομάζεσθαι.

manavit. Iuveni autem, qui epistolæ scribendæ occasionem dedit, tantum liberalitatis offeremus, quantum ipse felicitatis nobis attulit : ita enim vestras literas nominari par est.

ξδ'.

Τὸ μὲν τῆς τύχης ἄνισον παρῄνει μοι δεδιέναι τὴν παρρησίαν, ἐνίκησε δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῆς εὐνοίας ἡ θρασύτης ἢ διὰ τύχην ὁ φόβος, καὶ γίνεται κατηγορία μὲν ἐμή, πραότης δὲ ὑμετέρα τῆς ἐπιστολῆς ἡ προπέτεια.

LXIV.

Fortunæ diversitas a liberiore sermone me dehortabatur, et tamen, benevolentia tua quasi iubente, protervitas vicit vel metus fortunæ adversæ. Ita epistolæ meæ petulantia criminis me defert, te lenitatis convincit.

ξε'.

Ἀκούω σε φιλανθρώπου τῆς τύχης πειρᾶσθαι καὶ τῇ φήμῃ συνήδομαι καὶ τὰ βελτίω παραμεῖναι ἐπεύχομαι. μελέτω δέ σοι καὶ τῶν δικαίων ἅμα καὶ τῶν ἐν τοῖς τρόποις ἐπαίνων, ὡς ἂν ἐπιδειχθῇς ἔχων τὴν εὐτυχίαν ὀφειλομένην, οὐ πλανωμένην.

LXV.

Audio te fortunæ humanitatem expertum esse, et gratulor tibi quod bene audis, et opto ut ne mutentur quæ bene tibi evenerunt. Persequere honesta et morum laudes, ut fortunam debitum tibi solvisse, non temere vagatam esse demonstres.

ξς'.

Οὐ μετρία μὲν ἡ συμφορά. πῶς γὰρ ἄν; ὅτε καὶ πατρὸς ἀπεστέρημαι καὶ παιδευτοῦ καὶ φιλοῦντος, μία δὲ τῷ συμβάντι θεραπεία τοὺς ἐοικότας ἐκείνῳ τοὺς πάντας ὑμᾶς καὶ τηρῆσαί μοι τὴν αὐτὴν εὔνοιαν καὶ ἀπαιτῆσαι τὴν ἴσην. εὐνοίας δὲ τοιαύτης προοίμιον ἐποιησάμην μέτριον οἶμαι καὶ δίκαιον. τῶν γὰρ ὑμετέρων βίβλων μίαν ἐξελόμενος ἔχω τὸν μὲν ἀπελθόντα τῇ μνήμῃ τιμήσας, ὑμῶν δὲ τῇ φιλίᾳ θαρρήσας. εἰ μὲν οὖν καὶ ὑμῖν δόξω τεθαρρηκέναι καλῶς, ἱκανὸν καὶ τοῦτο δεῖγμα φιλίας· εἰ δὲ προπέτεια τὸ γινόμενον νομισθῇ, μικρὸν ἀργύριον διαλύει τὴν μέμψιν.

LXVI.

Non mediocris mea calamitas est, videlicet cum et patre orbatus sim et educatore et amico, una vero huic casui medicina sit, ut vos omnes, qui illi similes estis, eandem amicitiam mihi conservetis eandemque a me expostuletis. Cui amicitiæ modeste, opinor, et iuste prolusi. Nam librorum vestrorum unum selectum habeo, defunctum memoria mea honorans, vestræ autem amicitiæ fidem habens. Iam si vobis quoque videbor recte fidem meam collocasse, vel hoc amicitiæ testimonio contentus sum; sin petulanter egisse videbor, parva pecunia reprehensionem franget.

ξζ'.

Ὠφελεῖς ἅπαντας ἐν μὲν ταῖς συνουσίαις ἀπὸ τοῦ λέγειν, ἐν δὲ ταῖς ἀπουσίαις ἀπὸ τοῦ γράφειν. θεραπεύεις δὲ καὶ οἷς ἐπιστέλλεις· τοῖς γὰρ λαβοῦσι ταῦτα γίνεται μαρτυρία μὲν τῆς μνήμης, κοινωνία δὲ τῆς ἑορτῆς. ἔστι δ' ἄμεινον μετέχειν ὁπωσοῦν ἑορτῶν ἢ μνήμης ἄξιον εἶναι δοκεῖν, ἣν ὑμεῖς οἷς ἀγαπᾶτε χαρίζεσθε. ὅτι δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ὠφέλιμον ἀναμέμικται πρόδηλον, καὶ πανταχοῦ τὸ τοιοῦτο γνωρίζεται καὶ σιγώμενον.

LXVII.

Omnes adiuvas præsens dicendo, absens scribendo. Verum etiam colis et observas eos, ad quos literas das; nam iis, qui illas accipiunt, memoriæ tuæ testimonia et communionem festi tradis. Melius autem est quavis ratione in festorum societate esse quam memoria dignum videri, quam iis quos diligitis non denegatis. His una etiam votorum vestrorum emolumenta admista esse manifestum est, et ubique eiusmodi quid cognoscitur vel ubi silentio premitur.

ξη'.

Εἶδον ὑμᾶς νῦν ἐν τοῖς γράμμασι, καὶ μάλα ἐγγύθεν ἔδοξα συνεῖναι τρόποις ἐκείνοις, ὧν τοσαῦται μὲν χάριτες, τοσαύτη δὲ τῶν πραγμάτων ὑπεροψία καὶ τὸ μεμαθηκέναι σαφῶς ὅτι δεῖ τὰ ἀνθρώπινα παίζειν πεφυκότα μὲν ἀθλίως, παυόμενα δὲ ῥᾳδίως. ἐντεῦθεν συναλγῶ μὲν ἐλάχιστα τοῖς ἀπελθοῦσιν, ὑμῶν δὲ παραμυθίαν ἀπειρόκαλον ἐπιστέλλειν οὐχ ᾕρημαι. ποῦ

LXVIII.

Conspicatus sum vos nuper in literis vestris, et proximus mihi videbar esse indoli illi, quam tot gratiæ, tanta rerum temporumque contemtio exornant, et quæ non ignorat, rebus humanis illudendum esse, quippe quæ, natura miseræ, facile finem habeant. Hinc defunctos minime deploro, vobis autem quominus consolationem ine-

γὰρ δεῖται λόγων ἐπεισάκτων ἀνὴρ ἐν περιουσίᾳ τοσαύτῃ τῶν ἀρετῶν;

ptam mitterem abstinui. Quî enim virum qui adeo virtutibus affluit, sermonibus aliunde illatis adiuves?

ξθ'.

Οὐδὲ ἐπιλελῆσθαι κἂν βουληθῶμεν ἔχομεν· τί γὰρ φιλίας ἰσχυρότερον, ἣν ἐποίησε μὲν ἡ κοινωνία τῶν λόγων, ἐβεβαίωσε δὲ μετὰ τῶν τρόπων ὁ χρόνος; ἐπεὶ καὶ νῦν ὅπου ποτ' ἂν ὦ αὐτὸς πρὸς τὰς ἐνταῦθα συνουσίας ἐπανάγω ἐμαυτόν. τοιοῦτος μὲν ἐγώ, καὶ οὐκ ἄν ποτε δυναίμην ἔχειν ἑτέρως· σὲ δὲ τὸν ἐν πλήθει πραγμάτων διοικείτω θεὸς καὶ συμφέρουσα τύχη, μεμνῆσθαι πείθουσα καὶ φιλίας ἀρχαίας καὶ παλαιᾶς συνηθείας.

LXIX.

Neque oblivisci possumus, etiamsi velimus. Quid enim validius est amicitiâ, quam sermonum communio peperit, tempus una cum natura moribusque firmavit? Quippe etiam nunc, ubicumque dego, congressus quos hic loci habuimus mente recolo. Ita fert natura mea neque unquam a me discedam; te autem negotiorum multitudine implicitum deus moderetur et propitia fortuna, suadens tibi veteris meminisse amicitiæ et antiquæ familiaritatis.

ο'.

Ὁρᾷς ὁπόσα δύναται σωφροσύνη καὶ τῶν ἀρετῶν ἡ σπουδή. προσήγαγέ σε θεῷ, πεποίηκεν οἰκειότερον, τοῖς ἁγίοις παρέστησεν ἀπορρήτως. μένε τοίνυν ταῦτα ἀσκῶν, καὶ ἡμᾶς ποίει βελτίους ἐξ ὧν συνήγαγες ἀρετῶν καὶ ὧν ἐν παρρησίαις ἔχεις εὐχῶν.

LXX.

Vides quantum possit temperantia et virtutum studium. Ad deum te perduxit, amiciorem mihi et maiore necessitudine devinctum reddidit, sanctis mirabiliter te adiunxit. Hæc igitur exercere perge, nosque meliores redde adiuvantibus virtutibus quas coegisti et precibus, quorum usus tibi omnium consensu concessus est.

οα'.

Εἰ καὶ ἄρχειν ἡμῶν ἐπὶ πλέον ὤκνησέ σου τὸ μέγεθος, ἀλλὰ τό γε φιλεῖν οὐκ ἀπέθετο, μένει δ' ἔνδον τῇ γνώμῃ τὰ πρέποντα χαριζόμενον. Θεόπεμπτος τοίνυν ὁ εὐλαβέστατος πολλαχόθεν προσήκων ἐμοὶ δεῖται τοῦ μεγέθους τοῦ σοῦ· κἂν αὐτῷ συλλάβῃς τὰ δίκαια, ἐμοὶ τὴν χάριν ἐκτέθεικας.

LXXI.

Etsi imperare nobis magnitudo tua diutius hæsitavit, at certe amorem non exuit, ac manet ille in pectore tuo decora præstans. Theopemptus religiosissimus, quocum magna mihi necessitudo est, ope tua indiget; hunc si pro merito adiuveris, mihi gratificatus eris.

οβ'.

Ἂν γράφω σιγᾷς, ἂν μὴ γράφω κατηγορεῖς, ἐγὼ δὲ πρὸς ἑκάτερον οὐκ ὀκνῶ καὶ ἀθυμεῖν ὅτε σιγᾷς καὶ γεγραφέναι μὲν πολλάκις, εἶναι δὲ ἐν ταῖς τῶν μὴ γραφόντων αἰτίαις. ἢ τοίνυν μίμησαί μου τὸ γράφειν ἢ σύγγνωθι σιωπῶν.

LXXII.

Si scribo, taces; si non scribo, vituperas me; ego vero sine mora et animum despondeo, cum siles, et sæpe scribo, et tamen in silentii infamia sum. Aut igitur scribendo me imitare, aut ignosce, quippe qui ipse taceas.

ογ'.

Τί δεῖ παρ' ὑμῖν δικαιοσύνην ἐγκωμιάζειν ἢ τὰς λοιπὰς ἀρετάς, μεθ' ὧν συνοικεῖτε καὶ ἃς πεποίησθε γνωρίμους; ἀρετὴ γὰρ φίλιος θεῷ· ἃ κέκτησθε μὲν καθαρῶς, παιδεύετε δὲ ἐπιμελῶς, καί που κἀμὲ τεταγμένον ἔχετε ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς· οὐ γὰρ ἂν τολμήσαιμι λέγειν ὡς ἀμνημονήσει ποτὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ὧν πράττειν ὑπέσχετο. ὑπέσχετο δὲ οἶμαι μεμνῆσθαι μὲν ἡδέως, εὔχεσθαι δὲ προθύμως, ὃ καὶ οἷς ὑπέσχετο τῇ τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ χαρίζεται.

LXXIII.

Cur apud vos laudemus iustitiam vel reliquas virtutes quibuscum consortium habetis quasque in familiaritatem vestram recepistis? virtus enim deo amica est. Hæc igitur incorrupte possidete et studiose colite et me ipsum quoque precibus vestris comprehendite. Neque enim dicere ausim, oblivioni illam daturam esse quæ pollicita est. Pollicita autem est, nisi fallor, comiter meminisse et studiose precari, id quod pro morum suorum humanitate iis præstat, quibus pollicita est.

οδ'.

Ἂν σιγῶμεν, οὐ γράφεις, ἂν ἐπιστέλλωμεν ἔτι σιγᾷς. πῶς οὖν ἔτι τῷ γράφειν ἕλξαι σε δυνησόμεθα,

LXXIV.

Si tacemus, non scribis; si literas ad te damus, non minus taces. Quî igitur te scribendo ad nos trahemus,

εἰ μήτε δεόμενοι πείθομεν μήτε γράφοντες ἀναγκάζομεν;

cum neque precibus macereris neque epistolis cogi te patiaris?

οε'.

Πολέμιος ὁ χειμών, ὑμῖν μὲν ἀμετρίᾳ νιφετῶν, ἡμῖν δὲ σπάνει γραμμάτων σῶν. ὁ βελτίων δὲ περιήκει καιρὸς καὶ μετὰ τῆς ἀηδόνος τὴν σὴν ἄγει φωνήν. κἀκείνη μὲν προλέγει τὰ τοῦ χειμῶνος οὐκέτι δεδιέναι δεινά, αὕτη δὲ μηκέτι τὴν σὴν ἀγανακτεῖν ἀπουσίαν. ἀλλ' ὦ γενναία κεφαλή, καὶ φίλη μὲν ἐμοὶ φίλη δὲ τῶν ἑορτῶν, ἧκε τὸ θᾶττον ἡμῖν· καὶ γὰρ ἄτοπον τὴν ἀηδόνα μὲν πανταχοῦ φερομένην ὁρᾶν, τὴν δὲ σὴν εὐψυχίαν ἐπικαθειργμένην ἀκούειν καὶ τῇ πρὸς τοὺς φίλους εὐνοίᾳ μηδαμοῦ κινουμένην.

LXXV.

Infesta hiems est, vobis nivium mole, nobis epistolarum tuarum inopia. Redit tamen lætior tempestas et una cum luscinia tuam vocem reducit. Atque illa quidem nos iubet hiemis formidines non amplius timere, hæc autem tuam non amplius stomachari absentiam. At, generosum caput, dilectum nobis et festis diebus amicum, quam primum ad nos propera. Absurdum enim est, lusciniam quidem ubique volitantem conspici, magnanimitatem autem tuam in custodiam conditam esse neque amicorum tuorum amore concuti.

ος.

Ἥμαρτον ἐπιστέλλων, ἀπολογήσομαι σιωπῶν· τὰς γὰρ θεραπείας φασὶν ἀπὸ τῶν ἐναντίων συμβαίνειν κἂν τοῖς νοσήμασι κἂν τοῖς πράγμασι. πάλαι σε ἐνίκησεν ὁ παῖς καὶ τῷ τρόπῳ καὶ ταῖς ἐλπίσι τῶν λόγων.

LXXVI.

Peccavi scribendo, excusabo me tacendo. Aiunt enim et in morbis et in rebus curationes fieri adhibitis contrariis. Iamdudum filius tuus te et moribus vicit et eo, quod bene sperare nos iubet de eius facultate oratoria.

οζ'.

Ὁ μὲν φθόνος οὐδὲν ἐπεχείρησε καινὸν ἀρετῇ πολεμῶν, τῷ δὲ κρείττονι χάρις ὅτι τοῦτον πανταχοῦ λελυπήκατε καὶ κρατεῖν οὐκ ἀφήκατε. ἂν μὲν οὖν αὖθις θρασύνηται καὶ μείνῃ φιλονεικῶν, τὴν περὶ ὑμᾶς ὄψεται δόξαν μετὰ ἀληθείας αὐτῷ μαχομένην καὶ νικηθῆναι μηδαμοῦ δυναμένην· εἰ δὲ ἄκων μέν, ἐθελήσει δ' ὅμως παύσασθαι τῆς ἀναιδείας, τίς μαρτυρία μείζων ἂν εἴη τῶν ἐν ὑμῖν ἀρετῶν ἢ ὅτι καὶ τὸν φθόνον πεποιήκατε σωφρονέστερον; εἴη δὲ τὴν φίλην ὑμῶν ἀεὶ νίκην συμπαρεῖναι, κἂν συκοφάντης ἐπίῃ κἂν πολέμιος.

LXXVII.

Nihil novi invidia aggressa est, cum virtutem impugnaret; sed deorum numini gratiæ referendæ, quod ubivis illam male habuistis neque vires assumere sivitis. Iam si iterum impudentius se gerat inque rixa et contentione perseveret, magnam hominum quæ de vobis est opinionem veritate adhibita pugnantem secum et semper invictam videbit; si invita quidem, sed tamen absistere procacitate volet, quodnam gravius testimonium virtutum in vobis positarum perhiberi possit, quam quod ipsam invidiam modestiorem reddidistis? Faxit autem deus, ut victoria amica nunquam a latere vestro discedat, sive sycophanta adventat sive hostis.

οη'.

Τί μοι σιγᾷς, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ κοσμεῖν ἱκανὴ τὴν βασιλείαν; εἰ μὲν γὰρ ἀμυνόμενος τοῦτο ποιεῖς, εἰπὲ καὶ τὴν ἀδικίαν, ὑπὲρ ἧς ἡμᾶς οὕτω λυπεῖς· εἰ δὲ οὐκ ἔχοι τις αἰτίαν μηδαμόθεν εἰπεῖν, μὴ σίγα πρὸς ἄνδρα τῇ περὶ σοῦ μνήμῃ κοσμούμενον.

LXXVIII.

Quid mihi siles, carum caput, quod fasciam regiam honestet? Nam si iniuriæ persequendæ caussa ita facis, agedum, etiam iniuriam nomina, ob quam tantum nobis dolorem commoves; at si non est unde quis insimulationem repetat, ne silentio tuo lædas virum memoria tui superbientem.

οθ'.

Τὸ μὲν ἐπιτιμᾶν ἢ λοιδορεῖν ῥᾴδιον εἶναι καὶ παντὸς ὁ Παιανιεὺς ἐκεῖνος ἔφη παιδευτής· ὁ Γλαυκίππου δὲ πάντων ἀπαιδευτότατον ἔφη τὸ λοιδορεῖν. Καὶ σιωπῶ κατάλογον τοσούτων ῥητόρων καὶ ποιητῶν τοῦτο ἀμαθίαν τιθέντων. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τῷ τοιούτῳ νοσήματι κἂν ἐμμείνωσιν οὐ λυπήσουσιν· ἴσως γὰρ ὑπὸ τῆς τύχης ἐξηπάτηνται καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ σωφρονεῖν ὁμιλίας οὐ μέμνηνται· σὺ δὲ ὁ σοφίαν μὲν ἀσκῶν ἐπιμελῶς, ἀμαθίᾳ δὲ πολεμεῖν ἱκανός, μένε προθύμως

LXXIX.

Convicia et obiurgationes rem levem esse et cuiusvis hominis Pæaniensis ille ludimagister dicebat; Glaucippi contra filius omnium rerum incultissimum convicia esse declarat. Omitto tot rhetorum et poetarum catalogum ignorantiam inde probari testantium. Atque illi quidem etiamsi perseverent in hoc vitio, non me vexabunt; fortasse enim eos fortuna ludificata est, neque illi meminerunt sermonum, quibus moderatio subest. Tu, qui sapientiam studiose exerces et ignorantiam bello persequeris, persiste in amore tuo; et si eiusmodi linguæ incidis,

φιλῶν· κἂν περιτύχῃς ποτὲ γλώττῃ τοιαύτῃ, φαίνου γελῶν καὶ λογίζου τὸν Ἄνυτον, ἐννόει τὸν Θρασύμαχον, καὶ σκόπει πόθεν ἐπῄει τὸ λοιδορεῖν ἑτοιμότερον.

ride atque Anyti tibi imaginem repræsenta et Thrasymachum oculis tuis propone, et reputa, unde convicia promptius proficisci potuerint.

π'.

Ἃ πάλαι συνεύχομαι, ταῦτα ἀσκεῖν σε πυνθάνομαι. τίνα δὲ ταῦτα; ἀγωνίζῃ πρὸς πονηρίαν δυνατῶς, παρατάττῃ γενναίως, καταλύεις ἀπόνοιαν ἐξ ἀμαθίας ἐπαιρομένην. μένε δὴ ταῦτα δυνάμενος καὶ δεικνὺς τὴν ἀλόγιστον εὐτυχίαν πρὸς ἀρετὴν οὐκ ἀντίσχουσαν.

LXXX.

Exercere te eas res audio, pro quibus dudum vota suscipio. Quænam ille? Luctaris pro viribus cum pravitate, fortiter ei resistis, debellas dementiam ex ignorantia ortam et superbia elatam. Hac vi cum valeas, tene eam, monstrans simul insulsam fortunam virtuti obsistere non posse.

πα'.

Ἅπας ἡμῖν ὁ χρόνος σύνοιδε τὴν ὑπὲρ φίλων μὲν ἐπιμέλειαν, κατὰ δὲ τὰς ὑποσχέσεις ἀλήθειαν. ταῦτα καὶ ὁ νῦν μαρτυρησάτω καιρός, εἴπερ ἄξιος εἶναι δοκεῖ τὴν ἐμὴν ὑποδέξασθαι προθυμίαν.

LXXXI.

Cuivis tempori prout ipsi mihi exploratum est amicorum me curam gerere et promissis stare. Eadem et præsens tempus testificator, siquidem dignum videtur, quod propensum in te animum meum suscipiat.

πβ'.

Ἐπὶ πολλά με περιήγαγε πάθη τὰ νῦν γράμματα τῆς ὑμῶν ἐξουσίας. ὅτε μὲν γὰρ τὴν ἐπιστολὴν ἐδεχόμην, ἦλθον εἰς ἡδονήν· νόσον δὲ ἀναγνοὺς ὑμετέραν ἀπηνέχθην εἰς ἀθυμίαν. ἀλλὰ πάλιν ἰδὼν τὸ νενικῆσθαι τὴν νόσον ἐγκείμενον, εἰς ἐλάττονα μὲν ἡδονὴν τῆς προτέρας, ὅμως δὲ εἰς ἡδονὴν ἐπανῆλθον.

LXXXII.

In multos animi affectus nuperæ tuæ literæ, vir illustris, me detulerunt. Nam cum acciperem, in gaudium deveni; perlectis illis cum rescissem te morbo vexari, in desperationem incidi. Sed cum rursus intelligerem infaustis illis verbis alia adiuncta esse, quibus victum esse morbum nuntiaretur, lætitiam quidem inde priore illa minorem, at certe lætitiam cepi.

πγ'.

Ἐγὼ μὲν ἐπιστέλλω συχνότερον, ἠμέλημαι δέ, ὡς ἔοικεν, ὅσῳ καὶ γράφειν ἐπείγομαι· τίνα γὰρ ἂν ἔχοις αἰτίαν εὔλογον εἰπεῖν τῆς σιωπῆς, ὅτε λέγειν μὲν εἶ δυνατός, ἔχεις δὲ καὶ τῷ γράφειν ἀφορμάς, ἀφ' ὧν εὖ ποιεῖς ἐν τοῖς ἔργοις ἡμᾶς;

LXXXIII.

Ego quidem sæpius literas scribo, sed ratio mei, ut videtur, non habetur pro diligentia et assiduitate, qua literas efficere soleo. Quamnam enim sanam caussam silentii tui afferas, quum et dicendi non sis nescius, et ipsa scriptione occasionem habeas, unde labores nostros adiuvare possis?

πδ'.

Σὺ μὲν διδοὺς ἐπιστέλλεις, ἐγὼ δὲ φιλῶν· καὶ σὺ μὲν ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης, ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῆς ἀρχαιοτέρας εὐνοίας.

LXXXIV.

Tu scribis, ut munere me dones; ego, ut amore te prosequar; et tu quidem rerum necessitate pulsus, ego pro vetere benevolentia in te mea.

πε'.

Ὡς μὲν παιδείας μεταλαβὼν μετάδος φιλῶν, ὡς δὲ χρυσίον ὀφείλων ἀπόδος ἑκών, ἀπολογούμενος ὡς ἀναβαλλόμενος καὶ ἐμοὶ καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ ψόγῳ τῆς ἀδικίας.

LXXXV.

Ut vir humanitate excultus lubens nobis doctrinam tuam imperti; ut aere alieno obrutus, sponte tua redde pecuniam, procrastinationis excusatione usus adversus me et tempus et iniuriæ vituperationem.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

EURIPIDIS EPISTOLÆ.

α'. Ἀρχελάῳ βασιλεῖ.

Τὸ μὲν ἀργύριον ἀνεπέμψαμέν σοι πάλιν, ὅπερ ἡμῖν Ἀμφίας ἐκόμιζεν, οὐ δόξαν κενὴν θηρώμενοι, εἰ μή γε καὶ ἀχθεσθήσεσθαί σε μᾶλλον ἢ ἀποδέξεσθαι ἡμᾶς δι' αὐτὸ ἐνομίζομεν, τοὺς δ' ἄλλους αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ μάλιστα πάντων συκοφαντεῖν ἐπιχειρήσειν ὡς ἐπίδειξιν οὖσαν τὸ πρᾶγμα καὶ πρόσχημα μᾶλλον εἰς τοὺς πολλούς, οὐ μεγαλοφροσύνην οὐδεμίαν. ὥστε τούτοιν μὲν ἀμφοῖν ἕνεκα κἂν ἐδεξάμεθα (καὶ Κλίτων δὲ ἐπέστειλεν ἡμῖν, ὅπως λάβοιμεν, ἀπειλήσας ὀργιεῖσθαι μὴ λαβοῦσιν), ἀλλ' ὡς τὸ μὲν αὔταρκες ἡμῖν τε καὶ τοῖς φίλοις παρόν, τὸ δὲ ὑπὸ σοῦ πεμφθὲν πλεῖον ἢ ὅσον ἥ τε κτῆσις ἥρμοζε καὶ ἣν ἡμῖν ἡ φυλακὴ ῥᾳδία. (2) περὶ δὲ τῶν Πελλαίων νεανίσκων καὶ πρότερον ἤδη ἐπεστείλαμέν σοι δεόμενοι, καὶ νῦν δεόμεθα σῶσαί τε αὐτοὺς καὶ ἀνεῖναι τῶν δεσμῶν· οὐδὲν γὰρ ἀδικεῖν ἐοίκασιν ἢ οὐδὲν βλάψειν ἀφεθέντες ἔτι. μέτριον δὲ καὶ τὸ χαρίσασθαι δεομένοις ἡμῖν καὶ τὸ ἐλεῆσαι δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν γέροντα, ὡς ἔστι πυνθάνεσθαι τῶν εὐγενεστάτων ἐν Πέλλῃ καὶ κατὰ τἄλλα δοκίμων, ὃς αὐτὸς ἐλθὼν Ἀθήναζε ἐφ' ἡμᾶς κατέφυγεν, ἐλπίσας δύνασθαί τι παρὰ σοί, καὶ ἐδεήθη ταῦτα ἐπιστεῖλαί σοι. ἀλλὰ μὴ φαυλότερος γένῃ περὶ ἡμᾶς ἢ ἐκεῖνος ὑπέλαβεν.

I. Archelao regi.

Argentum, quod Amphias nobis attulit, iterum ad te remisimus, haud vanam gloriam captantes; præsertim quum te potius eapropter iratum fore quam nos esse probaturum crederemus, reliquos vero maxime hoc ipsum vitio mihi vertere conaturos, quasi ostentatio hæc res esset et prætextus magis in vulgus quam animi magnitudo ut duabus hisce de caussis accepissemus potius (et Clito sane scripsit nobis, ut acciperemus, minatus iram non accepturis), verum... quoniam quod satis est nobis et amicis suppetit, ac munus a te missum maius erat quam quod nostris rebus conveniret et facile a nobis posset custodiri. (2) De Pellæis juvenibus et prius tibi scripsimus supplicantes, et nunc iterum rogamus, ut serves eos et a vinculis dimittas: non enim videntur malum fecisse aut certe non amplius facturi, si dimiseris. Æquum est autem, ut hoc nobis rogantibus gratificeris et patrem eorum misereris, senem ut audire licet, ex nobilioribus Pellæis et ceteroqui claris, qui ipse Athenas veniens ad nos confugit, sperans nos aliquid apud te valere, atque hæc ut ad te scriberemus oravit. Tu vero ne alieniore in nos sis animo quam ille opinatus est.

β'. Σοφοκλεῖ.

Ἐκομίσθη Ἀθήναζε, ὦ Σοφόκλεις, ἡ παρὰ τὸν εἰς Χίον πλοῦν γενομένη σοι συμφορά, καὶ ἴσθι οὕτω διατεθεῖσαν τὴν πόλιν ἅπασαν, ὡς μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἧσσον ἀχθεσθῆναι τῶν φίλων. τὸ δὲ τοσούτου κακοῦ ἥκοντος περισώζεσθαί σε καὶ τὸ τῶν συνόντων σοι φίλων μηδὲ θεραπόντων ἀποβαλεῖν μηδένα, οὐκ ἄλλο τι ἔγωγε ἢ θεοῦ πρόνοιαν γενέσθαι πείθομαι. ἡ μέντοι περὶ τὰ δράματα συμφορά, ἥν τίς οὐχὶ κοινὴν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος νομίσειεν ἄν, δεινὴ μέν, ἀλλὰ περιόντος γε σοῦ ῥᾳδίως ἐπανορθωθήσεται. (2) σκόπει δ' ὅπως ἀσφαλεστέραν ἢ ταχυτέραν ποιήσαιο τὴν ἐπάνοδον, καὶ εἴ τι ἄρα ἡ θάλασσα ἢ τὸ κρύος παραχρῆμα νηχόμενόν γε ἢ ὕστερον κακῶσαι δοκεῖ, ῥαΐσας τὸ σῶμα πρότερον ἡσυχῇ ἐπάνιθι. καὶ τὰ οἴκοι ἴσθι κατὰ νοῦν καὶ ὅσα ἐπέστειλας ἐπιτελῆ ὄντα. ἄσπασαι Χιονίδην τε καὶ Λαπρέπην, καὶ εἰδέτωσαν ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα

II. Sophocli.

Allata est Athenas, o Sophocles, quæ tibi in Chium naviganti accidit calamitas, et scito ita totam civitatem affectam, ut non minus inimici quam amici ægre ferrent. Quod vero ex tanto malo incolumis evaseris, quodque ex amicis qui una tecum fuere, immo nec famulorum quenquam amiseris, nihil ego aliud quam dei providentiam fuisse persuasum habeo. Iam quod tragœdiarum tuarum fecisti damnum, quod quis est quin ad universam Græciam pertinere censeat, grave utique est, sed quod te tamen superstite facile reparabitur. (2) Vide autem, ut tutum magis quam celerem reditum habeas, et sive mare sive frigus statim te naufragum aut post vexaverit, recreato prius corpore per otium revertere. Et domi scias omnia ex sententia, et quæcunque mandaveris, perfecta esse. Saluta Chionidem et Laprepem, sciantque nos haud mi-

καὶ ἐπ' αὐτοῖς χαίροντας ὅτι σώζονται. Ἀντιγένη τὸν ἰατρόν, εἴπερ ἔτι ἐν Χίῳ καταλαμβάνεις καὶ μὴ ἀπῆρκέ πω εἰς Ῥόδον, ἄσπασαι, καὶ ἴσθι ἀνδρῶν βέλτιστον ὄντα, καὶ τοὺς Κρατίνου υἱεῖς.

γ'. Ἀρχελάῳ βασιλεῖ.

Ἀφίκετο Ἀθήναζε πρὸς ἡμᾶς ὁ Πελλαῖος γέρων ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ νεανίσκοις, καὶ ἐγένετο ἡ ὄψις, ὦ βέλτιστε βασιλεῦ, ἡδεῖα μὲν ἐμοὶ τῷ θεωμένῳ τε καὶ δι' ὃν ταῦτα ἐγένετο, καλὴ δὲ καὶ σοὶ ἀπόντι καὶ φέρουσα δόξαν πολλὴν καὶ ζῆλον παρὰ πᾶσι τοῖς τε ἐπιτηδείοις τοῖς ἐμοῖς καὶ Ἀθηναίων ὁπόσοι εἶδον· εἶδον δὲ πολλοί, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἠγάσθη τέ σου τῆς φιλανθρωπίας καὶ συνηύξατό σοι τὰ ἀγαθά. περιῄει γὰρ ὁ γέρων οὐ πολλαῖς πάνυ ἡμέραις πρότερον ἐνθάδε ῥυπῶν τε καὶ κόμην ἔχων ἐν οὕτω πάνυ λιτῇ τινὶ ἐλπίδι τεθειμένος τὴν σωτηρίαν τῶν παίδων, λαμπρός τε ἐξαίφνης καὶ μετὰ δυοῖν παίδοιν νεανίαιν, θύων τε τοῖς θεοῖς, ἐμέ τε ὑμνῶν καὶ περιέπων, ὅτι σώσαιμι αὐτῷ τοὺς υἱέας, καὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων, ὅτι τοιούτους πολίτας τρέφει. (2) ἐγὼ δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα εἰπεῖν ἔχω, οὐ βούλομαι δέ, ἐπιδεικνὺς ὅσῳ πλείονα ἐκ τούτου σεαυτὸν ὤνησας ἢ ἄλλον τινὰ ἀνθρώπων, δοκεῖν διὰ τοῦτο ἐλάττω σοι χάριν ἔχειν. ὁμολογῶ δὲ αὐτός τε εὖ τὰ μέγιστα πεπονθέναι καὶ πειράσεσθαι τοῦ καλοῦ τούτου ἔργου πολλὰ πάνυ καὶ μεγάλα παρασχεῖν σοι χαριστήρια, ὅτι οὔτε τὸν δείλαιον γέροντα ἐκεῖνον, ὅτε ἠτύχει, τῆς ἐφ' ἡμῖν οὔτε ἡμᾶς τῆς ἐπὶ σοὶ γενομένης ἐψεύσω ἐλπίδος.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Καὶ τὰ περὶ τοὺς Πελλαίους, ὦ βέλτιστε Ἀρχέλαε, καὶ πολλὰ ἄλλα πεπολίτευταί σοι καλῶς καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς ἑτέρους ἐπιεικεῖς τε καὶ σπουδῆς ἀξίους πολλούς, καὶ οὐχ ἧσσον αὐτά, εὖ ἴσθι, ὅσα πρὸς ἄλλους τινάς, ἢ ὅσα πρὸς ἡμᾶς ἰδίᾳ πέπρακταί σοι καλῶς, ἐπιμελές μοι εἰδέναι, οὐ φιλοπράγμονι ὄντι, ἀλλὰ χαίροντι ἐφ' οἷς εὐδοκιμοῦντα πυνθάνομαί σε, καὶ χάριν σοι οὐκ ἐλάττω ὑπὲρ αὐτῶν ἔχω· οὐ γὰρ ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔπαθόν τι ἰδίᾳ δεῖν μᾶλλον ἡσθῆναι ἢ ὅτι σε τοιοῦτον ὄντα ἔγνων ἔγωγε νομίζω. ταὐτὸ δὴ τοῦτό μοι περίεστιν ἀπὸ παντὸς ἔργου, ὅ τι ἂν εἰς ὀντινοῦν τῶν ἐπιεικῶν πυνθάνωμαί σε καλῶς πεπολιτευμένον. (2) καὶ μέμνησο τούτων, ὦ βέλτιστε Ἀρχέλαε, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα οὐδὲν πλέον ἢ πολλοὺς πόνους καὶ πολλὰς φροντίδας ἔδωκέ σοι ὁ θεός, ἓν δὲ ἔδωκεν ἀγαθόν, δύνασθαι εὖ ποιεῖν οὓς ἂν ἐθέλῃς, θέλειν δὲ δεῖ τοὺς ἀξίους. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐπ' αὐτῷ βουλομένῳ ἐστὶν ἀφελέσθαι, ἓν δὲ οὐδὲ βουληθείς ποτε ἀφαιρήσεται, τὸ πολλοὺς εὖ πεποιηκέναι. ὥστε εὖ ἴσθι, ὅτι οὐδεμία μείζων ἀνδρὶ γενομένῳ ποτὲ ἐν δυνάμει μεταμέλεια καὶ πολυωδυνία γίγνεται ἢ εἰ διδόντος τοῦ θεοῦ μηδένα ἔδρασεν ἀγαθὸν μηδὲ ἕν, βουλομένῳ δὲ δρᾶν πέπαυται διδοὺς

nus de ipsis servatis gavisos esse. Antigenem medicum, si adhuc in Chio deprehendis, necdum in Rhodum abiit, saluta et scito eum virum esse optimum, item Cratini filios.

III. Archelao regi.

Venit Athenas ad nos Pellæus senex una cum suis adolescentibus, fuitque spectaculum, rex optime, iucundum mihi quidem coram spectanti quoque intercedente ista facta essent, pulchrum autem et tibi absenti et magnam gloriam ferens et admirationem apud omnes meos necessarios et quotquot viderunt Athenienses; viderunt autem multi, nec erat eorum quisquam, qui non tuam humanitatem admiraretur et omnia bona tibi precaretur. Circumibat enim senex, haud multis ante diebus squalens et comam alens in tenui adeo spe filiorum salute posita, iam splendidus repente et cum duobus filiis adolescentibus, diis sacrificans meque celebrans et colens, quod filios ipsi servaverim, urbemque Atheniensium, quod tales cives aleret. (2) Ego vero et alia multa quæ dicam habeo, nolo autem, postquam ostendi, quanto plus ex hoc te ipsum iuveris quam ullum alium hominem, videri exinde minorem tibi gratiam referre. Confiteor autem ipse, me maximo a te beneficio affectum esse et operam daturum, ut pro præclaro hoc officio plurimas tibi et magnas gratias referam, quod neque miserum illum senem, quum miseria laborabat, de nobis, neque nos de te concepta spe fefelleris.

IV. Eidem.

Et in negotio illo de Pellæis, optime Archelae, et in multis aliis recte te gessisti et erga me et erga alios honestos et amore dignos viros multos, et crede mihi, non minus quæ erga alios, quam quæ privatim erga nos egregie præstitisti, curæ esse mihi scire, non quod curiosus sim, sed quod gaudeam super eis, in quibus te laudem meruisse audiam, neque tibi pro ipsis minorem gratiam habeo: non enim ob collata privatim in me beneficia magis gaudendum quam quod talem te cognoverim ego quidem censeo. Idque ipsum mihi contigit ab omni opere, quod in optimum quemque recte te præstare audiam. (2) Ceterum hæc memento, optime Archelae, quod, etsi in reliquis nihil aliud quam multos labores multasque ærumnas deus tibi dederit, hoc tamen unum dedit bonum, ut possis, quibuscunque velis, bene facere: velle autem oportet dignis. Et reliqua quidem qui volet auferre poterit, unum hoc ne volens quidem quisquam auferet, multis bene fecisse. Quare probe scias, maiorem nullam viro in summa potentia aliquando constituto pœnitentiam oriri posse et mœstitiam, quam si, licet copiam deus fecerit, neminem tamen ullo beneficio affecerit, quum vero velit bene facere, deus per-

ὁ θεός. ἀλλ' οὐ σύ γε ἂν τοῦτο πώποτε πάθοις, οὐδὲ ἀνιάσῃ ὅτι οἴχεται ὁ καιρὸς εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίαν ἀνεθεὶς φροῦδος ἤδη καὶ πέπαυται παρὼν ὁ θεός, ἀλλὰ καὶ παρέσται μὲν ἀεὶ καὶ στήσεται κατόπιν ἀξίῳ γε ὄντι καὶ χρωμένῳ ταῖς ἑαυτοῦ χάρισι δεξιῶς. (3) ἀλλὰ δῆτα, κἂν ἐπίσχῃ πνέων, πάντως ἤδη καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἰδιῶται πολλοὶ καὶ ᾔσθοντο τῆς σῆς δυνάμεως οὐ σὺν κακῷ, καὶ ἔχουσιν ἀπόμοιραν τῆς σῆς εὐπραξίας. καὶ οἱ μὲν πόνοι παύσαιντ' ἂν ἐκστάντος σοῦ καὶ τὸ κινδυνεύειν καὶ αἱ φροντίδες, τὸ δὲ συνειδὸς ὧν τε ἔπαθον τοῖς παθοῦσι καὶ σοὶ τῷ πεποιηκότι ἀεὶ μενεῖ οὐ μικρὸν οὔτε κτῆμα οὔτε ἀπόλαυσμα, ἀλλὰ ἀρκοῦν τοῦτο καὶ ἐν δυσπραγίαις ἡδονὰς παρέχειν. ταῦτα δὴ παρακελεύομαι πράσσειν τε ἀεὶ καὶ μὴ ἀποκάμνειν, ὥσπερ οὐδ' ἀποκάμοις ἄν, οὐδ' ἔστι τις τούτου κόρος, τὰ δ' ἄλλα πράως ὁμοίως καὶ δεξιῶς χρῆσθαι τῇ παρούσῃ δυνάμει· καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ οὐκ ἄλλον τινὰ ἀνθρώπων, οὐδ' ὅστις τεθνήξεσθαι παραχρῆμα μέλλων σοῦ κελεύσαντος ἀφεθῇ, ἐκεῖνον μᾶλλον ἢ σεαυτὸν εὐφρανεῖ τὸ τοιοῦτον εἶναι τὸν τρόπον. (4) ἔτι γε μὴν καὶ τὸ τοὺς ἁπανταχόθι τιμῆς καὶ λόγου τινὸς τῶν Ἑλλήνων ἀξίους καὶ μάλιστα τοὺς κατὰ τὰς τέχνας σπουδαζομένους καὶ πάλιν αὖ μάλιστα τούτων ἁπάντων τοὺς ποιεῖν ἢ λέγειν τι κατὰ παιδείαν δυναμένους μετακαλεῖσθαί σε πανταχόθεν καὶ χορηγίαις τῶν ἐπιτηδείων ἀφθόνοις καὶ ταῖς ἄλλαις φιλοφροσύναις τημελεῖν, ὅπως ἀπαλλαγέντες τῶν ἄλλων φροντίδων ἐπιδιδῶσιν ἀεὶ διὰ σὲ καὶ προΐωσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἕκαστοι τέχναις, καὶ τούτων ἀναπιμπλάναι τὸν οἶκον, ἀλλὰ μὴ κολάκων καὶ βωμολόχων ἀνθρώπων, καὶ τούτους θεραπεύειν αὐτόν, οὐχ ὑπ' ἐκείνων θεραπεύεσθαι, μᾶλλον ὁμολογοῦντα, ὥσπερ ἔστι πυνθάνεσθαι πολλάκις, ὅτι ἐπ' ἐκείνοις μᾶλλόν ἐστι τὸ σὲ εἶναι ὁποῖος εἶ καὶ τὸ τοιοῦτον ὄντα παρὰ τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις λόγου τυχεῖν, ἢ ἐπὶ σοὶ τὸ ἐκείνους εὐτυχεῖν· ἐκείνοις μέν γε, κἂν ὑπολίπωσιν αἱ παρὰ σοῦ δωρεαί, καὶ πλοῦτον αὐτάρκη καὶ δόξαν εἶναι καὶ ἡδονὴν τὰς τέχνας. τίς σ' οὐκ ἂν ἀγάσαιτο καὶ μακαρίσειε τούτων ἁπάντων, καὶ μάλιστα ὅτι ὁμολογοῦσιν ἤδη καὶ ἴσασι πάντες εἰς τοῦτό σε ἥκοντα τῆς πρὸς τοὺς συνόντας σοι φιλανθρωπίας, ὥστε τὴν μὲν ἰσχὺν καὶ πάνυ σοι συμβάλλεσθαι, τὸ δὲ ὄνομα μηδὲν ἀντιπράσσειν τὸ τοῦ βασιλέως εἰς τὸ στέργεσθαι ὑπὸ τῶν φίλων.

ε'. Κηφισοφῶντι.

Καὶ ἀφικόμεθα εἰς Μακεδονίαν, ὦ βέλτιστε Κηφισοφῶν, τό τε σῶμα οὐ μοχθηρῶς διατεθέντες καὶ ὡς οἷόν τε μάλιστα ἦν ἐπιεικῶς κομιζόμενοι συντόμως, καὶ ἀπεδέξατο ἡμᾶς Ἀρχέλαος, ὡς εἰκός τε ἦν καὶ προσεδοκῶμεν ἡμεῖς, οὐ δωρεαῖς μόνον, ὧν οὐδὲν ἐχρῄζομεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναις, ὧν οὐδ' ἂν εὔξαιτό τις μείζους παρὰ βασιλέων. καὶ κατελάβομεν Κλίτωνα ἐρρωμένον, καὶ ἔστιν ἡμῖν σὺν ἐκείνῳ τὰ πολλὰ

mittere desierit. Sed tale quid tu nunquam patieris, neque ægre feres, benefaciendi hominibus occasionem iamiam evanuisse, neque amplius adesse deum, verum et semper tibi aderit et pone adstabit, ut qui dignus sis atque ipsius beneficiis recte utaris. (3) At vero, etsi destiterit adspirare, iam omnino et civitates et gentes et privati multi tuam potentiam non cum damno experti sunt tuæque felicitatis sibi habent partem. Et labores quidem tui, si de statu excideris, et pericula et curæ cessaverint, conscientia vero beneficiorum et iis qui acceperint, et tibi qui præbueris, perpetuo manebit haud contemnenda possessio et fructus, sed ad voluptates in calamitatibus etiam præbendas idonea. Hæc iam auctor tibi sum ut semper facias nec fatigeris, ut neque fatigaberis, neque ullum huius rei tædium est; quod reliquum est, ut mansuete simul et prudenter utare præsenti potestate: nam hoc ipsum nullum alium hominem, ne eum quidem, qui ab imminente morte tuo iussu liberaretur, maiore quam te ipsum gaudio afficiet, tali te esse animo. (4) Præterea jubeo et eos Græcorum, qui quoque loco honore et respectu digni sunt, maximeque artium studio splendidos, et rursus horum maxime qui poetica et oratoria pro eruditione sua facultate pollent, undecunque convocare et largo rerum necessariarum apparatu aliisque muneribus fovere, ut reliquis curis liberati per te augescant semper et in suis quisque artibus proficiant, ac talibus ædes tuas implere, nec vero adulatoribus atque scurris, eosque colere ipsum, non ab illis coli, præsertim confitentem, ut sæpenumero ex te audire licet, te illis potius debere quod talis sis qualis es, atque hinc et apud futuros homines laudem consequuturus, quam illos tibi quod felices sint: illis enim, etiamsi tua munera deficiant, et satis opum et gloriam et voluptatem in artibus superesse. Quis non ob hæc omnia demiretur te et beatum prædicet, idque maxime, quod iam fatentur atque norunt omnes, eo te humanitatis erga familiares tuos processisse, ut ipsa quidem potentia valde te adiuvet, nomen autem regis nihil omnino obsit, quo minus ab amicis diligaris.

V. Cephisophonti.

Venimus in Macedoniam, optime Cephisophon, nec corpore male affecti et quam fieri potuit convenienter brevi spatio perlati, atque excepit nos Archelaus, ut consentaneum erat nosque exspectabamus, non tantum muneribus, quibus nihil nos indigebamus, sed et a comitate, qua nemo maiorem a regibus optaverit. Et Clitonem deprehendimus salvum, nobisque cum illo ple-

καί, ὅταν τύχῃ, σὺν Ἀρχελάῳ ἄμεμπτος ἡ διαγωγή, πρός τε τοῖς ἔργοις οὐδὲν κωλυόμεθα τοῖς τούτων γίγνεσθαι. ἀλλὰ πολὺς μὲν ἔγκειται ὁ Κλίτων, πολὺς δὲ καὶ ὁ Ἀρχέλαος, ἑκάστοτε φροντίζειν τι καὶ ποιεῖν τῶν εἰωθότων ἀναγκάζοντες, ὥστε ἔμοιγε μισθὸν οὐκ ἀηδῆ μὲν οὖν οὐδὲ ἄπονον δοκεῖ Ἀρχέλαος ἀναπράσσεσθαι τῶν τε δωρεῶν, ὧν ἔδωκέ μοι εὐθὺς ἀφικομένῳ, καὶ ὅτι εἱστία με λαμπρότερον ἢ ἐμοὶ φίλον ἦν ἑκάστης ἡμέρας. (2) περὶ δὲ ὧν ἐπέστειλας ἡμῖν σὺ μὲν εὖ ποιεῖς ἐπιστέλλων ἃ δοκεῖς ἡμῖν εἰδέναι διαφέρειν· ἴσθι μέντοι μηδὲν μᾶλλον ἡμῖν ὧν νῦν Ἀγάθων ἢ Μέσατος λέγει μέλον ἢ τῶν Ἀριστοφάνους φληναφημάτων οἶσθά ποτε μέλον. καὶ τούτοις γε ἂν ἀδικήσαις ἡμᾶς εἰς τὰ μάλιστα ἀποκρινάμενός ποτε, κἂν ὅλως μὴ παυομένους τῆς ἀναγωγίας αὐτοὺς ὁρᾷς. ἢν μέντοι τις τῶν ἀξίων περὶ Εὐριπίδου λέγειν τι ἢ ἀκούειν αἰτιᾶται ἡμᾶς τῆς πρὸς Ἀρχέλαον ὁδοῦ, ἃ μὲν τὸ πρόσθεν εἴπομεν περὶ τοῦ μὴ δεῖν εἰς Μακεδονίαν ἡμᾶς ἀποδημεῖν ἐπιστάμενος, ἃ δὲ μετὰ ταῦτα ἡμᾶς ἀπηνάγκασε βαδίσαι ἀγνοῶν, τοῦτον δὲ ἄξιον νόμιζε δηλοῦν αὐτῷ ἅπερ οἶσθα, ὦ Κηφισοφῶν, καὶ οὕτω πεπαύσεται ἀγνοῶν τὰς αἰτίας καὶ ἅμα, ὅπερ εἰκός ἐστι τὸν ἀγνοοῦντα πάσχειν, καταγινώσκων ἡμῶν ὡς φιλοχρημάτων γενομένων. (3) οὐ γάρ που δὴ πορφύραν καὶ σκῆπτρον φορεῖν ἢ φρούρια λαβόντας ἐν Τριβαλλοῖς ἡγεῖσθαι ὑπάρχους καλουμένους ὀρεχθῆναί τις ἂν φήσειεν ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦτο δὴ στείλασθαι τὴν πρὸς Ἀρχέλαον ὁδόν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι πλούτου ἕνεκα. εἶτα πῶς ὃν ὅτε νέοι τε καὶ ὅτε μέσοι τὴν ἡλικίαν ἦμεν, καὶ ὃν ἔτι ζώσης ἡμῖν τῆς μητρός, ἧς ἕνεκα ἂν μόνης ἐβουλόμεθα πλουτεῖν, εἴπερ ἄλλως ἐβουλόμεθα, οὐχ ὅπως ἐδιώξαμεν, ἀλλὰ καὶ ἀπεωσάμεθα ἐγκείμενον, τὸν αὐτὸν τοῦτον πλοῦτον ἤδη τηλικοῖσδε οὖσιν ἡμῖν ἱμερτὸν εἶναι εἰκότως ἄν τις νομίσειεν, εἰ μὴ διὰ τοῦτο ἄρα πολλὰ λαβεῖν σὺν ἀδοξίᾳ τέ τινι ἡμετέρᾳ καὶ οὐδὲ ἀπολαύσει ἔτι οὐδεμιᾶ ἐπεθυμήσαμεν, ἵνα ἐν βαρβάρῳ γῇ ἀποθάνωμεν, καὶ ἵνα πλείονα Ἀρχελάῳ καταλίπωμεν χρήματα; (4) ἔτι δὲ δὴ καὶ προσθείης ὅτι, ἐπειδὴ τάχιστα ἀφικόμεθα εἰς Μακεδονίαν, ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τεσσαράκοντα τάλαντα ἀργυρίου διδόντος Ἀρχελάου καὶ ἀγανακτοῦντος ὅτι οὐ λαμβάνοιμεν, ἀντέσχομεν μὴ λαβεῖν, τῶν δὲ ἄλλων δώρων ὁπόσα ἢ Κλίτων ἔδωκεν ἡμῖν ἢ Ἀρχέλαος ἔπεισε λαβεῖν, οὐκ ἔσθ' ὅ τι ἐνθάδε ὑπολελείμμεθα, ἀλλ' οἴχονται αὐτὰ φέροντες οἵπερ καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν φέρουσιν, ὑμῖν τοῖς αὐτόθι ἑταίροις καὶ ἐπιτηδείοις νεμήσοντες ἅπαντα. τίς δ' ἂν οὕτως εὑρεθείη ἔτι σκαιὸς καὶ βάσκανος τὸν τρόπον, ὅστις ἂν φιλοχρηματίᾳ με θελχθέντα ταύτην ἀποδημῆσαι ὑπολάβοι τὴν ἀποδημίαν; ἀλλὰ δήπου ἀλαζονείαν τινὰ ἢ τοῦ δύνασθαί τι μέγα ἐπιθυμίαν ἐροῦσιν. (5) ἀλλ' ἡ μὲν δύναμις ἡμῖν καὶ μένουσιν Ἀθήνησιν ἡ παρὰ Ἀρχελάου καὶ πάλαι ἦν, ἄλλως τε καὶ Κλίτων οὐ τοσοῦτον ἐδύνατο μέγα τοῦ μὴ ἄλλον ἢ ὃν προῃρούμην ἐξ ἀρχῆς τρόπον βιοῦν ἐμέ, μηδ' ὅπου μὴ ἐθέλοιμι

rumque et passim cum Archelao pulchrum est commercium, nec illorum negotiis adesse prohibemur. Sed multus mihi instat Clito et multus etiam Archelaus quotidie, meditari semper aliquid et scribere polito nostro more cogentes, ut mercedem mihi non ingratam quidem, sed nec laboris expertem Archelaus exigere videatur eorum munerum, quæ mihi dedit statim advenienti, et quod lautioribus quam gratum mihi est epulis quotidie me excipit. (2) De quibus autem scripsisti nobis, bene quidem facis, quod scribis quæ scire nostra interesse putas; scias tamen, nobis nihil magis curæ esse ea, quæ Agatho nunc dicit atque Mesatus, quam olim curavi nugas Aristophanis. His igitur si responderis unquam, peccaveris vehementer, etiamsi a contumacia sua plane non desistere eos videas. Si quis vero ex eis, qui digni sunt ut de Euripide aliquid dicant atque audiant, accuset nos quod ad Archelaum profecti simus, qui quidem, quæ prius de itinere in Macedoniam non faciendo diximus, sciat, nesciat autem quæ postea nos eo proficisci coëgere, hunc dignum esse existima, cui exponas, Cephisophon, quæ nosti, atque ita desinet ille caussas ignorare, simulque, quod accidere solet ignoranti, accusare nos ut pecuniarum cupidos. (3) Non enim nos utique aliquis dixerit cupivisse, ut purpuram aut sceptrum gestaremus, neque præsidiis apud Triballos impositi dominaremur procuratores dicti, atque hanc ob caussam ad Archelaum iter suscepisse, sed divitiarum caussa sine dubio. Cur igitur quas, quum iuvenes quumque media ætate eramus, superstite adhuc matre, cuius solius gratia ditescere voluissemus, si omnino unquam voluimus, non modo non captavimus, verum et repudiavimus, has ipsas divitias iam ultro oblatas ita ætate provectis nobis expetendas esse iure quis existimet? Nisi forte cum famæ nostræ dispendio nec ullo nostro commodo opes colligere studuimus, quo in peregrina terra moreremur et ampliores Archelao relinqueremus copias. (4) Præterea hoc quoque adicias, quod, postquam venissemus in Macedoniam, paucis post diebus offerenti quadraginta argenti talenta Archelao, ægreque quod non acciperemus ferenti, restitimus tamen nec accepimus. Ex reliquis autem muneribus, quæcunque vel Clito nobis donavit vel Archelaus accipere persuasit, non est quod hic reliquerimus, sed abierunt hæc ferentes qui et hanc epistolam ferunt, vobis illic sociis et familiaribus distributuri omnia. Quis vero adhuc inveniatur tam lævus et invidus moribus, qui me avaritia illectum hoc iter ingressum suspicetur? Sed nimirum superbiam aliquam aut magnæ cuiusdam potentiæ cupiditatem dicent. (5) At vero potentia nobis etiam Athenis manentibus apud Archelaum et olim magna fuit, præsertim quum nec Clito valeret tantum, ut non alio, quam ab initio mihi proposueram, modo vivendum mihi putarem, aut in quo loco minime vellem, vitæ finem faciendum, deni-

ἀποθανεῖν, τελευταῖον δὲ καὶ παρέχειν λόγους ἐσαεὶ τοῖς κακῶς βουλομένοις ἡμᾶς λέγειν. εἰ δὲ δὴ καὶ δυνάμεώς τινος ὠρέχθημεν, τί ἄλλο ταύτῃ τῇ δυνάμει ἢ πρῶτον μὲν εἰς τὰ τῆς πόλεως, ἔπειτα εἰς τὰ τῶν φίλων χρήσεσθαι ἐμέλλομεν; ἀλαζονείας τε ἕνεκα πολὺ ἂν μᾶλλον ἐν ὄψει τῶν τε φίλων καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν ἐχθρῶν δύνασθαί τι ἐβουλόμεθα. καὶ μὴν εὐμετάβολόν γέ με οὔτε εἰς τὰ ἐπιτηδεύματα οὔτε εἰς ὑμᾶς τοὺς φίλους καὶ οὐχ ἧσσον εἰς τοὺς ἐχθροὺς σκοπῶν εἴποι τις ἄν, οἷς ἅπασιν ἐκ νέου μέχρι τοῦ νῦν τοῖς αὐτοῖς κέχρημαι πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, Σοφοκλέους· πρὸς γὰρ δὴ τοῦτον μόνον ἴσασί με τάχα οὐχ ὁμοίως ἀεὶ τὴν γνώμην ἔχοντα. (6) ὃν ἐγὼ ἐμίσησα μὲν οὐδέποτε, ἐθαύμασα δὲ ἀεί, ἔστερξα δ' οὐχ ὁμοίως ἀεί, ἀλλὰ φιλοτιμότερον μέν τινα εἶναί ποτε δόξας ὑπεῖδον, βουληθέντα δὲ διαλύσασθαι τὰ νείκη προθυμότατα ὑπεδεξάμην. καὶ ἀλλήλους μέν, ἐξ ὅτου συνέβη, στέργομέν τε καὶ στέρξομεν, τοὺς δ' ἐμβάλλοντας ἡμῖν πολλάκις τὰς ὑπονοίας εἶναι ἐκ τοῦ ἡμᾶς ἀπεχθάνεσθαι τὸν ἕτερον θεραπεύοντες, ἄν τι πλεῖον ἔχωσι, διαβεβλήμεθα. καὶ νῦν, ὦ βέλτιστε Κηφισοφῶν, οἶδ' ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ τοὺς περὶ ἡμῶν λόγους ἐμβάλλοντες εἰς τοὺς ὄχλους· ἀλλ' ὥσπερ ἀεὶ ἄπρακτοι αὐτῶν αἱ κακαὶ γλῶσσαι ἐγένοντο καὶ γέλωτα ἐξ αὐτῶν καὶ μῖσος, οὐδὲν πλέον, ὠφλίσκανον, καὶ νῦν ἴσθι ὅτι οὐκ ἄπρακτοι μόνον ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακῷ σφίσιν ἔσονται. σὺ μέντοι εὖ ποιεῖς περὶ τούτων ἡμῖν γράφων, ἐπειδήπερ οἴει ἡμῖν διαφέρειν· ἀλλ' ὥσπερ εὖ ποιεῖς γράφων, οὕτως ἀδικεῖν σε φήσαιμ' ἂν ἡμᾶς ἀντιλέγοντα ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς οὐκ ἀξίοις.

que et calumniandi materiem usque obtrectatoribus nostris præberem. Sin vero potentiæ cupidi essemus, ad quid aliud hac potentia quam primum ad civitatis nostræ deinde ad amicorum commodum usuri eramus? Superbiæ autem gratia multo sane magis in amicorum quoque conspectu, nec minus inimicorum potentes esse vellemus. At inconstantem me neque ad studia mea, neque ad vos amicos, sed nec minus ad inimicos respiciens aliquis dicat, quibus omnibus ex iuvene hucusque eisdem utor, uno viro excepto, Sophocle: erga hunc enim solum norunt me fortasse haud similiter semper affectum. (6) Hunc ego odi quidem nunquam, miratus vero sum semper, non tamen semper similiter dilexi, sed aliquando contentiosiorem suspicans neglexi, volentem autem deponere controversias promptissime excepi. Et nos quidem iam invicem, ex quo hoc factum est, diligimus et diligemus, eos vero, qui suspiciones sæpenumero nobis iniciunt, quoque odium nobis moveant, alterum adulantur nostrum, ne quid lucri faciant, confutamus. Et nunc, optime Cephisophon, hos novi esse, qui de nobis sermones in vulgus spargant: sed ut effectu semper pravæ eorum linguæ caruerunt, nihilque aliud quam risum et odium sibi contraxerunt, ita et nunc scias, non tantum invalidas futuras, sed etiam in ipsorum damnum eventuras. Tu sane recte facis, quod de his nobis scribis, quando quidem id e re nostra putas, verum ut recte facis, quod scribis, ita affirmaverim te iniuria nos afficere, si de his rebus hominibus non dignis contradixeris.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΤΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

HERACLITI EPHESII EPISTOLÆ.

α'. Γασιλεὺς Δαρεῖος Ἡράκλειτον Ἐφέσιον σοφὸν ἄνδρα προσαγορεύει.

Καταβέβλησαι λόγον γραπτὸν περὶ φύσεως δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον. ἔν τισι μὲν οὖν ἑρμηνευόμενος κατὰ λέξιν σὴν δοκεῖ μοι δύναμίν τινα προσφέρεσθαι θεωρίας κόσμου τοῦ σύμπαντος καὶ τῶν ἀπὸ τούτου συμβαινόντων, ἅπερ ἐστὶν ἐν θειοτάτῃ κείμενα κινήσει, τῶν δὲ πλείστων ἐποχὴν ἔχειν τὰ πρὸς ζήτησιν καὶ μάθησιν, ὥστε καὶ τοὺς ἐπὶ πλεῖστον μετεσχηκότας γραμμάτων ἑλληνικῶν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀσχολουμένους περὶ τὴν τῶν μετεώρων προσοχὴν καὶ φιλομάθειαν ἀπορεῖσθαι τῆς ἐν ὀρθῇ γνώμῃ παρὰ σοὶ δοκούσης καταγεγράφθαι διηγήσεως. βασιλεὺς οὖν Δαρεῖος Ὑστάσπου βούλεται σῆς ἀκροάσεως μεταλαβεῖν καὶ παιδείας λογικῆς. ἔρχου δὴ συντόμως πρὸς ἐμὴν ὄψιν καὶ βασίλειον οἶκον. Ἕλληνες γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀνεπισήμαντοι σοφιζομένοις ἀνδράσιν ὄντες παρορῶσι τὰ καλῶς ὑπ' αὐτῶν ἐνδεικνύμενα πρὸς καλὴν ἀγωγὴν καὶ δίαιταν, παρ' ἐμοὶ δὲ ὑπάρξει σοι πᾶσα μὲν προεδρία, καθ' ἡμέραν δὲ καλὴ καὶ σπουδαία προσαγόρευσις καὶ βίος εὐδόκιμος σαῖς παραινέσεσιν.

I. Rex Darius Heraclitum Ephesium sapientem virum salutat.

Emisisti scriptum sermonem de natura intellectu et explicatu difficilem. Atque in quibusdam quidem, quantum ex verbis tuis colligere licet, videtur mihi facultatem præ se ferre contemplationis mundi universi et eorum quæ ab hoc pendent, quæ sunt in divinissimo motu posita, plurimorum autem ad indagationem et cognitionem præclusum habere aditum, ita ut et græcarum litterarum peritissimi et reliqui rerum cœlestium studio ac scientiæ dediti qua vera sententia libellus scriptus esse videatur ambigant. Rex itaque Darius Hystaspis filius auscultationis atque institutionis coram tradendæ fieri cupit particeps. Fac igitur, ut brevi in meum conspectum et regiam domum venias. Græci enim ut plurimum sapientes viros nil curantes contemnunt ea, quæ ad disciplinam et vitam recte instituendam ab illis præcipiuntur, apud me vero omnis honor tibi suppetet et quotidie honesta atque studiosa allocutio et tuis adhortationibus vita celebris.

β'. Ἡράκλειτος Δαρείῳ βασιλεῖ πατρὸς Ὑστάσπεω χαίρειν.

Ὁκόσοι τυγχάνουσιν ὄντες ἐπιχθόνιοι, τῆς μὲν ἀληθείης καὶ δικαιοπραγίης ἀπέχονται, ἀπληστίῃ δὲ καὶ δοξοκοπίῃ προσέχουσι κακῆς εἵνεκεν ἀνοίης. ἐγὼ δὲ ἀμνηστίην ἔχων πάσης πονηρίης καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειεύμενον φθόνον διὰ τὴν ὑπερηφανίην οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς Περσικὴν χώρην, ὀλίγοις ἀρκεόμενος κατ' ἐμὴν γνώμην. ἔρρωσο.

II. Heraclitus Dario regi Hystaspis filio salutem.

Quotquot sunt mortales, a veritate abhorrent atque probitate, insatiabili vero cupiditati tuæ et gloriæ malæ benevolentiæ gratia inserviunt. Ego vero malitiæ omnis expers et fugiens fastidium, quod cuiusque odium comparat ob superbiam, in regionem Persicam non venerim, paucis ex animi sententia contentus. Vale.

γ'. Βασιλεὺς Δαρεῖος Ἐφεσίοις.

Ἀνὴρ ἀγαθὸς μέγα ἀγαθὸν πόλει. λόγοις καλοῖς καὶ νόμοις ψυχὰς ἀγαθὰς ποιεῖ καιρίως ἄγων εἰς ἀγαθά. ὑμεῖς δὲ Ἑρμόδωρον οὐ μόνον αὐτῶν βέλτιστον ἀλλὰ καὶ Ἰώνων πάντων ἐξεβάλετε ἐκ πατρίδος, αἰσχρὰς αἰτίας ψυχῇ ἀγαθῇ προσάπτοντες. εἰ μὲν οὖν διε-

III. Rex Darius Ephesiis.

Vir bonus magnum bonum reipublicæ, sermonibus honestis ac legibus mentes bonas reddit ad bona impellens tempestive. Vos autem Hermodorum non modo vestrum optimum, sed et universorum Ionum ex patria expulistis, turpibus in bonum animum criminibus colla-

γνωκατε βασιλεῖ πολεμεῖν δεσπότῃ, ἑτοιμάζεσθε (ἀποστελῶ γὰρ στρατιάν, ᾗ ὑμεῖς οὐ δυνήσεσθε ἀντιτάσσεσθαι· αἰσχρὸν γὰρ βασιλεῖ μεγάλῳ μὴ ἀρκέειν φίλοις). εἰ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐγχειρήσετε, κατάξατε Ἑρμόδωρον καὶ ἀπόδοτε αὐτῷ πατρῴαν κτῆσιν, μνημονεύοντες ἃ ὑμᾶς ἐκείνου εὐνοίᾳ εὐηργέτησα, φόρους ἐλάττους τάξας ὧν ἐφέρετε καὶ γῆν πολλὴν δοὺς πρὸς ἣ ἐκέκτησθε. ὧν οὐκ ἐοίκατε χάριν ὀφείλειν· οὐ γὰρ ἄν ποτε Ἑρμόδωρον φίλον βασιλέως ἐφυγαδεύσατε. ἀποστείλατε οὖν ἄνδρας τοὺς ἐροῦντας πρός με τὸ δίκαιον ὑπὲρ ὧν ἐγκαλεῖτε Ἑρμοδώρῳ, ἵν' ἐὰν μὲν ἐκεῖνος ἐπιδειχθῇ κακοφρονῶν, ἐπιτιμηθῇ, ἐὰν δὲ ὑμεῖς, ἐπὶ νοῦν βέλτιον θῶμαι καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἁμαρτάνειν κωλύσω εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας· καὶ γὰρ βασιλεῖ ὑμετέρῳ συμφέρει ταῦτα καὶ ὑμῖν. ἔρρωσθε.

tis. Si igitur cum rege domino bellum gerere decrevistis, paramini. Mittam enim exercitum, cui resistere vos non poteritis : nam regi magno turpe, non ferre amicis opem. Sin tale nihil in vos suscipietis, Hermodorum revocate et paterna ei bona restituite, recordantes quanta in vos illius amore beneficia contulerim minore quam pendebatis tributo imperato, multaque ad eam quam tenebatis adiecta terra. Pro quibus gratiam videmini vobis debere nullam : non enim Hermodorum regis amicum in exilium eiecissetis. Mittite igitur viros, qui caussam coram me dicant pro eis, quorum reum Hermodorum agitis, ut, si criminis ille coarguatur, pœnas det, sin vos, ad frugem vos reducam et ne in bonos viros peccetis in posterum caveam : namque et regi vestro hoc conducit et vobis ipsis. Valete.

δ'. Ἡράκλειτος Ἑρμοδώρῳ.

Ἤδη μηκέτι τοῖς ἑαυτοῦ χαλέπαινε, Ἑρμόδωρε. Εὐθυκλῆς ὁ Νικοφῶντος τοῦ συλήσαντος προπέρυσι τὴν θεὸν ἀσεβείας με γέγραπται, ἄνδρα σοφίᾳ προύχοντα ἀπαιδευσίᾳ νικῶν, ὡς ὅτι ἐπέγραψα τῷ βωμῷ οὗ ἐπέστησα τὸ ἐμὸν ὄνομα, θεοποιῶν ἄνθρωπον ὄντα ἐμαυτόν. εἶτα κριθήσομαι ὑπὸ ἀσεβοῦς ἐν ἀσεβέσι. τί οἴει; δόξω αὐτοῖς εὐσεβὴς εἶναι ἐναντία φρονῶν οἷς αὐτοὶ περὶ θεῶν νομίζουσιν; εἰ καὶ πεπηρωμένην ἔκρινον ὄψιν, τυφλότητα ἂν ἔλεγον τὴν ὅρασιν. ἀλλ' ὦ ἀμαθεῖς ἄνθρωποι, διδάξατε πρῶτον ἡμᾶς τί ἐστιν ὁ θεός, ἵνα ἀσεβεῖν λέγοντες πιστευθῆτε. (2) ποῦ δ' ἐστὶν ὁ θεός; ἐν τοῖς ναοῖς ἀποκεκλεισμένος; εὐσεβεῖς γε οἳ ἐν σκότει τὸν θεὸν ἱδρύετε. ἄνθρωπος λοιδορίαν ποιεῖται λίθινος εἰ λέγοιτο, θεὸς δὲ μυθεύεται, ὅς, τοῦτο τὸ λεγόμενον, ἐκ κρημνῶν γεννᾶται; ἀπαίδευτοι, οὐκ ἴστε ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς χειρόκμητος, οὐδὲ ἐναργῆ βάσιν ἔχει, οὐδὲ ἔχει ἕνα περίβολον, ἀλλ' ὅλος ὁ κόσμος αὐτῷ ναός ἐστι ζῴοις καὶ φυτοῖς καὶ ἄστροις πεποικιλμένος; Ἡρακλεῖ ἐπέγραψα τῷ Ἐφεσίῳ τὸν βωμὸν πολιτογραφῶν ὑμῖν τὸν θεόν, οὐχ Ἡρακλείτῳ. ἂν δὲ ὑμεῖς ἀξυνετῆτε γράμματα, οὐκ ἐμὴ ἀσέβεια τὸ ὑμῶν ἀπαίδευτον. μανθάνετε σοφίην καὶ συνίετε. ἀλλ' οὐ θέλετε, οὐδ' ἐγὼ ἀναγκάζω. γηρᾶτε σὺν ἀπαιδευσίᾳ χαίροντες ἰδίοις κακοῖς. (3) Ἡρακλῆς δὲ οὐκ ἄνθρωπος ἐγεγόνει; ὡς μὲν Ὅμηρος ἐψεύσατο, καὶ ξενοκτόνος. ἀλλὰ τί αὐτὸν ἐθεοποίησεν; ἡ ἰδία καλοκαγαθία καὶ ἔργων τὰ γενναιότατα τοσούτους ἐκτελέσαντα ἄθλους. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνθρωποι, οὐ καὶ αὐτὸς ἀγαθός εἰμι; ἥμαρτον ἐρόμενος ὑμᾶς· καὶ γὰρ εἰ τὰ ἐναντία ἀποκρίναισθε, ὅμως ἀγαθός εἰμι. καὶ ἔμοιγε πολλοὶ καὶ δυσχερέστατοι ἆθλοι κατώρθωνται. νενίκηκα ἡδονάς, νενίκηκα χρήματα, νενίκηκα φιλοτιμίαν, κατεπάλαισα δειλίαν, κατεπάλαισα κολακείαν, οὐκ ἀντιλέγει μοι φόβος, οὐκ ἀντιλέγει μοι μέθη, φοβεῖταί με λύπη, φοβεῖταί με ὀργή. κατὰ τούτων ἀγών· καὶ αὐτὸς ἐστεφάνωμαι ἐμαυτῷ ἐπι-

V. Heraclitus Hermodoro.

Noli amplius, Hermodore, tuis succensere. Euthycles Nicophontis, qui deæ fanum ante hos duos annos compilaverat, filius impietatis me accusavit, sapientia præstantem virum rusticitate sua superans, quod altari, cui præfui, meum nomen inscripserim, deum ex homine me ipsum faciens. Itaque ab impio in impiis iudicabor. Quid censes? Piusne videbor eis esse, qui diversam ab illis de diis opinionem habeam? Si etiam occæcatum oculum iudicarent, cæcitatem visum dicerent. Sed, o homines imperiti, docete nos primum, quid sit deus, ut impietatis reos nos agentes fidem mereatis. (2) Ubi vero deus est? num in templis conclusus? O pios, qui in tenebris deum erigitis. Homo convitium facit, lapideus si dicatur, deus autem fingitur ex præcipitiis, quod aiunt, natus? Indocti nescitis deum non manibus exsculpi, neque a principio fundamentum habere, neque uno septo contineri, sed totum mundum templum ei esse animalibus et plantis et astris decoratum. Herculi Ephesio inscripsi aram in vestrorum civium numerum deum referens, non Heraclito. Sin vos litteras non intelligitis, non mihi impietati vertenda est vestra imperitia. Discite sapientiam atque sapite, sed non vultis, neque ego cogo. Senescite cum imperitia vestris ipsorum gaudentes malis. (3) Hercules nonne homo natus fuit? Immo, ut Homerus mentitur, adeo hospitum interfector. Sed quid eum deorum in ordinem retulit? Ipsius probitas fortissimaque facta tam magnis laboribus perpetrata. Ego igitur, o homines, non et ipse sum bonus? Erravi vos interrogans : nam etsi contraria respondeatis, sum tamen bonus. Mihi quoque multi eique difficillimi labores feliciter confecti sunt; vici voluptates, vici pecunias, vici honoris cupiditatem, profligavi ignaviam, profligavi adulationem, non repugnat mihi metus, non repugnat mihi temulentia, metuit me tristitia, metuit me iracundia. Contra hos ipsos adversarios et ipse coronam nactus sum, mihimet

τάττων, οὐχ ὑπ' Εὐρυσθέως. (4) οὐ παύσεσθε σοφίαν ὑβρίζοντες καὶ ἴδια ἁμαρτήματα καὶ ἴδια ἐγκλήματα ἡμῖν προστριβόμενοι; εἰ ἐδύνασθε μετ' ἐνιαυτοὺς ἐκ παλιγγενεσίας πεντακοσίους ἀναβιῶναι, κατελάβετε ἂν Ἡράκλειτον ἔτι ζῶντα, ὑμῶν δὲ οὐδ' ἴχνος ὀνόματος. ἰσοχρονήσω πόλεσι καὶ χώραις διὰ παιδείαν οὐδέποτε σιγώμενος. κἂν ἡ Ἐφεσίων ἀναρπασθῇ πόλις καὶ οἱ βωμοὶ διαλυθῶσι πάντες, αἱ ἀνθρώπων ψυχαὶ τῆς ἐμῆς ἔσονται χωρία μνήμης. ἄξομαι καὶ αὐτὸς γυναῖκα Ἥβην, οὐ τὴν Ἡρακλέους (ἐκεῖνος ἀεὶ ἔσται μετὰ τῆς ἑαυτοῦ), ἑτέρα δ' ἡμῖν γενήσεται. (5) πολλὰς ἀρετὴ γεννᾷ, καὶ Ὁμήρῳ ἔδωκεν ἄλλην καὶ Ἡσιόδῳ ἄλλην, καὶ ὅσοι ἂν ἀγαθοὶ γένωνται, ἑνὶ ἑκάστῳ συνοικίζει παιδείας κλέος. ἆρ' οὐκ εἰμὶ εὐσεβής, Εὐθύκλεις, ὃς μόνος οἶδα θεόν, σὺ δὲ καὶ θρασὺς εἶναι οἰόμενος καὶ ἀσεβὴς τὸν μὴ ὄντα δοκῶν; ἐὰν δὲ μὴ ἱδρυθῇ θεοῦ βωμός, οὐκ ἔστι θεός, ἐὰν δὲ ἱδρυθῇ μὴ θεοῦ, θεὸς ἔστιν, ὥστε λίθοι θεῶν μάρτυρες; ἔργα δεῖ μαρτυρεῖν οἷα ἡλίου· νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα μαρτυροῦσιν, ὧραι αὐτῷ μάρτυρες, γῆ ὅλη καρποφοροῦσα μάρτυς, σελήνης ὁ κύκλος, ἐκείνου ἔργον, οὐράνιος μαρτυρία.

ε'. Ἡράκλειτος Ἀμφιδάμαντι.

Νοσοῦμεν, Ἀμφιδάμα, νοῦσον ὕδρωπα, ὥστε ὅσα ἐν ἡμῖν, ἑκάστου τὸ κράτος νόσημα. ὑπερβολὴ θερμοῦ πυρετός, ὑπερβολὴ ψυχροῦ παράλυσις, ὑπερβολὴ πνεύματος πνῖγος, ἡ νῦν ἐμὴ ὑγρὰ νόσος. ἀλλὰ θεῖόν τι ψυχὴ ἡ ἁρμόζουσα αὐτά. ὑγίεια ἐστὶ τὸ πρῶτον ἰατρικώτατον φύσις· οὐ γὰρ εἰκάζει ἡ πρώτη ἀτεχνία τὸ παρ' αὐτήν, ἀλλὰ ὕστερον. ἀλλὰ μιμούμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐπιστήμας καὶ ἀγνοίας ἐκάλεσαν. ἐγὼ εἰ οἶδα κόσμου φύσιν, οἶδα καὶ ἀνθρώπου, οἶδα νόσους, οἶδα ὑγίειαν. ἰάσομαι ἐμαυτόν, μιμήσομαι θεόν, ὃς κόσμου ἀμετρίας ἐπανισοῖ ἡλίῳ ἐπιτάττων. (2) οὐχ ἁλώσεται νόσῳ Ἡράκλειτος, νόσος Ἡρακλείτου ἁλώσεται γνώμῃ. καὶ ἐν τῷ παντὶ ὑγρὰ αὐαίνεται, θερμὰ ψύχεται. οἶδεν ἐμὴ σοφίη ὁδοὺς φύσεως, οἶδε καὶ νόσου παῦλαν. ἐὰν δὲ φθάσαν ὑπέραντλον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ εἱμαρμένον. ἀλλὰ οὐ ψυχὴ δύσεται, ἀλλὰ ἀθάνατον οὖσα χρῆμα εἰς οὐρανὸν ἀναπτήσεται μετάρσιος, δέξονται δέ με αἰθέριοι δόμοι καὶ Ἐφεσίους συκοφαντήσω. πολιτεύσομαι οὐκ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐν θεοῖς, καὶ οὐχ ἱδρύσω ἄλλων βωμούς, ἀλλ' ἐμοὶ ἄλλοι, οὐδὲ ἀπειλήσει μοι ἀσέβειαν Εὐθυκλῆς, ἀλλ' ἐγὼ ἐκείνῳ χολήν. (3) θαυμάζουσι πῶς ἀεὶ σκυθρωπὸς Ἡράκλειτος, οὐ θαυμάζουσι πῶς ἀεὶ πονηροὶ ἄνθρωποι. μικρὰ τῆς κακίας ὑπανεῖτε, κἀγὼ τάχα μειδιάσω. καίτοι πρᾳότερος ἐν τῇ νόσῳ νῦν ἐγενόμην, ὅτι οὐκ ἐντυγχάνω ἀνθρώποις, ἀλλὰ μόνος νόσῳ. τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεται ἀπόλυσιν ἑαυτῆς ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου, καὶ σειομένου τοῦ σώματος ἐκκύπτουσα ἀναμιμνήσκεται τὰ πάτρια χωρία, ἔνθεν κατελθοῦσα περιεβάλετο ῥέον σῶμα τεθνειὸς

ipsi imperans, non ab Eurystheo. (4) Non desinetis iniuria sapientiam afficere, vestra ipsorum peccata vestraque crimina nobis impingentes? Si possetis post annos quingentos regenerati reviviscere, deprehenderetis adhuc viventem Heraclitum, vestrum vero nominis ne vestigium quidem. Tamdiu vivam quam civitates atque terræ, ob doctrinam nullo silentio oppressus; et etiamsi Ephesiorum civitas diruta fuerit aræque deiectæ omnes, hominum animi meæ memoriæ erunt receptacula. Agam et ipse uxorem Heben, non illam Herculis, — ille cum sua semper erit — verum alia nobis continget. (5) Multas virtus gignit, et aliam Homero elocavit, aliam Hesiodo, et quotquot sunt boni, suum cuique desponsat decus eruditio. Nonne igitur pius sum, Euthycles, qui solus deum novi, tu vero audax, qui deum esse credis, et impius, quod eum qui est non esse opinaris? Et si non condita sit dei ara, non est deus, sin vero condita sit non dei, est deus? Itaque lapides deorum testes. At opera testes adhibendi sunt, qualia solis: nox atque dies testimonium ei dicunt, tempestates ei testes, terra universa frugifera testis, lunæ orbis, illius opus, cœleste testimonium.

V. Heraclitus Amphidamanti.

Laboramus, Amphidama, hydrope, ita ut, quicquid in nobis est, affectum sit a morbo. Abundantia calidi febris, abundantia frigidi torpor, abundantia spiritus suffocatio, hic nunc humidus meus morbus est. Sed divinum quid anima, quæ morbos temperat. Valetudini principium est saluberrimum natura: nam non effingit prima simplicitas quod ipsi repugnat, verum postea homines alia imitantes scientias et inscitias appellavere. Ego si mundi novi naturam, novi et hominis, novi morbos, novi sanitatem, medebor mihimet ipse, imitabor deum, qui mundi redundantiam compensat soli mandans. (2) Non succumbet morbo Heraclitus, succumbet morbus Heracliti consilio. Etiam in universo humida arescunt, calida frigescunt. Novit mea sapientia naturæ vias, novit et morbi finem. Sin vero prius corpus redundarit, descendet in fatalem locum; at animus non descendet, immo quum res sit immortalis, in cœlum sublimis evolabit. Excipient me ætherea domicilia, et Ephesios criminabor. Versabor non in hominibus, sed in diis, neque aliorum ædificabo aras, sed alii mihi, neque impietatis crimen mihi minabitur Euthycles, sed ego illi iram. (3) Mirantur perpetuam Heracliti tristitiam, non mirantur perpetuam hominum malitiam. Improbitatis aliquantulum remittite, et mox ego ridebo. Quanquam in morbo nunc factus sum hilarior, quod cum hominibus non versor, sed cum morbo solus. Mox et anima præsagit, hoc ex carcere iam se solutum iri et ex quassato corpore prospiciens patria domicilia in memoriam revocat, unde digressa fluxum hoc

τοῦτο, ὃ δοκεῖ τοῖς ἄλλοις ζῆν ἐν φλέγμασι καὶ χολῇ καὶ ἰχῶρι καὶ αἵματι καὶ νεύροις καὶ ὀστοῖς καὶ σάρκεσι πεπιλημένον. εἰ γὰρ μὴ τὰ πάθη ἐσοφίζετο τὴν κόλασιν, οὐκ ἂν ἤδη πρόπαλαι καταλιπόντες τὸ σῶμα ἐξήλθομεν ἀπ' αὐτοῦ; ἔρρωσο.

ς'. Τῷ αὐτῷ.

Συνῆλθον οἱ ἰατροί, Ἀμφιδάμα, καὶ πάνυ προθύμως γε ἐπὶ τὴν ἐμὴν νοῦσον, οὔτε τέχνην οὔτε φύσιν εἰδότες, ἀλλὰ τὸ μὲν οὐδὲ ἐβούλοντο, τὸ δὲ ἐδόκουν, ἄμφω δὲ ἠγνόουν. οὐδὲν πλέον ἢ κατεμάλαξάν μου τὴν γαστέρα ταῖς ἀφαῖς ὡς ἀσκόν. οἱ δὲ καὶ θεραπεύειν ἤθελον. ἀλλ' οὐκ ἐπέτρεψα, ἀλλὰ λόγον αὐτοὺς πρότερον ᾔτουν τῆς νόσου, καὶ οὐκ ἔδοσαν, οὐδὲ περιεγένοντό μου, ἀλλ' ἐγὼ αὐτῶν. « πῶς ἂν οὖν » ἔφην « δύναισθε αὐληταὶ τεχνῖται εἶναι ὑπὸ μὴ αὐλητοῦ ἡττημένοι; ἐμαυτὸν ἰάσομαι, ἢ ὑμεῖς, ἐάν με διδάξητε πῶς ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιητέον. » (2) οἱ δὲ οὐδὲ συνέντες τὸ ἐρώτημα ἡσύχασαν ἀπορούμενοι ἐπιστήμης ἰδίας. ἔγνων ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους οὐκ αὐτοί, ἀλλὰ τύχη ἰάσαιτο. οὗτοι ἀσεβοῦσιν, Ἀμφιδάμα, καταψευδόμενοι τεχνῶν ἃς οὐκ ἔχουσι, καὶ θεραπεύοντες ἃ μὴ ἴσασι, καὶ ἀποκτιννύντες ἀνθρώπους, δι' ὀνόματος τέχνης ἀδικοῦντες καὶ φύσιν καὶ τέχνην. αἰσχρόν ἐστιν ὁμολογεῖν ἄγνοιαν, αἴσχιον ἐπιστήμην οὐκ ἔχοντα. τί αὐτοῖς ἡδὺ τὸ ψεύδεσθαι ἢ ἵνα δι' ἀπάτης χρηματίσωνται; ἀμείνους ἂν ἦσαν μεταιτοῦντες· ἠλεοῦντο γοῦν ἄν· νῦν δὲ μισοῦνται καὶ βλάπτοντες καὶ ψευδόμενοι. εὐτελέστεραι αἱ ἄλλαι τέχναι, ταχέως ἐλέγχονται· δυσελεγκτότερα τὰ κρείττω. (3) ἐλελήθεσάν με οἱ τοιοῦτοι ἐν τῇ πόλει. οὐδεὶς αὐτῶν ἰατρός, ἀλλὰ πάντες ἀπατεῶνες καὶ φένακες, σοφίσματα τέχνης ἀργυρίου πιπράσκοντες. Ἡρακλεόδωρον ἐμὸν θεῖον οὗτοι ἀπέκτειναν καὶ μισθὸν ἔλαβον, οἱ οὐκ ἐδυνήθησαν ἐμῆς νόσου λόγον εἰπεῖν, οὐδὲ ἐξ ἐπομβρίας πῶς ἂν αὐχμὸς γένοιτο. οὐκ ἴσασιν ὅτι θεὸς ἐν κόσμῳ μεγάλα σώματα ἰατρεύει. ἐπανισοῖ αὐτῶν τὸ ἄμετρον, τὰ θρυπτόμενα ἑνοποιεῖ, τὰ ὀλισθήσαντα ὑποφθὰς πιέζει, συνάγει τὰ σκιδνάμενα, φαιδρύνει τὰ ἀπρεπῆ, κατείργει τὰ ληφθέντα, διώκει τὰ φεύγοντα, φωτὶ μὲν ἀναλάμπει τὸ ζοφερόν, περατοῖ δὲ τὸ ἄπειρον, καὶ μορφὴν μὲν ἐπιβάλλει τοῖς ἀμόρφοις, ὄψεως δὲ ἀναπίμπλησι τὰ ἀναίσθητα. (4) διὰ πάσης γὰρ ἔρχεται τῆς οὐσίας πλάττων, ἁρμοζόμενος, διαλύων, πηγνύς, χέων. τὸ ξηρὸν εἰς ὑγρὸν τήκει καὶ εἰς λύσιν αὐτὸ καθίστησι, καὶ λιβάδας μὲν ἐκθυμιᾷ, παχύνει δὲ χαλασθέντα τὸν ἀέρα, καὶ συνεχῶς τὰ μὲν ἄνωθεν διώκει, τὰ δὲ κάτωθεν ἱδρύει. ταῦτα κάμνοντος κόσμου θεραπεία. τοῦτον ἐγὼ μιμήσομαι ἐν ἐμαυτῷ, τοῖς δ' ἄλλοις χαίρειν λέγω.

ζ'. Ἑρμοδώρῳ.

Πυνθάνομαι Ἐφεσίους μέλλειν εἰσηγεῖσθαι νόμον

corpus mortuum induebat, quod reliquis vivere videtur ex pituita et bile et sanie et sanguine et nervis et ossibus et carnibus condensatum. Nam si affectus pœnam non fallerent, non iam relicto dudum corpore ex ipso exiremus? Vale.

VI. Eidem.

Convenere medici, Amphidama, ad morbum meum summo studio, perspectam tenentes neque artem neque naturam, sed alterum ne volebant quidem, alterum sibi videbantur, at utrumque ignorabant. Nihil aliud quam emollierunt ventrem meum contrectationibus tanquam utrem. Alii etiam curare volebant, sed non permisi, verum primum morbi ab eis petebam rationem, nec tamen mihi reddidere, neque me superabant, sed ipsos ego. « Quomodo igitur » aiebam « tibiis canendi artifices possitis esse, quum a non tibicine victi sitis? Mihimet medebor ipse, aut vos, ubi me quomodo sit ex humoris redundantia siccitas efficienda docueritis. » (2) At illi ne intellecta quidem quæstione acquievere, in sua ipsorum scientia ancipiter hærentes. Cognovi ceteros quoque non ab ipsis, sed a fortuna esse persanatos. Hi impie faciunt, Amphidama, artes ementientes quas non habent, et curantes quæ nesciunt, atque homines artis nomine interficientes, quo et naturæ et arti injuriam inferunt. Turpe est inscitiam profiteri, turpius adhuc artem, quam non habeas. Quam voluptatem mendacium eis affert, nisi ut ex fraude lucrum faciant? Melius sibi consulerent, si mendicarentur; misericordiam certe moverent: nunc vero damno, quod afferunt, et mendacio in odium incurrunt. Viliores artes reliquæ; statim arguuntur. Difficiliora ad arguendum quæ præstantiora sunt. (3) Latuerant me hac in civitate isti. Nemo eorum medicus, verum præstigiatores omnes atque impostores, artis fallacias argento divendentes. Heracleodorum avunculum meum hi mercede necaverunt, qui non potuere morbi mei proferre caussam, neque ex humoris redundantia quomodo fieret siccitas. Nesciunt in mundo deum magna corpora curare, eo ut redundantiam ipsorum ad æqualitatem revocet, fracta coniungat, labentia priusquam concidant sustineat, sparsa in unum redigat, indecora expurget, capta custodiat, fugientia persequatur, tenebricosa lumine illustret, infinita finibus terminet, deformibus formam addat, sensu cassa visu imbuat. (4) Per omnem enim naturam pergit rumpens, concinnans, solvens, iungens, fundens. Aridum liquefacit ac dissolvit, humores exhalat, condensat laxatum aerem et continenter quæ supra sunt deprimit, quæ infra erigit. Hæc ægrotantis mundi curatio. Hunc egomet imitabor in me ipso, reliqua valere iubeo.

VII. Hermodoro.

Audio Ephesios legem contra me laturos legibus omnibus

κατ' ἐμοῦ ἀνομώτατον· οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐφ' ἑνος, ἀλλὰ κρίσις. οὐκ ἴσασιν Ἐφέσιοι ὅτι ἕτερος δικαστὴς νομοθέτου. καίτοι γε ἀμείνων οὗτος, ἐπεὶ ἀπαθέστερος πρὸς ἄδηλον τὸν μέλλοντα πράξειν. ὁ δικάζων δὲ ὁρᾷ τὸν κρινόμενον, ᾧ συνάπτεται τὸ πάθος. ἴσασί με, Ἑρμόδωρε, συντεχνιτεύσαντά σοι τοὺς νόμους, κἀμὲ ἐλάσαι βούλονται, ἀλλ' οὐ πρότερόν γε ἢ ἐλέγξαι αὐτούς, ὅτι ἄδικα ἐγνώκασι. τὸν μὴ γελῶντα καὶ πάντα μισανθρωποῦντα πρὸ ἡλίου δύνοντος ἐξιέναι τῆς πόλεως, τοῦτο νομοθετεῖν βουλεύονται, οὐδεὶς δ' ἐστὶν ὁ μὴ γελῶν, Ἑρμόδωρε, ἢ Ἡράκλειτος, ὥστε με ἐλαύνουσιν. (2) ὦ ἄνθρωποι, οὐ θέλετε μαθεῖν, διὰ τί ἀεὶ ἀγελαστῶ; οὐ μισῶν ἀνθρώπους, ἀλλὰ κακίαν αὐτῶν. οὕτω γράψατε τὸν νόμον, « Εἴ τις μισεῖ κακίαν, ἐξίτω τῆς πόλεως », καὶ πρῶτος ἔξειμι. φυγαδευθήσομαι οὐ πατρίδος ἀλλὰ πονηρίας ἄσμενος. μεταγράψατε τὸ διάταγμα. εἰ δὲ ὁμολογεῖτε Ἐφεσίους κακίαν εἶναι καὶ ὑμᾶς μισῶ, πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαιότερον νομοθέτης εἴην τοὺς ποιήσαντας Ἡράκλειτον διὰ πονηρίαν ἀγέλαστον ἐξιέναι τοῦ ζῆν, μᾶλλον δὲ μυρίαις ζημιοῦσθαι, εἰ πλέον ἀνιᾶσθε ἀργυρίῳ κολαζόμενοι; τοῦτο ὑμῶν ἐστι φυγή, τοῦτο θάνατος. (3) ἠδικήκατέ με ἀφελόμενοι ὃ θεὸς ἔδωκε καὶ φυγαδεύετέ με ἀδίκως. ἢ διὰ τοῦτο ὑμᾶς πρῶτον ἀγαπήσω, ὅτι μου τὸ ἥμερον ἐξεκόψατε; καὶ οὐ παύεσθε ἐπαγωνιζόμενοι νόμοις καὶ φυγαδείαις; ἐν γὰρ τῇ πόλει μένων οὐ πεφυγάδευμαι ἀφ' ὑμῶν; τίνι συμμοιχεύω, τίνι συμμιαιφονῶ, τίνι συμμεθύω, τίνι συμφθείρομαι; οὐ φθείρω, οὐκ ἀδικῶ οὐδένα τῶν ἁπάντων, μόνος εἰμὶ ἐν τῇ πόλει. ἐρημίαν αὐτὴν πεποιήκατε διὰ κακίας. ἡ ἀγορὰ ὑμῶν Ἡράκλειτον ἀγαθὸν ποιεῖ; οὔκ, ἀλλὰ Ἡράκλειτος ὑμᾶς, πόλιν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλετε. (4) ἐγὼ μὲν βούλομαι καὶ νόμος εἰμὶ ἄλλων, εἷς δ' ὢν οὐκ ἀρκῶ πόλιν κολάζειν. θαυμάζετε εἰ μηδέπω γελῶ, ἐγὼ δὲ τοὺς γελῶντας ὅτι ἀδικοῦντες χαίρουσι, σκυθρωπάζειν δέον οὐ δικαιοπραγοῦντας. δότε μοι καιρὸν γέλωτος ἐν εἰρήνῃ, ὥστε μὴ ἐπὶ τὰ δικαστήρια στρατεύεσθαι ἐν ταῖς γλώτταις ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἀπεστερηκότες χρήματα, γυναῖκας φθείραντες, φίλους φαρμακεύσαντες, ἱεροσυλήσαντες, προαγωγεύσαντες, ὄχλοις δραθέντες ἄπιστοι, τυμπανίσαντες, ἄλλος ἄλλου πλήρης κακοῦ. (5) ταῦτα γελάσω ὁρῶν ἀνθρώπους ποιοῦντας ἢ ἐσθῆτα καὶ γένεια καὶ κεφαλῆς πόνους ἀτημελήτους ἢ γυναῖκα φαρμακέως ἐπειλημμένην τέκνου ἢ μειράκια τῆς οὐσίας ἐκβεβρωμένα ἢ πολίτην γαμετῆς ἀφῃρημένον ἢ κόρην βίᾳ διαπαρθενευθεῖσαν ἐν παννυχίσιν ἢ ἑταίραν οὔπω γυναικῶν ἔχουσαν ἤδη πάθη ἢ διὰ ἀσέλγειαν νεανίσκον ἕνα πόλεως ἐραστὴν ὅλης ἢ τὰς τῶν ἐλαιῶν φθορὰς ἐν μύροις ἢ τοὺς ἐν συνδείπνοις γινομένους διὰ δακτύλων πλείονας ἢ τὰς δι' ἐδεσμάτων πολυτελείας καὶ γαστέρας ῥεούσας ἢ τοὺς ἐπὶ σκηνῆς ἀγωνοθετουμένους δήμους τὰ μεγάλα δίκαια; ἀφήσει δέ μου τὴν ὄψιν ἀρετὴ χυθῆναι ὑστέρα πονηρίας τεταγμένη. (6) ἢ τοὺς ἀληθινοὺς ὑμῶν πολέμους γελάσω, ὅτε προφάσεις ἀδικημάτων ποιη-

contrariam : nulla enim lex in unum statuitur, sed iudicium. Nesciunt Ephesii inter judicem et legislatorem quid differat. Et hic quidem altero præstat, quoniam, cum incertum sit qui sit noxam commissurus, ab omni perturbatione vacuus est; iudex vero ex rei adspectu pendens commovetur. Sciunt me, Hermodore, tibi legum ferendarum socium fuisse atque in exilium mittere me volunt, sed non ante quam se ipsos redarguerint, male sese decrevisse, ut, qui non rideat et omnia humana odio habeat, ante solis occasum ex urbe exeat, hanc legem edere in animo est. Nemo est autem, Hermodore, præter Heraclitum, qui non qua ratione in exilium me agunt rideat. (2) O homines, non vultis qua de caussa nunquam rideam discere? Non quod homines oderim, sed quod eorum pravitatem. Sic legem scribite, « Si quis oderit pravitatem, exeat ex urbe, » et primus exibo. Non patriam fugiam, sed pravitatem libenter. Rescribite decretum. Sin vero conceditis Ephesiis esse pravitatem et ego vos odio persequor, quomodo non iustior essem legislator, si eos, quorum ob pravitatem nunquam ridenti Heraclito ex vita exeundum est, ** immo decem millibus mulctari, si gravius fertis argenti mulctam irrogatam? Hoc vestrum est exilium, hæc mors. (3) Iniuriam mihi intulistis, qui quod deus dedit mihi ademistis, et præter ius in exilium me expellitis. An iccirco vos primum diligam, quod hilaritatem mihi excussistis, nec legibus me et exiliis persequi desinitis? Namque et in urbe manens a vobis non profugio? Cuinam adulterii vel cædium vel temulentiæ vel sceleris socius sum? Non perdo, non lædo quenquam omnium, solus sum in civitate, in solitudinem per pravitatem eam redegistis. Forumne vestrum Heraclitum bonum reddit? Non, verum Heraclitus vos, civitatem. At non vultis. (4) Ego quidem volo et lex sum ceterorum, unus tamen non par sum civitati castigandæ. Miramini quod nunquam adhuc riserim, ego vero ridentes miror, quod iniuria lætantur, quum oporteat iniuste agentes in mœrore esse. Date mihi ridendi occasionem in pace, ita ut non in judiciis stipendia faciatis in linguis arma habentes, postquam pecunias rapuistis, mulieres corrupistis, amicos veneno sustulistis, sacrilegia patrastis, lenocinium exercuistis, vulgo perfidiam prodidistis, verberibus cecidistis, alius alio scelere vos contaminastis. (5) Hæc rideam videns homines agentes, vestem et barbam et capitis ornamenta neglecta aut venefici uxorem puerum in complexu tenentem aut adolescentum exesa patrimonia aut civem uxore privatum aut virgini nocturno tempore vim illatam aut meretricem nondum feminam feminæ tamen partes subeuntem aut propter impudicitiam iuvenem unum totius amatorem civitatis aut olivas in unguenta consumptas aut in epulis . . . . aut ferculorum lautitiis ventres fluentes aut populos in scena de maximis negotiis sententias ferentes? Sed oculis meis lacrimas offundet virtus si posthabita fuerit improbitati. (6) An vera vestra bella rideam, quum iniuriarum sub prætextu cædibus vos con-

σάμενοι καταμιαιφονεῖσθε δύστηνοι ἐξ ἀνθρώπων θηρία γεγονότες, αὐλοῖς καὶ σάλπιγξι διὰ μουσικῆς εἰς ἄμουσα πάθη παροξυνόμενοι, σίδηρος δὲ ἀρότρων καὶ γεωργίας δικαιότερον ὄργανον σφαγῆς καὶ θανάτων ηὐτρέπισται, ὑβρίζεται δὲ δι' ὑμῶν θεός, Ἀθηνᾶ πολεμίστρια καὶ Ἄρης ἐνυάλιος καλούμενος, φάλαγγας δὲ ἀντιστήσαντες ἄνθρωποι κατὰ ἀνθρώπων ἀλλήλων σφαγὰς εὔχεσθε, ὡς λειποτάκτας τοὺς μὴ μιαιφονοῦντας τιμωρούμενοι καὶ ὡς ἀριστέας τοὺς ἐμπλεονάσαντας αἵματι τιμῶντες; (7) λέοντες δ' οὐχ ὁπλίζονται κατ' ἀλλήλων, οὐδὲ ξίφη ἀναλαμβάνουσιν αἱ ἵπποι, οὐδὲ τεθωρακισμένον ἂν ἴδοις ἀετὸν ἐπ' ἀετῷ. οὐδὲν ἄλλο μάχης ἔχει ὄργανον, ἀλλ' ἑκάστῳ τὰ μέρη καὶ ὅπλα· τοῖς μὲν κέρατα τὰ ὅπλα, τοῖς δὲ ῥύγχη, τοῖς δὲ πτερά, τοῖς δὲ τάχος, ἄλλοις μέγεθος, ἄλλοις ὀλιγότης, οἷς δὲ πάχος, οἷς δὲ νῆξις, πολλοῖς δὲ πνεῦμα. οὐδὲν ξίφος ἄλογα ποιεῖ ζῷα χαίρειν πολλοῖς ὁρῶντα φυλαττόμενον ἐν αὐτοῖς φύσεως νόμον, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀνθρώποις. μᾶλλον δὲ τοῦτο πλέον ἂν εἴη παράβασις, ἐν κρείττοσι τὸ ἀβέβαιον. (8) τέλος δὲ πολέμων τί ὑμῖν εὐκτέον ἄρα; ἢ δι' ἐκεῖνο παύσετέ με κατηφείας; πόθεν; οὐχὶ δὲ πλέον ὁμοφύλων σφῶν καὶ δενδροτομουμένη γῆ καὶ ἀναρπαζομένη πόλις καὶ γῆρας προπηλακιζόμενον καὶ γυναῖκες ἀπαγόμεναι καὶ τέκνα ἐξ ἀγκαλῶν ἀποσπώμενα καὶ θάλαμοι διαφθειρόμενοι καὶ παρθένοι παλλακευόμεναι καὶ μειράκια θηλυνόμενα καὶ ἐλεύθεροι σιδηροδετούμενοι καὶ ναοὶ θεῶν κατασπώμενοι καὶ ἡρῷα δαιμόνων ἀνορυττόμενα καὶ παιᾶνες ἀνοσίων ἔργων καὶ χαριστήρια θεοῖς ἀδικίας; (9) ταῦτα ἀγελαστῶ. ἐν εἰρήνῃ πολεμεῖτε διὰ λόγων, ἐν πολέμῳ πολιτεύεσθε διὰ σιδήρου· ἁρπάζετε τὸ δίκαιον ἐν ξίφεσιν. Ἑρμόδωρος ἐλαύνεται νόμους γράφων, Ἡράκλειτος ἐλαύνεται ἀσεβείας. αἱ πόλεις ἔρημοι καλοκαγαθίας, αἱ ἐρημίαι πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὄχλοι. τείχη ἕστηκεν ἀνθρώπων σύμβολα πονηρίας ἀποκλείοντα τὴν βίαν ὑμῶν, οἰκίαι περιβέβληνται πᾶσιν. ἕτερα τείχη πλημμελείας· οἱ ἔνδον πολέμιοι, ἀλλὰ πολῖται, οἱ ἐκτὸς πολέμιοι, ἀλλὰ ξένοι. πάντες ἐχθροί, οὐδένες φίλοι. (10) δύναμαι γελάσαι ἐχθροὺς ὁρῶν τοσούτους; τὸν ἀλλότριον πλοῦτον ἴδιον οἴεσθε, τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας ἰδίας νομίζετε, τοὺς ἐλευθέρους ἀνδραποδίζετε, τὰ ζῶντα κατεσθίετε, τοὺς νόμους παραβαίνετε, παρανομίας νομοθετεῖτε, πάντα βιάζεσθε ἃ μὴ πεφύκατε. τὰ μάλιστα δοκοῦντα δικαιοσύνης εἶναι σύμβολα, οἱ νόμοι, ἀδικίας εἰσὶ τεκμήριον. εἰ γὰρ μὴ ἦσαν, ἀνέδην ἂν ἐπονηρεύεσθε· νῦν δέ τι καὶ μικρὸν ἐπιστομίζεσθε· φόβῳ κολάσεως κατέχεσθε εἰς πᾶσαν ἀδικίαν.

iaminatis infelices ex hominibus in bestias mutati, tibiis atque flagris per musicam ad alienos a musis motus instigati, ferrumque aratris et agriculturæ aptius instrumentum ad cædem et mortem inferendam apparatur, ac deo iniuriam infertis, Minervæ bellatrici et Marti, qui Enyalius appellatur, confertimque homines hominibus oppositi mutuas cædes optatis, tanquam desertores eos, qui cæde se non polluunt, punientes et tanquam fortissimos viros eos, qui plurimum sanguinis effudere, celebrantes? (7) Leones vero non armantur in se invicem, neque gladios equi arripiunt, neque loricatam aquilam videas adversus aquilam. Nullum aliud habent pugnandi instrumentum, sed sua cuique membra pro armis sunt, aliis cornua, aliis rostra, aliis alæ, aliis celeritas, aliis magnitudo, aliis parvitas, his crassitudo, illis natatio, multis etiam spiritus. Nullus ensis brutis animalibus gaudio est, quum sibi videant naturæ legem conservatam, at hominibus non item. Quanquam magis hoc conduceret, vitium est in præstantioribus inconstantiæ. (8) Finis autem bellorum cur vobis optandus est? An isto me modo a mœrore revocabitis? Qui fiet? Non autem e re vestra est, dum sitis generis societate iuncti, direpta et eversa urbs et vexata senectus et mulieres abductæ et infantes ex ulnis abstracti et thalami polluti et virgines vitiatæ et adolescentes effeminati et liberi in vincula coniecti et templa deorum deiecta et heroum monumenta effossa et pæanes impie factorum et pro iniuriis oblatæ diis grates. (9) Hæc non rideo : in pace verbis transigitis, in bello ferro decernitis, rapitis ius gladiis, Hermodorus expellitur ob scriptas leges, Heraclitus ob impietatem, civitates probitate destitutæ, solitudines plebi ad inferendam iniuriam præsidia, mœnia condita sunt hominum signa improbitatis vestram vim arcentia, ædes circumiectæ sunt omnibus, alia sunt vitiositatis mœnia, qui intus hostes, at cives, qui extra hostes, at peregrini, omnes inimici, amici nulli. (10) Possumne ridere, quum tot hostes videam? Alienas opes pro vestris habetis, alienas conjuges vestras putatis, liberos in servitutem redigitis, viventia devoratis, leges migratis, scelera legibus confirmatis, omnibus vim facitis, neque extimescitis quæ maxime videntur iustitiæ esse documenta. Leges iniuriæ testimonium sunt : nam si non essent, effrenate in peccata vos daretis; nunc vero paullisper reprimimini, supplicii metu prohibemini quin omne scelus committatis.

η'. Τῷ αὐτῷ.

Δήλου μοι, Ἑρμόδωρε, πότε ἀπαίρειν κέκρικας εἰς Ἰταλίαν. δέξαιντό σε οἱ ἐκείνης τῆς χώρας θεοὶ καὶ δαίμονες ἡδέως. ὄναρ ἐδόκουν τοῖς σοῖς νόμοις τὰ παρὰ πάσης τῆς οἰκουμένης διαδήματα προσιέναι καὶ

VIII. Eidem.

Nuntia mihi, Hermodore, quando decreveris proficisci in Italiam. Benigne te illius terræ dii ac dæmones excipiant. Per somnium videbantur totius orbis terrarum

κατὰ τὸ ἔθος τὸ Περσῶν ἐγκλώμενα ἐπὶ στόμα προσκυνεῖν αὐτούς, οἱ δὲ σεμνῶς πάνυ καθειστήκεσαν. προσκυνήσουσί σε Ἐφέσιοι μηκέτι ὄντα, ὅταν οἱ σοὶ νόμοι πᾶσιν ἐπιτάττωσι, καὶ τότε χρήσονται αὐτοῖς ἀναγκαζόμενοι. θεὸς γὰρ ἀφείλετο ἐκείνους ἡγεμονίαν καὶ ἑαυτοὺς ἐνόμισαν ἀξίους δουλεύειν. (2) τοῦτο μεμάθηκα καὶ ἐκ πατέρων. ὅλη Ἀσία κτῆμα ἐγένετο βασιλέως καὶ πάντες Ἐφέσιοι λάφυρον. ἀήθεις εἰσὶν ἐλευθερίας, ἀήθεις τοῦ ἄρχειν. καὶ νῦν ὡς εἰκὸς ὑπακούσονται κελευόμενοι, ἢ μὴ πεισθέντες οἰμώξονται. καὶ μέμφονται θεοὺς ἄνθρωποι ὅτι αὐτοὺς οὐ πλουτίζουσιν ἀγαθά, οὐ μέμφονται ἴδιον ἦθος ἀφροσύνης. τυφλῶν ἐστι μὴ δέξασθαι ἃ δίδωσι χρηστὰ δαίμων. Σίβυλλα ἐν πολλοῖς καὶ τοῦτο ἐφράσθη « ἥξειν σοφὸν Ἰταλίησιν ἐξ Ἰάδος χώρης. » εἶδέ σε πρὸ τοσούτου αἰῶνος, Ἑρμόδωρε, ἡ Σίβυλλα ἐκείνη καὶ τότε ἦσθα, Ἐφέσιοι δὲ οὐδὲ νῦν βούλονται δρᾶν ὃν διὰ θεοφορουμένης γυναικὸς ἀλήθεια ἔβλεπε. (3) σοφὸς μεμαρτύρησαι, Ἑρμόδωρε, Ἐφέσιοι δὲ ἀντιλέγουσι θεοῦ μαρτυρίᾳ. ἀποτίσονται ἑαυτῶν ὕβριν καὶ νῦν ἀποτίνυνται γνώμης ἀναπιμπλάντες ἡμᾶς κακῆς. οὐκ ἀφαιρούμενος πλοῦτον κολάζει θεός, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δίδωσι πονηροῖς, ἵν' ἔχοντες δι' ὧν ἁμαρτάνουσιν ἐλέγχωνται καὶ περιουσιάζοντες σκηνοβατῶσιν αὐτῶν τὴν μοχθηρίαν· ἡ δ' ἀπορία παρακάλυμμά ἐστιν. μὴ ἐπιλίποι ὑμᾶς τύχη, ἵνα ὀνειδίζησθε πονηρευόμενοι. οὗτοι μὲν χαιρόντων, σὺ δέ μοι δήλου τὸν καιρὸν τῆς ἐξόδου. πάντως ἐντυχεῖν σοι βούλομαι καὶ περί τε ἄλλων πάνυ συχνῶν καὶ περὶ αὐτῶν τῶν νόμων βραχέα εἰπεῖν. (4) ἔγραφον δ' ἂν αὐτά, εἰ μὴ περὶ παντὸς ἐποιούμην ἀπόρρητα μεῖναι. οὐδὲν δὲ οὕτω σιωπᾶται ὡς ἑνὶ λαλῶν εἷς, καὶ ἔτι μᾶλλον Ἡράκλειτος Ἑρμοδώρῳ. πολλοὶ οὐ διαφέρουσι κεραμίων σαθρῶν, ὡς μηδὲν στέγειν δύνασθαι, ἀλλ' ὑπὸ γλωσσαλγίας διαρρεῖν. Ἀθηναῖοι ὄντες αὐτόχθονες ἔγνωσαν φύσιν ἀνθρώπων, ὅτι γενόμενοι ἐκ γῆς ἔσθ' ὅτε διερρωγότα ἔχουσι νοῦν. τούτους ἐπαίδευσαν φυλακὴν ἀπορρήτων διὰ μυστηρίων, ἵν' ὡς φόβῳ σιγῶσιν, ἀλλ' οὐ κρίσει, καὶ μηκέτι χαλεπὸν ᾖ τὸ μελῆσαν τῇ ψυχῇ σιωπᾶν.

diademata ad leges tuas accedere et more Persarum in os procumbentia ipsas adorare, illæ vero graviter admodum astabant. Adorabunt te Ephesii e vivis digressum, quum tuæ leges omnibus imperabunt, et tunc eis utentur necessitate coacti. Deus enim imperium eis ademit et se ipsos iudicavere servitute dignos. (2) Hoc didici etiam ex maioribus. Tota Asia in regis ditionem venit et omnes Ephesii præda facti sunt. Insueti sunt libertatis, insueti imperii, et nunc, ut consentaneum est, iussi dicto erunt audientes, aut si non obedient, in malam partem abibunt. Et deos homines incusant, quod se bonis non locupletent, non suam incusant stultitiam. Cæcorum est, quæ bona largitur fortuna non accipere. Sibylla in multis hoc quoque vaticinata est, ex Ionia sapientem venturum in Italiam. Te ante tot sæcula Sibylla ista novit, Hermodore, et tunc fuisti, Ephesii vero ne nunc quidem videre volunt quem per feminam divino afflatu percitam conspexit veritas. (3) Sapientiæ tibi dictum est testimonium, Hermodore, Ephesii vero dei testimonio contradicunt. Luent suam ipsorum iniuriam et iam iam luunt, quum prava nos impleant opinione. Non adimendis divitiis punit deus, immo vero largitur improbis, ut habentes quibus peccent redarguantur et affluentes opibus sua flagitia omnibus patefaciant. Paupertas vero tegumentum est. Ne vobis desit fortuna, ut nequitia vestra probris proscindatur. Hi quidem valeant, tu vero discessus tui tempus mihi aperi. Omnino te volo convenire et quum de aliis multis tum de ipsis legibus pauca tecum colloqui. (4) Scriptis ea mandarem, nisi plurimi facerem ut occulta manerent. Nihil vero ita siletur quam si unus cum uno loquitur, præsertim Heraclitus cum Hermodoro. Multi a putridis urceis nihil differunt, ita ut nihil continere possint, sed linguæ prurigine diffluant. Athenienses, qui erant indigenæ, naturam hominum perspexerunt, quod ex terra nati hiscentem interdum haberent mentem. Hos docuerunt arcanorum custodiam per mysteria, ut quasi metu tacerent, non iudicio, nec amplius silere difficile esset ea quæ animum pupugissent.

θ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἄχρι τίνος, Ἑρμόδωρε, κακοὶ ἔσονται ἄνθρωποι καὶ οὐκέτι εἷς ἕκαστος ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ κοινῇ πόλεις ὅλαι; Ἐφέσιοί σε ἀνδρῶν ὄντα ἄριστον ἐλαύνουσιν. ἀντὶ τίνος; ἢ ὅτι νόμους γράφεις τοῖς ἐλευθέροις ἰσοπολιτείαν καὶ τοῖς τούτων τέκνοις ἰσοτιμίαν; καίτοιγε ὁ μὲν γνήσιος πολίτης οὐ κριθεὶς ἀγαθὸς γίνεται, ἀλλὰ γεννηθεὶς ἀναγκάζεται, καὶ οὐδ' ἣν ἀναγκασθῇ, πολλάκις ἀγαθὸς ἔμεινεν, οἱ δὲ δοκιμασθέντες ἀξιοῦνται τοῦ πολιτεύματος μαρτυρήσαντες βίῳ τὸ ἰσότιμον, πόσῳ κρείττους οἱ δι' ἀρετὴν ἐγγραφόμενοι; (2) Λακεδαιμόνιοι δὲ μετ' ἄλλων καὶ τοῦτο ἀγαθοί, οὐ γράμμασιν ἀποδεικνύντες Σπαρτιάτας ἀλλ' ἀγωγῇ· κἂν ἐλθὼν

IX. Eidem.

Quousque tandem, Hermodore, nequam erunt homines, idque non modo privatim singuli, verum et universim totæ civitates? Ephesii te optimum virorum expellunt. Qua de caussa? An quod servis eadem cum liberis decrevisti iura civitatis, eosdemque horum cum liberis honores? Atque si genuinus civis nullo iudicio bonus fit, sed natus ad virtutem cogitur et non coactus malus evasit sæpenumero, ii vero, qui probati cives facti sunt, digni civitate habentur, quoniam pari honore dignos sese esse vita sua testificati sunt, quanto præstant ob virtutem in civium numerum recepti? (2) Lacedæmonii autem quum ob alia, tum propterea probandi sunt, quod Spartiatas

τις Σκύθης ἢ Τριβαλλὸς ἢ Παφλαγὼν ἢ μηδὲν ἔχων ὄνομα χώρας ὑποστῇ τὴν Λυκούργειον σκληραγωγίαν, Λάκων ἐστίν, ὥστε ἕκαστος τῶν πολιτευθέντων ἐν ἑαυτῷ φέρων τὴν πατρίδα ἔρχεται, πάσης δὲ πόλεως φυγαδεύει κακία, κἂν ἐν μέσαις ταῖς στήλαις τις οἰκῇ. οὐδὲ Ἐφέσιον εἶναί τινα πείθομαι, εἰ μὴ ὡς κύνα Ἐφέσιον ἢ βοῦν· ἀνὴρ δὲ Ἐφέσιος, εἰ ἀγαθός, κόσμου πολίτης. τοῦτο γὰρ κοινὸν πάντων ἐστὶ χωρίον, ἐν ᾧ νόμος ἐστὶν οὐ γράμμα ἀλλὰ θεός, καὶ ὁ παραβαίνων ἃ μὴ χρὴ ἀσεβήσει· μᾶλλον δὲ οὐδὲ παραβήσεται, εἰ παραβὰς οὐ λήσεται. (3) πολλαὶ δίκης Ἐρινύες, ἁμαρτημάτων φύλακες. Ἡσίοδος ἐψεύσατο τρεῖς μυριάδας εἰπών· ὀλίγαι εἰσίν, οὐκ ἀρκοῦσι κακίᾳ κόσμου· πολὺ ἐστὶ πονηρία. ἐμοὶ δὲ πολῖται θεοί, θεοῖς ξυνοικῶν δι' ἀρετῆς οἶδα ἥλιον ὁπόσος ἐστί, πονηροὶ δὲ οὐδ' ὅτι εἰσίν. ἢ αἰσχύνονται Ἐφέσιοι δούλους ἀγαθοὺς εἶναι; εἰκότως· αὐτοὶ γὰρ κακοὶ ἐλεύθεροι, οἳ οὐκ ἐλευθέροις πάθεσιν εἴκουσι. παυσάσθωσαν οἷοί εἰσι, καὶ ἀγαπήσουσι πάντας ἰσότητι ἀρετῆς. τί δὲ οἴεσθε, ὦ ἄνθρωποι, εἰ θεὸς οὐ πεποιηκὼς κύνας οὐδὲ πρόβατα δούλους, οὐδὲ ὄνους οὐδὲ ἵππους οὐδὲ ὀρεῖς, ἀνθρώπους ἐποίησε; (4) καὶ ὅτι κρείττονας ἐκάκωσε δουλεία, οὐκ αἰσχύνεσθε καὶ τοῦτο τῆς ὑμετέρας ἀδικίας καὶ ἔργον καὶ ὄνομα; πόσῳ κρείσσονες Ἐφεσίων λύκοι καὶ λέοντες. οὐκ ἐξανδραποδίζονται ἀλλήλους, οὐδὲ ἐπρίατο ἀετὸς ἀετόν, οὐδὲ λέων λέοντι οἰνοχοεῖ, οὐδὲ ἐξέτεμε κύων κύνα, ὡς ὑμεῖς τὸν τῆς θεοῦ Μεγάβυζον, φοβούμενοι τῇ παρθενίᾳ αὐτῆς ἄνδρα ἱερᾶσθαι. ἢ πῶς ἀσεβήσαντες εἰς φύσιν εὐσεβεῖτε εἰς ξόανον; ἵνα θεοῖς καταρᾶται πρῶτον ὁ ἱερεὺς ἀφῃρημένος τὸν ἄνδρα. κατέγνωτε καὶ τῆς θεοῦ ἀκρασίαν, εἰ φοβεῖσθε ὑπ' ἀνδρὸς αὐτὴν θεραπεύεσθαι. (5) « μὴ συγκαθιζέτω μοι δοῦλος μηδὲ συνδειπνείτω » Ἐφέσιοι λέγουσιν, ἐγὼ δὲ ἐρῶ δικαιοτέραν φωνήν· συγκαθιζέτω μοι ἀγαθὸς καὶ συνδειπνείτω μοι, μᾶλλον δὲ προκαθιζέτω, προτιμηθήτω· οὐ γὰρ τύχη τὸ ἰσούμενον, ἀλλ' ἀρετή. τί ὑμᾶς ἀδικεῖ Ἑρμόδωρος, Ἐφεσίους ὑπομιμνήσκων πάντας ἀνθρώπους εἶναι καὶ μηδένα μεγαλαυχεῖν τύχῃ ὑπὲρ φύσιν; μόνη πονηρία δουλαγωγεῖ, μόνη ἐλευθεροῖ ἀρετή, ἀνθρώπων δὲ οὐδείς. κἂν ἐπιτάττητε ἄλλοις διὰ τύχην ἀγαθοῖς οὖσιν, αὐτοὶ δοῦλοί ἐστε δι' ἐπιθυμίαν, κελευόμενοι ὑπὸ τῶν ἑαυτῶν δεσποτῶν. (6) οὐ φοβεῖσθε δέ, ὦ ἄνθρωποι, πόλεως ὀλιγανδρίαν; τί οὖν ἔπηλυ εἰσάξετε πλῆθος, δέον τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀχθέντας καὶ τραφέντας καὶ ἀπειλαῖς καὶ κολάσεσι καὶ φόβοις ἀγαθοὺς γεγονότας; ἔσονται κρείττους, Ἑρμόδωρε, οἱ πεισθησόμενοι τοῖς σοῖς νόμοις. μὴ χαλέπαινε. μαντεύεται τὸ ἐμὸν ἦθος, ὅπερ ἑκάστῳ δαίμων. καὶ πεισθήσονται, ὧν ἔσται καὶ τὸ σύμπαν κράτος μιμησαμένων φύσιν. (7) σῶμα δοῦλον ψυχῆς συμπολιτεύεται ψυχῇ, καὶ οὐ χαλεπαίνει νοῦς ἰδίοις συνοικῶν ὑπηρέταις, καὶ γῆ, τὸ ἀτιμότατον ἐν κόσμῳ, οὐρανῷ συνάρχει, καὶ οὐκ ἀναίνεται οὐρανὸς ἐπίχαιρα ἐδάφη, οὐδὲ καρδία σπλάγχνα, τὸ ἱερώτατον χρῆμα

non litteris, sed institutione esse volunt, et si quis huc delatus Scytha aut Triballus aut Paphlago aut alius a nulla terra nomen habens severam subeat a Lycurgo institutam disciplinam, Laco est, ita ut quivis civium secum patriam circumferat, omnique civitate expellet nequitia, etiamsi mediis in columnis quis habitet. Neque Ephesium esse aliquem credo, nisi ut canem Ephesium vel bovem; vir vero Ephesius, si probus, mundi civis. Hic enim locus omnibus communis, in quo lex est non littera, sed deus, et ubi, si quis quæ decet migret, impius habebitur, vel potius ne migrabit quidem, si quum migraverit latere nequeat. (3) Permultæ iuris Erinnyes, custodes peccatorum. Falsus est Hesiodus, quum triginta millia proferret : paucæ sunt, neque mundi nequitiæ coercendæ pares. Multum improbitatis est. Mihi vero cives dei, cum diis una versans per virtutem quantus sol sit novi, improbi autem ne quod sunt quidem. An Ephesii servos bonos esse dedecori sibi putant? Nil mirum, ipsi enim mali liberi, qui illiberalibus patent affectibus. Desinant esse quales sunt, et diligent omnes pro virtutis æquitate. Quid censetis, homines, si deus non canes neque oves neque asinos neque equos neque mulos servos fecisset, verum homines? (4) Nec pudet vos, quod præstantiores servitus afflixit, quum vestræ hoc sit et factum et nomen nequitiæ? Quanto præstant Ephesiis lupi et leones. Non servitutis iugum sibi imponunt invicem, neque emit aquila aquilam, neque leo leoni pocula ministrat, neque exsecuit canis canem, ut vos deæ sacerdotem Megabyzum, virginitatem eius viro sacerdoti committere dubitantes. Aut quomodo, qui in naturam impios vos præstatis, pii sitis erga simulacrum? Dira diis imprecatur primum sacerdos excisa virilitate, deinde et immodestiæ deam insimulatis, si viro eius cultum committere dubitatis. (5) Ne mecum servus considat, ne mecum convivetur, Ephesii aiunt, ego vero æquius proferam præceptum. Considat mecum probus et convivetur mecum, vel potius priorem locum occupet et maiorem honorem : non enim fortuna exæquat, verum virtus. Quid vobis iniuriæ infert Hermodorus Ephesios dum admonet omnes homines esse, nec superbire quenquam ultra naturæ fines? Sola nequitia in servitutem redigit, sola virtus in libertatem vindicat, hominum vero nullus. Etsi aliis imperatis, qui fortuna probi sunt, ipsi servi estis propter cupiditatem, a vestris ipsorum dominis instigati. (6) Non metuitis autem, o viri, hominum in civitate paucitatem? Quid igitur alienigenarum recipietis turbam, quum satis sit recipere a vobis altos et educatos et minis ac pœnis metuque probos factos? Præstabunt, Hermodore, qui tuis legibus parebunt. Noli irasci, præsagit animus meus quod suus cuique dæmon. Atque parebunt, quorum et omnis erit vis naturam imitantibus. (7) Corpus animo licet obnoxium cum animo tamen conversatur, neque ægre fert mens hoc cum servis suis consortium, et terra, mundi pars contemptissima, una cum cœlo re-

τὰ φαυλότατα ἐν σώματι. ἀλλὰ θεὸς μὲν οὐκ ἐφθόνησεν ἐπίσης ἅπασιν ὀφθαλμοὺς ἅψαι καὶ ἀκοὰς ἀναπετάσαι καὶ γεῦσιν καὶ ὄσφρησιν καὶ μνήμην καὶ ἐλπίδα, καὶ ἡλίου φῶς οὐκ ἀπέκλεισε δούλων, πάντας ἀνθρώπους κόσμου καταλέξας πολίτας· Ἐφέσιοι δὲ τὴν ἑαυτῶν πόλιν ὑπερκόσμιον οἴονται μηδέποτε τῶν κοινῶν ἀξιοῦντες. ὁρᾶτε μὴ ἀσεβῆτε θεῷ ἀντιπολιτευόμενοι. ἀεὶ βούλεσθε μισεῖσθαι ὑπὸ δούλων, καὶ ἐν ᾧ ὑπηρέτουν πρότερον καὶ ἐν ᾧ ἀτιμοῦνται ὕστερον; (8) τί οὖν αὐτοὺς ἠλευθεροῦτε, εἰ μὴ ἀξίους ἐνομίζετε; ἢ ὅτι πάθεσιν ὑμῶν ὑπήκουσαν; ἐκείνοις οὖν χαλεπαίνετε οἳ διὰ τύχην ἐλειτούργουν, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῖς, οἳ διὰ κακίαν ἐπάσχετε; οἰκτροὶ ἦσαν τὰ κακὰ φόβῳ ἀνεχόμενοι, κατάρατοι δ' ὑμεῖς ἐπιτάττοντες τὰ χείρω· καὶ τότε πικροτέροις ἐδουλεύετε δεσπόταις, καὶ νῦν ἔτι δουλεύετε φοβούμενοι ὧν ἤρξατε. τί οὖν βούλεσθε; τῆς πόλεως ἀθρόοι πάντες ἐξέλθωσι καὶ ἐξελθόντες ἰδίαν πόλιν κτίσωσι, καταρώμενοι ὑμῖν καὶ παισὶ παίδων ἀνεπιβασίαν ψηφισάμενοι; πολεμίους ἑαυτοῖς τρέφετε, Ἐφέσιοι, καὶ τοῖς μέλλουσι παισὶ πρὸς τοὺς μέλλοντας ἐξ ἐκείνων. ὄψονται, Ἑρμόδωρε, Ἐφέσιοι τὰ ἑαυτῶν, σὺ δὲ χαῖρε ἀγαθὸς ὤν.

gnat, nec cœlum aspernatur opportunum fundamentum, neque cor viscera, sanctissima res quæ in corpore sunt vilissima. Sed neque deus dedignatus est pariter omnibus accendere oculos et auditum aperire et saporem et odorem et memoriam et spem, nec solis lumen servis interclusit, cunctis hominibus mundi civibus constitutis. Ephesii autem suam civitatem supermundialem arbitrantur, quum reipublicæ potestatem nolunt facere. Videte ne impie agatis deo repugnantes. Perpetuone odio vultis esse servis, et quo ante serviebant tempore et quo postea despectui habentur? (8) Quid igitur in libertatem eos vindicabatis, si eos dignos non iudicabatis? An quia libidinibus vestris obtemperavere? Illis igitur succensetis, qui pro fortuna sua serviebant, nec vero vobis ipsis, qui pro nequitia vestra male eratis affecti? Miseri erant, qui mala metu tolerabant, vos vero exsecrandi, qui turpiora imperabatis. Et tunc gravioribus serviebatis dominis, et etiamnum servitis, timentes eos, in quos dominati estis. Quid igitur vultis? Ex civitate simul omnes exeant et exsules urbem sibi condant, mala vobis imprecantes et liberos liberorum aditu interdicentes. Inimicos vestrum ipsorum alitis, Ephesii, et futuris liberis in futuros ex illis. Videbunt, Hermodore, quæ sibi destinata sunt Ephesii, tu vero qua es probitate, vale.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

HIPPOCRATIS EPISTOLÆ.

α΄. Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Παίτῳ χαίρειν.

Νοῦσος προσεπέλασε ἡ καλεομένη λοιμικὴ τοῖσι στρατεύμασι ἡμέων, καὶ πολλὰ ποιησάντων ἡμέων ἔνδοσιν οὐκ ἔδωκε. ὅθεν, ἀξιῶ, παντοίησι καὶ πάσησι τῇσι παρ' ἐμεῦ διδομένῃσι δωρεῇσι ἤ τι τῶν ἐκ φύσιος βοηθημάτων ἤ τινα τῶν ἐκ τέχνης πρηξίων ἢ τινος ἑτέρου ἀνδρὸς ἑρμηνείην δυναμένου ἰῆσασθαι πέμπε τάχος. (2) μάστιξον, ἀξιῶ, τὸ πάθος· ἄλυς γὰρ κατὰ τὸν ὄχλον πολλός. οὐ πολεμέοντες πολεμεόμεθα, ἐχθρὸν ἔχοντες τὸν θῆρα λυμαινόμενον τὰ ποίμνια. τέτρωκε πολλούς, δυσιήτους ἐποίησε· πικρὰ βέλη βελῶν καταπέμπει. οὐ φέρω γνώμην, οὐκέτι ἔχω μετ' ἀνδρῶν γονίμων βουλεύσασθαι. λῦε ταῦτα πάντα μὴ διαλείψας ἀγαθῇ τύχῃ. ἔρρωσο.

β΄. Παῖτος βασιλέι βασιλέων τῷ μεγάλῳ Ἀρταξέρξῃ χαίρειν.

Τὰ φυσικὰ βοηθήματα οὐ λύει τὴν ἐπιδημίην τοῦ λοιμικοῦ πάθεος· ὅσα γὰρ ἐκ φύσιος γίγνεται νοσήματα, αὐτὴ ἡ φύσις ἰῆται κρίνουσα· ὅσα δὲ ἐξ ἐπιδημίης, τέχνη τεχνικῶς κρίνουσα τὴν τροπὴν τῶν σωμάτων. (2) Ἱπποκράτης δὲ ἰητρὸς ἰῆται τοῦτο τὸ πάθος. τῷ γένεϊ μὲν οὖν ἐστὶ Δωριεύς, πόλιος δὲ Κῶ, πατρὸς δὲ Ἡρακλείδα τοῦ Ἱπποκράτεος τοῦ Γνωσιδίκου τοῦ Νέβρου τοῦ Σωστράτου τοῦ Θεοδώρου τοῦ Κλεομυττάδα τοῦ Κρισάμιδος. (3) οὗτος θείῃ φύσι κέχρηται, καὶ ἐκ μικρῶν καὶ ἰδιωτικῶν εἰς μεγάλα καὶ τεχνικὰ προήγαγε τὴν ἰητρικήν. γίγνεται μὲν οὖν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης ἔνατος μὲν ἀπὸ Κρισάμιδος τοῦ βασιλέος, ὀκτωκαιδέκατος δὲ ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ, εἰκοστὸς δὲ ἀπὸ Διός, μητρὸς δὲ Πραξιθέης τῆς Φαιναρέτης ἐκ τῆς οἰκίης τῶν Ἡρακλειδέων, ὥστε κατ' ἀμφότερα τὰ σπέρματα θεῶν ἀπόγονός ἐστι ὁ θεῖος Ἱπποκράτης, πρὸς μὲν πατρὸς Ἀσκληπιάδης ἐών, πρὸς δὲ μητρὸς Ἡρακλείδης. (4) ἔμαθε δὲ τὴν τέχνην παρά τε τῷ πατρὶ Ἡρακλείδᾳ καὶ παρὰ τῷ πάππῳ Ἱπποκράτεϊ. ἀλλὰ παρὰ μὲν τούτοισι, ὡς εἰκός, τὰ πρῶτα ἐμυήθη τῆς ἰητρικῆς ὅσα πιθανὸν ἦν καὶ τούτους εἰδέναι, τὴν δὲ σύμπασαν τέχνην αὐτὸς ἑωυτὸν ἐδίδαξε, θείῃ φύσι κεχρημένος, καὶ τοσοῦτον ὑπερβεβηκὼς τῇ τῆς ψυχῆς εὐγενείῃ τοὺς προγόνους, ὅσον διενήνοχε αὐτῶν καὶ τῇ τῆς τέχνης ἀρετῇ. καθαίρει δὲ οὐ θηρίων, θηριωδῶν δὲ νοσημάτων καὶ ἀγρίων πολλὴν γῆν καὶ θάλασσαν δια-

I. Magnus Artaxerxes rex regum Pæto S.

Morbus pestilens dictus nostris exercitibus se applicuit, nobisque crebro multa molientibus nihil dum remisit. Quare velim omnigenis quæ a me præbentur donis ut quamprimum aliquod ex natura sumptum præsidium aut aliquod ex arte remedium aut alicuius qui mederi queat consilium ad nos transmittas. (2) Propulsa, oro, hanc affectionem. Magna enim multitudinem invasit anxietas. Abstinentes bello debellamur, cum hostem habeamus feram istam gregem nostrum devastantem. Multos sauciavit et immedicabiles reddidit, acerba iacula immisit. Non fero. Angor animo neque habeo, quid iam consilii cum viris præstantibus capiam. Hæc omnia sine mora solve fortuna usus propitia. Vale.

II. Pætus regi regum magno Artaxerxi.

Quæ a natura præsidia petuntur, pestilentiam grassantem non solvunt; morbos enim ex natura ortos ipsa natura inclinatione critica curat, epidemicos vero ars artificiose corporum mutationem discernens curat. (2) At Hippocrates medicus hunc morbum sanat, a Doriensibus oriundus et civitate Co, patre vero Heraclide Hippocratis filio, ex Gnosidico Nebro Sostrate Theodoro Cleomyttada Crisamida. (3) Hic divina natura præditus ex parvis ac vulgaribus initiis in magnam artem medicinam provexit. Ac divinus quidem Hippocrates nonus a Crisamide rege, ab Æsculapio vero decimus octavus, a Iove vigesimus, matre vero Praxithea Phænaretes filia, ex Heraclidarum familia. Quare ex utroque semine a diis oriundus divinus Hippocrates, ex patre quidem Asclepiadarum familiam attingens, ex matre vero Heraclidarum. (4) Artem vero tum ex patre Heraclide, tum ex avo Hippocrate didicit. Verum ab his quidem, ut par est, primum artis mysteriis initiatus, quæ eos tenuisse credibile est; ipse deinde sese divino ingenio præditus universam artem docuit, tantum ingenii nobilitate maiores suos superans, quantum iis artis excellentiâ præstitit. Expellit autem non feras sed feros et agrestes morbos per magnos terræ et maris

σπείρων πανταχοῦ, ὥσπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τῆς Δήμητρος σπέρματα, τὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ βοηθήματα. (5) τοιγαροῦν ἐνδικώτατα καὶ αὐτὸς ἀνιέρωται πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἠξίωταί τε τῶν αὐτῶν Ἡρακλέϊ τε καὶ Ἀσκληπιῷ ὑπὸ Ἀθηναίων δωρεῶν. τοῦτον μετάπεμψαι, ἀργύριον καὶ χρυσίον ὅσον ἂν βούληται διδοὺς αὐτῷ· οὗτος γὰρ ἐπίσταται οὐχ ἕνα τρόπον τῆς ἰήσιος τοῦ πάθεος, οὗτος πατὴρ ὑγιείης, οὗτος σωτήρ, οὗτος ἀκεσώδυνος, οὗτος ἁπλῶς ἡγεμὼν τῆς θεοπρεπέος ἐπιστήμης. ἔρρωσο.

γ'. Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Ὑστάνεϊ Ἑλλησπόντου ὑπάρχῳ χαίρειν.

Ἱπποκράτεος ἰητροῦ Κῴου ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγονότος καὶ ἐς ἐμὲ κλέος τέχνης ἀφῖκται. διδοὺς οὖν αὐτῷ χρυσίον ὁκόσον ἂν βούληται, καὶ τὰ ἄλλα χύδην ὧν ἂν σπανίζῃ, πέμπε πρὸς ἡμέας· ἔσται γὰρ ὁμότιμος Περσέων τοῖσι ἀρίστοισι. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος ἀνὴρ κατ' Εὐρώπην ἀγαθὸς φαίνοιτο, φίλον οἴκῳ βασιλέος ποιοῦ μὴ φειδόμενος ὄλβου· ἄνδρας γὰρ εὑρεῖν δυναμένους τι κατὰ συμβουλίην οὐ ῥήϊδιον.

δ'. Ὑστάνης Ἱπποκράτεϊ ἰητρῷ Κῴῳ Ἀσκληπιαδέων ὄντι ἀπογόνῳ χαίρειν.

Ἣν ἔπεμψε βασιλεὺς ἐπιστολὴν σέο χρηΐζων πέπομφά σοι. γράψον οὖν πρὸς ταῦτα ἵνα κατὰ τάχος τὴν σὴν ἀπόφασιν πέμψω.

ε'. Ἱπποκράτης ἰητρὸς Ὑστάνεϊ Ἑλλησπόντου ὑπάρχῳ χαίρειν.

Πέμπε βασιλέϊ ἃ ἐγὼ γράφω, ὅτι καὶ προσφορῇ καὶ ἐσθῆτι καὶ οἰκήσι καὶ πάσῃ τῇ ἐς τὸν βίον ἀρκεούσῃ οὐσίῃ χρέομαι. ὄλβου δὲ Περσέων οὔ μοι θέμις ἐπαυρέσθαι, οὐδὲ νούσων παῦσαι βαρβάρους ἄνδρας, ἐχθροὺς ἐόντας Ἑλλήνων.

στ'. Ἱπποκράτης Δημητρίῳ ὑγιαίνειν.

Βασιλεὺς Περσέων ἡμέας μεταπέμπεται, οὐκ εἰδὼς ὅτι λόγος ἐμοὶ σοφίης χρυσοῦ πλέον δύναται.

ζ'. Βασιλέϊ βασιλέων τῷ ἐμῷ μεγάλῳ δεσπότῃ Ἀρταξέρξῃ Ὑστάνης Ἑλλησπόντου ὕπαρχος χαίρειν.

Ἣν ἔπεμψας ἐπιστολήν, λέγων πέμψαι Ἱπποκράτει ἰητρῷ Κῴῳ ἀπὸ Ἀσκληπιαδέων γεγονότι, ἔπεμψα, καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκομισάμην ἀπόκρισιν, ἣν γράψας ἔδωκε καὶ ἠξίωσε ἐς τὸν σὸν οἶκον πέμπειν. φέροντα οὖν ἀπέσταλκά σοι φενακηνασβην διευτύχῃ.

η'. Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Κῴοις τάδε λέγει.

Δότε τοῖσι ἐμοῖσι ἀγγέλοισι Ἱπποκράτεα ἰητρὸν κακοὺς τρόπους ἔχοντα καὶ ἐς ὑμέας καὶ ἐς ἐμὲ καὶ ἐς

tractus, atque Æsculapii auxilia non secus ac Triptolemus Cereris semina dispergit. (5) Quamobrem iustissimis de causis in multis terrarum locis etiam ipse divinis honoribus affectus est, et ab Atheniensibus iisdem quibus Hercules et Æsculapius muneribus cohonestatus est. Hunc accersiri iube, aurique et argenti quantum volet dato. Hic enim non unum huius mali sanandi modum tenet. Hic sanitatis pater est, hic salvator, dolorum sanator, hic, ut breviter dicam, divinæ scientiæ princeps est. Vale.

III. Rex regum magnus Artaxerxes Hystani Hellesponti præfecto S.

Hippocratis medici Coi, ab Æsculapio oriundi, artis gloria ad me quoque pervenit. Auri igitur quantum volet, reliquaque quibus indiget effuse ei promittito et ad nos mittito; cum Persarum enim optimatibus eodem erit honore. Et si quis alius in Europa prudentia excellit, eum in familiam regiam nihil divitiis parcens asciscito. Neque enim viros qui consilio valeant invenire est facile.

IV. Hystanes Hippocrati medico Coo ex Asclepiadarum familia oriundo S.

Quas misit Persarum rex literas præsentiam tuam expetens ad te misi. Ad hæc igitur rescribe, ut quam celerrime mittam responsum tuum.

V. Hippocrates medicus Hystani Hellesponti præfecto S.

Regi quæ respondeo quam celerrime rescribe, nos victu, vestitu, domo, omnique re ad vitam necessaria cumulate frui. Persarum autem opibus uti non mihi fas est, neque barbaros morbis liberare, cum sint Græcorum hostes.

VI. Hippocrates Demetrio S.

Rex Persarum nos ad se vocat, nescius potiorem mihi esse sapientiæ quam auri rationem.

VII. Regi regum magno meo domino Artaxerxi Hystanes Hellesponti præfectus S.

Quam ad me misisti epistolam, iubens ut ad Hippocratem medicum Coum et ex Asclepiadarum familia oriundum mitterem, misi et ab eo responsum accepi, quod scriptis traditum ut domum tuam mitterem iussit. ...... igitur ...... qui hoc perferat ad te misi.

VIII. Rex regum magnus Artaxerxes hæc Cois denuntiat.

Hippocratem medicum maligno erga nos animo et in vos et me et Persas proterve iniurium nuntiis meis reddite;

Πέρσας ἀσελγαίνοντα· εἰ δὲ μή, γνώσεσθε καὶ πρὸ τῆς ἁμαρτίης τιμωρίην τίσαντες· δηιώσας γὰρ ὑμέων τὴν πόλιν καὶ τὴν νῆσον κατασπάσας ἐς πέλαγος, ποιήσω μηδὲ ἐς τὸν λοιπὸν χρόνον γνωσθῆναι, εἰ ἦν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νῆσος ἢ πόλις Κῴων.

θ'.

Ἔδοξε τῇ πόλι ἀποκρίνασθαι τοῖσι παρὰ Ἀρταξέρξεω ἀγγέλοισι ὅτι Κῷοι οὐδὲν ἀνάξιον πρήξουσι οὔτε Μέροπος οὔτε Ἡρακλέος οὔτε Ἀσκληπιοῦ. (2) ὧν ἕνεκεν πάντως οἱ πολῖται οὔτι δώσουσι Ἱπποκράτεα, οὐδὲ εἰ μέλλοιεν ἄρτι ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ ἀπολεῖσθαι· καὶ γὰρ Δαρείου καὶ Ξέρξεω ἀπὸ πατέρων ἐπιστολὰς γραψάντων γῆν καὶ ὕδωρ οὐκ ἔδωκε αἰτεόντων ὁ δᾶμος, ὁρέων αὐτοὺς ὁμοίως τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἀπωστοὺς ἐόντας. (3) καὶ νῦν τὰν αὐτὰν ἀπὸ Κῴων ἀπόκρισιν διδοῖ. Ἱπποκράτεα οὐ δίδοντι ἔκδοτον. ἀπαγγελλόντων οὖν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι ὅτι οὐδὲ οἱ θεοὶ ἀμελήσουσι ἁμέων.

ι'. Ἀβδηριτέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἱπποκράτεϊ χαίρειν.

Κινδυνεύεται τὰ μέγιστα τῇ πόλι νῦν, Ἱππόκρατες, ἀνὴρ τῶν ἡμετέρων, ὃς καὶ τῷ παρόντι χρόνῳ καὶ τῷ μέλλοντι αἰεὶ κλέος ἠλπίζετο τῇ πόλι, μηδὲ νῦν, ὦ πάντες θεοί, φθονηθείη. οὗτος ὑπὸ πολλῆς τῆς κατεχούσης αὐτὸν σοφίης νενόσηκε, ὥστε φόβος οὐχ ὁ τυχών, ἂν φθαρῇ τὸν λογισμὸν Δημόκριτος, ὄντως δὴ τὴν πόλιν ἡμέων Ἀβδηριτέων καταλειφθήσεσθαι. (2) ἐκλαθόμενος γὰρ ἁπάντων καὶ ἑωυτοῦ πρότερον, ἐγρηγορὼς καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην, γελῶν ἕκαστα μικρὰ καὶ μεγάλα καὶ μηδὲν οἰόμενος εἶναι τὸν βίον ὅλον διατελέει. γαμέει τις, ὁ δὲ ἐμπορεύεται, ὁ δὲ δημηγορέει, ἄλλος ἄρχει, πρεσβεύει, χειροτονέεται, ἀποχειροτονέεται, νοσέει, τέτρωται, τέθνηκε, ὁ δὲ πάντα γελῇ, τοὺς μὲν κατηφέας τε καὶ σκυθρωποὺς τοὺς δὲ χαίροντας ὁρέων. (3) ζητέει δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου καὶ γράφει ταῦτα, καὶ εἰδώλων φησὶ πλήρεα τὸν ἠέρα εἶναι, καὶ ὀρνέων φωνὰς ὠτακουστέει, καὶ πολλάκις νύκτωρ ἐξαναστὰς μοῦνος ἡσυχῇ ᾠδὰς ᾄδοντι ἔοικε, καὶ ἀποδημέειν ἐνίοτε λέγει ἐς τὴν ἀπειρίην καὶ Δημοκρίτους εἶναι ὁμοίους ἑωυτῷ ἀναριθμήτους, καὶ συνδιεφθορὼς τῇ γνώμῃ τὸ χρῶμα ζῇ. ταῦτα φοβούμεθα, Ἱππόκρατες, ταῦτα ταρασσόμεθα. (4) ἀλλὰ σῶζε, καὶ ταχὺς ἐλθὼν νουθέτησον τὴν πατρίδα. μηδὲ ἡμέας ἀποβάλῃς· καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοί ἐσμεν, καὶ ἐν ἡμῖν μαρτυρίη κέεται. οὐκ ἂν ἁμάρτοις οὔτε δόξης τῆς ἐπ' αὐτῷ περισωθέντι οὔτε χρημάτων οὔτε παιδείης (καίτοι τὰ τῆς παιδείης πολλῷ σοι βελτίω τῶν τῆς τύχης), ἀλλά σοι καὶ ταῦτα συχνὰ παρ' ἡμέων καὶ ἄφθονα γενήσεται· τῆς γὰρ Δημοκρίτου ψυχῆς ἀλλ' οὐδ' εἰ χρυσὸς ἦν ἡ πόλις ἀνταξία βουλήσιος οὐδ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσαντα. τοὺς νόμους ἡμέων δοκέομεν νοσέειν, Ἱππόκρατες, τοὺς νόμους

alioqui noscetis vos etiam ante facinus pœnas persoluturos. Vestra enim urbe ferro et igni devastata et insula demolita in pelagus efficiam, ut ne in posterum quidem dignoscatur, num eo loco insula vel urbs Coorum fuerit.

IX.

Artaxerxis nuntiis populus respondere constituit, Coos nihil Merope neque Hercule neque Æsculapio indignum facturos, (2) ideoque cives Hippocratem minime reddituros, etiamsi pessimam mortem oppetere debeant. Dario enim et Xerxi per literas terram et aquam a maioribus nostris petentibus populus recusavit, cum videret eos qui se hostiliter persequerentur, æque ac alios homines propelli posse. (3) Atque etiam nunc idem respondet, Coos Hippocratem vobis non esse tradituros. Hoc igitur illi nuntient legati, ipsos deos nostri curam habituros esse.

X. Senatus populusque Abderitanus Hippocrati S.

Caput urbis nostræ nunc summo in discrimine versatur, Hippocrates, vir scilicet nostras, qui et nunc et olim huic urbi semper ornamento fore sperabatur, quique utinam ne nunc, o dii omnes, nobis denegetur. Is ob multam sapientiam, quam consecutus est, adeo ægrotat, ut non mediocriter verendum sit ne, si Democritus mente captus fuerit, urbs nostra Abderitana penitus pro deserta habenda sit. (2) Omnium enim imprimisque sui oblitus, vigilans noctu et interdiu, singulaque parva et magna deridens ac pro nihilo reputans, totam vitam traducit. Ducit aliquis uxorem, hic mercaturam exercet, hic concionem habet, alius magistratum gerit, legationem obit, populi suffragio magistratus declaratur, abrogatur, ægrotat, vulneratur, moritur; hic autem ridet omnia, cum hos demisso et tetrico vultu, illos hilares videat. (3) Quin et ea inquirit quæ apud inferos fiunt, et de his scribit, et imaginum plenum aerem esse dicit seque avium voces intelligere, et sæpe de nocte surgens solus placide canere videtur, seseque quandoque in infinitatem peregrinari dicit, et innumerabiles sui similes esse Democritos, unaque cum mente corpore perditus vivit. Hæc metuimus, o Hippocrates, his de rebus perturbati sumus. (4) Verum tuo consilio patriam nostram servaturus cito advenito, neque nos despexeris. Neque enim despiciendi sumus, et nos testimonii auctoritate valemus, et de Democrito servato neque gloria neque pecuniis neque eruditionis fama frustraberis. Et quamquam plus apud te valeat doctrinæ quam fortunæ ratio, hæc tamen tibi a nobis et copiosa et larga offeretur. Etenim vitam Democriti urbs nostra, quam auream esse velimus, quovis pignore redimere tendet. Leges nostras, Hippocrates, ægro-

παρακόπτειν. (5) ἴθι θεραπεύσων, ἀνδρῶν φέριστε, ἄνδρα ἀρίσημον, οὐχ ἰητρός, ἀλλὰ κτίστης ἐὼν ὅλης τῆς Ἰωνίης, περιβάλλων ἡμῖν ἱερώτερον τεῖχος. πόλιν, οὐχ ἄνδρα θεραπεύσεις, βουλὴν δὲ νοσοῦσαν καὶ κινδυνεύουσαν ἀποκλεισθῆναι μέλλεις ἀνοιγνύναι, αὐτὸς νομοθέτης, αὐτὸς δικαστής, αὐτὸς ἄρχων, αὐτὸς σωτήρ, καὶ τούτων τεχνίτης ἀφίξει. ταῦτά σε προσδοκῶμεν, Ἱππόκρατες, ταῦτα καὶ γένοιο ἐλθών. (6) μία πολίων οὐκ ἄσημος, μᾶλλον δὲ ἡ Ἑλλὰς ὅλη δέεταί σου φυλάξαι σῶμα σοφίης. αὐτὴν δὲ δόκει παιδείαν πρεσβεύειν πρὸς σὲ τῆς παρακοπῆς ταύτης ἀπαλλαγῆναι δεομένην. ξυγγενὲς μὲν οὖν, ὡς ἔοικε, πᾶσι σοφίη, τοῖσι δ' ἐγγυτέρω κεχωρηκόσι αὐτῆς ὥσπερ ἡμῖν καὶ μάλα πλέον. εὖ ἴσθι, χαριεῖ καὶ τῷ μέλλοντι αἰῶνι, μὴ προεκλιπὼν Δημόκριτον ἧς ἐλπίζει προτερήσειν ἀληθείης. (7) σὺ γὰρ Ἀσκληπιῷ προσπέπλεξαι γένος καὶ τέχνην, ὁ δὲ Ἡρακλέος ἐστὶ ἀδελφιδοῦς, ἀφ' οὗ Ἄβδηρος, ὥς που πυνθάνῃ πάντως, ᾧ ἐπώνυμος ἡ πόλις. ὥστε κἀκείνῳ χάρις ἡ Δημοκρίτου γένοιτ' ἂν ἴησις. ὁρέων οὖν, ὦ Ἱππόκρατες, ἐς ἀναισθησίην ἀπορρέοντα καὶ δῆμον καὶ ἄνδρα ἀρίσημον, σπεῦδε πρὸς ἡμέας, δεόμεθα. φεῦ ὡς καὶ τὰ ἀγαθὰ περισσεύσαντα νοῦσοι τυγχάνουσι· (8) ὁ Δημόκριτος γὰρ ὅσον ἐρρώσθη πρὸς ἄκρα σοφίης, ἴσα κινδυνεύει νῦν ἀποπληξίῃ διανοίης καὶ ἠλιθιότητι κεκακῶσθαι, οἱ δ' ἄλλοι, ὅσοι πολλοὶ Ἀβδηριτέων, μείναντες ἐν ἀπαιδευσίῃ τόν γε κοινὸν κατέχουσι νόον, ἀλλὰ νῦν γε φρονιμώτεροι νοῦσον σοφοῦ κρίνειν οἱ πρὶν ἄφρονες. ἴθι οὖν μετὰ Ἀσκληπιοῦ πατρός, ἴθι μετὰ Ἡρακλέος θυγατρὸς Ἠπιόνης, ἴθι μετὰ παίδων τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσαμένων, ἴθι νῦν παιώνια νούσου φέρων ἄκεα. (9) εὐκαρπήσει δὲ γῆ ῥίζας καὶ βοτάνας ἀλεξιφάρμακα μανίης ἄνθεα· σχεδὸν οὖν οὐδέποτε γονιμώτερον εὐφορήσουσι οὔτε γῆ οὔτε ὀρέων ἀκρώρειαι ἢ νῦν Δημοκρίτῳ τὰ πρὸς ὑγιείην. ἔρρωσο.

ια'. Ἱπποκράτης Ἀβδηριτέων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

Ὁ πολίτης ὑμέων Ἀμελησαγόρης ἦλθε ἐς Κῶ, καὶ ἔτυχε τότ' ἐοῦσα ἡ ἀνάληψις τῆς ῥάβδου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ καὶ ἐτήσιος ἑορτή, ὡς ἴστε, πανήγυρις ἡμῖν καὶ πομπὴ πολυτελὴς ἐς κυπάρισσον, ἣν ἔθος ἄγειν τοῖσι τῷ θεῷ προσήκουσι. (2) ἐπεὶ δὲ σπουδάζειν ἐῴκεε καὶ ἐκ τῶν λόγων καὶ ἐκ τῆς προσόψιος ὁ Ἀμελησαγόρης, πεισθείς, ὅπερ ἦν, ἐπείγειν τὸ πρῆγμα, ἀνέγνων τε ὑμέων τὴν ἐπιστολὴν καὶ ἐθαύμασα ὅτι περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου ὡς εἷς ἄνθρωπος ἡ πόλις θορυβέεσθε. (3) μακάριοί γε δῆμοι ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἔρματα ἑωυτῶν, καὶ οὐ τοὺς πύργους οὐδὲ τὰ τείχεα, ἀλλὰ σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας. ἐγὼ δὲ πείθομαι τέχνας μὲν εἶναι θεῶν χάριτας, ἀνθρώπους δὲ ἔργα φύσιος. μὴ νεμεσήσητε, ἄνδρες Ἀβδηρῖται, εἰ οὐχ ὑμέας δοκέω ἀλλὰ τὴν φύσιν αὐτὴν καλέειν με ἀνασῶσαι ποίημα ἑωυτῆς, κινδυνεῦον ὑπὸ

tare et delirare existimamus. (5) Adsis, vir optime, virum eximium curaturus. Venies non tanquam medicus, sed velut totius Ioniæ fundator, nos sacratiore muro circumdabis. Urbem non virum curabis, senatum ægrotantem et ne claudatur periclitantem aperies, ipse legum conditor, iudex, magistratus, servator et horum artifex advenies. Hanc in rem te exspectamus, Hippocrates, hæc nobis eris ubi veneris. (6) Civitatum una non obscura, imo universa Græcia te orat, ut sapientiæ corpus conserves. Ipsam vero doctrinam apud te legationem obire putato, ut se hac insania liberes rogantem. Sapientia certe, ut nobis videtur, omnibus cognata est et iis, qui ad eam propius accesserunt, velut nobis, multo magis. Certo scito te a futuro sæculo magnam inituram gratiam, si Democritum veritate, qua cum omnibus præstare posse sperat, non destitueris. (7) Tu enim Æsculapio genere et arte coniunctus es, hic vero Herculis ex fratre nepos, ex quo Abderus, ut procul dubio audisti, cuius nomen civitas habet. Quare illi etiam grata futura est Democriti curatio. Cum igitur videas, Hippocrates, et populum et virum egregium ad sensuum stupiditatem delabi, ad nos ut festines rogamus. Mirum quod vel bona exuberantia morbi existunt. (8) Democritus enim quantum sapientiæ acumine valuit, in tantum nunc periclitatur, ne mentis stupore et dementia male afficiatur. At reliquum Abderitanum vulgus ineruditum sensu quidem communi fruitur, quin etiam qui antea imprudentes habebantur, ad sapientis morbum discernendum nunc quidem perspicaciores sunt. Adesto igitur cum Æsculapio patre, cum Herculis filia Epione, cum filiis qui ad Ilium in expeditionem profecti sunt, adesto nunc pæonia tecum morbi remedia afferens. (9) Terra uberibus fructibus, radicibus, herbis et floribus ad depellendam insaniam ferax erit, neque fere unquam fœcundius quid producent neque terra neque montium iuga quam quæ nunc ad Democriti salutem. Vale.

XI. Hippocrates senatui populoque Abderitarum S.

Civis vester Amelesagoras eo die Co appulit, in quem forte inciderat virgæ assumptio, universaria, ut scitis, nobis festivitas et publicus conventus, pompaque ad cupressum celebris, quam pro more deducunt qui deo dicati sunt. (2) Cum autem et ex verbis et ex aspectu ipso festinare videretur Amelesagoras, credens re vera urgere negotium, epistolam vestram legi et miratus sum quod de unius hominis salute non secus ac si unus esset in civitate conturbati essetis. (3) Certe beati sunt populi, qui viros bonos sua esse propugnacula intelligunt, non turres, non mœnia, sed prudentium virorum prudentia consilia. At vero artes deorum esse munera cum mihi persuadeam, viros autem naturæ opera, ne indignemini, viri Abderitæ, si naturam, non vos me vocare existimem ad opus suum conservandum, quod periclitatur ne morbo

νούσου διαπεσεῖν. (4) ὥστε πρὸ ὑμέων ἐγὼ φύσι καὶ θεοῖσι ὑπακούων σπεύδω νοσεῦντα Δημόκριτον ἰήσασθαι, εἴπερ δὴ καὶ τοῦτο νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ μὴ ἀπάτῃ συσκιάζεσθε, ὅπερ εὔχομαι. καὶ γένοιτο ἂν πλέον τῆς ἐν ὑμῖν εὐνοίης τεκμήριον τὸ πρὸς ὑπόνοιαν ταραχθῆναι. (5) ἀργύριον δέ μοι ἐρχομένῳ οὔτ' ἂν φύσις οὔτε θεὸς ὑπόσχοιτο, ὥστε μηδ' ὑμεῖς, ἄνδρες Ἀβδηρῖται, βιάζεσθε, ἀλλ' ἐᾶτε ἐλευθέρης τέχνης ἐλεύθερα τὰ ἔργα. οἱ δὲ μισθαρνεῦντες δουλεύειν ἀναγκάζουσι τὰς ἐπιστήμας, ὥσπερ ἐξανδραποδίζοντες αὐτὰς ἐκ τῆς προτέρης παρρησίης. (6) εἶθ' ὡς εἰκὸς καὶ ψεύσαιντο ἂν ὡς περὶ μεγάλης νούσου, καὶ ἀρνηθεῖεν ἂν ὡς περὶ σμικρῆς, καὶ οὐκ ἂν ἔλθοιεν ὑποσχόμενοι, καὶ πάλιν ἔλθοιεν μὴ κληθέντες. οἰκτρός γε ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ὅτι δι' ὅλου αὐτοῦ ὡς πνεῦμα χειμέριον ἡ ἀφόρητος φιλαργυρίη διαδέδυκε, ἐφ' ἣν εἴθε μᾶλλον ἅπαντες ἰητροὶ ξυνήισαν ἀποθεραπεῦσαι χαλεπωτέρην μανίης νοῦσον, ὅτι καὶ μακαρίζεται νοῦσος ἐοῦσα καὶ κακοῦσα. (7) οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα πάντα μανίας εἶναι σφοδρὰς ἐμποιούσας δόξας τινὰς καὶ φαντασίας τῷ λογισμῷ, ὧν ὁ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς ὑγιάζεται. (8) ἐγὼ δὲ εἰ πλουτέειν ἐξ ἅπαντος ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες Ἀβδηρῖται, οὐκ ἂν εἵνεκεν δέκα ταλάντων διέβαινον πρὸς ὑμέας· ἀλλ' ἐπὶ τὸν μέγαν ἐρχόμενος Περσέων βασιλέα, ἔνθα πόλιες ὅλαι προσήισαν τῆς ἐξ ἀνθρώπων εὐτυχίης γεγεμισμέναι, ἰώμην ἂν τὸν ἐκεῖ λοιμὸν ἀνιών. (9) ἀλλ' ἀπηρνησάμην ἐχθρὴν Ἑλλάδι χώρην ἐλευθερῶσαι κακῆς νούσου. κἀγὼ τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ καταναυμαχῶ τοὺς βαρβάρους, εἶχον δ' ἂν αἰσχύνην τὸν βασιλέος πλοῦτον καὶ πατρίδος ἐχθρὴν περιουσίην, περιεκείμην δ' ἂν αὐτά, ὡς ἑλέπολις τῆς Ἑλλάδος ὑπάρχων. (10) οὐκ ἔστι πλοῦτος τὸ πανταχόθεν χρηματίζεσθαι· μεγάλα γὰρ ἱερὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ δικαιοσύνην, οὐκ ὀρυσσόμενα ἀλλ' ἐμφανέα ἐόντα. ἢ οὐκ οἴεσθε ἴσον ἁμάρτημα εἶναι σώζειν πολεμίους καὶ φίλους ἰᾶσθαι μισθοῦ; (11) ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει τὰ ἡμέτερα, ὦ δῆμε· οὐ καρποῦμαι νούσους, οὐδὲ δι' εὐχῆς ἤκουσα τὴν Δημοκρίτου παράκρουσιν, ὃς εἴτε ὑγιαίνει, φίλος ἔσται, εἴτε νοσέει, θεραπευθεὶς φίλος πλέον ὑπάρξει. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐμβριθέα καὶ στερρὸν τὰ ἤθεα καὶ τῆς ὑμετέρης πόλιος ἐόντα κόσμον. ἔρρωσθε.

ιβ'. Ἱπποκράτης Φιλοποίμενι χαίρειν.

Οἱ τὴν τῆς πόλιος ἐπιστολὴν ἀποδόντες μοι πρέσβεις καὶ τεὴν ἀπέδοσαν, ἥσθην δὲ κάρτα ξεινίην τε ὑπισχνεομένου σέο καὶ τὴν ἑτέρην διαίτην. ἔλθοιμεν δὲ αἰσίῃ τύχῃ καὶ ἀφιξόμεθα ὡς ὑπολαμβάνομεν χρηστοτέρῃσι ἐλπίσι, ἐξ ὧν ἐν τῇ γραφῇ παραδεδήλωται οὐ μανίην ἀλλὰ ψυχῆς τινὰ ῥῶσιν ὑπερβάλλουσαν διασαφέοντες τἀνδρός, μήτε παίδων μήτε γυναικὸς μήτε συγγενέων μήτε οὐσίης μήτε τινὸς ὅλως

corruat. (4) Quare naturæ et diis potius quam vobis auscultans festino Democritum ægrotantem sanaturus, si sane hic morbus est, ac non potius, quod exopto, errore hallucinamini. Ac certe maius fuerit benevolentiæ vestræ testimonium, si vos ad hanc suspicionem conturbati fueritis. (5) Mihi vero ad vos venienti non natura, neque deus argentum promiserit. Unde neque vos, viri Abderitæ, per vim obtrudite, sed liberæ artis libera esse sinite opera. Qui autem mercede operam suam loc nt, has scientias tanquam ex priore libertate mancipio dantes servire cogunt. (6) Deinde probabile est mentiri posse tanquam in magno morbo, et negare ut in parvo, aut ubi promiserint, non venire, rursusque non vocatos venire. Miserabilis sane est humana vita, quod eam totam intolerabilis argenti cupiditas velut hibernus flatus pervaserit, ad quem morbum curandum utinam medici omnes potius concurrerent; gravior enim ille mentis alienatione est, quippe qui, etiamsi morbus sit et male affligat, censeatur beatus. (7) Equidem omnes animi morbos vehementes insanias reputo, cum opiniones quasdam et visa rationi suscitent, ex quibus sanescit qui per virtutem repurgatur. (8) Ego vero si omnibus modis ditescere voluissem, viri Abderitæ, ne decem quidem talentorum gratia ad vos venirem, sed ad magnum Persarum regem proficiscerer, ubi urbes totæ cuiusvis generis opibus mirum quantum refertæ occurrissent, illorum autem pestilentem morbum curassem. (9) Sed regionem Græciæ inimicam malo morbo liberare recusavi. Et ipse, quantum in me erat, barbaros navali prœlio supero. Regias autem opes ignominiæ mihi futuras et opulentiam patriæ inimicam reportassem, quibus circumaffluens urbium Græciæ quasi destructor existerem. (10) Divitiæ non sunt pecuniæ undecunque comparatæ. Magna enim sunt virtutis sacra, quæ a iustitia non teguntur, sed in apertum se proferunt. An non reputatis æquale peccatum esse, hostes servare et amicos mercede curare? (11) At non ita se habent res nostræ. Ex morbis quæstum non facio, neque ex animo Democriti dementiam audivi, qui sive sanus sit, amicus est, sive ægrotet, curatus magis etiam amicus futurus est. Eum autem gravibus et firmis moribus esse præditum intelligo et urbi vestræ esse ornamento. Valete.

XII. Hippocrates Philopœmeni S.

Legati cum urbis vestræ epistola etiam tuam mihi reddiderunt, quodque tuum hospitium et reliqua vitæ commoda promitteres, valde lætatus sum. Auspicato autem veniemus et, ut opinamur, meliore spe accedemus; quippe argumento usi iis quæ per litteras accepimus, non insaniam sed eximium quoddam animi robur in viro isto agnoscimus, qui neque liberorum neque uxoris neque

ἐν φροντίδι ἐόντος, ἡμέρην δὲ καὶ εὐφρόνην πρὸς ἑωυτῷ κατεστεῶτος καὶ ἰδιάζοντος πάμπολλα ἐν ἄντροισι καὶ ἐρημίῃσι ἢ ὑπὸ σκέπῃσι δενδρέων καὶ ἐν μαλθακῇσι ποίῃσι ἢ παρ' ἡσύχοισι ὑδάτων ῥεέθροισι. (2) ξυμβαίνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ τοῖς μελαγχολῶσι τοιαῦτα· σιγηλοί τε γὰρ ἐνίοτε καὶ μονήρεες καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσι, ἀπανθρωπεύονταί τε ξύμφυλον ὄψιν ἀλλοτριωτάτην νομίζοντες. οὐκ ἄποικος δὲ καὶ τοῖσι περὶ παιδείην ἐσπουδακόσι τὰς ἄλλας φροντίδας ὑπὸ μιῆς τῆς ἐν σοφίῃ διαθέσιος σεσοβῆσθαι. (3) ὥσπερ γὰρ δμῶες καὶ δμωΐδες ἐν τοῖσι οἴκοισι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως αὐτοῖσι δέσποινα ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἐφησυχάζουσι, παραπλησίως καὶ αἱ λοιπαὶ αἱ κατὰ ψυχὴν ἐπιθυμίαι ἀνθρώποισι κακῶν ὑπηρέτιδες· ἐπὴν δὲ σοφίης ὄψις ἑωυτὴν ἐπιστήσῃ, ὡς δοῦλα τὰ λοιπὰ πάθεα ἐκκεχώρηκε. (4) ποθέουσι δὲ ἄντρα καὶ ἡσυχίην οὐ πάντως οἱ μανέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονήσαντες ἀταραξίης ἐπιθυμίῃ. ὁκόταν γὰρ ὁ νόος ὑπὸ τῶν ἔξω φροντίδων κοπτόμενος ἀναπαύσασθαι θελήσῃ τὸ σῶμα, τότε ταχέως ἐς ἡσυχίην μετήλλαξε, εἶτα ἀναστὰς ὄρθριος ἐν ἑωυτῷ περισκοπέει κύκλῳ χωρίον ἀληθείης, ἐν ᾧ οὐ γυνή, οὐ τέκνα, οὐ κασίγνητοι, οὐ ξυγγενέες, οὐ δμῶες, οὐδ' ὅλως οὐδὲ ἓν τῶν θόρυβον ἐμποιεόντων, πάντα δ' ἀποκεκλεισμένα τὰ ταράσσοντα ἕστηκε ὑπὸ φόβου, οὐδὲ πλησιάσαι τολμέοντα ὑπὸ εὐλαβείης τῶν αὐτόθι οἰκεόντων· οἰκέουσι δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο τέχναι καὶ ἀρεταὶ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ βουλαὶ καὶ γνῶμαι. (5) καὶ ὁ μέγας πόλος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τοὺς πολυκινήτους ἀστέρας κατέστεπται, εἰς ὃ τάχα καὶ Δημόκριτος ὑπὸ σοφίης μετοικήσας εἶτ' οὐκέθ' ὁρέων τοὺς ἐν τῇ πόλι, οἷά γε τηλοῦ ἐκδεδημηκώς, δοξάζεται μανίης νοῦσον διὰ τὸ φιλέρημον, σπεύδουσι δὲ Ἀβδηρῖται ἀργυρίου ἐλεγχθῆναι ὅτι οὐ ξυνιᾶσι Δημόκριτον. ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν κατάρτυε τὴν ξεινίην, ἑταῖρε Φιλοποίμην· οὐδὲ γὰρ ἐθέλω τεταραγμένῃ τῇ πόλι παρασχεῖν ὄχλησιν, ἐκ παλαιοῦ ἴδιον ἔχων ξεῖνόν σε, ὡς οἶσθα.

cognatorum neque rei familiaris neque cuiusquam omnino curam habeat, sed dies et noctes secum vivat et privatam vitam degat in antris plerumque et solitudinibus aut in arborum umbraculis aut in mollibus herbis aut iuxta crebra aquarum fluenta. (2) Hæc igitur plerumque melancholicis accidunt. Quandoque enim taciturni sunt, solitarii, desertorum amantes, familiarium conspectum tanquam alienum fugiunt. Neque etiam absurdum est in his, qui ad disciplinas studiose contendunt, omnes alias curas ab uno sapientiæ affectu excuti. (3) Non aliter enim ac ministri et ministræ in domibus tumultuantes ac concertantes, si quando derepente eis hera adfuerit, attoniti conquiescunt, similiter etiam reliquæ animi cupiditates malorum hominibus sunt administræ; at ubi sapientia in conspectum se dederit, tanquam mancipia reliqui affectus discedunt. (4) Expetunt autem speluncas et quietem non amentes solum, verum etiam qui res humanas negligunt ob tranquillitatis desiderium. Cum enim mens curis externis fracta se recreare voluerit, tunc cito quieti se tradit, deinde celsa atque erecta veritatis locum circumspicit, in quo non pater, non mater, non uxor, non liberi, non frater, non cognati, non ministri, non fortuna neque prorsus quicquam tumultum excitat, sed perturbantia omnia reiecta præ timore subsistunt neque appropinquare audent pro eorum reverentia qui illic inhabitant. Illum autem locum inhabitant artes, virtutum omne genus, dii, dæmones, consilia, sententiæ. (5) In illaque regione magnus polus stellis plurimum se moventibus tanquam corona cinctus est, in quam fortassis Democritus ob sapientiam commigravit. Deinde cum eos qui in urbe sunt non amplius videat, ut qui procul a domo agat, ob solitudinis amorem insanire creditur. Cum vero Abderitæ Democritum non intelligant, de argento periculum facere student. Tu vero, amice Philopœmen, hospitium nobis præparato; neque enim perturbatæ urbi molestus esse volo, cum te, ut nosti veterem et proprium hospitem habeam.

ιγ'. Ἱπποκράτης Διονυσίῳ χαίρειν.

Ἢ περίμεινόν με ἐν Ἁλικαρνησσῷ ἢ φθάσον αὐτὸς ἐλθών, ὦ ἑταῖρε· κατὰ πᾶσαν γὰρ ἀνάγκην ἀπιτέον εἰς Ἄβδηρά μοι Δημοκρίτου χάριν, ἐφ' ὃν νοσέοντα μετεπέμψατό με ἡ πόλις. (2) ἀλλ' ἔκτοπος γάρ τις ἡ ξυμπαθείη τῶν ἀνθρώπων, Διονύσιε, ὡς μία ψυχὴ συννοσεόντων τῷ πολίτῃ· ὥστε μοι δοκέουσι καὶ αὐτοὶ θεραπείης δέεσθαι. ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδὲ νοῦσον αὐτὸ εἶναι, ἀλλ' ἀμετρίην παιδείης, οὐκ οὖσαν δὲ τῷ ὄντι ἀμετρίην, ἀλλὰ νομιζομένην τοῖσι ἰδιώτῃσι, ἐπεὶ οὐδέποτε βλαβερὸν τῆς ἀρετῆς τὸ ἄμετρον. (3) δόξα δὲ νούσου γίγνεται τοῦτο διὰ τὴν τῶν κρινόντων ἀπαιδευσίην, δοκιμάζει δὲ ἕκαστος ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ ἔχει τὸ ἐν ἄλλῳ πλεονάζον περισσεύειν. καὶ ἴσως που καὶ ὁ δει-

XIII. Hippocrates Dionysio S.

Aut me Halicarnassi exspecta, aut me, o amice, anteverte; necessario enim mihi Democriti gratia in Abderam abeundum, ad quem ægrotantem urbs me accersivit. (2) At mirabilis, Dionysi, quædam est hominum istorum naturæ cognatio et quasi concentus, quippe qui velut uno animo cum cive suo ægrotent, ut et ipsi curatione indigere mihi videantur. Equidem ne morbum quidem esse puto, sed nimis exsuperantem doctrinam quæ tamen modum exsuperare non potest, sed ita vulgo existimatur, cum virtus modum exsuperans nunquam sit noxia. (3) Quod vero eminet, propter eorum qui iudicant inscitiam morbi speciem præbet. Unusquisque autem ex his quæ non habet, id quod in alio abundat mo-

λὸς ἀμετρίην τὴν ἀνδρείην ὑπείληφε, καὶ ὁ φιλάργυρος τὴν μεγαλοψυχίην, καὶ πᾶσα ἔλλειψις ὑπερβάλλειν δοκέει τὸ τῆς ἀρετῆς ξύμμετρον. (4) ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ἰδόντες μετὰ τῆς ἐνθένδε προγνώσιος καὶ ἀκούσαντες τῶν λόγων αὐτοῦ ἄμεινον εἰσόμεθα· σὺ δὲ ἔπειξον, ὦ Διονύσιε, παραγενέσθαι· βούλομαι γὰρ ἐνδιατρῖψαί σε τῇ πατρίδι μου μέχρις ἂν ἐπανέλθω, ὅκως τῶν ἡμετέρων φροντίζῃς καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν τῆς πόλιος. ἔπειτ' οὐκ οἶδ' ὅκως ἐκ ξυντυχίης ὑγιεινὸν τὸ ἔτος ἐστὶ καὶ τὴν ἀρχαίην φύσιν ἔχον· ὥστε οὐ πολλὰ παρενοχλέουσι νοῦσοι. πλὴν ὅμως πάριθι. (5) οἰκήσεις δὲ τὴν ἐμὴν εὐκαιρέουσαν οἰκίην, ἅτε καὶ τοῦ γυναίου μένοντος πρὸς τοὺς γονῆας διὰ τὴν ἐμὴν ἀποδημίην. ἐπισκόπεε δὲ καὶ τὰ ἐκείνης, ὅκως διάγῃ σωφρόνως, καὶ μὴ διὰ τὴν τἀνδρὸς ἀπουσίην ἄλλους ἄνδρας νομίσῃ. κόσμιος μὲν οὖν ἦν ἐξ ἀρχῆς, καὶ τοὺς γονῆας ἀστείους εἶχε, τόν τε πατέρα ἀνδρικόν τε καὶ μισοπόνηρον ὑπερφυῶς γερόντιον· ἀλλ' ὅμως αἰεὶ χρηίζει γυνὴ τοῦ σωφρονίζοντος, ἔχει γὰρ φύσι καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑωυτῇ, ὅπερ εἰ μὴ καθ' ἡμέρην ἐκκόπτοιτο, ὥσπερ τὰ δένδρεα καθυλομανέει. (6) ἐγὼ δὲ φίλον ἀκριβέστερον οἶμαι γονέων ἐς φυλακὴν γυναικός· οὐ γὰρ ὡς ἐκείνοισι καὶ τούτῳ ξυνοικέει πάθος εὐνοίης, δι' οὗ πολλάκις ἐπισκιάζονται τὴν νουθεσίην. φρονιμώτερον δὲ ἐν παντὶ τὸ ἀπαθέστερον, ἅτε μὴ ἐπικλώμενον ὑπὸ εὐνοίης.

ιδ'. Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

Οἶδα παρὰ σοὶ γενόμενος ἐν Ῥόδῳ, Δαμάγητε, τὴν ναῦν ἐκείνην (Ἁλίας ἐπιγραφὴ ἦν αὐτῇ), πάγκαλόν τινα καὶ εὔπρυμνον, ἱκανῶς τε τετροπισμένην, καὶ διάβασιν εἶχε πολλήν· ἐπῄνεες δὲ καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτῆς ὡς ὀξὺ καὶ ἀσφαλὲς καὶ ἔντεχνον ὑπουργῆσαι, καὶ τοῦ πλόου τὴν εὐδρομίην. (2) ταύτην ἔκπεμψον ἡμῖν, εἰ οἷόν τε, μὴ κώπῃσι ἀλλὰ πτεροῖσι ἐρετμώσας· ἐπείγει γὰρ τὸ πρῆγμα, φιλότης, καὶ ἐς Ἄβδηρα διαπλεύσας πάνυ ταχέως βούλομαι νοσέουσαν ἰήσασθαι πόλιν διὰ νοσεῦντα ἕνα Δημόκριτον. ἀκούεις που τἀνδρὸς τὸ κλέος. (3) τοῦτον ἡ πατρὶς αἰτιᾶται μανίῃ κεκακῶσθαι, ἐγὼ δὲ βούλομαι μὴ ὄντως αὐτὸν παρακόπτειν, ἀλλ' ἐκείνοισι δόξαν εἶναι. γελᾷ, φασί, αἰεὶ καὶ οὐδέποτε παύεται γελῶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι, καὶ σημεῖον αὐτὸ τοῦτο μανίης δοκέει. (4) ὅθεν λέγε τοῖσι ἐν Ῥόδῳ φίλοισι μετριάζειν καὶ μὴ πολλὰ γελῆν μηδὲ πολλὰ σκυθρωπάζειν, ἀλλὰ τούτων ἀμφοῖν τὸ μέτριον κτήσασθαι, ἵνα τοῖσι μὲν χαριέστατος εἶναι δόξῃς, οἷσι δὲ φροντιστὴς περὶ ἀρετῆς μερμηρίζων. (5) ἔνι μέντοι τι, Δαμάγητε, κακόν, παρ' ἕκαστον αὐτοῦ γελῶντος· εἰ γὰρ ἡ ἀμετρίη φλαῦρον, τὸ διὰ παντὸς φλαυρότερον. καὶ εἴποιμ' ἂν αὐτῷ « Δημόκριτε, καὶ νοσέοντος καὶ κτεινυμένου καὶ τεθνεῶτος καὶ πολιορκεομένου καὶ παντὸς ἐμπίπτοντος κακοῦ, ἕκαστον τῶν πρησσομένων

dum excedere opinatur. Ita timidus fortitudinem et avarus animi magnitudinem modum excedere sentit, omnisque defectus moderationem virtutis excessum esse putat. (4) Illum igitur ipsum ubi viderimus cum ea quam hic concepimus prænotione, eiusque sermonem audiverimus, melius cognoscemus. Tu vero, Dionysi, ipse accedere festina; volo enim te, quoad rediero, in patria nostra commorari, ut rerum nostrarum inprimisque urbis nostræ curam habeas, quandoquidem nescio quo casu salubris annus est et pristinam naturam retinet. Quare neque multi morbi molesti sunt. Verumtamen adesto. (5) Domum meam vacantem inhabitabis, cum uxor mea propter profectionem meam apud parentes maneat. Illius tamen vitam observa, ut pudice degat et ne ob viri absentiam alios viros usurpet. Modesta quidem ab initio fuit et probos habuit parentes, patrem autem senem mirum in modum virilem et vehementer malos odio prosequentem; semper tamen eo qui ad bonam frugem corrigat mulier opus habet. Natura enim insitam intemperantiam habet, quæ nisi quotidie resecetur, velut arbores supervacuis frondibus et inutili fruticatione luxuriat. (6) At ego amicum parentibus diligentiorem in muliere custodienda existimo; neque enim hic, velut illi, benevolentiæ affectu cum ea coniunctus est, quo plerumque admonitioni tenebras offundunt. In omni autem re animus ab omni perturbatione liber prudentior est, quod nimirum benevolentia frangi non possit.

XIV. Hippocrates Damageto S.

Cum apud te Rhodi essem, Damagete, navem illam vidi cui Haliæ inscriptio inerat, quæ mihi perpulchra, puppi proba et carina idonea instructa, multaque transta habere visa est; tu vero eam commendabas, quod ad navigandum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilemque navigationis cursum haberet. (2) Eam ad nos mittito, sed si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam; res enim, amice, urget, ut quam citissime in Abderam traiciam, ægrotantem enim urbem propter unum Democritum morbo affectam curare volo, si quando de huius viri fama accepisti. (3) Hunc patria dementiæ insimulat; at ego volo, imo vero exopto, illum re vera non delirare, sed eos ita opinari. Ridet semper, inquiunt, neque in quovis negotio ridere cessat, hocque illis insaniæ signum videtur. (4) Quare nostros qui Rhodi sunt amicos moneto, ut semper modum teneant neque multum rideant neque multum tetrici sint, sed inter hæc modum teneant, uti his quidem gratissimus esse videaris, illis vero commentationi deditus, de virtute anxie cogitans. (5) Inest certe, Damagete, vitii aliquid, quod ad singula rideat; si enim immoderantia vitiosa est, quæ perpetua, vitiosior. Eum autem sic alloquar, « Democrite, si quis ægrotat, si quis interficitur, moritur, obsidetur, omnino si quid mali incidit, nihil horum est, quod tibi non præbeat materiam

ὕλη σοι γέλωτος ὑποκέεται. (6) οὐ θεομαχέεις δέ, εἰ δύο ἐόντοιν ἐν τῷ κόσμῳ, λύπης καὶ χαρᾶς, σὺ θάτερον ἐκδέβληκας; μακάριός γ' ἂν ἦς (ἀλλ' ἀδύνατον), εἰ μήτε μήτηρ σοι νενόσηκε μήτε πατὴρ μήτε τὰ τυχόντα τέκνα ἢ γυνὴ ἢ φίλος. ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα ἵνα σώζηται εὐτυχέεις τὰ πάντα. (7) ἀλλὰ νοσεύντων γελῇς, ἀποθνησκόντων χαίρεις, εἴ τέ τί που πύθοιο κακόν, εὐφραίνεαι. ὡς πονηρότατος εἶ, ὦ Δημόκριτε, καὶ πόρρω γε σοφίης, εἰ νομίζεις ταῦτα μηδὲ κακὰ εἶναι. μελαγχολᾷς οὖν, ὦ Δημόκριτε, κινδυνεύων καὶ αὐτὸς Ἀβδηρίτης εἶναι, φρονιμωτέρη δὲ ἡ πόλις. » (8) ἀλλὰ περὶ μὲν δὴ τούτων ἀκριβέστερον ἐκεῖ λέξομεν, Δαμάγητε· ἡ δὲ ναῦς καὶ τὸν χρόνον ὃν ἐπιστέλλω σοι χρονίζει.

ridendi. (6) Nonne bellum diis indicere videris, si, cum duo sint in mundo, gaudium et tristitia, alterum a te reieceris? Beatus certe mihi videaris (verum id fieri nequit), si neque mater tibi ægrotet, neque pater neque liberi aut uxor aut amicus. Sed propter tuum risum, ne scilicet pereat, omnia tibi prospere cedere simulas. Sed quod cum ægrotant rides, cum moriuntur gaudes, si quod malum audieris, exhilararis, maxime improbus es, Democrite, longeque a sapientia aberras, si hæc non vitia existimas. Atra igitur bile vexaris Democrite, et periclitaris ne ipse Abderitanus habearis, prudentior autem sit civitas. » (8) Verum de his quidem, Damagete, illic exactius disseremus; navis autem etiam hoc tempore quo ad te scribo moratur.

ιε'. Ἱπποκράτης Φιλοποίμενι χαίρειν.

Σύννους καὶ πεφροντικὼς ὑπὲρ Δημοκρίτου, ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ καταδαρθών, πρὸς ἀρχομένην τὴν ἠῶ ὄναρ ἐφαντάσθην, ἐξ οὗ νομίζω κάρτα μηδὲν ἐπισφαλὲς γενήσεθαι· ἔκπληκτος δὲ διηγέρθην. (2) ἐδόκεον γὰρ αὐτὸν τὸν Ἀσκληπιὸν ὁρῆν, φαίνεσθαί τε αὐτὸν πλησίον, ἤδη δὲ πρὸς τῇσι Ἀβδηριτέων πύλῃσι ἐτυγχάνομεν. ὁ δὲ Ἀσκληπιός, οὐχ ὡς εἰώθεσαν αὐτοῦ αἱ εἰκόνες, μειλίχιός τε καὶ πρᾶος ἰδέσθαι κατεφαίνετο, ἀλλὰ διεγηγερμένος τῇ σχέσι καὶ ἰδέσθαι φοβερώτερος. (3) εἵποντο δὲ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές, ἐπειγόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ μακρῷ τῷ ἐπισύρματι καί τι φρικῶδες ὡς ἐν ἐρημίῃ καὶ νάπῃσι κοίλῃσι ὑποσυρίζοντες. οἱ δὲ κατόπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηκωμένας ἔχοντες ᾖσαν. (4) ὤρεξε δέ μοι τὴν χεῖρα ὁ θεός, κἀγὼ λαβόμενος ἄσμενος ἐλιπάρεον ξυνέρχεθαι καὶ μὴ καθυστερέειν τί μου τῆς θεραπηίης· ὁ δὲ « οὐδέν τί » ἔφη « ἐν τῷ παρεόντι χρηΐζεις ἐμέο, ἀλλά σε αὕτη ξενηγήσει ἡ θεός κοινή, ἀθανάτων τε καὶ θνητῶν. » ἐγὼ δὲ ἐπιστραφεὶς ὁρέω γυναῖκα καλήν τε καὶ μεγάλην ἀφελὲς πεπλοκισμένην, λαμπρείμονα· διέλαμπον δ' αὐτῆς οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς, οἷον ἀστέρων μαρμαρυγὰς δοκέειν. (5) καὶ ὁ μὲν δαίμων ἐχωρίσθη, κείνη δὲ ἡ γυνὴ πιέξασά με τοῦ καρποῦ μαλθακῇ τινὶ εὐτονίῃ διὰ τοῦ ἄστεος ἦγε φιλοφρονεομένη. ὡς δὲ πλησίον τῆς οἰκίης ἦμεν, ἵνα τὴν ξεινίην ἐδόκεον ηὐτρεπίσθαι, ἀπῄει ὡς φάσμα, μοῦνον εἰποῦσα « αὔριόν σε παρὰ Δημοκρίτῳ καταλήψομαι. » (6) ἤδη δὲ αὐτῆς μεταστρεφομένης « δέομαι » ἔφην « ὦ ἀρίστη, τίς εἶ καὶ τί σε καλέομεν; » ἡ δέ « Ἀληθείη » ἔφη· « αὕτη δὲ ἣν προσιοῦσαν ὁρῇς » (καὶ γὰρ ἐξαίφνης ἑτέρη τις κατεφαίνετο, οὐκ ἀκαλλὴς μὲν οὐδὲ αὐτή, θρασυτέρη δὲ καὶ σεσοβημένη) « Δόξα » ἔφη « καλέεται, κατοικέει δὲ παρὰ τοῖσι Ἀβδηρίτῃσι. » (7) ἐγὼ οὖν ἀναστὰς ὑπεκρινάμην ἐμωυτῷ τοὔναρ, ὅτι οὐ δεήσοιτο ἰητροῦ Δημόκριτος, ὅπου γε αὐτὸς ὁ θεραπεύων θεὸς ἀπέστη, οὐκ ἔχων ὕλην θεραπηίης· ἀλλὰ ἡ μὲν ἀληθείη τοῦ ὑγιαίνειν

XV. Hippocrates Philopœmeni S.

Cum cogitabundus et solicitus de Democriti salute essem, illaque ipsa nocte dormirem, sub auroræ initium somnium mihi visum est, ex quo nihil admodum periculosi eventurum existimo. Mirandum in modum excitatus sum. (2) Ipsum enim Æsculapium præsentem mihi videre videbar, iamque ad Abderitanas portas perveneramus. At Æsculapius non ea lenitate ac facilitate, qua illius imagines conspici solent, videbatur, sed habitus erat commoto similis et aspectus magis horrendus. (3) Sequebantur autem eum dracones inter reptilia eximii, longoque tractu festinantes, horrendum quiddam velut in solitudinibus et cavis vallibus subsibilantes. Pone ibant comites medicamentorum cistas probe obturatas habentes. (4) Deinde mihi manum deus porrexit, qua lubenter arrepta rogabam mecum uti veniret, neve me in curatione desereret. Ille vero « nihil » inquit « mea opera in præsentia indiges, verum hæc communis tum immortalium tum mortalium dea te nunc hospitem deducet. » At ego conversus mulierem tum pulchram tum magnam aspicio, simplici capillorum ornatu, splendido cultu, cuius oculorum orbes claro lumine pellucebant, uti stellarum fulgores viderentur. (5) Et deus quidem discessit, mulier vero illa molliter prehensa manu mea per urbem perhumaniter complexa deduxit; ubi vero ad domum venimus, ubi mihi hospitium paratum putabam, velut spectrum discessit, hæc tantum dicens « cras te apud Democritum offendam. » (6) Qua iam discedente « quæso optima » inquam « quænam es et quod tibi nomen est. » « Veritas » inquit. « Quam vero accedentem vides Opinio est » inquit (confestimque altera quædam mihi visa est, neque mala hæc quidem, ferociore tamen et fastuoso aspectu) « et apud Abderitanos habitat. » (7) Experrectus igitur mihi ipsi somnium explicavi, quod ex quo ipse deus medendi auctor discessisset, tanquam nullam curandi haberet materiam, Democritus medico non indigeat, sed veritas ipsa, quod

παρὰ Δημοκρίτῳ μένει, ἡ δὲ τοῦ νοσέειν αὐτὸν δόξα παρὰ Ἀβδηρίτῃσι ὄντως κατοικέει. (8) ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι, Φιλοποίμην, καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἀπογιγνώσκω τὰ ὀνείρατα, μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάσσῃ. ἰητρικὴ δὲ καὶ πάνυ μαντικῇ ξυγγενής ἐστι, ἐπεὶ τῶν δυοῖν τεχνέων εἷς πατὴρ ὁ Ἀπόλλων, ὁ καὶ πρόγονος ἡμῖν, ἐσομένας νούσους προαγορεύων καὶ νοσήσαντας ἰώμενος.

ιϛ'. Ἱπποκράτης Κρατεύᾳ χαίρειν.

Ἐπίσταμαί σε ῥιζοτόμων ἄριστον, ὦ ἑταῖρε, καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν καὶ διὰ τὸ τῶν προγόνων κλέος, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε τοῦ προπάτορος Κρατεύα. (2) νῦν οὖν, εἰ καί ποτε ἄλλοτε, βοτανολόγησον ὁκόσα τε καὶ ὁκοῖα δύνασαι, ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει, καὶ διάπεμψαί μοι αὐτὰ ἐπ' ἄνδρα ὅλῃ πόλι ἰσοστάσιον, Ἀβδηρίτην μέν, ἀλλὰ Δημόκριτον· νοσέειν γὰρ αὐτόν φασι καὶ καθάρσιος μάλα χρηίζειν ἐντὸς μανίης ἐόντα. (3) μὴ χρησαίμεθα μέντοι σου τοῖσι φαρμάκοισι, ὥσπερ καὶ πέπεισμαι· ἀλλ' ὅμως εὐτρεπίσασθαι χρὴ πανταχόθεν. τὸ δὲ χρῆμα τῶν βοτανῶν πολλάκις παρὰ σοὶ ἐθωύμασα, ὡς καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν τε καὶ διάταξιν καὶ τὸ ἱερώτατον γῆς ἵδρυμα, ἐξ ἧς τὰ ζῷα καὶ τὰ φυτὰ καὶ τροφαὶ καὶ φάρμακα καὶ τύχη καὶ ὁ πλοῦτος αὐτὸς ἀναφύεται· οὐδὲ γὰρ ἂν εἶχε οἷ ἐπιβῇ ἡ φιλαργυρίη, οὐδ' ἂν Ἀβδηρῖταί με νῦν δέκα ταλάντοισι ἐδελέαζον, ἀντὶ ἰητροῦ μισθωτὸν ἐλέγχοντες. (4) εἴθε δὲ ἐδύνασο, Κρατεύα, τῆς φιλαργυρίης τὴν πικρὴν ῥίζαν ἐκκόψαι, ὡς μηδὲν αὐτῆς λείψανον ἀφεῖναι. εὖ ἴσθι, ἐκαθήραμεν ἂν τῶν ἀνθρώπων μετὰ τῶν σωμάτων καὶ τὰς ψυχάς. (5) ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐχαί, σὺ δ' ἡμῖν τὸ παρεὸν μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψηλοφύτους ῥιζοτόμεε βοτάνας· στερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσὶ καὶ δριμύτεραι μᾶλλον διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα καὶ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος· ὅ τι γὰρ ἕλκουσι ἐμψυχότερόν ἐστι. (6) πειρήθητι δ' ὅμως καὶ τὰς παρὰ λίμνῃσι πεφυκυίας ἀνθολογῆσαι, καὶ τὰς παραποταμίους ἢ κρηνίτιδας παρ' ἡμῖν καλεομένας, ἃς δὴ ἀσθενέας καὶ ἀτόνους καὶ γλυκυχύλους εἶναι πέπεισμαι. πάντα δὲ ὁκόσα χυλοὶ καὶ ὀποὶ ῥέοντες, ἐν ὑαλίνοισι ἀγγείοισι φερέσθωσαν· ὁκόσα δ' αὖ φύλλα ἢ ἄνθεα, ἐν κώθωσι καινοῖσι περιεσφηκωμένοισι, ὅκως μὴ διαρριπιζόμενα τῇσι πνοιῇσι ἐκλίπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης, ὥσπερ λιποψυχήσαντα. (7) ἀλλ' εὐθὺς ἡμῖν ταῦτα πέμψον· καὶ γὰρ ἡ ὥρη τοῦ ἔτεος ἁρμόδιος, καὶ ἡ ἀναγκαίη τῆς λεγομένης μανίης ἐπείγει, τέχνης δὲ πάσης μὲν ἀλλότριον ἀναβολή, ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ, ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις· ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπηιῶν οἱ καιροί, ὧν ἡ παραφυλακὴ τὸ τέλος. (8) ἔλπομαι οὖν ὑγιέα εἶναι Δημόκριτον καὶ δίχα ἰήσιος· εἰ δ' ἄρα τι σφάλμα φύσιος ἢ καιροῦ ἢ ἄλλη τις αἰτίη γένοιτο (πολλὰ γὰρ ἂν ἡμέας θνητοὺς ἐόντας λάθοι, ἅτε μὴ πάγχυ δι' ἀτρεκείης εὐτονέοντας), ἐπὶ

sanus sit, apud Democritum manet, opinio vero quod ægrotet re vera apud Abderitanos habitat. (8) Hæc vera esse, ut sunt, credo, Philopœmen, neque somnia reicio, præsertim quæ ordinem conservant. Medicina autem et divinatio magnam inter se cognationem habent, quandoquidem duarum artium pater est unus Apollo, progenitor noster, qui et futuros morbos prædicit et ægrotantes curat.

XVI. Hippocrates Crateuæ S.

Scio te, o amice, præstantissimum esse herbarium, teque propter studium et maiorum gloriam nihil facultate Crateuæ proavo tuo cedere. (2) Nunc igitur si unquam alias quot et qualescunque poteris herbas lege, cum necessitas urgeat, easque ad nos transmitte, ad virum curandum, Abderitam quidem, verum Democritum, toti civitati æquiparandum. Eum enim ægrotare aiunt, et insania detentum purgatione valde indigere. (3) Ac ut ne medicamentis quidem, ut spero, utamur, sed tamen undequaque instructum esse oportet. Rem autem herbariam apud te semper miratus sum, ut et rerum universarum naturam et ordinem sanctissimumque terræ solum, ex qua animantia, plantæ, alimenta, medicamenta, fortuna divitiæque ipsæ promanant. Neque enim alioqui pecuniæ cupiditas haberet ubi consisteret, neque me nunc Abderitæ decem talentis illectassent, pro medico me vocantes mercenarium. (4) Quod si, Crateua, amaram pecuniæ cupiditatis radicem exscindere posses, ut ne ullæ eius reliquiæ restarent, hoc probe teneto, nos una cum hominum corporibus etiam animos male affectos purgaturos fuisse. (5) Sed hæc quidem in votis habenda; tu vero nobis, quod præsens est, montanas et ex summis collibus herbas legito. Nam ob soli densitatem et aeris tenuitatem aquosioribus sunt solidiores et vehementiores; quod enim attrahunt, magis est animatum. (6) Tenta tamen ut etiam ex eis quæ circa stagna aut paludes nascuntur herbas colligas, et eas quæ apud nos fluviales aut fontanæ aut ex aquis salientibus scatentes vocantur, quas sane imbecillas et remissas ac dulcis succi esse mihi persuadeo. Succi autem omnes et fluidi liquores in vitreis vasis adferantur, ac rursus folia, flores et radices in fictilibus novis probe obturatis, ut ne ventis difflata vim medicam tanquam animo deficientes amittant. (7) Verum hæc ad nos confestim mitte; anni enim tempestas commoda est, et insaniæ quam vocant necessitas urget. Est vero cum ab omni arte aliena procrastinatio, tum vero maxime a medicina, in qua dilatio vitæ periculum adfert; temporum autem opportunitates curationum sunt animi, earumque observatio finis. (8) Democritum sane quidem etiam citra medelam convaliturum spero; si vero aliquod naturæ aut occasionis aut alterius alicuius causæ erratum contingat (multa namque nos mortales latent, cum non admodum veritate præstemus), ad id quod obscurum

τὸ ἄδηλον πᾶσαν χρεὼν δύναμιν ἠθροῖσθαι. (9) οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων οἷς δυνάμεθα, ἀλλ' ἐπιθυμέει καὶ ὧν μὴ δυνάμεθα· καὶ σχεδὸν αἰεὶ πρὸς δύο στρατευόμεθα τέλεα, τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ τέχνης, ὧν τὸ μὲν ἄδηλον, τὸ δὲ τῇ ἐπιστήμῃ ὥρισται. (10) δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισι τούτοισι καὶ τύχης· τὸ γὰρ ἀτέκμαρτον ἐν τῇσι καθάρσισι δι' εὐλαβείης ἰόντων. καὶ γὰρ στομάχου κάθαρσιν ὑφορώμεθα, καὶ ξυμμετρίην φαρμακείης πρὸς ἀγνοευμένην φύσιν στοχαζόμεθα· οὐ γὰρ ωὑτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων, ἕτερον δ' αἰεὶ πρὸς ἑωυτὴν ὁρίζουσα οἰκειοῖ. (11) ἐνίοτε δὲ καὶ τῇσι βοτάνῃσι πολλὰ τῶν ἑρπετῶν ἐνιοβόλησε καὶ περιχανόντα τῇ ἐντὸς αὔρῃ κάκωσιν ἀντ' ἀλέξιος αὐτῇσι προσέπνευσε. καὶ τούτου ἀγνοίη ἔσται, εἰ μή τις ἄρα κηλὶς ἢ σπῖλος ἢ ὀδμὴ θηριώδης καὶ ἀπηνὴς τοῦ γενομένου σύμβολον φανείη, εἶθ' ἡ τέχνη διὰ τὸ ξύμπτωμα τῆς τύχης τῆς κατορθώσιος ἀφήμαρτε. (12) βεβαιότεραι δ' αἰεὶ αἱ δι' ἐλλεβόρων διὰ τοῦτο καθάρσιες, ᾗσι καὶ Μελάμπους ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων καὶ Ἀντικυρεὺς ἐφ' Ἡρακλέος ἱστορέονται κεχρῆσθαι. μὴ χρησαίμεθα δὲ ἡμεῖς ἐπὶ Δημοκρίτου μηδενὶ τούτων, ἀλλὰ γένοιτο ἐκείνῳ τῶν δρηστικωτάτων φαρμάκων σοφίη.

ιζ'. Ἱπποκράτης Δαμαγήτῳ χαίρειν.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, Δαμάγητε, ὅπερ εἰκάζομεν, οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντα ὑπερεφρόνεε, καὶ ἡμέας ἐσωφρόνιζε καὶ δι' ἡμέων πάντας ἀνθρώπους. (2) ἐξέπεμψας δέ μοι, φιλότης, ὡς ἀληθέως ἀσκληπιάδα νῆα, ᾗ πρόσθες μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον καὶ Ὑγιείην, ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδρόμηκε, καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ κατέπλευσε ἐς Ἄβδηρα, ᾗπερ αὐτοῖσι ἐπεστάλκεα ἀφίξεσθαι. πάντας οὖν ἀολλέας πρὸ τῶν πυλέων εὕρομεν, ὡς εἰκός, ἡμέας περιμένοντας, οὐκ ἄνδρας μοῦνον ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, ἔτι δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία, νὴ τοὺς θεοὺς κατηφέα καὶ τὰ νήπια. (3) καὶ οὗτοι μὲν ὧδε εἶχον ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ Δημοκρίτῳ, ὁ δὲ μετ' ἀκριβείης τότε ὑπερεφιλοσόφεε. ἐπεὶ δέ με εἶδον, ἔδοξάν που σμικρόν τι ἐφ' ἑωυτῶν γεγονέναι καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἐποιεῦντο, ὁ δὲ Φιλοποίμην ἄγειν ἐπὶ τὴν ξεινίην με ὡρμέετο, κἀκείνοις ξυνεδόκεε τοῦτο. (4) ἐγὼ δὲ ἔφην « ὦ Ἀβδηρῖται, οὐδέν ἐστί μοι προὔργου ἢ Δημόκριτον θεήσασθαι », οἱ δ' ἐπῄνεον ἀκούσαντες καὶ ἥσθησαν, ἦγόν τέ με ξυντόμως διὰ τῆς ἀγορῆς, οἱ μὲν ἑπόμενοι, οἱ δὲ προθέοντες ἑτέρωθεν ἕτεροι, « ὦ Ζεῦ βασιλεῦ » λέγοντες « βοήθεε θεράπευσον. » (5) κἀγὼ παρηγόρεον θαρρέειν, ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς ἐόντος κακοῦ πίσυνος ἐτησίῃσι ὥρῃσι, εἰ δ' ἄρα καί τινος βραχέος, εὐδιορθώτου. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ἤειν, οὐδὲ γὰρ πόρρω ἦν ἡ οἰκίη, μᾶλλον δ' οὐδὲ ἡ πόλις. (6) παρῆμεν οὖν (πλησίον γὰρ τοῦ τείχεος ἐτύγχανε) καὶ ἀνάγουσί με ἡσυχῇ. ἔπειτα κατόπιν τοῦ πύργου βουνός τις ἦν ὑψηλός, μακρῇσι καὶ λασίῃσι αἰγείροισι ἐπίσκιος

est facultatem omnem congregatam esse opus est. (9) Neque enim ei, qui periculo constitutus est, satis sunt quæ possumus, verum etiam quæ non possumus expetit, fereque cum duobus finibus confligimus, altero hominis, altero artis, quorum ille obscurus est, alter arte circumscriptus. (10) Et in utraque re fortuna opus est; nulla enim coniectura eorum quæ ad purgationem cum cautione feruntur. Nam et stomachum male affectum suspectamus, et medicationis convenientem modum ex ignota natura conicimus. Neque enim eadem et una est omnium natura, alterum autem semper etiam sibi circumscribens assimilat, interdum vero totum perdit. (11) Quin etiam reptilia multa herbas suo veneno inficiunt, et suo circum hiatu cum interiore aura malignitatem pro auxilio ipsis inspirant. Idque ignorabitur, nisi certe macula quædam aut inquinamentum aut ferinus et iniucundus odor eius rei quæ accidit notam dederit; atque ars ipsa propter fortunæ lapsum a via recta aberrat. (12) Certiores autem sunt per veratrum purgationes, quibus etiam Melampus ad Prœti filias et Anticyreus in Hercule usi fuisse traduntur. Ac optandum nobis ut nullum ex his in Democrito usurpemus, sed sapientia efficacissimum et præstantissimum medicamentum illi contingat, et finem imponat. Vale.

XVII. Hippocrates Damageto S.

Hoc ipsum coniciebamus, Damagete; non delirat Democritus, sed in omnibus sapit nosque et per nos omnes homines sapientiores reddit. (2) Misisti autem ad me, amice, revera Æsculapii navem, cui cum Haliæ signo etiam Sanitatem apponito, cum revera prospero numine vela fecerit, eoque die Abderam appulerit, quo me perventurum scripseram. Omnes igitur ante portas congregatos offendimus, nos, ut par erat, expectantes, non viros solum, verum etiam mulieres, atque etiam senes et pueros, per deos, tristes itemque infantes. (3) Hi sane sic affecti erant, quod Democritum insanire opinabantur, at ille tunc exacta diligentia philosophiæ incumbebat. Ubi autem me viderunt, paulum ad se rediisse et bene sperare visi sunt. Philopœmen vero me ad hospitium ducere properabat, quod et communiter illis placebat. (4) At ego « viri Abderitæ » inquam, « nihil mihi prius faciendum existimo, quam ut Democritum videam. » Quo audito collaudarunt et lætati sunt, meque continuo per forum deduxerunt, alii quidem sequentes, alii præcurrentes, aliaque ex parte alii clamantes « Iuppiter rex, adiuva, medelam adhibe. » (5) At ego bono animo esse iubebam, quod etesiarum tempestate fretus nihil mali aut certe pusillum et quod facile corrigi posset me inventurum esse sperabam. (6) Simulque hæc dicens pergebam; neque enim procul domus erat, imo neque tota civitas. Procedebamus igitur, cum iuxta mœnia esset, illucque me placide deducunt. Deinde post turrim collis erat altus, longis et densis populis nigris

ἔνθεν ἑωρᾶτο τὰ τοῦ Δημοκρίτου καταγώγια. καὶ αὐτὸς ὁ Δημόκριτος ἐκάθητο ὑπό τινι ἀμφιλαφέι καὶ χθαμαλῇ πλατανίστῳ, ἐν ἐξωμίδι παχέῃ, μοῦνος, ἀνήλιφος, ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ, ὠχριακὼς πάνυ καὶ λιπόσαρκος, κουριέων τὰ γένεια· παρ' αὐτὸν δ' ἐπὶ δεξιῆς λεπτόρρυτον ὕδωρ κατὰ πρηνέος τοῦ λόφου ἠρεμαίως ἐκελάρυζε. (7) ἦν δέ τι τέμενος ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν λόφον, ὡς ἐν ὑπονοίῃ κατεικάζοντι, νυμφέων ἱδρυμένον, αὐτοφύτοισι ἐπηρεφὲς ἀμπέλοισι. ὁ δ' εἶχε ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ βιβλίον ἐπὶ τοῖν γουνάτοιν, καὶ ἕτερα δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν αὐτῷ παρεβέβλητο, ἐσεσώρευτο δὲ καὶ ζῷα συχνὰ ἀνατετμημένα δι' ὅλων. (8) ὁ δὲ ὁτὲ μὲν ξυντόνως ἔγραφε ἐγκείμενος, ὁτὲ δὲ ἠρέμεε πάμπολύ τε ἐπέχων καὶ ἐν ἑωυτῷ μερμηρίζων, εἶτα μετ' οὐ πολὺ τούτων ἑρδομένων ἐξαναστὰς περιεπάτεε, καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν ζῴων ἐπεσκόπεε, καὶ καταθεὶς αὐτὰ μετελθὼν ἐκαθέζετο. (9) οἱ δὲ Ἀβδηρῖται περιεστεῶτές με κατηφέες καὶ οὐ πόρρω τὰς ὄψιας δακρύων ἔχοντές φασι « ὁρῇς μέντοι τὸν τοῦ Δημοκρίτου βίον αὐτός, ὦ Ἱππόκρατες, ὡς μέμηνε καὶ οὔτε ὅ τι ἐθέλει οἶδε οὔτε ὅ τι ἔρδει. καί τις αὐτῶν μᾶλλον ἐνδείξασθαι βουλόμενος τὴν μανίην αὐτοῦ, ὀξὺ ἐκώκυσε ἴκελον γυναικὶ ἐπὶ θανάτῳ τέκνου ὀλοφυρομένῃ, εἶτα ἀνῴμωξε ἄλλος ὑποκρινόμενος παροδίτην ἀπολέσαντά τι ὧν διεκόμιζε. (10) καὶ ὁ Δημόκριτος ἐπακούων τὰ μὲν ἐμειδία, τὰ δὲ ἐξεγέλα, οὐκέτι οὐδὲν γράφων, τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπέσειε. ἐγὼ δέ « ὑμεῖς μέν » ἔφην « ὦ Ἀβδηρῖται, αὐτόθι μίμνετε, ἐγγυτέρω δὲ αὐτὸς καὶ σώματος καὶ λόγων τἀνδρὸς γενηθείς, ἰδὼν καὶ ἀκούσας εἴσομαι τοῦ πάθεος τὴν ἀληθείην », καὶ ταῦτα εἰπὼν κατέβαινον ἡσυχῇ. ἦν δὲ ὀξὺ καὶ ἐπίφορον ἐκεῖνο τὸ χωρίον, μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλθον. (11) ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἔτυχε, τότε ἐπελθὸν αὐτῷ, ὅ τι δήποτε γράφων ἐνθουσιωδῶς καὶ μεθ' ὁρμῆς. εἰστήκειν οὖν αὐτόθι περιμένων αὐτοῦ τὸν καιρὸν τῆς ἀναπαύσιος, ὁ δὲ μετὰ σμικρὸν λήξας τῆς φορῆς τοῦ γραφείου ἀνέβλεψέ τε ἐς ἐμὲ προσιόντα καὶ φησί « χαῖρε, ξεῖνε. » κἀγώ « πολλὰ δὲ καὶ σύ, Δημόκριτε, ἀνδρῶν σοφώτατε. » (12) ὁ δὲ αἰδεσθείς, οἶμαι, ὅτι οὐκ οὐνομαστὶ προσεῖπέ με, « σὲ δέ » ἔφη « τί καλέομεν; ἀγνοίῃ γὰρ τοῦ σοῦ οὐνόματος ἦν πρόφασις τῆς τοῦ ξείνου προσηγορίης ». « Ἱπποκράτης » ἔφην « ἔμοιγε οὔνομα, ὁ ἰητρός. » ὁ δὲ εἶπε « ἡ τῶν Ἀσκληπιαδέων εὐγενείη πολύ τέ σου τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτηκε ὡς ἐμέ. (13) τί δέ σε χρέος δεῦρ' ἤγαγε, ἑταῖρε; μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων κάθισον. ὁρῇς δὲ τὸν οὕτως οὐκ ἀηδέα φύλλων θημῶνα ὡς χλοερὸς καὶ μαλθακός ἐστι ἐγκαθίσαι, προσηνέστερος τῶν τῆς τύχης ἐπιφθόνων θώκων. » καθίσαντος δέ μου αὖτις φησί « ἴδιόν τι ἢ ἐπιδήμιον πρῆγμα διζήμενος δεῦρο ἀφῖξαι; φράζε σαφέως· καὶ γὰρ ἡμεῖς ὅ τι δυναίμεθα συνεργοῖμεν ἄν. » (14) κἀγώ « τὸ μὲν κατ' ἀληθείην » ἔφην « αἴτιον, εἵνεκεν σεῦ· δεῦρο γὰρ ἥκω σοὶ ξυντυχεῖν

opacus, unde Democriti domicilium conspiciebatur. Ipse Democritus sub umbrosa et humili platano sedebat, in exomide crassa, solus, squalidus, in lapidea sella, pallidus admodum et macilentus, barba promissa. Iuxta eum ad dextram tenuis aquula per declivem tumulum decurrens placide resonabat. (7) Erat autem delubrum quoddam super tumulum illum, Nymphis, quantum conicere licebat, dedicatum, sponte enatis vitibus circumdatum. Hic vero composite admodum librum super genua habebat, et alii quidam utraque ex parte ei adiacebant, crebra autem animalium cadavera omnibus partibus dissecta accumulata erant. (8) Ille autem modo contento studio scriptioni incumbebat, modo longa scribendi intercapedine facta in cogitatione defixus quiescebat. Deinde non multo post his peractis exsurgens deambulabat et animalium viscera attente inspiciebat, hisque depositis reversus rursus desidebat. (9) At vero Abderitæ mihi tristes, nec procul a lacrimantibus oculis assistentes « vides certe » inquiunt « Hippocrates, Democriti vitam, quam insaniat neque quid velit aut quid faciat norit » Et ex his aliquis cum magis etiam eius insaniam mihi demonstrare vellet, altos eiulatus ad instar mulieris liberorum mortem lamentantis edidit, deinde rursus alius ingemuit, viatoris personam agens, qui quæ secum portabat perdidit. (10) Quibus auditis Democritus partim risit, partim subsannavit nihilque amplius scribebat, caput vero crebro concutiebat. At ego « vos quidem » inquam « viri Abderitæ, hic manete; ubi autem ipse propius accessero et viri verba audiero corpusque videro, morbi veritatem cognoscam, » hisque dictis placide descendi. Erat autem præceps locus ille et pronus; itaque non sine manuum præsidio tandem perveni quo contendebam. (11) Ubi vero propius accessi, forte eum nescio quid cogitationis subierat, quam divino furore actus et concitatus literis mandabat. Isthic igitur constiti, tempus opportunum dum ipse cessaret exspectans. At ille non multo post, compresso impetu stili scriptorii, me accedentem aspexit et « salve » inquit « hospes ». Et ego « tu quoque plurimum » inquam « Democrite, hominum sapientissime. » (12) Ille vero pudore suffusus, opinor, quod me nomine non compellasset, « te vero » inquit « quonam nomine vocavero? tui enim nominis ignoratio occasio fuit cur te hospitem appellarem. » « Hippocrates » inquam « medicus vocor. » At ille « Asclepiadarum » inquit « nobilitas tuæque in arte medica sapientiæ gloria crebris admodum hominum sermonibus ad nos pervenit. (13) Quodnam vero te negotium, o amice, huc adduxit? Quin potius omissis omnibus consideto. Cernis enim quam non sit iniucunda hæc foliis instrata sedes, viridis ad hæc et mollis, et ad insidendum blandior invidia obnoxiis fortunæ sellis. » Cum vero consedissem, rursus inquit « privatum an publicum animo agitans negotium huc venisti? eloquere aperte. Ad id enim te pro viribus adiuvabimus. » (14) Ego vero « ista sane vera causa est » inquam, huc tui gratia venio, ut te virum sapientem conveniam. Occasionem

ἀνδρὶ σοφῷ· ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ πατρίς, ἧς πρεσβείην τελέω. » ὁ δέ « ξεινίῃ τοίνυν » φησί « τὰ πρῶτα κέχρησο ἡμετέρῃ ». πειρεύμενος δὲ κατὰ πάντα τἀνδρός, καίπερ ἤδη μοι δήλου μὴ παρακόπτειν, « Φιλοποίμενα οἶσθα » ἔφην, « πολιήτην ἐόντα ὑμέτερον; » (15) ὁ δέ « καὶ μάλα » ἔφη « τὸν Δάμωνος εἰ λέγεις υἱόν, τὸν οἰκεῦντα παρὰ τὴν Ἑρμαΐδα κρήνην. » « τοῦτον » εἶπον, « ᾧ καὶ τυγχάνω ἐκ πατέρων ἰδιόξεινος. ἀλλὰ σύ, Δημόκριτε, τῇ κρέσσονί με ξεινίῃ δέχευ καὶ πρῶτόν γε τί τοῦτο ὃ γράφων τυγχάνεις φράζε. » ὁ δὲ ἐπισχὼν ὀλίγον « περὶ μανίης » ἔφη. (16) κἀγὼ « ὦ Ζεῦ βασιλεῦ » φημί, « εὐκαίρως γε ἀντιγράφεις πρὸς τὴν πόλιν. » ὁ δέ « ποίην » φησί « πόλιν, Ἱππόκρατες; » ἐγὼ δέ « οὐδέν » ἔφην « ὦ Δημόκριτε, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως προσέπεσε. ἀλλὰ τί περὶ μανίης γράφεις; » « τί γάρ » εἶπε « ἄλλο ἢ τίς πέλει καὶ ὅκως ἀνθρώποισι ἐγγίγνεται, καὶ τίνα τρόπον ἀπολωφέοιτο; τὰ γὰρ ζῷα ταῦτα » ἔφη « ὁκόσα ὁρῇς, τούτου μέντοιγε ἀνατάμνω εἵνεκεν, οὐ μισέων θεοῦ ἔργα, χολῆς δὲ διζήμενος φύσιν καὶ θέσιν· οἶσθα γὰρ ἀνθρώπων παρακοπῆς ὡς αἰτίη ἐπὶ τὸ πολὺ αὕτη πλεονάσασα, ἐπεὶ πᾶσι μὲν φύσι ἐνυπάρχει, ἀλλὰ παρὰ οἷσι μὲν ἐλάσσων, παρ' οἷσι δέ τισι πλείων. (17) ἡ δὲ ἀμετρίη αὐτῆς νοῦσοι τυγχάνουσι, ὡς ὕλης ὁτὲ μὲν ἀγαθῆς ὁτὲ δὲ φλαύρης ὑποκειμένης. » κἀγὼ « νὴ Δί' » ἔφην ὦ Δημόκριτε, ἀληθέως τε καὶ φρονίμως λέγεις. ὅθεν εὐδαίμονά σε κρίνω ἀπολαύοντα τοσαύτης ἡσυχίης· ἡμῖν δὲ μετέχειν ταύτης οὐκ ἐπιτέτραπται. » ἐρεομένου δέ « διὰ τί, ὦ Ἱππόκρατες, οὐκ ἐπιτέτραπται; » « ὅτι » ἔφην « ἢ ἀγροὶ ἢ οἰκίη ἢ τέκνα ἢ δάνεια ἢ νοῦσοι ἢ θάνατοι ἢ δμῶες ἢ γάμοι ἢ τοιαῦτά τινα τὴν εὐκαιρίην ὑποτάμνεται. » (18) ἔνθαῦτα δὴ ἀνὴρ ἐς τὸ εἰωθὸς πάθος κατηνέχθη, καὶ μάλα ἀθρόον τι ἀνεκάγχασε καὶ ἐπετώθασε, καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίην ἦγε. κἀγὼ « τί μέντοι » ἔφην, « ὦ Δημόκριτε, γελῇς; πότερον τἀγαθὰ ὧν εἶπον ἢ τὰ φλαῦρα; » ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ἐγέλα, καὶ ἄπωθεν ὁρεῦντες οἱ Ἀβδηρῖται, οἱ μὲν τὰς κεφαλὰς ἑωυτῶν ἔπαιον, οἱ δὲ τὰ μέτωπα, οἱ δὲ τὰς τρίχας ἔτιλλον· καὶ γάρ, ὡς ὕστερον ἔφασαν, πλεονάζοντι παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐχρήσατο τῷ γέλωτι. (19) ὑποτυχὼν δ' ἐγὼ ἔφην « ἀλλὰ μήν, σοφῶν ἄριστε Δημόκριτε, ποθέω γὰρ αἰτίην τοῦ περί σε πάθεος καταλαβέσθαι, τίνος εἵνεκεν ἄξιος ἐφάνην ἐγὼ γέλωτος αὐτὸς ἢ τὰ λαληθέντα, ὅκως ἢ μαθὼν παύσωμαι τῆς αἰτίης ἢ σὺ ἐλεγχθεὶς διακρούσῃ τοὺς ἀκαίρους γέλωτας. » (20) ὁ δέ « Ἡράκλεις » ἔφη, « εἰ γὰρ δυνήσεαί με ἐλέγξαι, θεραπηίην θεραπεύσεις οἵην οὐδεπώποτε, ὦ Ἱππόκρατες. » « καὶ πῶς οὐκ ἐλεγχθήσεαι » ἔφην « ὦ ἄριστε; ἢ οὐκ οἴεαι ἄτοπός τις εἶναι γελῶν ἀνθρώπου θάνατον ἢ νοῦσον ἢ παρακοπὴν ἢ μανίην ἢ μελαγχολίην ἢ σφαγὴν ἢ ἄλλο τι χέρειον; (21) ἢ τοὔμπαλιν γάμους ἢ πανηγύριας ἢ τεκνογονίην ἢ μυστήρια ἢ ἀρχὰς ἢ τιμὰς ἢ πᾶν ὅλως ὄνομα ἀγαθόν; καὶ γὰρ ἃ δέον οἰκτείρειν γελῇς, καὶ ἐφ' οἷσι ἥδεσθαι χρή, καταγελῇς τούτων, ὥστε

autem patria dedit, cuius legationem obeo. » At ille « hospitio igitur primum nostro utere. » Ego vero pertentato per omnia viro, etsi eum minime delirare iam mihi constaret, « Philopœmenem » inquam « nosti, civem vestrum? » (15) Ille vero « maxime » inquit, « si Damonis filium dicis, cuius ædes sunt iuxta fontem Hermaida? » « Illum ipsum » inquam, « cuius antiquus sum et peculiaris hospes. Tu vero, Democrite, potiore me hospitio excipito, imprimisque quidnam scribas eloquere. » Ille vero paulum moratus « de insania » inquit. (16) Tum ego « Iuppiter rex » inquam « peropportune sane contra civitatem scribis ». At ille « quam civitatem, Hippocrates? » « Nihil » inquam « o Democrite, sed nescio quo modo mihi excidit. Sed quid de insania scribis? » « Quidnam vero » inquit « aliud quam quid sit et quomodo hominibus innascatur et quanam ratione allevetur. Hæc enim » inquit « quæ vides animantia huius certe rei gratia reseco, minime dei opera odio prosequens, sed bilis naturam et sedem inquirens. Nosti enim quod hæc ubi redundarit, ut plurimum hominum insaniæ causa est. In omni quidem natura inest, sed in aliis minus, in aliis copiosius. (17) Huius autem abundantia morbi fiunt, quippe materia partim bona partim mala subiecta. » Tum ego « per Iovem » inquam « o Democrite, vere et sapienter ais. Hinc te beatum iudico, qui tanta quiete fruaris, cuius participes esse nobis non liceat. » At interrogante illo « cur, Hippocrates, non liceat? » « quod » inquam « aut agri aut res familiaris aut liberi aut æs alienum aut morbi aut mortes aut servi aut nuptiæ aut eiusmodi res huius opportunitatem nobis rescindunt. » (18) Tum ille in solitam affectionem delapsus et abunde in risum effusus est et vehementius irrisit ac præterea quievit. At ego « quid » inquam « Democrite rides? num de bonis aut malis quæ dixi? » Ille vero adhuc magis ridebat. Quod procul videntes Abderitæ partim capita partim frontem cædebant, nonnulli etiam capillos evellebant. Nam ut postea rescivi, copiosiore quam solebat risu usus fuerat. (19) Tum ego « at vero sapientum optime Democrite, huius enim tui affectus causam deprehendere cupio, quonam tibi risu dignus visus sim aut ea quæ dicta sunt, ut hoc cognito causa desistam, vel tu reprehensus importunos hos risus summoveas. » (20) Tum ille « si mehercule » inquit « redarguere me poteris, curationem Hippocrates qualem nullus unquam feceris. » « Et quomodo » inquam « optime, reprehensione dignus non videaris aut te absurdum non esse putas, si hominum mortem rides aut morbum aut dementiam aut insaniam aut melancholiam aut cædem aut quid peius? (21) aut contra nuptias aut conventuum celebritates aut liberorum natales aut mysteria aut magistratus aut honores aut quidvis denique bonum? Quæ enim commiseratione digna sunt rides, et de quibus lætari oporteat, ea et

μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν παρὰ σοὶ διακεκρίσθαι. » (22) ὁ δέ « ταῦτα μέν » ἔφη « εὖ λέγεις, ὦ Ἱππόκρατες· ἦ γὰρ οὐκ οἶσθά πω τοῦ ἡμετέρου γέλωτος τὴν αἰτίην· μαθὼν δ' εὖ οἶδ' ὅτι κρέσσονα τῆς πρεσβείης ἀντιφορτισάμενος ἀποίσεις θεραπείην τὸν ἐμὸν γέλωτα τῇ πατρίδι, καὶ σεωυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους δυνήσεαι σωφρονίζειν. (23) ἀνθ' ὧν ἴσως κἀμὲ διδάξεις ἰητρικὴν ἀμοιβηδόν, γνοὺς ὅση σπουδὴ περὶ τὰ ἀσπούδαστα, φιλοτιμεύμενοι πρήσσειν τὰ μηδενὸς ἄξια, πάντες ὤνθρωποι τὸν βίον ἀχρήστως ἀναλίσκουσι, γελώτων ἄξια διοικεῦντες. ἐγὼ δέ « λέγε » φημί « πρὸς θεῶν· μήποτε γὰρ διαλανθάνῃ νοσέων πᾶς ὁ κόσμος, καὶ οὐκ ἔχῃ ὅκου διαπέμψηται πρεσβείην πρὸς θεραπηίην. (24) τί γὰρ ἂν εἴη ἔξω αὐτοῦ; ὁ δὲ ὑπολαβὼν « πολλαί γε » φησί « ἀπειρίαι κόσμων εἰσί, ὦ Ἱππόκρατες, καὶ μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, κατασμικρολόγεε πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν. ἀλλὰ ταῦτα μέν » ἔφην « ὦ Δημόκριτε, διδάξεις ἐν ἰδίῳ καιρῷ· εὐλαβέομαι δὲ μή κως καὶ τὴν ἀπειρίην διεξιὼν γελᾶν ἄρξῃ. ἴσθι τοίνυν περὶ τοῦ σοῦ γέλωτος τῷ βίῳ λόγον δώσων. (25) ὁ δὲ μάλα τρηχὺ ἐπιδών μοι « δύο » φησί « τοὐμοῦ γέλωτος αἰτίας δοκέεις, ἀγαθὰ καὶ φλαῦρα· ἐγὼ δὲ ἕνα γελῶ τὸν ἄνθρωπον, ἀνοίης μὲν γέμοντα, κενεὸν δὲ πρηγμάτων ὀρθῶν, πάσῃσι ἐπιβουλῇσι νηπιάζοντα καὶ μηδεμιῆς εἵνεκεν ὠφελείης ἀνύοντα τοὺς ἀνηνύτους μόχθους, πείρατα γῆς καὶ ἀορίστους μυχοὺς ἀμετρίῃσι ἐπιθυμίης ὁδεύοντα, ἄργυρον τήκοντα καὶ χρυσόν, καὶ μὴ παυόμενον τῆς κτήσιος ταύτης, αἰεὶ δὲ θορυβεύμενον περὶ τὸ πλέον, ὅκως αὐτοῦ ἐλάσσων γένηται. (26) καὶ οὐδὲν αἰσχύνεται λεγόμενος εὐδαίμων, ὅτι χάσματα γῆς ὀρύσσει δεσμίων χερσί, ὧν οἳ μὲν συμφῆς ἐπιπεσούσης τῆς γῆς ἐφθάρησαν, οἳ δὲ πολλῷ χρόνῳ ταύτην ἔχοντες τὴν ἀναγκαίην ὡς ἐν πατρίδι τῇ κολάσι καταμένουσι, ἄργυρον καὶ χρυσὸν μαστεύοντες, ἴχνεα κόνιος καὶ ψήγματα ἐρευνῶντες, ψάμμον ἄλλην ἀλλαχόθεν ἀγείροντες καὶ γῆς φλέβας ἐκτάμνοντες, ἐς περιουσίην αἰεὶ βωλοποιεῦντες ἐκ γῆς μητρός, τὴν δὲ γῆν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐοῦσαν καὶ θωυμάζουσι καὶ πατέουσι. (27) ὅσος γέλως. ἐπιμόχθου καὶ κρυφίης γῆς ἐρῶσι καὶ τὴν φανερὴν ὑβρίζουσι. κύνας ὠνεῦνται, οἳ δ' ἵππους, οἳ δὲ χώρην πολλὴν περιορίζοντες ἰδίην ἐπιγράφουσι, καὶ πολλῶν ἐθέλοντες δεσπόζειν οὐδὲ ἑωυτῶν δύνανται. γαμέειν σπεύδουσι ἃς μετ' ὀλίγον ἐκβάλλουσι· ἐρῶσιν, εἶτα μισέουσι· μετ' ἐπιθυμίης τεκνοῦσι, εἶτα ἐκβάλλουσι τελείους. (28) τίς ἡ κενεὴ σπουδὴ καὶ ἀλόγιστος, μηδὲν μανίης διαφέρουσα; πολεμέουσι ἔμφυλα, ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζουσι. ἀντενεδρεύουσι βασιλῆας, ἀνδροφονέουσι, γῆν ὀρύσσοντες ἄργυρον ζητέουσι, ἄργυρον εὑρόντες γῆν ἐθέλουσι πρίασθαι, ὠνησάμενοι γῆν καρποὺς πιπρήσκουσι, καρποὺς ἀποδόμενοι πάλιν ἀργύριον μεταλαμβάνουσι. ἐν ὅσῃσι μεταβολῇσί εἰσι, ἐν ὅσῃ κακίῃ πολιτείης. μὴ ἔχοντες οὐσίην ποθέουσι, ἔχοντες κρύπτουσι ἢ ἀφανίζουσι. (29) γελῶ ἐφ' οἷσι κακοπρηγέουσι,

ipsa derides, adeo ut apud te neque boni neque mali ullum sit discrimen. » (22) At ille « recte quidem dicis, Hippocrates, verum risus nostri causam nondum nosti; quam cum dedideris, certus sum te risum meum efficacissimum medicamentum in patriam esse reportaturum, quo et ipsum te et alios ad saniorem rationem revocare poteris, quoque legatio tua compensabitur. (23) Pro quibus fortasse etiam me medicinam mutuo docueris, ubi cognoveris quanto studio omnes homines ad ea quæ negligenda sunt et nullius pretii facienda contendunt, et in iis quæ risu digna sunt consectandis vitam consumunt. » Tum ego « dic per deos » inquam « nunquid omnis mundus se ægrotare ignoret, neque habeat unde sui curationem legatione accersat? (24) Quid enim extra eum esse potest? » Quo audito « multæ » inquit « sunt, Hippocrates, mundorum infinitates, noli que, amice, naturam divitem ut parvam existimare. » « Sed hæc, Democrite » inquam, « suo tempore docebis; vereor enim, ne si quando infinitatem percensueris, ridere incipias. Nunc vero de tuo risu in vita reddendam esse tibi rationem puta. » (25) At ille admodum perspicue in me intuens « duas » inquit « risus mei causas existimas, bona et mala. At ego unum hominem rideo, amentia refertum, recte factis vacuum, in omnibus consiliis pueriliter agentem, nullius utilitatis gratia immensos labores tolerantem, terræ fines et infinitos recessus argenti et auri comparandi gratia immoderatis cupiditatibus peragrantem et nunquam ab his comparandis cessantem, semper vero ad copiam tumultuantem, ut ab ea subiugatur. (26) Non suffunditur pudore, cum dives dicatur, quod in terræ hiatus inquirens servorum manibus effodiat, qui partim quidem a terra inani intereunt, partim vero diutius hac necessitate detenti in supplicio tanquam in patria permanent, aurum et argentum perquirentes, pulveris vestigia et ramenta pervestigantes, arenam aliam aliunde excitantes, et terræ venas exscindentes, ad opulentiam semper terram matrem in glebas proscindunt, quam eandem et admirantur et vero calcant. (27) At quantum isti nobis risum movent! Terram latentem cum labore amant, apertam contumelia afficiunt. Canes emunt, nonnulli etiam equos, alii vero aliquantum agri finibus includunt sibique adscribunt, et cum multis dominari volunt, sibi ipsis imperare nequeunt. In matrimonium se coniciunt, ut brevi uxores repudient; amant, mox odio prosequuntur; cupiditate incensi liberos gignunt, adultos foras protrudunt. (28) Quodnam hoc inane studium et rationis expers nihilque ab insania discrepans? Bellum intestinum gerunt, tranquillitatem spernunt. Regibus vicissim insidias tendunt, homines necant, defossa terra argentum investigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra empta fructum venumdant, fructibus divenditis rursus argentum capiunt. Quibus mutationibus et quantis vitiis obnoxii? Cum opes non habeant, eas expetunt; si habent, abscondunt, dissipant. (29) Derideo res eorum adversas, in-

ἐπιτείνω τὸν γέλωτα ἐφ' οἷς δυστυχέουσι· θεσμοὺς γὰρ ἀληθείης παραβεβήκασι. φιλονικέοντες ἔχθρη πρὸς ἀλλήλους δῆριν ἔχουσι μετὰ ἀδελφέων καὶ τοκήων καὶ πολιητέων, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τοιούτων κτημάτων ὧν οὐδὲ εἷς θανὼν δεσπότης ἐστί, ἀλληλοκτονέουσι, ἀθεσμόβια φρονεῦντες φίλων καὶ πατρίδων ἀπορίην ὑπερορέουσι, πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα, ὅλης τῆς οὐσίης ἀνδριάντα ὠνέονται, ὅτι δοκέει λαλέειν τὸ ἄγαλμα. τοὺς δὲ ἀληθέως λαλέοντας μισέουσι. (30) τῶν μὴ ἰδίων ἐφίενται· καὶ γὰρ ἤπειρον οἰκεῦντες θάλασσαν ποθέουσι, καὶ πάλιν ἐν νήσοισι ἐόντες ἠπείρων γλίχονται, καὶ πάντα διαστρέφουσι ἐς ἰδίην ἐπιθυμίην. καὶ δοκέουσι μὲν ἐν πολέμῳ ἀνδρείην ἐπαινέσαι, νικῶνται δὲ καθ' ἡμέρην ὑπὸ τῆς ἀσελγείης, ὑπὸ τῆς φιλαργυρίης, ὑπὸ τῶν παθέων ἁπάντων ἃ νοσέουσι. Θερσῖται δ' εἰσὶ τοῦ βίου πάντες. (31) τί δὲ τὸν ἐμόν, Ἱππόκρατες, ἐμέμψω γέλωτα; οὐ γὰρ αὐτός τις τῆς ἰδίης ἀνοίης, ἀλλὰ ἄλλος ἄλλου καταγελῇ, οἳ μὲν τῶν μεθυόντων, ὅταν αὐτοὶ δοκέωσι νήφειν, οἳ δὲ τῶν ἐρώντων, χαλεπωτέρην νοῦσον νοσεῦντες αὐτοί, οἳ δὲ τῶν πλεόντων, ἄλλοι δὲ τῶν περὶ γεωργίην ἀσχοληθέντων· οὐ ξυμφωνέουσι γὰρ οὔτε τῇσι τέχνῃσι οὔτε τοῖσι ἔργοισι. » (32) ἐγὼ δέ « ταῦτα μέν » ἔφην « χρήγυα, Δημόκριτε, οὐδὲ ἄλλος τις ἂν εἴη λόγος ἁρμοδιώτερος ἐξαγγέλλειν ταλαιπωρίην θνητῶν· ἀλλ' αἱ πρήξιες νομοθετέουσι τὴν ἀναγκαίην, οἰκονομίης τε εἵνεκεν καὶ ναυπηγίης καὶ τῆς ἑτέρης πολιτηίης, ἐν ᾗ χρεὼν εἶναι τὸν ἄνθρωπον· οὐ γὰρ εἰς ἀργίην αὐτὸν ἡ φύσις ἐγέννησε. (33) ἐκ τούτων δὲ πάλιν φιλοδοξίη χυθεῖσα ἔσφηλε πολλῶν ὀρθογνώμονα ψυχήν, σπουδαζόντων μὲν ἅπαντα ὡς ἐπ' ἀδιαπτωσίῃ, μὴ κατευτονεύντων δὲ τὴν ἀδηλότητα προορῆσθαι. ἡ κοῦ γάρ τις, ὦ Δημόκριτε, γαμέων ἢ χωρισμὸν ἢ θάνατον προσεδόκησε; τίς δ' ὁμοίως παιδοτροφέων ἀπωλείην; (34) ἀλλὰ οὐδὲ ἐν γεωργίῃ καὶ πλόῳ καὶ βασιληίῃ καὶ ἡγεμονίῃ καὶ πάνθ' ὅσ' ὑπάρχει κατὰ τὸν αἰῶνα· οὐδὲ εἷς γὰρ προϋπέλαβε πταῖσαι, ἀλλ' ἀγαθῇσι ἕκαστος τούτων ἐλπίσι φέρβεται, τῶν δέ γε χερειόνων οὐδὲ μέμνηται. μήποτ' οὖν ὁ σὸς γέλως τούτοισι ἀνάρμοστος; » ὁ δὲ Δημόκριτος « μάλα νωθὴς » ἔφη « τὸν νόον ὑπάρχεις καὶ μακρήν γε τῆς ἐμῆς γνώμης ἀπόδημος εἶ, Ἱππόκρατες, ἀταραξίης καὶ ταραχῆς μέτρα μὴ ἐπισκοπέων δι' ἀγνοίην. (35) ταῦτα γὰρ αὐτὰ διανοίῃ φρενήρεϊ διοικεῦντες, αὐτοί τε ῥηιδίως ἀπηλλάσσοντο καὶ τὸν ἐμὸν ἐλώφεον γέλωτα. νῦν δ' ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖσι ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφωνται, ἀξυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς δυσδίδακτοι· νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχε ἡ τῶν ξυμπάντων μεταβολή, ὀξείῃσι τροπῇσι ἐμπίπτουσα, αἰφνίδιον τροχηλασίην παντοίην ἑλίσσουσα. (36) οἳ δ' ὡς ἐπ' ἀρηρυίῃ καὶ βεβαίῃ ἐκλελησμένοι παθέων κατὰ τὸ ξυνεχὲς ἐμπιπτόντων, ἄλλοτε ἄλλως ποθέοντες τὰ λυπέοντα, διζήμενοι τὰ μὴ ξυμφέροντα, ἐναλινδέονται πολλῇσι ξυμφορῇσι. (37) εἰ δέ τις ἐμερμήριζε κατὰ δύναμιν ἰδίην τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἀδιάπτωτον ἐφρούρεε

fortunia intento risu excipio; veritatis enim instituta violant. Contentionis studio hostiles inter se rixas habent, cum fratribus vero, parentibus et civibus mutuas cædes exercent, idque possessionum causa quarum nemo post mortem dominus esse potest; iniustam vitam consectantes amicorum et patriæ inopiam nil morantur, divitiis onerant indigna et inanimata; universis facultatibus statuam redimunt, quod simulacrum loqui videatur; eos vero, qui vere loquuntur, odio habent. (30) Res alienas amore prosequuntur, in continente habitantes maritima expetunt, rursusque insulas tenentes continentem affectant, cunctaque in suam cupiditatem pervertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur, at in dies a libidinum indulgentia et avaritia vincuntur et quovis genere affectuum, quibus conflictantur. Thersitis autem vitam omnes referunt. (31) Cur igitur risum meum, Hippocrates, reprehendisti? Neque enim suam quis, sed alter alterius amentiam deridet, velut alii ebrios, cum ipsi sibi sobrii videantur, alii amantes, cum ipsi graviore morbo laborent, hi vero navigantes, alii agriculturæ deditos. Neque enim artibus, neque operibus inter se consentiunt. » (32) Tum ego « hæc quidem » inquam « vera sunt, Democrite, neque alia quæpiam oratio ad convincendam mortalium miseriam commodior fuerit; verum ipsæ actiones hanc necessitatem veluti decreto quodam imponunt ad rei domesticæ dispensationem, navium fabricationem et reliquam reipublicæ administrationem, in qua versari hominem oportet. Neque enim ad inertiam eum natura procreavit. (33) Ex his rursus late sparsa ambitio multorum hominum recte sentientem animum aberrare coegit, ut ad omnia velut sine lapsu summo studio contendant, non tamen obscuritatem prævidere possint. Quis enim, o Democrite, uxorem ducens divortium aut mortem cogitat? aut liberos educans interitum? (34) Sed neque in agricultura, navigatione, regno, imperio et omni vitæ genere; nemo enim istorum in opinionem venit, pedem se offensurum esse, sed quivis bona spe pascitur, deteriorum vero ne meminit quidem. Num igitur risus tuus his parum convenit? » Tum Democritus « tardo » inquit « es admodum ingenio proculque a mea sententia peregrinaris, Hippocrates, neque tranquillitatis et perturbationis modum propter ignorantiam prospicis. (35) Qui enim hæc ipsa prudenti cogitatione disponunt, et ipsi facile liberantur et meum risum sublevant. Nunc vero, quasi res humanæ firmiter constitutæ sint, mente capti insolescunt, neque mente ratiocinationis experte inordinatum impetum facile addiscunt. Sufficiens enim fuerit admonitio rerum omnium commutatio, quæ subditis conversionibus incidens repentinam et omnimodam rerum orbitam nodorum instar implicat. (36) Illi vero, tanquam hæc fixa sit et firma, affectionum continenter incidentium obliti, aliter alius quæ tristitiam adferunt expetentes, quæ sunt incommoda inquirentes, in multis calamitatibus assidue versantur. (37) Quod si quis omnia quæ facit pro viribus mente

τὴν ζωήν, ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος καὶ ξύγκρισιν ἰδίην σαφέως κατανοήσας καὶ μὴ τῆς ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν ἀόριστον ἐκτείνων, τὴν δὲ πλουσίην φύσιν καὶ πάντων τιθηνὸν δι' αὐταρκείης ἐσορέων. (38) καθάπερ δὲ τῶν παχέων ἐν εὐεξίῃ κίνδυνος πρόδηλος, οὕτω τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων ἐπισφαλέστερόν ἐστι, ἀρίσημοι δ' ἐπὶ τῇσι κακοδαιμονίῃσι ξυνθεωρέονται. ἄλλοι δὲ τὰ τῶν πέλας μηδὲν ἱστορέοντες ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπρηγίης ἀπώλοντο, τὰ δῆλα καθάπερ ἄδηλα μὴ προθεωρέοντες, ὑπόδειγμα τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες γενομένων καὶ μὴ γενομένων, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν κατανοῆσαι. (39) ταῦθ' ὁ ἐμὸς γέλως, ἄφρονες ἄνθρωποι, πονηρίης δίκας ἐκτίνοντες, φιλαργυρίης ἀπληστίης ἔχθρης ἐνέδρης ἐπιβουλίης βασκανίης. ἀργαλέον ἐξειπεῖν πολυμηχανίην κακῶν· ἀπειρίη γάρ τίς ἐστι κἀν τούτοισι. δολοπλοκίῃσι ἀνθαμιλλέονται σκολιόφρονες, ἀρετῆς δὲ παρ' αὐτοῖσι τρόπος ἐστὶ τὸ χέρειον· φιλοψευδίην γὰρ ἀσκέουσι, φιληδονίην κοσμέουσι, νόμοισι ἀπειθεῦντες. (40) ὁ δὲ αὐτῶν κατακρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην, μήτε ὁρήσιος μήτε ἀκοῆς μετεχόντων, μούνη δ' αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκείῃ διανοίης τηλαυγής, τό τε ἐὸν καὶ τὸ ἐσόμενον προορεομένη. δυσαρεστεῦνται πᾶσι, καὶ πάλιν τοῖσι αὐτοῖσι ἐμπελάζονται. ἀρνησάμενοι πλόον πλέουσι, γεωργίην ἀπειπάμενοι αὖτις γεωργέουσι, ἐκβάλλοντες γαμετὴν ἑτέρην ἐσάγονται, γεννήσαντες ἔθαψαν, θάψαντες πάλιν τρέφουσι, γῆρας ηὔξαντο, εἶτα ἐς αὐτὸ ἀφικόμενοι στενάζουσι, ἐν οὐδεμιῇ καταστάσι βεβαίην ἔχοντες τὴν γνώμην. (41) ἡγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην, ὁ δὲ ἰδιώτης ὀρέγεται βασιληίης. ὁ πολιτευόμενος τὸν χειροτεχνεῦντα ὡς ἀκίνδυνον, ὁ δὲ χειροτέχνης ἐκεῖνον ὡς εὐτονεῦντα κατὰ πάντων. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον τῆς ἀρετῆς οὐ θεωρέουσι καθαρὴν καὶ λείην καὶ ἀπρόσπταιστον, εἰς ἣν οὐδὲ εἷς τετόλμηκε ἐμβῆναι, φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπειθέα καὶ σκολιήν, τρηχυβατεῦντες καὶ καταφερόμενοι καὶ προσκόπτοντες, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐκπίπτοντες, ἀσθμαίνοντες ὡς διωκόμενοι, ἐρίζοντες ὑστερεῦντες προηγεύμενοι. (42) καὶ οὓς μὲν αὐτῶν ἔρωτες ἀτάσθαλοι ὑποπεπρήκασι ἀλλοτρίης φῶρας εὐνῆς, ἀναιδείης πισύνους· οὓς δὲ τήκει φιλαργυρίη, νοῦσος ἀόριστος, οἱ δ' ἀλλήλοισι ἀντεπιτίθενται, οἱ δ' ὑπὸ φιλοδοξίης ἐς ἠέρα ἀναχθέντες βρίθει κακίης ἐς βυθὸν ἀπωλείης καταφέρονται. (43) κατασκάπτουσι ἐποικοδομέοντες· χαρίζονται, εἶτα μετανοοῦσι καὶ ἀφαιρεῦνται τὰ φιλίης δίκαια· κακοπρηγεῦντες ἐς ἔχθρην τὰ ξυγγενείης πολεμοποιέουσι, καὶ τούτων ἁπάντων αἰτίη ἡ φιλαργυρίη. τί νηπίων ἀθυρόντων διαφέρουσι, παρ' οἷσι ἄκριτος μὲν ἡ γνώμη, τὸ δὲ προσπεσὸν τερπνόν; (44) ἐν δὲ τοῖσι θυμοῖσι τί περισσὸν ζῴοισι ἀλόγοισι παραλελοίπασι; πλὴν ὅτι ἐν αὐταρκείῃ μένουσι οἱ θῆρες. τίς γὰρ λέων ἐς γῆν κατέκρυψε χρυσόν; τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύσατο, τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε; διψῇ μὲν ἄγριος σῦς ὅσον ὕδατος κορεσθῇ, λύκος δὲ δαρδάψας

versaret, vitam ab omni casu immunem servaret se ipse probe noscens, et suam ipsius concretionem aperte intelligens cupiditatis studium in infinitum non extenderet, sed naturam divitem et omnium alumnam per ea quæ abunde suppetunt sequeretur. (38) Quemadmodum autem optimus corporis habitus affectionum periculum denuntiat, sic magnus rerum successus lubricus est. Rebus autem in adversis insignes conspiciuntur. Alii vero aliorum res minime oculis subicientes, pravis suis affectionibus pereunt, manifesta velut obscura non providentes, cum tamen longam vitam exemplum habeant eorum quæ fiunt et non fiunt, ex quibus quod futurum est cognoscere oportebat. (39) Hæc est mei risus materia, homines imprudentes, qui pœnas datis improbitatis vestræ, avaritiæ, inexplebilis cupiditatis, inimicitiarum, insidiarum, subdolorum consiliorum, invidentiæ. Difficile est multorum malorum machinatricem solertiam verbis exprimere, cum eorum sit infinitas quædam et in his cum dolosis commentis prava mente inter se conversentur. Habetur autem apud eos virtutis loco ingenium malum pravumque; mendacia enim amant et in his se exercent, voluptatis studium extollunt, legibus ne tantillum parentes. (40) Itaque risus meus quæ ab his nullo proposito consilio fiunt condemnat, cum neque visionis neque auditionis participes sint; at solus hominis sensus rectâ intelligentiâ eminus splendescit, quippe qui præsentia et futura prævideat. Omnia detestantur ac rursus ad eadem se adiungunt. Navigationem aversantes navigant, agricultura propulsata rursus agrum colunt, abdicata uxore aliam inducunt, susceptos liberos sepeliunt et his sepultis alios procreant et rursus educant, senectutem exoptant, cumque eo pervenerint, gemunt nulloque in statu firma mente persistunt. (41) Principes ac reges privatum beatum prædicant, privatus regium imperium affectat. Qui rempublicam regit, artificem tanquam periculi expertem laudat, artifex vero illum quippe infinitam potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viam puram minimeque asperam ac inoffensam non cernunt, per eamque nemo incedere sustinet; e contrario per inaccessam et tortuosam feruntur et per aspera incedentes offendunt et præcipites eunt; plerique deerrant itinere anhelantes perinde ac si quis persequatur eos, iurgio decertantes, cui primo loco eundum sit, male subsequentes, præcursantes. (42) Et male eorum quosdam impudentia fretos nefandi amores alieni cubilis corrumpendi succendunt, quosdam etiam inordinatus avaritiæ morbus tabefacit, alii mutuas insidias struunt, alii ambitionis studio in aera subvecti sceleris gravitate in exitii profundum præcipites deferuntur. (43) Diruunt, deinde ædificant; beneficio collato gratiam demerentur, deinde pœnitentia ducti amicitiæ iura violant maleque afficiendo ad inimicitias deveniunt et cognationis iura bello appetunt, horumque omnium in causa avaritia est. Quanam in re ab infantibus ludibundis discrepant, quos, cum mens iudicio careat, quicquid sese forte obtulit delectat? (44) Quod ad cupiditates attinet, non multum a brutis animantibus differunt, nisi quod feræ in eo quod satis est se continent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdidit? quinam tau-

τὸ προσπεσὸν τῆς ἀναγκαίης τροφῆς ἀναπέπαυται· ἡμέρῃσι δὲ καὶ νυξὶ ξυναπτομένῃσι οὐκ ἔχει θοίνης κόρον ὥνθρωπος. χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξις ὀχείης ἀλόγων ἐστὶ τέρμα, ὁ δὲ ἐς τὸ διηνεκὲς οἰστρομανίην ἔχει τῆς ἀσελγείης. (45) Ἱππόκρατες, μὴ γελάσω τὸν κλαίοντα δι' ἔρωτα ὅτι ξυμφερόντως ἀποκέκλεισται, μάλιστα δ' ἂν ῥιψοκινδυνῇ καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν ἢ βυθῶν πελάγεος, ἐπιτενῶ τὸν γέλωτα; μὴ γελάσω τὸν τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα μέγα μεμφόμενον τῇ θαλάσσῃ ὅτι κατεβύθισε τὴν πλήρεα; ἐγὼ μὲν οὐδ' ἀξίως δοκέω γελῆν, ἐξευρεῖν δὲ κατ' αὐτῶν ἤθελόν τι λυπηρόν. ἀλλ' οὐδὲ ἰητρικὴν ὑπὲρ τούτων ἐχρῆν εἶναι μὴ τεχνωμένην παιώνια φάρμακα. (46) ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκληπιὸς νουθεσίη σοι γενέσθω· σώζων ἀνθρώπους κεραυνοῖσι εὐχαρίστηται. οὐχ ὁρῇς ὅτι κἀγὼ τῆς αὐτῆς μοίρης εἰμί; μανίης διζήμενος αἰτίην ζῶα κατακτείνω καὶ ἀνατάμνω; ἐχρῆν δὲ ἐξ ἀνθρώπων τὴν αἰτίην ἐρευνῆσαι. (47) οὐχ ὁρῇς ὅτι καὶ ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται καὶ ἄπειρα κατ' αὐτῶν πάθεα ξυνήθροικε; ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐστί. τρεφόμενος ἄχρηστος, ἱκέτης βοηθείης· αὐξόμενος ἀτάσθαλος ἄφρων διὰ χειρὸς παιδαγωγίῃ· ἀκμάζων θρασύς, παρακμάζων οἰκτρός, τοὺς ἰδίους πόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας· ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιοῦτος. (48) διὰ τοῦτο οἱ μὲν θυμικοὶ καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες, οἱ δ' ἐν φθορῇσι καὶ μοιχείῃσι διὰ παντός, οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων, οἱ δ' ἐν ἀπωλείῃσι τῶν σφετέρων. ὤφελε δύναμις ὑπῆρχε τὰς ἁπάντων οἰκήσιας ἀνακαλύψαντα μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακάλυμμα, εἶθ' οὕτως ὁρῆν τὰ πρησσόμενα ἔνδον. (49) εἴδομεν ἂν τοὺς μὲν ἐσθίοντας, οὓς δὲ ἐμέοντας, ἑτέρους δ' αἰκίῃσι στρεβλεῦντας, τοὺς δὲ φάρμακα κυκεῦντας, τοὺς δὲ ξυννοεῦντας ἐπιβουλίην, τοὺς δὲ ψηφίζοντας, ἄλλους χαίροντας, τοὺς δὲ κλαίοντας, τοὺς δὲ ἐπὶ κατηγορίῃ τῶν φίλων ξυγγράφοντας, οὓς δὲ διὰ φιλοδοξίην ἔκφρονας. (50) καίτοιγε βαθύτεραι πρήξιες τῶν κατὰ ψυχὴν κευθομένων, καὶ τούτων ὁκόσοι μὲν νέοι ὁκόσοι δὲ πρεσβῦται αἰτεῦντες ἀρνεύμενοι πενόμενοι περιουσιάζοντες λιμῷ θλιβόμενοι, οἱ δὲ ἀσωτίῃ βεβαρημένοι ῥυπῶντες δέσμιοι, οἱ δὲ τρυφῇσι γαυριῶντες τρέφοντες, ἄλλοι θάπτοντες, ὑπερορέοντες ἃ ἔχουσι, πρὸς τὰς ἐλπιζομένας πρήξιας ὡρμημένοι, οἱ μὲν ἀναίσχυντοι, οἱ δὲ φειδωλοί, οἱ δὲ ἄπληστοι, οἱ δὲ μὴ φρονεῦντες, οἱ δὲ τυπτόμενοι, οἱ δὲ ὑπερηφανεῦντες, οἱ δὲ ἐπαιρόμενοι κενοδοξίῃ. (51) καὶ οἱ μὲν ἵπποισι παρεστεῶτες, οἱ δὲ ἀνδράσι, οἱ δὲ κυσί, οἱ δὲ λίθοισι ἢ ξύλοισι, οἱ δὲ χαλκῷ, οἱ δὲ γραφῇσι. καὶ οἱ μὲν ἐν πρεσβείῃσι, οἱ δὲ ἐν στρατηγίῃσι, οἱ δὲ ἐν ἱερωσύνῃσι, οἱ δὲ στεφανηφορέοντες, οἱ δὲ ἐν ὅπλοις, οἱ δ' ἀποκτιννύμενοι. (52) φέρονται δὲ τούτων ἕκαστοι οἱ μὲν ἐπὶ ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπὶ στρατιήν, οἱ δὲ ἐπ' ἀγροικίην, ἕτεροι δὲ ἐπὶ νῆας, οἱ δὲ ἐς ἀγορήν, οἱ δ' ἐς ἐκκλησίην, οἱ δὲ ἐπὶ θέητρον, οἱ δὲ ἐς φυγαδείην, ἄλλοι

rus alienarum rerum cupiditate in pugnam delatus est? quæ pardalis inexplebilem aviditatem admisit? Sitit aper, sed eatenus, qua aquam appetit; lupus dilaniato quod sese obtulit necessario alimento quiescit; at si dies iungantur noctibus, hominem non capit comessandi satietas. Et anniversariorum temporum ordo brutis quidem animantibus coitus finem adfert, hic vero insano libidinis stimulo continenter agitatur. (45) Quomodo, Hippocrates, eiulantem ob amorem, cum feliciter repulsam tulit, non derideam? præcipueque si quis nullo habito periculorum delectu per præcipitia et alta maria feratur, intenso risu non excipiam? Non ridebo eum, qui navem multis mercibus onustam demersit, deinde mare incusantem, quod eam plenam submerserit? Equidem hæc ne digna quidem risu duco, verum aliquid molesti in eos excogitare malim. Sed neque medicinam pro his esse oportuit, nec qui Pæonia medicamenta conficeret. (46) Cuius rei te admoneto tuus ille progenitor Æsculapius, qui pro servatis hominibus gratam beneficii recordationem fulminis ictum reportavit. Non vides me eiusdem vitii participem esse, dum in insaniæ causam inquirens animantia macto ac reseco, quam in hominibus perscrutari oportuit? (47) Nonne vides mundum ipsum inhumanitate redundare et infinitas adversus hominem affectiones cumulare? Totus homo ab ipso ortu morbus est. A teneris unguiculis inutilis est, auxilium supplex implorat; dum increscit, improbus et demens est, institutione puerili indigens; in ætatis vigore constitutus audax; ætate marcescens miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis ex materno cruore promicuit. (48) Propterea alii indignabundi sunt et immodica ira referti in calamitatibus et pugnis, alii in adulteriis et stupris perpetuo versantur, alii in ebrietatibus, alii in rerum alienarum cupiditatibus, alii in suis perdendis. Quod si possemus nullo intrinsecus relicto velamento omnium habitationes detegere, atque ita quæ intus aguntur inspicere, (49) alios edere videremus, alios vomere, alios indignis verberibus torquere, alios venena miscere, alios insidias struere, alios subducere calculos, alios gaudere, illos plorare, hos amicorum accusationem meditari, illos vero nimia ambitione desipere. (50) Accedunt actiones in animis altius reconditæ. Et in his iuvenes pariter ac senes petentes, denegantes, pauperes, rebus affluentes, fame oppressi, item luxu gravati, sordidi, vincti, deliciis gestientes, alentes, alii iugulantes, alii sepelientes, ea quæ habent pro nihilo habentes, speratas possessiones captantes, alii impudentes, alii parci, alii inexplebiles, alii interficientes, alii verberibus afflicti, alii superbe se iactantes, alii inani gloria elati. (51) Porro alii equis addicti sunt, alii hominibus, alii canibus, alii lapidibus aut lignis, alii statuis ex ære, alii picturis, alii legationibus, alii rei militaris administrationibus, alii rebus sacris; alii coronas gestant, alii armati sunt, alii interficiuntur. (52) Et horum singuli partim in pugna navali versantur, partim in pugna terrestri, partim in agricultura, alii in navibus, alii in foro, alii in concionibus, alii in theatro, alii in fuga,

δὲ ἀλλαχόσε. (53) καὶ οἳ μὲν ἐς φιληδονίην καὶ ἡδυπαθείην καὶ ἀκρασίην, οἳ δὲ ἐς ἀργίην καὶ ῥαθυμίην. τὰς ἀναξίους οὖν καὶ δυστήνους σπουδὰς τοιαύτας ὁρεῦντες καὶ τοσαύτας, κῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν τοιῆσδε ἀκρασίης γέμοντα βίον αὐτῶν; κάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν ἁνδάνειν αὐτοῖσι· δυσαρεστέονται γὰρ ἀκροάσι καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσι. (54) ἤκουσα γὰρ ὑπὸ νοσεύντων σαφέως τωθάζεσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης ἢ διὰ φθόνον ἢ δι' ἀχαριστίην· οἵ τε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι τὴν αἰτίην ἢ θεοῖσι ἢ τύχῃ προσνέμουσι, (55) πολλοί τε τῇ φύσι προσάψαντες ἐχθαίρουσι τὸν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτεῦντες εἰ νομίζονται χρεωφειλέται· οἳ δὲ πολὺ τὸ τῆς ἀτεχνίης ἐφ' ἑωυτοῖσι ἔχοντες, ἀίδριες ἐόντες καθαιρέουσι τὸ κρέσσον· ἐν ἀναισθήτοισι γάρ εἰσι αἱ ψῆφοι, οὔτε δ' οἱ πάσχοντες ἐξομολογέειν ἐθέλουσι, οὔτε οἱ ὁμοτεχνεῦντες μαρτυρέειν· φθόνος γὰρ ἐνίσταται. (56) οὐκ ἀπείρῳ δέ σοι τῶν τοιούτων λεσχηνεύω ταῦτα, σαφέως δὲ εἰδὼς ἐν ἀναξιοπαθείῃσί σε πολλάκι; γενηθέντα καὶ δι' οὐσίην τε καὶ βασκανίην φιλοτωθασθέντα· ἀτρεκείης γὰρ οὐδεμία οὔτε γνῶσις οὔτε μαρτυρίη. » ἐπεμειδία λέγων ταῦτα καί μοι, Δαμάγητε, θεοειδής τις κατεφαίνετο, καὶ τῆς προτέρης αὐτοῦ μορφῆς ἐξελελήσμην (57) καὶ φημί « ὦ Δημόκριτε μεγαλόδοξε, μεγάλας τε τῶν σῶν ξενίων δωρεὰς εἰς Κῶ ἀποίσομαι (πολλοῦ γάρ με τῆς σῆς σοφίης θωυμασμοῦ πεπλήρωκας) ἀπονοστέω τέ σευ κήρυξ ἀληθείην ἀνθρωπίνης φύσιος ἐξιχνεύσαντος καὶ νοήσαντος καὶ λαλήσαντος. θεραπείην τε λαβὼν παρὰ σεῦ τῆς ἐμῆς διανοίης ἀπαλλάσσομαι, τῆς ὥρης τοῦτο ἀξιούσης καὶ τῆς τοῦ σώματος τημελείης· αὔριον δὲ κατὰ τὸ ἑξῆς ἐν ταὐτῷ γενησόμεθα. » (58) ἀνιστάμην ταῦτα εἰπών, καὶ ὃς ἕτοιμος ἦν ἐπακολουθέειν, προσελθόντι δέ τινι οὐκ οἶδ' ὁκόθεν ἐπεδίδου τὰ βιβλία. κἀγὼ ξυντονώτερον ἐπείξας πρὸς τοὺς ὄντως Ἀβδηρίτας ἐπὶ τῇ σκοπιῇ ἀναμένοντάς με « ἄνδρες » ἔφην, « τῆς πρὸς ἐμὲ πρεσβείης χάρις ὑμῖν πολλή· Δημόκριτον γὰρ εἶδον, ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους μοῦνον δυνάμενον. » ταῦτ' ἔχω σοι περὶ Δημοκρίτου, Δαμάγητε, φράζειν γηθόσυνος πάνυ. ἔρρωσο.

ιη'. Δημόκριτος Ἱπποκράτεϊ εὖ πράττειν.

Ἐπῆλθες ἡμῖν, ὦ Ἱππόκρατες, ὡς μεμηνόσι, ἐλλέβορον δώσων, πεισθεὶς ἀνοήτοισι ἀνδράσι, παρ' οἷσι ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς μανίη κρίνεται· ἐτυγχάνομεν δὲ περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης ἔτι τε ἄστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες. (2) γνοὺς δὲ τὴν τούτων φύσιν, ὡς ἀτρεκέως κάρτα εἴη δεδημιουργημένα καὶ ὡς τηλοῦ μανίης καὶ παραφρονήσιος καθεστήκοι, ἐμέο μὲν φύσιν ἐπῄνεσας, ἀπηνέας δὲ καὶ μεμηνότας κείνους ἔκρινας. ὁκόσα γὰρ ἰνδαλμοῖσι διαλλάσσοντα ἀνὰ τὸν ἠέρα πλάζει ἡμέας, ἃ δὴ κόσμῳ ξυνορᾶται καὶ ἀμειψιρρυσμέοντα τέτευχε, ταῦτα νόος ἐμὸς φύσιν ἐρευνήσας ἀτρεκέως ἐς φάος ἤγαγε· μάρτυρες δὲ τού-

alii aliis in rebus; (53) alii etiam ad voluptatis studium, mollitiem et intemperantiam feruntur, alii ad otium ac desidiam. Cum igitur tot indigena et misera studia videamus, quomodo vitam eorum tantæ intemperantiæ deditam ludibrio non habeamus? Vehementer vereor, ne artem tuam medicam ipsi non sint probaturi; nam auditione ac disceptatione non delectantur et sapientiam insaniam existimant. (54) Certe audivi maiorem artis tuæ partem aut per invidiam aut per ingratitudinem palam contumelia affici. Ægrotantes enim simul ac servati sunt, causam diis vel fortunæ attribuunt; (55) multi etiam hoc suæ naturæ assignantes bene merentem odio prosequuntur, parumque abest quin insuper indignentur, si debitores eius esse dicantur; alii etiam artis imperitiam præferentes, cum sint ignorantes, quod melius est damnant. Calculorum enim suffragia stupidis attribuuntur; ac neque curationem bene processisse fateri volunt, neque medici collegæ testimonio suo confirmare, cum invidia obstet. (56) Neque tu huiusmodi contumelias non expertus es, cum probe sciam hæc, quæ in memorabilibus affectionibus fiunt, te per causam aut invidiam nunquam lubenter convitiis insectatum. Veritatis enim nulla est cognitio, neque testimonii confirmatio. Quæ cum diceret, subridebat mihique, Damagete, divina quadam specie prioremque formam oblitus esse videbatur. (57) Tum ego, Democrite præstantissime, magna hospitalitatis tuæ munera mecum in Co reportabo, cum multa me sapientiæ tuæ admonitione compleveris. Præco enim tuarum laudum revertor, quod naturæ humanæ veritatem investigasti et mente complexus es. Accepta autem a te mentis curatione discedo, cum id tempus postulet, ut corpori consulatur; « Cras vero ac deinceps ad eundem locum revertemur. » (58) Quæ cum dixissem surrexi, ille vero me comitari paratus erat, cumque quidam haud scio unde accederet, libros tradidit. Et ego ad Abderitas, qui me speculantes expectabant iam fama sua non indigni, concitatiore gressu redii. « Viri » inquam « Abderitæ, pro vestra ad me legatione magnas habeo gratias. Democritum enim virum sapientissimum vidi, qui solus homines ad sanam mentem reducere potest. » Hæc habui, Damagete, quæ de Democrito tibi læto admodum animo narrarem. Vale.

XVIII. Democritus Hippocrati

Venisti ad nos, Hippocrates, ut tanquam insanis veratrum exhiberes, a stultis hominibus persuasus, quibus virtutis labor insania reputatur; ac tum forte de mundi ratione deque polorum et insuper de astrorum cœlestium descriptione scribebamus. (2) Cum autem horum naturam cognovisses, quam perfecte et absolute essent fabricata et quam procul ab insania ac dementia abessent, naturam quidem meam laudasti, illos vero immites et insanos iudicasti. Quæcunque enim per aerem feruntur et imaginum vicissitudine nos decipiunt (quæ cum mundo cernuntur quæque soluta individuorum coalitione formam mutant), ea mens nostra, dum naturæ veritatem indagatur, in lucem producit. Harum rerum testes sunt libri a me

των βίβλοι ὑπ᾽ ἐμέο γραφεῖσαι. (3) χρὴ οὖν καὶ σέ, ὦ Ἱππόκρατες, μὴ τοιουτοτρόποισι ἀνδράσι ξυνέρχεσθαι καὶ ξυνομιλέειν, ὧν νόος ἀκρόπλοος καὶ ἀβέβαιος καθέστηκε. εἰ γὰρ πεισθεὶς τούτοισι ὡς μεμηνότα με ἐπότισας, ἡ πινυτὴ μανίη ἂν ἐγεγόνει, καὶ σέο τέχνην ἂν κατεμέμψαντο, ὡς παραίτιον παρακοπῆς γεγενημένην· (4) ἐλλέβορος γὰρ ὑγιαίνουσι μὲν δοθεὶς ἐπισκοτέει διανοίην, μεμηνόσι δὲ δοθεὶς κάρτα ὠφελέει. γνῶθι γὰρ ὡς εἰ μὴ καταλελαβήκεές με γράφοντα, ἀλλ᾽ ἀνακεκλιμένον ἢ σχέδην περιπατεῦντα καὶ προσομιλεῦντα ἐμεωυτῷ καὶ ὁτὲ μὲν δυσχεραίνοντα ὁτὲ δὲ μειδιῶντα ἐπὶ τοῖς ἐννοευμένοισι ὑπ᾽ ἐμέο, καὶ τοῖσι μὲν προσομιλέουσι τῶν γνωρίμων οὐ προσέχοντα, ἐφιστάνοντα δὲ τὴν διανοίην καὶ σκεπτόμενον ἐκπάγλως, ᾠήθης ἂν Δημόκριτον κατά γε ὄψιος κρίσιν ἐκ τῶν δρεομένων μανίης εἰκόνι ἐοικέναι. (5) χρὴ οὖν τὸν ἰητρὸν μὴ μοῦνον ὄψι τὰ πάθεα κρίνειν, ἀλλὰ καὶ πρήγμασι· τούς τε ῥυθμοὺς ἀνακρίνειν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, καὶ πότερον ἄρχεται τὸ πάθος ἢ μεσάζει ἢ λήγει, καὶ διαφορὴν καὶ ὥρην καὶ ἡλικίην παρατηρέειν οὐλομελίην τε τοῦ σκήνεος· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων εὐχερῶς ἂν τὰς νούσους εὕροις. ἀπέστειλα δέ σοι τὸν περὶ μανίης λόγον.

ιθ΄. Δημόκριτος Ἱπποκράτεϊ περὶ μανίης.

Μαινόμεθα, ὡς ἔφην ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου, ὑπὸ ὑγρότητος τοῦ ἐγκεφάλου, ἐν ᾧ ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα. ὅταν ὑγρότερος τῆς φύσιος ᾖ, ἀνάγκη κινέεσθαι, κινευμένου δὲ μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν μήτε τὴν ἀκοήν, ἀλλὰ ἄλλοτε ἀλλοῖα ὁρῆν τε καὶ ἀκούειν, τήν τε γλῶσσαν τοιαῦτα διαλέγεσθαι, οἷα ἂν βλέπῃ τε καὶ ἀκούῃ ἑκάστοτε. (2) ὅσον δὲ ἂν ἀτρεμίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, τοσοῦτον καὶ φρονέει χρόνον ὁ ἄνθρωπος. γίγνεται δὲ ἡ διαφθορὴ τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς, γνώσῃ δὲ ἑκάτερα ὧδε. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ φλέγματος μαινόμενοι ἥσυχοί τέ εἰσι καὶ οὐ βοηταὶ οὐδὲ θορυβώδεες, οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς πλῆκται καὶ κακοῦργοι καὶ οὐχ ἠρεμαῖοι. (3) ἢν μὲν ξυνεχῶς μαίνωνται, αὗται αἱ προφάσιες εἰσί· ἢν δὲ δείματα καὶ φόβοι, ὑπὸ μεταστάσιος γίγνονται τοῦ ἐγκεφάλου θερμαινομένου ὑπὸ χολῆς ὁρμώσης ἐπ᾽ αὐτὸν κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας. (4) ὅταν δὲ ἀπέλθῃ ἡ χολὴ πάλιν ἐς τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα, πέπαυται. ἀνιῆται δὲ καὶ ἀσῆται καὶ ἐπιλήθεται, παρὰ καιρὸν ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος καὶ ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος. (5) ὅταν δὲ ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται ὑπὸ χολῆς κατὰ τὰς φλέβας τὰς εἰρημένας, ἐπιζέσαντος τοῦ αἵματος, ἐνύπνια ὁρῇ φοβερά, καὶ ὡς ἐγρηγορότος τὸ πρόσωπον φλογιᾷ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθραίνονται, καὶ ἡ γνώμη ἐπινοέει τι κακὸν ἐργάζεσθαι. τοῦτο καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. (6) ὅταν δὲ αἷμα σκεδασθῇ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, πέπαυται. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιέων ἱστόρησα ὡς ἐγίγνετο ἀφωνίη, ἀγνοίη, παραληρήσεις συχναὶ καὶ ὑποστροφαί, ἡ δὲ γλῶσσα σκληρή, καὶ εἰ μὴ διακλύσαιτο, λαλεῖν οὐχ

conscripti. (3) Minime igitur, Hippocrates, cum huiusmodi viris, quorum mens in summo fluctuat et inconstans est, te congredi aut conversari oportet. Nam si ab his persuasus mihi tanquam insano veratrum propinasses, prudentia in insaniam evasisset artemque tuam velut dementiæ causam increpuissent; (4) veratrum enim sanis adhibitum menti tenebras offundit, insanis multum prodesse consuevit. Sciendum autem te, si me non scribentem, sed recumbentem aut tardo passu deambulantem offendisses et mecum colloquentem, modo ea quæ animo agitarem implacide ferentem, modo ridentem et familiaribus me convenientibus mentem non adhibentem, sed stupendum in modum mente et contemplatione in rem aliquam incumbentem, te, inquam, ex his sane, quæ vidisses, Democritum insaniæ imaginem præ se ferre oculis tuis iudicasses. (5) Medicum igitur non solum ex aspectu, sed ex re ipsa affectus iudicare decet, et pulsum ut plurimum et num morbus incipiat aut in medio sit aut in fine discernere et considerata temporis et ætatis differentia et universa totius corporis naturam contemplari. Ex his enim omnibus facile morbum deprehendas. Ceterum dissertationem de insania ad te misi.

XIX. De insania dissertatio.

Insanimus ob humiditatem cerebri, in quo animi sunt officia. Nam cum humidius quam pro natura fuerit, moveri necesse est, velut dixi in libello de morbo sacro; cum autem movetur, neque visionem neque auditionem quiescere par est, verum modo hæc modo illa videre et audire linguamque ea quæ singulis temporis videris et audieris disserere. (2) Eo autem tempore homo sapit, quo cerebrum quiescit. Cerebri vero corruptio ex pituita et bile oritur. Utrumque hoc modo dignosces. Qui ex pituita insaniunt, quieti sunt neque clamosi neque tumultuantes; qui vero ex bile, hi verberitant, maleficia committunt, neque quiescunt. (3) Et siquidem continenter insaniunt, eæ causæ sunt. Terrores vero et metus ex transmutatione fiunt, calefacto cerebro a bile in ipsum per venas sanguinarias irruente. (4) Ubi vero bilis rursus in venas et corpus discessit, quiescunt. Tristantur vero et æstuant et plus oblivione premuntur, dum cerebrum a pituita refrigeratur et præter naturam concrescit. (5) Cum vero de repente cerebrum a bile calefactum fuerit, sanguine in commemoratis venis ebulliente, horrenda vident insomnia, ac velut evigilati facies inceditur, oculi rubent, mensque aliquid mali agitat. Idque etiam in somno contingit. (6) Ubi vero sanguis rursus in venis sparsus fuerit, quiescunt. Libro quinto de morbis vulgaribus quendam recensui, in quo vocis defectio contingebat, ignoratio, crebra deliria et morbi reversiones. Lingua dura erat, ac nisi collueret, loqui non poterat, et plerumque valde

οἷός τε ἦν, καὶ σφόδρα πικρὴ τὰ πολλά. (7) φλεβοτομίη ἔλυσε, ὑδροποσίη, μελίκρητον, ἐλλεβόρων πόσιες. οὗτος ὀλίγον ἐπιζήσας χρόνον ἐτελεύτησε. ἄλλος ἦν, ὃν ὅτε εἰς ποτὸν ὁρμῴη, φόβος τῆς αὐλητρίδος ἐλάμβανε, εἰ ἀκούσειε αὐλούσης· ἡμέρης δὲ ἀκούων οὐδὲν ἔπασχε.

amara. (7) Venæ sectio solutionem attulit, aquæ potio aqua mulsa et veratri potiones. Hic cum non diu supervixisset, mortuus est. Erat et alius, quem, cum ad convivium procederet, si tibicinam tibia canentem audiret, timor invadebat, interdiu vero si audiret, nihil patiebatur.

κ'. Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ χαίρειν.

Ἰητρικῆς τέχνης, ὦ Δημόκριτε, κατορθώματα μὲν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐ παντάπασι ἐπαινέουσι, θεοῖσι δὲ πολλάκις προσαρτῶσι· ἢν δέ τι ἡ φύσις ἀντιπρήξασα ἀπολέσῃ τὸν θεραπευόμενον, τὸν ἰητρὸν καταμέμφονται παρέντες τὸ θεῖον. καὶ ἐγὼ δοκέω πλείονα μεμψιμοιρίην ἢ τιμὴν κεκληρῶσθαι τὴν τέχνην. (2) ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς ἐς τέλος οὐκ ἀφῖγμαι, καίπερ ἤδη γηραλέος καθεστεώς· οὐδὲ γὰρ ὁ τῆσδε εὑρετὴς Ἀσκληπιός, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διεφώνησε, καθάπερ ἡμῖν ξυγγραφέων βίβλοι παραδεδώκασι. (3) ἡ μὲν οὖν ὑπὸ σέο ἀποσταλεῖσα ἡμῖν ἐπιστολὴ κατεμέμφετο τῆς φαρμακείης τοῦ ἐλλεβόρου. εἰσήχθην μὲν οὖν, ὦ Δημόκριτε, ὡς μεμηνότα ἐλλεβοριῶν, ὡς οὐ καταμαντευσάμενος ὅστις ποτ' εἴης· ὡς δ' ἐντυχὼν εἶδον οὐ μὰ Δία παραφρονήσιος ἔργον ἀλλὰ σχεδὸν ἀποδοχῆς πάσης, κάρτα τὴν φύσιν ἐπῄνεσα, ἄριστόν τε ἑρμηνέα φύσιος καὶ κόσμου ἔκρινα, τοὺς δὲ ἐσαγαγόντας με ἐμεμψάμην ὡς μεμηνότας· φαρμακείης γὰρ αὐτοὶ ἐχρῄζον. (4) ἐπειδὴ τοίνυν ταὐτόματον ἡμέας εἰς τωὐτὸ ξυνήγαγε, ὀρθῶς ποιήσεις ἐπιστέλλων ἡμῖν πυκνότερον καὶ μεταδιδοὺς τῶν ὑπὸ σέο γραφομένων ξυνταγμάτων. ἀπέστειλα δέ σοι καὶ αὐτὸς τὸν περὶ ἐλλεβορισμοῦ λόγον. ἔρρωσο.

XX. Hippocrates Democrito s.

In arte medica quæ recte fiunt plerumque hominum vulgus non admodum laudat, sæpe vero diis attribuit; at si in aliquo repugnans natura eum qui curatur interemerit, numen prætermittentes medicos incusant. Et ego sane plus reprehensionis quam honoris ex arte mihi consecutus videor. (2) Neque enim, quantumvis iam senex, ad artis medicæ summam perveni, neque inventor eius Æsculapius, sed et ipse a sese in multis dissensit, ut scriptorum libri nobis tradiderunt. (3) Tua ad nos missa epistola per veratrum medicationem instituendam reprehendebat. Accitus sum, Democrite, ut insanientem veratro purgarem, cum conicere non possem, qualis tandem esses; postquam vero tecum versatus non mehercule desipientiæ opus sed omni prope favore prosequendum cognovi, magnopere naturam laudavi, teque præstantissimum naturæ et mundi interpretem iudicavi, eos vero qui me acciverunt tanquam insanos accusavi, cum ipsi medicatione indigerent. (4) Quandoquidem igitur casu contigit ut nos una conveniremus, recte feceris si ad nos crebriores literas dederis, et a te conscripta commentaria ad nos transmiseris. Misi autem etiam ad te de veratri usu libellum. Vale.

κα'. Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ περὶ ἐλλεβορισμοῦ.

Τοῖς μὴ ῥηιδίως ἄνω καθαιρομένοις πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα πλέονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσι. ἐπὴν δὲ πίῃ ἐλλέβορον, πρὸς κινήσιας τὰ σώματα μᾶλλον ἄγειν, μὴ πρὸς ὕπνους· δηλοῖ δὲ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει. (2) ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν ἐλλέβορον, κίνεε τὰ σώματα. ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι σάρκας ὑγιέας ἔχουσι. ὅσοι ἐν ταῖς φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι, καθαιρόμενοι οὐ παύονται πρὶν ἢ διψήσωσι. σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου θανάσιμον. ἐπὶ ὑπερκαθάρσι σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγιγνόμενος κακόν. ἐν ταῖς ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσι ἐμέτοισι τοῖσι αὐτομάτως γιγνομένοισι, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· εἰ δὲ μή, τοὐναντίον. (3) ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ προγνωστικῷ, κάθαρσις εὐθετέει ἡ ἄνω, ὅκου ἄνευ πυρετοῦ ἀσιτίη ἢ καρδιωγμὸς ἢ σκοτόδινος ἢ στόμα ἐκπικρεύμενον, καθόλου ἐν τῇσι ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδύνῃσι· ἡ δὲ κάτω, ὅκου χωρὶς πυρετοῦ στρόφος, ὀσφύος ὀδύνη, γουνάτων βάρος, καταμήνια δυσεργεῦντα, ὀδύναι ἐν τοῖσι ὑπὸ τὸ διάφραγμα. (4) φυλάσσεσθαι δὲ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι

XXI. Hippocrates Democrito de veratri purgatione.

Qui non facile per superiora purgantur, iis corpora copiosiore cibo et quiete ante potionem humectanda sunt. Post veratri potionem corpora magis ad motionem quam ad somnos adducenda; turbari autem motione corpora demonstratur navigatione. (2) Cum voles veratrum efficacius esse, corpora moveto. Veratrum carnes sanas habentibus periculum creat. Qui in medicamentorum potionibus non sitiunt, purgari non desinunt prius quam sitiant. Ex veratro orta convulsio letalis. Immodicæ purgationi succedens convulsio aut singultus malo est. In alvi perturbationibus et vomitionibus sponte obortis si qualia purgari convenit purgentur, conducit et facile ferunt; alioqui contra accidit. (3) At velut in prænotionibus dictum est, per superiora purgatio accommoda est ei, qui sine febre cibi fastidio aut ventriculi morsu aut tenebricosa vertigine torquetur, aut cui os amarum est et in summa omnibus supra septum transversum doloribus; per inferiora vero, ubi citra febrem tormina detinent, lumborum dolor, genuum gravitas, menses ægre prodeunt et dolores sunt in partibus septo transverso inferioribus. (4) In medicamentorum autem potionibus

τοὺς ἀστείους τὰ σώματα, μάλιστα δὲ τοὺς μέλανας καὶ ὑγροσάρκους, καὶ τοὺς ὑποξήρους δὲ καὶ ψελλοὺς καὶ τραυλούς. ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου, ὡς ἔφην ἐν τῷ περὶ πτισάνης, εὐθέως ἐπιχειροῦσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσι· οὐδὲ γὰρ ἐνδιδοῖ ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος, τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νοσήματι καὶ ὑγιεινὰ ξυντήκουσι· ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γενομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατέει καὶ ἀνιήτως ἔχουσι. (5) ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ οἷσι ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα. μὴ διδόναι δὲ ἐπὶ ἐμπύων, μηδὲ φαρμακεύειν τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχώδεας, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς λιφαίμους, τοὺς πνευματώδεας καὶ ξηρὰ βήσσοντας, διψώδεας, φυσώδεας, ἐντεταμένους ὑποχόνδρια καὶ πλευρὰς καὶ μετάφρενα, τοὺς ἀπονεναρκωμένους καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας καὶ οἷσι ἦχοι τῶν ὤτων, καὶ τοὺς τῆς οὐρήθρας ἀκρατέας, μηδὲ τοὺς ἰκτερώδεας ἢ κοιλίης ἀσθενέας ἢ αἱμορρώδεας ἢ ἐν φύμασι. (6) ἢν δὲ φαρμακεῦσαι δοκέῃ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλέως ἄνω κάθαιρε, κάτω δὲ μή· κράτιστον δὲ τούτοισι διαιτᾶν. ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ προρρητικῷ, μὴ φαρμακεύειν μηδὲ τοὺς ἐπανεμέοντας μέλανα, ἀποσίτους καὶ παραφόρους, καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεας, ὄμμα θρασύ, κεχλασμένον ἔχοντας, ἐποιδοῦντας, σκοτώδεας, ἀχρόους, μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ καυματώδεας κατακεκλασμένους. (7) ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ περὶ πτισάνης, σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει ἡ πόσις ἥμισυ δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένον· ξυμμίσγειν δὲ καὶ τοῖσι ἐλλεβόροισι τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, καὶ ἧσσον πνίγει. (8) καθαίρειν δὲ καὶ τοὺς ἐν χρονίοις τεταρταίοις καὶ τοὺς ἐν λιπυριώδεϊ πυρετῷ χρονίους, καὶ ὧν οὐκ ἔστι δίψος οὐδὲ ἀπόκρισις. τούτους δὲ μὴ πρότερον τῶν τριῶν ἑβδομάδων, ποτὲ δὲ καὶ πλευριτικοὺς καὶ εἰλεώδεας. ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ περὶ γυναικείων, καθαίρειν καὶ ἢν αἱ μῆτραι καθάρσιος δέωνται.

vitandi sunt qui corpore probe valent, præcipue vero nigri et humida carne præditi, subsicci, balbi et blæsi. At qui per morbi initia inflammationes confestim per medicamenti potionem solvere nituntur, ii de distento quidem ac inflammato nihil auferunt, velut a me dictum est in libro de ptisana. Crudus enim affectus nihil cedit; quæ vero morbo resistunt et sana sunt, tabefaciunt. Imbecillo autem reddito corpore morbus superior evadit, et curari nequeunt. (5) Veratrum autem exhibendum quibus de capite fluxio fertur, at suppuratis minime dandum. Medicamento minime purgandi decolores, rauciduli, lienosi, sanguine carentes, suspiriosi et sicca tussi vexati, siticulosi, flatuosi, quique præcordia distenta habent et latera et dorsum, qui stupore affecti hebetius cernunt, quibus aures sonant, quique urinam minime continent, neque qui morbo regio laborant et alvo sunt debili, quibus sanguis erumpit aut qui tubercula habent. (6) Quod si medicamento purgandum videatur, veratro per superiora secure purgato, at per inferiora minime. His autem præstat victus rationem præscribere. Neque vero, quemadmodum in Prædictis dixi, medicamento purgandi sunt, qui nigra vomitione refundunt, cibos aversantur, delirant, quique dolore vexati parum dormiunt, qui aspectum ferocem oblique deflexum habent, subtumidi sunt, tenebricosa vertigine vexantur, decolores, neque qui in febre æstuant et confracti sunt. (7) Sesamoides vero, velut dixi libro de ptisana, per superiora purgat, potum ad drachmam dimidiam et in aceto mulso tritum. Admiscetur etiam veratris tertia potionis parte, et minus strangulat. (8) Diuturnas etiam quartanas purgat, et longa febre lipyria laborantes et eos quibus neque sitis neque excretio adest, neque tamen ante tres hebdomadas. Interdum etiam morbo laterali et volvulo laborantes. Quin etiam purgandum est, si uteri purgatione opus habeant, velut dixi libro de morbis mulierum.

κϐ'. Ἱπποκράτης πρὸς τὸν υἱὸν Θεσσαλόν.

Ἱστορίης δέ, ὦ παῖ, μελέτω σοι, γεωμετρικῆς καὶ ἀριθμήσιος· οὐ γὰρ μόνον σέο τὸν βίον εὐκλέα καὶ ἐπὶ πολλὰ χρήσιμον ἐς ἀνθρωπίνην μοίρην ἐπιτελέσει, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὀξυτέρην καὶ τηλαυγεστέρην κατὰ τὸ ἐν ἰητρικῇ ὀνίνασθαι πᾶν ὅ τι χρηίζει. (2) καίτοι ἡ μὲν τῆς γεωμετρίης ἱστορίη ἐοῦσα πολυσχήμων τε καὶ πολυειδὴς καὶ πᾶν μετὰ ἀποδείξιος περαινομένη ἔσται χρησίμη πρὸς τὰς τῶν ὀστέων θέσεις καὶ ἐξαρθρήσεις καὶ τὴν λοιπὴν τῶν μελέων τάξιν· (3) εἴσῃ γὰρ τὴν τούτων πολυτροπίην εὐεπιγνωστότερον, ἐμβολῇ τε ἄρθρων καὶ τῇ τῶν ὀστέων τῶν συντριβομένων ἀναπρίσι τε καὶ ἐκτρυπήσι καὶ συνθέσι καὶ ἐξαιρέσι καὶ τῇ λοιπῇ θεραπείῃ χρήσῃ, εἰδὼς ὁκοῖον τὸ χωρίον ἐστὶ καὶ τὸ ἐκ τούτου ἐξαιρεύμενον ὀστέον. (4) ἡ δὲ τῆς ἀριθμήσιος τάξις πρός τε τὰς περιόδους καὶ εὐλόγους τῶν πυρετῶν μεταστάσιας καὶ τὰς κρίσιας τῶν νο-

XXII. Hippocrates ad Thessalum filium.

Geometriæ et arithmetices cognitioni studium adhibeto, mi fili. Neque enim solum vitam tuam gloriosam et ad multa in rebus humanis utilem, verum etiam mentem acutiorem et longe splendidiorem ad fructum eorum omnium, quæ in arte medica usui sunt, consequendum reddet. (2) Quanquam geometriæ cognitio, cum multas et varias formas habeat et omnia cum demonstratione ad exitum perducat, tum ad ossium positus et articulos suis sedibus emotos, tum etiam ad reliquam membrorum compositionem utilis futura est. (3) Nam ad horum affectuum variam cognitionem facilius pervenies, deinde articulorum repositionem, tum ossium contritorum resectionem et perforationem et coaptationem et subtractionem, reliquamque curationem adhibebis, qui locum et os quale sit ex eo emotum cognoveris. (4) Numerorum vero series tum ad ambitus tum ad eas mutationes, quæ ad certam rationem in febribus fiunt, et ad

.εύντων καὶ τὰς ἐν νούσοις ἀσφαλείας ἀρκέουσα ἔσται· μάλα γὰρ σεμνὸν ὑπηρεσίην ἔχειν ἐν ἰητρικῇ τοιήνδε, ἥτις σοι τὰ μέρεα τῆς ἐπιτάσιος καὶ τῆς ἀνέσιος ἄνισα ὄντα τὴν μοῖραν εὔγνωστα παρέχεται χωρὶς ἀμπλακίης. διὸ δὴ χάρτα ἐς δύναμιν ἀφίκνεο τῆς τοιῆσδε ἐμπειρίης. ἔρρωσο.

iudicandos ægrorum crises et ad securitatem in morbis satis futura est. Præclarum enim est, id tibi in re medica subministrari, quod intensionis ac remissionis partes, quæ ex parte inæquales sunt, absque errore te edoceat. Quapropter ad huius experientiæ facultatem valde contendito. Vale.

κγ΄. Δημόκριτος Ἱπποκράτεϊ περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

Χρὴ πάντας ἀνθρώπους ἰητρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι, ὦ Ἱππόκρατες (καλὸν γὰρ ἅμα καὶ ξύμφορον ἐς τὸν βίον), πάντων δὲ μάλιστα τοὺς παιδείης καὶ λόγων ἴδριας γεγενημένους· ἱστορίην σοφίης γὰρ δοκέω ἰητρικῆς ἀδελφὴν καὶ ξύνοικον. (2) σοφίη μὲν γὰρ ψυχὴν ἀναρρύεται παθέων, ἰητρικὴ δὲ νούσους σωμάτων ἀφαιρέεται. αὔξεται δὲ νόος παρεούσης ὑγιείης, ἣν καλὸν προνοέειν τοὺς ἐσθλὰ φρονέοντας· ἕξεως δὲ σωματικῆς ἀλγεούσης οὐδὲ προθυμίην ἄγει νόος ἐς μελέτην ἀρετῆς· νοῦσος γὰρ παρεοῦσα δεινῶς ψυχὴν ἀμαυροῖ, φρόνησιν ἐς συμπαθείην ἄγουσα. (3) φύσιος δὲ ἀνθρωπίνης ὑπογραφὴ θεωρίην ἔχει τοιήνδε. ὁ μὲν ἐγκέφαλος φρουρέει τὴν ἄκρην τοῦ σώματος, ἀσφαλείην ἐμπεπιστευμένος, ὑμέσι νευρώδεσι ἐγκατοικέων, ὑπὲρ ὧν ὀστέων διπλόων φύσιες ἀναγκαῖαι ἀρηρυῖαι δεσπότην φύλακα διανοίης καλύπτουσι. (4) τριχέων δὲ εὐκοσμία χρῶτα κοσμέουσα, τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὁρητικὸν ἐν πολυχίτωνι φωλεῦον ὑγροῦ ἐνστάσι ὑπὸ μετώπῳ κοιλασίῃσι ἐνίδρυται· θεωρίης δὲ αἴτιον ἀκριβὴς κόρη φύλακα ταρσὸν εὐκαιρίης ὑπομένει. διπλοῖ δὲ ῥώθωνες ὀσφρήσιος ἐπιγνώμονες διορίζουσι ὀφθαλμῶν γειτνίην. (5) μαλακὴ δὲ χειλέων ἀφὴ στόματι περιπτυσσομένη, ῥημάτων αἴσθησιν ἀκριβέα τε διάρθρωσιν παρέσχηκε κυβερνωμένη. γένειον δὲ ἀκροτενὲς καὶ χελύνειον γόμφοις ξυνηρμοσμένον. ἐκδοχεῖα δὲ μύθων ὦτα δημιουργὸς ἀνέῳγε, οἷσι ἐπεὼν ὁ θυμὸς οὐκ ἀσφαλὴς διήκονος ἀλογιστίης γίγνεται. λαλιῆς μήτηρ γλῶσσα, ψυχῆς ἄγγελος, πυλωρεῦσα τὴν γεῦσιν, ἐχυροῖσι ὀδόντων θριγκοῖσι πεφρούρηται. (6) βρόγχος δὲ καὶ φάρυγξ ἡρμοσμένοι ἀλλήλοισι γειτνιῶσι· ὃ μὲν γὰρ ἐς κέλευθον πνεύματος, ὃ δὲ ἐς βυθὸν κοιλίης τροφὴν προπέμπει λάβρον ὠθεύμενος. κωνοειδὴς δὲ καρδίη βασιλίς, ὀργῆς τιθηνός, πρὸς πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐνδέδυκε θώρακα, θαμιναὶ δὲ πνευμάτων σήραγγες ἠέρι διοδευόμεναι φωνῆς αἴτιον πνεῦμα τίκτουσι. (7) τὸ δὲ χορηγὸν αἵματος καὶ μεταβάλλον ἐς τροφὴν ξὺν λοβοῖσι πολλάκις κοίλη περίπλοος ἔσται ἧπαρ, ἐπιθυμίης αἴτιον. χολὴ δὲ χλωρὴ πρὸς ἥπατι μένουσα καὶ διαφθορὴ σώματος ἀνθρωπηίου ὑπερβλύσασα γίγνεται. βλαβερὸς δὲ σώματος ἀνθρωπηίου καὶ ἀνωφελὴς ἔνοικος σπλὴν ἀπέναντι εὕδει, πρῆγμα μηδὲν αἰτεύμενος. (8) μέση δὲ τούτων χορηγέει πανδέκτειρα κοιλίη κατευνάζεται διοικέουσα τὴν πέψιν. ἔνοχα δὲ κοιλίης ξυνθέσιος δημιουργίῃ ξυνδονεύμενα εἱλέεται περὶ κοιλίην ἔντερα, λήψιος καὶ ἀποκρίσιος αἴτια.

XXIII. Democritus Hippocrati de natura humana.

Omnes artem medicam nosse convenit, o Hippocrates, cum præclara simul res sit et ad vitam conducibilis, tum vero vel maxime eruditionis et eloquentiæ peritos. Sapientiæ enim cognitionem medicinæ sororem et familiarem esse duco, (2) sapientia siquidem animum perturbationibus liberat; at medicina corporum morbos pellit. Mens autem increscit cum adest sanitas, cuius curam habere eos qui recte sentiunt præclarum est. Ubi vero corporis habitus dolet, mens ad virtutis exercitationem nullam adhibet diligentiam. Præsens enim morbus animum vehementer hebetat, et intelligentiam in affectus cognationem secum adducit. (3) Humanæ vero naturæ descriptio hanc habet speculationem. Cerebrum quidem in summa corporis parte præsidio locatum est, ad securitatem sibi concreditam, intra membranas nervosas collocatum, supra quod duplicia ossa ad necessitatem adaptata dominum mentis custodem cerebrum coeperint. (4) Pilorum concinna ratio cutem exornat. Oculorum vero cernendi vis intra multa tunicas insistentibus humoribus velut in cavo delitescens, sub fronte ad moderationem collocata, cernendi causa est. Pupilla sincera, palpebræ extremam oram, ταρσόν dicunt, ad opportunitatis custodiam sustinet. Nares duplices odoratus arbitræ, oculorum viciniam dirimunt. (5) Labra vero os molli suo contactu circumplexa, verborum sensum et exactam articulationem regunt et efficiunt. Mentum autem in extremitatem desinit et testudinis in modum connexum dentium clavis coaptatur. At aures opifex ad sermones excipiendos aperuit, in quas cum sermo subit, certus temeritatis minister evadit. Lingua loquentiæ mater, animi nuntia, gustus custodiæ præfecta, tutis dentium sepimentis munita est. (6) Guttur ac gula iuxta sese coaptata viciniam habent. Illud enim in spiritus viam, hæc vero in ventriculi profundum liberaliter propellendo alimentum demittit. Cor regium locum obtinens, coni formam habens, adversus omnes insultus thoracem induit. Crebræ autem spiritus cavernæ, aeri perviæ, spiritum vocis causam pariunt. (7) At hepar quod sanguinem suggerit et in alimentum transmutat, cum fibris plerumque vena cava alluitur, cupiditatisque causa est. Bilis pallida in hepate manens, ubi in corpore humano redundat, ipsum corrumpit, eiusque noxius et inutilis est incola. Splen ex adverso iacet, nullum negotium exhibens. (8) Horum medius ventriculus omnia in se recipiens chorum ducit et recumbit coctionem moderans. Intestina vero quæ ventris compositione continentur, constituta uti cum eo agitentur, per ventrem convolvuntur, eorum quæ

(9) δίδυμοι δὲ νεφροὶ ἰσχίοισι ἐνηδρασμένοι καὶ ἠμφιεσμένοι δημῷ, οὔρων ἐκκρίσιος οὐκ ἀλλότριοι πεφύκασι· κύριος δὲ ἁπάσης κοιλίης ὁ καλεύμενος ἐπίπλοος γαστέρα πᾶσαν ἐμπεριείληφε, μόνου σπληνὸς ἄτερ. (10) ἑξῆς νευρώδης κύστις ἰσχίῳ στόμα ἐνηδρασμένη, συμπεπλεγμένων ἀγγείων, οὔρων ἐκκρίσιος αἰτίη γίγνεται. ἡ δὲ γειτνιῶσα ταύτῃ μήτηρ βρεφέων, δεινὸν ἄλγος, τῶν ἐν γυναιξὶ μόχθων μυρίων παραιτίη, μήτρη ἐμπεφώλευκε· ἣ πυλωρὸς μυχοῖσι ἰσχίων βράσασα σὰρξ σφίγγεται νεύροισι, ἐκ δὲ πλήθους ἐκχέουσα γαστρὸς φύσιος ἐκ τόκου προνοίης. (11) ἐκ δὲ σώματος κρεμαστοὶ ἐκτὸς οἰκίην νέμονται ἐκγόνων κτίσται ὄρχιες, πουλυχίτωνες ἐόντες. εὐνοίης ἥβη ἀπὸ φλεβῶν τε καὶ νεύρων πλέγμα, οὔρων ἔχυσιν ποιεύμενον, ξυνουσίης ὑπουργόν, φύσιος ὕπο δεδημιούργηται θριξὶ ἥβης πυκαζόμενον. (12) σκέλεα δὲ καὶ βραχίονες καὶ τὰ προσηρτημένα τούτοισι ἄκρα, διηκονίης πᾶσαν ἀρχὴν ξυνηθροισμένα ἔχοντα, νεύρων ἀσφαλέα λειτουργίην τελέουσι. ἡ δὲ ἀσώματος ἐν μυχοῖσι φύσις ἐξέτευξε παντάμορφα σπλάγχνων γένεα, ἃ δὴ θάνατος ἐπισταθεὶς ὠκέως ἔπαυσε λειτουργίης.

assumuntur et excernuntur causæ. (9) At gemini renes coxis insidentes et adipe circumdati, ad urinarum excretione non alieni natura sunt comparati. Omentum vocatum toti ventri dominatur, eumque solo liene excepto complectitur. (10) Vesica deinceps nervosa, coxæ ore per complicata vasa insidens, urinarum excretionis causa existit. Huic vicina infantium mater, gravis calamitas, sexcentarum ærumnarum mulieri auctor uterus delitescit. Cujus osculo caro præficitur, quæ ex imis coxarum recessibus erumpens, nervis adstringitur, ex plenitudine naturæ ventris effundens, ex partus providentia. (11) Extra corpus pensiles domum incolunt ad generationem conditi testes, multiplices tunicas habentes. Pubes autem ex venis et nervis ad benevolentiam contexta, urinarum effusionem facit, ad veneris ministerium a natura condita pubertatis appetentiam coarctat. (12) Crura et brachia hisque annexa extrema, totum officii principium coacervatum habent, totamque nervorum administrationem perficiunt. Incorporea autem in imis recessibus natura viscerum omne genus fabricavit, quibus sane mors insistens ea celeriter administratione solvit.

κδ'. Ἱπποκράτης Κῷος βασιλέϊ Δημητρίῳ χαίρειν.

οὔτε σὺ λανθάνεις ἡμᾶς ἤδη πλήρης ὢν τῶν τοιούτων. (6) πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο πᾶσι φανερόν, ὅτι τοῖς μὲν ἐπιδείξεως δεομένοις αἱ πανηγύρεις ἁρμόττουσιν (ἐκεῖ γὰρ ἄν τις ἐν πλείστοις τὴν αὑτοῦ δύναμιν διασπείρειεν), τοῖς δὲ διαπράξασθαί τι βουλομένοις πρὸς τοῦτον διαλεκτέον, ὅστις τάχιστα μέλλει τὰς πράξεις ἐπιτελεῖν τὰς ὑπὸ τοῦ λόγου δηλωθείσας. (7) εἰ μὲν οὖν μιᾷ τινι τῶν πόλεων εἰσηγούμην, πρὸς τοὺς ἐκείνης προεστῶτας τοὺς λόγους ἂν ἐποιούμην· ἐπειδὴ δ' ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας παρεσκεύασμαι συμβουλεύειν, πρὸς τίν' ἂν δικαιότερον διαλεχθείην ἢ πρὸς τὸν πρωτεύοντα τοῦ γένους καὶ μεγίστην ἔχοντα δύναμιν;

(8) Καὶ μὴν οὐδ' ἀκαίρως φανησόμεθα μεμνημένοι περὶ τούτων. ὅτε μὲν γὰρ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀρχὴν εἶχον, οὐ ῥᾴδιον ἦν ἐπιμεληθῆναί σοι τῶν περὶ τὸν τόπον τὸν ἡμέτερον, οὐδὲ τούτοις ἐναντία πράττειν ἅμα καὶ Καρχηδονίοις πολεμεῖν· ἐπειδὴ δὲ Καρχηδόνιοι μὲν οὕτω πράττουσιν ὥστ' ἀγαπᾶν ἢν τὴν χώραν τὴν αὑτῶν ἔχωσιν, ἡ δ' ἡμετέρα πόλις ἡδέως ἂν αὐτήν σοι παράσχοι συναγωνιζομένην, εἴ τι πράττοις ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγαθόν, πῶς ἂν παραπέσοι καλλίων καιρὸς τοῦ νῦν σοι παρόντος;

(9) Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ μήτε δημηγορῶν μήτε στρατηγῶν μήτ' ἄλλως δυνάστης ὢν οὕτως ἐμβριθὲς αἴρομαι πρᾶγμα καὶ δυοῖν ἐπιχειρῶ τοῖν μεγίστοιν, ὑπέρ τε τῆς Ἑλλάδος λέγειν καὶ σοὶ συμβουλεύειν. ἐγὼ γὰρ τοῦ μὲν πράττειν τι τῶν κοινῶν εὐθὺς ἐξέστην (δι' ἃς δὲ προφάσεις, πολὺ ἂν ἔργον εἴη μοι λέγειν), τῆς δὲ παιδεύσεως τῆς τῶν μὲν μικρῶν καταφρονούσης, τῶν δὲ μεγάλων ἐφικνεῖσθαι πειρωμένης οὐκ ἂν φανείην ἄμοιρος γεγενημένος. (10) ὥστ' οὐδὲν ἄτοπον, εἴ τι τῶν συμφερόντων ἰδεῖν ἂν μᾶλλον δυνηθείην τῶν εἰκῆ μὲν πολιτευομένων μεγάλην δὲ δόξαν εἰληφότων. δηλώσομεν δ' οὐκ εἰς ἀναβολὰς εἴ τινος ἄξιοι τυγχάνομεν ὄντες, ἀλλ' ἐκ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων. . . . .

capto, aut te eiusmodi orationes vel ad satietatem iam audivisse ignoramus. (6) Ad hæc illud etiam omnibus est perspicuum, si qui ostentare ingenia cupiant, celebres cis conventus esse petendos, in quibus plurimos invenient eloquentiæ suæ admiratores : si qui autem perficere aliquid studeant, iis cum eo disserendum esse, qui res ipsas, quæ oratione fuerint expositæ, quamprimum sit executurus. (7) Quod si urbi alicui consilium darem, cum magistratibus et principibus civitatis sermonem haberem; quum vero de salute Græcorum tuenda suadere instituerim, quisnam mihi æquius appellandus erit, quam is qui et nobilitate et potentia Græcis omnibus antecellit?

(8) Neque vero nos harum rerum intempestive mentionem facere censendum est. Nam dum Lacedæmonii rerum potirentur, difficile tibi fuit gentis nostræ suscipere curam, illisque adversari et una cum Carthaginiensibus bellum gerere. Nunc vero quum res Carthaginiensium in eo loco sint, ut bene secum agi putent si suam ditionem tueri queant, nostra autem civitas promptissime tecum suas opes coniungat, si de Græcia bene mereri studueris, quæ tandem hac melior occasio tibi dari queat?

(9) Mirari autem non debes me, qui neque orator sum neque imperator nec alioqui vir potens, negotium tam arduum suscepisse duasque res maximas conari, ut et de statu Græciæ orationem habeam, et tibi dem consilium. Nam ego ut nunquam gessi rem publicam (qua quibus de causis abstinuerim, dictu operosum fuerit), sic nemo negabit, opinor, me ea doctrina quæ res minutas despicit et consequi arduas conatur, non esse destitutum. (10) Quare absurdi nihil fuerit me, quid publice prosit, aliquanto acutius perspicere, quam qui temere rempublicam capessunt magnamque auctoritatem habent. Non autem per moras declarabimus num alicuius pretii simus, sed rei testis aptissimus ipsa erit oratio.

β'. Φιλίππῳ.

Οἶδα μὲν ὅτι πάντες εἰώθασι πλείω χάριν ἔχειν τοῖς ἐπαινοῦσιν ἢ τοῖς συμβουλεύουσιν, ἄλλως τε κἂν μὴ κελευσθεὶς ἐπιχειρῇ τις τοῦτο ποιεῖν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν μὴ καὶ πρότερον ἐτύγχανόν σοι παρῃνεκὼς μετὰ πολλῆς εὐνοίας, ἐξ ὧν ἐδόκεις μοι τὰ πρέποντα μάλιστ' ἂν σαυτῷ πράττειν, ἴσως οὐδ' ἂν νῦν ἐπεχείρουν ἀποφαίνεσθαι περὶ τῶν σοὶ συμβεβηκότων· (2) ἐπειδὴ δὲ προειλόμην φροντίζειν τῶν σῶν πραγμάτων καὶ τῆς πόλεως ἕνεκα τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, αἰσχυνθείην ἂν εἰ περὶ μὲν τῶν ἧττον ἀναγκαίων φαινοίμην σοι συμβεβουλευκώς, ὑπὲρ δὲ τῶν μᾶλλον κατεπειγόντων μηδένα λόγον ποιοίμην, καὶ ταῦτ' εἰδὼς ἐκεῖνα μὲν ὑπὲρ δόξης ὄντα, ταῦτα δ' ὑπὲρ σωτηρίας, ἧς ὀλιγωρεῖν ἅπασιν ἔδοξας τοῖς ἀκούσασι

II. Philippo.

Equidem scio solere gratiores esse omnibus laudatores quam monitores, præsertim, si quis præcipiendi munus non rogatus suscipiat. Ego vero nisi etiam prius optimo studio te monuissem iis de rebus, quæ officii tui esse maxime videbantur, fortasse nunc de iis quæ ad te pertinent suadere non instituerem. (2) Sed quia mihi propositum est rerum tuarum gerere curam cum patriæ meæ tum ceterorum Græcorum causa, turpe mihi ducerem, cum de rebus non perinde necessariis consilium tibi dedissem, nunc longe graviorem nullam facere mentionem, præsertim quum scirem illa ad gloriam tantum, hæc vero ad salutem tuam pertinere, quam neglexisse visus es iis omnibus qui convicia in te

τὰς περὶ σοῦ ῥηθείσας βλασφημίας. (3) οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὅστις οὐ κατέγνω προπετέστερόν σε κινδυνεύειν ἢ βασιλικώτερον, καὶ μᾶλλόν σοι μέλειν τῶν περὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπαίνων ἢ τῶν ὅλων πραγμάτων. ἔστι δ' ὁμοίως αἰσχρὸν περιστάντων τε τῶν πολεμίων μὴ διαφέροντα γενέσθαι τῶν ἄλλων, μηδεμιᾶς τε συμπεσούσης ἀνάγκης αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τοιούτους ἀγῶνας, ἐν οἷς κατορθώσας μὲν οὐδὲν ἂν ἦσθα μέγα διαπεπραγμένος, τελευτήσας δὲ τὸν βίον ἅπασαν ἂν τὴν ὑπάρχουσαν εὐδαιμονίαν συνανεῖλες. (4) χρὴ δὲ μὴ καλὰς ἁπάσας ὑπολαμβάνειν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις τελευτάς, ἀλλὰ τὰς μὲν ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῶν γονέων καὶ τῶν παίδων ἐπαίνων ἀξίας, τὰς δὲ ταῦτά τε πάντα βλαπτούσας καὶ τὰς πράξεις τὰς πρότερον κατωρθωμένας καταρρυπαινούσας αἰσχρὰς νομίζειν καὶ φεύγειν ὡς αἰτίας πολλῆς ἀδοξίας γιγνομένας.

(5) Ἡγοῦμαι δέ σοι συμφέρειν μιμεῖσθαι τὰς πόλεις, ὃν τρόπον διοικοῦσι τὰ περὶ τοὺς πολέμους. ἅπασαι γάρ, ὅταν στρατόπεδον ἐκπέμπωσιν, εἰώθασι τὸ κοινὸν καὶ τὸ βουλευσόμενον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων εἰς ἀσφάλειαν καθιστάναι· διὸ δὴ συμβαίνει μηδὲ μιᾶς ἀτυχίας συμπεσούσης ἀνῃρῆσθαι καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἀλλὰ πολλὰς ὑποφέρειν δύνασθαι συμφορὰς καὶ πάλιν αὐτὰς ἐκ τούτων ἀναλαμβάνειν. (6) ὃ καὶ σὲ δεῖ σκοπεῖν, καὶ μηδὲν μεῖζον ἀγαθὸν τῆς σωτηρίας ὑπολαμβάνειν, ἵνα καὶ τὰς νίκας τὰς συμβαινούσας κατὰ τρόπον διοικῇς καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς συμπιπτούσας ἐπανορθοῦν δύνῃ. ἴδοις δ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίους περὶ τῆς τῶν βασιλέων σωτηρίας πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιουμένους, καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν φύλακας αὐτῶν καθιστάντας, οἷς αἴσχιόν ἐστιν ἐκείνους τελευτήσαντας περιιδεῖν ἢ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλεῖν. (7) ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνά σε λέληθεν, ἃ Ξέρξῃ τε τῷ καταδουλώσασθαι τοὺς Ἕλληνας βουληθέντι καὶ Κύρῳ τῷ τῆς βασιλείας ἀμφισβητήσαντι συνέπεσεν. ὁ μὲν γὰρ τηλικαύταις ἥτταις καὶ συμφοραῖς περιπεσὼν ἡλίκας οὐδεὶς οἶδεν ἄλλοις γενομένας, διὰ τὸ περιποιῆσαι τὴν αὑτοῦ ψυχὴν τήν τε βασιλείαν κατέσχε καὶ τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ παρέδωκε καὶ τὴν Ἀσίαν οὕτω διῴκησεν ὥστε μηδὲν ἧττον αὐτὴν εἶναι φοβερὰν τοῖς Ἕλλησιν ἢ πρότερον· (8) Κῦρος δὲ νικήσας ἅπασαν τὴν βασιλέως δύναμιν καὶ κρατήσας ἂν τῶν πραγμάτων, εἰ μὴ διὰ τὴν αὑτοῦ προπέτειαν, οὐ μόνον αὑτὸν ἀπεστέρησε τηλικαύτης δυναστείας, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας εἰς τὰς ἐσχάτας συμφορὰς κατέστησεν. ἔχοιμι δ' ἂν παμπληθεῖς εἰπεῖν, οἳ μεγάλων στρατοπέδων ἡγεμόνες γενόμενοι διὰ τὸ προδιαφθαρῆναι πολλὰς μυριάδας αὑτοῖς συναπώλεσαν.

(9) Ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ μὴ τιμᾶν τὴν ἀνδρείαν τὴν μετ' ἀνοίας ἀλογίστου καὶ φιλοτιμίας ἀκαίρου γιγνομένην, μηδὲ πολλῶν κινδύνων ἰδίων ὑπαρχόντων ταῖς μοναρχίαις ἑτέρους ἀδόξους καὶ στρατιωτικοὺς

dicta audierunt. (3) Nemo enim est quin statuat te in adeundis periculis magis esse temerarium quam regia dignitas patiatur, et de laude fortitudinis quam de summa rerum magis sollicitum esse. Atqui æque turpe est et hostibus circumdatum strenue pugnando aliis non superiorem esse, et cum nulla talis urget necessitas, in ea te discrimina conicere, quibus superatis nihil memorabile gesseris, interfectus autem omnes fortunas una evertas. (4) Neque vero semper præclarum habendum est in bellis occumbere; sed quando id fit pro defensione patriæ, parentum et liberûm, laudabile est. quum vero talis obitus et his omnibus nocet et superiorum temporum successibus labem aspergit, turpis habendus et fugiendus est, ut multæ ignominiæ conciliator.

(5) Eam potius in gerendis bellis rationem tibi sequendam censeo, qua urbes utuntur. Nam hæ omnes, quum aliquo mittunt exercitus, rempublicam et senatum de rebus deliberantem in tuto collocare solent. Unde id evenit, ut, si una plaga fuerit accepta, non tamen vires omnes amittant, sed et multas clades perferre et opes suas recuperare possint. (6) Quod et tibi propositum esse debet, neque ullum salute maius esse bonum existimandum, ut et victoriis, quæ contingant, recte uti queas, et cladibus, quæ forte accidant, succurrere possis. Ac videas etiam Lacedæmonios de regum incolumitate maxime esse sollicitos et clarissimos quosque cives eorum custodes constitui, quibus turpius est a capite regis pericula non depulisse quam clipeum abiecisse. (7) Neque illa etiam ignoras, quæ Xerxi Græcos opprimere servitute conato et Cyro Persicum regnum sibi vindicare aggresso acciderunt. Alter enim tantis prœliis victus, tot cladibus affectus, quot nemo aliis accidisse norit, tamen quia vitam conservarat, non ipse modo regnum obtinuit, sed idem filiis suis reliquit, et Asiam ita firmavit, ut nihilo minus esset, quam prius, Græcis formidanda. (8) Cyrus autem, victis omnibus regis exercitibus cum summa rerum potitus esset, temeritate sua non se ipsum modo tanto imperio privavit, sed milites suos etiam in extremum discrimen adduxit. Innumeros commemorare possim, qui, quum maximorum exercituum duces essent, quia ipsi immature perierunt, una secum innumeros in exitium traxerunt.

(9) Hæc exempla tibi consideranda sunt, ut eam fortitudinis laudem, quæ cum temeraria vecordia et intempestiva ambitione coniuncta est, non appetendam iudices, neque ipse tibi in tot regnorum periculis alia igno-

αὐτῷ προσεζευρίσκειν, μηδ' ἁμιλλᾶσθαι τοῖς ἢ βίου δυστυχοῦς ἀπαλλαγῆναι βουλομένοις ἢ μισθοφορᾶς ἕνεκα μείζονος εἰκῇ τοὺς κινδύνους προαιρουμένοις, (10) μηδ' ἐπιθυμεῖν τοιαύτης δόξης ἧς πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων τυγχάνουσιν, ἀλλὰ τῆς τηλικαύτης τὸ μέγεθος ἣν μόνος ἂν τῶν νῦν ὄντων κτήσασθαι δυνηθείης· μηδ' ἀγαπᾶν λίαν τὰς τοιαύτας ἀρετὰς ὧν καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστιν, ἀλλ' ἐκείνας ὧν οὐδεὶς ἂν πονηρὸς κοινωνήσειε· (11) μηδὲ ποιεῖσθαι πολέμους ἀδόξους καὶ χαλεπούς, ἐξὸν ἐντίμους καὶ ῥᾳδίους, μηδ' ἐξ ὧν τοὺς μὲν οἰκειοτάτους εἰς λύπας καὶ φροντίδας καταστήσεις, τοὺς δ' ἐχθροὺς ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ποιήσεις, οἵας καὶ νῦν αὐτοῖς παρέσχες· ἀλλὰ τῶν μὲν βαρβάρων, πρὸς οὓς νῦν πολεμεῖς, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξαρκέσει σοι κρατεῖν ὅσον ἐν ἀσφαλείᾳ καταστῆσαι τὴν σαυτοῦ χώραν, τὸν δὲ νῦν μέγαν προσαγορευόμενον καταλύειν ἐπιχειρήσεις, ἵνα τήν τε σαυτοῦ δόξαν μείζω ποιήσῃς καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὑποδείξῃς, πρὸς ὃν χρὴ πολεμεῖν.

(12) Πρὸ πολλοῦ δ' ἂν ἐποιησάμην ἐπιστεῖλαί σοι ταῦτα πρὸ τῆς στρατείας, ἵν' εἰ μὲν ἐπείσθης, μὴ τηλικούτῳ κινδύνῳ περιέπεσες, εἰ δ' ἠπίστησας, μὴ συμβουλεύειν ἐδόκουν ταῦτα τοῖς ἤδη διὰ τὸ πάθος ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένοις, ἀλλὰ τὸ συμβεβηκὸς ἐμαρτύρει τοὺς λόγους ὀρθῶς ἔχειν τοὺς ὑπ' ἐμοῦ περὶ αὐτῶν εἰρημένους.

(13) Πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν παύσομαι λέγων· οἶμαι γὰρ καὶ σὲ καὶ τῶν ἑταίρων τοὺς σπουδαιοτάτους ῥᾳδίως ὁπόσ' ἂν βούλησθε προσθήσειν τοῖς εἰρημένοις. πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι τὴν ἀκαιρίαν· καὶ γὰρ νῦν κατὰ μικρὸν προϊὼν ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας.

(14) Οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων οὐ παραλειπτέον ἐστὶ τὰ περὶ τῆς πόλεως, ἀλλὰ πειρατέον παρακαλέσαι σε πρὸς τὴν οἰκειότητα καὶ τὴν χρῆσιν αὐτῆς. οἶμαι γὰρ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἀπαγγέλλοντας καὶ λέγοντας οὐ μόνον τὰ δυσχερέστατα τῶν περὶ σοῦ παρ' ἡμῖν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν προστιθέντας· οἷς οὐκ εἰκὸς προσέχειν τὸν νοῦν. (15) καὶ γὰρ ἂν ἄτοπον ποιοίης, εἰ τὸν μὲν δῆμον τὸν ἡμέτερον ψέγοις ὅτι ῥᾳδίως πείθεται τοῖς διαβάλλουσιν, αὐτὸς δὲ φαίνοιο πιστεύων τοῖς τὴν τέχνην ταύτην ἔχουσι καὶ μὴ γιγνώσκοις, ὡς ὅσῳπερ ἂν τὴν πόλιν εὐαγωγοτέραν ὑπὸ τῶν τυχόντων οὖσαν ἀποφαίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλόν σοι συμφερόντως ἔχουσαν αὐτὴν ἐπιδεικνύουσιν. εἰ γὰρ οἱ μηδὲν ἀγαθὸν οἷοί τ' ὄντες ποιῆσαι διαπράττονται τοῖς λόγοις ὅ τι ἂν βουληθῶσιν, ἦ πού σέ γε προσήκει τὸν πλεῖστ' ἂν ἔργῳ δυνάμενον εὐεργετῆσαι μηδενὸς ἀποτυχεῖν παρ' ἡμῶν. . . . .

(16) Ἡγοῦμαι δὲ δεῖν πρὸς μὲν τοὺς πικρῶς τῆς πόλεως ἡμῶν κατηγοροῦντας ἐκείνους ἀντιτάττεσθαι τοὺς πάντα τε ταῦτ' εἶναι λέγοντας, καὶ μήτε μεῖζον

bilia et militaria accersas, neque cum iis certes, qui uat vitam calamitosam perdere volunt aut, stipendii maioris impetrandi causa temere in pericula se coniciunt, (10) neque gloriam desideres tibi cum multis Græcis et barbaris communem, sed eam, cuius tanta sit amplitudo, ut tibi soli nostro seculo contingere queat, neque tales virtutes nimis adames, quæ contemptis etiam hominibus haud negatæ sunt, sed illas, quarum nemo malus particeps esse possit; (11) neque bella geras obscura et molesta, quum honorata et faciliora suscipere liceat; neque ea, per quæ et tibi coniunctissimos molestiis ac solicitudinibus afficias et hostibus tuis magnam spem subministres; id quod nunc quoque abs te factum est : sed barbaros istos, cum quibus nunc dimicas, tantisper vicisse, suffecerit, dum regnum tuum in tuto collocaris; istum vero, qui nunc Magnus Rex appellatur, regno evertere studebis ut gloriam tuam amplifices et Græcis ostendas, quocum bella geranda sint.

(12) Vehementer autem optarem me hæc ad te scripsisse ante susceptam expeditionem, ut vel, si paruisses, in tantum periculum non venisses, vel, si mea monita neglexisses, ego non viderer ea suadere, quæ nunc eventu edocti omnes probant; sed ut exitus testaretur, vera et recta fuisse mea his de rebus consilia.

(13) Cum vero huius disputationis ea natura sit, ut largam dicendi materiam præbeat, ego pluribus verbis non utar, quod existimo et te ipsum et ex amicis tuis viros honestissimos facile, quam multa volueritis, ad hæc adiecturos. Præterea vereor ne fuerim importunior. Nam dum paulatim progredior, non animadverti me neglecta epistolæ brevitate in iustæ orationis prolixitatem incidisse.

(14) Quæ quanquam ita sunt, non tamen præterire debeo, quæ de nostra urbe dicenda sunt : sed danda est opera, ut te adhorter ad contrahendam cum ea familiaritatem et amicitiæ usum. Arbitror enim esse multos qui nuntient atque dictitent non odiosissima tantum quæ apud nos de te dicta sunt, sed quædam etiam de suo affingant. Quibus auscultare non decet. (15) Absurdum enim fuerit te, qui nostrum populum eo reprehendas, quod calumniatoribus facile aures præbeat, illos magnifacere qui artem calumniandi exercent, neque intelligere istos, quo facilius civitatem nostram a quibuslibet in quamvis posse traduci partem asserant, eo tibi magis opportunam eam esse ostendere. Nam si hi qui nulla in rempublicam beneficia conferre possunt, solis verbis quicquid volunt impetrant, qui consentaneum est te, qui ipsis factis plurimum iuvare potes, quicquam a nobis non consecuturum? (16) Acerbis autem nostræ urbis accusatoribus illos esse opponendos video, et qui hæc omnia affirment, et qui Athenienses nulla vel magna vel parva in re deli-

μήτ' ἔλαττον αὐτὴν ἠδικηκέναι φάσκοντας. ἐγὼ δ' οὐδὲν ἂν εἴποιμι τοιοῦτον· αἰσχυνθείην γὰρ ἄν, εἰ τῶν ἄλλων μηδὲ τοὺς θεοὺς ἀναμαρτήτους εἶναι νομιζόντων αὐτὸς τολμῴην λέγειν ὡς οὐδὲν πώποθ' ἡ πόλις ἡμῶν πεπλημμέληκεν. (17) οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖν' ἔχω περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ὅτι χρησιμωτέραν οὐκ ἂν εὕροις ταύτης οὔτε τοῖς Ἕλλησιν οὔτε τοῖς σοῖς πράγμασιν· ᾧ μάλιστα προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστίν. οὐ γὰρ μόνον συναγωνιζομένη γίγνοιτ' ἂν αἰτία σοι πολλῶν ἀγαθῶν ἀλλὰ καὶ φιλικῶς ἔχειν δοκοῦσα μόνον· (18) τούς τε γὰρ ὑπὸ σοὶ νῦν ὄντας ῥᾷον ἂν κατέχοις, εἰ μηδεμίαν ἔχοιεν ἀποστροφήν, τῶν τε βαρβάρων οὓς βουληθείης θᾶττον ἂν καταστρέψαιο. καίτοι πῶς οὐ χρὴ προθύμως ὀρέγεσθαι τῆς τοιαύτης εὐνοίας, δι' ἣν οὐ μόνον τὴν ὑπάρχουσαν ἀρχὴν ἀσφαλῶς καθέξεις, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἑτέραν ἀκινδύνως προσκτήσει; (19) θαυμάζω δ' ὅσοι τῶν τὰς δυνάμεις ἐχόντων τὰ μὲν τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται καὶ χρήματα πολλὰ δαπανῶσι, συνειδότες ὅτι πλείους ἠδίκηκε τῶν πιστευσάντων αὐτοῖς ἢ σέσωκε, τὴν δὲ πόλιν τὴν τηλικαύτην δύναμιν κεκτημένην μὴ πειρῶνται θεραπεύειν, ἣ καὶ μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων καὶ σύμπασαν τὴν Ἑλλάδα πολλάκις ἤδη σέσωκεν. (20) ἐνθυμοῦ δ' ὅτι πολλοῖς καλῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ὅτι δικαίως κέχρησαι Θετταλοῖς καὶ συμφερόντως ἐκείνοις, ἀνδράσιν οὐκ εὐμεταχειρίστοις ἀλλὰ μεγαλοψύχοις καὶ στάσεως μεστοῖς. χρὴ τοίνυν καὶ περὶ ἡμᾶς πειρᾶσθαι γίγνεσθαί σε τοιοῦτον, ἐπιστάμενον ὅτι τὴν μὲν χώραν Θετταλοὶ τὴν δὲ δύναμιν ἡμεῖς ὅμορόν σοι τυγχάνομεν ἔχοντες, ἣν ἐκ παντὸς τρόπου ζήτει προσαγαγέσθαι. (21) πολὺ γὰρ κάλλιόν ἐστι τὰς εὐνοίας τὰς τῶν πόλεων αἱρεῖν ἢ τὰ τείχη. τὰ μὲν γὰρ τοιαῦτα τῶν ἔργων οὐ μόνον ἔχει φθόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοιούτων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατοπέδοις ἀνατιθέασιν· ἢν δὲ τὰς οἰκειότητας καὶ τὰς εὐνοίας κτήσασθαι δυνηθῇς, ἅπαντες τὴν σὴν διάνοιαν ἐπαινέσονται.

(22) Δικαίως δ' ἄν μοι πιστεύοις οἷς εἴρηκα περὶ τῆς πόλεως· φανήσομαι γὰρ οὔτε κολακεύειν αὐτὴν ἐν τοῖς λόγοις εἰθισμένος, ἀλλὰ πλεῖστα πάντων ἐπιτετιμηκώς, οὔτ' εὖ παρὰ τοῖς πολλοῖς καὶ τοῖς εἰκῇ δοκιμάζουσι φερόμενος, ἀλλ' ἀγνοούμενος ὑπ' αὐτῶν καὶ φθονούμενος ὥσπερ σύ. πλὴν τοσοῦτον διαφέρομεν, ὅτι πρὸς σὲ μὲν διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὕτως ἔχουσι, πρὸς δ' ἐμέ, διότι προσποιοῦμαι τὸ βέλτιον αὐτῶν φρονεῖν, καὶ πλείους ὁρῶσιν ἐμοὶ διαλέγεσθαι βουλομένους ἢ σφίσιν αὐτοῖς. (23) ἠβουλόμην δ' ἂν ἡμῖν ὁμοίως ῥᾴδιον εἶναι τὴν δόξαν, ἣν ἔχομεν παρ' αὐτοῖς, διαφεύγειν. νῦν δὲ σὺ μὲν οὐ χαλεπῶς, ἢν βουληθῇς, αὐτὴν διαλύσεις, ἐμοὶ δ' ἀνάγκη καὶ διὰ τὸ γῆρας καὶ δι' ἄλλα πολλὰ στέργειν τοῖς παροῦσιν.

(24) Οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν πλὴν τοσοῦτον, ὅτι καλόν ἐστι τὴν βασιλείαν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν

quisse asserant. Absit autem, ut ego tale aliquid dicam. Nam quum alii ne deos quidem omni crimine vacare putent, me gloriari puderet nos nihil unquam peccavisse; (17) illud tamen habeo dicere, te nullam aliam urbem inventurum, quæ vel Græcis vel tuis rebus magis sit opportuna. Quod tibi est diligentissime considerandum. Nec enim tantum, si tecum societatem inierit, sed si vel visa fuerit amica tibi esse maximas tibi allatura est utilitates. (18) Nam et hos qui tibi nunc parent, si non habebunt ad quos confugiant, in officio facilius continebis, et quosvis barbarorum celerius subiges. An vero talis benevolentia non alacriter expetenda est, qua non modo partum imperium secure teneas, sed amplam etiam ditionem sine periculo acquiras? (19) Miror equidem eorum principum rationes, qui peregrinos milites conducunt et magnis impensis alunt, a quibus et ipsi norunt plures eorum qui illis crediderunt esse proditos quam servatos; tam potentis vero urbis adiungere sibi studia non conantur, quæ cum singulas urbes, tum universam Græciam sæpe iam conservavit. (20) Illud cogita, multos laudare tuam prudentiam, quod ita cum Thessalis egeris, ut et æquum erat et illis expediebat, qui quidem viri sunt non facillimis ingeniis, sed animosi et seditiosissimi. Istæc eadem ratio de nobis etiam erit ineunda, quum scias, ut regionem Thessalorum, sic Atheniensium potentiam tibi esse finitimam, quam tibi omni studio conciliare debes. (21) Multo enim præclarius est benevolentiam civitatum capere quam mœnia. Hoc enim non modo invidiosum est, sed et quicquid fit huius generis, exercitibus plerumque ascribitur; si autem familiaritates contrahere potueris et hominum benevolentiam colligere, sapientiam tuam mirabuntur omnes.

(22) Hæc quæ de urbe nostra disserui, affirmanti mihi iure credideris. Satis enim constat me et meis civibus adeo assentiri non solere, ut nemo sit omnium qui sæpius eos reprehenderit, neque etiam in magno esse pretio apud vulgus et temerarios rerum æstimatores, sed illorum aliis ignotum esse, aliis æque invisum ac te. Hoc tamen inter nos interest, quod tibi potentiam et opes invident, mihi, quod me illis sapientiorem esse profiteor pluresque sunt qui mea consuetudine quam illorum delectentur. (23) Utinam vero tam facile mihi esset, quam tibi, conceptam de nobis vulgi opinionem abolere. Nunc id quidem in tua manu est, modo velis; mihi vero cum propter senium, tum pluribus aliis de causis, boni fortuna mea est consulenda. Non video plura dicere quorsum attineat; hoc tamen addam, pulchrum esse regnum

ὑπάρχουσαν ὑμῖν παρακαταθέσθαι τῇ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίᾳ.

γ'. Φιλίππῳ.

Ἐγὼ διελέχθην μὲν καὶ πρὸς Ἀντίπατρον περί τε τῶν τῇ πόλει καὶ τῶν σοὶ συμφερόντων ἐξαρκούντως, ὡς ἐμαυτὸν ἔπειθον, ἠβουλήθην δὲ καὶ πρὸς σὲ γράψαι περὶ ὧν μοι δοκεῖ πρακτέον εἶναι μετὰ τὴν εἰρήνην, παραπλήσια μὲν τοῖς ἐν τῷ λόγῳ γεγραμμένοις, πολὺ δ' ἐκείνων συντομώτερα.

(2) Κατ' ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸν χρόνον συνεβούλευον, ὡς χρὴ διαλλάξαντά σε τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων καὶ τὴν Θηβαίων καὶ τὴν Ἀργείων, εἰς ὁμόνοιαν καταστῆσαι τοὺς Ἕλληνας, ἡγούμενος, ἐὰν τὰς προεστώσας πόλεις πείσῃς οὕτω φρονεῖν, ταχέως καὶ τὰς ἄλλας ἐπακολουθήσειν. τότε μὲν οὖν ἄλλος ἦν καιρός, νῦν δὲ συμβέβηκε μηκέτι δεῖν πείθειν· διὰ γὰρ τὸν ἀγῶνα τὸν γεγενημένον ἠναγκασμένοι πάντες εἰσὶν εὖ φρονεῖν καὶ τούτων ἐπιθυμεῖν ὧν ὑπονοοῦσί σε βούλεσθαι πράττειν, καὶ λέγειν ὡς δεῖ παυσαμένους τῆς μανίας καὶ τῆς πλεονεξίας, ἣν ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους, εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν. (3) καὶ πολλοὶ πυνθάνονται παρ' ἐμοῦ πότερον ἐγώ σοι παρήνεσα ποιεῖσθαι τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἢ σοῦ διανοηθέντος συνεῖπον· ἐγὼ δ' οὐκ εἰδέναι μέν φημι τὸ σαφές (οὐ γὰρ συγγεγενῆσθαί σοι πρότερον), οὐ μὴν ἀλλ' οἴεσθαι σὲ μὲν ἐγνωκέναι περὶ τούτων, ἐμὲ δὲ συνειρηκέναι ταῖς σαῖς ἐπιθυμίαις. ταῦτα δ' ἀκούοντες ἐδέοντό μου πάντες παρακελεύεσθαί σοι καὶ προτρέπειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν τούτων μένειν, ὡς οὐδέποτ' ἂν γενομένων οὔτε καλλιόνων ἔργων οὔτ' ὠφελιμωτέρων τοῖς Ἕλλησιν οὐδ' ἐν καιρῷ μᾶλλον πραχθησομένων.

(4) Εἰ μὲν οὖν εἶχον τὴν αὐτὴν δύναμιν ἥνπερ πρότερον, καὶ μὴ παντάπασιν ἦν ἀπειρηκώς, οὐκ ἂν δι' ἐπιστολῆς διελεγόμην, ἀλλὰ παρὼν αὐτὸς παρώξυνον ἄν σε καὶ παρεκάλουν ἐπὶ τὰς πράξεις ταύτας. νῦν δ' ὡς δύναμαι παρακελεύομαί σοι μὴ καταμελῆσαι τούτων, πρὶν ἂν τέλος ἐπιθῇς αὐτοῖς. ἔστι δὲ πρὸς μὲν ἄλλο τι τῶν ὄντων ἀπλήστως ἔχειν οὐ καλόν (αἱ γὰρ μετριότητες παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦσι), δόξης δὲ μεγάλης καὶ καλῆς ἐπιθυμεῖν καὶ μηδέποτ' ἐμπίπλασθαι προσήκει τοῖς πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκοῦσιν· ὅπερ σοὶ συμβέβηκεν. (5) ἡγοῦ δὲ τόθ' ἕξειν ἀνυπέρβλητον αὐτὴν καὶ τῶν σοὶ πεπραγμένων ἀξίαν, ὅταν τοὺς μὲν βαρβάρους ἀναγκάσῃς εἱλωτεύειν τοῖς Ἕλλησι πλὴν τῶν σοὶ συναγωνισαμένων, τὸν δὲ βασιλέα τὸν νῦν μέγαν προσαγορευόμενον ποιήσῃς τοῦτο πράττειν ὅ τι ἂν σὺ προστάττῃς. ταῦτα δὲ κατεργάσασθαι πολὺ ῥᾷόν ἐστιν ἐκ τῶν νῦν παρόντων, ἢ προελθεῖν ἐπὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν δόξαν, ἣν νῦν ἔχεις, ἐκ τῆς βασιλείας τῆς ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ὑπαρξάσης· οὐδὲν γὰρ ἔσται λοιπὸν ἔτι πλὴν θεὸν γενέ-

vestrum ac felicitatem Græcorum benevolentiæ tanquam depositum commendare.

III. Isocrates Philippo s. d.

Etsi cum Antipatro etiam et de nostræ urbis et tuis commodis satis, ut mihi persuadeo, copiose disserui, tamen ad te quoque scribere volui, quid pace iam facta mihi agendum esse videatur, non multum absimilia his quæ in oratione perscripta sunt, sed multo breviora.

(2) Tum enim suadebam, ut compositis nostræ urbis et Lacedæmoniorum et Thebanorum Argivorumque controversiis Græcos in concordiam reduceres. Existimabam enim, si id a principibus civitatibus impetrasses, quam primum reliquas quoque secuturas. Atque illo quidem tempore alius erat rerum status. Nunc vero in eo loco res sunt, ut suadere nihil sit necesse. Nam propter commissum prœlium omnes coacti sunt ad sanam mentem redire et ea desiderare, quæ te velle facere suspicantur, et profiteri omissa insania et avaritia, qua alios alii exagitarent, bellum in Asiam esse transferendum. (3) Atque illud complures ex me quærunt, utrum ego tibi suaserim ut expeditionem contra barbaros susciperes, an vero, quum tu iam id decrevisses, ego sententiæ tuæ approbator accesserim. Ego vero nihil me de eo comperti habere dico; neque enim prius tecum convenisse : sed putare tamen, cum tibi id iam antea deliberatum esset, me tuis consiliis suffragatum esse. Quæ illi cum audirent, omnes me rogabant ut te hortarer, ne mutares consilium : nunquam enim edi posse illustriora facinora, vel Græcis utiliora, neque unquam posse dari meliorem rei gerendæ occasionem.

(4) Si igitur ea quæ olim fuit ingenii facultas mihi suppeteret, neque senectus omnes vires ademisset, non per literas tecum agerem, sed coram te invitarem et cohortarer ad hoc negotium strenue suscipiendum. Nunc ut possum te hortor, ne his desistas, priusquam rem omnem confeceris. Alterius porro alicuius rei cupiditate insatiabili æstuare non est honestum, nam plerisque probatur mediocritas; sed magnam illustremque gloriam desiderare, nec eius unquam satietate affici debent, qui ceteris multum antecellunt : id quod tibi contigit. (5) Tum autem ad famæ tuæ splendorem nihil posse accedere putato eamque rebus tuis gestis parem fore, quum barbaros (iis exceptis qui se ad ductum tuum applicaverint) Græcis servire coëgeris, illumque regem qui nunc Magnus appellatur, eo redegeris, ut ea agat quæ tu imperaris. Hoc autem rerum statu nunc hæc tibi perficere multo facilius est, quam eam consequi potentiam et gloriam, quam tibi vetusti regni subsidio comparasti : neque enim quicquam tibi erit adhuc reliquum, nisi ut

σθαι. (6) χάριν δ' ἔχω τῷ γήρᾳ ταύτην μόνην, ὅτι προήγαγεν εἰς τοῦτό μου τὸν βίον, ὥσθ' ἃ νέος ὢν διενοούμην καὶ γράφειν ἐπεχείρουν ἔν τε τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ καὶ τῷ πρὸς σὲ πεμφθέντι, ταῦτα νῦν τὰ μὲν ἤδη γιγνόμενα διὰ τῶν σῶν ἐφορῶ πράξεων, τὰ δ' ἐλπίζω γενήσεσθαι.

δ'. Ἀντιπάτρῳ.

Ἐγώ, καίπερ κινδύνου παρ' ἡμῖν ὄντος εἰς Μακεδονίαν πέμπειν ἐπιστολήν, οὐ μόνον νῦν ὅτε πολεμοῦμεν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰρήνης οὔσης, ὅμως γράψαι πρὸς σὲ προειλόμην περὶ Διοδότου, δίκαιον εἶναι νομίζων ἅπαντας μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τοὺς ἐμαυτῷ πεπλησιακότας καὶ γεγενημένους ἀξίους ἡμῶν, οὐχ ἥκιστα δὲ τοῦτον καὶ διὰ τὴν εὔνοιαν τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐπιείκειαν. (2) μάλιστα μὲν οὖν ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν συσταθῆναί σοι δι' ἡμῶν· ἐπειδὴ δὲ δι' ἑτέρων ἐντετύχηκέ σοι, λοιπόν ἐστί μοι μαρτυρῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ βεβαιῶσαι τὴν γεγενημένην αὐτῷ πρὸς σὲ γνῶσιν. ἐμοὶ γὰρ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συγγεγενημένων ἀνδρῶν, καὶ δόξας ἐνίων μεγάλας ἐχόντων, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων οἳ μέν τινες περὶ αὐτὸν λόγον οἳ δὲ περὶ τὸ διανοηθῆναι καὶ πρᾶξαι δεινοὶ γεγόνασιν, οἳ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου σώφρονες καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς ἀφυεῖς παντάπασιν· (3) οὗτος δ' οὕτως εὐάρμοστον τὴν φύσιν ἔσχηκεν ὥστ' ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τελειότατος εἶναι. καὶ ταῦτ' οὐκ ἂν ἐτόλμων λέγειν, εἰ μὴ τὴν ἀκριβεστάτην πεῖραν αὐτός τ' εἶχον αὐτοῦ καὶ σὲ λήψεσθαι προσεδόκων, τὰ μὲν αὐτὸν χρώμενον αὐτῷ, τὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐμπείρων αὐτοῦ πυνθανόμενον, (4) ὧν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, εἰ μὴ λίαν εἴη φθονερός, καὶ εἰπεῖν καὶ βουλεύσασθαι μηδενὸς ἧττον αὐτὸν δύνασθαι, καὶ δικαιότατον καὶ σωφρονέστατον αὐτὸν εἶναι καὶ χρημάτων ἐγκρατέστατον, ἔτι δὲ συνημερεῦσαι καὶ συμβιῶναι πάντων ἥδιστον καὶ λιγυρώτατον, πρὸς δὲ τούτοις πλείστην ἔχειν παρρησίαν, οὐχ ἣν οὐ προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν εἰκότως ἂν μέγιστον γιγνομένην σημεῖον τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τοὺς φίλους· (5) ἣν τῶν δυναστῶν οἳ μὲν ἀξιόχρεων τὸν ὄγκον τὸν τῆς ψυχῆς ἔχοντες τιμῶσιν ὡς χρησίμην οὖσαν, οἱ δ' ἀσθενέστεροι τὰς φύσεις ὄντες ἢ κατὰ τὰς ὑπαρχούσας ἐξουσίας δυσχεραίνουσιν, ὡς ὧν οὐ προαιροῦνταί τι ποιεῖν βιαζομένην αὐτούς, οὐκ εἰδότες ὡς οἱ μάλιστα περὶ τοῦ συμφέροντος ἀντιλέγειν τολμῶντες, οὗτοι πλείστην ἐξουσίαν αὐτοῖς τοῦ πράττειν ἃ βούλονται παρασκευάζουσιν. (6) εἰκὸς γὰρ διὰ μὲν τοὺς ἀεὶ πρὸς ἡδονὴν λέγειν προαιρουμένους οὐχ ὅπως τὰς μοναρχίας δύνασθαι διαμεῖναι, αἳ πολλοὺς τοὺς ἀναγκαίους ἐφέλκονται κινδύνους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς πολιτείας, αἳ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας εἰσί, διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ τῷ βελτίστῳ παρρησιαζομένους πολλὰ σώζεσθαι καὶ τῶν

deus fias. (6) Ego vero senectuti ob hoc unum habeo gratiam, quod eo usque produxi vitæ meæ tempus, ut ea quæ adolescens animo agitavi et tum in Panegyrica, tum ad te missa oratione scribenda suscepi, partim nunc per te geri et administrari videam, partim deinceps perfectum esse sperem.

IV. Antipatro.

Quanquam apud nos periculosum est literas mittere in Macedoniam, non modo nunc quum bellum vobiscum gerimus, sed pacis etiam tempore, ego tamen ad te scribere de Diodoto institui. Æquum enim esse existimo, ut magnifaciam cum omnes familiares meos, qui se nobis dignos præbuerunt, tum vero hunc et propter benevolentiam erga nos et ob morum integritatem. (2) Maxime autem vellem eum per nos fuisse commendatum tibi: postquam vero aliorum opera ei aditus ad te patefactus est, hoc mihi relinquitur, ut testimonium de eo dicam eamque notitiam, quæ inter te et illum est, confirmem. Nam cum multi et varii viri atque ex illis nonnulli gloria celebres mea consuetudine sint usi, reliquorum omnium alii eloquentia, alii prudentia et rebus gerendis conspicui evaserunt; alii vero vitæ quidem modestia et suavitate morum commendati sunt, ad alios usus et actiones alias prorsus inepti: (3) huic autem ea contigit ingenii dexteritas, ut in his quæ diximus omnibus sit absolutissimus. Quæ ego dicere non auderem, nisi et ipse ab omni parte perspectum eum haberem, et omnino putarem te idem cogniturum partim ex familiaribus cum eo congressibus, partim ex eorum quibus notus est sermonibus: (4) quorum nemo erit, nisi supra modum sit invidus, quin fateatur eum et eloquentia et consiliis nullo esse inferiorem, virumque justissimum et modestissimum et ab avaritia alienissimum, atque in quotidiano usu et vitæ consuetudine suavissimum hominem et urbanissimum; ad hæc summam in eo esse dicendi libertatem, non illam indecoram, sed hanc quæ iure maximum signum habetur benevolentiæ erga amicos; (5) quam ex principibus hi qui tantos animos habent, quantos imperii maiestas requirit, tanquam utilem venerantur; qui autem imbecillioribus sunt ingeniis, quam potentiæ amplitudo postulat, ut molestam aversantur, quasi vero per eam cogantur aliquid contra sui animi voluntatem facere, qui non intelligunt, quum de utilitate deliberatur, eos qui adversari audent maximam eis daro potestatem ea quæ velint faciendi. (6) Consentaneum est enim, eos qui ad gratiam loqui omnia student, non modo regum imperia, quæ multa eaque necessaria pericula secum trahunt, firmare non posse, sed ne rerumpublicarum quidem, quæ aliquanto tutiores sunt, libertatem; eos autem qui propter audientium utilitatem libere quæ sentiunt dicunt, multa conservare posse etiam iis

ἐπιδόξων διαφθαρήσεσθαι πραγμάτων. ὧν ἕνεκα προσῆκε μὲν παρὰ πᾶσι τοῖς μονάρχοις πλέον φέρεσθαι τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἀποφαινομένους τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν μηδὲν δὲ χάριτος ἄξιον λεγόντων· συμβαίνει δ' ἔλαττον ἔχειν αὐτοὺς παρ' ἐνίοις αὐτῶν. (7) ὃ καὶ Διοδότῳ παθεῖν συνέπεσε παρά τισι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν δυναστῶν, οἷς περὶ πολλὰ χρήσιμος γενόμενος οὐ μόνον τῷ συμβουλεύειν ἀλλὰ καὶ τῷ πράττειν καὶ κινδυνεύειν, διὰ τὸ παρρησιάζεσθαι πρὸς αὐτοὺς περὶ ὧν ἐκείνοις συνέφερε, καὶ τῶν οἴκοι τιμῶν ἀπεστέρηται καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλπίδων, καὶ μεῖζον ἴσχυσαν αἱ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων κολακεῖαι τῶν εὐεργεσιῶν τῶν τούτου. (8) διὸ δὴ καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀεὶ προσιέναι διανοούμενος ὀκνηρῶς εἶχεν, οὐχ ὡς ἅπαντας ὁμοίους εἶναι νομίζων τοὺς ὑπὲρ αὐτὸν ὄντας, ἀλλὰ διὰ τὰς πρὸς ἐκείνους γεγενημένας δυσχερείας καὶ πρὸς τὰς παρ' ὑμῶν ἐλπίδας ἀθυμότερος ἦν, παραπλήσιον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων τισίν, οἳ τὸ πρῶτον, ὅταν χρήσωνται χειμῶσιν, οὐκέτι θαρροῦντες εἰσβαίνουσιν εἰς θάλατταν, καίπερ εἰδότες ὅτι καὶ καλοῦ πλοῦ πολλάκις ἐπιτυχεῖν ἔστιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ συνέστηκέ σοι, καλῶς ποιεῖ. (9) λογίζομαι γὰρ αὐτῷ συνοίσειν, μάλιστα μὲν τῇ φιλανθρωπίᾳ τῇ σῇ στοχαζόμενος, ἣν ἔχειν ὑπείληφαι παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἀνθρώποις, ἔπειτα νομίζων οὐχ ἀγνοεῖν ὑμᾶς ὅτι πάντων ἥδιστόν ἐστι καὶ λυσιτελέστατον πιστοὺς ἅμα καὶ χρησίμους φίλους κτᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις καὶ τοὺς τοιούτους εὖ ποιεῖν, ὑπὲρ ὧν πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων ὑμῖν χάριν ἕξουσιν. ἅπαντες γὰρ οἱ χαρίεντες τοὺς τοῖς σπουδαίοις τῶν ἀνδρῶν καλῶς ὁμιλοῦντας ὁμοίως ἐπαινοῦσι καὶ τιμῶσιν, ὥσπερ αὐτοὶ τῶν ὠφελειῶν ἀπολαύοντες.

(10) Ἀλλὰ γὰρ Διόδοτον αὐτὸν οἶμαι μάλιστά σε προτρέψεσθαι πρὸς τὸ φροντίζειν αὐτοῦ. συνέπειθον δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῶν ὑμετέρων ἀντέχεσθαι πραγμάτων, καὶ παραδόνθ' ὑμῖν αὐτὸν ὥσπερ μαθητὴν εἰς τοὔμπροσθεν πειραθῆναι προελθεῖν. ὁ δὲ ταῦτά μου λέγοντος ἐπιθυμεῖν μὲν ἔφασκε τῆς ὑμετέρας φιλίας, οὐ μὴν ἀλλὰ παραπλήσιόν τι πεπονθέναι πρὸς αὐτὴν καὶ πρὸς τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας. (11) ἐκείνους τε γὰρ νικᾶν μὲν ἂν βούλεσθαι, καταβῆναι δ' εἰς αὐτοὺς οὐκ ἂν τολμῆσαι διὰ τὸ μὴ μετεσχηκέναι ῥώμης ἀξίας τῶν στεφάνων, τῶν τε παρ' ὑμῶν τιμῶν εὔξασθαι μὲν ἂν τυχεῖν, ἐφίξεσθαι δ' αὐτῶν οὐ προσδοκᾶν· τήν τε γὰρ ἀπειρίαν τὴν αὑτοῦ καταπεπλῆχθαι καὶ τὴν λαμπρότητα τὴν ὑμετέραν, ἔτι δὲ καὶ τὸ σωμάτιον οὐκ εὐκρινὲς ὄν, ἀλλ' ἔχον ἄττα σίνη νομίζειν ἐμποδιεῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων.

(12) Οὗτος μὲν οὖν, ὅ τι ἂν αὐτῷ δοκῇ συμφέρειν, τοῦτο πράξει· σὺ δ' ἐάν τε περὶ ὑμᾶς ἐάν θ' ἡσυχίαν ἔχων διατρίβῃ περὶ τούτους τοὺς τόπους, ἐπιμελοῦ καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἁπάντων, ὧν ἂν τυγχάνῃ δεό-

quæ alioqui peritura videbantur. Quibus de causis æquum est apud omnes principes maiorem esse eorum, qui vera dicere non dubitant, auctoritatem, quam eorum qui ad gratiam omnia, nihil autem gratia dignum loquuntur. Fieri tamen solet, ut illi apud nonnullos minore in pretio sint quam assentatores. (7) Id quod etiam Diodotum apud quosdam Asiæ proceres afflixit. Quorum commodis quum multis in rebus consuluisset, non dandis modo consiliis, sed rebus etiam gerendis adeundisque periculis : quia tamen liberius eos officii sui monebat, tum honores quos in patria tenuit amisit, tum aliorum multorum spe præmiorum excidit, ac plus valuerunt levissimorum hominum adulationes meritis et beneficiis tanti viri. (8) His de causis, tametsi ad vos se conferre semper in animo habebat, tamen nescio quo timore est retardatus, non quod omnes in altiori dignitatis gradu collocatos similes esse inter se putaret, sed quia difficiles aliorum mores expertus minus avide spem, quæ a vobis ostendebatur, amplecti audebat. In quo idem illi accidisse videtur, quod navigantium plerisque, qui ubi semel in tempestates inciderunt, nunquam securis animis mare ingrediuntur, etsi sciunt, sæpe prosperam etiam navigationem solere contingere. Sed quoniam tibi commendatus est, bene factum est. (9) Puto enim id illi profuturum, inprimis id coniciens ex tua humanitate, quæ ab exteris hominibus prædicatur; deinde vos præterire non arbitror, nihil esse vel suavius vel utilius, quam fideles simul et utiles amicos parare beneficiis, et de talibus viris bene mereri, propter quos multi etiam alii gratiam vobis habituri sunt. Omnes enim boni et docti eos, qui præstantibus doctrina et virtute viris honorem habent, non minus laudant et venerantur, quam si in ipsos collata fuissent omnia.

(10) Sed ipsum Diodotum suapte potissimum industria effecturum esse arbitror, ut sui curam geras. Autor autem etiam eius filio fui, ut se ad vos conferret, seque vobis in disciplinam quasi tradito proficere atque operæ pretium facere conaretur. Quod cum exaudisset, se quidem vestræ amicitiæ percupidum esse dixit, sed eodem esse erga illam animo, quo erga certamina coronaria. (11) Cupere enim in illis victoriam consequi, sed ad ea propterea descendere non audere, quod sibi vires coronis dignas deesse animadvertat, eodemque modo se optare quidem honores a vobis consequi, sed eam sibi facultatem negatam esse arbitrari. Nam et imperitia sua et splendore vestro se deterreri. Huc accedere corpusculum quoque minus sanum et nonnulla non integra habens, quod existimet in multis sibi rebus impedimento fore.

(12) Et hic quidem, quod e re sua esse putabit, id faciet. Sive autem ad vos se contulerit, sive quieti otioque deditus in hisce locis versabitur, curæ tibi esse velim, cum cetera quibus indigebit omnia ut subministres,

μενος, μάλιστα δὲ τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς τούτου καὶ τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, νομίσας ὥσπερ παρακαταθήκην ἔχειν τοῦτον παρά τε τοῦ γήρως ἡμῶν, ὃ προσηκόντως ἂν πολλῆς τυγχάνοι προνοίας, καὶ τῆς δόξης τῆς ὑπαρχούσης, εἴ τινος ἄρα σπουδῆς ἐστιν ἀξία, καὶ τῆς εὐνοίας τῆς περὶ ὑμᾶς, ἣν ἔχων ἅπαντα τὸν χρόνον διατετέλεκα. (13) καὶ μὴ θαυμάσῃς μήτ' εἰ μακροτέραν γέγραφα τὴν ἐπιστολήν, μήτ' εἴ τι περιεργότερον καὶ πρεσβυτικώτερον εἰρήκαμεν ἐν αὐτῇ· πάντων γὰρ τῶν ἄλλων ἀμελήσας ἑνὸς μόνον ἐφρόντισα, τοῦ φανῆναι σπουδάζων ὑπὲρ ἀνδρῶν φίλων καὶ προσφιλεστάτων μοι γεγενημένων.

ε'. Ἀλεξάνδρῳ.

Πρὸς τὸν πατέρα σου γράφων ἐπιστολὴν ἄτοπον ᾠόμην ποιήσειν, εἰ περὶ τὸν αὐτὸν ὄντα σὲ τόπον ἐκείνῳ μήτε προσερῶ μήτ' ἀσπάσομαι μήτε γράψω τι τοιοῦτον, ὃ ποιήσει τοὺς ἀναγνόντας μὴ νομίζειν ἤδη με παραφρονεῖν διὰ τὸ γῆρας μηδὲ παντάπασι ληρεῖν, ἀλλ' ἔτι τὸ καταλελειμμένον μου μέρος καὶ λοιπὸν ὂν οὐκ ἀνάξιον εἶναι τῆς δυνάμεως, ἣν ἔσχον νεώτερος ὤν.

(2) Ἀκούω δέ σε πάντων λεγόντων, ὡς φιλάνθρωπος εἶ καὶ φιλαθήναιος καὶ φιλόσοφος, οὐκ ἀφρόνως ἀλλὰ νοῦν ἐχόντως. τῶν τε γὰρ πολιτῶν ἀποδέχεσθαί σε τῶν ἡμετέρων οὐ τοὺς ἠμεληκότας αὐτῶν καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦντας, ἀλλ' οἷς συνδιατρίβων τ' οὐκ ἂν λυπηθείης, συμβάλλων τε καὶ κοινωνῶν πραγμάτων οὐδὲν ἂν βλαβείης οὐδ' ἀδικηθείης, οἵοισπερ χρὴ πλησιάζειν τοὺς εὖ φρονοῦντας· (3) τῶν τε φιλοσοφιῶν οὐκ ἀποδοκιμάζειν μὲν οὐδὲ τὴν περὶ τὰς ἔριδας, ἀλλὰ νομίζειν εἶναι πλεονεκτικὴν ἐν ταῖς ἰδίαις διατριβαῖς, οὐ μὴν ἁρμόττειν οὔτε τοῖς τοῦ πλήθους προεστῶσιν οὔτε τοῖς τὰς μοναρχίας ἔχουσιν· οὐδὲ γὰρ συμφέρον οὐδὲ πρέπον ἐστὶ τοῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων προνοοῦσιν οὐδ' αὐτοῖς ἐρίζειν πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν πρὸς αὐτοὺς ἀντιλέγειν. (4) ταύτην μὲν οὖν οὐκ ἀγαπᾶν σε τὴν διατριβήν, προαιρεῖσθαι δὲ τὴν παιδείαν τὴν περὶ τοὺς λόγους οἷς χρώμεθα περὶ τὰς πράξεις τὰς προσπιπτούσας καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, καὶ μεθ' ὧν βουλευόμεθα περὶ τῶν κοινῶν· δι' ἣν νῦν τε δοξάζεις περὶ τῶν μελλόντων ἐπιεικῶς, τοῖς τ' ἀρχομένοις προστάττειν οὐκ ἀνοήτως, ἃ δεῖ πράττειν ἑκάστους, ἐπιστήσει, περὶ δὲ τῶν καλῶν καὶ δικαίων καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων ὀρθῶς κρίνειν, πρὸς δὲ τούτοις τιμᾶν τε καὶ κολάζειν, ὡς προσῆκόν ἐστιν ἑκατέρους. (5) σωφρονεῖς οὖν νῦν ταῦτα μελετῶν· ἐλπίδας γὰρ τῷ τε πατρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχεις, ὡς, ἂν πρεσβύτερος γενόμενος ἐμμείνῃς τούτοις, τοσοῦτον προέξεις τῇ φρονήσει τῶν ἄλλων, ὅσον περ ὁ πατήρ σου διενήνοχεν ἁπάντων.

ϛ'. Τοῖς Ἰάσονος παισίν.

Ἀπήγγειλέ τίς μοι τῶν πρεσβευσάντων ὡς ὑμᾶς,

tum vero et huius et parentis eius vita in tuto ut collocetur. Existimare enim debes, te hunc tanquam depositum habere a senectute nostra, quæ minime certe negligenda est, et ab ea auctoritate, si qua forte cura videbitur digna et ab ea benevolentia, qua vos per omnem ætatem sum persecutus. (13) Neque mireris, si vel prolixiorem scripsi epistolam, vel aliquid in ea inutilius aut senilius diximus. Ego enim neglectis cæteris rebus omnibus, in hoc unum toto animo intentus fui, ut appareret mihi maximæ curæ esse amicorum commoda, quos summa caritate complector.

V. Isocrates Alexandro s. d.

Quum ad patrem tuum literas darem, absurde me facturum putabam, si te, qui in eodem loco cum illo versareris, neque compellarem neque salutarem, neque tale aliquid ad te scriberem, quod efficeret, ne ii qui legerent, putarent me iam senio desipere aut prorsus delirare, sed quod adhuc reliquum est mei et extat, non indignum esse ea facultate, qua iunior florebam.

(2) Prædicari autem te ab omnibus audio ut et humanum et Atheniensibus amicum et sapientiæ studiosum, in quo profecto non insipienter sed prudentissime facis Illo quoque laudem mereris, quod ex nostris civibus suscipias non eos qui nullum virtutis et doctrinæ studium habuerunt malarumque rerum cupiditate constricti tenentur, sed eos, quorum disputationibus audiendis nullas molestias capias, quorumque commerciis et consiliis utendo neque damnis neque iniuriis afficiaris : talium enim consuetudo prudentibus expetenda est. (3) Inter doctrinarum porro genera ne dialecticas quidem disputationes improbare diceris, sed sic de illis sentire, ut eas existimes in privatis congressibus permultum valere, non tamen vel populi gubernatoribus vel principibus esse opportunas. Nec enim expedire nec decere, ut qui dignitate ceteris præstant, vel ipsi cum civibus rixentur, vel ceteris dent contradicendi licentiam. (4) Hoc igitur studium te non amare ferunt, sed eloquentiæ disciplinam permagni facere, qua utimur et in quotidianæ vitæ negotiis et cum de republica deliberamus. Per quam nunc de futuris rebus prudenter constituere videris; et non insipienter quid singulos qui parent facere deceat præcipere et de rebus honestis et iustis harumque contrariis recte iudicare scies, præterea sic vel pœnis vel præmiis afficere utrosque, ut merentur. Sapienter igitur nunc agis, qui talibus studiis occuperis. Spem enim et patri et reliquis amicis affers, ubi ætate processeris et in his actionibus perseveraris, fore ut reliquos tantum sapientia anteeas, quantum pater tuus omnibus antecellit.

VI. Isocrates Iasonis liberis s. d.

Renuntiavit mihi quidam legatorum qui ad vos missi

ὅτι καλέσαντες αὐτὸν ἄνευ τῶν ἄλλων ἐρωτήσαιτ' εἰ πεισθείην ἀποδημῆσαι καὶ διατρῖψαι παρ' ὑμῖν. ἐγὼ δ' ἕνεκα μὲν τῆς Ἰάσονος καὶ Πολυαλκοῦς ξενίας ἡδέως ἂν ἀφικοίμην ὡς ὑμᾶς· οἶμαι γὰρ ἂν τὴν ὁμιλίαν τὴν γενομένην ἅπασιν ἡμῖν συνενεγκεῖν· (2) ἀλλὰ γὰρ ἐμποδίζει με πολλά, μάλιστα μὲν τὸ μὴ δύνασθαι πλανᾶσθαι καὶ τὸ μὴ πρέπειν ἐπιξενοῦσθαι τοῖς τηλικούτοις, ἔπειθ' ὅτι πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν δικαίως ἄν μου καταφρονήσειαν, εἰ προῃρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγειν ἐπὶ γήρως ἀποδημεῖν ἐπιχειροίην, ὅτ' εἰκὸς ἦν, εἰ καὶ πρότερον ἄλλοθί που διέτριβον, νῦν οἴκαδε σπεύδειν, οὕτως ὑπογυίου μοι τῆς τελευτῆς οὔσης. (3) πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι καὶ τὴν πόλιν· χρὴ γὰρ τἀληθῆ λέγειν. ὁρῶ γὰρ τὰς συμμαχίας τὰς πρὸς αὐτὴν γιγνομένας ταχέως διαλυομένας. εἰ δή τι συμβαίη καὶ πρὸς ὑμᾶς τοιοῦτον, εἰ καὶ τὰς αἰτίας καὶ τοὺς κινδύνους διαφυγεῖν δυνηθείην, ὃ χαλεπόν ἐστιν, ἀλλ' οὖν αἰσχυνθείην ἄν, εἴτε διὰ τὴν πόλιν δόξαιμί τισιν ὑμῶν ἀμελεῖν, εἴτε δι' ὑμᾶς τῆς πόλεως ὀλιγωρεῖν. μὴ κοινοῦ δὲ τοῦ συμφέροντος ὄντος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἀμφοτέροις ἀρέσκειν δυνηθείην. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι, δι' ἃς οὐκ ἔξεστί μοι ποιεῖν ἃ βούλομαι, τοιαῦται συμβεβήκασιν.

(4) Οὐ μὴν περὶ τῶν ἐμαυτοῦ μόνον ἐπιστείλας οἶμαι δεῖν ἀμελῆσαι τῶν ὑμετέρων, ἀλλ' ἅπερ ἂν παραγενόμενος πρὸς ὑμᾶς διελέχθην, πειράσομαι καὶ νῦν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ὅπως ἂν δύνωμαι διεξελθεῖν. μηδὲν δ' ὑπολάβητε τοιοῦτον, ὡς ἄρ' ἐγὼ ταύτην ἔγραψα τὴν ἐπιστολὴν οὐχ ἕνεκα τῆς ὑμετέρας ξενίας, ἀλλ' ἐπίδειξιν ποιήσασθαι βουλόμενος. οὐ γὰρ εἰς τοῦθ' ἥκω μανίας ὥστ' ἀγνοεῖν ὅτι κρείττω μὲν γράψαι τῶν πρότερον διαδεδομένων οὐκ ἂν δυναίμην, τοσοῦτον τῆς ἀκμῆς ὑστερῶν, χείρω δ' ἐξενεγκὼν πολὺ φαυλοτέραν ἂν λάβοιμι δόξαν τῆς νῦν ἡμῖν ὑπαρχούσης. (5) ἔπειτ' εἴπερ ἐπιδείξει προσεῖχον τὸν νοῦν ἀλλὰ μὴ πρὸς ὑμᾶς ἐσπούδαζον, οὐκ ἂν ταύτην ἐξ ἁπασῶν προειλόμην τὴν ὑπόθεσιν, περὶ ἧς χαλεπόν ἐστιν ἐπιεικῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ πολὺ καλλίους ἑτέρας ἂν εὗρον καὶ μᾶλλον λόγον ἐχούσας. ἀλλὰ γὰρ οὔτε πρότερον οὐδεπώποτ' ἐφιλοτιμήθην ἐπὶ τούτοις ἀλλ' ἐφ' ἑτέροις μᾶλλον ἃ τοὺς πολλοὺς διαλέληθεν, οὔτε νῦν ἔχων ταύτην τὴν διάνοιαν ἐπραγματευσάμην, (6) ἀλλ' ὑμᾶς μὲν ὁρῶν ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις πράγμασιν ὄντας, αὐτὸς δ' ἀποφήνασθαι βουλόμενος ἣν ἔχω γνώμην περὶ αὐτῶν. ἡγοῦμαι δὲ συμβουλεύειν μὲν ἀκμὴν ἔχειν (αἱ γὰρ ἐμπειρίαι παιδεύουσι τοὺς τηλικούτους καὶ ποιοῦσι μᾶλλον τῶν ἄλλων δύνασθαι καθορᾶν τὸ βέλτιστον), εἰπεῖν δὲ περὶ τῶν προτεθέντων ἐπιχαρίτως καὶ μουσικῶς καὶ διαπεπονημένως οὐκέτι τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἐστίν, ἀλλ' ἀγαπῴην ἄν, εἰ μὴ παντάπασιν ἐκλελυμένως διαλεχθείην περὶ αὐτῶν.

(7) Μὴ θαυμάζετε δ' ἄν τι φαίνωμαι λέγων ὧν πρότερον ἀκηκόατε· τῷ μὲν γὰρ ἴσως ἄκων ἂν ἐντύχοιμι, τὸ δὲ καὶ προειδώς, εἰ πρέπον εἰς τὸν λόγον

sunt, se a vobis revocatum ac seorsum a ceteris interrogatum esse, an persuaderi mihi possit, ut peregre profectus vestra familiaritate utar. Ego vero propter Iasonis et Polyalcis hospitium libenter ad vos venirem: eum enim congressum posse nobis omnibus prodesse scio: (2) sed multa me impediunt, atque illud inprimis, quod et itineris labores ferre nequeo et tam grandi ætate peregre vivere indecorum est; deinde, quod omnes audita ea peregrinatione iure me contemnerent, qui reliquo vitæ meæ tempore otium amplexus, in senectute demum peregrinari instituerem, quum deceret, etiamsi prius alibi vixissem, nunc domum festinare, postquam ab obitu tam prope absum. (3) Ad hæc (vera enim dicenda sunt) etiam civitatem meam formido, qui initas cum ea societates celeriter solere dirimi videam. Quod si et vestris in rebus tale aliquid accidisset, etiamsi crimina et pericula effugere possem (id quod difficile admodum est), et me puderet, sive aliqui putarent vos a me propter meam civitatem negligi, sive propter vos patriæ rationem non haberi. Quum autem non communis sit utilitas, quomodo utrisque gratificari queam, non video. Causæ igitur, propter quas ea quæ vellem mihi facere non licet, tales inciderunt.

(4) Neque tamen decere existimo ut de meis tantum rebus scribens res vestras negligam; sed quæ istic coram disseruissem, hæc eadem nunc, ita ut potero, explicare conabor. Neque vero putetis hanc epistolam ostentationis a me causa potius scriptam esse, quam hospitii vestri. Non enim ita insanio, ut ignorem, me hac affecta ætate meliora iis quæ prius edita sunt, scribere nequaquam posse; sin deteriora protulero, fore ut gloria mea non parum minuatur. (5) Deinde si ostentationi ingenii servire magis quam serio vobiscum agere studerem, non hoc argumentum ex omnibus delegissem, de quo haud difficile est apte disserere, sed alia longe pulchriora et uberiora reperissem. Sed neque hactenus unquam his de rebus laudibus efferri volui, sed ob alia potius, quæ plerique ignorant, neque nunc eo animo laborem hunc cepi; (6) sed cum vos multis arduis negotiis implicatos esse viderem, quæ mea sit de illis sententia, declarare volui. Ac dandi quidem consilii facultatem ætati meæ adesse censeo (nam experientia et rerum multarum usus senes erudit atque efficit ut quid expediat acutius quam alii perspicere possint); de propositis autem rebus suaviter et concinne atque elaborate dicere, non iam nostræ ætatis munus est; sed hoc mihi suffecerit, si meam sententiam non dissolute prorsus exposuero.

(7) Neque vero miremini, si quid dicere videbor quod prius audivistis. Nam eorum quædam fortassis etiam invito in mentem venient, quædam, quod instituto meo

εἴη, προσλάβοιμι· καὶ γὰρ ἂν ἄτοπος εἴην, εἰ τοὺς ἄλλους ὁρῶν τοῖς ἐμοῖς χρωμένους αὐτὸς μόνος ἀπεχοίμην τῶν ὑπ' ἐμοῦ πρότερον εἰρημένων. τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι τὸ πρῶτον ἐπιφερόμενον ἓν τῶν τεθρυλημένων ἐστίν. (8) εἴθισμαι γὰρ λέγειν πρὸς τοὺς περὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἡμετέραν διατρίβοντας, ὅτι τοῦτο πρῶτον δεῖ σκέψασθαι, τί τῷ λόγῳ καὶ τοῖς τοῦ λόγου μέρεσι διαπρακτέον ἐστίν· ἐπειδὰν δὲ τοῦθ' εὕρωμεν καὶ διακριβωσώμεθα, ζητητέον εἶναί φημι τὰς ἰδέας, δι' ὧν ταῦτ' ἐξεργασθήσεται καὶ λήψεται τέλος ὅπερ ὑπεθέμεθα. καὶ ταῦτα φράζω μὲν ἐπὶ τῶν λόγων, ἔστι δὲ τοῦτο τὸ στοιχεῖον καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ κατὰ τῶν ὑμετέρων πραγμάτων. (9) οὐδὲν γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πραχθῆναι νοῦν ἐχόντως, ἂν μὴ τοῦτο πρῶτον μετὰ πολλῆς προνοίας λογίσησθε καὶ βουλεύσησθε, πῶς χρὴ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ὑμῶν αὐτῶν προστῆναι καὶ τίνα βίον προελέσθαι καὶ ποίας δόξης ὀριγνηθῆναι καὶ ποτέρας τῶν τιμῶν ἀγαπῆσαι, τὰς παρ' ἑκόντων γιγνομένας ἢ τὰς παρ' ἀκόντων τῶν πολιτῶν· ταῦτα δὲ διορισαμένους, τότ' ἤδη τὰς πράξεις τὰς καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν σκεπτέον, ὅπως συντενοῦσι πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς ἐξ ἀρχῆς γενομένας. (10) καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ζητοῦντες ὥσπερ σκοποῦ κειμένου στοχάσεσθε τῇ ψυχῇ, καὶ μᾶλλον ἐπιτεύξεσθε τοῦ συμφέροντος· ἐὰν δὲ μηδεμίαν ποιήσησθε τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἀλλὰ τὸ προσπῖπτον ἐπιχειρῆτε πράττειν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων.

(11) Ἴσως ἂν οὖν τις τῶν εἰκῇ ζῆν προῃρημένων τοὺς μὲν τοιούτους λογισμοὺς διασύρειν ἐπιχειρήσειεν, ἀξιώσειε δ' ἂν ἤδη με συμβουλεύειν περὶ τῶν προειρημένων. ἔστιν οὖν οὐχ ὀκνητέον ἀποφήνασθαι περὶ αὐτῶν, ἃ τυγχάνω γιγνώσκων. ἐμοὶ γὰρ αἱρετώτερος ὁ βίος εἶναι δοκεῖ καὶ βελτίων ὁ τῶν ἰδιωτευόντων ἢ τῶν τυραννούντων, καὶ τὰς τιμὰς ἡδίους ἡγοῦμαι τὰς ἐν ταῖς πολιτείαις ἢ τὰς ἐν ταῖς μοναρχίαις· καὶ περὶ τούτων λέγειν ἐπιχειρήσω. (12) καίτοι μ' οὐ λέληθεν ὅτι πολλοὺς ἕξω τοὺς ἐναντιουμένους, καὶ μάλιστα τοὺς περὶ ὑμᾶς ὄντας. οἶμαι γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτους ἐπὶ τὴν τυραννίδα παροξύνειν ὑμᾶς· σκοποῦσι γὰρ οὐ πανταχῇ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ πολλὰ παραλογίζονται σφᾶς αὐτούς. τὰς μὲν γὰρ ἐξουσίας καὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς ἡδονὰς ὁρῶσι, καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶσι, τὰς δὲ ταραχὰς καὶ τὰς συμφορὰς τὰς τοῖς ἄρχουσι συμπιπτούσας καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν οὐ θεωροῦσιν, ἀλλὰ πεπόνθασιν ὅπερ οἱ τοῖς αἰσχίστοις καὶ παρανομωτάτοις τῶν ἔργων ἐπιχειροῦντες. (13) καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὰς μὲν πονηρίας τὰς τῶν πραγμάτων οὐκ ἀγνοοῦσιν, ἐλπίζουσι δ', ὅσον μὲν ἀγαθόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, τοῦτο μὲν ἐκλήψεσθαι, τὰ δὲ δεινὰ πάντα τὰ προσόντα τῷ πράγματι καὶ τὰ κακὰ διαφεύξεσθαι, καὶ διοικήσειν τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς οὕτως ὥστε τῶν μὲν κινδύνων εἶναι

esse idonea scio, assumam. Ineptus enim essem, quum alios videam dicta mea mutuari, si ego solus his quæ prius ipse dixi, abstinerem. Hæc propterea præfatus sum, quod id quod primum occurrit, unum ex pervulgatis est. (8) Soleo enim nostræ disciplinæ sectatoribus dicere ante omnia esse considerandum, quidnam oratione et partibus orationis efficiendum sit : quod ubi invenerimus, et accurate confecerimus, rationes et ornamenta quærenda esse dico, quibus argumentum expoliatur, et finem eum qui nobis propositus fuerat consequatur. Et hæc de orationibus dico; est autem idem et aliarum rerum omnium et vestræ deliberationis fundamentum. (9) Non enim fieri potest, ut quicquam prudenter agatur, nisi hoc primum singulari sapientia cogitaveritis et constitueritis, quales vos in posterum præbere velitis, et quomodo vitam vestram instituere, qualemque auctoritatem expetere et utrum honorem sequi eumne, quem cives ipsi ultro deferunt, an qui ab iisdem invitis extorquetur. His iam definitis tum iam singulæ actiones, quæ in dies incidunt, considerandæ sunt, et efficiendum ut ad eum finem, qui initio propositus fuit, referantur. (10) Quod si hoc modo quæretis, animo quod utile sit tanquam meta proposita invenietis, idque magis assequemini : sin nullum tale fundamentum iacietis, sed id quod fortuito incidet, agetis, necesse est ut animis vestris erretis et multis rebus frustremini.

(11) Fortassis autem eorum aliquis qui temere vitam instituerunt, has rationes perstringere conabitur, et ut certi aliquid de proposita quæstione dicam, dissimulandum est. Mihi enim præstabilior esse videtur, et melior privatorum hominum quam tyrannorum vita, et iucundiores honores esse in republica quam in regno. Ac de hisce disserere aggrediar.

(12) Quanquam scio fore multos qui mihi adversentur et familiares vestros inprimis. Hos enim vos magnopere ad retinendam stabiliendamque tyrannidem incitare opinor : non enim rei naturam universæ nec ab omni parte intuentur, sed hallucinantur et in errores ipsi se coniciunt. Auctoritatem illi quidem et emolumenta et voluptates vident, iisque frui se posse sperant : sed turbas et clades principibus obici solitas illorumque amicis non perspiciunt, idemque illis evenit, quod his qui turpissima et maxime nefaria facinora moliuntur : (13) qui etsi rerum pravitatem non ignorant, tamen id commodi quod illis inest excerpturos se sperant periculis et malis omnibus quæ cum iis rebus coniungi solent evitatis, eamque de se rationem inituros, ut et a discrimine omni

πόρρω, τῶν δ' ὠφελειῶν ἐγγύς. (14) τοὺς μὲν οὖν ταύτην ἔχοντας τὴν διάνοιαν ζηλῶ τῆς ῥαθυμίας, αὐτὸς δ' αἰσχυνθείην ἄν, εἰ συμβουλεύων ἑτέροις ἐκείνων ἀμελήσας τὸ ἐμαυτῷ συμφέρον ποιοίην, καὶ μὴ παντάπασιν ἔξω θεὶς ἐμαυτὸν καὶ τῶν ὠφελειῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὰ βέλτιστα παραινοίην. ὡς οὖν ἐμοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν γνώμην, οὕτως ἐμοὶ προσέχετε τὸν νοῦν.

sint remotissimi et utilitatibus proximi. (14) Si qui igitur ita sentiunt, illos ego sua socordia beatos esse facile patior: me vero puderet aliis suadentem illis neglectis meum compendium spectare, nec repudiatis et commodis et ceteris rebus omnibus, ut a me alienis, utilissima præcipere. Mihi igitur sic auscultetis velim, ut me hoc esse animo non dubitetis.

ζ'. Τιμοθέῳ.

Περὶ μὲν τῆς οἰκειότητος τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους οἶμαί σε πολλῶν ἀκηκοέναι, συγχαίρω δέ σοι πυνθανόμενος πρῶτον μὲν ὅτι τῇ δυναστείᾳ τῇ παρούσῃ κάλλιον χρῇ τοῦ πατρὸς καὶ φρονιμώτερον, ἔπειθ' ὅτι προαιρεῖ δόξαν καλὴν κτήσασθαι μᾶλλον ἢ πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν. σημεῖον γὰρ οὐ μικρὸν ἐκφέρεις ἀρετῆς ἀλλ' ὡς δυνατὸν μέγιστον, ταύτην ἔχων τὴν γνώμην· ὥστ' ἢν ἐμμείνῃς τοῖς περὶ σοῦ νῦν λεγομένοις, οὐκ ἀπορήσεις τῶν ἐγκωμιασομένων τήν τε φρόνησιν τὴν σὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ταύτην. (2) ἡγοῦμαι δὲ κἂν τὰ διηγγελμένα περὶ τοῦ πατρός σου συμβαλέσθαι μεγάλην πίστιν πρὸς τὸ δοκεῖν εὖ φρονεῖν σε καὶ διαφέρειν τῶν ἄλλων· εἰώθασι γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πατέρων τῶν εὐδοκιμούντων γεγονότας, ὡς τοὺς ἐκ τῶν δυσκόλων καὶ χαλεπῶν, ἤνπερ φαίνωνται μηδὲν ὅμοιοι τοῖς γονεῦσιν ὄντες. μᾶλλον γὰρ ἐπὶ πάντων κεχαρισμένον αὐτοῖς ἐστι τὸ παρὰ λόγον συμβαῖνον ἀγαθὸν τῶν εἰκότως καὶ προσηκόντως γιγνομένων.

(3) Ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν, ἐξ ὅτου τρόπου καὶ μετὰ τίνων καὶ τίσι συμβούλοις χρώμενος τάς τε τῆς πόλεως ἀτυχίας ἐπανορθώσεις, καὶ τοὺς πολίτας ἐπί τε τὰς ἐργασίας καὶ τὴν σωφροσύνην προτρέψεις, καὶ ποιήσεις αὐτοὺς ἥδιον ζῆν καὶ θαρραλεώτερον ἢ τὸν παρελθόντα χρόνον. ταῦτα γάρ ἐστιν ἔργα τῶν ὀρθῶς καὶ φρονίμως τυραννευόντων. (4) ὧν ἔνιοι καταφρονήσαντες οὐδὲν ἄλλο σκοποῦσι πλὴν ὅπως αὐτοί θ' ὡς μετὰ πλείστης ἀσελγείας τὸν βίον διάξουσι, τῶν τε πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ πλουσιωτάτους καὶ φρονιμωτάτους λυμανοῦνται καὶ δασμολογήσουσι, κακῶς εἰδότες ὅτι προσήκει τοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ τὴν τιμὴν ταύτην ἔχοντας μὴ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς αὑτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν ἀλλὰ ταῖς αὑτῶν ἐπιμελείαις τοὺς πολίτας εὐδαιμονεστέρους ποιεῖν, (5) μηδὲ πικρῶς μὲν καὶ χαλεπῶς διακεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, ἀμελεῖν δὲ τῆς αὑτῶν σωτηρίας, ἀλλ' οὕτω μὲν πρᾴως καὶ νομίμως ἐπιστατεῖν τῶν πραγμάτων, ὥστε μηδένα τολμᾶν αὐτοῖς ἐπιβουλεύειν, μετὰ τοσαύτης δ' ἀκριβείας τὴν τοῦ σώματος ποιεῖσθαι φυλακήν, ὡς ἁπάντων αὐτοὺς ἀνελεῖν βουλομένων. ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν ἔχοντες αὐτοί τ' ἂν ἔξω τῶν κινδύνων εἶεν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμοῖεν· ὧν ἀγαθὰ μείζω

VII. Timotheo.

Qua necessitudine inter nos coniuncti simus, ex multis te audivisse arbitror. Gratulor autem tibi primum, quod ista potestate rectius uteris quam pater ac prudentius; deinde quod honestam famam parandi quam magnas divitias coacervandi es studiosior. Non enim parvum signum virtutis ostendis, sed quam fieri potest maximum; qui tali animo sis præditus. Quare si, ut cœpisti, passimque de te nunc prædicatur, perrexeris, non defuturi sunt qui et sapientiam tuam et institutum istud laudibus illustrent. (2) Arbitror autem etiam ea quæ de patre tuo dicuntur, momenti plurimum ad hoc esse allatura, ut sapere aliisque præstare videaris. Solent enim plerique non ita commendare et venerari laudatis patribus natos, ut eos qui patrum sævitiam et immanitatem nulla ex parte imitantur. Quicquid enim boni mortalibus præter expectationem offertur, id omnibus in rebus longe gratius est quam ea quæ usitata et legitima ratione contingunt.

(3) His igitur consideratis quærendum tibi et solicite cogitandum est, quibus modis et quorum opera quorumque consiliis tum urbis calamitates emendes, tum cives ad officium et modestiam cohorteris, atque efficias ut et suavius et securius ævum exigant, quam superiori tempore. Nam hæc officia sunt bonorum et cordatorum principum. (4) Quibus nonnulli contemptis in id unum intenti sunt, ut in summa licentia vitam transigant optimosque et opulentissimos civium iniuriis afficiant et tributa ab iis exigant. Ignorant illi nimirum, decere viros prudentes in hoc honorum et dignitatis fastigio collocatos non ex aliorum miseriis suas parare voluptates, sed sua sollicitudine et laboribus civium felicitatem augere, (5) neque acerbitatem et sævitiam in omnes exercere suamque ipsorum salutem negligere, sed imperium ea clementia et æquitate administrare, ut nemo eis audeat insidiari, et non minore vitam suam diligentia munire, quam si omnes in eorum exitium conspirassent. Hoc enim animo si agant, fiet ut et ipsi extra periculum sint, et apud ceteros gloria floreant. Quibus maiora

χαλεπὸν εὑρεῖν ἐστίν. (6) ἐνεθυμήθην δὲ μεταξὺ γράφων, ὡς εὐτυχῶς ἅπαντά σοι συμβέβηκε. τὴν μὲν γὰρ εὐπορίαν, ἣν ἀναγκαῖον ἦν κτήσασθαι μετὰ βίας τυραννικῶς καὶ μετὰ πολλῆς ἀπεχθείας, ὁ πατήρ σοι καταλέλοιπε, τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς καὶ φιλανθρώπως ἐπὶ σοὶ γέγονεν· ὧν χρή σε πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν.

bona invenire difficile est. (6) Inter scribendum autem in mentem mihi venit secundissima tibi omnia accidisse. Opum enim abundantiam, quam necesse erat regio modo vi multisque inimicitiis susceptis comparare, pater tibi reliquit; his vero bene et humaniter uti, in tua manu est, et in eo te summo studio elaborare decet.

(7) Ἃ μὲν οὖν ἐγὼ γιγνώσκω, ταῦτ᾽ ἐστίν· ἔχει δ᾽ οὕτως. εἰ μὲν ἐρᾷς χρημάτων καὶ μείζονος δυναστείας καὶ κινδύνων, δι᾽ ὧν αἱ κτήσεις τούτων εἰσίν, ἑτέρους σοι συμβούλους παρακλητέον· εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἔχεις, ἀρετῆς δὲ καὶ δόξης καλῆς καὶ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν εὐνοίας ἐπιθυμεῖς, τοῖς τε λόγοις τοῖς ἐμοῖς προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστὶ καὶ τοῖς καλῶς τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν διοικοῦσιν ἁμιλλητέον καὶ πειρατέον αὐτῶν διενεγκεῖν. (8) ἀκούω δὲ Κλέομμιν τὸν ἐν Μηθύμνῃ ταύτην ἔχοντα τὴν δυναστείαν περί τε τὰς ἄλλας πράξεις καλὸν κἀγαθὸν εἶναι καὶ φρόνιμον, καὶ τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ τῶν πολιτῶν τινὰς ἀποκτείνειν ἢ φυγαδεύειν ἢ δημεύειν τὰς οὐσίας ἢ ποιεῖν ἄλλο τι κακόν, ὥστε πολλὴν μὲν ἀσφάλειαν παρέχειν τοῖς συμπολιτευομένοις, κατάγειν δὲ τοὺς φεύγοντας, (9) ἀποδιδόναι δὲ τοῖς μὲν κατιοῦσι τὰς κτήσεις ἐξ ὧν ἐξέπεσον, τοῖς δὲ πριαμένοις τὰς τιμὰς τὰς ἑκάστοις γιγνομένας, πρὸς δὲ τούτοις καθοπλίζειν ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὡς οὐδενὸς μὲν ἐπιχειρήσοντος περὶ αὐτὸν νεωτερίζειν, ἢν δ᾽ ἄρα τινὲς τολμήσωσιν, ἡγούμενος λυσιτελεῖν αὐτῷ τεθνάναι τοιαύτην ἀρετὴν ἐνδειξαμένῳ τοῖς πολίταις μᾶλλον ἢ ζῆν πλείω χρόνον τῇ πόλει τῶν μεγίστων κακῶν αἰτίῳ γενομένῳ.

(7) Quæ igitur mihi consulta videantur, hæc sunt. Sic autem se res habet. Si pecunias maioremque potentiam et pericula, sine quibus hæ parari nequeunt, adamas, alii tibi in consilium adhibendi erunt; sin tibi harum rerum abunde est, virtutis vero et honestæ famæ ac popularis benevolentiæ desiderio teneris, et orationi meæ obtemperandum erit et cum illis certandum, qui præclare suas urbes administrant, et tentandum etiam ut eos superes. (8) Nam et Cleommin audio, qui Methymnæ dominatur, cum in aliis actionibus viri boni et prudentis fungi officio, tum tantum abesse ut civium quosquam occidat aut in exilium agat aut proscribat aut alia ulla clade afficiat, ut cives eius in summa securitate degant, ut patria pulsos ab exilio revocet, (9) ut restitutis possessiones unde exciderunt reddat, his vero qui eas emerant, tantum pro eis numeret, quanti emerunt, neque his contentus, cives omnes armis instruat et exornet, nihil metuens ne qui novarum rerum studiosi insidias ipsi struant. Quod si qui audeant, mortem oppetere satius esse ducit in tanta humanitate et benignitate erga cives, quam crudeliter in eosdem grassando vitam ultra producere.

(10) Ἔτι δ᾽ ἂν πλείω σοι περὶ τούτων διελέχθην, ἴσως δ᾽ ἂν καὶ χαριέστερον, εἰ μὴ παντάπασιν ἔδει με διὰ ταχέων γράψαι σοι τὴν ἐπιστολήν. νῦν δὲ σοὶ μὲν αὖθις συμβουλεύσομεν, ἐὰν μὴ κωλύσῃ με τὸ γῆρας, ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ τῶν ἰδίων δηλώσομεν. Αὐτοκράτωρ γὰρ ὁ τὰ γράμματα φέρων οἰκείως ἡμῖν ἔχει· (11) περί τε γὰρ τὰς διατριβὰς τὰς αὐτὰς γεγόναμεν καὶ τῇ τέχνῃ πολλάκις αὐτοῦ κέχρημαι καὶ τὸ τελευταῖον περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ὡς σὲ σύμβουλος ἐγενόμην αὐτῷ. διὰ δὴ ταῦτα πάντα βουλοίμην ἂν σε καλῶς αὐτῷ χρήσασθαι καὶ συμφερόντως ἀμφοτέροις ὑμῖν, καὶ γενέσθαι φανερόν, ὅτι μέρος τι καὶ δι᾽ ἐμὲ γίγνεταί τι τῶν δεόντων αὐτῷ.

(10) Plura de his fortasse et elegantius tecum disseruissem, nisi mihi hæ literæ cum magna festinatione scribendæ essent. Sed alias iterum tibi, nisi me senium prohibuerit, consilium dabimus: in præsentia vero de privatis rebus agemus. Autocrator enim, qui literas has tibi reddit, est mihi familiaris: (11) nam et in iisdem studiis versati sumus et eius arte sæpe usus sum: denique vero illi autor fui ad te proficiscendi. His omnibus de causis eum honorifice tractes velim et ut nostrûm utrique expedit, ac præ te feras, quicquid officiorum in eum contuleris, aliqua ex parte mea quoque gratia fieri.

(12) Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ σοὶ μὲν οὕτως ἐπιστέλλω προθύμως, Κλεάρχου δὲ μηδὲν πώποτ᾽ ἐδεήθην. σχεδὸν γὰρ ἅπαντες οἱ παρ᾽ ὑμῶν καταπλέοντες σὲ μὲν ὅμοιόν φασιν εἶναι τοῖς βελτίστοις τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων, Κλέαρχον δὲ κατὰ μὲν ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὅτ᾽ ἦν παρ᾽ ἡμῖν, ὡμολόγουν, ὅσοιπερ ἐνέτυχον, ἐλευθεριώτατον εἶναι καὶ πρᾳότατον καὶ φιλανθρωπότατον τῶν μετεχόντων τῆς διατριβῆς· ἐπειδὴ δὲ δύναμιν ἔλαβε, τοσοῦτον ἔδοξε μεταπεσεῖν ὥστε πάντας θαυμάζειν τοὺς πρότερον αὐτὸν γιγνώσκοντας. (13) πρὸς μὲν οὖν ἐκεῖνον διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ἀπηλλοτριώθην·

(12) Neque mireris me tam expedite ad te scribere, qui a Clearcho nihil unquam petierim. Nam fere omnes qui istinc ad nos navigant, te similem esse dicunt præstantissimis eorum qui nobiscum una versati sunt: Clearchum vero, quo tempore apud nos fuit, fatebantur omnes qui eum unquam convenerant, liberalissimum esse et mansuetissimum et humanissimum inter omnes discipulos nostros: posteaquam autem principatum est adeptus, ita mutasse animum visus est, ut omnes qui eum prius norant, demirentur. (13) Ob has igitur causas factus ab eo sum alienior: te vero amo et probo ac vehementer velim te

σὲ δ' ἀποδέχομαι καὶ πρὸ πολλοῦ ποιησαίμην ἂν οἰκείως διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς. δηλώσεις δὲ καὶ σὺ διὰ ταχέων, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχεις ἡμῖν· Αὐτοκράτορός τε γὰρ ἐπιμελήσει καὶ πέμψεις ἐπιστολὴν ὡς ἡμᾶς, ἀνανεούμενος τὴν φιλίαν καὶ ξενίαν τὴν πρότερον ὑπάρχουσαν. ἔρρωσο, κἄν του δέῃ τῶν παρ' ἡμῶν, ἐπίστελλε.

η'. Τοῖς Μυτιληναίων ἄρχουσιν.

Οἱ παῖδες οἱ Ἀφαρέως, υἱιδεῖς δ' ἐμοί, παιδευθέντες ὑπ' Ἀγήνορος τὰ περὶ τὴν μουσικήν, ἐδεήθησάν μου γράμματα πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ἄν, ἐπειδὰν καὶ τῶν ἄλλων τινὰς καταγάγητε φυγάδων, καὶ τοῦτον καταδέξησθε καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἀδελφούς. λέγοντος δέ μου πρὸς αὐτοὺς ὅτι δέδοικα μὴ λίαν ἄτοπος εἶναι δόξω καὶ περίεργος, ζητῶν εὑρίσκεσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος παρ' ἀνδρῶν, οἷς οὐδεπώποτε πρότερον οὔτε διελέχθην οὔτε συνήθης ἐγενόμην, ἀκούσαντες ταῦτα πολὺ μᾶλλον ἐλιπάρουν. (2) ὡς δ' οὐδὲν αὐτοῖς ἀπέβαινεν ὧν ἤλπιζον, ἅπασιν ἦσαν καταφανεῖς ἀηδῶς διακείμενοι καὶ χαλεπῶς φέροντες. ὁρῶν δ' αὐτοὺς λυπουμένους μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, τελευτῶν ὑπεσχόμην γράψειν τὴν ἐπιστολὴν καὶ πέμψειν ὑμῖν. ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μὴ δικαίως ἂν δοκεῖν μωρὸς εἶναι μηδ' ὀχληρὸς ταῦτ' ἔχω λέγειν.

(3) Ἡγοῦμαι δὲ καλῶς ὑμᾶς βεβουλεῦσθαι καὶ διαλλαττομένους τοῖς πολίταις τοῖς ὑμετέροις, καὶ πειρωμένους τοὺς μὲν φεύγοντας ὀλίγους ποιεῖν, τοὺς δὲ συμπολιτευομένους πολλούς, καὶ μιμουμένους τὰ περὶ τὴν στάσιν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. μάλιστα δ' ἄν τις ὑμᾶς ἐπαινέσειεν, ὅτι τοῖς κατιοῦσιν ἀποδίδοτε τὴν οὐσίαν· ἐπιδείκνυσθε γὰρ καὶ ποιεῖτε πᾶσι φανερόν, ὡς οὐ τῶν κτημάτων ἐπιθυμήσαντες τῶν ἀλλοτρίων ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως δείσαντες ἐποιήσασθε τὴν ἐκβολὴν αὐτῶν. (4) οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ὑμῖν ἔδοξε τούτων μηδὲ προσεδέχεσθε μηδένα τῶν φυγάδων, τούτους γε νομίζω συμφέρειν ὑμῖν κατάγειν. αἰσχρὸν γὰρ τὴν μὲν πόλιν ὑμῶν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖσθαι μουσικωτάτην εἶναι καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους ἐν αὐτῇ παρ' ὑμῖν τυγχάνειν γεγονότας, τὸν δὲ προέχοντα τῶν νῦν ὄντων περὶ τὴν ἱστορίαν τῆς παιδείας ταύτης φεύγειν ἐκ τῆς τοιαύτης πόλεως, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας τοὺς διαφέροντας περί τι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων, κἂν μηδὲν προσήκωσι, ποιεῖσθαι πολίτας, ὑμᾶς δὲ τοὺς εὐδοκιμοῦντάς τε παρὰ τοῖς ἄλλοις καὶ μετασχόντας τῆς αὐτῆς φύσεως περιορᾶν παρ' ἑτέροις μετοικοῦντας. (5) θαυμάζω δ' ὅσαι τῶν πόλεων μειζόνων δωρεῶν ἀξιοῦσι τοὺς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι κατορθοῦντας μᾶλλον ἢ τοὺς τῇ φρονήσει καὶ τῇ φιλοπονίᾳ τι τῶν χρησίμων εὑρίσκοντας, καὶ μὴ συνορῶσιν ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν ῥώμην καὶ τὸ τάχος δυνάμεις συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν, αἱ δ' ἐπιστῆμαι παραμένειν ἅπαντα τὸν χρόνον ὠφελοῦ-

nos complecti familiariter. Sed et tu quamprimum ostendes, an idem tuus sit erga nos animus. Nam et Autocratem commendatum habebis et epistolam ad nos mittes, qua vetus amicitia nostra et hospitium renovetur. Vale, et si quid aliud a nobis præstari tibi volueris, scribito.

VIII. Mitylenæorum magistratui.

Apharei liberi, mei nepotes, ab Agenore in musicis eruditi, me orarunt, ut vos per literas rogarem, ut, quando etiam alios nonnullos ab exilio revocastis, hunc quoque cum patre et fratribus restituatis. Quibus ego cum dicerem, vereri me, ne nimis absurde et imprudenter facere viderer, qui rem tantam a viris, cum quibus nunquam prius vel collocutus vel familiaritate coniunctus essem, impetrare studerem, hac excusatione audita rogando multo magis instare cœperunt. (2) Ubi vero spe sua prorsus frustrabantur, omnibus apparebat eos affici molestia et repulsam graviter ferre. Cum autem eos vehementius dolere viderem quam decebat, postremo pollicitus sum, me hanc epistolam scripturum, et ad vos missurum esse. Atque hæc habeo quæ dicam, ne iure a vobis stultitiæ aut importunitatis accuser.

(3) Arbitror autem vos prudenter fecisse, qui et cum civibus vestris in gratiam redieritis, et operam dederitis ut exulum numerus minuatur, civium maior fiat, et in ista seditione urbis nostræ exemplum imitemini. Illud autem inprimis laude dignum est, quod exulibus ereptas opes una cum patria restituitis. Ostenditis enim et omnibus declaratis vos non alienarum opum cupiditate impulsos, sed reipublicæ metuentes urbe eos eiecisse. (4) Verum, etiamsi nihil horum decrevissetis nec ullum exulem reciperetis, e re vestra tamen esse putarem, ut his, de quibus ego scribo, patriam redderetis. Quum enim inter omnes constet vestram urbem peritia musicæ omnibus antecellere et viros in ea arte celeberrimos apud vos esse natos, turpe fuerit eum qui cognitione huius disciplinæ nostræ ætatis artifices superat, tali civitate exulare; et quum ceteri Græci eos, qui aliquo honesto studio excellunt, quanquam prorsus alienos, civitate donare soleant, vos committere ut qui apud alios fama floreant et cives sint vestri, apud exteros inquilinos agant. (5) Demiror equidem eas civitates, quæ maiora præmia victoribus in ludis gymnicis decernunt, quam his qui ingenii solertia et industria sua vitæ aliquid utile repererunt, neque considerant robur et pedum celeritatem morte una cum corpore interire, artium autem eam esse naturam, ut perpetuo durent suique studiosos

σαι τοὺς χρωμένους αὐταῖς. (6) ὧν ἐνθυμουμένους χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ πλείστου μὲν ποιεῖσθαι τοὺς καλῶς καὶ δικαίως τῆς αὐτῶν πόλεως ἐπιστατοῦντας, δευτέρους δὲ τοὺς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτῇ καλὴν συμβαλέσθαι δυναμένους· ἅπαντες γὰρ ὥσπερ δείγματι τοῖς τοιούτοις χρώμενοι καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συμπολιτευομένους ὁμοίους εἶναι τούτοις νομίζουσιν.

(7) Ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν ὅτι προσήκει τοὺς εὑρέσθαι τι βουλομένους μὴ τὸ πρᾶγμα μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπιδεικνύναι δικαίως ἂν τυγχάνοντας περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τοὺς λόγους. ἔχει δ' οὕτως. ἐγὼ τοῦ μὲν πολιτεύεσθαι καὶ ῥητορεύειν ἀπέστην· οὔτε γὰρ φωνὴν εἶχον ἱκανὴν οὔτε τόλμαν· οὐ μὴν παντάπασιν ἄχρηστος ἔφυν οὐδ' ἀδόκιμος, ἀλλὰ τοῖς προῃρημένοις λέγειν ἀγαθόν τι περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων φανείη ἂν καὶ σύμβουλος καὶ συναγωνιστὴς γεγενημένος, αὐτός τε πλείους λόγους πεποιημένος ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας τῆς τῶν Ἑλλήνων ἢ σύμπαντες οἱ τὰ βήματα κατατετριφότες. (8) ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς ἄν μοι δικαίως πλείστην ἔχοιτε χάριν· μάλιστα γὰρ ἐπιθυμοῦντες διατελεῖτε τῆς τοιαύτης καταστάσεως. οἶμαι δ' ἂν εἰ Κόνων μὲν καὶ Τιμόθεος ἐτύγχανον ζῶντες, Διόφαντος δ' ἧκεν ἐκ τῆς Ἀσίας, πολλὴν ἂν αὐτοὺς ποιήσασθαι σπουδήν, εὑρέσθαι με βουλομένους ὧν τυγχάνω δεόμενος. περὶ ὧν οὐκ οἶδα τί δεῖ πλείω λέγειν· οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν οὕτως ἐστὶ νέος οὐδ' ἐπιλήσμων, ὅστις οὐκ οἶδε τὰς ἐκείνων εὐεργεσίας.

(9) Οὕτω δ' ἄν μοι δοκεῖτε κάλλιστα βουλεύσασθαι περὶ τούτων, εἰ σκέψεσθε τίς ἐστιν ὁ δεόμενος καὶ ὑπὲρ ποίων τινῶν ἀνθρώπων. εὑρήσετε τοίνυν ἐμὲ μὲν οἰκειότατα κεχρημένον τοῖς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίοις γεγενημένοις ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις, ὑπὲρ ὧν δὲ δέομαι τοιούτους ὄντας, οἵους τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς περὶ τὴν πολιτείαν ὄντας μὴ λυπεῖν, τοῖς δὲ νεωτέροις διατριβὴν παρέχειν ἡδεῖαν καὶ χρησίμην καὶ πρέπουσαν τοῖς τηλικούτοις.

(10) Μὴ θαυμάζετε δ' εἰ προθυμότερον καὶ διὰ μακροτέρων τῶν ἄλλων γέγραφα τὴν ἐπιστολήν· βούλομαι γὰρ ἀμφότερα, τοῖς τε παισὶν ἡμῶν χαρίσασθαι καὶ ποιῆσαι φανερὸν αὐτοῖς ὅτι κἂν μὴ δημηγορῶσι μηδὲ στρατηγῶσιν, ἀλλὰ μόνον μιμῶνται τὸν τρόπον τὸν ἐμόν, οὐκ ἠμελημένως διάξουσιν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ἓν ἔτι λοιπόν· ἂν ἄρα δόξῃ τι τούτων ὑμῖν πράττειν, Ἀγήνορί τε δηλώσατε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι μέρος τι καὶ δι' ἐμὲ τυγχάνουσιν ὧν ἐπεθύμουν.

semper iuvent. (6) Hæc prudentibus consideranda sunt, ut maximi faciant bonos et iustos reipublicæ gubernatores; proximum honoris gradum iis tribuant, qui civitati ornamento et gloriæ esse possunt. Omnes enim in hæc tanquam in specimen quoddam intuentes, reliquos etiam cives his viris similes esse iudicant.

(7) Fortassis autem dixerit aliquis, si qui beneficium petant, non rem ipsam tantum esse laudandam, sed ostendendum etiam ipsos non esse indignos ea re, de qua verba faciant. Sic autem hæc se res habet. Ego reipublicæ administratione et concionibus habendis abstinui, propterea quod et vox et audacia me deficiebat; non tamen omnino nullus mei usus aut nulla fuit auctoritas: sed me his qui vestræ ceterorumque sociorum dignitati ac commodis patrocinati sunt, et consiliarium et adiutorem fuisse comperietis; præterea plura verba feci de libertate et iure suo Græcis restituendo, quam omnes isti qui suggestum crebris concionibus contriverunt. (8) Pro quibus vos mihi rebus merito maximam gratiam habueritis; nam semper hunc reipublicæ statum maxime desiderastis. Arbitror autem Cononem et Timotheum, si viverent, ac Diophantum, si ex Asia redisset, mea causa strenue fuisse laboraturos, qui vellent idem mihi a vobis tribui, quod a vobis peto. De quibus nescio quorsum attineat plura verba facere: nemo enim vestrûm ita vel adolescens vel obliviosus est, quin collata in vos ab illis beneficia noverit.

(9) Sic autem de hoc negotio rectissime deliberaturi videmini, si consideretis, et quis sit is qui orat, et pro qualibus hominibus intercedat. Reperietis enim me coniunctissimum et amicissimum fuisse his qui vos et alios summis beneficiis affecerunt: eos vero pro quibus intercedo eius generis esse homines, qui nec senioribus et magistratu præditis molesti sint, et adolescentes in studiis iucundis et utilibus et huic ætati convenientibus exerceant.

(10) Ne vero miremini si promptius et longiores ceteris ad vos literas dederim. Nam et filiis nostris obsequi et simul ostendere cupio, etiamsi rempublicam non attigerint neque exercitui præfuerint, sed mores tantum et institutum meum imitentur, fore tamen ut apud Græcos contemnantur. Unum adhuc est reliquum, si precibus nostris locum dare vobis visum fuerit, ut Agenori et fratribus eius significetis, eis mea quoque causa ex quadam parte ea tribui, quæ sibi tribui vehementer optant.

θ'. Ἀρχιδάμῳ.

Εἰδώς, ὦ Ἀρχίδαμε, πολλοὺς ὡρμημένους ἐγκωμιάζειν σὲ καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸ γένος ὑμῶν, εἱλόμην τοῦτον μὲν τὸν λόγον, ἐπειδὴ λίαν ῥᾴδιος ἦν, ἐκείνοις παραλιπεῖν, αὐτὸς δέ σε διανοοῦμαι παρακαλεῖν ἐπὶ στρατηγίας καὶ στρατείας οὐδὲν ὁμοίας ταῖς νῦν ἐνεστηκυίαις, ἀλλ' ἐξ ὧν μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιος γενήσει καὶ τῇ πόλει τῇ σαυτοῦ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἅπασιν. (2)

IX. Archidamo.

Quum sciam, Archidame, quam multi te parentemque tuum et vestrum universum genus laudibus ornare aggrediantur, eam ipsis dicendi materiam, quum facilis admodum esset et obvia, relinquendam putavi; mihi autem in animo est hortari te ad expeditiones iis prorsus dissimiles quæ hoc tempore suscipiuntur, sed ad tales, ex quibus civitati tuæ non minus quam cunctæ Græciæ maximorum bonorum auctor futurus sis. (2) Atque hoc

ταύτην δ' ἐποιησάμην τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἀγνοῶν τῶν λόγων τὸν εὐμεταχειριστότερον, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι πράξεις μὲν εὑρεῖν καλὰς καὶ μεγάλας συμφερούσας χαλεπὸν καὶ σπάνιόν ἐστιν, ἐπαινέσαι δὲ τὰς ἀρετὰς τὰς ὑμετέρας ῥᾳδίως οἷός τ' ἂν ἐγενόμην. οὐ γὰρ ἔδει με παρ' ἐμαυτοῦ πορίζεσθαι τὰ λεχθησόμενα περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ὑμῖν πεπραγμένων τοσαύτας ἂν καὶ τοιαύτας ἀφορμὰς ἔλαβον, ὥστε τὰς περὶ τῶν ἄλλων εὐλογίας μηδὲ κατὰ μικρὸν ἐναμίλλους γενέσθαι τῇ περὶ ὑμᾶς ῥηθείσῃ. (3) πῶς γὰρ ἄν τις ἢ τὴν εὐγένειαν ὑπερεβάλετο τῶν γεγονότων ἀφ' Ἡρακλέους καὶ Διός, ἣν πάντες ἴσασι μόνοις ὑμῖν ὁμολογουμένως ὑπάρχουσαν, ἢ τὴν ἀρετὴν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τὰς Δωρικὰς πόλεις κτισάντων καὶ τὴν χώραν ταύτην κατασχόντων, ἢ τὸ πλῆθος τῶν κινδύνων καὶ τῶν τροπαίων τῶν διὰ τὴν ὑμετέραν ἡγεμονίαν καὶ βασιλείαν σταθέντων; (4) τίς δ' ἂν ἠπόρησε διεξιέναι βουληθεὶς τὴν ὅλης τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνην καὶ πολιτείαν τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων συνταχθεῖσαν; πόσοις δ' ἂν λόγοις ἐξεγένετο χρήσασθαι περὶ τὴν φρόνησιν τοῦ σοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἐν ταῖς συμφοραῖς διοίκησιν καὶ τὴν μάχην τὴν ἐν τῇ πόλει γενομένην, ἧς ἡγεμὼν σὺ καταστὰς καὶ μετ' ὀλίγων πρὸς πολλοὺς κινδυνεύσας καὶ πάντων διενεγκὼν αἴτιος ἐγένου τῇ πόλει τῆς σωτηρίας, οὗ κάλλιον ἔργον οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν; (5) οὔτε γὰρ πόλεις ἑλεῖν οὔτε πολλοὺς ἀποκτεῖναι τῶν πολεμίων οὕτω μέγα καὶ σεμνόν ἐστιν, ὡς ἐκ τῶν τοιούτων κινδύνων σῶσαι τὴν πατρίδα, μὴ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ τὴν τοσοῦτον ἐπ' ἀρετῇ διενεγκοῦσαν. περὶ ὧν μὴ κομψῶς ἀλλ' ἁπλῶς διελθών, μηδὲ τῇ λέξει κοσμήσας ἀλλ' ἐξαριθμήσας μόνον καὶ χύδην εἰπὼν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν εὐδοκιμήσειεν.

(6) Ἐγὼ τοίνυν δυνηθεὶς ἂν καὶ περὶ τούτων ἐξαρκούντως διαλεχθῆναι, κἀκεῖνο γιγνώσκων, πρῶτον μὲν ὅτι ῥᾷόν ἐστι περὶ τῶν γεγενημένων εὐπόρως ἐπιδραμεῖν ἢ περὶ τῶν μελλόντων νοῦν ἐχόντως εἰπεῖν, ἔπειθ' ὅτι πάντες ἄνθρωποι πλείω χάριν ἔχουσι τοῖς ἐπαινοῦσιν ἢ τοῖς συμβουλεύουσι (τοὺς μὲν γὰρ ὡς εὔνους ὄντας ἀποδέχονται, τοὺς δ', ἂν μὴ κελευσθέντες παραινῶσιν, ἐνοχλεῖν νομίζουσιν, (7) ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα προειδὼς τῶν μὲν πρὸς χάριν ἂν ῥηθέντων ἀπεσχόμην, περὶ δὲ τοιούτων μέλλω λέγειν περὶ ὧν οὐδεὶς ἂν ἄλλος τολμήσειεν, ἡγούμενος δεῖν τοὺς ἐπιεικείας καὶ φρονήσεως ἀμφισβητοῦντας μὴ τοὺς ῥᾴστους προαιρεῖσθαι τῶν λόγων ἀλλὰ τοὺς ἐργωδεστάτους, μηδὲ τοὺς ἡδίστους τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλ' ἐξ ὧν ὠφελήσουσι καὶ τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας· ἐφ' οἷσπερ ἐγὼ τυγχάνω νῦν ἐφεστηκώς.

(8) Θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν πράττειν ἢ λέγειν δυναμένων, εἰ μηδεπώποτ' αὐτοῖς ἐπῆλθεν ἐνθυμηθῆναι περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, μηδ' ἐλεῆσαι τὰς τῆς Ἑλλάδος δυσπραξίας οὕτως αἰσχρῶς καὶ δεινῶς διατιθεμένης, ἧς οὐδεὶς παραλέλειπται τό-

scribendi argumentum delegi non ignarus quidnam esse ad pertractandum facilius; sed probe sciens fore ut sicuti arduum simul et paucorum hominum esset invenire quas geras res præclaras magnas utiles, ita tuas tuæque familiæ virtutes laudare haud difficulter possem. Neque enim opus fuisset de meo depromere quæ de his dicerentur, quando ex ipsis per vos gestis rebus talis mihi ac tanta dabatur dicendi materies, ut quæ de aliis prædicantur laudes, ne tantillum quidem cum iis conferri possint quibus vos celebraremini. (3) Quomodo enim aliquis superet vel nobilitatem eorum qui ab Hercule et ipso Iove genus ducunt, quam omnes uno ore confitentur in vobis solis reperiri; vel virtutem eorum, qui Doricas in Peloponneso urbes condiderunt, et illam regionem occupaverunt; vel præliorum tropæorumque multitudinem quæ vestro ductu atque auspiciis facta sunt et statuta? (4) Quis autem dicendis egeret, qui velit quum fortitudinem ac temperantiam totius vestræ civitatis, tum a vestris maioribus institutum reipublicæ statum percensere? quantis porro verbis uti liceret ad explicandam parentis tui prudentiam, eiusdemque in adversis rei gerendæ rationem, et illud quod intra ipsam urbem commissum est prœlium? in quo tu prœlio constitutus imperator pugnando cum paucis adversus multos omnibus antecelluisti, et urbem tuam ab exilio servasti: quo nihil præclarius gestum ab ullo proferri possit: (5) neque enim vel urbes expugnare, vel hostium magnas copias interimere, magnum adeo est et honorificum, ut fuit e tantis periculis patriam liberare, et non illam vulgarem aliquam, sed quæ tantopere virtutis causa emineret. De quibus nemo scilicet non cum ostentatione, sed simpliciter narrando, neque cum verborum ornatu, sed enumerando duntaxat et temere quidvis effundendo disseruerit, qui non ex eo magnam sibi laudem comparaverit.

(6) Ego igitur qui etiam de his poteram idoneo modo profari, atque illud sentiens, primum facilius esse de præteritis copiose eloqui, quam de futuris cordate dicere; deinde omnes homines maiorem habere gratiam laudantibus quam consiliantibus, et illos quidem libenter excipere ut sui studiosos, hos vero, nisi iussi admoneant, auribus obtundere arbitrari: (7) quæ etsi omnia providerim, nihilo tamen secius ab his abstinui quæ ad gratiam ineundam dicenda essent, de iis tantum modo dicturus de quibus nemo alius ausit: ratus nimirum decere eos qui de æquitate et prudentia cum aliis contendunt, nequaquam ea sibi eligere argumenta quæ tractatu facillima sunt, sed quæ difficillima, neque rursus ea quæ auditu sint iucundissima, sed ex quibus emolumenti plurimum afferant quum suis civitatibus, tum Græcis omnibus, in quorum utilitatem nunc intendor.

(8) Demiror autem ceteros quibus vel agendi est vel dicendi aliqua facultas, quod nulla unquam de communibus rebus illorum animos cogitatio subeat, neque moveantur Græciæ calamitatibus, cuius status adeo fœdus est et miserabilis ut nullus in ea locus reperiatur, qui non

τος ὃς οὐ γέμει καὶ μεστός ἐστι πολέμου καὶ στάσεων καὶ σφαγῶν καὶ κακῶν ἀναριθμήτων, ὧν πλεῖστον μέρος μετειλήφασιν οἱ τῆς Ἀσίας τὴν παραλίαν οἰκοῦντες, οὓς ἐν ταῖς συνθήκαις ἅπαντας ἐκδεδώκαμεν οὐ μόνον τοῖς βαρβάροις ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τοῖς τῆς μὲν φωνῆς τῆς ἡμετέρας κοινωνοῦσι, τῷ δὲ τρόπῳ τῷ τῶν βαρβάρων χρωμένοις· (9) οὕς, εἰ νοῦν εἴχομεν, οὐκ ἂν περιεωρῶμεν ἀθροιζομένους οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων στρατηγουμένους, οὐδὲ μείζους καὶ κρείττους συντάξεις στρατοπέδων γιγνομένας ἐκ τῶν πλανωμένων ἢ τῶν πολιτευομένων· οἳ τῆς μὲν βασιλέως χώρας μικρὸν μέρος λυμαίνονται, τὰς δὲ πόλεις τὰς Ἑλληνίδας, εἰς ἣν ἂν εἰσέλθωσιν, ἀναστάτους ποιοῦσι, τοὺς μὲν ἀποκτείνοντες, τοὺς δὲ φυγαδεύοντες, τῶν δὲ τὰς οὐσίας διαρπάζοντες, (10) ἔτι δὲ παῖδας καὶ γυναῖκας ὑβρίζοντες, καὶ τὰς μὲν εὐπρεπεστάτας καταισχύνοντες, τῶν δ' ἄλλων ἃ περὶ τοῖς σώμασιν ἔχουσι περισπῶντες, ὥσθ' ἃς πρότερον οὐδὲ κεκοσμημένας ἦν ἰδεῖν τοῖς ἀλλοτρίοις, ταύτας ὑπὸ πολλῶν ὁρᾶσθαι γυμνάς, ἐνίας δ' αὐτῶν ἐν ῥάκεσι περιφθειρομένας δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων.

(11) Ὑπὲρ ὧν πολὺν ἤδη χρόνον γιγνομένων οὔτε πόλις οὐδεμία τῶν προεστάναι τῶν Ἑλλήνων ἀξιουσῶν ἠγανάκτησεν, οὔτ' ἀνὴρ τῶν πρωτευόντων οὐδεὶς βαρέως ἤνεγκε, πλὴν ὁ σὸς πατήρ· μόνος γὰρ Ἀγησίλαος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἐπιθυμῶν ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσε τοὺς μὲν Ἕλληνας ἐλευθερῶσαι, πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους πόλεμον ἐξενεγκεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνος ἑνὸς πράγματος διήμαρτεν. (12) καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πρὸς σὲ διαλεγόμενος μνησθήσομαι τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπ' αὐτοῦ γνωσθέντων· εἴθισμαί τε γὰρ μετὰ παρρησίας ἀεὶ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καὶ δεξαίμην ἂν δικαίως ἐπιτιμήσας ἀπεχθέσθαι μᾶλλον ἢ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπαινέσας χαρίσασθαι. (13) τὸ μὲν οὖν ἐμὸν οὕτως ἔχον ἐστίν, ἐκεῖνος δ' ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις διενεγκὼν καὶ γενόμενος ἐγκρατέστατος καὶ δικαιότατος καὶ πολιτικώτατος διττὰς ἔσχεν ἐπιθυμίας, χωρὶς μὲν ἑκατέραν καλὴν εἶναι δοκοῦσαν, οὐ συμφωνούσας δ' ἀλλήλαις οὐδ' ἅμα πράττεσθαι δυναμένας· ἠβούλετο γὰρ βασιλεῖ τε πολεμεῖν καὶ τῶν φίλων τοὺς φεύγοντας εἰς τὰς πόλεις καταγαγεῖν καὶ κυρίους καταστῆσαι τῶν πραγμάτων. (14) συνέβαινεν οὖν ἐκ μὲν τῆς πραγματείας τῆς ὑπὲρ τῶν ἑταίρων ἐν κακοῖς καὶ κινδύνοις εἶναι τοὺς Ἕλληνας, διὰ δὲ τὴν ταραχὴν τὴν ἐνθάδε γιγνομένην μὴ σχολὴν ἄγειν μηδὲ δύνασθαι πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις. ὥστ' ἐκ τῶν ἀγνοηθέντων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ῥᾴδιον καταμαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους μὴ πρότερον ἐκφέρειν πρὸς βασιλέα πόλεμον, πρὶν ἂν διαλλάξῃ τις τοὺς Ἕλληνας καὶ παύσῃ τῆς μανίας καὶ τῆς φιλονικίας ἡμᾶς. περὶ ὧν ἐγὼ καὶ πρότερον εἴρηκα καὶ νῦν ποιήσομαι τοὺς λόγους.

(15) Καίτοι τινὲς τῶν οὐδεμιᾶς μὲν παιδείας μετεσχηκότων, δύνασθαι δὲ παιδεύειν τοὺς ἄλλους ὑπισχνουμένων, καὶ ψέγειν μὲν τἀμὰ τολμώντων, μιμεῖ-

bellorum, seditionum, cædium et infinitorum malorum plenus sit: quorum quidem partem longe maximam sustinent ii qui Asiæ maritima incolunt, et a nobis universis in fœderibus sunt dediti, non barbaris tantummodo, sed iis item Græcis, qui etsi nobiscum eadem lingua utantur, a moribus barbarorum nihil discrepant; (9) quos certe, si in nobis quidquam esset sanæ mentis, non sineremus coire nec a quibus libet in expeditionem educi, maioresque et validiores conflari copias e vagantibus viris quam e civibus in urbe degentibus: qui quum exiguam admodum ditionis regiæ partem devastent, Græcas urbes, ad quamcumque accesserint, evertunt, in quibus alios trucidant, alios exterminant, alios bonis exspoliant; (10) prætereaque pueros et feminas contumeliis afficiunt, et in his forma præstantissimas contemerant, ceteras iis exuunt vestimentis quibus teguntur ipsarum corpora, ut quas antea ne ornatas quidem videre poterant alieni, hæ iam nudæ a multis et conspiciantur, et earum nonnullæ in vilibus pannis ob necessariorum inopiam pereant.

(11) Quæ quum tanto iam tempore mala perdurent, nulla tamen civitas ex iis quæ Græcorum imperium affectant neque vir aliquis ex Græciæ principibus molestius tulit præterquam tuus parens: solus enim Agesilaus eorum quos novimus, in magno semper vixit desiderio tum Græcos in libertatem vindicandi tum belli barbaris inferendi. Qui tamen et ipse in re una aberrare visus est. (12) Neque mireris velim, si, tecum ego disserens, eorum mentionem faciam quæ minus ille recte sensit: nam et libere loqui semper soleo, et malim ob iustam reprehensionem odium incurrere potius quam per immeritam laudem gratificari. (13) Hæc igitur est mea ratio. Ceterum ille qui in reliquis omnibus superabat alios, idemque erat maxime iustus et temperans ac rerum gerendum peritus, habuit duos cupiditates, præclaram utramque seorsum, sed non inter se consentientes, nec eius generis quæ simul confieri possint. Quum enim et regi Persarum bellum inferre et amicos ab exilio in patriam quemque suam restituere ac summæ rerum præficere decrevisset, (14) fiebat, dum amicis studeret impensius, ut et Græci in malis ac bellis versarentur, et ipse propter tumultum hic excitatum pugnandi contra barbaros otium et facultatem non haberet. Quare ex his, quæ illo tempore errata sunt, facile intelligitur eum qui recte rebus consultum velit, non prius regi Persico bellum inferre debere, quam Græcos reconciliarit illorumque hunc furorem et ambitionem hanc compescuerit. Qua de re ut alias verba feci, ita nunc quoque faciam.

(15) At enim ex iis qui alios se docere posse pollicentur, quum sint ipsi doctrinæ omnis expertes, quique mea scripta carpere audent, quæ tamen imitari gestiunt, hoc

σθαι δὲ γλιχομένων, τάχ' ἂν μανίαν εἶναι φήσειαν τὸ μέλειν ἐμοὶ τῶν τῆς Ἑλλάδος συμφορῶν, ὥσπερ παρὰ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἢ βέλτιον ἢ χεῖρον αὐτὴν πράξουσαν. ὧν δικαίως ἂν ἅπαντες πολλὴν ἀνανδρίαν καὶ μικροψυχίαν καταγνοῖεν, ὅτι προσποιούμενοι φιλοσοφεῖν αὐτοὶ μὲν ἐπὶ μικροῖς φιλοτιμοῦνται, τοῖς δὲ δυναμένοις περὶ τῶν μεγίστων συμβουλεύειν φθονοῦντες διατελοῦσιν. (16) οὗτοι μὲν οὖν βοηθοῦντες ταῖς αὑτῶν ἀσθενείαις καὶ ῥαθυμίαις ἴσως τοιαῦτ' ἐροῦσιν· ἐγὼ δ' οὕτως ἐπ' ἐμαυτῷ μέγα φρονῶ, καίπερ ἔτη γεγονὼς ὀγδοήκοντα καὶ παντάπασιν ἀπειρηκώς, ὥστ' οἶμαι καὶ λέγειν ἐμοὶ προσήκειν μάλιστα περὶ τούτων καὶ καλῶς βεβουλεῦσθαι πρὸς σὲ ποιούμενον τοὺς λόγους, καὶ τυχὸν ἀπ' αὐτῶν γενήσεσθαί τι τῶν δεόντων. (17) ἡγοῦμαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, εἰ δεήσειεν αὐτοὺς ἐξ ἁπάντων ἐκλέξασθαι τόν τε τῷ λόγῳ κάλλιστ' ἂν δυνηθέντα παρακαλέσαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὴν τῶν βαρβάρων στρατείαν καὶ τὸν τάχιστα μέλλοντα τὰς πράξεις ἐπιτελεῖν τὰς συμφέρειν δοξάσας, οὐκ ἂν ἄλλους ἀνθ' ἡμῶν προκριθῆναι. καίτοι πῶς οὐκ ἂν αἰσχρὸν ποιήσαιμεν, εἰ τούτων ἀμελήσαιμεν οὕτως ἐντίμων ὄντων, ὧν ἅπαντες ἂν ἡμᾶς ἀξιώσειαν; (18) τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἔλαττόν ἐστιν· ἀποφήνασθαι γὰρ ἃ γιγνώσκει τις, οὐ πάνυ τῶν χαλεπῶν πέφυκεν· σοὶ δὲ προσήκει προσέχοντι τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις βουλεύσασθαι, πότερον ὀλιγωρητέον ἐστὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων γεγονότι μὲν ὥσπερ ὀλίγῳ πρότερον ἐγὼ διῆλθον, ἡγεμόνι δὲ Λακεδαιμονίων ὄντι, βασιλεῖ δὲ προσαγορευομένῳ, μεγίστην δὲ τῶν Ἑλλήνων ἔχοντι δόξαν, ἢ τῶν μὲν ἐνεστώτων πραγμάτων ὑπεροπτέον, μείζοσι δ' ἐπιχειρητέον.

(19) Ἐγὼ μὲν γάρ φημι χρῆναί σε πάντων ἀφέμενον τῶν ἄλλων δυοῖν τούτοιν προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως τοὺς μὲν Ἕλληνας ἀπαλλάξεις τῶν πολέμων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν νῦν αὐτοῖς παρόντων, τοὺς δὲ βαρβάρους παύσεις ὑβρίζοντας καὶ πλείω κεκτημένους ἀγαθὰ τοῦ προσήκοντος. ὡς δ' ἐστὶ ταῦτα δυνατὰ καὶ συμφέροντα καὶ σοὶ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐμὸν ἔργον ἤδη διδάξαι περὶ αὐτῶν ἐστιν.

amentiæ forsan adscribant, quod Græciæ calamitates ego curare profitear, quasi per meam orationem melius cum illa agi deinceps possit aut deterius. (16) Quorum merito sane pusillum nimis ac parum virilem animum omnes reprehendant, quod se tanquam oratores iactitantes, et ipsi ob parva glorientur, et aliis qui de maioribus consilia suggerere possint, non desinant invidere. Atque illi quidem ignaviam et imbecillitatem suam obtegere cupientes, talia fortasse sunt dicturi; ego vero quanquam octogesimum iam annum agam, et ab rebus gerendis me plane abdicaverim, ita magnifice tamen de me adhuc sentio, ut putem mei præsertim fuisse muneris de his dicere, meque tecum agendo præclara suggessisse consilia, ac per hæc forsan aliqua rectius gestum iri. (17) Quin et ceteros Græcos existimo, si inter omnes ipsis deligendus esset is qui Græcos optime posset oratione sua incitare ad invadendos bello barbaros, tum qui celerrime posset conficere quæ utiliter gerenda viderentur, nullos omnino alios nobis præposituros. At enim quomodo non ageremus turpiter, si tam honorificum de nobis indicium negligeremus? (18) Ac meum quidem munus minoris momenti est, quum non ita soleat esse arduum suam sententiam proferre: te vero decet meis verbis attendentem perpendere utrum Græcæ res tibi negligendæ sint, iis commendato natalibus quæ modo dicebam, duci Lacedæmoniorum, ipsorumque regi appellato, et maximum inter Græcos nomen sustinenti; an potius præsentia omittenda sint negotia, ut his maiora suscipias. (19) Equidem censeo in hæc duo maxime, ceteris omnibus prætermissis, tibi esse incumbendum, ut Græcos bellis ac ceteris miseriis quibus hodie conflictantur liberes, utque barbarorum coerceas insolentiam, et nimia ipsorum bona imminuas. Hæc autem confici posse eademque et tibi et tuæ civitati et ceteris omnibus expedire, monere te mei operis est.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

IULIANI IMPERATORIS EPISTOLÆ.

α'. Προαιρεσίῳ.

Τί δὲ οὐκ ἔμελλον ἐγὼ Προαιρέσιον τὸν καλὸν προσαγορεύειν, ἄνδρα ἀφιέντα τοὺς λόγους, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς πεδίοις ἐπαφιᾶσι τὰ ῥεύματα, καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα κατὰ τοὺς λόγους, ἔξω τοῦ συνταράττειν καὶ ξυγκυκᾶν τὴν Ἑλλάδα; θαυμάζειν δὲ οὐ χρὴ τὴν Λακωνικὴν εἰ πρός σε βραχυλογίαν ἐμιμησάμην· (2) ὑμῖν γὰρ πρέπει τοῖς σοφοῖς μακροὺς πάνυ καὶ μεγάλους ποιεῖσθαι λόγους, ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ καὶ τὰ βραχέα πρὸς ὑμᾶς. ἴσθι δῆτά μοι πολλὰ πανταχόθεν κύκλῳ πράγματα ἐπιρρεῖν. τῆς καθόδου τὰς αἰτίας, εἰ μὲν ἱστορίαν γράφεις, ἀκριβέστατα ἀπαγγελῶ σοι, δοὺς τὰς ἐπιστολὰς ἀποδείξεις ἐγγράφους· εἰ δ' ἔγνωκας ταῖς μελέταις καὶ τοῖς γυμνάσμασιν εἰς τέλος ἄχρι γήρως προσκαρτερεῖν, οὐδὲν ἴσως μου τὴν σιωπὴν μέμψῃ.

β'. Λιβανίῳ.

Ἐπειδὴ τῆς ὑποσχέσεως ἐπελάθου (τρίτη γοῦν ἐστὶ σήμερον, καὶ ὁ φιλόσοφος Πρίσκος αὐτὸς μὲν οὐχ ἧκε, γράμματα δ' ἀπέστειλεν ὡς ἔτι χρονίζων), ὑπομιμνήσκω σε τὸ χρέος ἀπαιτῶν. ὄφλημα δὲ ἔστιν, ὡς οἶσθα, σοὶ μὲν ἀποδοῦναι ῥᾴδιον, ἐμοὶ δὲ ἥδιστον πάντων κομίσασθαι. πέμπε δὴ τὸν λόγον καὶ τὴν ἱερὰν συμβουλήν, ἀλλὰ πρὸς Ἑρμοῦ καὶ Μουσῶν ταχέως, ἐπεὶ καὶ τούτων με τῶν τριῶν ἡμερῶν ἴσθι συντρίψας, (2) εἴπερ ἀληθῆ φησὶν ὁ Σικελιώτης ποιητής, ἐν ἤματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν. εἰ δὲ ταῦτά ἐστιν, ὥσπερ οὖν ἐστί, τὸ γῆρας ἡμῖν ἐτριπλασίασας, ὦ γενναῖε. ταῦτα μεταξὺ τοῦ πράττειν ὑπηγόρευσά σοι· γράφειν γὰρ οὐχ οἷός τε ἦν, ἀργοτέραν ἔχων τῆς γλώττης τὴν χεῖρα. καίτοι μοι καὶ τὴν γλῶτταν εἶναι συμβέβηκεν ὑπὸ τῆς ἀνασκησίας ἀργοτέραν καὶ ἀδιάρθρωτον. ἔρρωσό μοι, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ προσφιλέστατε.

γ'. Ἀριστοξένῳ φιλοσόφῳ.

Ἆρά γε χρὴ περιμένειν κλῆσιν; καὶ τὸ ἀεὶ προτιμᾶν μηδαμοῦ; ἀλλ' ὅρα μὴ χαλεπὴν ταύτην εἰσαγά-

I. Prohæresio.

Cur ego Prohæresium optimum virum non salutabo? hominem ita in dicendo copiosum et abundantem, ut flumina, cum in patentes campos influunt; hominem æmulantem eloquentia Periclem, nisi quod Græciam non conturbat nec permiscet? Noli autem mirari, quod Laconicæ orationis brevitatem erga te imitatus fuerim. (2) Vos enim sapientes homines decet copiosa et magnifica oratione uti; nobis satis est, si pauca ad vos scribamus. Scito igitur, multa undique negotia mihi affluere. Reditus causas, si quidem historiam cogitas, accuratissime tibi exponam, epistolas tanquam demonstrationes scriptas ad te missurus. Sin autem te oratoriis studiis et exercitationibus ad extremam usque senectutem consumere statuis, nihil fortasse meum silentium accusabis.

II. Libanio.

Quandoquidem promissi tui oblitus es (tertius enim hic dies est, neque Priscus philosophus venit, sed litteras misit tanquam adhuc morans), revoco tibi in memoriam debitum flagitando. Est autem, ut scis, eiusmodi, ut et tibi facile sit persolvere, et mihi periucundum accipere. Mitte itaque orationem illam unaque sacrum consilium, sed, per Mercurium et Musas, mitte celeriter. (2) Nam et me scito tribus his diebus valde abs te consumtum esse, si quidem vere ait poeta Siculus, uno die desiderantes consenescere. Quod si ita est, ut certe est, senectutem iam nobis, vir egregie, triplicasti. Hæc ad te dictavi occupatus. Scribere enim ipse non poteram, quod manum lingua tardiorem habebam. Quin et lingua ipsa tardior iam est, quod eam iam diu non exercuerim. Vale, frater suavissime et carissime.

III. Aristoxeno philosopho.

An vero expectandum est, dum vocere? an priorem officio atque amicitia certare prorsus iam extinctum

γωμεν τὴν νομοθεσίαν, εἰ ταῦτα χρὴ παρὰ τῶν φίλων περιμένειν, ὅσα καὶ παρὰ τῶν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε γνωρίμων. ἀπορήσει τις ἐνταῦθα πῶς οὐκ εἰδότες ἀλλήλους ἐσμὲν φίλοι; πῶς δὲ τοῖς πρὸ χιλίων ἐτῶν γεγονόσι καὶ ναὶ μὰ Δία δισχιλίων; ὅτι σπουδαῖοι πάντες ἦσαν καὶ τὸν τρόπον καλοί τε κἀγαθοί. ἐπιθυμοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς εἶναι τοιοῦτοι. (2) εἰ καὶ τοῦ εἶναι, τόγε εἰς ἐμέ, πάμπληθες ἀπολειπόμεθα, πλὴν ἀλλ' ἥγε ἐπιθυμία τάττει πως ἡμᾶς εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις μερίδα. καὶ τί τοιαῦτα ἐγὼ ληρῶ μακρότερον; εἴτε γὰρ ἄκλητον ἰέναι χρή, ἥξεις δήπουθεν· εἴτε καὶ κλῆσιν περιμένεις, ἰδού σοι καὶ παράκλησις ἥκει παρ' ἡμῶν. ἔντυχε οὖν ἡμῖν περὶ τὰ Τύανα πρὸς Διὸς φιλίου, δεῖξον ἡμῖν ἄνδρα ἐν Καππαδόκαις καθαρῶς Ἕλληνα. τέως γὰρ τοὺς μὲν οὐ βουλομένους, ὀλίγους δέ τινας ἐθέλοντας μέν, οὐκ εἰδότας δὲ θύειν ὁρῶ.

est? Vide ne iniquam legem in amicitiam inducamus, et ab amicis eadem expectare conveniat, quæ vulgo a quibuslibet familiaribus expectantur. Quæret aliquis, quemadmodum amici simus, cum ne de facie quidem inter nos noverimus? At ego vicissim quæro, qui fit ut eos, qui mille annos, imo etiam bis millenos antea fuerunt, diligamus? Nempe quia boni viri erant. Et nos sane tales esse volumus. (2) Ac tametsi quod ad me attinet, multum ab eo absumus, ut tales simus, voluntate certe proxime accedimus. Verum quid pluribus tempus consumo? si invocatum venire oportet, venies: sin vocationem expectas, habes adhortationem meam. Quocirca per Iovem amicitiæ præsidem te oro, ut ad nos prope Tyana venias, hominemque inter Cappadocas vere Græcum ostendas. Nam adhuc quidem invitos nonnullos, volentes paucos, sed inscientes sacrificare video.

δ'. Ἰουλιανὸς Θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ.

Τὰ πεμφθέντα παρὰ σοῦ βιβλία πάντα ὑπεδεξάμην καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἄσμενος διὰ τοῦ βελτίστου Μυγδονίου. καὶ μόγις ἄγων σχολήν, ὡς ἴσασιν οἱ θεοί, οὐ κακιζομένην λόγῳ ταῦτα ἀντέγραψα πρὸς σέ. σὺ δὲ εὖ πράττοις καὶ γράφοις ἀεὶ τοιαῦτα.

IV. Iulianus Theodoræ plurimum observandæ.

Libros omnes, quos ad me misisti, cum epistolis perlibenter accepi, a Mygdonio viro optimo mihi redditos. Et cum otii vix quicquam haberem (Dii enim sciunt, nihil me verbis minuere) hæc ad te rescripsi. Tu vero da operam ut valeas, et semper ad nos tales litteras mittas.

ε'. Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

Εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα μὴ γράφεις ἡμῖν, ἀλλ' ὑπέρ γε τοῦ θεοῖς ἐχθροῦ χρῆν σε γράφειν Ἀθανασίου, καὶ ταῦτα πρὸ πλείονος ἤδη χρόνου τὰ καλῶς ἡμῖν ἐγνωσμένα πεπυσμένον. (2) ὄμνυμι δὲ τὸν μέγαν Σάραπιν, ὡς εἰ μὴ πρὸ τῶν Δεκεμβρίων Καλανδῶν ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Ἀθανάσιος ἐξέλθοι ἐκείνης, μᾶλλον δὲ καὶ πάσης τῆς Αἰγύπτου, τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξει προστιμήσομαι χρυσοῦ λίτρας ἑκατόν. (3) οἶσθα δὲ ὅπως εἰμὶ βραδὺς μὲν εἰς τὸ καταγνῶναι, πολλῷ δὲ ἔτι βραδύτερος εἰς τὸ ἅπαξ καταγνοὺς ἀνεῖναι. ** καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ πάνυ με λυπεῖ τὸ καταφρονεῖσθαι τοὺς θεοὺς πάντας. οὐδὲν οὕτως ἴδοιμι, μᾶλλον δὲ ἀκούσαιμι μηδενὸς παρὰ σοῦ πραχθέντος, ὡς Ἀθανάσιον ἐξεληλαμένον τῶν τῆς Αἰγύπτου τόπων, τὸν μιαρόν, ὃς ἐτόλμησεν Ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι. διωκέσθω.

V. Ecdicio præfecto Ægypti.

Etsi nihil de cæteris scribis, attamen de illo deorum hoste Athanasio scribere certe debuisti, præsertim cum præclara nostra decreta multo ante audivisses. (2) Testor magnum Sarapin, nisi ante Calendas Decembres inimicus deorum Athanasius ex ea urbe vel potius ex universa Ægypto discesserit, centum auri pondo cohortem, quæ tibi paret, multatum iri. (3) Scis autem quam sim lentus ad condemnandum, et quanto lentior, postquam condemnavi, ad ignoscendum. *** Per mihi molestum est, eius opera deos omnes contemni. Equidem ex tuis factis nullum libentius videro, imo audiero, quam Athanasium illum scelestum ex omnibus Ægypti locis pulsum esse: qui ausus est in meo regno fœminas Græcorum illustres ad baptismum impellere. Eiciatur.

ϛ'. Ἀρταβίῳ.

Ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς οὔτε κτείνεσθαι τοὺς Γαλιλαίους οὔτε τύπτεσθαι παρὰ τὸ δίκαιον οὔτε ἄλλο τι πάσχειν κακὸν βούλομαι, προτιμᾶσθαι μέντοι τοὺς θεοσεβεῖς καὶ πάνυ φημὶ δεῖν· διὰ γὰρ τὴν Γαλιλαίων μωρίαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντα ἀνετράπη, διὰ δὲ τὴν τῶν θεῶν εὐμένειαν σωζόμεθα πάντες. ὅθεν χρὴ τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας τε καὶ πόλεις.

VI. Artabio.

Ego per deos neque interfici Galilæos neque cædi præter ius et æquum neque molestiæ quicquam perpeti volo, sed tamen iis deorum cultores præferendos esse vel maxime censeo. Etenim Galilæorum amentia propemodum omnia afflixit ac perdidit, cum deorum benevolentia omnes salvi simus. Quare tum deos colere tum eorum cultores et viros et populos honorare debemus.

η'. Γεωργίῳ.

Ἦλθες Τηλέμαχε φησὶ τὸ ἔπος· ἐγὼ δέ σε καὶ εἶδον ἤδη τοῖς γράμμασι, καὶ τῆς ἱερᾶς σοῦ ψυχῆς τὴν εἰκόνα καθάπερ ὀλίγῃ σφραγῖδι μεγάλου χαρακτῆρος τύπον ἀνεμαξάμην. ἔστι γὰρ ἐν ὀλίγῳ πολλὰ δειχθῆναι, ἐπεὶ καὶ Φειδίας ὁ σοφὸς οὐκ ἐκ τῆς Ὀλυμπίασι μόνον ἢ Ἀθήνησιν εἰκόνος ἐγνωρίζετο, ἀλλ' ᾔδει καὶ μικρῷ γλύμματι μεγάλης τέχνης ἔργον ἐγκλεῖσαι, (2) οἷον δὴ τὸν τέττιγά φασιν αὐτοῦ καὶ τὴν μέλιτταν, εἰ δὲ βούλει, καὶ τὴν μυῖαν εἶναι· ὧν ἕκαστον, εἰ καὶ τῇ φύσει κεχάλκωται, τῇ τέχνῃ ἐψύχωται. ἀλλ' ἐν ἐκείνοις μὲν ἴσως αὐτῷ καὶ ἡ σμικρότης τῶν ζῴων εἰς τὴν κατὰ λόγον τέχνην τὸ εἰκὸς ἐχαρίζετο· σὺ δ' ἀλλὰ τὸν ἐφ' ἵππου θηρῶντα Ἀλέξανδρον εἰ δοκεῖ σκόπει, οὗ τὸ μέτρον ἐστὶ πᾶν ὄνυχος οὐ μεῖζον· (3) οὕτω δὲ ἐφ' ἑκατέρου τὸ θαῦμα τῆς τέχνης κέχυται, ὥστε ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἤδη τὸ θηρίον βάλλει καὶ τὸν θεατὴν φοβεῖ, δι' ὅλου δυσωπῶν τοῦ σχήματος, ὁ δὲ ἵππος ἐν ἄκρᾳ τῶν ποδῶν τῇ βάσει τὴν στάσιν φεύγων ἐν τῇ τῆς ἐνεργείας κλοπῇ τῇ τέχνῃ κινεῖται. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἡμῖν, ὦ γενναῖε, ἐποίεις. (4) ὥσπερ γὰρ ἐν Ἑρμοῦ λογίου σταδίοις δι' ὅλου πολλάκις τοῦ δρόμου στεφανωθεὶς ἤδη δι' ὧν ἐν ὀλίγοις γράφεις τῆς ἀρετῆς τὸ ἄκρον ἐμφαίνεις καὶ τῷ ὄντι τὸν Ὀδυσσέα τὸν Ὁμήρου ζηλοῖς, ὃς καὶ μόνον εἰπὼν ὅστις ἦν, ἤρκει τοὺς Φαίακας ἐκπλῆξαι. εἰ δέ τι καὶ παρ' ἡμῶν τοῦ κατὰ σὲ φιλικοῦ καπνοῦ δέει, φθόνος οὐδείς. πάντως που καὶ παρὰ τῶν ἡττόνων εἶναί τι χρηστὸν ὁ μῦς τὸν λέοντα σώσας ἀρκούντως δείκνυσιν.

VII. Georgio.

In versu illo scis esse *venisti, mi Telemache.* At ego te et vidi iam in litteris, et tuæ divinæ mentis imaginem, quasi magni cuiusdam signi effigiem, parvo sigillo expressi. Licet enim multa in re parva ostendere. Sapiens ille Phidias non ex ea solum imagine, quæ in Olympiis est aut Athenis, notus erat, verum etiam quod in exigua sculptura magnæ artis opus incluserat. (2) Talem aiunt eius cicadam et apem fuisse, ac, si vis, muscam: quorum unumquodque licet natura æreum finxit, ars tamen vita atque anima ornavit. Verum in iis parvitas fortasse animantium in artis industriam speciem veritatis contulit: at tu, si placet, Alexandrum ex equo venantem intuere, cuius magnitudo digiti unguem non superat, (3) et tamen uterque adeo mirabili est artificio expressus, ut Alexander quidem et beluam feriat et spectatori terrorem vultu incutiat, equus vero in extrema pedum basi consistere recusans, dum motionis sensum tanquam surripit, arte tamen moveatur. Hoc ipsum tu, vir egregie, paulo ante apud nos fecisti. (4) Nam ut in Mercurii facundi stadiis toties iam victor coronatus in paucis his scriptis virtutem summam demonstras vereque Homericum Ulixem imitaris, qui vel tantum dicendo quisnam esset, Phæacas perterruit ac conturbavit. Si quid etiam a nobis fumi, ut ais, ab amico profecti desideras, libenter largiemur. Omnino amicitiam quoque infimorum utilem esse, satis docet mus, qui leoni mercedis loco salutem attulit.

ζ'. Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι δὲ θηρίων ἐρῶσιν· ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. ἄτοπον οὖν εἰ ταῦτα περιίδοιμι σφετερισαμένους ἀνθρώπους, οἷς οὐκ ἀρκεῖ τὸ χρυσίον ἀποπλῆσαι τὸν πολὺν ἔρωτα τοῦ πλούτου, πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ὑφαιρεῖσθαι ῥᾳδίως διανοουμένους. (2) ταύτην οὖν ἰδιωτικήν μοι δὸς τὴν χάριν, ὅπως ἀνευρεθῇ πάντα τὰ Γεωργίου βιβλία. πολλὰ μὲν γὰρ ἦν φιλόσοφα παρ' αὐτῷ πολλὰ δὲ ῥητορικά, πολλὰ δὲ ἦν καὶ τῆς τῶν δυσσεβῶν Γαλιλαίων διδασκαλίας. ἃ βουλοίμην μὲν ἠφανίσθαι πάντῃ· τοῦ δὲ μὴ σὺν τούτοις ὑφαιρεθῆναι τὰ χρησιμώτερα, ζητείσθω κἀκεῖνα μετ' ἀκριβείας ἅπαντα. (3) ἡγεμὼν δὲ τῆς ζητήσεως ἔστω σοι ταύτης ὁ νοτάριος Γεωργίου, ὃς μετὰ πίστεως μὲν ἀνιχνεύσας αὐτὰ γέρας ἴστω τευξόμενος ἐλευθερίας, εἰ δ' ἀμωσγέπως γένοιτο κακοῦργος περὶ τὸ πρᾶγμα, βασάνων εἰς πεῖραν ἥξων. (4) ἐπίσταμαι δὲ ἐγὼ τὰ Γεωργίου βιβλία, καὶ εἰ μὴ πάντα, πολλὰ μέντοι· μετέδωκε γάρ μοι περὶ τὴν Καππαδοκίαν ὄντι πρὸς μεταγραφήν τινα, καὶ ταῦτα ἔλαβε πάλιν.

VIII. Ecdicio præfecto Ægypti.

Quidam equis, alii avibus, nonnulli feris delectantur: ego vero inde usque a pueritia librorum cupiditate arsi. Quare absurdum est, has opes iis relinquere, quorum avaritia nequit auro expleri, imo qui et istos libros facile suffurari clanculum moliuntur. (2) Quocirca hoc mihi privatim beneficium dabis, ut Georgii scripta omnia reperienda cures. Multa erant apud illum philosophica, multa rhetorica, multa de impiorum Galilæorum doctrina: quæ quidem velim penitus extincta esse; sed ne cum his utiliora quoque pereant, et illa cuncta diligenter exquiri volo. (3) Dux autem tibi esto ad inquirendum librarius ipsius Georgii: qui si fideliter in eam curam incubuerit, præmium sibi libertatem esse sciat; sin autem malitiose et astute quodammodo rem gesserit, quæstionem de se habitum iri. (4) Georgii libros ego novi, etsi non omnes, at multos tamen. Mihi enim, cum in Cappadocia essem, quosdam describendos dedit, quos ad eum postea remisi.

θ'. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουλιανὸς Μέγιστος Σεβαστὸς Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ.

Εἰ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν ὑμῶν καὶ πρό γε τούτου τὸν μέγαν θεὸν τὸν ἁγιώτατον Σάραπιν αἰδεῖσθε, τοῦ κοινοῦ γοῦν ὑμᾶς καὶ ἀνθρωπίνου καὶ πρέποντος πῶς οὐκ εἰσῆλθε λόγος οὐδείς; προσθήσω δὲ ὅτι καὶ ἡμῶν, οὓς οἱ θεοὶ πάντες, ἐν πρώτοις δὲ ὁ μέγας Σάραπις ἄρχειν ἐδικαίωσαν τῆς οἰκουμένης. (2) οἷς πρέπον ἦν τὴν ὑπὲρ τῶν ἠδικηκότων ὑμᾶς φυλάξαι διάγνωσιν. ἀλλ' ὀργὴ τυχὸν ἴσως ὑμᾶς ἐξηπάτησε καὶ θυμός, ὅσπερ οὖν εἴωθε τὰ δεινὰ πράττειν, τὰς φρένας μετοικίσας, εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες τοῖς παραχρῆμα βεβουλευμένοις καλῶς ὕστερον ἐπηγάγετε τὴν παρανομίαν, οὐδὲ ᾐσχύνθητε δῆμος ὄντες τολμῆσαι ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐκείνους ἐμισήσατε δικαίως. (3) εἴπατε γάρ μοι πρὸς τοῦ Σαράπιδος, ὑπὲρ ποίων ἀδικημάτων ἐχαλεπήνατε Γεωργίῳ. τὸν μακαριώτατον Κωνστάντιον ἐρεῖτε δήπουθεν ὅτι καθ' ὑμῶν παρώξυνεν, εἶτα εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν στρατόπεδον, καὶ κατέλαβεν ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου τὸ ἁγιώτατον τοῦ θεοῦ τέμενος, ἀποσυλήσας ἐκεῖθεν εἰκόνας καὶ ἀναθήματα καὶ τὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς κόσμον. (4) ὑμῶν δὲ ἀγανακτούντων εἰκότως καὶ πειρωμένων ἀμύνειν τῷ θεῷ, μᾶλλον δὲ τοῖς τοῦ θεοῦ κτήμασιν, ὁ δὲ ἐτόλμησεν ὑμῖν ἐπιπέμψαι τοὺς ὁπλίτας ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ ἀσεβῶς, ἴσως Γεώργιον μᾶλλον ἢ τὸν Κωνστάντιον δεδοικώς, εἰ μετριώτερον ὑμῖν καὶ πολιτικώτερον, ἀλλὰ μὴ τυραννικώτερον πόρρωθεν προσεφέρετο. (5) τούτων οὖν ἕνεκεν ὀργιζόμενοι τῷ θεοῖς ἐχθρῷ Γεωργίῳ τὴν ἱερὰν αὖθις ἐμιάνατε πόλιν, ἐξὸν ὑποβάλλειν αὐτὸν ταῖς τῶν δικαστῶν ψήφοις. οὕτω γὰρ ἐγίνετο ἂν οὐ φόνος οὐδὲ παρανομία τὸ πρᾶγμα, δίκη δὲ ἐμμελής, ὑμᾶς μὲν ἀθῴους πάντη φυλάττουσα, τιμωρουμένη μὲν τὸν ἀνίατα δυσσεβήσαντα σωφρονίζουσα δὲ τοὺς ἄλλους πάντας ὅσοι τῶν θεῶν ὀλιγωροῦσι καὶ προσέτι τὰς τοιαύτας πόλεις καὶ τοὺς ἀνθοῦντας δήμους ἐν οὐδενὶ τίθενται, τῆς ἑαυτῶν δὲ ποιοῦνται πάρεργον δυναστείας τὴν κατ' ἐκείνων ὠμότητα. (6) παραβάλλετε τοίνυν ταύτην μου τὴν ἐπιστολήν, ἣν μικρῷ πρῴην ἐπέστειλα, καὶ τὸ διάφορον κατανοήσατε. πόσους μὲν ὑμῶν ἐπαίνους ἔγραφον τότε; νυνὶ δὲ μὰ τοὺς θεοὺς ὀφείλων ὑμᾶς ἐπαινεῖν οὐ δύναμαι διὰ τὴν παρανομίαν. τολμᾷ δῆμος ὥσπερ οἱ κύνες ἄνθρωπον σπαράττειν, εἶτα οὐκ αἰσχύνεται τὰς χεῖρας προσάγειν τοῖς θεοῖς αἵματος ῥεούσας. ἀλλὰ Γεώργιος ἄξιος ἦν τοιαῦτα παθεῖν. (7) καὶ τούτων ἴσως ἐγὼ φαίην ἂν χείρονα καὶ πικρότερα. καὶ δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε. σύμφημι καὶ αὐτός· παρ' ὑμῶν δὲ εἰ λέγοιτε, τοῦτο οὐκέτι συγχωρῶ. νόμοι γὰρ ὑμῖν εἰσιν οὓς χρὴ τιμᾶσθαι μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων ἰδίᾳ καὶ στέργεσθαι· πλὴν ἐπειδὴ συμβαίνει τῶν καθ' ἕκαστόν τινας παρανομεῖν, ἀλλὰ τὰ κοινὰ γοῦν εὐνομεῖσθαι χρὴ καὶ πειθαρχεῖν τοῖς νόμοις ὑμᾶς, καὶ μὴ παραβαίνειν ὅσαπερ ἐξ ἀρχῆς ἐνομίσθη

IX. Imperator Cæsar Iulianus Maximus Augustus populo Alexandrino.

Si nihil vos Alexander conditor, ac potius Deus ille magnus sanctissimus Sarapis commovet, attamen patriæ, humanitatis, officii ratio nonne debuit ac potuit commovere? addo etiam nostri, quos cum dii omnes, tum vero inprimis magnus Sarapis, totius orbis imperio præfecerunt: (2) quorum intereat de iniuria vobis facta cognoscere. Verum iracundia vos fortasse decepit et furor (qui atrocissima quæque solet committere, ubi mentem domicilio suo exturbavit), quando represso impetu iis, quæ statim a vobis recte consulta erant, iniquum postea facinus subiecistis, neque veriti estis, cum plebs essetis, eadem committere, quæ in illis merito reprehendebatis. (3) Etenim per Sarapin, dicite mihi, quæ tandem Georgii crimina vos in illum incitarunt? Respondebitis, arbitror, quoniam in vos beatissimum Constantium accenderit, deinde exercitum in sacram urbem adduxerit, tum dux Ægypti sanctissimum dei templum ceperit, statuas et donaria et ornatum omnem diripuerit: (4) cumque vos merito irasceremini, et deo vel dei potius opibus succurreretis, illa summa iniquitate, scelere impietateque usus armatos immisit, magis fortasse Georgium quam Constantium veritus, si seipsum erga vos modeste ac civiliter gereret, neque tyrannidem aliquo modo exerceret. (5) His itaque causis irati deorum inimico Georgio, iterum sacram urbem scelere polluistis, cum liceret eum sententiis iudicum permittere. Sic enim non cædes, non scelus ullum fuisset, ius et æquitas adhibita esset, quæ et vos penitus conservaret et impietatis auctorem puniret et cæteros comprimeret, qui Deos contemnunt insuperque urbes istas et florentes populos pro nihilo ducunt, sed crudelitatem erga illos existimant potentiæ suæ additamentum. (6) Conferte itaque meam illam epistolam, quam ad vos paulo ante misi, cum hac ipsa, et quantum intersit considerate, quantisque laudibus vos illic affecerim: quas cum hoc tempore vobis tribuere deberem, propter scelus vestrum medius fidius non possum. Ausus est populus, ut canes, hominem discerpere, neque pudet eum, manus madentes sanguine ad deos tollere. Atenim dignus erat Georgius, qui talia pateretur. (7) Imo longe fortasse graviora, inquam, et acerbiora. At vestro nomine, inquietis. Fateor; sed a vobis, non concedo. Sunt enim leges, quas observare omnes et colere debebatis: ac si privatim a nonnullis violarentur, publice quidem certe rem bene administrari, legibus obtemperari, instituta maiorum sancta et sacra haberi conveniebat.

καλῶς. (8) εὐτύχημα γέγονεν ὑμῖν, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, ἐπ' ἐμοῦ πλημμελῆσαι τοιοῦτό τι ὑμᾶς, ὃς αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν θεὸν καὶ διὰ τὸν θεῖον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον, ὃς ἦρξεν αὐτῆς τε Αἰγύπτου καὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως, ἀδελφικὴν εὔνοιαν ὑμῖν ἀποσώζω. (9) τὸ γὰρ τῆς ἐξουσίας ἀκαταφρόνητον καὶ τὸ ἀπηνέστερον καὶ καθαρὸν τῆς ἀρχῆς οὔποτε ἂν δήμου περιίδοι τόλμημα μὴ οὐ καθάπερ νόσημα χαλεπὸν πικροτέρῳ διακαθῆραι φαρμάκῳ· προσφέρω δ' ἐγὼ ὑμῖν δι' ἅσπερ ἔναγχος ἔφην αἰτίας τὸ προσηνέστατον παραίνεσιν καὶ λόγους, ὑφ' ὧν εὖ οἶδα ὅτι πείσεσθε μᾶλλον, εἴπερ ἐστὲ καθάπερ ἀκούω τό τε ἀρχαῖον Ἕλληνες καὶ τὰ νῦν ἔτι τῆς εὐγενείας ἐκείνης ὕπεστιν ὑμῖν ἀξιόλογος καὶ γενναῖος ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ χαρακτήρ.

Προτεθήτω τοῖς ἐμοῖς πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν.

ι'. Ἰουλιανὸς Βυζαντίοις.

Τοὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν καὶ τοὺς πατροβούλους, εἴτε τῇ Γαλιλαίων ἑαυτοὺς ἔδοσαν θρησκείᾳ, εἴτε πως ἄλλως ἐπραγματεύσαντο διαδρᾶναι τὸ βουλευτήριον, ἔξω τῶν ἐν τῇ μητροπόλει λελειτουργηκότων.

ια'. Βασιλείῳ.

Ἡ μὲν παροιμία φησὶν οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐγὼ δὲ προσθείην ἐκ τῆς κωμῳδίας ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν. ἴθ' οὖν ἔργοις αὐτὸ δεῖξον, καὶ σπεῦδε παρ' ἡμᾶς· ἀφίξῃ γὰρ φίλος παρὰ φίλον. ἡ δὲ περὶ τὰ πράγματα κοινὴ καὶ συνεχὴς ἀσχολία δοκεῖ μὲν εἶναί πως τοῖς μὴ πάρεργον αὐτὰ ποιοῦσιν ἐπαχθής, οἱ δὲ τῆς ἐπιμελείας κοινωνοῦντές εἰσιν ἐπιεικεῖς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ συνετοὶ καὶ πάντως ἱκανοὶ πρὸς πάντα. (2) δίδωμι οὖν μοι ῥαστώνην, ὥστε ἐξεῖναι μηδὲν ὀλιγωροῦντι καὶ ἀναπαύεσθαι· σύνεσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τῆς αὐλικῆς ὑποκρίσεως, ἧς μόνης οἶμαί σε μέχρι τοῦ δεῦρο πεπειρᾶσθαι, καθ' ἣν ἐπαινοῦντες μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους, ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης ἀλλήλοις ἐλευθερίας ἐξελέγχοντές τε ὅταν δέῃ καὶ ἐπιτιμῶντες οὐκ ἔλαττον φιλοῦμεν ἀλλήλους τῶν σφόδρα ἑταίρων. (3) ἔνθεν ἔξεστιν ἡμῖν (ἀπείη δὲ φθόνος) ἀνειμένοις τε σπουδάζειν καὶ σπουδάζουσι μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, καθεύδειν δὲ ἀδεῶς. ἐπεὶ καὶ ἐγρηγορὼς οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ μᾶλλον ἢ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡς εἰκὸς ἐγρήγορα. (4) ταῦτα ἴσως κατηδολέσχησά σου καὶ κατελήρησα, παθών τι βλακῶδες· ἐπῄνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥσπερ Ἀστυδάμας· ἀλλ' ἵνα σε πείσω προὔργου τι μᾶλλον ἡμῖν τὴν σὴν παρουσίαν ἅτε ἀνδρὸς ἔμφρονος ποιήσειν ἢ παραιρήσεσθαί τι τοῦ καιροῦ, ταῦτα ἐπέστειλα. σπεῦδε οὖν, ὅπερ ἔφην, δημοσίῳ χρησόμενος δρόμῳ· συνδιατρίψας δὲ ἡμῖν ἐφ' ὅσον σοι φίλον, οἷπερ ἂν θέλῃς ὑφ' ἡμῶν πεμπόμενος ὡς προσῆκόν ἐστι βαδιεῖ.

(8) Præclare est vobiscum actum, viri Alexandrini, quod me regnante talia commisistis, qui partim verecundia in deum, partim avunculi mihi cognominis, qui tum ipsi Ægypto tum vestræ civitati præfuit, recordatione fraternam erga vos caritatem conservo. (9) Certe rigida auctoritas imperiumque severum ac intemperatum haudquaquam facinus insolens populi ferret, sed tanquam gravem morbum asperiore medicina sanaret. At ego propter eas causas, quas modo commemoravi, remedium lenius adhibeo, orationem nimirum atque admonitionem. Quibus (ut spero) eo libentius parebitis, quod et antiqua origine Græci estis, et etiamnunc illustres ac præclaras nobilitatis illius notas animo vitaque retinetis.

Proponatur civibus meis Alexandrinis.

X. Iulianus Byzantiis.

Senatores omnes vobis reddidimus et decuriones patricios, sive in Galilæorum religionem se dederunt, sive aliud quidvis gesserunt, ut curiam effugerent, extra eos qui in urbe primaria publico muneri præfuerunt.

XI. Basilio.

Non bellum denuntias, ait vetus verbum : at ego addam illud comœdiæ veteris : *o nuntium aureorum verborum!* Age igitur, istud re ipsa ostende, et ad nos quamprimum advola : certe amicus ad amicum venies. Publica et assidua cura reipublicæ molesta quidem esse videtur iis, qui strenue in ea versantur : at socii laborum æqui sunt, mea quidem sententia, et prudentes, omninoque ad omnia idonei. (2) Quare ipse mihi opportunitatem hanc comparavi, ut sine ulla reipublicæ negligentia nonnihil quoque spatii ad relaxationem animi sumam. Etenim conversamur absque simulatione aulica, quam tu solam, opinor, hactenus expertus es (secundum quam ii, qui laudant, maiore odio prosequuntur quam inimicissimos); sed honesta moderataque libertate, cum opus est, nos mutuo accusamus et reprehendimus, neque tamen propterea minus inter nos amamus, quam qui maxime amici sunt. (3) Ex eo accidit (quod sine invidia dicere liceat) ut, dum relaxamur, seria agamus, et dum hæc agimus, minime cruciemur et secure dormiamus : quoniam cum vigilarem, non tam pro me ipso, quam pro cæteris omnibus, ut par erat, vigilavi. (4) Hæc forsitan apud te nugatus sum, levitate quadam animi et insolentia : me ipsum namque, sicut Astydamas, collaudavi. Verumtamen, ut intelligeres multo magis tuum conspectum, sapientis videlicet hominis, nobis profuturum quam impedimentum allaturum, hæc scripsi. Propera igitur, ut dixi, et cursu publico utere : cumque apud nos, quantum tibi videbitur, fueris, tum a nobis honeste et ut decet dimissus, quo voles, proficisceris.

ιβ'. Ἰουλιανὸς Ἰουλιανῷ θείῳ.

Τρίτης ὥρας νυκτὸς ἀρχομένης οὐκ ἔχων οὐδὲ τὸν ὑπογράφοντα διὰ τὸ πάντας ἀσχόλους εἶναι, μόλις ἴσχυσα πρός σε ταῦτα γράψαι. ζῶμεν διὰ τοὺς θεούς, ἐλευθερωθέντες τοῦ παθεῖν ἢ δρᾶσαι τὰ ἀνήκεστα· μάρτυς δὲ ὁ Ἥλιος, ὃν μάλιστα πάντων ἱκέτευσα συνάρασθαί μοι, καὶ ὁ βασιλεὺς Ζεύς, ὡς οὐ πώποτε ηὐξάμην ἀποκτεῖναι Κωνστάντιον, μᾶλλον δὲ ἀπηυξάμην. (2) τί οὖν ἦλθον; ἐπειδὴ θεοὶ διαρρήδην ἐκέλευσαν, σωτηρίαν μὲν ἐπαγγελλόμενοι πειθομένῳ, μένοντι δὲ ὃ μηδεὶς θεῶν ποιήσειεν. ἄλλως τε καὶ πολέμιος ἀποδειχθεὶς ᾤμην φοβῆσαι μόνον καὶ εἰς ὁμιλίας ἥξειν ἐπιεικεστέρας τὰ πράγματα· εἰ δὲ μάχῃ κριθείη, τῇ τύχῃ τὰ πάντα καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιτρέψας περιμένειν ὅπερ ἂν αὐτῶν τῇ φιλανθρωπίᾳ δόξῃ.

XII. Iulianus Iuliano avunculo.

Ad tertiam horam noctis ineuntis cum neminem qui scriberet haberem, quod omnes occupati essent, vix potui hæc ad te scribere. Vivimus deorum beneficio, liberati ab extremis malis patiendis vel faciendis. Testis vero mihi est Sol, cuius auxilium opemque inprimis poposci; testis Iupiter rex, quod Constantium occidere nunquam optaverim, imo magis ne id accideret exoptaverim. (2) Cur igitur veni? quia videlicet dii aperte hortabantur, salutem polliciti, si parerem; sin vero remanerem, id quod dii prohibeant. Accedit, quod cum hostis iam appellatus essem, terrere eum dumtaxat cogitabam, eo que pacto res ad colloquium aliquod lenius et mitius deventuras esse: aut si etiam bello decernendum foret, fortunæ diisque omnia permitterem, atque exitum, qualem ipsorum clementia afferret, exspectarem.

ιγ'. Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ.

Ἀνέγνων χθές σου τὸν λόγον πρὸ ἀρίστου σχεδόν, ἀριστήσας δὲ πρὶν ἀναπαύσασθαι τὸ λοιπὸν προσαπέδωκα τῆς ἀναγνώσεως. μακάριος εἶ λέγειν οὕτω, μᾶλλον δὲ φρονεῖν οὕτω δυνάμενος. ὢ λόγος, ὢ φρένες, ὢ σύνθεσις, ὢ διαίρεσις, ὢ ἐπιχειρήματα, ὢ τάξις, ὢ ἀφορμαί, ὢ λέξις, ὢ ἁρμονία, ὢ συνθήκη.

XIII. Iulianus Libanio.

Legi hesterno die orationem tuam magna ex parte ante prandium, pransus vero sine ulla intermissione reliquum absolvi. O te felicem, qui ita possis dicere aut sentire potius! o orationem, o mentem, o coniunctionem, o disiunctionem, o argumenta, o dispositionem, o aditus, o verba, o numerum, o compositionem!

ιδ'. Ἰουλιανὸς Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.

Ἀλέξανδρον μὲν τὸν Μακεδόνα τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐφυπνώττειν λόγος, ἵνα δὴ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν αὐτοῦ τοῖς πολεμικοῖς ὁμιλοίη συνθήμασιν· ἡμεῖς δέ σου ταῖς ἐπιστολαῖς ὥσπερ παιωνίοις τισὶ φαρμάκοις συγκαθεύδομεν, καὶ οὐ διαλείπομεν ἐντυγχάνοντες ἀεὶ καθάπερ νεαραῖς ἔτι καὶ πρῶτον εἰς χεῖρας ἡκούσαις. (2) εἴπερ οὖν ἐθέλεις ἡμῖν εἰκόνα τῆς σῆς παρουσίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὁμιλίαν προξενεῖν, γράφε καὶ μὴ λῆγε συνεχῶς τοῦτο πράττων· μᾶλλον δὲ ἧκε σὺν θεοῖς, ἐνθυμούμενος ὡς ἡμῖν γ' ἕως ἂν ἀπῇς οὐδὲ ὅτι ζῶμεν εἰπεῖν ἐστίν, εἰ μὴ ὅσον τοῖς παρὰ σοῦ γραφομένοις ἐντυχεῖν ἔξεστιν.

XIV. Iulianus Maximo philosopho.

Alexandrum Macedonem aiunt Homeri carminibus indormire solitum, ut noctes diesque in bellicis eius præceptis versaretur: at nos cum tuis epistolis tanquam Pæoniis medicamentis dormimus, easque assidue tanquam recentes ac novas iteramus. (2) Quare si tuarum litterarum colloquio præsentiæ tuæ imaginem nobis repræsentare vis, scribe et assidue scribe; vel potius diis iuvantibus veni, tibique persuade, quamdiu abfueris, nos vita frui non posse dicere nisi eatenus, quoad litteras tuas legimus.

ιε'. Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.

Ὁ μὲν μῦθος ποιεῖ τὸν ἀετόν, ἐπειδὰν τὰ γνήσια τῶν κυημάτων βασανίζῃ, φέρειν ἄπτιλα πρὸς τὸν αἰθέρα καὶ ταῖς ἡλίου προσάγειν ἀκτῖσιν, ὥσπερ ὑπὸ μάρτυρι τῷ θεῷ πατέρα τε ἀληθοῦς νεοττοῦ γινόμενον καὶ νόθου γονῆς ἀλλοτριούμενον· ἡμεῖς δέ σοι καθάπερ Ἑρμῇ λογίῳ τοὺς ἡμετέρους λόγους ἐγχειρίζομεν. (2) κἂν μὲν ὑπομείνωσι τὴν ἀκοὴν τὴν σήν, ἐπὶ σοὶ τὸ κρῖναι περὶ αὐτῶν εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰσὶ πτήσιμοι· εἰ δὲ μή, ῥῖψον ἐκεῖ καθάπερ Μουσῶν ἀλλοτρίους, ἢ ποταμῷ κλύσον ὡς νόθους. (3) πάντως οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτούς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις ποιεῖ, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων· ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ καθαροῦ σπέρματος, ὑπεράνω

XV. Iulianus eidem.

Aquilam fingunt fabulæ, cum veros fœtus explorare vult, implumes eos adhuc et teneros in cælum ferre solisque radiis obicere, tanquam deo teste verum patrem a falso atque adultero seiungat: at tibi nos tanquam Mercurio eloquentiæ præsidi scripta nostra offerimus, (2) ut, si aures tuas sustinere possint, tu pro arbitrio tuo statuas, an in vulgus evolare debeant: sin minus, ea continuo proicias tanquam a Musis aliena, aut flumine obruas ut adulterina. (3) Sic certe Gallis iniuriam nullam facit Rhenus, qui spurios infantes abripit, tanquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro semine ortos agnovit, in summa aqua suspendit, matrisque trementis

τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ καὶ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν, ὥσπερ ἀδέκαστόν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαρῶν καὶ ἀμέμπτων γάμων τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν ἀντιδωρούμενος.

ις΄. Ἰουλιανὸς Ὀριβασίῳ.

Τῶν ὀνειράτων δύο πύλας εἶναί φησιν ὁ θεῖος Ὅμηρος, καὶ διάφορον εἶναι αὐτοῖς καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἀποβησομένων πίστιν. ἐγὼ δὲ νομίζω σε νῦν, εἴπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε, σαφῶς ἑορακέναι περὶ τῶν μελλόντων· ἐθεασάμην γὰρ καὶ αὐτὸς τοιοῦτον σήμερον. δένδρον γὰρ ᾤόμην ὑψηλὸν ἔν τινι τρικλίνῳ σφόδρα μεγάλῳ πεφυτευμένον εἰς ἔδαφος ῥέπειν, ἐν τῇ ῥίζῃ παραπεφυκότος ἑτέρου μικροῦ καὶ νεογενοῦς, ἀνθηροῦ λίαν. (2) ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ μικροῦ σφόδρα ἠγωνίων μή τις αὐτὸ μετὰ τοῦ μεγάλου συναποσπάσῃ. καὶ τοίνυν ἐπειδὴ πλησίον ἐγενόμην, ὁρῶ τὸ μέγα μὲν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκτεταμένον, τὸ μικρὸν δὲ ὀρθὸν μέν, μετέωρον δὲ ἀπὸ γῆς. ὡς οὖν εἶδον, ἀγωνιάσας ἔφην « οἵου δένδρου, κίνδυνός ἐστι μηδὲ τὴν παραφυάδα σωθῆναι. » (3) καί τις ἀγνὼς ἐμοὶ παντελῶς « ὅρα » ἔφησεν « ἀκριβῶς καὶ θάρρει· τῆς ῥίζης γὰρ ἐν τῇ γῇ μενούσης τὸ μικρότερον ἀβλαβὲς διαμενεῖ καὶ βεβαιότερον ἱδρυνθήσεται. » τὰ μὲν δὴ τῶν ὀνειράτων τοιαῦτα, θεὸς δὲ οἶδεν εἰς ὅ τι φέρει· περὶ δὲ τοῦ μιαροῦ ἀνδρογύνου μάθοιμ' ἂν ἡδέως ἐκεῖνο, πότε διελέχθη περὶ ἐμοῦ ταῦτα, πότερον πρὶν συντυχεῖν ἐμοὶ ἢ μετὰ τοῦτο. (4) δήλωσον οὖν ἡμῖν ὅ τι ἂν οἷός τε ἦς. ὑπὲρ δὲ τῶν πρὸς αὐτὸν ἴσθι ὅτι πολλάκις, αὐτοῦ τοὺς ἐπαρχιώτας ἀδικήσαντος, ἐσιώπησα παρὰ τὸ πρέπον ἐμαυτῷ, τὰ μὲν οὐκ ἀκούων, τὰ δὲ οὐ προσιέμενος, ἄλλοις δὲ ἀπιστῶν, ἔνια δὲ εἰς τοὺς συνόντας αὐτῷ τρέπων. (5) ὅτι δέ μοι μεταδοῦναι τῆς τοιαύτης ἠξίωσεν αἰσχύνης, ἀποστείλας τὰ μιαρὰ καὶ πάσης αἰσχύνης ἄξια ὑπομνήματα, τί με πράττειν ἐχρῆν; ἆρα σιωπᾶν ἢ μάχεσθαι; τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἦν ἠλίθιον καὶ δουλοπρεπὲς καὶ θεομίσητον, τὸ δεύτερον δὲ δίκαιον μὲν καὶ ἀνδρεῖον καὶ ἐλευθέριον, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχόντων ἡμᾶς πραγμάτων οὐ συγχωρούμενον. (6) τί τοίνυν ἐποίησα πολλῶν παρόντων, οὓς ᾔδειν ἀναγγελοῦντας αὐτῷ « Πάντη καὶ πάντως » εἶπον « διορθώσει τὰ ὑπομνήματα ὁ δεῖνα, ἐπεὶ δεινῶς ἀσχημονεῖ. » τοῦτο ἐκεῖνος ἀπούσας τοσοῦτον ἐδέησε σωφρόνως τι πρᾶξαι, ὥστε πεποίηκεν οἷα μὰ τὸν θεὸν οὐδ' ἂν εἷς μέτριος τύραννος, οὕτω μου πλησίον ὄντος. (7) ἐνταῦθα τί πράττειν ἐχρῆν ἄνδρα τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων; ἆρα περιορᾶν ἀνθρώπους ἀθλίους τοῖς κλέπταις ἐκδιδομένους, ἢ κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἀμύνειν, ὡς ἤδη τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι διὰ τὸ θεομισὲς ἐργαστήριον τῶν τοιούτων; ἐμοὶ μὲν οὖν αἰσχρὸν εἶναι δοκεῖ τοὺς μὲν χιλιάρχους, ὅταν λείπωσι τὴν τάξιν, καταδικάζειν (καίτοι χρῆν ἱκανὰ τεθνάναι παραχρῆμα καὶ μηδὲ ταφῆς ἀξιοῦσθαι), τὴν δὲ ὑπὲρ τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων ἀπολείπειν τάξιν, ὅταν δέῃ πρὸς κλέπτας ἀγωνίζεσθαι τοιούτους, καὶ ταῦτα

manibus reddit, et quasi verum incorruptumque casti et laudabilis coniugii testimonium servato infante persolvit.

XVI. Iulianus Oribasio.

Somniorum portas duas esse ait divinus Homerus, et variam iis esse fidem rerum futurarum : at ego te nunc, si unquam alias, certo futura vidisse arbitror; nam et ego hodie tale quiddam vidi. Arborem proceram in quodam triclinio peramplo et spatioso insitam videre mihi visus sum, quæ in terram se inflecteret, atque arbusculam parvam et teneram valdeque florentem ad radices agnatam haberet. (2) Angebat me autem vehementer metus de exigua illa arbore, ne a quopiam una cum magna avelleretur. Et cum propius accessissem, cerno magnam arborem humi prostratam, parvam autem erectam quidem, sed a terra suspensam. Quod cum vidissem, æstuans ac laborans « heu, inquam, quanta arbor, et tamen est periculum ne surculus etiam ei agnatus intereat! » (3) Hic quidam mihi ignotus omnino « contemplare » ait « diligenter, et bono sis animo : radice enim humi manente, parvula illa arbor permanebit incolumis, firmiorque hærebit. » Ac somnium quidem tale est : quo autem pertineat, deus scit. Verum de scelerato illo eunucho valde cupio scire, quando ista de me narraverit, utrum antequam mihi occurrit, an postea : (4) tu quod poteris, nobis indicabis. Quod vero ad ipsum attinet, scito me persæpe, illo provinciales vexante, tacuisse contra quam dignitas mea postularet, cum quædam non audirem, alia non admitterem, nonnulla non crederem, multa in eius familiares et domesticos converterem. (5) Quod autem mihi talem maculam inurere voluit, missis libellis omni scelere et contumelia refertis, quid me facere oportuit? num tacere, an pugnare? Illud stultum ac servile erat, deoque ingratum : hoc iustum quidem et forte et libero dignum, attamen per negotia, quibus tum implicati eramus, minime licitum. (6) Quid igitur feci? multis præsentibus, quos ei relaturos intelligebam, « omnino certe » inquam « iste scripta sua emendabit; nam adhuc quidem valde est intemperans. » Hoc ille audito tantum abfuit ut ad sanitatem et modestiam rediret, ut ea fecerit, quæ per Iovem nullus modestus tyrannus fecisset, præsertim cum tam prope ab eo abessem. (7) Quid hic faciendum erat homini Platonis et Aristotelis studioso? utrum miseros homines in latronum potestatem dedere? an eos potius pro mea parte defendere, ut qui iam propter nefariam istorum officinam cycneum carmen canant? Mihi certe turpe videtur tribunos militares, ubi ordinem deseruerint, condemnare, quanquam mors eis ante oculos oppetenda esset, ac ne sepultura quidem dignos iudicare, in miseris autem hominibus ab iniuria vindicandis ordinem deserere, cum præsertim adversus tales latrones dimicandum sit, et quidem deo nobis auxilium ferente, sicuti nos ad

τοῦ θεοῦ συμμαχοῦντος ἡμῖν, ὥσπερ οὖν ἔταξεν. (8) εἰ δὲ καὶ παθεῖν τι συμβαίη, μετὰ καλοῦ τοῦ συνειδότος οὐ μικρὰ παραμυθία πορευθῆναι. τὸν δὲ χρηστὸν Σαλούστιον θεοὶ μέν μοι χαρίσαιντο, ἂν συμβῇ δὲ διὰ τοῦτο τυγχάνειν διαδόχου, λυπήσει τυχὸν οὐδέν· ἄμεινον γὰρ ὀλίγον ὀρθῶς ἢ πολὺν κακῶς πρᾶξαι χρόνον. (9) οὐκ ἔστιν, ὥς λέγουσί τινες, τὰ περιπατητικὰ δόγματα τῶν Στωικῶν ἀγεννέστερα, τοσούτῳ δὲ μόνον ἀλλήλων ὡς ἐγὼ κρίνω διαφέρει· τὰ μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ θερμότερα καὶ ἀβουλότερα, τὰ δὲ φρονήσεως ἄξια τοῖς ἐγνωσμένοις ἐμμένει.

ιζ΄. Ἰουλιανὸς Εὐγενίῳ φιλοσόφῳ.

Δαίδαλον μὲν Ἰκαρίῳ φασὶν ἐκ κηροῦ πτερὰ συμπλάσαντα τολμῆσαι τὴν φύσιν βιάσασθαι τῇ τέχνῃ. ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον μὲν εἰ καὶ τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι· μόνος γὰρ δὴ κηρῷ λυσίμῳ τοῦ παιδὸς ὑπέμεινε τὴν σωτηρίαν πιστεῦσαι. (2) εἰ δέ μοι θέμις ἦν κατὰ τὸν Τήιον ἐκεῖνον μελοποιὸν τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε τὸ μέλημα τοὐμόν, ὥς φησιν ἡ Σαπφώ, περιπτύξωμαι. (3) ἐπεὶ δέ με ἀνθρωπείου σώματος δεσμῷ κατακλείσασα ἡ φύσις οὐκ ἐθέλει πρὸς τὸ μετέωρον ἁπλῶσαι, οἷς ἔχω σε πτεροῖς μετέρχομαι, καὶ γράφω καὶ σύνειμι τὸν δυνατὸν τρόπον. πάντως που καὶ Ὅμηρος αὐτοὺς οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν πτερόεντας ὀνομάζει, διότι δύνανται πανταχοῦ φοιτᾶν, ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων ᾗ ἂν ἐθέλωσιν ᾄττοντες. (4) γράφε δὲ καὶ αὐτός, ὦ φίλος· ἴση γὰρ δήπου σοι τῶν λόγων, εἰ μὴ καὶ μείζων ὑπάρχει ἡ πτέρωσις, ᾗ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖν δύνασαι καὶ πανταχόθεν ὡς παρὼν εὐφραίνειν.

ιη΄. Ἰουλιανὸς Ἐκηβόλῳ.

Πινδάρῳ μὲν ἀργυρέας εἶναι δοκεῖ τὰς Μούσας, οἱονεὶ τὸ ἔκδηλον αὐτῶν καὶ περιφανὲς τῆς τέχνης ἐς τὸ τῆς ὕλης λαμπρότερον ἀπεικάζοντι· Ὅμηρος δὲ ὁ σοφὸς τόν τε ἄργυρον αἰγλήεντα λέγει, καὶ τὸ ὕδωρ ἀργύρεον ὀνομάζει, καθάπερ ἡλίου καθαραῖς ἀκτῖσιν αὐτῷ τῷ τῆς εἰκόνος φαιδρῷ μαρμαρύσσον, Σαπφὼ δ' ἡ καλὴ τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησὶ καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν. (2) οὕτω καὶ θεοῖς τὸν ἄργυρον μᾶλλον ἢ τὸν χρυσὸν εἰκάσειεν ἄν τις πρέπειν· ἀνθρώποις γε μὴν ὅτι πρὸς τὴν χρείαν ἐστὶν ὁ ἄργυρος τοῦ χρυσοῦ τιμιώτερος καὶ σύνεστι μᾶλλον αὐτοῖς, οὐχ ὥσπερ ὁ χρυσὸς ἐπὶ γῆς κρυπτόμενος ἢ φεύγων αὐτῶν τὴν ὄψιν, ἀλλὰ καὶ ὀφθῆναι καλὸς καὶ ἐν διαιτήματι κρείττων, οὐκ ἐμὸς ἴδιος ἀλλὰ παλαιῶν ἀνδρῶν ὁ λόγος ἐστίν. (3) εἰ δὲ καὶ σοὶ τοῦ πεμφθέντος ὑπὸ σοῦ χρυσοῦ νομίσματος εἰς τὸ ἴσον τῆς τιμῆς ἑτε-

prælium instruxit. (8) Quod si etiam perpetiendum sit aliquid, non parva consolatio est, cum recta et integra mentis conscientia decedere. Utinam dii Salustium virum probum nobis concedant. Ac si propterea successor forte nobis dabitur, nihil erit, ut spero, molestum. Etenim breve tempus bene et innocenter actum peccanti immortalitati anteponendum est. (9) Peripatetica philosophia non est, sicut quidam opinantur, ignavior Stoïca. Hoc autem, mea sententia, inter utramque differt, quod altera sit calidior magisque turbulenta; altera prudentior, nempe in sententia permanendum.

XVII. Iulianus Eugenio philosopho.

Dædalum narrant pennas Icario e cera finxisse, arteque naturam vincere tentasse. At ego illius quidem artem laudo, animum tamen non probo : quippe cum solus ex omni memoria sit ausus ceræ fluxæ ac fragili salutem filii committere. (2) Ego tamen, si mihi esset integrum Teii illius Lyrici instar in avem mutari, non mehercule ad Olympum, neque ob amatorias aliquas querimonias, sed in ipsa montium vestrorum radices volarem, quo *te meam* (ut ait Sappho) *curam amplecterer*. (3) Quoniam igitur natura me in hoc ergastulum corporis inclusit, neque in sublime ferri concedit, quibus possum alis te adeo, et scribo et quo licet modo tecum sum. Homerus certe non alia ex causa dixit verba alata, nisi quia omnem in partem ire possunt, ut velocissimæ aves, quocunque volunt, prosilientes. (4) Verumtamen tu quoque, amice, vicissim scribe. Nam et tibi par est vel maior in dicendo alarum copia, qua et amicos potes sectari et varie, tanquam præsens esses, delectare.

XVIII. Iulianus Hecebolo.

Pindarus argenteas Musas esse vult, quasi artis illarum claritatem et splendorem cum clarissima rerum omnium materia conferat; Homerus vero ille sapiens argentum illustre et aquam argenteam appellat, quod ipsa speciei suæ hilaritate et nitore non secus atque solis radiis colluceat; denique eximia Sappho lunam nominat argenteam, ob eamque causam cæterorum siderum aspectum ait ab ea obscurari. (2) Quare diis argentum potius quam aurum congruere coniectari possit aliquis. Quod autem hominibus ad usum aptius et melius sit argentum quam aurum, quodque magis eis adsit, neque ut aurum in terra occultetur, aut eorum oculos vitet, sed et aspectu iucundum sit et ad vitam commodius, non mea sed veterum oratio est. (3) Quod si nos etiam aureum nummum abs te missum argento remunerari volumus,

ρον τοσοῦτον ἀργύριον ἀντιδίδομεν, μὴ κρίνῃς ἧττω τὴν χάριν, μηδὲ ὥσπερ τῷ Γλαύκῳ πρὸς τὸ ἔλαττον οἰηθῇς εἶναι τὴν ἀντίδοσιν, ἐπεὶ μηδὲ ὁ Διομήδης ἴσως ἀργυρᾶ χρυσῶν ἀντέδωκεν, ἅτε δὴ πολλῷ τῶν ἑτέρων ὄντα χρησιμώτερα καὶ τὰς αἰχμὰς μολίβδου δίκην ἐκτρέπειν εἰδότα. (4) ταῦτά σοι προσπαίζομεν, ἀφ' ὧν αὐτὸς γράφεις τὸ ἐνδόσιμον εἰς σὲ τῆς παρρησίας λαμβάνοντες. σὺ δὲ εἰ τῷ ὄντι χρυσοῦ τιμιώτερα ἡμῖν δῶρα ἐθέλεις ἐκπέμπειν, γράφε, καὶ μὴ λῆγε συνεχῶς τοῦτο πράττων· ἐμοὶ γὰρ καὶ γράμμα παρὰ σοῦ μικρὸν ὅτουπερ ἂν εἴπῃ τις ἀγαθοῦ κάλλιον εἶναι κρίνεται.

ne putes ideo leviore te affectum esse munere, neque ut Glauco in armorum commutatione, sic tibi in hac referenda gratia existimes accidisse : neque enim ex æquo Diomedes argentea arma pro aureis dedit, quippe cum longe his utiliora illa essent et ad retundendas instar plumbi acies aptiora. (4) Hæc tecum iocati sumus, ex iis quæ ipse scribis occasionem nacti liberius in te dicendi. Tu si revera pretiosiora auro munera nobis largiri vis, scribe, assidueque id facito. Mihi namque quamvis parva abs te epistola tamen maximis etiam bonis anteponetur.

ιθ'. Ἰουλιανὸς Εὐστοχίῳ.

Ἡσιόδῳ μὲν δοκεῖ τῷ σοφῷ καλεῖν ἐπὶ τὰς ἑορτὰς τοὺς γείτονας ὡς συνησθησομένους, ἐπειδὴ καὶ συναλγοῦσι καὶ συναγωνιῶσιν, ὅταν τις ἀπροσδόκητος ἐμπέσῃ ταραχή. ἐγὼ δὲ φημὶ τοὺς φίλους δεῖν καλεῖν, οὐχὶ τοὺς γείτονας· τὸ αἴτιον δέ, ὅτι γείτονα μὲν ἔνεστιν ἐχθρὸν ἔχειν, φίλον δὲ ἐχθρὸν οὐ μᾶλλον ἢ τὸ λευκὸν μέλαν εἶναι καὶ τὸ θερμὸν ψυχρόν. (2) ὅτι δὲ ἡμῖν οὐ νῦν μόνον ἀλλὰ καὶ πάλαι φίλος εἶ, καὶ διετέλεσας εὐνοϊκῶς ἔχων, εἰ καὶ μηδὲν ὑπῆρχεν ἄλλο τεκμήριον, ἀλλὰ τό γε ἡμᾶς οὕτω διατεθεῖσθαι περὶ σὲ μέγα ἂν εἴη τούτου σημεῖον. ἧκε τοίνυν μεθέξων τῆς ὑπατείας καὶ αὐτός. ἄξει δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος, ὀχήματι χρώμενον καὶ παρίππῳ ἑνί. εἰ δὲ χρή τι καὶ ἐπεύξασθαι, τὴν Ἐνοδίαν εὐμενῆ σοι καὶ τὸν Ἐνόδιον παρακεκλήκαμεν.

XIX. Iulianus Eustochio.

Hesiodus ille sapiens vicinos ad convivia vocandos esse censet, ut communiter gaudeant, quandoquidem, cum perturbatio casusque aliquis inopinatus incidit, communem dolorem et angorem perferunt : at ego amicos, non vicinos vocandos existimo. Quamobrem? quia vicinus potest aliquando esse inimicus; at amicus non magis id esse potest, quam quod album est nigrum aut quod calidum frigidum. (2) Te vero non solum hoc tempore, sed etiam multo ante amicum fuisse, et deinde semper eadem voluntate nos prosecutum esse, si nihil aliud, certe hoc testificatur, quod tam vehementer te amamus. Veni igitur, ut et ipse consulatus honore fungaris. Ducet autem te publicus cursus vehiculo et uno parhippo. Quod si est præterea optandum aliquid, Enodiam tibi propitiam Enodiumque imploravimus.

κ'. Ἰουλιανὸς Καλλιξείνῃ.

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος, ὡς παρὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔγνωμεν· ἐγὼ δ' ἂν φαίην ὅτι καὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ τὸν φιλόθεον. ἀλλ' ἐμαρτυρήθη, φής, καὶ ἡ Πηνελόπη φίλανδρος. εἶτα μετὰ τοῦ φιλάνδρου τὸ φιλόθεον τίς ἐν γυναικὶ δεύτερον τίθησι, καὶ οὐ φανεῖται πολὺν πάνυ τὸν μανδραγόραν ἐκπεπωκώς; (2) εἰ δὲ καὶ τοὺς καιρούς τις ἐν νῷ λάβοι καὶ τὴν μὲν Πηνελόπην ἐπαινουμένην σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἐπὶ τῇ φιλανδρίᾳ, κινδυνευούσας δὲ τὰς εὐσεβεῖς ὀλίγῳ πρότερον γυναῖκας, καὶ προσθείη δὲ τῶν κακῶν ὅτι καὶ διπλάσιος ὁ χρόνος, ἆρ' ἔστι σοὶ τὴν Πηνελόπην ἀξίως παραβάλλειν; (3) ἀλλὰ μὴ μικροὺς ποιοῦ τοὺς ἐπαίνους, ἀνθ' ὧν ἀμείψονται μέν σε πάντες οἱ θεοί, τὰ παρ' ἡμῶν δὲ διπλῇ σε τιμήσομεν τῇ ἱερωσύνῃ. πρὸς ᾗ γὰρ πρότερον εἶχες τῆς ἁγιωτάτης θεοῦ Δήμητρος, καὶ τῆς μεγίστης μητρὸς θεᾶς τῆς Φρυγίας ἐν τῇ θεοφιλεῖ Πεσσινοῦντι τὴν ἱερωσύνην ἐπιτρέπομέν σοι.

XX. Iulianus Callixenæ.

Iustum virum longa arguit solum dies. Sic sane veteres. At ego addam, etiam pium et religiosum virum tempore argui. At enim, inquiunt, Penelopes etiam amor et fides erga virum tempore cognita est. Et quis tandem, inquam, in muliere amorem coniugis sui religioni ac pietati anteponet, quin continuo mandragoræ multum bibisse iudicetur? (2) Quod si quis etiam tempora consideret, et Penelopen ab omnibus prope de viri amore laudatam et mulieres paulo ante ob pietatem periclitantes, et si addiderit malorum tempus duplex esse, an iure poterit Penelopen tecum comparare? (3) Tu vero noli parvas eas laudes ducere, pro quibus et dii omnes tibi meritas gratias relaturi sunt, et nos pro parte nostra te duplici sacerdotio ornabimus. Ad illud quod antea habebas, Cereris sanctissimæ, iam magnæ quoque matris Phrygiæ deæ in sacra Pessinunte sacerdotium adiungimus.

κα'. Ἰουλιανὸς Λεοντίῳ.

Ὁ λογοποιὸς ὁ Θούριος ὦτα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. τούτῳ δ' ἐπὶ σοῦ τὴν ἐναντίαν

XXI. Iulianus Leontio.

Ille scriptor historiæ Thurius aures dixit esse hominibus minus fideles quam oculos. At ego in te contra

ἔχω γνώμην ἐγώ· πιστότερα γάρ ἐστί μοι τὰ ὦτα τῶν ὀφθαλμῶν. οὐ γὰρ εἴποτε εἶδόν σε δεκάκις, οὕτως ἂν ἐπίστευσα τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὡς νῦν ταῖς ἀκοαῖς πιστεύω ταῖς ἐμαυτοῦ, παρ' ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἵου τε ψεύδεσθαι δεδιδαγμένος ὅτι πάντα ἀνὴρ ὢν αὐτὸς σεαυτοῦ κρείττων εἶ περὶ τὸ ῥέξαι (φησὶν Ὅμηρος) χερσί τε καὶ ποσίν. ἐπιτρέψαντες οὖν σοι τὴν τῶν ὅπλων χρῆσιν ἀπεστείλαμέν τε πανοπλίαν ἣ τέως τοῖς πεζοῖς ἁρμόττει, ἐγκατελέξαμέν τέ σε τῷ τῶν οἰκείων συντάγματι.

κβ'. Ἑρμογένει ἀποϋπάρχῳ Αἰγύπτου.

Δός μοί τι κατὰ τοὺς μελικτὰς εἰπεῖν ῥήτορας, ὦ παρ' ἐλπίδα σεσωσμένος ἐγώ, ὦ παρ' ἐλπίδας ἀκηκοὼς ὅτι διαπέφευγας οὔτοι μὰ Δία τὴν τρικέφαλον ὕδραν, τὸν ἀδελφόν φημι Κωνστάντιον (ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἦν οἷος ἦν), ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὸν θηρία πᾶσιν ἐποφθαλμιῶντα, ἃ κἀκεῖνον ἐποίει χαλεπώτερον, οὐδὲ τὸ καθ' ἑαυτὸν ὄντα πρᾶον, εἰ καὶ ἐδόκει πολλοῖς τοιοῦτος. (2) ἐκείνῳ μὲν οὖν, ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ, καθάπερ λέγεται· τούτους δὲ ἀδίκως τι παθεῖν οὐκ ἂν ἐθέλοιμι, ἴστω Ζεύς. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἐπανίστανται πολλοὶ κατήγοροι, δικαστήριον ἀποκεκλήρωται. σὺ δέ, ὦ φίλε, πάρει, καὶ παρὰ δύναμιν ἐπείχθητι· θεάσασθαι γάρ σε πάλαι τε ηὐχόμην, νὴ τοὺς θεούς, καὶ νῦν εὐμενέστατα ὅτι διεσώθης ἀκηκοώς, ἥκειν παρακελεύομαι.

κγ'. Ἰουλιανὸς Σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ.

Ἄλλοι μὲν ἄλλως τὰς πανηγύρεις νομίζουσιν, ἐγὼ δὲ ἡδύ σοι γλυκείας ἑορτῆς σύνθημα τῶν ἐπιχωρίων ἰσχάδων τὰς μακροκέντρους ἑκατὸν ἐκπέμπω, τῷ μὲν τοῦ δώρου μεγέθει μικράν, τῷ κάλλει δὲ ἴσως ἀρκοῦσαν ἡδονὴν μνηστεύων. (2) Ἀριστοφάνει μὲν οὖν δοκεῖ εἶναι πλὴν μέλιτος τῶν ἄλλων γλυκύτερον τὰς ἰσχάδας, καὶ οὐδὲ τοῦτ' ἀνέχεται τῶν ἰσχάδων εἶναι γλυκύτερον, ὡς αὐτὸς ἐπικρίνας λέγει· Ἡροδότῳ δὲ ἄρα τῷ συγγραφεῖ πρὸς ἐπίδειξιν ἐρημίας ἀληθοῦς ἤρκεσεν εἰπόντι παρ' οἷς οὔτε σῦκα ἔστιν οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν, ὡς οὔτε ἄλλου τινὸς ἐν καρποῖς ἀγαθοῦ προτέρου τῶν σύκων ὄντος, οὔτε ἔτι πάντως ἀγαθοῦ λείποντος παρ' οἷς ἂν ᾖ τὸ σῦκον. (3) Ὅμηρος δὲ ὁ σοφὸς τὰ μὲν ἄλλα τῶν καρπῶν εἰς μέγεθος ἢ χρόαν ἢ κάλλος ἐπαινεῖ, μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ τὴν τῆς γλυκύτητος ἐπωνυμίαν συγχωρεῖ. καὶ τὸ μὲν μέλι χλωρὸν καλεῖ, δεδιὼς μὴ λάθῃ γλυκὺ προσειπὼν ὃ καὶ πικρὸν εἶναι πολλαχοῦ συμβαίνει· τῷ σύκῳ δὲ ἄρα μόνῳ ἀποδίδωσι τὴν οἰκείαν εὐφημίαν, ὥσπερ τῷ νέκταρι, διότι καὶ μόνον φησὶ γλυκὺ τῶν ἄλλων ἐστί. (4) καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης γλυκὺ μὲν εἶναι τὴν αἴσθησιν, πικρὸν δὲ πάντως τὴν ἀνάδοσιν, καὶ οὐκ ἀπιστῶ τῷ λόγῳ· χολῆς γὰρ αὐτὸ ποιητικὸν εἶναι ξύμπαντες ὁμολογοῦσι καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως. ὃ δὴ καὶ μᾶλλον τῆς ἐκ φύσεως αὐτοῦ πικρότητος κατηγορεῖ τὴν γένε-

sentio, magisque auribus quam oculis credo. Nunquam enim, ne si decies quidem te vidissem, tantum fidei oculis, quantum nunc auribus tribuissem, quippe qui ab homine minime mendaci te cum semper virum esse intellexerim, tum in agendo pedibus manibusque (ut ait Homerus) ita contendere, ut te ipsum superare videaris. Quare armorum usum tibi permittimus, armaturamque universam mittimus, quibus adhuc pedites utuntur, teque domesticorum numero adscribimus.

XXII. Hermogeni expræfecto Ægypti.

Permitte mihi iuxta poetas dicere, o me præter spem felicem, o nuntium præter expectationem allatum, quod evaseris non, mehercule, hydram multorum capitum, fratrem meum Constantium dico (fuit is, qualis fuit), sed belluas ipsius comites, quæ oculis unumquemque petebant, quæque illum reddebant atrociorem, qui per se non admodum clemens erat, licet multis esse videretur. (2) Verum illi, quandoquidem e vita iam excessit, terra (ut aiunt) sit levis : istos autem iniuste pati quippiam nolim (scit Iupiter) : sed quia accusatores nacti sunt multos, iudicium iis datum est. Tu vero, amice, adveni, supra vires festinans : videre enim te et olim medius fidius optavi, et nunc, cum te salvum esse libentissime audierim, venire iubeo.

XXIII. Iulianus Sarapioni clarissimo.

Alii aliter solemnia agere solent : at ego tibi caricas nostrates quibus longus pediculus est centum mitto, quas tanquam signum iucundum diei festi accipies. In qua voluptatem quidem, si ad muneris magnitudinem spectas, non magnam, sin autem ad pulchritudinem, satis magnam fortasse percipies. (2) Aristophanes ait, excepto melle, nihil dulcius esse caricis : imo ne hoc quidem ipsum dulcedine præponendum illis esse postea iudicat. Et Herodotus rerum scriptor ad veram solitudinem ostendendam satis habuit ita dicere : *Apud eos neque fici sunt, neque aliud bonum ullum*, tanquam ex omni fructuum genere nullum melius maiusve ficis inveniatur, neque ubi ficus sit, boni quippiam desideretur. (3) Neque aliter Homerus ille sapiens, cum cæteros fructus partim ob magnitudinem, partim ob colorem pulchritudinemve laudat, soli fico dulcedinis nomen attribuit. Idem mel flavum vocat, veritus ne imprudens dulce id appellet, quod amarum persæpe esse solet : at uni certe fico proprie hanc appellationem tribuit, ut nectari, quod ficus sola ex omnibus dulcis sit. (4) Ac mel quidem Hippocrates ait sensu dulce, ad digestionem vero omnino amarum esse; neque ei repugno, quia omnium consensu bilem procreat, et humores in contrarium saporem convertit : quæ res magis ipsum natura amarum esse demonstrat.

σιν· οὐ γὰρ ἂν εἰς τοῦτο μετέβαλλεν ὃ πικρόν ἐστιν, εἰ μὴ καὶ πάντως αὐτῷ προσῆν ἐξ ἀρχῆς τοῦτο, ἀφ' οὗ πρὸς τὸ ἕτερον μετέπιπτε. (5) σῦκον δὲ οὐκ αἰσθήσει μόνον ἡδύ, ἀλλὰ καὶ ἀναδόσει κρεῖττόν ἐστιν. οὕτω δέ ἐστιν ἀνθρώποις ὠφέλιμον, ὥστε καὶ ἀλεξιφάρμακον αὐτὸ παντὸς ὀλεθρίου φαρμάκου φησὶν Ἀριστοτέλης εἶναι, κἂν τοῖς δείπνοις οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν τῶν ἐδεσμάτων προπαρατίθεσθαί τε καὶ ἐπιτραγηματίζεσθαι, καθάπερ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀλεξήσεως ἱερᾶς ταῖς τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον. (6) καὶ μὴν ὅτι θεοῖς τὸ σῦκον ἀνάκειται καὶ θυσίας ἐστὶν ἁπάσης ἐμβώμιον, καὶ ὅτι παντὸς λιβανωτοῦ κρεῖττον ἐς θυμιάματος σκευασίαν ἐστίν, οὐκ ἐμὸς ἴδιος οὗτος ὁ λόγος, ἀλλ' ὅστις τὴν χρείαν αὐτοῦ ἔμαθεν, οἶδεν ὡς ἀνδρὸς σοφοῦ καὶ ἱεροφάντου λόγος ἐστί. (7) Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς ἐν γεωργίας παραγγέλμασι τὰς τῶν ἑτεροφύτων δένδρων γενέσεις ἐκτιθεὶς καὶ ὅσα ἀλληλούχοις ἐγκεντρίσεσιν εἴκει, πάντων οἶμαι τῶν φυτῶν μᾶλλον ἐπαινεῖ τῆς συκῆς τὸ δένδρον ὡς ἂν ποικίλης καὶ διαφόρου γενέσεως δεκτικὸν καὶ μόνον τῶν ἄλλων εὔκολον παντοίου γένους ἐνεγκεῖν βλάστην, εἴ τις αὐτοῦ τῶν κλάδων ἐκτεμὼν ἕκαστον, εἶτα ἐκρήξας ἄλλην ἐς ἄλλο τῶν πρέμνων ἐμφυᾶ γονὴν ἐναρμόσειεν, ὡς ἀρκεῖν ἤδη πολλάκις αὐτοῦ καὶ ἀνθ' ὁλοκλήρου κήπου τὴν ὄψιν, οἷον ἐν λειμῶνι χαριεστάτῳ ποικίλην τινὰ καὶ πολυειδῆ τῶν καρπῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀγλαΐαν ἀντιπεπομφότος. (8) καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκροδρύων ἐστὶν ὀλιγοχρόνια καὶ τὴν μονὴν οὐκ ἀνέχεται, μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ καὶ ὑπερενιαυτίζειν ἔξεστι καὶ τῇ τοῦ μέλλοντος καρποῦ γενέσει συνενεχθῆναι. ὥστε φησὶ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀλκίνου κήπῳ τοὺς καρποὺς ἀλλήλοις ἐπιγηράσκειν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἴσως ἂν μῦθος ποιητικὸς εἶναι δόξειε· μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐναργὲς ἂν συμφέροιτο, διότι καὶ μόνον τῶν ἄλλων καρπῶν ἐστὶ μονιμώτερον. (9) τοιαύτην δὲ ἔχον οἶμαι τὸ σῦκον τὴν φύσιν, πολλῷ κρεῖττόν ἐστι τὸ παρ' ἡμῖν ἔχον τὴν γένεσιν, ὡς εἶναι τῶν μὲν ἄλλων φυτῶν αὐτὸ τιμιώτερον, αὐτοῦ δὲ τοῦ σύκου τὸ παρ' ἡμῖν θαυμασιώτερον, καὶ νικᾶν μὲν αὐτὸ τῶν ἄλλων τὴν γένεσιν, αὖθις δ' ὑπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν ἡττᾶσθαι καὶ τῇ πρὸς ἑκάτερον ἐγκρίσει πάλιν σώζεσθαι, κρατοῦντι μὲν ἐοικός, οἷς δ' αὖ κρατεῖσθαι δοκεῖ, πάλιν ἐς τὸ καθόλου νικῶντι. (10) καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότως παρ' ἡμῖν μόνοις συμβαίνει· ἔδει γὰρ οἶμαι τὴν Διὸς πόλιν ἀληθῶς καὶ τὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμόν (τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δαμασκὸν λέγω) τοῖς τε ἄλλοις σύμπασιν, οἷον ἱερῶν κάλλει καὶ νεῶν μεγέθει καὶ ὡρῶν εὐκαιρίᾳ καὶ πηγῶν ἀγλαΐᾳ καὶ ποταμῶν πλήθει καὶ γῆς εὐφορίᾳ νικῶσαν μόνην ἄρα καὶ τῷ τοιούτῳ φυτῷ πρὸς τὴν τοῦ θαύματος ὑπεροχὴν ἀρκέσαι. (11) οὐδὲν οὖν ἀνέχεται μεταβολῆς τὸ δένδρον, οὐδὲ ὑπερβαίνει τοὺς ἐπιχωρίους ὅρους τῆς βλάστης, ἀλλ' ὥσπερ αὐτόχθονος φυτοῦ νόμῳ τὴν ἐξ ἀποικίας γένεσιν ἀρνεῖται. καὶ χρυσὸς μὲν οἶμαι καὶ ἄργυρος ὁ αὐτὸς πολλαχοῦ φύεται, μόνη δὲ ἡ παρ'

Nunquam enim in amaram naturam mutaretur, nisi ei esset ab initio illud, cuius vi in diversum inclinare assolet. (5) At ficus non solum sensu est dulcis, verum etiam digestione antecellit. Iam adeo utilis hominibus est, ut præsidium ad quævis venena salutare Aristoteli videatur; ac mensis etiam inchoandis et claudendis non ob aliam causam adhiberi, tanquam hoc unum pro quovis alio sacro remedio ciborum iniurias circumplicet et vinculis conliget. (6) Enimvero diis ficum consecrari omnibusque aris adhiberi et quovis thure ad odores aptiorem esse, non mea est oratio; sed quisquis usum eius didicit, a sapiente aliquo homine sacrorumque antistite manasse intelligit. (7) Theophrastus ille vir egregius in iis, quæ de agricultura scripsit, ubi de arborum, quæ in aliis inseri possunt, natura mutuaque insitione disserit, præcipue ficum commendat, quod variorum generum arbores admittat, et una ex omnibus facile aliarum stirpem ferat, si quis eius singulos ramos amputet et in eorum quemque diffissum aliarum arborum sobolem inserat, ita ut persæpe huius unius aspectus pro horto integro esse possit, quod ut in prato amœnissimo, sic ipsa varium ac multiplicem omnis generis fructuum splendorem a sese mittat. (8) Et cum cæterarum arborum poma exigui temporis sint neque ætatem ferant, sola ficus ultra annum vivit, et sequentis fructus ortum comitatur. Itaque Homerus in horto Alcinoi ait fructus alios super aliis senescere. Quod in cæteris fortasse poetica fabula videri potest: in fico certe cum veritate consentiens oratio est, quia hic fructus omnium maxime ad diuturnitatem servatur. (9) Ac cum ea sit ficus ut opinor natura, tamen apud nos longe præstantior nascitur: ut aliis quidem plantis collata facile præstet omnibus, ipsi vero ficui omnino nostra antecellat, et reliquas omnes genere vincat, a nostra vincatur, et hac cum utrisque collatione rursus servetur: tum quia cæteris, ut par est, excellit, tum quia ea parte, qua vincitur, rursus in universo genere vincit. (10) Nec sane immerito nobis solis istud accidit. Etenim æquum erat, opinor veram Iovis urbem totiusque Orientis oculum (sacram et amplissimam Damascum dico) cum omnibus aliis rebus, ut sacrorum elegantia, templorum magnitudine, temporum anni opportunitate, fontium nitore, fluviorum multitudine, terræ ubertate vinceret, solam etiam plantæ istius nobilitate miraculum de se maius commovere. (11) Quocirca hæc arbor mutationem omnem soli respuit, neque patrios fines egreditur, sed velut indigena planta ortum ex colonia aspernatur. Aurum atque argentum, sicuti arbitror,

ἡμῖν χώρα τίκτει φυτὸν ἀλλαχοῦ φῦναι μὴ δυνάμενον. (12) ὥσπερ δὲ τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα καὶ οἱ Περσικοὶ σῆρες ἢ ὅσα ἐν τῇ Αἰθιόπων γῇ τίκτεται μὲν καὶ τρέφεται, τῷ δὲ τῆς ἐμπορίας νόμῳ πανταχοῦ διαβαίνει, οὕτω δὴ καὶ τὸ παρ' ἡμῖν σῦκον ἀλλαχοῦ τῆς γῆς οὐ γινόμενον πανταχοῦ παρ' ἡμῶν στέλλεται, καὶ οὔτε πόλις οὔτε νῆσός ἐστιν, ἣν οὐκ ἐπέρχεται τῷ τῆς ἡδονῆς θαύματι. (13) ἀλλὰ καὶ τράπεζαν βασιλικὴν κοσμεῖ, καὶ παντὸς δείπνου σεμνόν ἐστιν ἐγκαλλώπισμα, καὶ οὔτ' ἂν ἔνθρυπτον οὔτε στρεπτὸν οὔτε νεήλατον οὔτε ἄλλο καρυκείας γένος οὐδὲν ἐς τὸ ἴσον ἀφίκοιτο· τοσοῦτον αὐτῷ τῶν τε ἄλλων ἐδεσμάτων καὶ δὴ καὶ τῶν ἑκασταχοῦ περίεστι τοῦ θαύματος. (14) καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν σύκων ἢ ὀπωρινὴν ἔχει τὴν βρῶσιν ἢ τερσαινόμενα ἐς τὸ ὅμοιον ἔρχεται, τὸ δὲ παρ' ἡμῖν μόνον ἀμφοτερίζει τῇ χρείᾳ, καὶ καλὸν μέν ἐστιν ἐπιδένδριον, πολλῷ δὲ κάλλιον εἰ ἐς τερσιὰν ἔλθοι. (15) εἰ δὲ καὶ τὴν ὥραν αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς δένδροις ὀφθαλμῷ λάβοις, καὶ ὅπως ἑκάστου τῶν πρέμνων ἐπιμήκεσι τοῖς κέντροις καλύκων δίκην ἀπήρτηνται, ἢ ὅπως ἐν κύκλῳ περιθεῖ τῷ καρπῷ τὸ δένδρον ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐν τοίχῳ περιφερεῖ πολυειδεῖς ἀγλαΐας μηχανώμενον, φαίης ἂν αὐτῷ καθάπερ ἐν ὅρμῳ δέρης τὰς τῶν δένδρων ἐξαιρέσεις αὐτοῦ. (16) καὶ ἡ πρὸς χρονίαν μονὴν ἐπιτέχνησις οὐκ ἐλάττονα τῆς ἐς τὴν χρείαν ἡδονῆς ἔχει τὴν φιλοτιμίαν· οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα τῶν σύκων ὁμοῦ καὶ κατὰ ταὐτὸν ἔρριπται, οὐδὲ σωρηδὸν ἢ χύδην ἡλίῳ τερσαίνεται, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἠρέμα τῶν δένδρων αὐτὰ ταῖς χερσὶν ἀποδρέπουσιν, ἔπειτα ὄρπηξιν ἢ ῥάβδοις ἀκανθώδεσι τῶν τοίχων ἀπαρτῶσιν, (17) ἵνα λευκαίνηται μὲν ἡλίῳ καθαρῷ προσομιλοῦντα, μένῃ δὲ ἀνεπιβούλευτα τῶν ζῴων καὶ τῶν ὀρνιθίων, οἱονεὶ τῶν κέντρων τῇ ἀλεξήσει δορυφορούμενα. καὶ ὑπὲρ μὲν γενέσεως αὐτῶν καὶ γλυκύτητος καὶ ὥρας καὶ ποιήσεως καὶ χρείας ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν ἡ ἐπιστολὴ προσπαίζει.

(18) Ὅ γε μὴν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸς ὡς ἔστι τῶν ἄλλων τιμιώτερος καὶ τὸ τέλεον ἐν αὐτῷ τῶν ἀριθμῶν περιγράφων, μάθοι ἄν τις θεωρῶν τῇδε. καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὡς παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν ὁ λόγος, τοῦ ἀρτίου τὸν περιττὸν προκεῖσθαι, οὐδὲ ὡς ἀρχήν φασιν αὐξήσεως εἶναι τὸ μὴ συνδυάζον· τὸ γὰρ ὅμοιον θατέρῳ μένειν ὁποῖον καὶ τὸ ἕτερον, δυοῖν δὲ γενομένοιν τὸν τρίτον εἶναι τὴν περιττότητα. (19) ἐγὼ δ' ἂν εἰ καὶ τολμηρότερος ὁ λόγος ἐστί, φαίην ὅμως. ἀρχῆς μέν εἰσιν οἱ ἀριθμοὶ πάντως ἐξηρτημένοι, καὶ τὸ προσεχὲς τῆς αὐξήσεως διὰ παντὸς ἂν κομίζοιντο· πολλῷ γε μὴν οἶμαι δικαιότερον τῷ ἀρτίῳ μᾶλλον ἢ τῷ περιττῷ τὴν τῆς αὐξήσεως αἰτίαν προσκεῖσθαι. (20) ὁ μὲν γὰρ εἷς ἀριθμὸς οὐκ ἂν εἴη περιττός, οὐκ ἔχων ὅτου περιττὸς γένοιτο· ἡ δὲ τῆς δυάδος συζυγία τίκτει διπλῆν τὴν περιττότητα, κἀκ τῶν δυοῖν ἀριθμῶν ὁ τρίτος εἰκότως εἰς αὔξησιν ἔρχεται. πάλιν τε ἐν τῇ τῆς ἑτέρας δυάδος μίξει τῆς τετράδος τὴν ὑπεροχὴν λαμβάνει, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἄλληλα κοινωνία τὴν ἐξ ἑκατέρου περιττότητα

idem multifariam nascitur; at sola hæc nostra regio fert plantam, quæ alibi nasci non potest. (12) Ut porro merces Indicæ et Persici seres, quæve in Æthiopum terra nascuntur quidem et crescunt, mercatoria vero lege in omnes orbis partes distrahuntur, sic nostra hæc ficus nusquam alibi nascitur, et a nobis in omnem locum dimittitur : neque civitas ulla est aut insula, in quam voluptatis suæ admiratione non perveniat. (13) Quin et regales mensas ornat, atque ad omnium conviviorum ornatum adhibetur; neque intritum aut scriblita aut panis dulciarius aut denique aliud condimenti genus pari suavitate unquam reperietur : adeo est mirabilis iste cibus præ aliis omnibus. (14) Ac cæteræ quidem fici aut per dies caniculares eduntur, aut assicatæ pari usui inserviunt : at nostræ duntaxat utrumque usum præstant, et valent in arbore, et præstantiores sunt in sole paratæ. (15) Quod si pulchritudinem istarum in arbore consideres, et quemadmodum a singulis ramis pendeant longioribus pediculis instar calycum, aut quo pacto arbor fructum in orbem circumdet, multiplicem interea speciem rotunditate illa exhibens, dixeris sane quasi in torque colli esse eius appendices ex arboribus. (16) Præterea in arte, quæ ad istas ficus servandas adhibetur, non minus est studii, quam in usu voluptatis. Non enim, sicut ceteræ ficus, in unum locum coniciuntur, neque acervatim confuseve in sole siccantur, sed ex arbore primum sensim decerpuntur, deinde ex arbustis ramisve aculeatis in muro suspenduntur, (17) partim ut assiduo puri solis usu albescant, partim ut ab insidiis animantium et avicularum tutæ permaneant, aculeorum præsidio tanquam satellitum comitatu circumseptæ. Ac de earum ortu, dulcedine, specie, confectione, utilitate nostra epistola hæc lusit.

(18) Deinceps numerum centenarium aliis omnibus numeris nobiliorem esse omniumque perfectionem numerorum eo contineri doceamus. Equidem non sum nescius, veteres eosdemque sapientes homines imparem numerum pari præposuisse, atque amplificationis fontem putavisse illum, quod non copulatur : quod enim alteri simile sit, tale semper manere, quale sit alterum; cum vero duo numeri sint, tertium esse imparilitatem. (19) At ego dicam fortasse audacius, dicam tamen. Numeri omnes ex principio apti sunt, et possunt per quemvis numerum omnino augeri; præstat tamen amplificationis causam pari numero potius quam impari tribuere. (20) Etenim unum non erit impar, si non habeat cum quo impariter conferri possit : at binarii copulatio duplicem imparilitatem procreat, atque e duobus numeris tertius ad incrementum iure accedit : et rursum cum binarius alter adiungitur, fit quaternarii amplificatio : omninoque eorum inter se coniunctio, inæqualitatem ex utrisque ortam ostendens, in binarii numerum concluditur.

φαίνουσα εἰς τὸν τῆς δυάδος ἀριθμὸν περικλείεται. (21) δεδομένου δὴ τούτου, φαίην ἂν οἶμαι τῆς πρώτης δεκάδος τὴν εἰς αὐτὸ περιφέρειαν ἀνακυκλούσης εἰς τὸν τῆς ἑκατοντάδος ἀριθμὸν τὸ ὅλον διαβαίνειν, ὡς τῷ μὲν ἑνὶ τὴν αὔξησιν ἂν εἰς δέκα συντείνειν, πάλιν δ' αὖ τὴν δεκάδα δι' αὐτῆς ἀνιοῦσαν εἰς τὸν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸν συντελεῖσθαι. (22) κἀντεῦθεν αὖ πάλιν ἐξ ἑκατοντάδων τὸ ὅλον τῶν ἀριθμῶν τὴν δύναμιν καρποῦσθαι, μήτε τοῦ ἑνὸς ἠρεμοῦντος, εἰ μή τι τῆς δυάδος ἐν τῇ μίξει τὸ περιττὸν ἀεὶ τικτούσης τε καὶ εἰς ἑαυτὴν αὖθις ἀνακαλουμένης, ἄχρις ἂν ἑτέρᾳ πάλιν ἑκατοντάδι τῶν ἀριθμῶν τὸ συναγόμενον κατακλείσῃ, καὶ τὸν τέλεον αὐτῷ προσάπτουσα πάλιν ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸ ἕτερον ἑρπύσῃ, ταῖς τῶν ἑκατοντάδων ἐπηγορίαις ἀεὶ τὸ ὅλον εἰς τὸ τῆς καταλήψεως ἄπειρον ἀναφέρουσα. (23) δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀργῶς ἐν τοῖς ἔπεσι τὴν ἑκατονταθύσανον αἰγίδα τῷ Διὶ περιθεῖναι, ἀλλά τινι κρείττονι καὶ ἀπορρήτῳ λόγῳ τοῦτο αἰνίττεσθαι λέγων, ὡς ἄρα τῷ τελεωτάτῳ θεῷ τὸν τελεώτατον ἀριθμὸν περιάψεις καὶ ᾧ μόνῳ παρὰ τοὺς ἄλλους ἂν δικαιότερον κοσμοῖτο, ἢ ὅτι τὸν ξύμπαντα κόσμον, ὃν εἰς αἰγίδος σχῆμα τῷ τῆς εἰκόνος περιφερεῖ ξυνείληφεν, οὐκ ἄλλος πως ἢ ὁ τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸς περιγράφει, τῇ κατὰ κύκλον ἑκατοντάδι τὴν ἐς τὸ ὅλον τοῦ νοητοῦ κατανόησιν ἐφαρμόττων. (24) ὁ δ' αὐτὸς λόγος οὗτος καὶ τὸν ἑκατοντάχειρα τὸν Βριάρεω καθίζει πάρεδρον τῷ Διί, καὶ πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἁμιλλᾶσθαι συγχωρεῖ δύναμιν, οἷον ἐν τῷ τοῦ ἀριθμοῦ τελέῳ τὸ τέλεον αὐτῷ τῆς ἰσχύος ἀποδιδούς. (25) καὶ μὴν καὶ Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Τυφωέως ἐν ἐπινικίοις κηρύττων καὶ τὸ τοῦ μεγίστου τούτου γίγαντος κράτος τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν θεῶν περιτιθεὶς οὐχ ἑτέρωθεν αὐτῷ τῆς εὐφημίας κρατύνει τὴν ὑπερβολὴν ἢ ὅτι τὸν γίγαντα τὸν ἑκατοντακέφαλον ἑνὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσεν, ὡς οὔτε τινὸς ἄλλου εἰς χεῖρα τοῦ Διὸς ἐλθεῖν ἀντιμάχου γίγαντος νομισθέντος ἢ ὃν ἡ μήτηρ μόνον τῶν ἄλλων ἑκατὸν κεφαλαῖς ὥπλισεν, οὔτε ἑτέρου τινὸς θεῶν ἢ μόνου Διὸς ἀξιονικοτέρου πρὸς τὴν τοῦ τοσούτου γίγαντος καθαίρεσιν ὄντος. (26) Σιμωνίδῃ δὲ ἄρα τῷ μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν Ἕκατον προσειπόντι καὶ καθάπερ ἀντ' ἄλλου τινὸς ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν κοσμῆσαι, διότι τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατὸν ὥς φησιν ἐχειρώσατο· καὶ μᾶλλον αὐτὸν Ἕκατον ἢ Πύθιον χαίρειν προσαγορευόμενον, οἷον ὁλοκλήρου τινὸς ἐπωνυμίας συμβόλῳ προσφωνούμενον. (27) ἥ γε μὴν τὸν Δία θρεψαμένη νῆσος ἡ Κρήτη καθάπερ τροφεῖα τῆς Διὸς ὑποδοχῆς ἀντιλαβοῦσα τῷ τῶν ἑκατὸν πόλεων ἀριθμῷ τετίμηται. καὶ Θήβας δὲ ἄρα τὰς ἑκατονταπύλους οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν ἐπαινεῖ Ὅμηρος, διότι ταῖς πύλαις ταῖς ἑκατὸν κάλλος ἦν θαυμαστόν. καὶ σιωπῶ θεῶν ἑκατόμβας καὶ νεὼς ἑκατονταπέδους καὶ βωμοὺς ἑκατονταχρήπιδας καὶ τοὺς ἑκατονταδόχους ἀνδρῶνας, καὶ τὰς ἀρούρας δὲ τὰς

(21) Hoc posito dicam primo denario in seipsum circumducto centenarium totum effici, ut ex uno quidem decem, ex his autem in se redeuntibus centum procreentur : (22) hinc item e centenariis numerorum summa universa vires sumat, unitate interea minime feriante, nisi cum binarii commistio inæqualitatem creat et in se ipsam iterum revocatur, dum rursum in centenarium alterum totius numeri summa concludatur, atque hoc absoluto et perfecto ad alterum ex eo procedat, et centenariorum appellationibus perpetuo summam in infinitum producat. (23) Homerus mihi quidem videtur non temere neque otiose in poemate suo clipeum e centum loris Iovi tribuisse : verum magna aliqua et abdita ratione istud dicendo involvit, quoniam videlicet perfectissimo deo perfectissimum numerum accommodabat, eumque numerum quo maxime exornari posset : aut quia mundum universum, quem clipei forma propter rotunditatem comprehendit, non alius numerus describit quam centenarius, circuli centenario accommodat intelligentiam eius, qui in universo intelligitur. (24) Eadem ratione centimanus Briareus iuxta ipsum Iovem collocatur, et cum patre certat, quasi perfectum eius robur perfecto numero exprimatur. (25) Quin et Pindarus Thebanus, cum Typhoëi cædem in illo triumphali carmine celebrat, et maximi huius gigantis robur maximo deorum regi attribuit, non alio nomine eum magnifice adeo commendat, quam quod gigantem centeno capite horrendum uno ictu afflixerit atque prostraverit, tanquam nullus alius gigas manum cum Iove conserere potuerit, nisi quem solum mater centum capitibus armarat, neque ullus deus præter Iovem tanta victoria dignus esset. (26) Simonides poeta lyricus magnæ laudis loco Apollinem ἕκατον appellat, et quasi hac una sacra nota eius cognomen exornat, quod Pythonem serpentem centum sagittis, ut ait, confecerit : imo magis ac sæpius se ἕκατον quam Pythium appellari gaudet, quod illo cognomine tanquam perfecto aliquo titulo exornetur. (27) Iam illa ipsa Iovis nutrix Creta, quasi Iovis educati et suscepti mercede, centum urbium numero ornata est. Thebas etiam ἑκατονταπύλους nominat Homerus, propterea quod centum portis maxima esset dignitas ac pulchritudo. Taceo deorum hecatombas, templa hecatompeda, aras centenis basi, centenarios andronas, centiiugera arva et cætera

ἑκατονταπλέθρους καὶ ὅσα ἄλλα θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα τῇ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦδε προσηγορίᾳ συνείληπται. (28) ὅ γε μὴν ἀριθμὸς οὗτος οἶδε καὶ στρατιωτικὴν ὁμοῦ καὶ εἰρηνικὴν τάξιν κοσμῆσαι, καὶ φαιδρύνει μὲν τὴν ἑκατόντανδρον λοχαγίαν, τιμᾷ δὲ ἤδε καὶ δικαστῶν ἐς τὸ ἴσον ἤκουσαν ἐπωνυμίαν. καί με καὶ πλείω τούτων ἔχοντα λέγειν ὁ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιστρέφει νόμος· σὺ δὲ ἀλλὰ συγγνώμην ἔχε τῷ λόγῳ, διότι καὶ ταῦτα πλείω τῶν ἱκανῶν εἴρηται. (29) καὶ εἰ μὲν ἔχει μέτριον ἐπὶ σοὶ κριτῇ κάλλος τὸ ἐγχείρημα, πάντως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔκφορον ἔσται, τῆς παρὰ σοῦ ψήφου τὴν μαρτυρίαν δεξάμενον· εἰ δὲ χειρὸς ἑτέρας προσδεῖται πρὸς τὸ τοῦ σκοποῦ συμπλήρωμα, τίς ἂν σου καλλίων εἴη τὴν γραφὴν εἰς κάλλος ἀκριβῶσαι;

divina aut humana, quæ huius numeri appellatione continentur. (28) Iste ipse numerus et belli et pacis ordines decorat, centurias militares exhilarat, iudicum appellationem, quæ pari ratione continetur, honorat. Ac me quidem, cum plura possem dicere, lex epistolæ prohibet. Tu interea ignosces, quod plura etiam, quam satis est, diximus. (29) Quod si iudice te mediocritatem assecuta erit exercitatio nostra, omnino ad alios etiam exire poterit, tui iudicii testimonio freta: sin alterius manum desiderat, ut quod vult assequatur, quis te uno aptior fuerit ad scriptum ita exornandum, ut hominum oculis placeat?

κδ'. Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ κοινῷ.

Πάνυ ὑμῖν φορτικώτατον γεγένηται ἐπὶ τῶν παρῳχηκότων καιρῶν τῶν ζυγῶν τῆς δουλείας τὸ δὴ διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις πράττεσθαι ὑμᾶς καὶ χρυσίου πλῆθος ἄφατον εἰσκομίζειν τοῖς τοῦ ταμιείου λόγοις· ὧν πολλὰ μὲν αὐτοψεὶ ἐθεώρουν, πλείονα δὲ τούτων ἔμαθον εὑρὼν τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν φυλαττόμενα· ἔτι δὲ καὶ μέλλουσαν πάλιν εἰσφορὰν καθ' ὑμῶν προτάττεσθαι εἶρξα, καὶ τὸ τῆς τοιαύτης δυσφημίας ἀσέβημα ἐνταῦθα ἐβιασάμην στῆσαι, καὶ πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα, ὡς μηκέτι δύνασθαι καθ' ὑμῶν τινὰ τοιαύτην ἀκοντίζειν ἀσεβείας φήμην. (2) καὶ τούτων μὲν ὑμῖν οὐ τοσοῦτον αἴτιος κατέστη ὁ τῆς μνήμης ἄξιος Κωνστάντιος ὁ ἀδελφός, ὅσον οἱ τὴν γνώμην βάρβαροι καὶ τὴν ψυχὴν ἄθεοι οἱ τὴν τούτου τράπεζαν ἑστιώμενοι, οὓς ἐγὼ μὲν ἐν χερσὶν ἐμαῖς λαβόμενος εἰς βόθρον ὤσας ὤλεσα, ὡς μηδὲ μνήμην ἔτι φέρεσθαι παρ' ἡμῖν τῆς αὐτῶν ἀπωλείας. (3) ἐπὶ πλέον δὲ ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος τὸν ἀδελφὸν Ἴουλον τὸν αἰδεσιμώτατον πατριάρχην παρῄνεσα καὶ τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῖν ἀποστολὴν κωλυθῆναι καὶ μηκέτι δύνασθαι τὰ πλήθη ὑμῶν τινὰς ἀδικεῖν τοιαύταις φόρων εἰσπράξεσιν, ὡς πανταχόθεν ὑμῖν τὸ ἀμέριμνον ὑπάρχειν τῆς ἐμῆς βασιλείας, ἵνα ἀπολαύοντες ἔτι μείζονας εὐχὰς ποιῆτε τῆς ἐμῆς βασιλείας τῷ πάντων κρείττονι καὶ δημιουργῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντι στέψαι με τῇ ἀχράντῳ αὐτοῦ δεξιᾷ. (4) πέφυκε γὰρ τοὺς ἔν τινι μερίμνῃ ἐξεταζομένους περιδεῖσθαι τὴν διάνοιαν καὶ μὴ τοσοῦτον εἰς τὴν προσευχὴν τὰς χεῖρας ἀνατείνειν τολμᾶν, τοὺς δὲ πανταχόθεν ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον ὁλοκλήρῳ ψυχῇ χαίροντας ὑπὲρ τοῦ βασιλείου ἱκετηρίους λατρείας ποιεῖσθαι τῷ μείζονι, τῷ δυναμένῳ κατευθῦναι τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὰ κάλλιστα, καθάπερ προαιρούμεθα. (5) ὅπερ χρὴ ποιεῖν ὑμᾶς, ἵνα κἀγὼ τὸν τῶν Περσῶν πόλεμον διορθωσάμενος τὴν ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐπιθυμουμένην παρ' ὑμῖν ἰδεῖν οἰκουμένην πόλιν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ ἐμοῖς καμάτοις ἀνοικοδομήσας

XXIV. Iulianus Iudæorum nationi.

Superiora tempora non tam vobis ob servitutem molesta fuere, quam quod tabulis iniussu principis emissis obnoxii essetis, immensumque aurum in ærarium inferretis. Quam rem ego magna ex parte meis vidi oculis, tum multo magis ex ipsis tabellis, quæ contra vos asservabantur, perspexi: quin et paratum iam iterum contra vos vectigal prohibui, et impietatem hanc detestabilem compressi, tabulasque incendi quæ in meis scriniis ad vos opprimendos custodiebantur, ut nemini liceat deinceps tantæ impietatis rumorem in vos spargere. (2) Neque sane harum iniuriarum causa Constantio fratri, viro memorabili, potius tribuenda videatur, quam nonnullis animo barbaris et mente impiis, qui eius mensa utebantur: quos ego manibus meis arreptos atque in foveam coniectos perdidi, ut ne memoria quidem ulla de eorum interitu apud nos supersit. (3) Quum vero longe maioribus beneficiis vos ornare vellem, fratrem Iulum, patriarcham omni observantia dignum, hortatus sum, ut et apostolatum quem apud vos esse dicunt prohibeat, et nemini in posterum liceat vectigalia eiusmodi a vobis exigere; quo summa vobis securitas et otium sit in meo regno, et maiore studio pro meo regno vota faciatis deo optimo et opifici, qui mihi dignatus est suis purissimis manibus coronam imponere. (4) Solent namque qui solicitudine aliqua premuntur, mente constringi, neque tam confidenter manus ad deum orandum tollere: at qui cura penitus vacui sunt, tota mente gaudent, et pro regno supplices manus ad deum maximum porrigunt; in quo situm est, ut regnum nostrum in optimo statu versetur, sicut optamus. (5) Id vos inprimis curare atque contendere debetis, quo et ipse Persico bello ex animi sententia gesto sanctam urbem Hierusalem, quam multos iam annos habitatam videre desideratis, meis laboribus re-

οἰκίσω, καὶ ἐν αὐτῇ δόξαν δώσω μεθ' ὑμῶν τῷ κρείττονι.

κε'. Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα.

Ἐχρῆν τὸν ἐξελαθέντα βασιλικοῖς πολλοῖς πάνυ καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων προστάγμασιν ἓν γοῦν ἐπίταγμα περιμεῖναι βασιλικόν, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν ἑαυτοῦ κατιέναι, ἀλλὰ μὴ τόλμῃ μηδ' ἀπονοίᾳ χρησάμενον ὡς οὐκ οὖσιν ἐνυβρίζειν τοῖς νόμοις, ἐπεί τοι καὶ τὸ νῦν τοῖς φυγαδευθεῖσιν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου οὐ κάθοδον εἰς τὰς ἐκκλησίας ἀλλὰ τὴν εἰς τὰς πατρίδας συνεχωρήσαμεν. (2) Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸν τολμηρότατον ὑπὸ τοῦ συνήθους ἐπαρθέντα θράσους ἀντιλαβέσθαι τοῦ λεγομένου παρ' αὐτοῖς ἐπισκοπῆς θρόνου, τοῦτο δὲ εἶναι καὶ τῷ θεοσεβεῖ τῶν Ἀλεξανδρέων δήμῳ οὐ μετρίως ἀηδές. ὅθεν αὐτῷ προαγορεύομεν ἀπιέναι τῆς πόλεως, ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας τὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος γράμματα δέξηται παραχρῆμα· μένοντι δ' αὐτῷ τῆς πόλεως εἴσω μείζους πολὺ καὶ χαλεπωτέρας προαγορεύομεν τιμωρίας.

κς'. Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κοιαίστωρι.

Μέχρι τῶν Λιτάρβων ἦλθον (ἔστι δὲ κώμη Χαλκίδος), καὶ ἐνέτυχον ὁδῷ λείψανα ἐχούσῃ χειμαδίων Ἀντιοχικῶν. ἦν δὲ αὐτῆς οἶμαι τὸ μὲν τέλμα τὸ δὲ ὄρος, τραχεῖα δὲ πᾶσα, καὶ ἐνέκειντο τῷ τέλματι λίθοι ὥσπερ ἐπίτηδες ἐρριμμένοις ἐοικότες, ἐπ' οὐδεμιᾷ τέχνῃ συγκείμενοι, ὃν τρόπον εἰώθασιν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τὰς λεωφόρους οἱ ἐξοικοδομοῦντες ποιεῖν, ἀντὶ μὲν τῆς κονίας πολὺν τὸν χοῦν ἐποικοδομοῦντες, πυκνοὺς δὲ ὥσπερ ἐν τοίχῳ τιθέντες τοὺς λίθους. ἐπεὶ δὲ διαβὰς μόλις ἦλθον εἰς τὸν πρῶτον σταθμόν, ἐννέα που σχεδὸν ἦσαν ὧραι, καὶ ἐδεξάμην εἴσω τῆς αὐλῆς τὸ πλεῖστον τῆς παρ' ὑμῖν βουλῆς. ἃ δὲ διελέχθημεν πρὸς ἀλλήλους, ἴσως ἐπύθου· μάθοις δ' ἂν καὶ ἡμῶν ἀκούσας, εἰ θεοὶ θέλοιεν.

(2) Ἀπὸ τῶν Λιτάρβων εἰς τὴν Βέροιαν ἐπορευόμην, καὶ ὁ Ζεὺς αἴσια πάντα ἐσήμηνεν, ἐναργῆ δείξας τὴν διοσημίαν. ἐπιμείνας δὲ ἡμέραν ἐκεῖ τὴν ἀκρόπολιν εἶδον καὶ ἔθυσα τῷ Διὶ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν, διελέχθην δὲ ὀλίγα τῇ βουλῇ περὶ θεοσεβείας. ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐπῄνουν μὲν ἅπαντες, ἐπείσθησαν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι πάνυ, καὶ τοιοῦτοι οἳ καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων ἐδόκουν ἔχειν ὑγιῶς. ἐλάβοντο δὲ ὥσπερ παρρησίας ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ καὶ ἀποθέσθαι· περίεστι γάρ, ὦ θεοί, τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς ἐρυθριᾶν, ἀνδρείᾳ ψυχῆς καὶ εὐσεβείᾳ, καλλωπίζεσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς χειρίστοις, ἱεροσυλίᾳ καὶ μαλακίᾳ γνώμης καὶ σώματος.

(3) Ἔνθεν ὑποδέχονταί με Βάτναι, χωρίον οἷον παρ' ὑμῖν οὐκ εἶδον ἔξω τῆς Δάφνης, ἣ νῦν ἔοικε ταῖς Βάτναις· ὡς τά γε πρὸ μικροῦ, σωζομένου τοῦ νεὼ καὶ τοῦ ἀγάλματος, Ὄσσῃ καὶ Πηλίῳ καὶ ταῖς Ὀλύμ-

fectam frequentem, et una vobiscum in ea optimo deo gratias agam.

XXV. Edictum ad Alexandrinos.

Æquum erat, eum qui regiis et imperatoriis edictis compluribus eiectus fuerat, unum saltem edictum regium expectare, ac tum denique domum suam redire, non autem singulari audacia atque amentia fretum legibus tanquam omnino extinctis ac perditis illudere. Etenim nunc quoque nos Galilæis a Constantio eiectis non reditum ad suas ecclesias, sed in patriam cuique suam concessimus. (2) Audio Athanasium, hominem audacissimum, solita audacia elatum, episcopatus sedem, ut ipsi appellant, iterum usurpare, id vero non mediocriter Alexandrino populo displicere deos colenti. Quare eum iubemus urbe excedere, eo ipso die quo humanitatis nostræ litteras acceperit : quod si in urbe manserit, longe maiores gravioresque ei pœnas denuntiamus.

XXVI. Iulianus Libanio sophistæ et quæstori.

Litarba veni (quod oppidum est in Chalcide) et casu incidi in viam quandam, quæ reliquias adhuc Antiochensium hibernorum habebat. Erat autem sicut opinor, illius pars una palus, altera mons, tota certe aspera : ad paludem erant lapides, tanquam de industria disiecti, nulla arte compositi, quomodo in cæteris urbibus ii qui vias publicas condunt facere solent, loco calcis multum rudus superstruentes ac sicut in pariete cumulatos lapides ponentes. Hoc itineris spatio confecto, ubi vix tandem ad prima stativa perveni (quod fuit hora fere nona), senatus vestri maximam partem domum meam recepi. Ac ibi quæ simus inter nos collocuti, fortasse accepisti, et ex nobis ipsis aliquando, si diis placuerit, cognosces.

(2) Litarbis deinde ad Berœam veni, et Iupiter clarum prodens ostentum læta omnia denuntiavit. Commoratus autem ibi diem unum, arcem invisi, et Iovi regio more taurum candidum sacrificavi, cum senatu autem pauca de religione disserui. Et laudarunt quidem omnes orationem meam, pauci vero admodum assensere, atque isti ipsi erant, quos ante meam orationem sanos esse arbitrabar : postea tamen quasi licentia arrepta omnem pudorem excusserunt ac deposuerunt. Erubescunt enim homines vehementer (o dii immortales) in rebus honestis, ut fortitudine animi ac pietate : in turpissimis exultant, ut in sacrilegio et corporis animique ignavia.

(3) Inde me Batnæ exceperunt, locus qualem in vestra regione nullum vidi extra Daphnem, quæ nunc Batnis confertur, cum antea salvis templo et simulacro non solum Ossæ, Pelio, Olympo et Thessalicis vallibus æquare,

που κορυφαῖς καὶ τοῖς Θετταλικοῖς Τέμπεσιν ἄγων ἐπίσης ἢ καὶ προτιμῶν ἁπάντων ὁμοῦ τὴν Δάφνην οὐκ ἂν ᾐσχυνόμην. ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου τὸ χωρίον. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῇ Δάφνῃ γέγραπταί σοι λόγος, ὁποῖον ἂν ἄλλος οὐδὲ εἷς τῶν οἷοι νῦν βροτοί εἰσι καὶ μάλα ἐπιχειρήσας καμεῖν ἐργάσαιτο, νομίζω δὲ καὶ τῶν ἔμπροσθεν οὐ πολλοὺς πάνυ. (4) τί οὖν ἐγὼ νῦν ἐπιχειρῶ περὶ αὐτῆς γράφειν, οὕτω λαμπρᾶς ** ἐπ' αὐτῇ συγγεγραμμένης; ὡς μήποτε ὤφελε τοιοῦτον. αἵ γε μὴν Βάτναι (βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο) χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν, πρῶτον μὲν ὅτι διὰ πάσης τῆς πέριξ χώρας ἀτμοὶ λιβανωτοῦ πανταχόθεν ἦσαν, ἱερεῖά τε ἐβλέπομεν εὐτρεπῆ πανταχοῦ. (5) τοῦτο μὲν οὖν εἰ καὶ λίαν ηὔφραινέ με, θερμότερον ὅμως ἐδόκει καὶ τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἀλλότριον· ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων οὐκ ἐπ' ἄλλο τι τῶν ἑορταζόντων, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερά τε καὶ ὅσια. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως τεύξεται τῆς ἁρμοζούσης ἐπιμελείας αὐτίκα, τὰς Βάτνας δὲ ἑώρων πεδίον λάσιον, ἄλση κυπαρίττων ἔχον νέων (καὶ ἦν ἐν ταύταις οὐδὲν γεράνδρυον οὐδὲ σαπρόν, ἀλλὰ ἐξ ἴσης ἅπαντα θάλλοντα τῇ κόμῃ), καὶ τὰ βασίλεια πολυτελῆ μὲν ἥκιστα (πηλοῦ γὰρ ἦν μόνον καὶ ξύλων οὐδὲν ποικίλον ἔχοντα), κῆπον δὲ τοῦ μὲν Ἀλκίνου καταδεέστερον, παραπλήσιον δὲ τῷ Λαέρτου, καὶ ἐν αὐτῷ μικρὸν ἄλσος πάνυ, κυπαρίττων μεστόν, καὶ τῷ θριγκίῳ δὲ πολλὰ τοιαῦτα παραπεφυτευμένα δένδρα στίχῳ καὶ ἐφεξῆς. (6) εἶτα τὸ μέσον πρασιαί, καὶ ἐν ταύταις λάχανα καὶ δένδρα παντοίαν ὀπώραν φέροντα. τί οὖν ἐνταῦθα; ἔθυσα δείλης, εἶτ' ὄρθρου βαθέος, ὅπερ εἴωθα ποιεῖν ἐπιεικῶς ἑκάστης ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ ἦν καλὰ τὰ ἱερά, τῆς πόλεως εἰχόμεθα, καὶ ὑπαντῶσιν ἡμῖν οἱ πολῖται, καὶ ὑποδέχεταί με ξένος, ὀφθεὶς μὲν ἄρτι, φιλούμενος δὲ ὑπ' ἐμοῦ πάλαι. τὴν δὲ αἰτίαν αὐτὸς μὲν οἶδα ὅτι συνήδεις, ἐμοὶ δὲ ἡδὺ καὶ ἄλλως φράσαι· τὸ γὰρ ἀεὶ περὶ αὐτῶν ἀκούειν καὶ λέγειν ἐστί μοι νέκταρ. (7) Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου τὸ θρέμμα Σώπατρος, ὁ τούτου κηδεστὴς ἐξ ὅσου· ἐμοὶ γὰρ τὸ μὴ πάντα ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀγαπᾶν ἀδικημάτων οὐδὲν οὕτω φαυλότατον εἶναι δοκεῖ. πρόσεστι ταύτης αἰτία μείζων· ὑποδεξάμενος γὰρ πολλάκις τόν τε ἀνεψιὸν τὸν ἐμὸν καὶ τὸν ὁμοπάτριον ἀδελφὸν καὶ προτραπεὶς ὑπ' αὐτῶν, οἷα εἰκός, πολλάκις ἀποστῆναι τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ὃ χαλεπόν ἐστιν, οὐκ ἐλήφθη τῇ νόσῳ.

(8) Ταῦτα εἶχον ἀπὸ τῆς Ἱερᾶς πόλεώς σοι γράφειν ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ. τὰς δὲ στρατιωτικὰς ἢ πολιτικὰς οἰκονομίας αὐτὸν ἐχρῆν οἶμαι παρόντα ἐφορᾶν καὶ ἐπιμελεῖσθαι· μεῖζόν γάρ ἐστιν ἢ κατ' ἐπιστολήν, εὖ ἴσθι, καὶ τοσοῦτον ὅσον οὐ ῥᾴδιον οὐ τριπλάσια τούτου περιλαβεῖν σκοποῦντι τἀκριβές. ἐπεὶ καὶ φαίην δέ σοι, καὶ ταῦτα φράσω δι' ὀλίγων. πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς ἔπεμψα πρέσβεις, ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ἥκειν, εἰ βούλοιντο. (9) ἓν μὲν δὴ τοιοῦτο· ἕτερον δέ, λίαν

verum etiam anteferre omnibus Daphnem non vererer. Locus Iovi Olympio et Pythio Apollini sacer est. Sed de Daphne scripta est a te oratio, qualem nemo alius eorum qui nunc vivunt hominum, quamvis maxime contenderet, possit perficere, veterum autem non multos perfecturos fuisse existimo. (4) Quid igitur ego de ea nunc scribam, cum tua tam luculenta extet oratio? Absit, ut quicquam tale cogitem. Igitur Batnæ (nomen est istud barbarum) locus est Græcus, primum quod thuris odor ex omni parte regionis circumspirabat, et victimas in omnibus locis apparatas cernebamus. (5) Atque id quidem etsi multum mihi voluptatis afferebat, tamen calidius videbatur et a deorum cultu alienum. Procul enim a tumultu ac tranquille, ita ut propter eum ipsum nec alium quempiam finem festus dies celebretur, sacra et profana diis peragi decet. Verum istud fortasse brevi corrigetur. Batnas vero videbam esse agrum silvosum, nemoribus tenerarum cupressorum ornatum. Et in his nulla erat arbor annosa, nulla putris, sed omnes pariter coma florebant. Regia domus non erat sumptuosa (e luto enim et lignis tantum erat, nullam ornatus varietatem habebat), hortus illo Alcinoi pauperior, similis autem horto Laertis. Nemus erat in eo perexiguum, cupressis refertum : iuxta murum plurimæ arbores ordine ac deinceps insitæ : (6) in medio areæ, et in his olera atque arbores, quæ omnis generis fructus afferebant. Quid tum illic? sacrificavi vesperi et postridie summo mane, quod studiose singulis diebus facere consuevi. Quum vero læta ac præclara essent sacra, ad urbem contendimus. Ibi nobis a civibus itum est obviam, et nos domum suam excepit amicus quidam, quem tum primum fere videramus, sed multo ante tempore amabamus. Causam quidem notam tibi esse scio, sed et incassum effari delector : nectar enim mihi est de illis semper et audire et dicere. (7) Iamblichi divinissimi alumnus fuit Sopater, huius affinis ......; mihi enim res illorum virorum omnes non amare scelus omnium maximum videtur. Sed est alia quoque maior causa. Hic cum persæpe patruelem meum et fratrem germanum hospitio accepisset, et ab iis magnopere ut par fuit solicitaretur, ut a diis deficeret, nunquam tamen (quod grave et magnum est) in eum morbum lapsus est.

(8) Hæc habui, quæ ex Hierapoli ad te de rebus meis scriberem. Quod ad bellicas et civiles res attinet, ipse tu præsens de iis debes cognoscere : maior enim, ut probe scis, res est, quam ut epistola comprehendi possit, imo tanta, ut facile hac epistola ter maiorem absorberet qui accuratam descriptionem spectaret. Veruntamen narrabo tibi, idque breviter. Legatos misi ad Saracenos et ut veniant, si velint, commonefacio. (9) Hoc primum caput

ἐγρηγορότας ὡς ἐνεδέχετο τοὺς παραφυλάξοντας ἐξέπεμψα, μή τις ἐνθένδε πρὸς τοὺς πολεμίους ἐξέλθῃ λαθών, ἐσόμενος αὐτοῖς ὡς κεκινήμεθα μηνυτής. ἐκεῖθεν ἐδίκασα δίκην στρατιωτικήν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, πρᾳότατα καὶ δικαιότατα. ἵππους περιττοὺς καὶ ἡμιόνους παρεσκεύασα, τὸ στρατόπεδον εἰς ταὐτὸ συναγαγών. ναῦς πληροῦνται ποτάμιαι πυροῦ, μᾶλλον δὲ ἄρτων ξηρῶν καὶ ὄξους. (10) καὶ τούτων ἕκαστον ὅπως ἐπράχθη καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστῳ γεγόνασι λόγοι, πόσου μήκους ἐστὶ συγγραφὴ ἐννοεῖς. ἐπιστολαῖς δ' ὁπόσαις ὑπέγραψα καὶ βίβλοις τὰ ἑπόμενα ὥσπερ αἴσιά μοι (καὶ ταῦτα συμπερινοστεῖ πανταχοῦ), τί δεῖ νῦν πράγματα ἔχειν ἀπαριθμούμενον;

est. Alterum, exploratores misi quoad licuit vigilantissimos, ne quis hinc tacitus ad hostes veniat, certioresque faciat nos commoveri. Inde controversiam militarem, ut mihi persuadeo, summa lenitate æquitateque disceptavi. Equos eximios et mulos comparavi; copias in unum coegi; naves fluviatiles implentur frumento, vel potius pane cocto atque aceto. (10) Quorum unumquodque quomodo gestum fuerit, qui sermones habiti sint, exponere quam longæ sit epistolæ non ignoras. Quam vero multis et litteris et libris mandarim ea, quæ mihi tanquam læta auspicia eveniunt (circumferuntur autem nobiscum), quid iam opus est fastidiose ac moleste recensere?

κζ'. Ἰουλιανὸς Γρηγορίῳ ἡγεμόνι.

Ἐμοὶ καὶ γράμμα παρὰ σοῦ μικρὸν ἀρκεῖ μεγάλης ἡδονῆς πρόφασιν μνηστεῦσαι. καὶ τοίνυν οἷς ἔγραψας λίαν ἡσθεὶς ἀντιδίδωμι καὶ αὐτὸς τὴν ἴσην, οὐ τῷ τῶν ἐπιστολῶν μήκει μᾶλλον ἢ τῷ τῆς εὐνοίας μεγέθει τὰς τῶν ἑταίρων φιλίας ἐκτίνεσθαι δεῖν κρίνων.

XXVII. Iulianus Gregorio duci.

Mihi sane vel exigua abs te epistola sufficit ad magnæ voluptatis occasionem præbendam. Ego vero iis quæ scripsisti plurimum lætatus, parem gratiam refero, neque tam epistolæ prolixitate, quam benevolentiæ magnitudine amicorum caritatem retribuendam esse iudico.

κη'. Ἰουλιανὸς Ἀλυπίῳ ἀδελφῷ Καισαρίου.

Ὁ Συλοσῶν ἀνῆλθε, φασί, παρὰ τὸν Δαρεῖον, καὶ ὑπέμνησεν αὐτὸν τῆς χλανίδος, καὶ ᾔτησεν ἀντ' ἐκείνης παρ' αὐτοῦ τὴν Σάμον. εἶτα ἐπὶ τούτῳ Δαρεῖος μὲν ἐμεγαλοφρονεῖτο, μεγάλα ἀντὶ μικρῶν νομίζων ἀποδεδωκέναι· Συλοσῶν δὲ λυπρὰν ἐλάμβανε χάριν. σκόπει δὴ τὰ ἡμέτερα νῦν πρὸς ἐκεῖνα. (2) ἑνὶ μὲν δὴ τὸ πρῶτον οἶμαι κρεῖσσον ἔργον ἡμέτερον, οὐδὲ γὰρ ὑπεμείναμεν ὑπομνησθῆναι παρ' ἄλλου· τοσούτῳ δὲ χρόνῳ τὴν μνήμην τῆς σῆς φιλίας διαφυλάξαντες ἀκέραιον, ἐπειδὴ πρῶτον ἡμῖν ἔδωκεν ὁ θεός, οὐκ ἐν δευτέροις ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις σε μετεκαλέσαμεν. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοιαῦτα· περὶ δὲ τῶν μελλόντων (3) ἆρά μοι δώσεις τι (καὶ γάρ εἰμι μαντικός) προαγορεῦσαι; μακρῷ νομίζω κρείττονα ἐκείνων, Ἀδράστεια δ' εὐμενὴς εἴη. σύ τε γὰρ οὐδὲν δέῃ συγκαταστρεφομένου πόλιν βασιλέως, ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθούντων μοι τὰ πεπτωκότα κακῶς. ταῦτά σοι Γαλλικὴ καὶ βάρβαρος Μοῦσα προσπαίζει, σὺ δὲ ὑπὸ τῇ τῶν θεῶν πομπῇ χαίρων ἀφίκοιο, καὶ τῇ σαυτοῦ χειρὶ λῃὶς ἐρίφων καὶ τῆς ἐν τοῖς χειμαδίοις θήρας τῶν προβατίων. ἧκε πρὸς τὸν φίλον, ὅς σε τότε, καίπερ οὔπω γινώσκειν ὅσος εἶ δυνάμενος, ὅμως περιεῖπον.

XXVIII. Iulianus Alypio Cæsarii fratri.

Syloson (ait ille) ad Darium venit, ac pallium ei commemoravit, et petiit pro eo Samum. Postea Darius in ea re magnopere sibi placebat, putans se magna pro parvis retulisse: Syloson tamen triste beneficium accepit. Confer nunc nostra cum illis. (2) Primum quidem una in re nos multo melius, quandoquidem non expectavimus, dum ab altero admoneremur, sed in tanto tempore amicitiam erga te perpetuam sanctamque servavimus; deinde cum primum nobis oblata est a deo facultas, non inter secundos, sed inter primos te amicos appellavi. Ergo hoc primum. (3) De futuris autem (sum enim augur) dasne mihi ut augurer? longe melius expecto, modo sit propitia Adrastia. Neque enim tibi opus est rege, qui te in evertenda urbe aliqua suis viribus iuvet: et mihi multis sane opus est, qui me adiuvent ad ea restituenda, quæ male cecidere. Hæc tecum Musa Gallica et barbara iocatur. Tu vero interea diis ducibus venies: ad manum tibi erit præda hœdorum et ovium, quæ in hibernis venatio est. Veni ad amicum, qui te iam tum, antequam nossem quantus esses, tamen valde colui.

κθ'. Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.

Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας· οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βελτίω, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ προσθεὶς τοὺς ἰάμβους οὐ

XXIX. Iulianus eidem.

Iam eram morbo liberatus, cum geographiam misisti; non tamen propterea minus grata mihi fuit tabella abs te missa. Sunt enim in ea tum descriptiones prioribus meliores, tum iambi, quibus eam exornasti, non illi quidem

μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλειον κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν. (2) καὶ τὸ μὲν δῶρον τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον ἴσως σοί τε ἔπρεπε δοῦναι, ἐμοί τε ἥδιστον δέξασθαι· περὶ δὲ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων ὅτι δραστηρίως ἅμα καὶ πράως ἅπαντα περαίνειν προθυμῇ, συνηδόμεθα· μῖξαι γὰρ πραότητα καὶ σωφροσύνην ἀνδρείᾳ καὶ ῥώμῃ, καὶ τῇ μὲν χρήσασθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεστάτους, τῇ δὲ ἐπὶ τῶν πονηρῶν ἀπαραιτήτως πρὸς ἐπανόρθωσιν οὐ μικρᾶς ἐστὶ φύσεως οὐδ' ἀρετῆς ἔργον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. (3) τούτων εὐχόμεθά σε τῶν σκοπῶν ἐχόμενον ἄμφω πρὸς ἓν τὸ καλὸν αὐτοὺς συναρμόσαι· τοῦτο γὰρ ἁπάσαις προκεῖσθαι ταῖς ἀρεταῖς τέλος οὐκ εἰκῇ τῶν παλαιῶν ἐπίστευον οἱ λογιώτατοι. ἐρρωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατελοίης ἐπὶ μήκιστον, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.

bellum sonantes Bupaleum, ut ait poeta Cyrenæus, sed quales egregia Sappho solet hymnis suis intexere. (2) Denique munus tuum est eiusmodi, ut et te fortasse sit dignum, et mihi sane quam gratissimum. De reipublicæ autem administratione quod diligenter atque humaniter transigere omnia studes, gratum est. Etenim lenitatem ac moderationem cum fortitudine et robore ita temperare, ut illa erga bonos viros utare, hanc ad pravos severe corrigendos adhibeas, non mediocris ingenii ac virtutis rem esse arbitror. (3) Hos fines tibi propositos esse et ad honestatem unicam referri cupio, extremum siquidem virtutum omnium istud esse non sine causa veterum sapientissimi crediderunt. Vale, et quam longissime beatus vive, frater suavissime et carissime.

λ'. Ἰουλιανὸς Ἀετίῳ ἐπισκόπῳ.

Κοινῶς μὲν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας ἀνῆκα τὴν φυγήν, σὲ δὲ οὐκ ἀνίημι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ παλαιᾶς γνώσεώς τε καὶ συνηθείας μεμνημένος ἀφικέσθαι προτρέπω μέχρις ἡμῶν. χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ καὶ ἑνὶ παρίππῳ.

XXX. Iulianus Aetio episcopo.

Communiter omnibus, qui a Constantio vita defuncto eiecti patria fuerant propter amentiam Galilæorum, exilium condonavi : te autem non solum ea pœna libero, verum etiam memor pristinæ consuetudinis atque amicitiæ nostræ hortor ut ad nos venias. Uteris autem vehiculo publico usque ad nostram cohortem et uno parhippo.

λα'. Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιστῇ.

Καὶ γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τὰ ὅμοια παθών.

XXXI. Iulianus Luciano sophistæ.

Scribo et litteras vicissim expecto. Quod si tam crebris litteris tibi iniuriam facio, tu mihi vicissim parem iniuriam reponito.

λβ'. Ἰουλιανὸς Δοσιθέῳ.

Μικροῦ μ' ἐπῆλθε δακρῦσαι. καίτοιγε ἐχρῆν εὐφημεῖν τοὔνομα τὸ σὸν φθεγγόμενον· ἀνεμνήσθην γὰρ τοῦ γενναίου καὶ πάντα θαυμασίου πατρὸς ἡμῶν, ὃν εἰ μὲν ζηλώσεις, αὐτός τε εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ τῷ βίῳ δώσεις, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐφ' ὅτῳ φιλοτιμήσεται· ῥαθυμήσας δὲ λυπήσεις ἐμέ, σαυτῷ δὲ ὅτε μηδὲν ὄφελος μέμψῃ.

XXXII. Iulianus Dositheo.

Vix potui lacrimas continere, licet fausti ominis esset nomen tuum pronunciatum. Commovebat enim mihi memoriam nobilis illius et omnibus modis admirandi patris nostri : quem si imitari voles, et ipse felix eris et, sicut ille, generi humano virum præstabis, in quo gloriabitur : sin ignavus fueris, tum mihi dolorem afferes, tum te tibi detrimento fuisse in perpetuum dolebis.

λγ'. Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τοῦ παιδὸς τὴν ἐφ' ἑαυτῷ φαντασίαν ἀναστέλλοντι λέγειν

οὔ τίς τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἐν ἀνθρώποις εἶναι φαίην ἂν ὅλως, ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ συνῶ. ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι σὸς ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τοῦ Τηλεμάχου πατήρ· κἂν γὰρ ἀνάξιόν με λέγῃ τις εἶναι, οὐδὲ οὕτω τοῦ ποθεῖν ἀφαιρήσεται, ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην μὴ βλάπτοντας, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ αὐτὰ πάθει

XXXIII. Iulianus Iamblicho philosopho.

Ulixi satis fuit ad filii de ipso opinionem coercendum dicere

non sum de superis : quid me immortalibus æquas?

At ego me ne vivere quidem omnino dicam, quamdiu absum ab Iamblicho. Imo tui amatorem esse me profiteor, sicut ille Telemachi. Quamvis enim indignum me aliquis fortasse dixerit, attamen non propterea me a tui amore abstrahet. Nam et multos egregiarum statuarum amatores fuisse audio, qui non solum artificis laudi nihil obfuerint, verum etiam suo erga illas amore veram vi-

τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προστιθέντας. (2) τῶν γε μὴν παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς ἐγκρίνειν ἐθέλεις παίζων, τοσοῦτον ἀπέχειν ἂν φαίην, ὁπόσον αὐτῷ σοι τῶν ἀνδρῶν μετεῖναι πιστεύω. καίτοι σύγε οὐ Πίνδαρον μόνον οὐδὲ Δημόκριτον ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικὸν, ὁπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται, καθάπερ ἐν λύρᾳ ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συστάσει πρὸς τὸ ἐντελὲς τῆς μουσικῆς κεράσας ἔχεις. (3) καὶ ὥσπερ Ἄργον τὸν φύλακα τῆς Ἰοῦς οἱ μῦθοι πρόνοιαν ἔχοντα τῶν Διὸς παιδικῶν ἀκοιμήτοις πανταχόθεν ὀμμάτων βολαῖς περιφράττουσιν, οὕτω καὶ σὲ γνήσιον ἀρετῆς φύλακα, μυρίοις παιδεύσεως ὀφθαλμοῖς ὁ λόγος φωτίζει. (4) Πρωτέα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιόν φασι ποικίλαις μορφαῖς ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν, ὥσπερ δεδιότα μὴ λάθῃ τοῖς δεομένοις ὅτι ἦν σοφὸς ἐκφήνας· ἐγὼ δὲ εἴπερ ἦν ὄντως σοφὸς ὁ Πρωτεὺς καὶ οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει, τῆς μὲν φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δ' οὐκ ἄγαμαι, διότι μὴ φιλανθρώπου τινὸς ἀλλ' ἀπατεῶνος ἔργον ἐποίει κρύπτων ἑαυτόν, ἵνα μὴ χρήσιμος ἀνθρώποις ᾖ. (5) σὲ δέ, ὦ γενναῖε, τίς οὐκ ἂν ἀληθῶς θαυμάσειεν ὡς οὐδέν τι τοῦ Πρωτέως τοῦ σοφοῦ μείων, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον εἰς ἀρετὴν ἄκραν τελεσθεὶς ὧν ἔχεις καλῶν οὐ φθονεῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἡλίου καθαροῦ δίκην ἀκτῖνας σοφίας ἀκραιφνοῦς ἐπὶ πάντας ἄγεις, οὐ μόνον παροῦσι τὰ εἰκότα ξυνών, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας ἐφ' ὅσον ἔξεστι τοῖς παρὰ σαυτοῦ σεμνύνων; (6) νικῴης δ' ἂν καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν καλὸν οἷς πράττεις, εἴγε ὁ μὲν τὴν οἰκείαν μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀκοὰς κατανάλισκε, σὺ δ' ὥσπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων τεχθείς, τὴν Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ νεύματι. ὥστ' ἐμοὶ δοκεῖ καὶ Ὅμηρος, εἰ ἀνεβίω, πολλῷ δικαιότερον ἂν ἐπὶ σοὶ αἰνίξασθαι τὸ

εἷς δ' ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρέι κόσμῳ.

(7) τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γονίμου παιδεύσεως ὑπὸ σοὶ ζωπυρεῖται μόνῳ. καὶ εἴη γε, Ζεῦ σῶτερ καὶ Ἑρμῆ λόγιε, τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὄφελος Ἰάμβλιχον τὸν καλὸν ἐπὶ μήκιστον χρόνον τηρεῖσθαι. (8) πάντως που καὶ ἐφ' Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος καὶ Σωκράτους καὶ εἴ τις ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου, δικαίας εὐχῆς ἐπίτευγμα τοῖς πρότερον εὐτυχηθὲν οὕτω τοὺς ἐκείνων καιροὺς ἐπὶ μεῖζον ηὔξησεν. οὐδὲν δὴ κωλύει καὶ ἐφ' ἡμῶν ἄνδρα καὶ λόγοις καὶ βίῳ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀντάξιον ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ γήρως ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῶν ἀνθρώπων παραπεμφθῆναι.

λδ'.

Ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως πολλὰ μὲν ἄν τις εἰπεῖν

vamque voluptatem operi addiderint. (2) Quod autem me veteribus illis sapientibus ludens adscribis, tantum me ab iis abesse sentio, quantum te ipsum eorum consortem esse certus sum. Tu vero non solum Pindarum aut Democritum aut Orpheum illum antiquissimum, sed omnes omnino Græciæ philosophos, qui in eo genere floruisse memorantur, tanquam in lyræ variis e sonis concentu ad perfectam musicam coniunxisti. (3) Atque ut Argum illum, qui Io delicias Iovis custodiebat, pervigilibus oculis undique poetæ obsepiunt, sic et te, virtutis verum et germanum custodem, innumeris doctrinæ luminibus illustrat eloquentia. (4) Aiunt Proteum illum Ægyptium se in varias formas commutasse, quasi veritum, ne imprudens hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Ego vero siquidem sapiens fuit reipsa Proteus et is qui multas res cognosceret (sicut vult Homerus); de scientia eum laudo, de ingenio non laudo : non enim viri boni et liberalis sed impostoris improbi officio fungebatur, cum eo se occultaret, ne hominibus prodesset. (5) At te, vir clarissime, quis non iure admiretur, quod sapienti Proteo nequaquam inferior, imo magis consummata virtute perfectus ea quibus abundas bona hominibus non invides, sed instar nitidi solis tuos illustres radios in omnes emittis, non modo præsentes docendo, sed etiam absentes quoad licet scriptis tuis ornando? (6) In quo et Orpheum illum nobilem superas. Ille siquidem musicam suam in belluis demulcendis consumebat : tu tanquam ad salutem humanæ reipublicæ in hoc mundo genitus, omnibus locis Æsculapii manum imitaris, numineque prudenti et salutari omnes orbis partes perlustras. Quocirca mihi videtur Homerus, si reviivisceret, multo iustius illud de te usurpare posse :

unus adhuc vivus lato versatur in orbe.

(7) Nam revera antiqui moris nobis tanquam scintilla quædam sacra veræ atque uberis doctrinæ a te uno denuo accenditur. Atque utinam (o servator Iupiter et eloquentiæ antistes Mercuri) contingat Iamblichum optimum, id est, commune orbis terrarum commodum, longissima vita frui. (8) Certe cum veteres pro Homero, Platone, Socrate, et si quis alius in orbem hunc incidit, iusta vota feliciter atque ex animi sententia fecerint vitamque illorum hoc modo produxerint, non erit incommodum, hominem nostra ætate viris illis et vita et oratione parem similibus votis ad summam senectutem cum hominum felicitate transmittere.

XXXIV.

Multa sunt, quæ de Argivorum civitate dici possunt,

ἔχοι, σεμνύνειν αὐτῆς ἐθέλων παλαιὰ καὶ νέα πράγματα· τοῦ τε γὰρ Τρωϊκοῦ καθάπερ ὕστερον Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις τοῦτο προσήκει τὸ πλέον ἐκείνοις ἔργου. δοκεῖ μὲν γὰρ ἄμφω κοινῇ πραχθῆναι παρὰ τῆς Ἑλλάδος· ἄξιον δὲ ὥσπερ τῶν ἔργων καὶ τῆς φροντίδος, οὕτως καὶ τῶν ἐπαίνων τοὺς ἡγεμόνας τὸ πλέον μετέχειν. (2) ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖά πως εἶναι δοκεῖ, τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις, ἥ τε Ἡρακλειδῶν κάθοδος καὶ ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ τὸ γέρας ἐξῃρέθη, ἥ τε εἰς Μακεδόνας ἐκεῖθεν ἀποικία, καὶ τὸ Λακεδαιμονίοις οὕτω πλησίον παροικοῦντας ἀδούλωτον ἀεὶ καὶ ἐλευθέραν φυλάξαι τὴν πόλιν, οὐ μικρᾶς οὐδὲ τῆς τυχούσης ἀνδρείας ἦν. (3) ἀλλὰ δὴ καὶ τὰ τοσαῦτα περὶ τοὺς Πέρσας ὑπὸ τῶν Μακεδόνων γενόμενα ταύτῃ προσήκειν τῇ πόλει δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι. Φιλίππου τε γὰρ καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν πάνυ τῶν προγόνων πατρὶς ἦν αὕτη· Ῥωμαίοις δὲ ὕστερον οὐχ ἁλοῦσα μᾶλλον ἢ κατὰ ξυμμαχίαν ὑπήκουσε, καὶ ὥσπερ οἶμαι μετεῖχε καὶ αὐτὴ καθάπερ αἱ λοιπαὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῶν ἄλλων δικαίων, ὅσα νέμουσι ταῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα πόλεσιν οἱ κρατοῦντες ἀεί.

(4) Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν προσγενομένην αὐτοῖς (οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐπρεπέστερον) ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως εἰς κακίαν ἐπαρθέντες συντελεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζουσι, καὶ ταύτης ἦρξαν ὥς φασι τῆς καινοτομίας ἕβδομος οὗτος ἐνιαυτός, οὔτε τὴν Δελφῶν οὔτε τὴν Ἠλείων ἀτέλειαν ἧς ἠξιώθησαν ἐπὶ τῷ διατιθέναι τοὺς παρὰ σφίσιν ἱεροὺς ἀγῶνας αἰδεσθέντες. (5) τεττάρων γὰρ ὄντων ὡς ἴσμεν τῶν μεγίστων καὶ λαμπροτάτων ἀγώνων περὶ τὴν Ἑλλάδα, Ἠλεῖοι μὲν Ὀλύμπια, Δελφοὶ δὲ Πύθια, καὶ τὰ ἐν Ἰσθμῷ Κορίνθιοι, Ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν Νεμέων συγκροτοῦσι πανήγυριν. πῶς οὖν εὔλογον ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν τὴν πάλαι δοθεῖσαν, τοὺς δὲ ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις δαπανήμασιν ἀφεθέντας πάλαι, τυχὸν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπαχθέντας νῦν ἀφῃρῆσθαι τὴν προνομίαν ἧς ἠξιώθησαν; (6) πρὸς δὲ τούτοις Ἠλεῖοι μὲν καὶ Δελφοὶ διὰ τῆς πολυθρυλήτου πενταετηρίδος ἅπαξ ἐπιτελεῖν εἰώθασι, διττὰ δ' ἐστὶ Νέμεα παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις. ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ δύο πρόκεινται παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἀγῶνες ἕτεροι τοιοίδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας τοὺς πάντας ἐν ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. (7) πῶς οὖν εἰκὸς ἐκείνους μὲν ἀπράγμονας εἶναι λειτουργοῦντας ἅπαξ, τούτους δὲ ὑπάγεσθαι καὶ πρὸς ἑτέρων συντέλειαν ἐπὶ τετραπλασίοις τοῖς οἴκοι λειτουργήμασιν, ἄλλως τε οὐδὲ πρὸς Ἑλληνικὴν οὐδὲ παλαιὰν πανήγυριν; οὐ γὰρ ἐς χορηγίαν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων, ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιτελούμενα ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται. ἀτὰρ αὐτοὶ μὲν εἰκότως φέρουσι διὰ τὸν πλοῦτον τῶν ἀναλωμάτων τὸ μέγεθος, ἄλλως τε καὶ πολλῶν πόλεων ὡς εἰκὸς αὐτοῖς εἰς τοῦτο συναιρομένων, (8) Ἀργεῖοι δὲ χρημάτων τε ἔχοντες ἐνδεέστερον καὶ ξενικῇ θέᾳ καὶ παρ'

si quis velit eorum res veteres et novas prædicare. Nam rerum ad Troiam gestarum gloria, sicut Atheniensibus et Lacedæmoniis postea, sic illis maxima ex parte tribuenda est. Etsi enim ambo illa communiter ab universa Græcia gesta sunt, attamen ut laborum et molestiarum, sic laudum præcipua pars esse debet imperatorum. (2) Verum ista sunt vetera. Deinceps vero Heraclidarum reversio, honos ereptus natu maximo, inde in Macedoniam colonia, et a Lacedæmoniis vicinis liberæ civitatis perpetua defensio conservatioque, non exiguæ neque vulgaris virtutis fuit. (3) Quin etiam tanta illa Macedonum in Persas facinora civitati huic attribui posse videntur : hæc siquidem avorum Philippi et Alexandri, virorum excellentium, patria erat. Posteris autem temporibus paruit Romanis non tam victa quam in societatem fœdusque adhibita : atque, ut opinor, et libertatis et iuris omnis particeps fuit, quo reliquæ Græciæ civitates utuntur concessu ac munere imperatorum.

(4) Atque hæc cum ita sint, tamen eam civitatem Corinthii, quæ adiuncta est eis (sic enim dicere est honestius) ab urbe regnante, elati atque audaces ad scelus, tributariam sibi esse cogunt, et huius incepti septimo iam anno sunt auctores, neque Delphorum atque Eleorum immunitatem, ipsis ad sacros ludos celebrandos condonatam, verentur. (5) Cum enim sint quatuor (ut scimus) maxima et clarissima certamina in Græcia, Elei Olympia, Delphi Pythia, Corinthii Isthmia, Argivi Nemea conficiunt et curant. Quæ igitur æquitas est, manere illis immunitatem olim concessam, hos autem ob similes sumtus olim immunes, imo fortassis ne initio quidem obnoxios, privari nunc privilegio eo quod obtinuerant? (6) Præterea Elei et Delphi per famosum quinquennium semel duntaxat pecunias conferre solent : at duplicia interea sunt Nemea apud Argivos, sicut et Isthmia apud Corinthios. Quin et hoc tempore duo præterea certamina hæc Argivis sunt adiecta, ut quaterni omnino ludi annis quaternis fiant. (7) Quamobrem quo tandem iure illi semel exhibito certamine liberantur, hi domi quaternis ludis editis, tamen aliis præterea tribuere coguntur, præsertim cum neque veteres sint neque in Græcia solemnes? Non enim ad gymnicos musicosve ludos magna pecunia Corinthiis opus est, sed ad venationes, quæ sæpe in theatris exhibentur, ursas et pantheras emunt : quæ quidem ipsi facile ferunt propter opes et sumtuum magnitudinem, et multis quidem civitatibus ut par est pecunias conferentibus ipsi genii oblectationem sui redimunt. (8) At Argivi et a pecuniis inopes et externo spectaculo et apud exteros ho-

ἄλλοις ἐπιδουλεύειν ἀναγκαζόμενοι πω, οὐκ ἄδικα μὲν καὶ παράνομα, τῆς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἀρχαίας δυνάμεώς τε καὶ δόξης ἀνάξια πείσονται; ὄντες γὰρ αὐτοῖς ἀστυγείτονες, οὓς προσῆκον ἦν ἀγαπᾶσθαι μᾶλλον, εἴπερ ὀρθῶς εἶχε τὸ οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ διὰ κακίαν γειτόνων· Ἀργεῖοι δὲ ἐοίκασιν οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς πολυπραγμονούμενοι βοϊδίου ταῦτα τοὺς Κορινθίους αἰτιᾶσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀναλωμάτων, οἷς οὐ δικαίως εἰσὶν ὑπεύθυνοι.

mines servire coacti, nonne iniustas et iniquas res ac civitatis veteri potentia et gloria indignas patientur? Ac cum hi sint illis vicini eoque nomine cariores esse debuissent, si modo locum haberet illud, *ne bos quidem perierit, nisi ob scelus vicini*, tamen Argivi videntur non de bove uno solliciti Corinthios accusare, sed de multis et magnis sumtibus, quibus præter ius et æquum obstringuntur.

(9) Καίτοι πρὸς τοὺς Κορινθίους εἰκότως ἄν τις καὶ τοῦτο προσθείη, πότερον αὐτοῖς δοκεῖ καλῶς ἔχειν τοῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ἕπεσθαι νομίμοις ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως; εἰ μὲν γὰρ τὴν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀγαπῶσι σεμνότητα, οὐκ Ἀργείοις μᾶλλον εἰς Κόρινθον ἢ Κορινθίοις εἰς Ἄργος συντελεῖν προσήκει· εἰ δὲ τοῖς νῦν ὑπάρξασι τὴν πόλιν, ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο, ἰσχυριζόμενοι πλέον ἔχειν ἀξιοῦσι, παραιτησόμεθα μετρίως αὐτοὺς μὴ τῶν πατέρων φρονεῖν μείζονα, μηδὲ ὅσα καλῶς ἐκεῖνοι κρίναντες ταῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα διεφύλαξαν πόλεσιν ἔθιμα, ταῦτα καταλύειν καὶ καινοτομεῖν ἐπὶ βλάβῃ καὶ λύμῃ τῶν ἀστυγειτόνων, ἄλλως τε καὶ νεωτέρᾳ χρωμένους τῇ ψήφῳ, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως τὴν δίκην εἰσελθεῖν ἕρμαιον ἔχοντας τῆς πλεονεξίας. (10) εἰ γὰρ ἐφῆκεν ἔξω τῆς Ἑλλάδος ἀπάγων τὴν δίκην, οἱ Κορίνθιοι ἔλαττόν τε ἰσχύειν ἔμελλον, καὶ τὸ δίκαιον ἐξεταζόμενον καλῶς φαίνεσθαι καίπερ ὄντων πολλῶν καὶ γενναίων τούτων συνηγόρων, ὑφ' ὧν εἰκός ἐστι τὸν δικαστὴν προστιθεμένου καὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀξιώματος δυσωπούμενον ταύτην τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν.

(9) Verum hoc etiam in Corinthios addi potest, utrum malint iura veteris Græciæ sequi, an ea quæ deinceps a principe civitate acceperunt. Nam si in sanctis veterum legibus stare volunt, non magis decet Argivos Corinthiis, quam Argivis Corinthios conferre: sin autem recentes leges amplexi, quoniam in Romanam coloniam redacti sint, inde civitatem suam commodum capere contendunt, modeste ab iis deprecabimur, ne altiores spiritus gerant suis patribus, neque præclara instituta, quæ ab illis relicta sunt Græciæ, in perniciem propinquorum civium evertant ac mutent, recenti scilicet eam in rem iudicio confisi et ex eius, qui Argivorum causam agebat, imperitia cupiditatis suæ lucrum facientes. (10) Nam si quis causam hanc extra Græciam evocasset, minus certe virium Corinthii habuissent, et iuris æquitas a multis et egregiis istis patronis diligenter exquisita magis apparuisset: a quibus et iudicem proposita civitatis dignitate veritum verisimile est talem sententiam tulisse.

(11) Ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως δίκαια καὶ τῶν ῥητόρων, εἰ μόνον ἀκούειν ἐθέλοις καὶ λέγειν αὐτοῖς ἐπιτραπείη τὴν δίκην, ἐξ ὑπαρχῆς πεύσῃ, καὶ τὸ παραστὰν ἐκ τῶν λεγομένων ὀρθῶς κριθήσεται. ὅτι δὲ χρὴ καὶ τοῖς τὴν πρεσβείαν ταύτην προσάγουσι δι' ἡμῶν πεισθῆναι, μικρὰ προσθεῖναι χρὴ περὶ αὐτῶν. (12) Διογένης μέντοι καὶ Λαμπρίας φιλοσοφοῦσι μέν, εἴπερ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς, τῆς πολιτείας δὲ τὰ μὲν ἔννομα καὶ κερδαλέα διαπεφεύγασι· τῇ πατρίδι δὲ ἐπαρκεῖν ἀεὶ κατὰ δύναμιν προθυμούμενοι, ὅταν ἡ πόλις ἐν χρείᾳ μεγάλῃ γένηται, τότε ῥητορεύουσι καὶ πολιτεύονται καὶ πρεσβεύουσι καὶ δαπανῶσιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων προθύμως, ἔργοις ἀπολογούμενοι τὰ φιλοσοφίας ὀνείδη καὶ τὸ δοκεῖν ἀχρήστους εἶναι ταῖς πόλεσι τοὺς μετιόντας φιλοσοφίαν ψεῦδος ἐλέγχοντες. (13) χρῆται γὰρ αὐτοῖς ἥ τε πατρὶς εἰς ταῦτα, καὶ πειρῶνται βοηθεῖν αἰτίᾳ τοῦ δικαίου δι' ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ αὖθις διὰ σοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον λείπεται τοῖς ἀδικουμένοις εἰς τὸ σωθῆναι, τὸ τυχεῖν δικαστοῦ κρίνειν τε ἐθέλοντος καὶ δυναμένου καλῶς· ὁπότερον γὰρ ἂν ἀπῇ τούτων, ἐξαπατηθέντος ἢ καταπροδόντος αὐτοῦ τὸ δίκαιον οἴχεσθαι πάντως ἀνάγκη. (14) ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν ἡμῖν τὰ μὲν τῶν δικαστῶν ὑπάρχει κατ' εὐχάς, λέγειν δὲ οὐκ ἔνι μὴ τότε ἐφέν-

(11) Verum de civitatis iure vel ex oratoribus, si audire voles ipsisque causam dicendi potestas fiat, a principio audies, et de tota summa recte ex eorum oratione statuetur. Quod vero iis, qui legati huc venerunt, credere oporteat, pauca addenda sunt. (12) Diogenes et Lamprias, si quis alius hoc tempore, philosophantur. Atqui hi reipublicæ munera et quæstus aspernantur: attamen si patria eorum operam desideret, ei pro viribus serviunt: tum causas agunt, rempublicam administrant, legationes suscipiunt, et pecunias liberaliter impendunt; denique re ac factis philosophiæ crimina refutant, et, quod vulgo creditur, philosophos patriæ inutiles esse, falsum demonstrant. (13) Utitur enim illis ad res istas patria, et iustitiæ causam defendere conantur nostro auxilio usi, nos vero tuo. Hoc enim reliquum est iis, qui afficiuntur iniuria, quo se tueantur ac servent, iudicem eum nancisci, qui recte iudicare et velit et possit: utrumvis defuerit istorum, ut iudex fallatur aut prævaricetur, æquitatem perire est necesse. (14) Verum quando iudex est qualem optamus, dicendi autem potestas non est iis, qui tum non appella-

τας, ἀξιοῦσι τοῦτο πρῶτον αὐτοῖς ἀνεθῆναι, καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην τοῦ τότε συνειπόντος τῇ πόλει καὶ τὴν δίκην ἐπιτροπεύσαντος αἰτίαν αὐτῇ γενέσθαι εἰς τὸν ἔπειτα αἰῶνα βλάβης τοσαύτης.

(15) Ἄτοπον δὲ οὐ χρὴ νομίζειν τὸ τὴν δίκην αὖθις ἀνάδικον ποιεῖν· τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ξυμφέρει τὸ κρεῖττον καὶ λυσιτελέστερον ὀλίγον παριδεῖν, τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἀσφάλειαν ὠνουμένοις. ὄντος γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου βίου, ἡδὺ μὲν καὶ τὸ ἐπ' ὀλίγον ἡσυχίαν ἀπολαῦσαι, φοβερὸν δὲ καὶ τὸ πρὸ τῶν δικαστηρίων ἀπολέσθαι κρινόμενον, καὶ παισὶ παραπέμψαι τὴν δίκην ἀτελῆ. (16) ὥστε κινδυνεύει κρεῖσσον εἶναι τὸ καλὸν ὁπωσοῦν προσλαβεῖν ἥμισυ ἢ περὶ τοῦ παντὸς ἀγωνιζόμενον ἀποθανεῖν. τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας εἰ μή τις δικαίως κρίνας τῆς πρὸς ἀλλήλας φιλονικίας ἀπαλλάξει, ἀθάνατον ἔχειν τὴν δύσνοιαν πάντως ἀναγκαῖον. καὶ τὸ μῖσος δὲ ἰσχυρὸν τῷ χρόνῳ κρατυνόμενον. εἴρηται, φασὶν οἱ ῥήτορες, ὅγ' ἐμὸς λόγος, κρίνοις δ' ἂν αὐτὸς τὰ δέοντα.

λε'. Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν.

Πολλή τις ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου, παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων, οὐκ ἐλάχιστα δ' ἐν αὐτοῖς καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων βιβλία. πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας φρόντισον εἰς Ἀντιόχειαν ἀποστεῖλαι, γινώσκων ὅτι μεγίστῃ δὴ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημίᾳ, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσειας, καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ὑπονοίας ἔχοντας ὑφῃρῆσθαι τῶν βιβλίων πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλείονι δὲ τῶν οἰκετῶν βασάνῳ, πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσειας εἰς μέσον πάντα προκομίσαι. ἔρρωσο.

λς'. Ἀμερίῳ.

Οὐκ ἀδακρυτί σου τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνων, ἣν ἐπὶ τῷ τῆς συνοικούσης θανάτῳ πεποίησαι, τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν ἀγγείλας· πρὸς γὰρ τῷ καὶ καθ' ἑαυτὸ λύπης τὸ ξυμβὰν ἄξιον εἶναι, γυναῖκα νέαν καὶ σώφρονα καὶ θυμήρη τῷ γήμαντι, πρὸς δὲ καὶ παίδων ἱερῶν μητέρα πρὸ ὥρας ἀναρπασθῆναι καθάπερ δᾷδα λαμπρῶς ἡμμένην εἶτα ἐν ὀλίγῳ καταβαλοῦσαν τὴν φλόγα, ἔτι καὶ τὸ τοῦ πάθους εἰς σὲ τεῖνον οὐχ ἧττόν μοι δοκεῖ λυπηρὸν εἶναι. (2) ἥκιστα γὰρ δὴ πάντων ἄξιος ἦν ὁ καλὸς Ἀμέριος ἀλγεινοῦ τινὸς εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, ἀνὴρ καὶ λόγῳ χρηστὸς καὶ ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα τῶν φίλων ὁ ποθεινότατος. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερος ἦν, ᾧ γράφειν περὶ τούτων ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει μοι πλειόνων εἰς τοῦτο λόγων, τό τε συμβὰν ὡς ἀνθρώπινον καὶ τὸ φέρειν ὡς ἀναγκαῖον καὶ τὸ μηδὲν ἐκ τοῦ μᾶλλον ἀλγεῖν ἔχειν πλέον, καὶ πάντα ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν τοῦ πάθους παραμυθίαν ἁρμόττειν

verunt, hanc primam sibi concedi postulant; neque illius inertiam, qui tum civitatis causam agebat, tanto detrimento sibi in posterum esse.

(15) Neque vero absurdum debet videri, quod iudicium revocetur. Privatis enim hominibus conducit, commoda et opportunitates paululum negligere, ut in posterum pacem atque otium redimant. Cum enim exiguis terminis eorum vita contineatur, iucundum est exiguo saltem tempore tranquille et quiete vivere, horribile autem et periculosum in ipso fori conspectu causam perire et ad posteros non definitam transmitti; (16) ut melius esse videatur, boni quocunque modo dimidium obtinere, quam de toto dimicantes perire. At urbes immortales, nisi quis integre iudicabit omnemque controversiam dirimet, sempiternas inimicitias gerere necesse est. Grave autem odium esse solet, quod temporis longinquitas confirmavit. Dixi, ut aiunt rhetores; ipse vero de causa, ut æquum erit, statuito.

XXXV. Iulianus imperator Porphyrio S.

Georgii magna sane et copiosa bibliotheca fuit et philosophorum et historicorum omni genere referta, itemque de Galilæorum maxime doctrina multi et varii commentarii exstabant. Quare totam eam bibliothecam perquire et Antiochiam mitti cura: scito autem te quoque gravissimas pœnas esse daturum, nisi omnem diligentiam in quærendo adhibueris, et quos suspicio erit quacunque ratione libros aliquos intervertisse, tum argumentis omnibus, tum iureiurando multiplici, tum magis servorum quæstione, nisi queas convincere, saltem vi cogas eos in medium proferre Vale.

XXXVI. Amerio.

Legi tuam epistolam non sine lacrimis, in qua de uxoris tuæ obitu scribis, casusque acerbitatem exponis. Nam cum res per se luctuosa sit, uxorem adolescentulam et castam et viro suo iucundam, prætereaque liberorum præstantium matrem ante tempus ereptam esse, tanquam facem accensam et paulo post exstinctam, tum vero ad te dolorem eum pertinere per mihi molestum est. (2) Etenim indignissimus erat omnium noster Amerius, qui molestiam doloremque aliquem gustaret, vir et oratione optimus, et nobiscum coniunctissimus. Verum enim vero si ad alium scriberem, omnino longiore mihi oratione opus esset, qua et humanum esse eum casum docerem, et ferre necessarium, et in luctu graviore solatium maius non esse; denique omnia remedia, quæ ad dolorem leniendum

ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκοντι· (3) ἐπεὶ δὲ αἴσχιον ἡγοῦμαι πρὸς ἄνδρα τοὺς ἄλλους νουθετεῖν εἰδότα ποιεῖσθαι λόγους, οἷς χρὴ τοὺς μὴ εἰδότας σωφρονίζειν καὶ παιδεύειν, φέρε σοι τὰ ἄλλα παρεὶς ἀνδρὸς εἴπω σοφοῦ εἴτε μῦθον εἴτε δὴ λόγον ἀληθῆ, σοὶ μὲν ἴσως οὐ ξένον, τοῖς πλείοσι δὲ ὡς εἰκὸς ἄγνωστον, ᾧ δὴ καὶ μόνῳ χρησάμενος ὥσπερ φαρμάκῳ νηπενθεῖ λύσιν ἂν εὕροις τοῦ πάθους οὐκ ἐλάττω τῆς κύλικος, ἣν ἡ Λάκαινα τῷ Τηλεμάχῳ πρὸς τὸ ἴσον τῆς χρείας ὀρέξαι πιστεύεται. (4) φασὶ γὰρ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅ τι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαι οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς τὸ φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποστῆναι τὴν χορηγίαν. (5) κελεύσαντος δ' ἐκείνου μηδενὸς φείσασθαι, ὅ τι δ' ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν ὅτι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν συμπορισθείη, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, ὃ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι, Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα τῆς ὅλης Ἀσίας οὐ χαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. (6) ἐρομένου δ' ἐκείνου « τί ἂν εἴη τοσοῦτον ὃ μόνῳ βασιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται », ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τριῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐθὺς αὐτὴν ἀναβιώσεσθαι τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ δυσωπουμένην. (7) ἀπορήσαντος δὲ τοῦ Δαρείου καὶ μηδένα ἄρα δυνηθέντος εὑρεῖν ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν « τί οὖν, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀνέδην ὡς μόνος ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακείς, ὁ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν; » ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀκούειν ἔδει Δαρεῖον, ἄνδρα βάρβαρον καὶ ἀπαίδευτον, ἔκδοτον ἡδονῇ καὶ πάθει· σὲ δὲ ἄνδρα Ἕλληνα καὶ παιδείαν ἀληθῆ πρεσβεύοντα καὶ παρὰ σαυτοῦ τὸ ἄκος ἔχειν ἐχρῆν, ἐπεὶ καὶ ἄλλως αἰσχύνη τῷ λογισμῷ γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ ταὐτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ.

apta viderentur, tanquam eorum imperito adhiberem. (3) Nunc vero quoniam turpe videtur ad eum, qui cæteros docere valet, ea uti oratione, qua indoctos lenire ac erudire consuevimus, age cæteris rebus omissis referam tibi fabulam vel potius verum sermonem sapientis cuiusdam viri, non quidem illum tibi fortasse inauditum, attamen multis, ut opinor, ignotum, quo vel unico tanquam lætitiæ pharmaco usus ægritudinis remedium invenies non minus quam illo poculo, quod Telemacho in re simili Lacæna dedisse creditur. (4) Aiunt enim Democritum Abderiten, cum nullo modo posset Darium, cui paulo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam resuscitaturum dixisse, si vellet res ad hoc negotium necessarias suppeditare : (5) cumque rex eum iuberet, nulla sumtus ratione habita, quidquid opus esset accipere promissaque præstare, tum paulisper cunctatum dixisse cætera quidem sibi abunde suppetere, sed unum deesse, neque id quemadmodum haberi posset se intelligere; Darium tamen, quod totius Asiæ rex esset, facile fortasse consecuturum. (6) Hic cum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset, quod soli regi fas esset scire, tum Democritum respondisse aiunt, si tumulo uxoris inscriberet nomina trium, qui neminem unquam luxissent, statim illam ab inferis esse redituram, ita ut mors confunderetur. (7) Tum Darius cum hæreret neminemque reperiret, cui triste aliquid non accidisset, Democritus pro sua consuetudine ridens « cur igitur » inquit « ineptissime omnium, effusius tu luges, quasi unus tanti mali particeps, cum neminem eorum qui unquam fuerunt, sine privato aliquo dolore vixisse reperias? Verum ista quidem Darium audire conveniebat, hominem barbarum et indoctum, voluptati ac dolori obsequentem : at te et Græcum et veræ doctrinæ studiosum a te ipso repetere medicinam oportet. Etenim turpe fuerit rationi, non posse impetrare quod impetratura est dies.

λζ'. Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.

Πάντα ἀθρόα ἔπεισί μοι καὶ ἀποκλείει τὴν φωνὴν ἄλλο ἄλλῳ προελθεῖν οὐ συγχωροῦν τῶν ἐμῶν διανοημάτων, εἴτε ψυχρὸν τῶν παθῶν εἴτε ὅπως φίλον κατονομάζειν τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' ἀποδῶμεν αὐτοῖς ἣν ὁ χρόνος ἀπέδωκε τάξιν, εὐχαριστήσαντες τοῖς πάντα ἀγαθοῖς, οἳ τέως μὲν γράφειν ἐμοὶ συνεχώρησαν, ἴσως δὲ ἡμῖν καὶ ἀλλήλους ἰδεῖν συγχωρήσουσιν. (2) ὡς πρῶτον αὐτοκράτωρ ἄκων ἐγενόμην, ὡς ἴσασιν οἱ θεοί (καὶ τοῦτο αὐτοῖς καταφανὲς ὃν ἐνεδέχετο τρόπον ἐποίησα), στρατεύσας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἐκείνης μοι γενομένης τριμήνου τῆς στρατείας, ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλατικοὺς αἰγιαλοὺς ἐπεσκόπουν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ἀνεπυνθανόμην, μή τις φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς ἢ τριβώνιον ἢ χλανίδιον φορῶν κατῆ-

XXXVII. Maximo philosopho.

Omnes uno tempore cogitationes meæ sese mihi offerunt vocemque intercludunt, dum nulla aliam præire patitur, sive est ineptus et frigidus quidam affectus, sive aliud quodcunque voles nominare. Sed demus iis locum quem tempus tribuit, diisque optimis gratias agamus, qui adhuc facultatem scribendi nobis concessere, ac visendi mutuo fortassis etiam concedent. (2) Cum primum imperator invitus creatus sum (cuius rei conscii sunt dii, et quantum in me situm fuit, ipsis declaravi), bellum gerens in barbaros et trimestri spatio in ea militia consumto ad Gallicas oras revertens, circumspiciebam et percontabar de omnibus qui illinc venirent, num quis philosophus, num quis scholasticus aut pallo penulave indutus

ρεν. (3) ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βικεντίωνα (πολίχνιον δὲ νῦν ἐστὶν ἀνειλημμένη, πάλαι δὲ μεγάλη τε ἦν καὶ πολυτελέσιν ἱεροῖς ἐκεκόσμητο, τείχει καρτερῷ καὶ προσέτι τῇ φύσει τοῦ χωρίου· περιθεῖ γὰρ αὐτὸ ὁ Δοῦβις ποταμός. ἡ δὲ ὥσπερ ἐν θαλάττῃ πετρώδης ἄκρα ἀνέστηκεν, ἄβατος ὀλίγου δέω φάναι καὶ αὐτοῖς ὄρνισι, πλὴν ὅσα ὁ ποταμὸς αὐτὴν περιρρέων ὥσπερ τινὰς αἰγιαλοὺς ἔχει προκειμένους), ταύτης πλησίον τῆς πόλεως ἀπήντησε κυνικός τις ἀνήρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν. (4) τοῦτον πόρρωθεν θεασάμενος οὐδὲν ἄλλο ὑπέλαβον ἢ σέ, πλησίον δὲ ἤδη προσιὼν παρὰ σοῦ πάντως ἥκειν αὐτὸν ἐνόμιζον. οὗτος δ' ἀνὴρ φίλος μέν, ἧττον δὲ τῆς προσδοκωμένης ἐλπίδος. ἓν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ ἐγένετό μοι. μετὰ τοῦτο δὲ ᾤμην σε πολυπραγμονήσαντα τὰ κατ' ἐμὲ τῆς Ἑλλάδος ἐκτὸς οὐδαμῶς εὑρεθῆναι. ἴστω Ζεύς, ἴστω μέγας Ἥλιος, ἴστω Ἀθηνᾶς κράτος καὶ πάντες θεοὶ καὶ πᾶσαι, πῶς κατιὼν ἐπὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἀπὸ τῶν Κελτῶν ἔτρεμον ὑπὲρ σοῦ. (5) καὶ ἐπυνθανόμην τῶν θεῶν, αὐτὸς μὲν οὐ τολμῶν (οὐ γὰρ ὑπέμενον οὔτε ἰδεῖν τοιοῦτον οὔτε ἀκοῦσαι οὐδέν, οἷον ἄν τις ὑπέλαβε δύνασθαι τηνικαῦτα περὶ σὲ γίνεσθαι), ἐπέτρεπον δὲ ἄλλοις. οἱ θεοὶ δὲ ταραχὰς μέν τινας ἔσεσθαι περὶ σὲ περιφανῶς ἐδήλουν, οὐθὲν μέντοι δεινὸν οὐδὲ εἰς ἔργον τῶν ἀθέσμων βουλευμάτων. ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι μεγάλα καὶ πολλὰ παρέδραμον. (6) μάλιστά σε πυθέσθαι ἄξιον πῶς μὲν ἀθρόως τῆς ἐπιφανείας ᾐσθόμεθα τῶν θεῶν, τίνα δὲ τρόπον τὸ τοσοῦτον τῶν ἐπιβούλων πλῆθος διαπεφεύγαμεν, κτείναντες οὐδένα, χρήματα οὐδενὸς ἀφελόμενοι, φυλαξάμενοι δὲ μόνον οὓς ἐλαμβάνομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως οὐ γράφειν ἀλλὰ φράζειν χρή, οἶμαι δέ σε καὶ μάλα ἡδέως πεύσεσθαι. (7) θρησκεύομεν τοὺς θεοὺς ἀναφανδόν, καὶ τὸ πλῆθος τοῦ συγκατελθόντος μοι στρατοπέδου θεοσεβές ἐστιν. ἡμεῖς φανερῶς βουθυτοῦμεν. ἀπεδώκαμεν τοῖς θεοῖς χαριστήρια ἑκατόμβας πολλάς. ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ τὰ πάντα ἁγνεύειν εἰς δύναμιν, καὶ πείθομαί γε καὶ προθύμως αὐτοῖς· μεγάλους γὰρ καρποὺς τῶν πόνων ἀποδώσειν φασίν, ἢν μὴ ῥαθυμῶμεν. ἦλθε πρὸς ἡμᾶς Εὐάγριος.

eo appulisset. (3) Cum autem Vesontionem appropinquarem (est autem oppidulum nunc refectum, magnum tamen olim et magnificis templis ornatum, mœnibus firmissimis et loci natura munitum, propterea quod cingitur Dubi: estque, ut in mari, rupes excelsa, propemodum ipsis avibus inaccessa, nisi qua flumen ambiens tanquam littora quædam habet proiecta), cum, inquam, prope abessem ab hac urbe, vir quidam Cynicus cum pera et baculo mihi occurrit. (4) Eum ego cum eminus aspexissem, te ipsum esse putavi: cum accessi propius, a te omnino illum venire suspicatus sum. Est autem mihi quidem ille amicus, multum tamen infra exspectationem meam. Ergo hoc unum nobis somnium obtigit. Postea existimabam te de rebus meis sollicitum nusquam e Græcia pedem extulisse. Testis est Iupiter, testis magnus Sol, testis Minerva, testis dii deæque omnes, quanto in timore tua causa fuerim, cum ad Illyrios a Gallis venirem. (5) Et quidem sciscitabar deos, non ego ipse (neque enim præsens spectare audireve potuissem, quis tum status esse posset rerum tuarum), sed aliis negotium committebam. At dii manifeste ostendebant, perturbationes aliquas tibi fore; nihil tamen terribile aut opportunum sceleratis consiliis denunciabant. Sed vides me multas et magnas res præterire. (6) Illud maxime te audire convenit, et quam crebro auxilium deorum sensimus, et quomodo tantam insidiatorum multitudinem effugimus, nemine occiso aut spoliato, sed iis tantum custodiæ traditis, qui in scelere ipso deprehensi erant. (7) Atque hæc quidem fortasse melius erat dicere quam scribere, puto tamen abs te libentissimo animo auditum iri. Deos publice et palam colimus, et totus meus exercitus illorum cultum sequitur. Nos aperte boves immolamus. Diis gratias egimus multis hecatombis. Me iubent dii pure et caste, quoad potero, vivere. Ego vero iis pareo, et quidem libenti animo. Magnos fructus laborum pollicentur, nisi segniter agamus. Venit ad nos Evagrius.

λη'. Τῷ αὐτῷ.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν

Ὅμηρος ὁ σοφὸς ἐνομοθέτησεν· ἡμῖν δὲ ὑπάρχει πρὸς ἀλλήλους ξενικῆς φιλίας ἀμείνων ἥ τε διὰ τῆς ἐνδεχομένης παιδείας καὶ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας, ὥστε οὐκ ἄν μέ τις ἐγράψατο δικαίως ὡς τὸν Ὁμήρου παραβαίνοντα νόμον, εἰ καὶ ἐπὶ πλεῖόν σε μένειν παρ' ἡμῖν ἀξιώσαιμι. (2) ἀλλά σου τὸ σωμάτιον ἰδὼν ἐπιμελείας πλείονος δεόμενον ἐπέτρεψα βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην τῆς πορείας. ὀχήματι γοῦν ἔξεστί σοι δημοσίῳ χρήσασθαι, πορεύοιεν

XXXVIII. Eidem.

Dum tecum est hospes, colito; dimitte volentem:

sic lex Homeri præcipit. At nobis amicitia est longe maior, quam illa hospitii; nempe hæc, quam doctrina, quæcumque est, ac religio conciliat. Quare nemo me iure accusasset, quasi Homericam legem violarem, si te apud nos diutius manere voluissem. (2) Sed cum viderem corpusculum tuum curationis ac solatii maioris indigere, permisi tibi ut ires in patriam, et de commoditate itineris providi: usum siquidem publici vehiculi tibi concessi.

δέ σε σὺν Ἀσκληπιῷ πάντες οἱ θεοί, καὶ πάλιν ἡμῖν συντυχεῖν δοῖεν.

λθʹ. Ἰαμβλίχῳ.

Αἰσθάνομαί σου τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμῶν καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων· ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι συνῄδειν ἐμαυτῷ τοῦ πρός σε γιγνομένου καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλιπόντι, πάντως ἢ προφάσεις εὐλόγους εἰπὼν ἐπειρώμην ἂν τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν, ἢ συγγνώμην αἰτεῖν οὐκ ἠρνούμην, ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σούς, εἴ τι τῶν πρός σε φιλικῶν ἐξήμαρτον ἄκοντες. (2) νῦν δέ (οὐ γὰρ ἦν οὔτε σὲ παροφθῆναι θέμις οὔτε ἡμᾶς ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμεν ὧν ἀεὶ ζητοῦντες ποθοῦμεν) φέρε σοι καθάπερ ἐν ὅρῳ γραφῆς ἀπολογήσωμαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὧν ἐχρῆν εἰς σὲ παριδεῖν ἀλλὰ μηδ' ἀμελῆσαι τολμήσαντα.

(3) Ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη τρίτον ἔτος τουτί, μόλις ἀφ' ὧν οἶσθα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. ὑπερβὰς δὲ τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν καὶ ἐπιστὰς τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ θεῷ τὰ πρωτόλεια τῶν ἐμαυτοῦ σώστρων ἀπέδωκα, σύμβολον τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς οἷον ἀντ' ἀναθήματος ἱεροῦ τὴν εἰς σὲ πρόσρησιν ἐκπέμπων. (4) καὶ ἦν ὁ κομίζων τὰ γράμματα τῶν βασιλείων ὑπασπιστῶν εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα, Βακχύλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ τοῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείριζον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν καί σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπισχνεῖτο. (5) μετὰ ταῦτά μοι καθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρὰ σοῦ γράμμα, τὴν ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀκηκοέναι δηλοῦντος· ἦν δὲ τοῦτο ἐμοὶ δεξιὸν οἰώνισμα καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ἀρχή, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα πρὸς ἡμᾶς. τί με δεῖ λέγειν ὅπως ηὐφράνθην ἢ ἃ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον; (6) εἰ γὰρ ἐδέξω τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτων γραφέντα (ἦν δὲ δι' ἡμεροδρόμου τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ὡς σὲ πεμφθέντα), πάντως ἂν ὁπόσην ἐπ' αὐτοῖς ἡδονὴν ἔσχον ἀφ' ὧν ἐδήλουν ἐγίνωσκες. πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων ἑτέρων ἦρχον πρός σε γραμμάτων, ὁμοῦ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν καὶ πρὸς τὰ ἑξῆς ἐν ἴσῳ παρὰ σοῦ τὴν ἀντίδοσιν αἰτῶν. (7) μετὰ ταῦτα ἐπρέσβευσεν ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος. ἐγὼ δὲ ὡς ἔγνων, εὐθὺς ἀναπηδήσας ἧξα καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σὲ καὶ τὰ παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ὀνειροπολῶν γράμματα. ὡς δὲ ἔλαβον, ἐφίλουν καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἀπρὶξ εἰχόμην, ὥσπερ δεδιὼς μὴ λάθῃ με ἀποπτὰν ἐν τῇ τῶν γραμμάτων ἀναγνώσει τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα. (8) καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον εὐθύς, οὐ πρὸς σὲ μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν Σώπατρον τὸν ἐκείνου παῖδα, καθάπερ θρυπτόμενος ὅτι τὸν κοινὸν ἑταῖρον ἐκ τῆς Ἀπαμείας οἷον ἐνέχυρον τῆς ὑμετέρας ἀπουσίας ἀντειληφότες εἴημεν. ἐξ ἐκείνου τρίτην ἤδη πρός σε γεγρα-

Æsculapius et dii omnes te deducant, atque iterum ad nos adducant.

XXXIX. Iamblicho.

Sentio tuam in reprehendendo dulcedinem, et quemadmodum utrumque pariter efficias, ut et nos scribendo ornes et reprehendendo erudias. Ego vero si mihi essem conscius vel tantillum officio erga te meo defuisse, certe aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum possem, aut delicti veniam petere non recusarem, præsertim cum te nec alias sciam esse tuis implacabilem, si quid per imprudentiam in amicitia offenderint. (2) Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, si modo assequi aliquando volumus quæ semper optavimus) constitui tibi, tanquam coram iudice res esset, causam dicere, nihilque a me secus quam oporteret vel negligentia vel tarditate commissum esse probare.

(3) E Pannonia veni tertio abhinc anno, vix et illis periculis et laboribus quos tu minime ignoras ereptus. Cum autem fretum Chalcedonium traiecissem et ad urbem Nicomedis appropinquassem, tibi primo quasi patrio deo prima pro salute mea vota persolvi, cum ad te signum adventus mei, quasi donarium aliquod sacrum, salutationem misi. (4) Litteras autem ferebat unus e regiis satellitibus, nomine Iulianus, Bacchyli filius, genere Apameus, cui propterea libentius epistolam tradidi, quod et istuc ire et te optime nosse aiebat. (5) Postea vero mihi abs te tanquam ab Apolline sacra epistola allata est, qua te libenter de meo adventu cognovisse declarabas. Fuit vero mihi tanquam lætum omen et initium bene sperandi sapiens ille Iamblichus et Iamblichi litteræ. Quid hic commemorem, quantopere lætatus fuerim aut quemadmodum legendis tuis litteris affectus? (6) Si enim de hac re litteras nostras accepisti (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos istinc veniunt, dedimus ad te perferendas), certe quantam ex iis voluptatem ceperim, e nostris verbis intelligis. Iterum autem cum domum rediret educator meorum liberorum, alteras ad te litteras misi, quibus et tibi de prioribus tuis gratias agebam, et simul in posterum mutuas a te litteras flagitabam. (7) Postea venit ad nos legatus clarus vir Sopater: utque hominem agnovi, continuo exsilui, eumque complexus flevi præ gaudio, quod nihil nisi te ac tuas litteras augurarer. Quas ut accepi, osculatus sum et ad oculos admovi, mordicusque tenui, quasi veritus, ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis sensim evolaret. (8) Et quidem statim rescripsi non ad te solum, sed etiam ad illius filium Sopatrum clarissimum, quasi ludens, quod communem amicum ex Apamea tanquam obsidem pro vobis absentibus accepissemus. Ex eo tempore cum

φώς, αὐτὸς οὐδεμίαν ἄλλην ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς ἐπιστολὴν ἐδεξάμην.

(9) Εἰ μὲν δὴ διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἵνα νῷ τῆς αἰτίας σχήματι πλείονας ἡμῖν ἀφορμὰς τοῦ γράφειν προξενῇς, δέχομαι τὴν μέμψιν ἄσμενος καὶ ἐν οἷς λαμβάνω τὸ πᾶν τῆς χάριτος εἰς ἐμαυτὸν οἰκειοῦμαι· εἰ δὲ ὡς ἀληθῶς ἐλλιπόντα τι τοῦ πρός σε καθήκοντος αἰτιᾷ, τίς ἂν ἐμοῦ γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερος διὰ γραμματοφόρων ἀδικίαν ἢ ῥαθυμίαν πάντων ἥκιστα τούτου τυγχάνοντος; (10) καίτοι ἐγὼ μέν, κἂν μὴ πλεονάκις γράφω, δίκαιός εἰμι συγγνώμης παρὰ σοῦ τυγχάνειν, οὐ τῆς ἀσχολίας ἣν ἐν χερσὶν ἔχω φαίην ἄν (μὴ γὰρ οὕτω πράξαιμαι κακῶς, ὡς μὴ καὶ ἀσχολίας ἁπάσης, καθά φησι Πίνδαρος, τὸ κατὰ σὲ κρεῖττον ἡγεῖσθαι), ἀλλ' ὅτι πρὸς ἄνδρα τηλικοῦτον, οὗ καὶ μνησθῆναι φόβος, ὁ καὶ γράφειν κατοκνῶν τοῦ πλέον ἢ προσήκει θαρροῦντός ἐστι σωφρονέστερος. (11) ὥσπερ γὰρ οἱ ταῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἀντιβλέπειν συνεχῶς τολμῶντες, ἂν μὴ θεῖοί τινες ὦσι καὶ τῶν ἀκτίνων αὐτοῦ καθάπερ οἱ τῶν ἀετῶν γνήσιοι καταθαρρῶσιν, οὔτε ἃ μὴ θέμις ὀφθῆναι θεωρεῖν ἔχουσι, καὶ ὅσῳπερ μᾶλλον φιλονικοῦσι, τοσούτῳ πλέον ὅτι μὴ δύνανται τυχεῖν ἐμφαίνουσιν, οὕτω καὶ ὁ πρὸς σὲ γράφειν τολμῶν, ὅσῳπερ ἂν ἐθέλῃ θαρρεῖν, τοσούτῳ μᾶλλον ὅτι χρὴ δεδιέναι καθαρῶς δείκνυσι. (12) σοί γε μήν, ὦ γενναῖε, παντὸς ὡς εἰπεῖν τοῦ Ἑλληνικοῦ σωτῆρι καθεστῶτι πρέπον ἦν ἀφθόνως τε ἡμῖν γράφειν καὶ τὸν παρ' ἡμῖν ὄκνον ἐφ' ὅσον ἐξῆν καταστέλλειν. (13) ὥσπερ γὰρ ὁ Ἥλιος (ἵνα δὴ πάλιν ἐκ τοῦ θεοῦ πρός σε τὴν εἰκόνα λάβῃ ὁ λόγος) ὁ δ' οὖν Ἥλιος ὥσπερ, ὅταν ἀκτῖσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀποκρίνῃ τοῦ πρὸς τὴν αἴγλην ἐλθόντος, ὃ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται, οὕτω δὴ καὶ σὲ χρῆν ἀφθόνως τῶν παρὰ σοῦ καλῶν οἷον φωτὸς τὸ Ἑλληνικὸν ἐπαρδεύοντα μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῦς ἢ δέους ἕνεκα τοῦ πρός σε τὴν ἀντίδοσιν δυσωπεῖται. (14) οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀσκληπιὸς ἐπ' ἀμοιβῆς ἐλπίδι τοὺς ἀνθρώπους ἰᾶται, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον αὐτῷ φιλανθρώπευμα πανταχοῦ πληροῖ. ὃ δὴ καὶ σὲ χρῆν ὡσπερεὶ ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν ὄντα ποιεῖν καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς παράγγελμα διὰ πάντων σώζειν, οἷον ἀγαθὸν τοξότην, ὅς, κἂν μὴ τὸν ἀντίπαλον ἔχῃ, πάντως ἐς τὸ καίριον ἀεὶ τὴν χεῖρα γυμνάζει. (15) ἐπεὶ μηδὲ ὁ σκοπὸς ἑκατέροις ὁ αὐτός, ἡμῖν τε τῶν παρὰ σοῦ δεξιῶν τυχεῖν καὶ σοὶ τοῖς παρ' ἡμῶν διδομένοις ἐντυχεῖν. (16) ἀλλ' ἡμεῖς, κἂν μυριάκις γράφωμεν, ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἳ παρὰ τὰς θῖνας ὅ τι ἂν ἐκ πηλοῦ πλάσωσιν ἀφιᾶσι κλύζεσθαι· παρὰ σοῦ δὲ καὶ μικρὸν γράμμα παντός ἐστι γονίμου ῥεύματος κρεῖττον, καὶ εὐξαίμην ἂν ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι. εἰ δὲ μέλει τί σοι τῶν ἐραστῶν τῶν σῶν (μέλει δέ, εἰ μὴ σφάλλομαι), μὴ περιίδῃς ὥσπερ νεοττοὺς ἡμᾶς ἀεὶ τῶν παρὰ σοῦ τροφῶν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας, ἀλλὰ καὶ γράφε συνεχῶς καὶ τοῖς παρὰ σαυτοῦ καλοῖς ἑστιᾶν μὴ κατόκνει. (17) κἂν ἐλλίπωμεν, αὐτὸς ἑκατέρου τὴν χρείαν

hanc ad te scripserim, ipse nullam abs te epistolam accepi præter istam qua me videris accusare.

(9) Si iam ob id nos accusas, ut hac specie accusationis maiorem nobis occasionem scribendi præbeas, accipio libenti animo totam accusationem tuam, atque ex his ipsis litteris, quas abs te accipio, omnem gratiam et suavitatem decerpo: sin autem omnino peccatum aliquod meum erga te accusas, quis me miserior, qui per tabellariorum iniuriam aut negligentiam tibi satisfacere officio non possum? (10) Verumtamen ego, licet non persæpe scriberem, iure possem a te veniam obtinere, non propter occupationem, quam in præsenti habeo (absit enim ut adeo sim miser, ut te meis rebus omnibus, sicut Pindarus ait, non anteponam), sed quod ad te, tantum virum, cuius vel meminisse sine timore non licet, vel qui scribere cunctatur sapientior est eo, qui nimis audet. (11) Nam sicut qui in solem assidue suspicere audent, nisi diviniore quadam natura præditi sint, eiusque radios tanquam aquilarum veri fœtus intueantur, neque ea, quæ nefas est videre, possunt cernere, et quo magis contendunt, eo magis se id assequi non posse ostendunt: sic qui ad te audet scribere, quo plus audere nititur, eo magis timendum esse liquido demonstrat. (12) Tibi vero, vir generose, qui ad gentilitatem totam servandam, ut ita dicam, constitutus es, consentaneum erat et ad nos crebras litteras mittere, et nostram desidiam inertiamque, quantum posses, coercere. (13) Nam quemadmodum Sol (ut iterum ex eodem deo ad te similitudinem mea ducat oratio), ut, inquam, Sol cum purus totus ac lucidus radiis collucet, non dispiciens an quod lumini occurit, sit consentaneum, suum munus perficit, sic te oportebat liberaliter bona tua tanquam lucem in universos gentiles effundere, neque eo desistere, quod aliquis metu aut verecundia erga te impeditus respondere tibi scribendo non audeat. (14) Neque enim Æsculapius mercedis spe homines curat, sed humanitatem suam tanquam disciplinam aliquam in omnes homines explicat. Idem te facere oportuit, cum sis animorum studiosorum medicus, et omnibus in rebus virtutis præceptum servare, ut bonus sagittarius, qui tametsi adversarium non habeat, tamen semper manum exercet, ut opportuno tempore ea utatur. (15) Nam neque scopus utrique nostrum idem est, ut nos videlicet tuis eruditis scriptis fruamur et tu nostra legas, (16) sed nos quamvis millies scribamus, similiter ut Homerici pueri ludimus, qui iuxta littora quicquid e luto finxerunt fluctibus obrui sinunt, cum interim tua licet parva epistola cuivis fertili fluvio anteponenda sit. Ac sane epistolam unam Iamblichi malim quam omne Lydiæ aurum possidere. Quod si amatorum tuorum ulla tibi cura est (est autem aliqua, nisi fallor), ne nos quasi pullos negligas, qui cibo tuo magnopere egemus, sed scribe assidue, neque tuis bonis pascere nos desine. (17) Quod si forte officio

οἰκείου, καὶ ὧν δίδως καὶ ὧν ἀνθ' ἡμῶν τὸ ἴσον πρεσβεύεις. πρέπει δὲ Ἑρμοῦ λογίου μαθητήν, εἰ δὲ βούλει καὶ τρόφιμον ὄντα σε, τὴν ἐκείνου ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι.

μ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελφικῷ γινώσκειν ἑαυτοὺς καὶ μὴ τολμᾶν ἀνδρὸς ἀκοῆς τοσούτου καταθαρρεῖν, ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερές, ἤ που τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν κινοῦντι πρὸς τὸ ἴσον ἐλθεῖν, ἐπεὶ κἂν Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι πᾶς ὅστις ἐκσταίη, κἂν Ἀρισταῖος ᾖ, καὶ Ἀπόλλωνι πρὸς κιθάραν ψάλλοντι πᾶς ὅστις ἠρεμοίη, κἂν τὴν Ὀρφέως μουσικὴν εἰδῇ. (2) τὸ γὰρ ἧττον τῷ κρείττονι, καθ' ὅσον ἧττόν ἐστιν, εἴκοι ἂν δικαίως, εἰ μέλλοι τό τε οἰκεῖον καὶ τὸ μή τί ἐστι γινώσκειν. ὅστις δ' ἐνθέῳ μουσικῇ θνητὸν ἀνθαρμόσαι μέλος ἤλπισεν, οὐκ ἔμαθέ που τὸ Μαρσύου τοῦ Φρυγὸς πάθος οὐδὲ τὸν ὁμώνυμον ἐκείνῳ ποταμόν, ὃς μανέντος αὐλητοῦ τιμωρίαν ῥεῖ, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Θαμύριδος τοῦ Θρᾳκὸς τελευτὴν ἤκουσεν, ὃς ταῖς Μούσαις οὐκ εὐτυχῶς ἀντεφθέγξατο. (3) τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν, ὧν ἔτι τὸ πτερὸν ἐπὶ τοῦ μετώπου φέρουσιν αἱ νικήσασαι; ἀλλ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀμούσου τόλμης ἀρκοῦσαν ἔτι καὶ νῦν ἐκτίνει τῇ μνήμῃ δίκην, ἡμᾶς δὲ ἔδει μὲν ὡς ἔφην εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἑστάναι καὶ τῆς ὑπὸ σοῦ μουσικῆς ἐμφορουμένους ἠρεμεῖν, ὥσπερ οἳ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν ἐξ ἀδύτων ἱερῶν προϊοῦσαν ἡσυχῇ δέχονται· (4) ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ μνηστεύεις καὶ οἷον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται, οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσωμεν, ὥσπερ οἱ τῷ χοροστάτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες. (5) καὶ πρῶτόν σοι τῶν λόγων, οὓς βασιλεῖ κελεύσαντι πρὸς τὴν ἀοίδιμον τοῦ πορθμοῦ ζεῦξιν ἔναγχος ἐξειργασάμεθα, ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι δοκοῦν, ἀπαρξώμεθα, μικρὰ μὲν ἀντὶ μεγάλων καὶ τῷ ὄντι χαλκᾶ χρυσῶν ἀντιδιδόντες, οἷς δὲ ἔχομεν ξενίοις τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες. (6) πάντως οὐδὲ τῆς Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν, ἀλλ' ᾔδει καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι· ὁ Πὰν δὲ ὁ νόμιος τοῦ παιδὸς τοῦ βουκόλου τὴν σύριγγα προσαρμόσαι τοῖς χείλεσιν οὐκ ἠτίμασε. πρόσου δὴ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον εὐμενεῖ νεύματι, καὶ μὴ ἀποκνήσῃς ὀλίγῳ μέλει μεγάλην ἀκοὴν ἐνδοῦναι. (7) ἀλλ' ἐὰν μὲν ἔχῃ τι δεξιόν, αὐτός τε ὁ λόγος εὐτυχεῖ καὶ ὁ ποιητὴς αὐτοῦ τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου τὴν μαρτυρίαν προσλαβών· εἰ δ' ἔτι χειρὸς ἐντελοῦς εἰς τὸ τοῦ ὅλου πλήρωμα προσδεῖται, μὴ ἀπαξιώσῃς αὐτὸς τὸ ἐνδέον προσθεῖναι. (8) ἤδη που καὶ ἀνδρὶ τοξότῃ κληθεὶς

defuerimus, ipse utrumque munus præstato, tum ad nos, tum pro nobis vicissim scribendo. Etenim Mercurii facundi discipulum aut etiam alumnum, qualis tu es, virga uti decet, non ad somnum inducendum, sed ad movendum et excitandum, atque hac ex parte maxime illum imitari

XL. Eidem.

Oportebat sane iuxta Delphicum oraculum nos ipsos nosse neque audere tanti viri auribus obstrepere, quem vel aspicientem respicere difficile est, nedum concentum omnis sapientiæ moventi velle par referre. Nam et Pani dulce carmen canenti quilibet concesserit, quamvis sit Aristæus; et Apolline ad citharam canente unusquisque tacet, quamvis Orphei musicam teneat. (2) Quod enim minus est, hoc ipso quod est minus, cedere debet maiori, si modo vult et sua ipsius bona et aliena cognoscere. Quisquis autem cum divina musica humanam vult componere, nunquam Marsyæ Phrygis casum didicit, neque nominis eiusdem fluvium, qui tibicinis insani supplicio manat: immo neque Thamyræ Thracis mortem audivit, qui infeliciter cum Musis de cantu certavit. (3) Quid enim Sirenas memorem? quarum alam in fronte adhuc gestant victrices. Verumenimvero illi stultæ audaciæ pœnas satis magnas nunc etiam posteritati persolvunt: nos autem, sicut ante dixi, oportebat sane nostris finibus contentos esse et tua musica satiatos quiescere, ut qui Apollinis oracula e sacris adytis cum silentio excipiunt. (4) Verum, quando tu nobis ad canendum præis, et tanquam Mercurii virga oratione tua nos moves atque excitas dormientes, ecce ipsi quoque, sicut qui Baccho thyrsum pulsanti cum choreis lymphati occurrunt, sic ad plectrum tuum respondeamus, perinde ut qui præsultorem ad numeri provocationem sequuntur. (5) Accipias igitur primum, quando ita vis, orationem, quam nuper imperatoris iussu in nobilem illam freti coniunctionem elaboravi. Parvum certe munusculum, si cum tuo conferatur, omninoque æs pro auro reddimus: sed tamen quo possumus munere nostrum Mercurium prosequimur. Theseus quidem certe mensam Hecales, licet tenuem, non est aspernatus, sed necessitati obsecutus exiguo contentus fuit. Pan ille Nomius non erubuit, cum pueri bubulci fistulam suis labris admovit. (6) Quare tu quoque librum nostrum amico animo admitte, neque te pœniteat exiguo carmini magnam aurem præbere. Verum si quid erit boni, et liber felix est et eius auctor, ut cui Minerva ipsa testimonium laudis dederit: sin extremam manum, quo perficiatur, desiderat, ne sit tibi grave addere quod deest. Sic olim sagittario invocanti deus af-

ὁ θεὸς παρέστη καὶ συνεφήψατο τοῦ βέλους, καὶ κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο.

fuit et telum una direxit; sic citharœdo orthium canenti, cum nervus deficeret, Apollo ipse cicadæ specie respondit.

μα'.

Παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν οὐ τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι καὶ τῇ γλώττῃ πολιτευομένην εὐρυθμίαν, ἀλλὰ διάθεσιν ὑγιᾶ νοῦν ἐχούσης διανοίας, καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἐσθλῶν τε καὶ αἰσχρῶν. ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκει δὲ ἕτερα τοὺς πλησιάζοντας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι τοσούτῳ δοκεῖ τῆς παιδείας, ὅσῳ καὶ τοῦ χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. (2) καὶ εἰ μὲν ἐπὶ σμικροῖς εἴη τὸ διάφορον τῆς γνώμης πρὸς τὴν γλῶτταν, κακὸς μὲν εἰς τόδε, ὅμως τῷ τοσῷ γίνεται· εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλα μὲν φρονοίη τις, ἐναντία δὲ ὧν φρονεῖ διδάσκοι, πῶς οὐ τοῦτο ἐκεῖνο καπήλων ἐστίν, οὔ τι χρηστῶν ἀλλὰ παμπονήρων ἀνθρώπων, οἳ μάλιστα παιδεύουσιν ὅσα μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις εἰς οὓς μετατιθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν οἶμαι κακά; (3) πάντας μὲν οὖν χρὴ τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους εἶναι τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς καὶ μὴ μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ μεταχαρακτηρίζοντας τὰ ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν δοξάσματα, πολὺ δὲ πλέον ἁπάντων οἶμαι δεῖν εἶναι τοιούτους ὅσοι ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίγνονται, τῶν παλαιῶν ἐξηγηταὶ γιγνόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε ῥήτορες εἴτε γραμματικοί, καὶ ἔτι πλέον οἱ σοφισταί. βούλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι, καὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. (4) εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μή, τοῦτο ἀφείσθω νῦν· ἐπαινῶν δὲ αὐτοὺς οὕτως ἐπαγγελμάτων καλῶν ὀρεγομένους ἐπαινέσαιμ' ἂν ἔτι πλέον, εἰ μὴ ψεύδοιντο μηδ' ἐξελέγχοιεν αὐτοὺς ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα. τί οὖν; Ὁμήρῳ μέντοι καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Δημοσθένει καὶ Ἡροδότῳ καὶ Θουκυδίδῃ καὶ Ἰσοκράτει καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας. (5) οὐχ οἱ μὲν Ἑρμοῦ σφᾶς ἱεροὺς οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; ἄτοπον μὲν οἶμαι τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων ἀτιμάζειν τοὺς ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. (6) οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο ἄτοπον οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτοὺς μεταθεμένους τοῖς νέοις συνεῖναι· δίδωμι δὲ αἵρεσιν μὴ διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα, βουλομένους δὲ διδάσκειν ἔργῳ πρῶτον καὶ πείθειν τοὺς μαθητὰς ὡς οὔτε Ὅμηρος οὔτε τούτων τις, οὓς ἐξηγοῦνται καὶ ὧν κατεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν ἄνοιάν τε καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεούς, τοιοῦτός ἐστιν. (6) ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ἐξ ὧν γεγράφασι παρατρέφονται μισθαρνοῦντες, εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδέστατοι καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν. ἕως μὲν οὖν τούτου πολλὰ ἦν τὰ αἴτια τοῦ μὴ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερά, καὶ ὁ πανταχόθεν ἐπικρεμάμενος φόβος ἐδίδου συγγνώμην ἀποκρύπτεσθαι τὰς ἀληθεστάτας ὑπὲρ τῶν

XLI.

Doctrinam rectam esse arbitramur non concinnitatem eam, quæ verbis et lingua se iactat, sed affectionem sanam animi cordati et veras certasque de bonis et malis, honestis et turpibus sententias. Quare quisquis aliud sentit, aliud suos discipulos docet, is tantum videtur a scientia quantum a probitate abesse. (2) Ac si de parva re sit linguæ animique dissensio, in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modum non excedat sceleris magnitudo: sin vero in maximis rebus aliud sentit, contraque ac sentit docet, nonne hæc cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum vita est? quippe cum id maxime doceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescantes eos laudibus, quibuscum sua, ut arbitror mala commutare volunt. (3) Quamobrem omnes, qui quid, vis docere profitentur, bonis moribus esse debent neque opiniones novas et a sensu populari abhorrentes afferre: sed imprimis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituunt, sive sint rhetores sive grammatici, et præcipue sophistæ, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, et ad se philosophiam de administrandis rebus publicis pertinere contendunt. (4) Hoc verum sit necne, in præsentia omitto: laudo eos, quod doctrinam tam præstantem expetant; plus certe laudaturus, si non mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias deos habent doctrinæ suæ duces et auctores. Nonne eorum alii Mercurio, alii Musis sacros se esse arbitrabantur? (5) Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, deos vituperare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id absurdum puto, idcirco eos mutata sententia familiariter discipulis uti iubeo: verum do optionem, ut ne doceant quæ non bona esse censent; sin docere malunt, doceant reipsa primum et persuadeant discipulis, neque Homerum neque Hesiodum neque quemquam eorum, quos interpretati sunt, quosque impietatis amentiæ erroris erga deos condemnarunt, talem esse. (6) Nam alioqui cum ex illorum scriptis alantur mercedemque capiant, avarissimos plane et sordidissimos se esse fatentur, paucarumque drachmarum gratia quælibet sustinere. Atque hactenus quidem multa erant, quæ eos templorum aditu prohiberent: et timor undique imprudens excusabat, quo minus verissimæ de diis sententiæ explicarentur. Nunc autem cum deorum munere atque

θεῶν δόξας· ἐπειδὴ δὲ ἡμῖν οἱ θεοὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔδοσαν, ἄτοπον εἶναί μοι φαίνεται διδάσκειν ἐκεῖνα τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ ἔχειν. (7) ἀλλ' εἰ μὲν οἴονται σοφοὺς ὧν εἰσὶν ἐξηγηταὶ καὶ ὧν ὥσπερ προφῆται κάθηνται, ζηλούντων αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν· εἰ δὲ εἰς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πεπλανῆσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν, οἷς πεισθέντες ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοάς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων ὧν ἔμοιγε εἴη μετέχειν ἀεὶ καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει. (8) τοῖς μὲν καθηγεμόσι καὶ διδασκάλοις οὑτοσὶ κοινὸς κεῖται νόμος· ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾶν οὐκ ἀποκέκλεισται. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ' ὅ τι τρέπωνται τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄγειν ἐπὶ τὰ πάτρια. καίτοι δίκαιον ἦν, ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι, πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γὰρ οἶμαι διδάσκειν ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.

concessu libertate potiamur, absurdum mihi videtur ea homines docere, quæ non bona esse arbitrentur. (7) Quod si in iis quæ docent, et quorum quasi interpretes sedent, sapientiam esse ullam arbitrantur, studeant primum illorum in deos pietatem imitari; sin in deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse, eant in Galilæorum ecclesias, ibique Matthæum et Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes a victimis abstinere iubetis. Cupio ego et aures et linguam vostram (sicut vos loqueremini) renasci in iis rebus, quarum utinam et ego sim semper particeps et omnes qui me diligunt. (8) Doctoribus quidem et præceptoribus communis hæc lex statuatur. Adolescentes enim qui ire volent, minime prohibentur, iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ob optima via reicere ac metu coactos ad patria instituta deducere. Quamvis iustum esset istos quemadmodum impotentes et insanos, invitos ac repugnantes curare, attamen liceat omnibus per nos isto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire oportet.

μβ'. Ἑκηβόλῳ.

Ἐγὼ μὲν κέχρημαι τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πράως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι μηδὲ εἰς ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπηρεάζεσθαι παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν· οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου, καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα κατὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτε ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ' ἄν. (2) οὐκοῦν ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμασιωτάτου νόμου προείρηται **, ἵν' εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τοῖς ἀνθρώποις αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις, ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι, καὶ μὴ στερηθῶσιν ἧς ἔτι ἐλπίζουσιν οὐρανίου βασιλείας. (3) τοῖς οἰκοῦσι δὲ τὴν Ἔδεσσαν προαγορεύομεν ἀπέχεσθαι πάσης στάσεως καὶ φιλονεικίας, ἵνα μὴ τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν κινήσαντες καθ' ὑμῶν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίφει καὶ φυγῇ καὶ πυρὶ ζημιωθέντες.

XLII. Hecebolo.

Equidem de Galilæis omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemo vim patiatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla præter voluntatem suam contumelia afficiatur. At qui sunt de ecclesia Arianorum luxuriantes opibus in Valentinianos invaserunt, eaque apud Edessam perpetraverunt, quæ nunquam in civitate bene instituta accidissent. (2) Quare quum ipsis a lege admirabili paupertas imperata sit, quo facilius in regnum cælorum veniant, nos ad id hominibus opem tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum ecclesia tolli iussimus, ut militi dividantur, et facultates, ut nostris privatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, neque regno cælesti quod nunc etiam sperant priventur. (3) Iis autem qui Edessam incolunt, edicimus, ut seditione pugnaque omni abstineant, ne, si nostram humanitatem commoverint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia pœnas luatis, gladio exilio igne multati.

μγ'. Λιβανίῳ.

Ἄρτι μοι παυσαμένῳ τῆς χαλεπῆς πάνυ καὶ ταχείας νόσου τῇ τοῦ πάντα ἐφορῶντος προνοίᾳ γράμματα εἰς χεῖρας ἦλθεν ὑμέτερα, καθ' ἣν ἡμέραν πρῶτον ἐλουσάμην. δείλης ἤδη ταῦτα ἀναγνούς, οὐκ ἂν εἴποις ῥᾳδίως ὅπως ἐρρωννύμην, αἰσθανόμενος τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς καὶ καθαρᾶς εὐνοίας, ἧς εἴθε γενοίμην ἄξιος, ὡς ἂν μὴ καταισχύναιμι τὴν σὴν φιλίαν. (2) τὰς

XLIII. Libanio.

Nuper cum e gravissimo atque acerrimo morbo numinis providentia recreatus essem, vestras accepi litteras, quo die primum balneum intravi. Quas cum vesperi legissem, dici non potest quam sim confirmatus perspecta tua sincera puraque benevolentia: qua utinam dignus essem, ne dedecori sim amicitiæ tuæ. (2) Igitur sta-

μὲν οὖν ὑμετέρας ἐπιστολὰς εὐθὺς ἀνέγνων, καίπερ οὐ σφόδρα τοῦτο ποιεῖν δυνάμενος, τὰς δὲ τοῦ Ἀντωνίου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐταμιευσάμην. ἐκεῖθεν ἑβδόμῃ σοι ταῦτα ἔγραφον ἡμέρᾳ, κατὰ λόγον μοι τῆς ῥώσεως προχωρούσης διὰ τὴν τοῦ θεοῦ προμήθειαν. σώζοιό μοι, ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε ἀδελφέ.

tim litteras vestras legi, quamvis id facere non admodum possem : quas autem Antonius ad Alexandrum mittebat, in posterum diem reservavi. Inde ad te septimo die hæc scripsi, cum mihi dei providentia valetudo e sententia procederet. Serveris mihi, optatissime et carissime frater.

μδ′. Ζήνωνι.

Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους καὶ ἐπιεικείας καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν, νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας. τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν· τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον ὥσπερ μέλιττα καταλέλοιπας. εἰκότως· καλῶς γὰρ εἰρῆσθαι καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ τὸ

εἷς ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

(2) σὺ δὲ οὐχ ἰατρὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλος τοῖς βουλομένοις τῆς τέχνης, ὥστε σχεδὸν ὃ πρὸς τοὺς πολλούς εἰσιν οἱ ἰατροί, τοῦτο ἐκείνοις σύ. λύει δέ σοι τὴν φυγὴν καὶ ἡ πρόφασις αὐτή, καὶ μάλα λαμπρῶς· εἰ γὰρ διὰ Γεώργιον μετέστης τῆς Ἀλεξανδρείας, οὐ δικαίως μετέστης, καὶ δικαιότατα ἂν ὀπίσω κατέλθοις. κάτιθι τοίνυν ἐπίτιμος καὶ τὸ πρότερον ἔχων ἀξίωμα, καὶ ἡμῖν κοινὴ παρ' ἀμφοτέροις χάρις ἀποκείσθω, Ἀλεξανδρεῦσι μὲν Ζήνωνα, σοὶ δὲ ἀποδοῦσι τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

XLIV. Zenoni.

Cum multæ aliæ res testificantur te ad summum medicæ artis gradum pervenisse, eique parem morum ac vitæ temperantiam adiunxisse, tum vero hoc tempore maximum omnium testimonium accessit, quod Alexandriam absens universam in te convertis : tantum ei tuo decessu aculeum tanquam apis reliquisti. Nec sane immerito; præclare enim Homerus

vir medicus par est multorum millibus unus.

(2) Tu vero non tantum medicus es, verum etiam magister omnibus, qui eius artis studio ducuntur, ut propemodum quod medici sunt populo, hoc ipse sis medicis. Hæc autem causa te liberat exilio, et quidem magnifice. Nam si propter Georgium Alexandria excessisti, non iure excessisti : iustissime autem reverti potes. Redi igitur cum honore et dignitate pristina : nobis autem gratia sit apud utrumque, et quia Zenonem Alexandrinis, et quia Zenoni Alexandriam restituimus.

με′. Εὐαγρίῳ.

Συγκτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέντων μοι παρὰ τῆς τήθης ἐν τῇ Βιθυνίᾳ τῇ σῇ διαθέσει δῶρον δίδωμι, ἔλαττον μὲν ἢ ὥστε ἄνδρα εἰς περιουσίαν ὀνῆσαί τι μέγα καὶ ἀποφῆναι ὄλβιον, ἔχον δ' ἂν οὐδ' ὡς παντάπασιν ἀτερπῆ τὴν δόσιν, εἴ σοι τὰ καθ' ἕκαστα περὶ αὐτοῦ διέλθοιμι. παίζειν δὲ οὐδὲν κωλύει πρός σε χαρίτων γέμοντα καὶ εὐμουσίας. (2) ἀπῴκισται μὲν τῆς θαλάσσης σταδίους οὐ πλέον εἴκοσι, καὶ οὔτε ἔμπορος οὔτε ναύτης ἐνοχλεῖ λάλος καὶ ὑβριστὴς τῷ χωρίῳ. οὐ μὴν ἀφῄρηται τὰς παρὰ τοῦ Νηρέως χάριτας παντελῶς, ἔχει δὲ ἰχθὺν πρόσφατον ἀεὶ καὶ ἀσπαίροντα, καὶ ἐπί τινος ἀπὸ τῶν δωμάτων προελθὼν γηλόφου ὄψει τὴν θάλατταν τὴν Προποντίδα καὶ τὰς νήσους τήν τε ἐπώνυμον πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως, οὐ φυκίοις ἐφεστὼς καὶ βρύοις, οὐδὲ ἐνοχλούμενος ὑπὸ τῶν ἐκβαλλομένων εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς καὶ τὰς ψάμμους ἀτερπῶν πάνυ καὶ οὐδὲ ὀνομάζειν ἐπιτηδείων λυμάτων, ἀλλ' ἐπὶ σμίλακος καὶ θύμου καὶ πόας εὐώδους. (3) ἡσυχία δὲ πολλὴ κατακλινομένῳ καὶ εἰς τὸ βιβλίον ἀφορῶντι, εἶτα διαναπαύοντι τὴν ὄψιν ἥδιστον ἀπιδεῖν εἰς τὰς ναῦς καὶ τὴν θάλατταν. τοῦτο ἐμοὶ μειρακίῳ κομιδῇ νέῳ θερίδιον ἐδόκει φίλτα-

XLV. Evagrio.

Parvam acceperam ab avia mea possessionem in Bithynia quatuor agrorum, eamque tuo in me amori dono. Munus est profecto levius, quam ut eo quispiam possit vel de opum abundantia gloriari vel beatum se prædicare : munus tamen non omnino iniucundum, si tibi cuncta eius bona sigillatim recenseam. Nec sane absurdum sit, tecum, qui elegantiæ atque amœnitatis plenus es, iocari. (2) Abest a mari stadia non amplius viginti, neque mercator aut nauta loquax et petulans loco illi obstrepit. Sed tamen non propterea Nerei gratiam amittit; habet enim perpetuo piscem recentem et palpitantem, et si domo in tumulum terræ aliquem prodieris, videbis mare Proponticum atque insulas et urbem nobilissimi regis nomine appellatam : neque interim in algulis et musco aut sordibus aut rebus aliis iniucundis, quæ in littus atque arenas eiciuntur et fere non nominantur, versabere, sed in smilace et thymo et herbis fragrantibus. (3) Cum vero in librum incubueris, alta quies est; et cum oculos multa lectione defatigatos reficere voles, gratissimus erit maris et navium aspectus. Mihi quidem adolescentulo

τον, ἔχει γὰρ καὶ πηγὰς οὐ φαύλας καὶ λουτρὸν οὐκ ἀναφρόδιτον καὶ κῆπον καὶ δένδρα· ἀνὴρ δ' ὢν ἤδη τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἐπόθουν δίαιταν, καὶ ἦλθον πολλάκις, καὶ γέγονεν ἡμῖν οὐκ ἔξω λόγων ἡ σύνοδος. ἔστι δ' ἐνταῦθα καὶ γεωργίας ἐμῆς μικρὸν ὑπόμνημα, φυταλιὰ βραχεῖα, φέρουσα οἶνον εὐώδη τε καὶ ἡδύν, οὐκ ἀναμένοντά τι παρὰ τοῦ χρόνου προσλαβεῖν. τὸν Διόνυσον ὄψει καὶ τὰς Χάριτας. (4) ὁ βότρυς δὲ ἐπὶ τῆς ἀμπέλου καὶ ἐπὶ τῆς ληνοῦ θλιβόμενος ἀπόζει τῶν ῥόδων, τὸ γλεῦκος δὲ ἐν τοῖς πίθοις ἤδη νέκταρός ἐστιν ἀπορρὼξ Ὁμήρῳ πιστεύοντι. τί δῆτα οὐ πολὺς γέγονεν οὐδ' ἐπὶ πλέθρα πάνυ πολλὰ τοιοῦτος ἀμπελών; τυχὸν μὲν οὐδὲ ἐγὼ γεωργὸς γέγονα πρόθυμος, ** ἀλλὰ ἐπεὶ ἐμοὶ νηφάλιος ὁ τοῦ Διονύσου κρατὴρ καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν νυμφῶν δεῖται, ὅσον εἰς ἐμαυτὸν καὶ τοὺς φίλους (ὀλίγον δέ ἐστι τὸ χρῆμα τῶν ἀνδρῶν) παρεσκευασάμην. (5) νῦν δή σοι δῶρον, ὦ φίλη κεφαλή, δίδωμι μικρὸν μὲν ὅπερ ἐστί, χαρίεν δὲ φίλῳ παρὰ φίλου, οἴκοθεν οἴκαδε, κατὰ τὸν σοφὸν ποιητὴν Πίνδαρον. τὴν ἐπιστολὴν ἐπισύρων πρὸς λύχνον γέγραφα, ὥστε εἴ τι ἡμάρτηται, μὴ πικρῶς ἐξέταζε, μηδ' ὡς ῥήτωρ ῥήτορα.

μϛ'. Θραξί.

Βασιλεῖ μὲν πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα, καὶ οὐκ ἂν ᾠήθη δεῖν τὴν δημοσίαν εὐπορίαν βλάπτειν τῇ πρός τινας ἰδίᾳ χάριτι· ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πλεῖστα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπόν, ἀλλ' ὅτι πλείστων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσει τὰ ὀφλήματα. (2) ἀπολύσει δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, ἀλλὰ μερισθήσεται τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν εἰς ὑμᾶς, τὸ δὲ εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν χρείαν, ἐξ ἧς οὐκ ἐλάχιστα καὶ αὐτοὶ δήπου φέρεσθε τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀσφάλειαν. τοιγαροῦν μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως ἀφίεμεν ὑμῖν πάντα, ὅσα ἐκ τοῦ φθάνοντος ἐλλείπει χρόνου· μετὰ ταῦτα δὲ εἰσοίσετε κατὰ τὸ ἔθος. (3) ὑμῖν τε γὰρ τὰ ἀφιέμενα χάρις ἱκανή, καὶ ἡμῖν τῶν κοινῶν οὐκ ἀμελητέον. περὶ τούτου καὶ τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα, ἵν' ἡ χάρις ὑμῖν εἰς ἔργον προχωρήσῃ. ἐρρωμένους ὑμᾶς οἱ θεοὶ σώζοιεν τὸν ἅπαντα χρόνον.

μζ'. Ζήνωνι.

Πάντων μὲν ἕνεκά μοι τὸ σῶμα διάκειται μετρίως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γνώμης ἔχει καλῶς. οἶμαι δ' ἐγὼ τούτου προοίμιον εἶναι μηδὲν κρεῖττον ἐπιστολῇ φίλῳ παρὰ φίλου πεμπομένῃ. τίνος οὖν ἐστὶ τὸ προοίμιον; αἰτήσεως, οἶμαι. τίς δὲ ἡ αἴτησις; ἐπιστολῶν ἀμοιβαίων, ἃς εἴη γε καὶ κατὰ διάνοιαν ὁμολογῆσαι ταῖς ἐμαῖς, αἴσια παρὰ σοῦ ταὐτὰ πρὸς ἡμᾶς ἐξαγγελλούσας.

æstivus locus videbatur gratissimus, quia fontes habet non contemnendos et balneum non invenustum, præterea hortum et arbores : cumque vir iam essem, eadem loci illius cupiditate tenebar. Itaque persæpe illuc veni, neque mihi sine confabulatione fuit congressus. Est etiam illic agriculturæ meæ monumentum exiguum, parva quædam vinea, quæ vinum fert suave et odoriferum, neque temporis diuturnitate præstantiæ quicquam assumens: denique Bacchum et Gratias videbis. (4) Iam uva, et cum in vite adhuc pendet et cum in torculario premitur, odorem edit rosarum : mustum vero in doliis iam nectaris est liquor, si quis Homero fidem habere velit. Quæres fortasse, quamobrem, cum tales essent vites, non tamen multo plura iugera eodem genere conseverim? Quoniam, inquam, neque ipse fortasse valde diligens agricola fui : deinde cum sobrius sit mihi Bacchi calix, magnamque partem nymphis indigeat, tantum vini comparavi, quantum mihi et amicis (quorum exiguus solet esse numerus) satis esse videretur. (5) Nunc igitur illud tibi, o carum caput, dono, exiguum certe, quicquid est, sed tamen gratum amico ab amico, domum domo, ut ait sapiens poeta Pindarus. Epistolam hanc raptim ad lucernam conscripsi. Quare si quid peccatum erit, ne severe neque ut rhetor in rhetorem inquiras.

XLVI. Thracibus.

Imperatori ad lucrum spectanti difficilis vestra postulatio videretur, neque unquam paucorum gratia publicis vectigalibus detrimentum afferri pateretur. Verum quia consilium est nostrum non quam plurima e subditis colligere, sed quam plurimum eis prodesse, idcirco vobis debita condonamus. (2) Neque tamen omnia, sed pars una vobis, altera militibus cedet : quæ quidem et ipsa maxima ex parte vestra erit, cum præsertim pacis et securitatis vestræ causa impendatur. Quare usque ad tertiam indictionem vobis remittimus quæcunque e præterito tempore reliqua sunt : deinceps autem solvetis, sicut consuetudo postulat. (3) Nam et quæ vobis remisimus, satis multa sunt, neque nobis rei publicæ rationes sunt negligendæ. Hac de re ad præfectos scripsi, ut beneficium vobis verbo datum re persolvatur. Valentes vos dii per omne tempus servent.

XLVII. Zenoni.

Cum omnibus de causis mihi corpus est in mediocri statu valetudinis, tum vero animus recte se habet. Hoc procemio melius nullum esse potest epistolæ ab amico ad amicum missæ. Quid est igitur in hoc procemio? petitio, ut opinor. Cuius tandem rei? Epistolarum mutuarum : quæ utinam sententiam habeant cum meis congruentem, nobisque de te læta ac prospera omnia renuntient.

μη'. Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας.

Ὁ ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν· τὰ γὰρ τῶν θεῶν λαμπρὰ καὶ μεγάλα, κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς πάσης δὲ ἐλπίδος. Ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια· τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τοιαύτην καὶ τηλικαύτην μεταβολὴν οὐδ' ἂν εὔξασθαί τις ὀλίγῳ πρότερον ἐτόλμα. (2) τί οὖν ἡμεῖς οἰόμεθα ταῦτα ἀρκεῖν, οὐδὲ ἀποβλέπομεν ὡς μάλιστα τὴν ἀθεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία καὶ ἡ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμήθεια καὶ ἡ πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν βίον; ὧν ἕκαστον οἴομαι χρῆναι παρ' ἡμῶν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεσθαι. (3) καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σὲ μόνον εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς ὅσοι περὶ τὴν Γαλατίαν εἰσὶν ἱερεῖς. οὓς ἢ δυσώπησον ἢ πεῖσον εἶναι σπουδαίους, ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέρχοιντο μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ ἀνέχοιντο τῶν οἰκετῶν ἢ υἱέων ἢ τῶν γαμετῶν ἀσεβούντων μὲν εἰς τοὺς θεούς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας προτιμώντων. (4) ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παραβάλλειν μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι· καὶ τοὺς μὲν πειθομένους τίμα, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἐξώθει. ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν κατάστησον πυκνά, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ' ἡμῶν φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων ὅστις ἂν δεηθῇ χρημάτων. (5) ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί μοι τέως. ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίους μοδίους κατὰ πᾶσαν τὴν Γαλατίαν ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου καὶ ἑξακισμυρίους οἴνου ξέστας. ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας τοὺς τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους ἀναλίσκεσθαί φημι χρῆναι, τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ' ἡμῶν. (6) αἰσχρὸν γὰρ εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους, οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. (7) δίδασκε δὲ καὶ συνεισφέρειν τοὺς Ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας καὶ τὰς Ἑλληνικὰς κώμας ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν, καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς ταῖς τοιαύταις εὐποιίαις προσέθιζε, διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. (8) Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα,

ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.

(9) μηδὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθὰ παραζηλοῦν ἄλλοις συγχωροῦντες αὐτοὶ τῇ ῥαθυμίᾳ καταισχύνωμεν, μᾶλλον δὲ καταπροώμεθα τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν. εἰ ταῦτα πυθοίμην ἐγώ σε πράττοντα, μεστὸς εὐφροσύνης ἔσομαι.

(10) Τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα, τὰ

XLVIII. Arsacio pontifici Galatiæ.

Quod quidem nondum religio gentilium ex nostra procedat sententia, impedimento sunt hi qui eam profitentur. Quæ autem a diis nobis donata sunt, ea splendida magnaque sunt et excellentiora, quam quæ omnino vel optari vel sperari poterant: sit quidem Nemesis verbis nostris propitia. Nam in tam exiguo temporis spatio tantam ac talem rerum mutationem paulo ante ne optare quidem quisquam audebat. (2) Sed quid est causæ, cur in hisce, perinde ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius convertamus oculos ad ea, quibus impia christianorum religio crevit, id est ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis sepeliendis positam, et ad sanctimoniam vitæ, quam simulant? Quorum singula a nobis vere exsequenda esse censeo. Neque satis est te solum esse talem, sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiam incolunt; (3) quos vel minis vel persuasione impellas, ut sint honesti: vel sacerdotali ministerio abdices, si non una cum uxoribus, liberis et famulis diis colendis sedulo animos attendant, sed patiantur servos aut filios aut coniuges impie in deos se gerere et impietatem pietati præponere. (4) Deinde sacerdotem quemque hortare, ne accedat ad spectacula neve in taberna bibat, neu artem aliquam aut opificium turpe infameve exerceat. Et qui tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito: qui autem resistunt, expellito. Porro xenodochia multa in singulis civitatibus exstruito, ut peregrini nostra benignitate fruantur; neque solum hi, qui nostram colunt religionem, sed alii quoque, si qui pecuniarum indigeant. (5) At ratio, qua res tibi ad hoc institutum necessariæ abunde suppetant, a me interim excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in tota Galatia, et sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari iussi: quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inserviunt, insumendam esse mando; quod reliquum est, peregrinis et mendicantibus sublevandis distribuendum. (6) Nam turpe profecto est, cum nemo ex Iudæis mendicet, et impii Galilæi non suos modo, sed nostros quoque alant; ut nostri auxilio, quod a nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur. (7) Quare doceto gentiles in eiusmodi ministeria pecuniam conferre et pagos gentilium ex fructibus diis offerre primitias, atque deorum cultores eiusmodi beneficentiæ officiis assuefacito, planumque illis facito hoc nostrum olim munus fuisse. (8) Nam Homerus Eumæum sic loquentem facit:

hospes si nostris succederet advena tectis
vilior, acciperem placide. Sunt d ves egensque
a Iove: parvum hoc est (fateor), sed munus amicum.

(9) Neque autem permittamus alios nostrorum imitatione bonorum nobis laudem præripere, ut ipsi propter socordiam turpitudine et infamia afficiamur; immo potius, ne pietatem erga deos penitus prodere videamur. Quodsi te ista sedulo obire accepero, maxima sane lætitia gestiam.

(10) Præsides sed scribas domi raro invisas, ad eos lit-

πλεῖστα δὲ αὐτοῖς ἐπίστελλε. εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν ὑπαντάτω μηδεὶς αὐτοῖς ἱερέων, ἀλλ' ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, εἴσω τῶν προθύρων. (11) ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώτης, ἑπέσθω δὲ ὁ βουλόμενος· ἅμα γὰρ εἰς τὸν οὐδὸν ἦλθε τοῦ τεμένους καὶ γέγονεν ἰδιώτης. ἄρχεις γὰρ αὐτός, ὡς οἶσθα, τῶν ἔνδον, ἐπεὶ καὶ ὁ θεῖος ταῦτα ἀπαιτεῖ θεσμός. καὶ οἱ μὲν πειθόμενοι κατὰ ἀλήθειάν εἰσι θεοσεβεῖς, οἱ δὲ ἀντεχόμενοι τοῦ τύφου δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι.

(12) Τῇ Πεσσινοῦντι βοηθεῖν ἕτοιμός εἰμι, εἰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν ἵλεων καταστήσουσιν ἑαυτοῖς· ἀμελοῦντες δὲ αὐτῆς οὐχ ἄμεμπτοι μόνον, ἀλλὰ πικρὸν εἰπεῖν μὴ καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἀπολαύσωσι δυσμενείας.

> οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν οὐδ' ἐλεαίρειν
> ἀνέρας, οἵ κε θεοῖσιν ἀπέχθωντ' ἀθανάτοισιν.

πεῖθε τοίνυν αὐτούς, εἰ τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀντέχονται, πανδημεὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱκέτας γενέσθαι.

μθ'. Ἰουλιανὸς Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

Ἡ μὲν παροιμία φησίν « ἐμοὶ σὺ διηγεῖ τοὐμὸν ὄναρ », ἐγὼ δ' ἔοικά σοι τὸ σὸν ὕπαρ ἀφηγεῖσθαι. πολύς, φασίν, ὁ Νεῖλος ἀρθεὶς μετέωρος τοῖς πήχεσιν ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον· εἰ δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἀκοῦσαι ποθεῖς, εἰς τὴν εἰκάδα τοῦ Σεπτεμβρίου τρὶς πέντε. μηνύει δὲ ταῦτα Θεόφιλος ὁ στρατοπεδάρχης. εἰ τοίνυν ἠγνόησας αὐτό, παρ' ἡμῶν ἀκούων εὐφραίνου.

ν'. Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.

Εἰ μέν τις τῶν ἄλλων ἦν ὑμῶν οἰκιστής, οἳ τὸν ἑαυτῶν παραβάντες νόμον ἀπέτισαν ὁποίας ἦν εἰκὸς δίκας, ἑλόμενοι μὲν ζῆν παρανόμως, εἰσαγαγόντες δὲ κήρυγμα καὶ διδασκαλίαν νεαράν, λόγον εἶχεν οὐδ' ὡς Ἀθανάσιον ὑφ' ὑμῶν ἐπιζητεῖσθαι· νυνὶ δὲ κτίστου μὲν ὄντος Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως, ὑπάρχοντος δὲ ὑμῖν πολιούχου θεοῦ τοῦ βασιλέως Σαράπιδος ἅμα τῇ παρέδρῳ κόρῃ καὶ τῇ βασιλίδι τῆς Αἰγύπτου πάσης Ἴσιδι ** τὴν ὑγιαίνουσαν οὐ ζηλοῦντες πόλιν· ἀλλὰ τὸ νοσοῦν μέρος ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ τολμᾷ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα.

(2) Λίαν αἰσχύνομαι νὴ τοὺς θεούς, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, εἴ τις ὅλως Ἀλεξανδρέων ὁμολογεῖ Γαλιλαῖος εἶναι. τῶν ὡς ἀληθῶς Ἑβραίων οἱ πατέρες Αἰγυπτίοις ἐδούλευον πάλαι, νυνὶ δὲ ὑμεῖς, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, Αἰγυπτίων κρατήσαντες (ἐκράτησε γὰρ ὁ κτίστης ὑμῶν τῆς Αἰγύπτου) τοῖς κατωλιγωρηκόσι τῶν πατρίων δογμάτων δουλείαν ἐθελούσιον ἄντικρυς τῶν παλαιῶν θεσμῶν ὑφίστασθε. καὶ οὐκ εἰσέρχεται μνήμη τῆς παλαιᾶς ὑμᾶς ἐκείνης εὐδαιμονίας, ἡνίκα ἦν κοινωνία μὲν πρὸς θεοὺς Αἰγύπτῳ τῇ πάσῃ, πολλῶν δὲ ἀπελαύομεν ἀγαθῶν. (3) ἀλλ' οἱ νῦν εἰσαγαγόν-

teras sæpissime. Ingredientibus illis in urbem nemo sacerdos obviam prodeat; nisi quando ad templa deorum accedunt, solum intra vestibula. (11) Eos intrantes nullus miles præcedat, sequatur autem qui vult. Nam simul ut ingreditur limen delubri, privati personam induit; siquidem ipse, ut nosti, his qui intus sunt præes, propterea quod divina lex istud postulat. Et qui tibi parent, sunt revera pii : qui autem præ arrogantia resistunt, ostentatores sunt et inanis gloriæ appetentes.

(12) Pessinunti opem ferre paratus sum, dummodo matrem deorum sibi propitiam reddant. At si eam contemnant, non modo querendi prætextu carent, verum etiam, quod dictu acerbius est, in gravissimam apud nos offensionem incurrent.

> Nam scelus infandum est dextram præstare benignam
> illis qui superis indicunt bella beatis.

Persuade igitur illis, ut, si a me curam de se suscipi cupiant, omnes una se deorum matri supplices præbeant.

XLIX. Iulianus Ecdicio præfecto Ægypti.

Meum tu mihi somnium narras ait proverbium. At ego verum tibi visum tuum narraturus videor. Nilus, ut ferunt, multis in altum cubitis elatus in universam exundavit Ægyptum. Ac si cubitorum quoque numerum audire vis, A. D. XII. Cal. Oct. quindecim deprehensi sunt. Significavit hoc Theophilus castrorum præfectus. Quam ob rem si id nescisti hactenus, a nobis audiens gaudeto.

L. Iulianus Alexandrinis.

Si alius quispiam vestræ conditor urbis esset ex iis, qui suas ipsi leges transgressi meritas pœnas eo ipso persolverunt, quod et nefariam vitam sponte sua delegerunt et novum dogmatis doctrinæque genus invexerunt, ne tum quidem desiderari a vobis æquum esset Athanasium. Nunc vero, cum et urbis vestræ conditorem habeatis Alexandrum, et tutelaris vobis præsesque sit deus ille rex Sarapis, una cum assestrice puella et Ægypti regina totius Iside, ** minime sanam civitatem imitantes. Verum male affecta pars audet civitatis nomen assumere.

(2) Equidem pudore per deos haud mediocri teneor, Alexandrini, quod ullus apud vos Galilæum se esse fateri audeat. Hebræorum quondam verorum parentes Ægyptiis serviebant. At vos, Alexandrini modo, qui Ægyptum subegistis (hanc enim conditor vester sibi subiecit), patriorum dogmatum contemtoribus servire sponte contra antiqua iura sustinetis, neque priscæ illius felicitatis recordamini, quæ tum suppetebat, cum et communionem cum diis Ægyptus habebat omnis, et in multa bonorum abundantia vivebamus. (3) At illi, qui novam hanc vobis

τες ὑμῖν τὸ καινὸν τοῦτο κήρυγμα τίνος αἴτιοι γεγόνασιν ἀγαθοῦ τῇ πόλει φράσατε. οἰκιστὴς ὑμῖν ἦν ἀνὴρ θεοσεβὴς Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών, οὔτι μὰ Δία κατά τινα τούτων ὧν οὐδὲ κατὰ πάντας Ἑβραίους μακρῷ γεγονότας αὐτῶν κρείττονας. (4) ἐκείνων μὲν οὖν καὶ ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος ἦν ἀμείνων, Ἀλέξανδρος δὲ κἂν Ῥωμαίοις ἐπὶ ἅμιλλαν ἰὼν ἀγῶνα παρεῖχεν. τί οὖν μετὰ τὸν κτίστην οἱ Πτολεμαῖοι, τὴν πόλιν ὑμῶν ὥσπερ γνησίαν θυγατέρα παιδοτροφήσαντες; οὔτι τοῖς Ἰησοῦ λόγοις ηὔξησαν αὐτήν, οὐδὲ τῇ τῶν ἐχθίστων Γαλιλαίων διδασκαλίᾳ τὴν οἰκονομίαν αὐτῇ ταύτην, ὑφ' ἧς νῦν ἐστὶν εὐδαίμων, ἐξειργάσαντο. (5) τρίτον, ἐπειδὴ Ῥωμαῖοι κύριοι γεγόναμεν αὐτῆς ἀφελόμενοι τοὺς Πτολεμαίους οὐ καλῶς ἄρχοντας, ὁ Σεβαστὸς ἐπιδημήσας ὑμῶν τῇ πόλει καὶ πρὸς τοὺς ὑμετέρους πολίτας διαλεχθείς « ἄνδρες » εἶπεν « Ἀλεξανδρεῖς, ἀφίημι τὴν πόλιν αἰτίας πάσης, αἰδοῖ τοῦ μεγάλου θεοῦ Σαράπιδος, αὐτοῦ τε ἕνεκα τοῦ δήμου καὶ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως· αἰτία δέ μοι τρίτη τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ἐστὶ καὶ ὁ ἑταῖρος Ἄρειος. » ἦν δὲ ὁ Ἄρειος οὗτος πολίτης μὲν ὑμέτερος, Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ συμβιωτής, ἀνὴρ φιλόσοφος.

(6) Τὰ μὲν οὖν ἰδίᾳ περὶ τὴν πόλιν ὑμῶν ὑπάρξαντα παρὰ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν, ὡς ἐν βραχεῖ φράσαι, τοιαῦτα, σιωπῶ δὲ διὰ τὸ μῆκος τὰ πολλά· τὰ δὲ κοινῇ καθ' ἡμέραν οὐκ ἀνθρώποις ὀλίγοις οὐδὲ ἑνὶ γένει οὐδὲ μιᾷ πόλει, παντὶ δὲ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ παρὰ τῶν ἐπιφανῶν θεῶν διδόμενα πῶς ὑμεῖς οὐκ ἴστε; (7) μόνοι τῆς ἐξ Ἡλίου κατιούσης αὐγῆς ἀναισθήτως ἔχετε; μόνοι θέρος οὐκ ἴστε καὶ χειμῶνα παρ' αὐτοῦ γινόμενον; μόνοι ζωογονούμενα καὶ φυόμενα παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα; τὴν δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ δημιουργὸν τῶν ὅλων Σελήνην οὖσαν οὐκ αἰσθάνεσθε πόσων ἀγαθῶν αἰτία τῇ πόλει γίνεται; (8) καὶ τούτων μὲν τῶν θεῶν οὐδένα προσκυνεῖν τολμᾶτε· ὃν δὲ οὔτε ὑμεῖς οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν ἑοράκασιν Ἰησοῦν οἴεσθε χρῆναι θεὸν λόγον ὑπάρχειν. ὃν δὲ ἐξ αἰῶνος ἅπαν ὁρᾷ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ βλέπει καὶ σέβεται καὶ σεβόμενον εὖ πράττει, τὸν μέγαν Ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα καὶ ἔμψυχον καὶ ἔννουν καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ παντός, εἴ τί μοι πείθεσθε παραινοῦντι, καὶ μικρὰ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπαναγάγετε πρὸς τὴν ἀλήθειαν. οὐχ ἁμαρτήσεσθε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι καὶ ταύτην ἰδοὺ σὺν θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος.

(9) Εἰ μὲν οὖν φίλον ὑμῖν πείθεσθαι, μειζόνως εὐφρανεῖτε· τῇ δεισιδαιμονίᾳ δὲ καὶ κατηχήσει τῶν πανούργων ἀνθρώπων ἐμμένειν εἴπερ ἐθέλοιτε, τὰ πρὸς ἀλλήλους ὁμονοεῖτε καὶ τὸν Ἀθανάσιον μὴ ποθεῖτε. πολλοὶ πάντως εἰσὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν δυνάμενοι τὰς ἀκοὰς ὑμῶν κνησιώσας καὶ δεομένας ἀσεβῶν ῥημάτων ἱκανῶς παραμυθήσασθαι. ὤφελε γὰρ Ἀθανασίῳ μόνῳ ἡ τοῦ δυσσεβοῦς αὐτοῦ διδασκαλείου κατακεκλεῖσθαι μοχθηρία. (10) νῦν δέ ἐστι πλῆθος ὑμῖν οὐκ

religionem invehunt, cuius tandem auctores boni civitati fuerint vestræ, dicite. Conditor vobis obtigit pius erga deos vir Alexander Macedo, non istorum utique similis, neque Hebræorum omnium, qui longe illis antecelluerunt. (4) Iisdem porro Lagi quoque filius Ptolemæus præstitit. Nam Alexander Romanos ipsos, si cum iis certasset, in discrimen adduxisset. Quid deinde post conditorem vestrum Ptolemæi, vestram civitatem velut germanam filiam a primis annis educantes? non Iesu sermonibus eam ad incrementum evexerunt, neque invisorum Galilæorum doctrina tantam hanc, quæ beatam nunc illam facit, administrationem rerum copiamque pepererunt. (5) Tertio, postquam nos Romani compotes illius urbis fuimus, quam Ptolemæis haud recte imperantibus eripuimus, Augustus ad eam veniens et ad vestros cives verba faciens *o cives*, inquit, *Alexandrini, urbi vestræ culpam omnem remitto cum ob magni dei Sarapidis reverentiam tum propter populum ipsum ac civitatis amplitudinem. Accedit meæ erga vos benevolentiæ tertia mihi causa, amicus meus Arius.* Erat autem Arius iste civis vester et Augusti Cæsaris contubernalis, professione philosophus.

(6) Quæ privatim igitur in civitatem vestram cœlestium deorum beneficio commoda redundarunt, eiusmodi fere, ut paucis eloquar, fuerunt. Nam id genus pleraque, ne sim longior, omitto. Quæ autem communiter quotidie, non in paucos homines, nec in unum aliquod genus unamque civitatem, sed in mundum universum ab illustribus diis bona proficiscuntur, qui tandem non agnoscitis? (7) An soli splendoris illius a sole manantis sensum nullum habetis? soli æstatem et hiemem ab illo fieri nescitis? soli vegetari ab eo producique penitus universa? Iam illam ab eodem ac per eundem molitricem omnium Lunam non videtis quantas commoditates afferat civitati? (8) Atqui nullum istorum audetis adorare numinum. Hunc vero, quem neque vos neque patres vestri videre, Iesum deum esse verbum creditis oportere. Quem autem ex æterno genus omne videt atque intuetur hominum et veneratur ac venerando feliciter degit, magnum dico Solem illum, vivum et anima menteque præditum ac beneficum simulacrum intelligibilis universi, si quid hortanti mihi creditis et vos paululum ipsos ad veritatem reflectitis. Non enim a recto tramite aberrabitis, si ei fidem habeatis, qui ad annum usque vicesimum ætatis illa via progressus est, et hanc alteram modo duodecimum iam insistit annum.

(9) Vos igitur, si monenti mihi obtemperare vultis, maiorem lætitiam afferetis. Sin est, ut in illa superstitione et callidorum hominum institutione perseverare malitis, at mutuam inter vos concordiam retinete, neque Athanasium desiderate. Sunt enim ex eius discipulis utique complures, qui prurientibus ac sermonibus impiis expleri cupientibus auribus vestris abunde satisfaciant. Utinam enim Athanasio solo sacrilegæ ipsius scholæ circumscripta esset improbitas! (10) Sed est in vobis eiusmodi

ἀγεννές, καὶ πρᾶγμά τε οὐδέν. ὃν γὰρ ἂν ἕλησθε τοῦ πλήθους, ὅσα γε εἰς τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν ἥκει, χείρων οὐδὲν ἔσται τοῦ παρ' ὑμῶν ποθουμένου. εἰ δὲ τῆς ἄλλης ἐντρεχείας ἐρῶντες Ἀθανασίου (πανοῦργον γὰρ εἶναι τὸν ἄνδρα πυνθάνομαι) ταύτας ἐποιήσασθε τὰς δεήσεις, ἴστε διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀπεληλαμένον τῆς πόλεως· ἀνεπιτήδειον γὰρ φύσει προστατεύων δήμου πολυπράγμων ἀνήρ. (11) εἰ δὲ μηδὲ ἀνήρ, ἀλλ' ἀνθρωπίσκος εὐτελής, καθάπερ οὗτος ὁ μέγας οἰόμενος περὶ τῆς κεφαλῆς κινδυνεύειν, τοῦτο δὲ δίδωσιν ἀταξίας ἀρχήν ** ὅθεν ἵνα μὴ γένηται τοιοῦτο πρὸς ὑμᾶς μηθέν, ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως πάλαι, νυνὶ δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης.

Προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν.

να'. Ἰουλιανὸς Βοστρηνοῖς.

Ὤμην ἐγὼ τοὺς τῶν Γαλιλαίων προστάτας ἕξειν μοι μείζονα χάριν ἢ τῷ φθάσαντι πρὸ ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεῦσαι. συνέβη γὰρ ἐπὶ μὲν ἐκείνου τοὺς πολλοὺς αὐτῶν καὶ φυγαδευθῆναι καὶ διωχθῆναι καὶ δεσμευθῆναι, πολλὰ δὲ ἤδη καὶ σφαγῆναι πλήθη τῶν λεγομένων αἱρετικῶν, ὥστε ἐν Σαμοσάτοις καὶ Κυζίκῳ καὶ Παφλαγονίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἄρδην ἀνατραπῆναι πορθηθείσας κώμας. (2) ἐπ' ἐμοῦ δὲ τοὐναντίον. οἵ τε γὰρ ἐξορισθέντες ἀφείθησαν, καὶ οἱ δημευθέντες ἀπολαμβάνειν τὰ σφέτερα πάντα νόμῳ παρ' ἡμῶν ἔλαβον. οἱ δ' εἰς τοσοῦτον λυσσομανίας ἥκουσι καὶ ἀπονοίας, ὥστε, ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς μηδὲ ἃ ποτε ἔπραττον κατ' ἀλλήλων ἔπειτα καὶ ἡμᾶς τοὺς θεοσεβεῖς εἰργάζοντο διατιθέναι, παροξυνόμενοι πάντα κινοῦσι λίθον καὶ συνταράττειν τολμῶσι τὰ πλήθη καὶ στασιάζειν, (3) ἀσεβοῦντες μὲν εἰς τοὺς θεούς, ἀπειθοῦντες δὲ τοῖς ἡμετέροις προστάγμασι, καίπερ οὕτως οὖσι φιλανθρώποις. οὐδένα γοῦν αὐτῶν ἄκοντα πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι, διαρρήδην δὲ αὐτοῖς προαγορεύομεν, εἴ τις ἑκὼν χερνίβων καὶ σπονδῶν ἡμῖν ἐθέλει κοινωνεῖν, καθάρσια προσφέρεσθαι πρῶτον καὶ τοὺς ἀποτροπαίους ἱκετεύειν θεούς. (4) οὕτω πόρρω τυγχάνομεν τοῦ τινὰ τῶν δυσσεβῶν ἐθελῆσαί ποτε ἢ διανοηθῆναι τῶν παρ' ἡμῖν εὐαγῶν μετασχεῖν θυσιῶν, πρὶν τὴν μὲν ψυχὴν ταῖς λιτανείαις πρὸς τοὺς θεούς, τὸ δὲ σῶμα τοῖς νομίμοις καθαρσίοις καθήρασθαι.

(5) Τὰ γοῦν πλήθη τὰ παρὰ τῶν λεγομένων κληρικῶν ἐξηπατημένα πρόδηλον ὅτι ταύτης ἀφαιρεθείσης στασιάζει τῆς ἀδείας. οἱ γὰρ εἰς τοῦτο τετυραννηκότες οὐκ ἀγαπῶσιν ὅτι μὴ τίνουσι δίκην ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν κακῶν, ποθοῦντες δὲ τὴν προτέραν δυναστείαν, ὅτι μὴ δικάζειν ἔξεστιν αὐτοῖς καὶ γράφειν διαθήκας καὶ ἀλλοτρίους σφετερίζεσθαι κλήρους, πάντα κινοῦσιν ἀκοσμίας κάλων καὶ τὸ λεγόμενον πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύουσι καὶ τοῖς προτέροις κακοῖς μείζονα ἐπιθεῖναι τολμῶσιν, εἰς διάστασιν ἄγοντες τὰ πλήθη. (6) ἔδοξεν οὖν μοι πᾶσι τοῖς δήμοις προαγορεῦσαι διὰ τοῦδε τοῦ διατάγματος

non ignobilis multitudo, ac ne id quidem est difficile factu. Nam quicunque tandem e populo delectus erit a vobis, quod ad scripturarum enarrationem pertinet, nihilo erit eo qui optatur a vobis deterior. Sin, quod reliqua vos Athanasii solertia delectat (veteratorem enim esse hominem illum audio), idcirco mihi pro eo supplicastis, scitote hac ipsa de causa urbe illum eiectum fuisse. Etenim parum commoda per sese res est, vir populo præsidens ac multiplicium rerum novandarum cupidus. (11) Quod si ne ille quidem vir est, sed contemtus homuncio, qualis iste magnus, qui de capite periclitari existimat, hoc vero publicæ perturbationis initium est. Quamobrem, ne quid simile apud vos contingat, cedere illum pridem civitate iussimus, nunc vero Ægypto etiam universa.

Proponatur civibus nostris Alexandrinis.

LI. Iulianus Bostrenis.

Equidem Galilæorum præsules maiorem mihi gratiam, quam ei, qui ante me imperio præfuit, habituros putabam. Nam imperante illo plerique ex iis relegati ac in ius rapti vinctique sunt; tum eorum quos hæreticos vocant turbæ quamplurimæ iugulatæ sunt, adeo ut Samosatis et in Cyzico, Paphlagonia, Bithynia et Galatia aliisque gentibus integri pagi vastati sint ac funditus eversi. (2) Me vero rerum potiente contra accidit. Nam et relegatis permissus est reditus, et quorum bona publicata fuerant, edicto nostro omnia sua recuperarunt. At illi eo furoris ac vecordiæ venerunt, ut, quia tyrannice grassari iis amplius non licet, nec ea, quæ in se primum invicem, tum in nos quoque pios numinum cultores moliebantur, perpetrare possunt, iracundia perciti nullum non lapidem moveant, neque miscere tumulto populos et ad seditionem incitare vereantur. (3) In quo et adversus deos impii sunt et adversus edicta nostra, quamlibet humanitatis plena, contumaces. Sane neminem istorum trahi ad aras nostras invitum patimur. Quin iis aperte denuntiamus, si quis sponte lustrationum libationumque particeps esse nobiscum velit, adhibere piacula primum oportere et averruncos exorare deos. (4) Tantum ab eo absumus, ut sacrilegorum quempiam velimus unquam aut vel levissime cogitemus in sacrorum illorum quæ penes nos sunt religiosissima communionem recipere, priusquam et animam supplicationibus ad deos et corpus legitimis purgationibus expiatum habeat.

(5) Vulgus igitur ab iis, qui clerici vocantur, in errorem inductum illa ipsa quam dixi impunitate ac licentia ei detracta perspicue tumultus excitat. Nam qui ad id usque tempus tyrannidem gesserunt, non hoc ipso contenti sunt, quod præteritorum criminum pœnas nullas luant, sed prioris dominationis cupidi, quoniam neque ius dicere amplius illis permittitur, neque testamenta scribere aut alienas hæreditates intervertere et ad se omnia transferre, omnes, ut ita dicam, petulantiæ rudentes explicant et, quod est in proverbio, ignem in ignem derivare ac priora mala maioribus cumulare non dubitant, dum civitatum populos seditionibus invicem committunt. (6) Quocirca populis omnibus præsenti edicto denuntiare ac notum facere voluimus ne cum clericis una

καὶ φανερὸν καταστῆσαι, μὴ συστασιάζειν τοῖς κληρικοῖς μηδὲ ἀναπείθεσθαι παρ' αὐτῶν λίθους αἴρειν, μηδὲ ἀπιστεῖν τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ συνιέναι μὲν ἕως ἂν ἐθέλωσιν, εὔχεσθαι δὲ ἃς νομίζουσιν εὐχὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν, εἰ δὲ ἀναπείθοιεν ὑπὲρ ἑαυτῶν στασιάζειν, μηκέτι συνᾴδειν, ἵνα μὴ δίκην δῶσι.

(7) Ταῦτα δέ μοι παρέστη τῇ Βοστρηνῶν ἰδίᾳ προαγορεῦσαι πόλει διὰ τὸ τὸν ἐπίσκοπον Τίτον καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐξ ὧν ἐπέδοσαν βιβλίων τοῦ μετὰ σφῶν πλήθους κατηγορηκέναι, τῶν μὲν παραινούντων τῷ πλήθει μὴ στασιάζειν, ὁρμωμένου δὲ τοῦ πλήθους πρὸς ἀταξίαν. ἐν γοῦν τοῖς βιβλίοις καὶ αὐτὴν ἣν ἐτόλμησεν ἐγγράψαι τὴν φωνὴν ὑπέταξά μου τῷδε τῷ διατάγματι. (8) καίτοι Χριστιανῶν ὄντων ἐφαμίλλων τῷ πλήθει τῶν Ἑλλήνων, κατεχομένων δὲ τῇ ἡμετέρᾳ παραινέσει, μηδένα μηδαμοῦ ἀτακτεῖν. ταῦτα γάρ ἐστιν ὑπὲρ ὑμῶν τοῦ ἐπισκόπου τὰ ῥήματα. (9) ὁρᾶτε ὅπως τὴν ὑμετέραν εὐταξίαν οὐκ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εἶναί φησι γνώμης, οἵ γε ἄκοντες, ὥς γε εἶπε, κατέχεσθε διὰ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις. ὡς οὖν κατήγορον ὑμῶν ἑκόντες τῆς πόλεως διώξατε, τὰ πλήθη δὲ ὁμονοεῖτε πρὸς ἀλλήλους, καὶ μηδεὶς ἐναντιούσθω μηδὲ ἀδικείτω. μήθ' οἱ πεπλανημένοι τοῖς ὀρθῶς καὶ δικαίως τοὺς θεοὺς θεραπεύουσι κατὰ τὰ ἐξ αἰῶνος ἡμῖν παραδεδομένα, μήθ' οἱ θεραπευταὶ τῶν θεῶν λυμαίνεσθε ταῖς οἰκίαις ἢ διαρπάζετε τῶν ἀγνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ πεπλανημένων. (10) λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς, οὐδὲ ὕβρεσιν οὐδὲ αἰκισμῷ τοῦ σώματος. αὖθις δὲ καὶ πολλάκις παραινῶ τοῖς ἐπὶ τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν ὁρμωμένοις μηδὲν ἀδικεῖν τῶν Γαλιλαίων τὰ πλήθη, μηδὲ ἐπιτίθεσθαι μηδὲ ὑβρίζειν εἰς αὐτούς. (11) ἐλεεῖν δὲ χρὴ μᾶλλον ἢ μισεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις πράττοντας κακῶς· μέγιστον γὰρ τῶν καλῶν ὡς ἀληθῶς ἡ θεοσέβεια, καὶ τοὐναντίον τῶν κακῶν ἡ δυσσέβεια. συμβαίνει δὲ τοὺς ἀπὸ θεῶν ἐπὶ τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ λείψανα μετατετραμμένους ταύτην ἀποτῖσαι τὴν ζημίαν. ὡς τοῖς μὲν ἐνεχομένοις τινὶ συναλγοῦμεν, τοῖς δὲ ἀπολυομένοις καὶ ἀφιεμένοις ὑπὸ τῶν θεῶν συνηδόμεθα.

Ἐδόθη τῇ τῶν Καλανδῶν Αὐγούστου ἐν Ἀντιοχείᾳ.

seditiones faciant, neque ab ipsis induci se sinant, ut vel lapides tollant vel magistratibus non obtemperent, sed ut conventus quidem eorum frequentent, quoad illis videbitur, et quas habent constitutas pro se preces obeant; sin iidem suapte causa ad seditiones illos vocent, minime iis assentiantur, ne pœnis subiaceant.

(7) Hæc porro Bostrenorum civitati privatim denuntiare volui, quod episcopus Titus et Clerici in libellis, quos obtulerunt, in populum, qui apud se est, crimen omne contulerunt, tanquam se frustra cives a seditione revocantibus ii nihilominus ad turbas ac tumultus decurrerint. Sane verba ipsa, quæ in oblatis libellis inserere ausus est, præsenti edicto subieci: (8) *cum tamen Christiani gentilibus haud inferiores numero essent, sed hortatu nostro continerentur, ne quis uspiam tumultuari vellet.* Hæc enim de vobis verba sunt episcopi. (9) Videte quemadmodum modestiam vestram non ex animi vestri proposito venisse dicat, utpote qui inviti, ut ait ipse, cohortatione sua repressi a seditione temperetis. Quamobrem vos illum tanquam accusatorem vestrum e civitate sponte pellite, cives autem concordiam mutuo retinete, ita ut nemo adversetur aut iniuriam faciat alteri: neque vos qui in errore estis, aliis, qui deos recte iusteque venerantur iis ritibus, qui nobis ab omni æternitate traditi sunt; neque deorum cultores illorum ædibus, qui ignorantia magis quam animi consilio in errore versantur, vim inferte aut eas diripite. (10) Quippe oratione persuaderi docerique satius est homines quam verberibus ac contumeliis corporumque suppliciis. Ergo iterum ac sæpius eos admoneo, qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua iniuria Galilæos afficiant, neve in eos impetum faciant, aut contumeliis vexent. (11) Etenim misericordia potius illi quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur. Est autem ut bonorum omnium revera maximum pietas ac religio, sic contra maximum malorum impietas. Cuiusmodi sibi damnum inferunt qui a diis immortalibus ad mortuos et eorum reliquias sese transferunt. Ac qui in malo aliquo versantur, eorum vicem dolemus: de iis vero, qui liberati et a diis exemti sunt, plurimum gratulamur.

Datum Calendis Augusti Antiochiæ.

νβ'. Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.

Ὦ Ζεῦ, πῶς ἔχει καλῶς ἡμᾶς μὲν ἐν Θρᾴκῃ διάγειν μέσῃ καὶ τοῖς ἐνταῦθα σιροῖς ἐγχειμάζειν, παρ' Ἰαμβλίχου δὲ τοῦ καλοῦ καθάπερ ἑῴου τινὸς ἔαρος ἡμῖν τὰς ἐπιστολὰς ἀντὶ χελιδόνων πέμπεσθαι, καὶ μήτε ἡμῖν εἶναι μηδέπω παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν μήτ' αὐτῷ παρ' ἡμᾶς ἥκειν ἐξεῖναι. τίς ἂν ἑκὼν εἶναι ταῦτα δέξαιτο, ἐὰν μὴ Θρᾷξ τις ᾖ καὶ Τηρέως ἀντάξιος;

> Ζεῦ ἄνα, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ἀπὸ Θρήκηθεν Ἀχαιούς·
> ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι

ποτὲ τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν καὶ τά τε ἀνάκτορα αὐτοῦ

LII. Iamblicho philosopho.

O Iupiter, qui tandem bellum illud est, nos in Thracia media vivere et in eius cryptis hiemare, dum a præclaro interim Iamblicho tanquam orientali quodam vere hirundinum ad nos loco litteræ mittuntur, adeo ut neque ad illum nobis hucusque venire nec ad nos illi proficisci licitum fuerit? Quis hæc nisi Thrax et Tereo dignus æquo tandem animo patiatur?

> Iupiter rex, age libera e Thracia Achivos,
> induc vero serenitatem, da oculis intueri

aliquando Mercurium nostrum, atque et illius adyta sa-

προσειπεῖν καὶ τοῖς ἕδεσιν ἐμφῦναι, καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα φασίν, ὅτε ἐκ τῆς ἄλης τὴν Ἰθάκην εἶδεν. ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν οἱ Φαίακες ἔτι καθεύδοντα ὥσπερ τι φορτίον ἐκθέμενοι τῆς νεὼς ᾤχοντο· ἡμᾶς δὲ οὐδὲ ὕπνος αἱρεῖ, μέχρις ἂν σὲ τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης ὄφελος ἰδεῖν ἐγγένηται. (2) καίτοι σὺ μὲν τὴν ἑῴαν ὅλην ἐμέ τε καὶ τὸν ἑταῖρον Σώπατρον εἰς τὴν Θρᾴκην μετενηνοχέναι προσπαίζεις, ἡμῖν δέ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἕως ἂν Ἰάμβλιχος μὴ παρῇ, Κιμμερίων ἀχλὺς συνοικεῖ. καὶ σὺ μὲν δυοῖν θάτερον αἰτεῖς, ἢ ἡμᾶς παρὰ σὲ ἥκειν ἢ αὐτόν σε παρ' ἡμᾶς. ἡμῖν δὲ τὸ μὲν ἕτερον εὐκταῖόν τε ὁμοῦ καὶ σύμφορον, αὐτοὺς ἐπανελθεῖν ὡς σὲ καὶ τῶν παρὰ σοὶ καλῶν ἀπολαῦσαι· τὸ δὲ ἕτερον εὐχῆς μὲν ἁπάσης κρεῖττον. (3) ἐπεὶ δὲ ἀδύνατόν σοί γε καὶ ἀξύμφορόν ἐστι, σὺ μὲν οἴκοι μένειν καὶ χαίρειν καὶ τὴν ἡσυχίαν ἣν ἔχεις σώζειν, ἡμεῖς δέ, ὅ τι ἂν θεὸς διδῷ, γενναίως οἴσομεν. ἀνδρῶν γὰρ ἀγαθῶν εἶναί φασι τὸ μὲν εὔελπι κεκτῆσθαι καὶ τὰ δέοντα πράττειν, ἕπεσθαι δὲ τοῖς ἀναγκαίοις τοῦ δαίμονος.

lutare et simulacra complecti, quemadmodum Ulixem fecisse narrant, cum post diuturnos errores Ithacam revisit. At Phæaces illo, cum adhuc dormiret, e navi mercis instar exposito discesserunt, nos contra ne somnum quidem capimus, donec te, ingens orbis terrarum commodum, fas sit aspicere. (2) Tu vero iocari etiam voluisti, cum diceres, me et sodalem meum Sopatrum transportasse orientem in Thraciam : atqui, si quod res est fateri convenit, quamdiu abest Iamblichus, Cimmeriæ tenebræ nobis obversari videntur. Porro tu duorum alterum postulas, ut vel ad te nos eamus vel tu ad nos ipse venias. Quorum alterum, ut ad te redeamus ac bonis tuis perfruamur, optandum nobis est atque utile, alterum voto omni præstantius est. (3) Sed quoniam facere illud non potes neque rationibus tuis expedit, tu domi te quidem contine, ac bene vale, et quam habes quietem obtine : nos quicquid divinitus nobis acciderit, forti animo perferemus. Nam proborum virorum hoc dicitur, bona spe præditum esse atque officium suum facere, ad ea vero, quæ fatalis necessitas imposuerit, accommodare sese.

νγ'. Γεωργίῳ Καθολικῷ.

Ἡ μὲν ἠχὼ θεὸς ἔστω κατὰ σὲ καὶ λάλος, εἰ δὲ βούλει, καὶ Πανὶ σύζυγος· οὐ γὰρ διοίσομαι. κἂν γὰρ ἐθέλῃ με διδάσκειν ἡ φύσις ὅτι ἐστὶν ἠχὼ φωνῆς ἐς ἀέρος πλῆξιν ἀντίτυπος ἠχὴ πρὸς τοὔμπαλιν τῆς ἀκοῆς ἀντανακλωμένη, ὅμως, παλαιῶν ἀνδρῶν ἔτι καὶ νέων οὐκ ἔλαττον ἢ τῷ σῷ πειθόμενος λόγῳ, θεὸν εἶναι τὴν ἠχὼ δυσωποῦμαι. (2) τί γοῦν ἂν εἴη τοῦτο πρὸς ἡμᾶς, εἰ πολλῷ τῷ μέτρῳ τοῖς πρὸς σὲ φιλικοῖς τὴν ἠχὼ νικῶμεν; ἡ μὲν γὰρ οὐ πρὸς ὅ τι ἂν ἀκούσῃ μᾶλλον ἢ πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς φωνῆς ἀντιφθέγγεται, καθάπερ ἐρωμένη φειδωλὸς ἄκροις ἀντιφιλοῦσα τὸν ἐραστὴν τοῖς χείλεσιν· ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν πρός σε κατάρχομεν ἡδέως, καὶ αὖθις εἰς τὴν παρὰ σοῦ πρόσκλησιν σφαίρας δίκην τὸ ἴσον ἀντιπέμπομεν. (3) ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις αὐτὸς ἔνοχος ὢν οἷς γράφεις καὶ σαυτὸν ἀφ' ὧν πλέον λαμβάνων ἐλάχιστον ἀντιδίδως οὐχ ἡμᾶς, ἐν οἷς ἐπ' ἄμφω πλεονεκτεῖν σπεύδομεν, ἐς τὸ ὅμοιον τῆς εἰκόνος ἐγκρίνων. πλὴν ἄν τε ἴσῳ τῷ μέτρῳ διδῷς ᾧπερ ἂν λάβῃς ἄν τε μή, ἡμῖν ὅ τι ἂν ἐξῇ παρὰ σοῦ λαβεῖν ἡδὺ καὶ πρὸς τὸ ὅλον ἀρκεῖν πιστεύεται.

LIII. Georgio Catholico.

Esto vero, ita ut dicis, dea quædam et loquax Echo ac Panos adeo, si placet, coniux; non enim repugnem. Nam tametsi natura nos docere conetur, Echo nihil aliud esse, nisi vocis ex aeris percussione respondentem ac resonantem imaginem, quæ aurium ex adverso reciprocatur ac refringitur, tamen eandem illam Echo deam esse non magis tuo, quam veterum ac recentiorum omnium sermone ac sententia adducor ut credam. (2) Sed quid nostra illud interest, si in amore erga te longo a nobis Echo intervallo superatur? Hæc enim, quicquid audierit, non ad omnia potius quam ad vocis extrema respondet, sic tanquam præparca quædam amicula, quæ amatorem suum summis tantummodo labris osculatur : nos vero cum libenter hoc tibi genere officii præimus, tum abs te ipso provocati velut in pilæ ludo par vicissim remittimus. (3) Quocirca nunquam effugies, quin tutemet in iis quæ scribis reus atque obnoxius tenearis, ac te ipsum, quatenus plura idem accipis et quam minimum reddis, non utique nos, qui in ambobus superiores esse studemus, in illius imaginis similitudine reponas. Verumtamen sive eadem mensura reddis quod acceperis, sive non reddis, quicquid est, quod a te licet accipere, mihi hoc gratissimum est, et in solidum sufficere persuasum habeo.

νδ'. Εὐμενίῳ καὶ Φαριανῷ.

Εἴ τις ὑμᾶς πέπεικεν ὅτι τοῦ φιλοσοφεῖν ἐπὶ σχολῆς ἀπραγμόνως ἐστὶν ἥδιον ἢ λυσιτελέστερόν τι τοῖς ἀνθρώποις, ἠπατημένος ἐξαπατᾷ· εἰ δὲ μένει παρ' ὑμῖν ἡ πάλαι προθυμία καὶ μὴ καθάπερ φλὸξ λαμπρὰ ταχέως ἀπέσβη, μακαρίους ἔγωγε ὑμᾶς ὑπολαμβάνω. τέταρτος ἐνιαυτὸς ἤδη παρελήλυθε καὶ μὴν οὑτοσὶ τρίτος ἐπ' αὐτῷ σχεδόν, ἐξότε κεχωρίσμεθα ἡμεῖς ἀλλήλων· ἡδέως δ' ἂν ἐσκεψάμην ἐν τούτῳ πόσον τι προεληλύθατε. (2) τὰ δὲ ἐμά, εἰ καὶ φθεγγοίμην Ἑλλη-

LIV. Eumenio et Phariano.

Si quis est, qui vobis persuaserit, iucundius aliquid et utilius hominibus esse, quam in otio ac secure philosophari, falsus hic opinione vos fallit. Sin pristina in vobis adhuc alacritas perseverat, neque confestim emicantis flammæ instar exstincta est, equidem felices vos esse iudico. Quartus iam annus abiit, ac tertius fere præterea mensis, ex quo ab invicem seiuncti sumus. Quantum igitur toto illo interiecto tempore progressum habueritis, libenter inspexerim. (2) Quod autem ad me

νιστί, θαυμάζειν ἄξιον· οὕτως ἐσμὲν ἐκβεβαρβαρωμένοι διὰ τὰ χωρία. μὴ καταφρονεῖτε τῶν λογιδίων, μηδὲ ἀμελεῖτε ῥητορικῆς μηδὲ τοῦ ποιήμασιν ὁμιλεῖν· ἔστω δὲ τῶν μαθημάτων ἐπιμέλεια πλείων, ὁ δὲ πᾶς πόνος τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπιστήμη. (3) τοῦτο ἔργον ἔστω, τοῦτο κρηπὶς θεμέλιος οἰκοδομία στέγη· τἆλλα δὲ πάρεργα, μετὰ μείζονος σπουδῆς παρ' ὑμῶν ἐπιτελούμενα ἢ παρά τισι τὰ ἀληθῶς ἔργα. ἐγὼ νὴ τὴν θείαν δίκην ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς φιλῶν ταῦτα ὑμῖν συμβουλεύω· γεγόνατε γάρ μοι συμφοιτηταὶ καὶ πάνυ φίλοι. εἰ μὲν οὖν πεισθείητε, πλέον στέρξω, ἀπειθοῦντας δὲ ὁρῶν λυπήσομαι. λύπη δὲ συνεχὴς εἰς ὅ ποτε τελευτᾶν εἴωθεν, εἰπεῖν παραιτοῦμαι οἰωνοῦ κρείττονος ἕνεκα.

attinet, mirum est, si vel Græce loqui possim: tantam ex regionibus istis barbariem contraximus. At vos neque oratorium studium contemnite, neque rhetoricam aut poetarum lectionem negligite: sed ita tamen, ut in disciplinas ipsas vehementius incumbatis. Itaque labor omnis vester in Aristotelicorum Platonicorumque dogmatum scientia versetur. (3) Vestrum hoc opus sit, hoc crepido, fundamentum, ædificium, tectum: reliqua sint accessionis instar. Quæ maiore tamen a vobis studio, quam legitima opera ab nonnullis elaborentur. Ego vero per divinum ius fasque vos tanquam fratres diligens id vobis consilii dedi utpote condiscipulis olim meis et amicitia coniunctissimis. Quod si mihi hac in re parueritis, ego vos maiori quodam amore complectar; sin minus responderitis, equidem res dolebo. Porro continuus dolor quem tandem exitum habeat, melioris ominis causa tacere malo.

νε'. Ἐκδικίῳ.

Ἄξιόν ἐστιν, εἴπερ ἄλλου τινός, καὶ τῆς ἱερᾶς ἐπιμεληθῆναι μουσικῆς. ἐπιλεξάμενος οὖν ἐκ τοῦ δήμου τῶν Ἀλεξανδρέων εὖ γεγονότας μειρακίσκους ἀρτάβας ἑκάστῳ κέλευσον δύο τοῦ μηνὸς χορηγεῖσθαι, ἔλαιόν τε ἐπ' αὐτῷ καὶ σῖτον καὶ οἶνον· ἐσθῆτα δὲ παρέξουσιν οἱ τοῦ ταμιείου προεστῶτες. (2) οὗτοι δὲ τέως ἐκ φωνῆς καταλεγέσθωσαν· εἰ δέ τινες δύναιντο καὶ τῆς ἐπιστήμης αὐτῆς εἰς ἄκρον μετασχεῖν, ἴστωσαν ἀποκείμενα πάνυ μεγάλα τοῦ πόνου τὰ ἔπαθλα καὶ παρ' ἡμῶν. ὅτι γὰρ πρὸ ἡμῶν αὐτοὶ τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς θείας μουσικῆς καθαρθέντες ὀνήσονται, πιστευτέον τοῖς προαποφαινομένοις ὀρθῶς ὑπὲρ τούτων. ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν παίδων τοσαῦτα, τοὺς δὲ νῦν ἀκροωμένους τοῦ μουσικοῦ Διοσκόρου ποίησον ἀντιλαβέσθαι τῆς τέχνης προθυμότερον, ὡς ἡμῶν ἑτοίμων ἐπὶ ὅπερ ἂν ἐθέλωσιν αὐτοῖς συνάρασθαι.

LV. Ecdicio.

Si qua res est studio nostro curaque digna, eiusmodi esse sacra musica videtur. Tu igitur ex Alexandrinorum populo delectis bonæ indolis adolescentulis, menstruas in singulos artabas duas erogari præcipe, nec non oleum, frumentum et vinum: vestem porro præbebunt ærarii præfecti. (2) Atque illi quidem interim ex voce conscribantur. Quod si aliqui perfecte artem illam consequi potuerint, sciant haud mediocria sibi laboris illius præmia etiam a nobis esse constituta. Nam quod citra nostra illa præmia non mediocrem fructum divinæ ope musicæ ex animorum suorum purgatione percepturi sint, persuadent illi, qui olim recte hac de re statuerunt. De pueris igitur ita præcipimus. Iam vero quod ad musici Dioscori discipulos attinet, fac ut artem illam studiosius addiscant. Nos enim ad illos, quacumque in re voluerint, iuvandos parati sumus.

νς'. Ἐλπιδίῳ φιλοσόφῳ.

Ἔστι καὶ μικροῦ γράμματος ἡδονὴ μείζων, ὅταν ἡ τοῦ γράφοντος εὔνοια μὴ τῇ τῆς ἐπιστολῆς σμικρότητι μᾶλλον ἢ τῷ τῆς ψυχῆς μεγέθει μετρῆται· εἰ δὲ δὴ καὶ νῦν βραχέα τὰ τῆς προσρήσεως ὑφ' ἡμῶν γένηται, μηδ' οὕτω τὸν ἐπ' αὐτοῖς πόθον τεκμηριώσῃ, ἀλλ' εἰδὼς ἐφ' ὅσον ὁ παρ' ἡμῶν ἔρως ἐπὶ σοὶ τέταται, τῇ μὲν τοῦ γράμματος βραχύτητι συγγνώμην νέμε, τοῖς ἴσοις δὲ ἡμᾶς ἀμείβεσθαι μὴ κατόκνει. πᾶν γὰρ ὅ τι ἂν διδῷς κἂν μικρὸν ᾖ, παντὸς ἀγαθοῦ γνώρισμα παρ' ἡμῖν σώζει.

LVI. Elpidio philosopho.

Affert et epistola parva voluptatem maiorem, cum eius, qui scripsit, benevolentiam non parvitate potius epistolæ quam animi magnitudine metimur. Quamobrem si hæc salutatio paulo a nobis brevior instituatur, noli de nostro in te studio conjecturam ex ea re facere. Imo vero cum meus amor in te quam vehemens sit optime noris, litterarum brevitati sic ignoscas velim, ut sine ulla cunctatione vicissim rescribas. Quicquid enim a te in nos profectum fuerit, id, etsi parvum est, boni specimen omnis apud nos obtinet.

νζ'. Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν ἐπηρμένον, ἐπὶ τῆς ᾐόνος ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων ἐρριμμένον. ἐπὶ τοῦτον ἐναυπηγήσατο σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, ὡς μετάξων αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη θεῶν ἐθελόντων ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευ-

LVII. Iulianus Alexandrinis.

Obeliscum apud vos esse audio lapideum, in magnam altitudinem exstructum; despici tamen et, ut quid vile, iacere in littore. Eum Divus Constantius instructo navigio Constantinopolim patriam meam advehi præceperat. Sed quandoquidem ille diis ita volentibus fatalem istinc ad plures migrationem migravit, exigit a me eadem civi-

θῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα, πατρὶς οὖσά μου καὶ προσήκουσα πλέον ἤπερ ἐκείνῳ. (2) ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφήν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ· καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι. τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ ὑμᾶς οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος φιλῶ, δίδωμι καὶ παρ' ὑμῖν ἀναστῆσαι τὴν χαλκῆν εἰκόνα. (3) πεποίηται δὲ ἔναγχος ἀνδριὰς τῷ μεγέθει κολοσσικός, ὃν ἀναστήσαντες ἕξετε ἀντὶ ἀναθήματος λιθίνου χαλκοῦν, ἀνδρός, οὗ φατὲ ποθεῖν εἰκόνα καὶ μορφήν, ἀντὶ τριγώνου λίθου χαράγματα ἔχοντος Αἰγύπτια. (4) καὶ τὸ λεγόμενον δέ, ὡς τινές εἰσιν οἱ θεραπεύοντες καὶ προσκαθεύδοντες αὐτοῦ τῇ κορυφῇ, πάνυ με πείθει χρῆναι τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα ταύτης ἀπάγειν αὐτόν. οἱ γὰρ θεώμενοι τοὺς καθεύδοντας ἐκεῖ, πολλοῦ μὲν ῥύπου πολλῆς δὲ ἀσελγείας περὶ τὸν τόπον ὡς ἔτυχεν οὔσης, οὔτε πιστεύουσιν αὐτὸν θεῖον εἶναι, καὶ διὰ τὴν τῶν προσεχόντων αὐτῷ δεισιδαιμονίαν ἀπιστότεροι περὶ τοὺς θεοὺς καθίστανται. (5) δι' αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο καὶ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει συνεπιλαβέσθαι καὶ πέμψαι τῇ ἐμῇ πατρίδι τῇ ξενοδοχούσῃ καλῶς ὑμᾶς, ὅτε εἰς τὸν Πόντον εἰσπλεῖτε, καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφὰς καὶ εἰς τὸν ἐκτὸς κόσμον συμβάλλεσθαι. πάντως οὐκ ἄχαρι καὶ παρ' αὐτοῖς ἑστάναι τι τῶν ὑμετέρων, εἰς ὃ προσπλέοντες τῇ πόλει μετ' εὐφροσύνης ἀποβλέψετε.

νη'. Διονυσίῳ.

Ἀμείνων ἦσθα σιωπῶν πρότερον ἢ νῦν ἀπολογούμενος, οὐδὲ γὰρ ἐλοιδόρου τότε, καίτοι διανοούμενος ἴσως αὐτό· νυνὶ δὲ ὥσπερ ὠδίνων τὴν καθ' ἡμῶν λοιδορίαν ἀθρόαν ἐξέχεας. ἢ γὰρ οὐ χρή με καὶ λοιδορίαν αὐτὸ καὶ βλασφημίαν νομίζειν ὅτι με τοῖς σαυτοῦ φίλοις ὑπελάμβανες εἶναι προσόμοιον, ὧν ἑκατέρῳ δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον, μᾶλλον δὲ τῷ μὲν ἄκλητον τῷ προτέρῳ, τῷ δευτέρῳ δὲ ἐνδειξαμένῳ μόνον ὅτι σε συνεργὸν ἐθέλει προσλαβεῖν ὑπήκουσας; (2) ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ προσόμοιός εἰμι Κώνσταντι καὶ Μαγνεντίῳ, τὸ πρᾶγμα αὐτό φασι δείξει· σὺ δ' ὅτι κατὰ τὸν Κωμικὸν

σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι,

πρόδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐπέστειλας. ἡ γὰρ ἀφοβία καὶ τὸ μέγα θάρσος καὶ τὸ εἴθε με γνοίης ὅσος καὶ οἷός εἰμι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα, βαβαί, πηλίκου κτύπου καὶ κόμπου ῥημάτων ἐστίν. (3) ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Χαρίτων καὶ τῆς Ἀφροδίτης εἰ τολμηρὸς οὑτωσὶ καὶ γενναῖος, τί καὶ τρίτον ηὐλαβήθης, ἂν δέῃ, προσκρούειν; οἱ γὰρ τοῖς κρατοῦσιν ἀπεχθανόμενοι τὸ μὲν κουφότατον καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἥδιστον τῷ γε νοῦν ἔχοντι τοῦ πράγματα ἔχειν ταχέως ἀπαλλάττονται, μικρὰ δέ, εἰ χρὴ προσζημιωθῆναι, περὶ τὰ χρήματα πταίουσι· τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τῆς ὀργῆς καὶ

tas donarium, quum ipsa mihi sit patria adeoque maiore mihi quam illi necessitudine coniuncta. (2) Ille namque eam ut sororem, at ego ut matrem amo: in eius enim solo primum steti in lucem editus; illic altus educatusque sum; nec fieri ulla ratione potest, ut in illam ingratus unquam videar. Quid igitur? quoniam et vos non minus quam patriam amo, do, ut et apud vos æreum erigatur simulacrum. (3) Facta est autem nuper statua colossea magnitudine, quam vos erigentes habebitis pro lapideo donario æreum; viri, cuius simulacrum et formam desiderare dicitis, pro triangulo lapide Ægyptii notis inscripto. (4) Et, quod vulgo fertur, quosdam esse therapeutas, qui obelisci huius vertici indormiant, valde mihi persuadet, ob huiusmodi superstitionem oportere ipsum abduci. Nam qui inspiciunt indormientes ibi, multasque sordes ac flagitia loco, ut casus tulit, circumfusa, illum minime arbitrantur quid divinum esse, et propter eorum, qui saxo eidem immorantur superstitionem minus de diis credunt. (5) Idcirco igitur magis etiam vobis convenit inceptum adiuvare, saxumque illud ad patriam meam mittere, quæ vos honesto excipere solet hospitio, quando in Pontum navigatis, et quemadmodum annona deferenda, ita et externo urbis ornatu augendo opem vestram conferre. Neque omnino vobis ingratum erit, apud nos ipsos aliquid vestrum exstare, in quod, quum ad urbem adnavigatis, cum hilaritate in posterum respiciatis.

LVIII. Dionysio.

Rectius faciebas prius, cum taceres, quam nunc, quum te instituis defendere. Quid igitur? Neque enim ullam tunc inferebas iniuriam, etsi illam fortasse meditabare; nunc autem, veluti pariendi dolores patiens, contumeliam in nos gnaviter effudisti. Annon enim oportet me contumeliam et blasphemiam interpretari, quod me tuis amicis adsimilem esse existimas? quorum utrique tu te invocatum obtulisti, vel potius priori invocatum, alteri vero vel annuenti tuam sibi gratam fore operam, obedientissime paruisti. (2) Cæterum, an ego sim Constanti et Magnentio similis, res ipsa, quod aiunt, indicabit: quod vero tu iuxta Comicum *te ipsam laudas, velut Astydamas, mulier*, id ex iis, quæ scripsisti, liquet. Omnia enim illa *imperterrita mens* et *ingens audacia* itemque illud, *utinam me nosses quantus et qualis sim*, et cætera deinceps eiusmodi, papæ, ut personantia sunt et tumida turgidaque. (3) Sed Gratias testor et Venerem, si ita audax es et generosus, quid adeo metuebas tertia vice ne collidere esset necesse? Qui enim principum incurrerunt odium, promte a munere quod habent discedunt; id quod facillimum sapientique, ut ita dicam, suavissimum: sin leve insuper oporteat damnum sustinere, parvam opum iacturam faciunt: summus autem

τὸ παθεῖν, φασί, τὰ ἀνήκεστα, τὸ ζῆν προέσθαι. (4) τούτων δὴ πάντων ὑπερορῶν, ὅτι καὶ τὸν ἰδίως ** ἐπέγνωκας· καὶ τὸν κοινῶς καὶ γενικῶς ἄνθρωπον ὑφ' ἡμῶν τῶν ὀψιμαθῶν ἀγνοούμενον, ἀνθ' ὅτου πρὸς τῶν θεῶν εὐλαβεῖσθαι ἔφης, μὴ τρίτον προσκρούσῃς; οὐ γὰρ δὴ πονηρὸν ἐκ χρηστοῦ σε ποιήσω χαλεπήνας ἐγώ· ζηλωτὸς γὰρ ἂν ἦν ἐν δίκῃ τοῦτο δυνάμενος. ἢ γάρ, ὥς φησι Πλάτων, καὶ τοὐναντίον οἷός τε ἦν ἄν. (5) ἀδεσπότου δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης ἐχρῆν ὑπολογίζεσθαι μηδὲν τῶν τοιούτων. ἀλλ' οἴει μέγα τὸ πάντας μὲν βλασφημεῖν, πᾶσι δὲ ἁπλῶς λοιδορεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος ἀποφαίνειν πολέμου ἐργαστήριον. ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι; τὸν μῦθον ἀκήκοας τὸν Βαβρίου, γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. (6) πολλὰ εἰπὼν οὐδένα ἂν πείσειας ἀνθρώπων ὡς οὐ γέγονας ὅπερ οὖν γέγονας καὶ οἷον πολλοὶ πάλαι σε ἠπίσταντο. τὴν νῦν δὲ ἀμαθίαν καὶ τὸ θάρσος οὐχ ἡ φιλοσοφία μὰ τοὺς θεοὺς ἐνεποίησέ σοι, τοὐναντίον δὲ ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια· κινδυνεύεις γὰρ εἰδέναι μηδέν, ὡς οὐδὲ ἡμεῖς, οἴει δὲ πάντων εἶναι σοφώτατος, οὐ τῶν νῦν ὄντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγονότων, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἐσομένων. οὕτω σοι πρὸς ὑπερβολὴν ἀμαθίας τὰ τῆς οἰήσεως ἐπιδέδωκεν.

(7) Ἀλλὰ σοῦ μὲν ἕνεκα καὶ ταῦτα τῶν ἱκανῶν εἴρηταί μοι πλείω, δεῖ δὲ ἴσως ἀπολογήσασθαι διὰ σὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι προχείρως ἐπὶ κοινωνίαν σε παρεκάλεσα πραγμάτων. οὐ πρῶτος οὐδὲ μόνος ἔπαθον, ὦ Διονύσιε. ἐξηπάτησε καὶ Πλάτωνα τὸν μέγαν ὁ σὸς ὁμώνυμος, ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀθηναῖος Κάλλιππος· εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτόν φησι πονηρόν, τηλικαύτην δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μέγεθος κακίαν οὐδὲ ἐλπίσαι πώποτε. (8) καὶ τί χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτων, ὅπου καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ ἄριστος Ἱπποκράτης ἔφη ἔσφηλαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ἐν τῇ κεφαλῇ ῥαφαί; εἶτ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ ὧν ᾔδεσαν ἐξηπατῶντο, καὶ τὸ τεχνικὸν ἐλάνθανε τὸν ἰατρὸν θεώρημα, θαυμαστὸν δέ, εἴπερ Ἰουλιανὸς ἀκούσας ἐξαίφνης ἀνδρίζεσθαι Διονύσιον ἐξηπατήθη; (9) ἀκούεις ἐκεῖνον τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα, καὶ τὴν ἱστορίαν ἐπίστασαι· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐπιμελέστερον πολυπραγμόνησον, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐρῶ τοῦτο. ἐκεῖνος ἐνόμιζεν οὐδὲν ἀνίατον εἶναι τῇ φιλοσοφίᾳ, πάντας δὲ ἐκ πάντων ὑπ' αὐτῆς καθαίρεσθαι βίων ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμιῶν, πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν τοιούτων. εἰ γὰρ τοῖς εὖ πεφυκόσι καὶ καλῶς τεθραμμένοις ἐπήρκει μόνον, οὐδὲν ἂν ἦν θαυμαστὸν τὸ κατ' αὐτήν· εἰ δὲ καὶ τοὺς οὕτω διακειμένους ἀνάγει πρὸς τὸ φῶς, δοκεῖ μοι διαφερόντως εἶναι θαυμάσιον. (10) ἐκ τούτων ἡ περί σέ μοι κατ' ὀλίγον γνώμη, ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες, ἔρρεπεν ἐπὶ τὸ βέλτιον. οὗτοι γοῦν οὔτε ἐν πρώτοις οὔτε ἐν δευτέροις τῶν κρατίστων ἐθέμην ἀνδρῶν τὸ κατὰ σέ. ἐπίστασαι ἴσως

iræ effectus est pati supplicium et vita cedere. (4) Hæc omnia tu facis flocci, qui et proprie tibi faventem abnegasti; et ex communi ac generali captu hominem, quem nos scilicet tardi studiorum cum ignarissimis novimus, cur per deos metuere dixisti, ne tertia vice collideres? Non enim profecto, si tibi succenseam, ex bono malum facturus sum; quod qui posset facere, in pretio habendus merito esset. Idem enim, ut est apud Platonem, posset etiam contrarium efficere. (5) Sed libera res cum sit virtus, nihil tale cogitare te oportebat. Tu vero magnum putas omnes petere maledictis ac de omnibus promiscue detrahere et ex pacis delubro facere officinam armorum. An id putas, quæcunque a te pridem sunt peccata, facile apud omnes excusari purgarique et nupera fortitudine umbram mollitiei pristinæ obduci? Fabulam audivisti Babrii : *mustela quondam amore capta formosi;* cætera e libro disce. (6) Quamvis multa dicas, nemini tamen persuadebis unquam, te eum non fuisse qui fueris et qualem te permulti iam pridem norunt. Nunc autem inscitiam tibi ac temeritatem non philosophia, deos testor, attulit, sed potius duplex, ut ait Plato, ignorantia. Quum enim nihil propemodum scias, quod et nos de nobis ipsi fatemur, autumas te sapientiorem esse omnibus, qui sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac ; tantum in te stoliditatis de tua opinione exuberat.

(7) Sed hæc tibi quidem propter te dicta plus satis. Verum mihi pluribus fortean apud alios agendum est, quod tam inconsiderate te ad rerum gerendarum societatem vocavi. Nec primus ego nec solus indigna sum passus, Dionysi. Decepit et Platonem cognominis tibi Dionysius, imo etiam Callippus Atheniensis, quem non ignorasse quidem se ait esse nauci, tanta vero malitia hominem nunquam sperasse. (8) Et quid hic moror? nonne et medicorum præstantissimus Hippocrates dixit *opinionem meam suturæ capitis fefellerunt?* At illi quidem in iis, quæ nosse apprime debuerant, decepti sunt, medicumque latuit artis suæ regula; mirum vero, si et Iulianus audiens Dionysium subito virum extitisse deceptus est? (9) Audis Eleum illum Phædonem, et historiam nosti : sin secus, accuratius inquire; nec enim dicam. Putabat ille neminem esse tam prave affectum, quem philosophia non curaret, omnesque illius ope libidines, cupiditates, affectus atque, ut uno semel verbo dicam, cuncta huiuscemodi tolli facillime posse. Nam si bene et feliciter natos solum iuvat, quid magnum philosophia habet? si vero homines usque adeo corruptos valet reducere ad lucem, hoc inprimis esse admirabile mihi videtur. (10) Atque exinde quoque paullatim de te, ut norunt omnes dii, melius sentire cœpi. Neque tamen sic in primo te nec in secundo præstantium virorum numero computavi, quod ipse fortean nosti · si ignoras, sciscitare

αὐτό· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, τοῦ καλοῦ Συμμάχου πυνθάνου. πέπεισμαι γὰρ ἐκεῖνος ὅτι οὔποτε ἂν ἑκὼν εἶναι ψεύσαιτο, τὰ πάντα ἀληθίζεσθαι πεφυκώς. (11) εἰ δὲ ἀγανακτεῖς ὅτι μὴ πάντων σε προετιμήσαμεν, ἐγὼ μὲν ἐμαυτὸν ὅτι σε καὶ ἐν ἐσχάτοις ἔταξα μέμφομαι, καὶ χάριν οἶδα τοῖς θεοῖς πᾶσί τε καὶ πάσαις, οἳ κοινωνῆσαί σε πραγμάτων καὶ φίλους ἡμᾶς γενέσθαι διεκώλυσαν. (12) καὶ γὰρ εἰ πολλὰ περὶ τῆς φήμης οἱ ποιηταί φασιν ὡς ἔστι θεός, ἔστω δὲ εἰ βούλει δαιμόνιον, καὶ τὸ τῆς φήμης οὐ πάντη προσεκτέον αὐτῇ, διότι πέφυκε τὸ δαιμόνιον οὐ πάντα καθαρὸν οὐδὲ ἀγαθὸν τελείως ὡς τὸ τῶν θεῶν εἶναι γένος, ἀλλ' ἐπικοινωνεῖ πως καὶ πρὸς θάτερον. εἰ δὲ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δαιμόνων οὐ θέμις τοῦτο φάναι, περὶ τῆς φήμης οἶδ' ὅτι λέγων ὡς πολλὰ μὲν ψευδῶς πολλὰ δὲ ἀληθῶς ἀγγέλλει, οὔποτ' ἂν αὐτὸς ἁλοίην ψευδομαρτυριῶν.

(13) Ἀλλὰ τὴν παρρησίαν τὴν σὴν οἴει τεττάρων εἶναι ὀβολῶν, τὸ λεγόμενον, ἀξίαν. οὐκ οἶσθ' ὅτι καὶ Θερσίτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπαρρησιάζετο, καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν αὐτὸν ὁ συνετώτατος ἔπαιε τῷ σκήπτρῳ, τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παροινίας ἔλαττον ἔμελεν ἢ χελώνῃ μυιῶν, τὸ τῆς παροιμίας; πλὴν οὐ μέγα ἔργον ἐστὶν ἐπιτιμᾶν ἄλλοις, ἑαυτὸν δὲ ἀνεπιτίμητον παρασχεῖν. εἰ δέ σοι ταύτης μέτεστι τῆς μερίδος, ἐπίδειξον ἡμῖν. (14) ἆρ' ὅτε νέος ἦσθα, καλὰς ἔδωκας ὑπὲρ σαυτοῦ τοῖς πρεσβυτέροις ὁμιλίας; ἀλλ' ἐγὼ κατὰ τὴν Εὐριπίδειον Ἠλέκτραν τὰς τοιαύτας σιγῶ τύχας. ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ γέγονας καὶ στρατοπέδῳ παρέβαλες, ἔπραξας ὅπως πρὸς τοῦ Διὸς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας φῂς προσκρούσας ἀπηλλάχθαι. ἐκ τίνων τοῦτο ἔχων δεῖξαι, ὥσπερ οὐ πολλῶν καὶ πονηροτάτων, ὑφ' ὧνπερ καὶ αὐτὸς ἀπηλάθης, ἐκτοπισθέντων; (15) οὐ τοῦτό ἐστιν, ὦ συνετώτατε Διονύσιε, σπουδαίου ἀνδρὸς καὶ σώφρονος, ἀπεχθανόμενον ἀπελθεῖν τοῖς κρατοῦσιν· ἦσθα δὲ ἂν βελτίων, εἰ τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς πρὸς σεαυτὸν συνουσίας ἀπέφηνας ἡμῖν μετριωτέρους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ κατὰ σέ, μὰ τοὺς θεούς, οὐδὲ κατὰ μυρίους ἄλλους ὅσοι ζηλοῦσι τὸν σὸν τρόπον· πέτραι γὰρ πέτραις καὶ λίθοι λίθοις προσαραττόμενοι οὐκ ὠφελοῦσι μὲν ἀλλήλους, ὁ δ' ἰσχυρότερος τὸν ἥττονα εὐχερῶς συντρίβει.

(16) Ἆρα μὴ Λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως λέγω; ἀλλ' ἐγὼ μὲν οἶμαι λαλίστερος διὰ σὲ καὶ τῶν Ἀττικῶν ἀποπεφάνθαι τεττίγων. ὑπὲρ δὲ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρῴνηκας, ἐπιθήσω σοι δίκην τὴν πρέπουσαν, ἐθελόντων θεῶν καὶ τῆς δεσποίνης Ἀδραστείας. τίς οὖν ἡ δίκη καὶ τί μάλιστα τὸ δυνάμενόν σου τὴν γλῶτταν καὶ τὴν διάνοιαν ὀδυνῆσαι; ὡς ἐλάχιστα πειράσομαι διά τε τῶν λόγων καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐξαμαρτὼν μὴ παρασχέσθαι σου τῇ κακηγόρῳ γλώττῃ πολλὴν φλυαρίαν. (17) καίτοι με οὐ λέληθεν ὅτι καὶ τῆς Ἀφροδίτης φασὶν ὑπὸ τοῦ Μώμου ἐσκῶφθαι τὸ σάνδαλον. ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι πολλὰ καὶ ὁ Μῶμος ἐρρήγνυτο, καὶ μόλις ἐλάμβανε τοῦ σανδάλου. εἴη δὲ καὶ σὲ περὶ ταῦτα

ex optimo Symmacho. Certo enim scio non se turpi mendacio contaminaturum qui suapte natura verum dicere consuevit. (11) Si vero ægre fers quod non omnibus a me prælatus es, ego mihi ipsi indignor quod te non in postremissimis habui; gratiasque ago diis et deabus omnibus, qui me prohibuerunt, ne propius communicaremus et negotiorum coniunctione fieremus amici. (12) Etsi enim multa de fama dicuntur a poetis, quod dea sit, sit potius dæmonium, siquidem famæ non est per omnia fides tribuenda. Est enim dæmonium non purum bonumque per omnia, qualis deorum natura esse consuevit, sed ab sequiore parte etiam quodammodo participat. Quod si de aliis non fas sit affirmare dæmonibus, de fama novi dicentem, quod falso multa, multa vere nuntiat, me nunquam falsi argutum iri testimonii.

(13) Verum tu tuam libertatem in dicendo quatuor, quod dicitur, obolorum pretio æstimas. An nescis, quod et Thersites inter Græcos libertate in dicendo utebatur? quem sceptro percussit Ulixes sapientissimus: Agamemnoni autem minus curæ erat Thersitæ maledicentia, quam, ut est in proverbio, muscas testudo curat. Non magnum negotium est alios reprehendere, sed aliis sese inculpatum et irreprehensibilem præbere: quod si tibi contigit, age, id nobis demonstrato. (14) Scilicet iuvenis cum esses, bellas de te præbuisti fabulas senioribus: ego tamen cum Euripidea Electra tales *casus silentio prætereo*. At vir factus, quando adversus hostes res gerenda erat, fecisti profecto quod de veritate ais, obviam illis datus retrocessisti. Quibus hoc possum testibus demonstrare? non e vulgo nec levissimis, sed a quibus ipse es repulsus, qui ex locis illis ad nos venerunt. (15) Illud strenui prudentisque viri non est, cordatissime Dionysi, discedere principibus invisum infensumque: at tum esses melior, si tua consuetudine et familiaritate homines nobis reddidisses sapientiores. Sed hoc tibi nunquam neque aliis mille tui similibus continget. Etenim saxa saxis si confligant, et lapides lapidibus si collidantur, nihil sibi invicem prosunt, sed mollior a duriore facile teritur.

(16) Nonne hæc loquor Laconice et concise? Ego enim arbitror me tua causa loquaciorem Atticis cicadis videri. Pro tuis autem in me contumeliis conviciisque faxo pœnas mihi luas, ut par erit, annuentibus diis dominaque Adrastea. Quonam pacto, ais, et quidnam præcipue valebit linguam tuam et mentem constringere? Ut verbo et opere quam minimum peccans obstruam, quantum in me erit, pervicaci et maledicæ tuæ linguæ ac futilitati rimas. (17) Nescius tamen non sum, Veneris ipsius soleam Momi dicteria non evasisse. Sed vides, ut idem ille Momus ob reliquum Veneris decorem invidia rumpebatur, et vix repe-

τριβόμενον καταγηρᾶσαι καὶ τοῦ Τιθωνοῦ βαθύτερον καὶ τοῦ Κινύρου πλουσιώτερον καὶ τοῦ Σαρδαναπάλλου τρυφηλότερον, ὅπως τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοῦ πληρωθῇ δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

(18) Ἀλλ' ὁ θέσπιος Ἀλέξανδρος ἐκ τίνων ἐφάνη σοι τηλικοῦτος; ἆρ' ὅτι μιμητὴς αὐτοῦ γενόμενος ἐζήλωσας ὅσα ἐκείνῳ τὸ μειράκιον ὁ Ἑρμόλαος ὠνείδισεν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδεὶς οὕτως ἐστὶν ἀνόητος ὡς ὑπονοῆσαι περὶ σοῦ· τοὐναντίον δὲ καὶ ὅπερ ἀπωδύρετο παθὼν Ἑρμόλαος, καὶ διόπερ διενοεῖτο τὸν Ἀλέξανδρον, ὥς φασιν, ἀποκτεῖναι, τοῦτο δὲ οὐδεὶς ὅστις πεπεισμένος οὐκ ἔστι περὶ σοῦ. (19) πολλῶν δὲ ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς καὶ σφόδρα σε φαμένων φιλεῖν ἀκήκοα πολλὰ ὑπὲρ ταύτης ἀπολογουμένων τῆς ἁμαρτίας, ἤδη δέ τινος καὶ ἀπιστοῦντος. ἀλλ' οὗτός ἐστιν ἡ μία χελιδών· οὐ ποιεῖ τὸ ἔαρ. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖθεν Ἀλέξανδρος ὤφθη σοι μέγας, ὅτι Καλλισθένη μὲν ἀπέκτεινε πικρῶς, Κλεῖτος δὲ αὐτοῦ τῆς παροινίας ἔργον ἐγένετο, Φιλώτας τε καὶ Παρμενίων καὶ τὸ Παρμενίωνος παιδίον. (20) ἔπειτα τὰ περὶ τὸν Ἕκτορα τὸν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Νείλου ταῖς δίναις ἢ ταῖς Εὐφράτου (λέγεται γὰρ ἑκάτερον) ἐναποπνιγέντα καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ παιδιὰς σιωπῶ, μὴ βλασφημεῖν ἄνδρα δόξω τὸ κατορθούμενον μὲν οὐδαμῶς ἔχοντα, κράτιστον μέντοι τὰ πολεμικὰ στρατηγόν· ὧν σὺ κατὰ τὴν προαίρεσιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρείαν ἔλαττον μετέχεις ἢ τριχῶν ἰχθύες. (21) ἄκουε δὴ τῆς παραινέσεως μὴ λίαν ὀργίλως,

οὔ τοι, τέκνον ἐμόν, δέδοται πολεμήια ἔργα.

τὰ δὲ ἑξῆς οὐ παραγράφομαι, αἰσχύνομαι γὰρ νὴ τοὺς θεούς. ἀξιῶ μέντοι σε προσυπακούειν αὐτό· καὶ γὰρ εὔλογον ἕπεσθαι τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους, ἀλλὰ μὴ φεύγειν τὰ ῥήματα τὸν μηδαμῶς διαπεφευγότα τὰ ἔργα.

(22) Ἀλλ' ὁ τὴν Μαγνεντίου καὶ Κώνσταντος ὁσίαν αἰσχυνόμενος, ἀνθ' ὅτου τοῖς ζῶσι πολεμεῖς καὶ τοῖς ὁπωσοῦν βελτίστοις λοιδορῇ; πότερον ὅτι μᾶλλον ἐκεῖνοι δύνανται τῶν ζώντων ἀμύνεσθαι τοὺς λυποῦντας; ἀλλὰ σοὶ τοῦτο οὐ προσήκει λέγειν· εἶ γάρ, ὡς γράφεις, θαρραλεώτατος. ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο, τυχὸν ἕτερον· ὡς γὰρ οὐκ αἰσθανομένους ἐπισκώπτειν ἴσως οὐ βούλει. (23) τῶν ζώντων δὲ ἆρά τις οὕτως εὐήθης ἐστὶν ἢ μικρόψυχος, ὃς ἀξιώσειεν ἂν αὐτοῦ παρὰ σοὶ λόγον εἶναί τινα, καὶ οὐ βουλήσεται μάλιστα μὲν ἀγνοεῖσθαι παρὰ σοῦ παντάπασιν, εἰ δ' ἀδύνατον εἴη, λοιδορεῖσθαι παρὰ σοῦ μᾶλλον, καθάπερ ἐγὼ νῦν, ἢ τιμᾶσθαι; μήποτε οὕτω κακῶς φρονήσαιμι, μήποτε τῶν παρὰ σοῦ μᾶλλον ἐπαίνων ἢ ψόγων ἀντιποιησαίμην.

(24) Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὸ γράφειν πρός σε δακνομένου τυχὸν ἴσως ἐστίν; οὐ μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς σωτῆρας, ἀλλ' ἐπικόπτοντος τὴν ἄγαν αὐθάδειαν καὶ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀκολασίαν τὴν τῆς γλώττης καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄγριον καὶ τὸ μαινόμενον τῶν φρενῶν καὶ τὸ παρακε-

rit quod in solea carperet? hoc igitur optaverim, ut circa huiusmodi res livore destrictus consenescas et Tithono magis seniculus et Cinyra opulentior et Sardanapalo mollior, ut de te verissime dicatur *bis pueri senes.*

(18) At divinus Alexander quibus de causis tantus tibi videtur? num quia imitatorem te eius et æmulum geris in eo, quod illi puer Hermolaus exprobravit? Nemo autem ita desipit, ut istud de te suspicetur; contrarium vero et de quo graviter conquerebatur affectus verberibus Hermolaus, quam ob causam quoque aiunt Alexandrum voluisse occidere, hoc nemo est qui de te non sit persuasus. (19) Ex multis ego, deos testor, et qui vehementer te aiebant a se diligi, audivi multa pro hoc scelere a te removendo disputare; erat etiam aliquis, qui negaret se illud credere. Sed una hirundo ille fuerit, quæ ver non facit. At enim fortasse ideo magnus tibi Alexander visus est, quod Callisthenem crudeliter interfecit, quod Clitum per temulentiam, quod Philotam et Parmenionem. (20) Tum quæ Hectorem attinent in Nili Ægyptii fluctibus vel Euphratis (utrumque enim fertur) suffocatum et alios eius lusus omitto, ne contumeliosus in virum videar, qui morum quidem rectitudine neutiquam conspicuus fuit, in bello autem præclarissimus dux. Quorum utrorumque, et virtutis studii et fortitudinis, minus etiam est in te, quam comarum in piscibus. (21) Audi vero quod te monebo, nec ira tibi mentem efferat:

non tibi, nata, datum est armorum laude lucere.

Quæ apud poetam sequuntur, non adscribo; nam profecto pudore cohibeor: velim tamen ea cogitatione tua suppleri, cum rationi sit congruens rebus verba subsequi, eumque, qui rem neutiquam refugit, nec verba debere aliena a se putare.

(22) Sed qui Magnentii et Constantis manes revereris, cur oppugnas viventes et optimis quibusque convitiaris? Num quod illi superstitibus amplius possunt ulcisci iniurias? Quod tamen tibi affirmare neutiquam convenit, si quidem, ut scribis, es audentissimus. Sed si hoc non valeat, alterum fortasse, quod illos tanquam non sensuros derides. (23) Sed non opinor hoc volueris. Ex viventibus autem quis ita est stolidus aut pusillanimis, ut hilum curet sui apud te haberi rationem quamcunque et non malit prorsus tibi esse ignotus; aut si hoc non possit fieri, convitiis peti a te potius, ut mihi nunc contigit, quam honorari? Nolim equidem tam male sapere, ut laudes a te quam vituperationes tuas potiores existimem.

(24) Sed hoc ipsum fortasse, quod ad te scribo, læsum me offensumque indicat. Minime sane, deos servatores testor: sed reprimere cupio nimis sibi placentem hominem audacemque et effrænem eius linguam et ferocem animam et insanam prorsusque turbatam mentem. Lice-

κινηκὸς ἐν πᾶσιν. ἐξῆν γοῦν, εἴπερ ἐδεδήγμην, ἔργοις ἀλλὰ μὴ λόγοις σε σφόδρα νομίμως κολάσαι. πολίτης γὰρ ὢν καὶ τῆς γερουσίας μετέχων αὐτοκράτορος ἐπίταγμα παρῃτήσω· τοῦτο δὲ οὐκ ἐξῆν δήπουθεν τῷ μὴ μεγάλην ἀνάγκην προϊσχομένῳ. (25) οὔκουν ἐξήρκει μοι ὑπὲρ τούτου ζημιῶσαί σε παντοίαν ζημίαν, ἀλλ' ᾠήθην δεῖν γράψαι πρός σε πρῶτον, νομίζων ἰάσιμον ἐπιστολίῳ βραχεῖ. ὡς δὲ ἐμμένοντα τοῖς αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ τὸ λεληθὸς τέως τῆς μανίας ἐφώρασα, ** μή τι καὶ νομισθείης ἀνήρ, οὐκ ἀνὴρ ὤν, καὶ παρρησίας μεστός, ἐμβροντησίας ὢν πλήρης, καὶ παιδείας μετεσχηκώς, οὐδὲ γρὺ λόγων ἁψάμενος, ὅσα γε εἰκός ἐστι ταῖς ἐπιστολαῖς σου τεκμήρασθαι· τὸ γὰρ φροῦδον οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων ἐπὶ τοῦ προφανοῦς, ὥσπερ σὺ νῦν, ἐπεὶ τὰς ἄλλας σου τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας οὐδεὶς ἂν ἐπεξελθεῖν ἐν μακρῷ βιβλίῳ δυνηθείη καὶ τὸ μαστροπὸν ἐκεῖνο καὶ βδελυρὸν ἦθος, ὑφ' οὗ σεαυτὸν προαγωγεύεις. (26) οὐ γὰρ τοὺς ἐξ ἑτοίμου ** φύσει ** οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλὰ τοὺς βεβαίᾳ χρίσει χρωμένους, καὶ δὴ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους τούτους δεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἑτοίμως ὑπακούοντας αἱρεῖσθαι. καλάς γε ἡμῖν ἐλπίδας ὑποφαίνεις οὐδὲ δεόμενος, ὡς ὑπείξων, ἣν αὖθις καλῶμεν ἐπὶ κοινωνίᾳ πραγμάτων. (27) ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον μέρος τούτου περίεστιν, ὥστε σε τῶν ἄλλων εἰσιεμένων οὐδὲ προσείρηκα πώποτε. καίτοιγε πρὸς πολλοὺς ἔγωγε τοῦτο ἐποίησα γνωρίμων τε καὶ ἀγνοουμένων ἐμοὶ κατὰ τὴν θεοφιλῆ Ῥώμην διατρίβοντας. οὕτω σου τῆς φιλίας ἀντεποιούμην, οὕτω σε σπουδῆς ἄξιον ᾠόμην. (28) εἰκὸς οὖν ὅτι καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς σὲ τοιαῦτα ἔσται. καὶ γὰρ νῦν ἔγραψα ταυτηνὶ τὴν ἐπιστολήν, οὐ σοὶ μόνον ἀνάγνωσμα, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαίαν πολλοῖς αὐτὴν ᾔδειν, καὶ δώσω γε πᾶσιν οὐκ ἄκουσιν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ληψομένοις· σεμνότερον γὰρ ὁρῶντές σε καὶ ὀγκωδέστερον τῶν ἔμπροσθέν σου βεβιωμένων ἄχθονται. τελείαν ἔχεις παρ' ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν, ὥστε σε μηδὲν ἐπιποθεῖν. οὔκουν οὐδὲ ἡμεῖς παρὰ σοῦ τι πλέον ἀπαιτοῦμεν, ἀλλ' ἐντυχών, ὅτε βούλει, τοῖς γράμμασι χρῆσαι· τὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας φιλίας πέπραταί σοι. ἔρρωσο τρυφῶν καὶ λοιδορούμενος ἐμοὶ παραπλησίως.

bat sane, si morsu offensus essem tuo, rebus, non verbis legitimas omnino pœnas a te repetere. Civis enim et ex senatorio ordine cum sis, imperatoris mandatum transgressus es. Hoc autem fas non erat, summa ad hoc non adigente necessitate. (25) Igitur neque causæ hoc mihi satis fuit propterea te damno qualicunque afficere, sed duxi prius ad te scribendum, sperans brevi te epistolio sanari posse. Cum vero te deprehendissem delictis insistentem tuis, vel potius latentem prius insaniam palam proditam, ** ne deinceps, qui vir non es virum te putent homines, et libere dicentem, qui es maxime stupidus, vel eruditum, qui litteras nunquam attigisti, ut ex epistolis tuis licet arguere. Neque enim antiquorum ullus τὸ φροῦδον de re manifesta usurpavit, quod tu nunc facis. Nam ceteros epistolæ tuæ lapsus nemo facile persequatur sermone quamvis longo, neque lenoninos et impuros tuos mores explicare queat. Stas enim velut prostibulum, nec eos modo, qui te ultro adeunt, ductando captas **. (26) Neque enim hos qui magistratus aucupantur, sed eos qui firmo utuntur iudicio et per hoc rectum colunt, ita ut decet, deligemus, et qui obsequi parati sunt. Bonas nobis spes obicis, dum ne rogas quidem, ut obsecundaturus, si iterum te ad communia negotia appellaverimus. (27) Ego vero tantum ab illo absum, ut, cæteris intrantibus, te ne adlocutus quidem sim unquam: quod tamen multis ego feci notis et ignotis, qui Romæ in illa dilecta diis urbe versantur. Tanti amicitiam tuam æstimavi; ita dignum te esse ratus sum. (28) Verisimile igitur in posterum quoque meam hanc de te sententiam fore. Nam et in præsenti hanc ad te exaravi epistolam non solum legendam tibi, sed quam necessariam duco ut multi cognoscant; et dabo legendam omnibus, qui, ut opinor, non illubentes eam a me accipient. Cum enim vident te ita insolentem et turgidum esse præ aliis, indignantur. Perfectam hanc habes a nobis responsionem, ita ut nihil desiderare possis amplius: nec nos a te quicquam amplius postulamus. Igitur epistolas nostras, cum voles, lege; amicitiam enim nostram vendidisti. Vale inter delicias tuas et tua in me convicia.

νθ'. Ἰαμβλίχῳ.

Ἦλθες καὶ ἐποίησας, ἦλθες γὰρ δὴ καὶ ἀπὼν οἷς γράφεις· ἐγὼ δέ σε μὰ ἐμὰν ἂν δ' ἐφύλαξας ἐμὰν φρένα καιομέναν πόθῳ. οὔκουν οὔτε ἀρνοῦμαι τὸ φίλτρον οὔτε ἀπολείπω σε κατ' οὐδέν, ἀλλὰ καὶ ὡς παρόντα τῇ ψυχῇ θεωρῶ καὶ ἀπόντι σύνειμι, καὶ οὐδὲν ἱκανόν ἐστί μοι πρὸς κόρον ἀρκέσαι. καίτοι σύ γε οὐκ ἀνίῃς καὶ παρόντας εὖ ποιῶν ἀεὶ καὶ ἀπόντας οὐκ εὐφραίνων μόνον οἷς γράφεις ἀλλὰ καὶ σώζων. (2) ὅτε γοῦν ἀπήγγειλέ μοί τις ἔναγχος ὡς παρὰ σοῦ γράμματα κομίσας ἑταῖρος ἥκοι, ἐτύγχανον μὲν ἐν ἀηδίᾳ τοῦ

LIX. Iamblicho.

Venisti et fecisti. Nam et absens per eas, quas scribis, litteras venisti. Ego vero te, per meam, quam tu incendisti, meam, inquam, mentem ardentem desiderio, nec amorem inficior, nec te ulla re desero, sed tanquam præsentem contemplor animo et cum absente versor: nec est quicquam quod me plene satiare possit. Verum tu neque de præsentibus bene merendi finem facis, nec absentes cum oblectare scriptis tuis, tum salutem iis afferre desinis. (2) Cum igitur mihi nuper nuntiasset aliquis, advenisse sodalem, qui a te litteras afferret, tertium iam diem

στομάχου τριταῖος ἤδη καθεστὼς καί τι καὶ περιαλγῶς ἔχων τοῦ σώματος, ὡς μηδὲ ἔξω πυρετοῦ μεῖναι· σημανθὲν δὲ ὡς ἔφην ὅτι μοι πρὸς ταῖς θύραις ὁ τὰ γράμματα ἔχων εἴη, ἐγὼ μὲν ὥσπερ τις ἀκρατὴς ἐμαυτοῦ καὶ κάτοχος ἀναπηδήσας ᾖξα πρὶν ὅ τι δέοι παρεῖναι. (3) ἐπεὶ δὲ καὶ ἔλαβον εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολὴν μόνον, ὀμνύω τοὺς θεοὺς αὐτοὺς καὶ τὸν ἐπὶ σοί με ἀνάψαντα πόθον, ὡς ἅμα τε ἔφυγον οἱ πόνοι καί με καὶ ὁ πυρετὸς ἀνῆκεν εὐθύς, ὥσπερ τινὶ τοῦ σωτῆρος ἐναργεῖ παρουσίᾳ δυσωπούμενος. ὡς δὲ καὶ λύσας ἀνέγνων, τίνα με ἡγῇ ψυχὴν ἐσχηκέναι τότε ἢ πόσης ἡδονῆς ἀνάπλεων γεγενῆσθαι; τὸν φίλτατον ὡς φὴς ἂν ἐμόν, τὸν ἐρωτικὸν ἀληθῶς, τὸν διάκονον τῶν καλῶν, ὑπερεπαινοῦντά τε καὶ φιλοῦντα δικαίως, ὅτι μοι τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων ὑπηρέτης γέγονεν, πτηνοῦ δίκην ἡμῖν τὴν ἐπιστολὴν διευθύνας οὐρίῳ τε καὶ πομπίμῳ πνεύματι, δι' ἧς οὐ μόνον ὑπῆρξεν ἡσθῆναί μοι τὰ εἰκότα περὶ σοῦ γνόντι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ κάμνοντι παρὰ σοῦ σωθῆναι; (4) τά γε μὴν ἄλλα πῶς ἃ πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον εἴποιμ' ἄν, ἢ πῶς ἂν ἀρκούντως ἐμαυτοῦ τὸν ἔρωτα καταμηνύσαιμι; ποσάκις ἀνέδραμον εἰς ἀρχὴν ἐκ μέσου; ποσάκις ἔδεισα μὴ πληρώσας λάθω; ποσάκις ὥσπερ ἐν κύκλῳ τινὶ καὶ στροφῆς περιόδῳ τοῦ συμπεράσματος τὸ πλήρωμα πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνεῖλκον, οἷον ἐν ᾄσματι μουσικῷ ταὐτὸν τοῦ ῥυθμοῦ τῷ τέλει τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἡγούμενον μέλος ἀντιδιδούς, ἢ καὶ νὴ Δία τὰ ἑξῆς τούτων, ὁσάκις μὲν τῷ στόματι τὴν ἐπιστολὴν προσήγαγον ὥσπερ αἱ μητέρες τὰ παιδία προσπλέκονται, ὁσάκις δὲ ἀνεφύη τῷ στόματι καθάπερ ἐρωμένην ἐμαυτοῦ φιλτάτην ἀσπαζόμενος, ὁσάκις δὲ τὴν ἐπιγραφὴν αὐτήν, ἣ χειρὶ σῇ καθάπερ ἐναργεῖ σφραγῖδι σεσήμαντο, προσειπὼν καὶ φιλήσας εἶτα ἐπέβαλον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἱονεὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης δεξιᾶς δακτύλοις ἐν τῷ τῶν γραμμάτων ἴχνει προσπεφυκώς. (5) χαῖρε δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν πολλά, καθάπερ ἡ καλὴ Σαπφώ φησι, καὶ οὐχ ἰσάριθμα μόνον τῷ χρόνῳ, ὃν ἀλλήλων ἀπελείφθημεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀεὶ χαῖρε, καὶ γράφε καὶ μέμνησο ἡμῶν τὰ εἰκότα. ὡς ἡμᾶς γε οὐκ ἐπιλείψει χρόνος, ἐν ᾧ σε μὴ πάντα καὶ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ λόγῳ διὰ μνήμης ἕξομεν. (6) εἰ δέ ποθι Ζεὺς δοίη ἱκέσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν, καί σου τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἑστίαν αὖθις ὑπέλθοιμεν, μὴ φείσῃ λοιπὸν ὡς φυγάδος, ἀλλὰ δῆσον εἰ δοκεῖ πρὸς τοῖς σεαυτοῦ θώκοις τοῖς φιλτάτοις, ὥσπερ τινὰ Μουσῶν λιποτάκτην ἑλών, εἶτα τοῖς εἰς τιμωρίαν ἀρκοῦσι παιδεύων. πάντως οὐδὲ ἄκων ὑποστήσομαι τὴν δίκην, ἀλλ' ἑκὼν δὴ καὶ χαίρων, ὥσπερ ἀγαθοῦ πατρὸς ἐπανόρθωσιν προμηθῆ καὶ σωτήριον. (7) εἰ δὲ δή μοι καὶ κατ' ἐμαυτοῦ τὴν κρίσιν ἐθέλοις πιστεῦσαι καὶ δοίης ἐνεγκεῖν ἣν βούλομαι, ἐμαυτόν, ὦ γενναῖε, τῷ σῷ χιτωνίσκῳ προσάψαιμι ἂν ἡδέως, ἵνα σου κατὰ μηδὲν ἀπολειποίμην, ἀλλὰ συνείην ἀεὶ καὶ πανταχῇ προσφεροίμην, ὥσπερ οὓς οἱ μῦθοι διφυεῖς ἀνθρώπους

stomacho laborabam et affecta eram valetudine, ut nec extra febrem consisterem : sed cum mihi, ut dixi, significatum esset, adesse præ foribus qui a te litteras haberet, statim velut impotens mei et furore quodam instinctus exsiliensque, nec ministris exspectatis, obviam erupi. (3) Ut autem epistolam in manus tantummodo sumsi, deos ipsos et illud meum, quo in te sum inflammatus, desiderium testor, repente fugisse dolores omnes, ac me febrim reliquisse, velut manifesta salutaris cuiusdam numinis præsentia territam. Postquam vero resignatam legere cœpi, quo me tandem animo fuisse tunc existimas, aut quantam cepisse voluptatem? cum amicissimum, ut ais, nuntium et ad amores reipsa factum ac rerum præclararum administrum impense collaudarem ac merito oscularer, quod perferendis ad me litteris tuis operam navaverat, easque more volucris ad nos secundo ac prospero vento direxerat, quæ mihi non solum oblectationem attulerunt, quod ex ipsis in illo, quem par erat, statu res tuas esse cognovi, sed ægrotanti quoque salutem ac sospitatem reddiderunt. (4) Iam quod ad cætera spectat, quis animi mei affectus fuerit, cum primum epistolam illam legi, qua tandem oratione consequar aut quemadmodum desiderium meum idoneis verbis explicem? quoties me ad initium a fine revocavi, quoties veritus sum, ne imprudens totam legendo percurrerem quotiens, velut in circulo quodam ac strophæ ambitu, finem et clausulam ad principium retraxi, sic tanquam in musico cantu id ipsum, a quo carmen exordium ceperat, modulationis in fine repeterem? vel illa, per Iovem, quæ deinde consecuta sunt? quotiens ad os meum epistolam admovi, sicut matres filiolos suos exosculantur? quotiens ad idem meum os adhæsit, tanquam suavissimam meam amasiam complecterer? ? quotiens inscriptionem ipsam, quam velut manifesto sigillo tuapte manu obsignaveras, blande compellavi suaviatusque sum? tum oculis imposui, quasi sacræ illius dextræ digitis in istis litterarum vestigiis affixus. (5) Tu vero nobis et ipse plurimum salve, ut egregia illa Sappho loquitur, nec pro ratione modo temporis, eius quo invicem abiuncti sumus sed perpetuo salve, ac scribe et quantum par est memento nostri. Nam, quod ad me attinet, nullum tempus erit, quo non tui penitus et in occasione omni ac sermone meminerim. (6) Quod si unquam Iupiter dederit contingere patriam terram, ac tuos illos sacros penates subire liceat, noli tanquam fugitivo deinceps parcere, sed ad iucundissima tua subsellia, non secus ac desertorem Musarum a fuga retractum, si videtur, alliga : tum pro eius merito castigatum admone. Equidem ultro ac gaudens, nedum invitus, pœnas istas, tanquam ab optimo patre providam ac salutarem emendationem, excipiam. (7) Sin est ut mihi de me, qualemcumque velim, sententiam ferre permittas, hoc mihi, præstantissime vir, libenter imponam, ut ad tuniculam tuam adhærescam, nec a te ullo tempore divellar, sed una tecum assidue verser et ubique sim applicitus; cuiusmodi sunt, quos biformes

πλάττουσιν. εἰ μὴ κἀκεῖνο οἱ μῦθοι λέγουσι μὲν ὡς παίζοντες, αἰνίττονται δὲ εἰς τὸ τῆς φιλίας ἐξαίρετον, ἐν τῷ τῆς κοινωνίας δεσμῷ τὸ δι' ἑκατέρου τῆς ψυχῆς ὁμογενὲς ἐμφαίνοντες.

fingunt fabulæ : nisi id istæ ludentes fortasse prædicant, quod singularis cuiusdam amicitiæ significationem habeat, ut in communionis illius vinculo naturæ in amborum animis consensionem exprimant.

ξ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἱκανὴν ὁμολογῶ τῆς σῆς ἀπολείψεως ἐκτετικέναι δίκην οὐ μόνον οἷς παρὰ τὴν ἀποδημίαν συνηνέχθην ἀνιαροῖς, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτῷ τούτῳ πλέον, ὅτι σου τὸν τοσοῦτον ἀπελείφθην χρόνον, καίτοι πολλαῖς καὶ ποικίλαις πανταχοῦ χρησάμενος τύχαις, ὡς μηδὲν ἀπείρατον καταλιπεῖν. (2) ἀλλὰ καὶ πολέμων θορύβους καὶ πολιορκίας ἀνάγκην καὶ φυγῆς πλάνην καὶ φόβους παντοίους, ἔτι δὲ χειμώνων ὑπερβολὰς καὶ νόσων κινδύνους καὶ τὰς ἐκ Παννονίας τῆς ἄνω μέχρι τοῦ κατὰ τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν διάπλου μυρίας δὴ καὶ πολυτρόπους συμφορὰς ὑπομείνας οὐδὲν οὕτω λυπηρὸν οὐδὲ δυσχερὲς ἐμαυτῷ συμβεβηκέναι φαίην ἂν ὡς ὅτι σὲ τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγαθὸν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τὴν ἑῴαν ἀπολιπὼν οὐκ εἶδον. (3) ὥστ' εἴπερ ἀχλύν τινα τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ νέφος πολὺ περικεῖσθαι λέγοιμι, μὴ θαυμάσῃς· τότε γὰρ δή με καὶ ἀὴρ εὔδιος καὶ φέγγος ἡλίου λαμπρότατον καὶ οἷον ἔαρ ἀληθῶς τοῦ βίου περιέξει κάλλιστον, ὅταν σὲ τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης ἄγαλμα περιπτύξωμαι καὶ καθάπερ ἀγαθῷ πατρὶ παῖς γνήσιος ἐκ πολέμου τινὸς ἢ διαποντίου κλύδωνος ἀνελπίστως ὀφθεὶς εἶτα ὅσα ἔπαθον καὶ δι' ὅσων κινδύνων ἦλθον εἰπὼν καὶ οἷον ἐπ' ἀγκύρας ἱερᾶς ὁρμιζόμενος ἀρκοῦσαν ἤδη τῶν ἀλγεινῶν παραψυχὴν εὕρωμαι. (4) παραμυθεῖται γὰρ ὡς εἰκὸς καὶ ἐπικουφίζει τὰς συμφορὰς ὅταν τις ἃ πέπονθεν εἰς τοὺς ἄλλους ἔκφορα καθιστὰς διανείμῃ τοῦ πάθους τὴν γνῶσιν ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου. τέως γε μὴν οἷς ἔχω σὲ κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν μέτειμι· καὶ γὰρ οὐ παύσομαι τὸν ἐν μέσῳ τῆς ἀπολείψεως χρόνον τῷ τῶν γραμμάτων θεραπεύων συνθήματι. (5) εἰ δὲ δὴ καὶ ἀντιτύχοιμι παρὰ σοῦ τῶν ἴσων, ὑφήσω τι καὶ μικρόν, οἷον ἀντὶ σωτηρίου τινὸς συμβόλου τοῖς σοῖς ὁμιλῶν γράμμασι. σὺ δὲ δέχοιο τὰ παρ' ἡμῶν εὐμενῶς, παρέχοις δὲ καὶ σεαυτὸν εἰς ἀμοιβὴν εὐμενέστερον, ὡς ὅ τι ἂν σημήνῃς καλὸν ἢ γράψῃς, ταῦτα ἀντὶ τῆς Ἑρμοῦ λογίου φωνῆς ἢ τῆς Ἀσκληπιοῦ χειρὸς παρ' ἡμῖν κρίνεται.

LX. Eidem.

Satis magnas pœnas abiunctionis abs te meæ dedisse me fateor non ob eas molestias solum, quas in peregrinatione ista sum expertus, sed huius unius rei maxime causa, quod tanto abs te sum tempore divulsus : quanquam et multis et variis fortunæ casibus ubique conflictatus fuerim, sic ut nullius non periculum facerem. (2) Verum cum et bellorum tumultus ac strepitus et obsidionis necessitatem et errores fugæ et varios metus et asperas ac rigidas hiemes et morborum pericula et innumerabiles ac diversas calamitates, quæ me a superiore Pannonia ad freti Calchedonii traiectum usque comitatæ sunt, hactenus exhauserim, nihil tamen peræque mihi acerbum ac triste contigisse dixerim, atque illud unum, quod ab oriente digressum Græcorum te commune bonum tam longo tempore non vidi. (3) Noli itaque mirari, si nescio quam caliginem adhuc offusam esse meis oculis, et densissimam nubem obductam dixerim. Tunc enim profecto et aer mihi serenus et lux sole ipso splendidior et velut formosissimum ver quoddam vitæ ad me deveniet, cum te magnum terrarum orbis simulacrum complecti potero, ac, quemadmodum bono parenti germanus filius e bello marisve fluctibus præter spem conspectus, quæcunque sum perpessus ac quibus perfunctus periculis exponens et quasi in sacra ancora stans idoneum solatium calamitatum mearum reperiam. (4) Consolationem enim, ut credo, levamenque calamitatum accipit aliquis, cum ea quæ perpessus est in aliorum effundit aures, et laborum suorum notitiam in sermonis communione impertitur. Ego vero quibus possum te officiis interim prosequor, nec tempus hoc totum, quo a te absum, epistolarum scriptione levare desinam. (5) Quod si parem de te gratiam impetrare potuero, nonnihil se dolor meus remittet, cum litteras tuas tanquam salutare quoddam omen adhibuero. Tu vero fac ut et meas benevole et humaniter accipias et ad mutui officii consuetudinem humaniorem te præbeas. Quicquid enim boni ac præclari significaris aut scripseris, id ego velut Mercurii doctrinarum præsidis vocem vel Æsculapii manum esse iudico.

ξα'.

** τοῦθ' ὅπερ ὑπάρχει τοῖς ξύλοις, οὐχ ἄξιόν ἐστι νέμειν ἀνθρώποις; ὑποκείσθω γὰρ ἄνθρωπος ἱερωσύνης ἀντειλῆφθαι, τυχὸν οὐκ ἄξιος· οὐ χρὴ φείδεσθαι μέχρι τοσούτου, μέχρις ἂν ἐπιγνόντες ὡς πονηρός ἐστι καὶ τῆς λειτουργίας αὐτὸν εἴρξαντες τὸ προπετῶς ἴσως προστεθὲν ὄνομα τοῦ ἱερέως ὑπεύθυνον ἀποδείξωμεν ὕβρει καὶ κολάσει καὶ ζημίᾳ; ταῦτα εἰ μὲν ἀγνοεῖς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἔοικας εἰδέναι τι τῶν μετρίων. (2) ἐπεί

LXI.

Hoc ipsum, quod lignis tribuitur, nonne hominibus concedere oportet? Etenim cogitemus hominem, qui sacerdotio potitus sit forsitan indignus, nonne tantisper ei parcendum est, dum ipsius improbitate comperta primum a sacra functione removeatur, tum deinde nomen ipsum sacerdotis temere huic impositum contumeliæ, supplicio pœnæque subiciatur? Hæc si non intelligis, ne rem quidem ullam cæterarum tenes, etiam mediocrium. (2) Quam enim iuris atque æqui peritiam obtines, qui

σοι ποῦ μέτεστιν ἐμπειρίας ὅλως τῶν δικαίων, ὅς οὐκ οἶσθα τί μὲν ἱερεύς, τί δὲ ἰδιώτης; ποῦ δέ σοι μέτεστι σωφροσύνης, εἴπερ ἥκισω τοῦτον ᾧ καὶ θώκων ἐχρῆν ἐξανίστασθαι; τὸ αἰσχρὸν ἁπάντων καί σοι μάλιστα μήτε πρὸς θεοὺς μήτε πρὸς ἀνθρώπους ἔχον καλῶς. (3) οἱ μὲν τῶν Γαλιλαίων ἴσως ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι συγκαθίζουσί σοι, καὶ εἰ μὴ δημοσίως δι' ἐμέ, λάθρα καὶ ἐν τῷ οἴκῳ· διὰ σὲ τέτυπται δὲ ὁ ἱερεύς, οὐ γὰρ ἂν ἦλθεν ἐπὶ ταύτην ὁ παρ' ὑμῖν ἀρχιερεὺς μὰ Δία τὴν δέησιν. ἀλλ' ἐπειδή σοι πέφηνε μυθώδη τὰ παρ' Ὁμήρῳ, τῶν τοῦ Διδυμαίου δεσπότου χρησμῶν ἐπάκουσον, εἴ σοι φανείη πάλαι μὲν ἔργῳ νουθετήσας καλῶς τοὺς Ἕλληνας, ὕστερον δὲ τοὺς σωφρονοῦντας διδάσκων τοῖς λόγοις,

(4) ὅσσοι ἐς ἀρητῆρας ἀτασθαλίῃσι νόοιο
ἀθανάτων ῥέζουσ' ἀποφώλια καὶ γεράεσσιν
ἀντία βουλεύουσιν ἀδεισιθέοισι λογισμοῖς,
οὐκέθ' ὅλην βιότοιο διεκπερόωσιν ἀταρπόν,
ὅσσοι περ μακάρεσσιν ἐλωβήσαντο θεοῖσιν,
ὧν κεῖνοι θεόσεπτον ἕλον θεραπηίδα τιμήν.

ὁ μὲν οὖν θεὸς οὐ τοὺς τύπτοντας οὐδὲ τοὺς ὑβρίζοντας ἀλλὰ τοὺς ἀποστεροῦντας τῶν τιμῶν εἶναι ** θεοῖς ἐχθρούς· ὁ δὲ τυπτήσας ἱερόσυλος ἂν εἴη. (5) ἐγὼ τοίνυν ἐπειδήπερ εἰμὶ κατὰ μὲν τὰ πάτρια μέγας ἀρχιερεύς, ἔλαχον δὲ νῦν καὶ τοῦ Διδυμαίου προφητεύειν, ἀπαγορεύω σοι τρεῖς περιόδους σελήνης μήτι τῶν εἰς ἱερέα μηδὲν ἐνοχλεῖν· εἰ δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ φανείης ἄξιος, ἐπιστείλαντός μοι τοῦ τῆς πόλεως ἀρχιερέως, εἰ παραδεκτὸς εἴης ἡμῖν ἐσαῦθις μετὰ τῶν θεῶν βουλεύσομαι. (6) ταύτην ἐγώ σοι τῆς προπετείας ἐπιτίθημι ζημίαν. τὰς δὲ ἐκ τῶν θεῶν ἀρὰς πολλὰς μὲν εἰώθεσαν οἱ παλαιοὶ λέγειν καὶ γράφειν, οὐ μὴν ἔμοιγε φαίνεται καλῶς ἔχειν· οὐδαμοῦ γὰρ αὐτοὶ πεποιηκότες οἱ θεοὶ φαίνονται. καὶ ἄλλως εὐχῶν εἶναι διακόνους ἡμᾶς. ὅθεν οἶμαι καὶ συνεύχομαί σοι πολλὰ λιπαρήσαντι τοὺς θεοὺς ἀδείας τυχεῖν ὧν ἐπλημμέλησας.

nondum scis quid sacerdos sit, quid privatus. Quam tu vero moderationem habes animi, si eum male mulcaveris, cui te vel decebat assurgere ac loco cedere? O rem omni modo turpem, neque tibi præsertim vel deorum vel hominum causa satis decoram! (3) Ac Galilæorum quidem episcopi et presbyteri tibi fortassis assident, etsi non publice propter me, at clanculum domique. Propter te autem sacerdos vapulat. Nam nisi ita res haberet, non sic vester ille pontifex mihi supplicasset. At quoniam Homerica illa fabulosa tibi videntur, audi Apollinis oracula Didymæi, ac vide num recte olim quidem reipsa Græcos admonuerit, postea vero frugi ac moderatos homines sermone docuerit:

(4) quicunque in sacerdotes superbia mentis
deorum immortalium stolida perpetrant et honoribus
contraria consulunt contemtricibus deum cogitationibus
non iam illi totum vitæ conficiunt iter,
quicunque beata contumeliis affecerunt numina,
quorum isti religiosum susceperunt cultum et honorem.

Hic nimirum deus non eos, qui sacerdotes pulsant aut contumeliose tractant, sed qui debitis illos honoribus privant, deorum inimicos esse pronunciat. Quare qui verberat, merito sacrilegus habeatur. (5) Ego itaque, quoniam secundum patriæ leges maximus sum pontifex et oraculi Didymæi præfecturam modo sum sortitus, edico tibi, ne quid eorum quæ ad sacerdotem pertinent tribus totis mensibus attingas. Quod si intra hoc spatium dignus esse videbere, postquam a civitatis antistite super ea re litteras accepero, utrum sis admittendus, cum diis postea deliberabo. (6) Hanc tibi pœnam tuæ timeritatis impono. Ad ea quondam veteres deorum exsecrationes solebant verbis ac scriptis adiungere. Hoc tamen ego nequaquam recte habere iudico, quippe nunquam a diis ipsis factum videtur. Et alioqui precum esse administros nos decet. Itaque vel meis precibus te adiuvo, ut, cum assiduus in diis exorandis fueris, eorum veniam impetres, quæ perperam admisisti.

ξβ'. Ἰουλιανὸς Καῖσαρ Θεοδώρῳ ἀρχιερεῖ.

Ἐμοὶ πρὸς σὲ πεποίηται παρὰ τοὺς ἄλλους ἰδιαίτερον ἐπιστολῆς εἶδος, ὅτι σοι καὶ πλέον μέτεστι τῆς πρὸς ἐμὲ φιλίας ἤπερ οἶμαι τοῖς ἄλλοις· ἔστι γὰρ ἡμῖν ὁ κοινὸς καθηγεμὼν οὐ μικρά, καὶ μέμνησαι δήπου. (2) χρόνος δὲ οὐ βραχὺς ὅτε διατρίβων ἔτι κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἐπειδή σε λίαν ἀρέσκειν ἐπυθόμην αὐτῷ, φίλον ἐνόμισα, καίτοι λ....... ἔχον ἐκεῖνο καλῶς εἴωθεν ἐμοὶ διὰ περιττὴν εὐλάβειαν τὸ οὐ γὰρ ἔγωγε ἤντησ' οὐδὲ ἴδον, καὶ ὡς ἡγεῖσθαι χρὴ φιλίας μὲν γνῶσιν, γνώσεως δὲ πεῖραν. (3) ἀλλ' ἦν τις ὡς ἔοικεν οὐκ ἐλάχιστος παρ' ἐμοὶ λόγος καὶ τοῦ αὐτὸς ἔφα. διόπερ ἐγὼ καὶ τότε σε τοῖς γνωρίμοις ᾤμην δεῖν ἐγκαταλέγειν, καὶ νῦν ἐπιτρέπω πρᾶγμα ἐμοὶ μὲν φίλον, ἀνθρώποις δὲ πᾶσι πανταχοῦ λυσιτελέστατον. σὺ δὲ εἰ καλῶς, ὥσπερ οὖν ἄξιον ἐλπίζειν, αὐτὸ μεταχειρί-

LXII. Iulianus Cæsar Theodoro pontifici.

Mihi ad te specialius quoddam quam ad alios conscriptum est epistolæ genus, et ideo quidem, quod tibi mecum, ut arbitror, maior quam cum aliis amicitiæ usus intercedit; est enim nobis communis ductor, cuius rei memineris utique. (2) Non diu vero est, quod, cum in occidente adhuc versarer, ex quo te valde ei placere intellexi, in amicorum numero te habui, etsi propter nimiam cautionem Homeri illud bene mihi habere videbatur, *non mihi ille obviam factus est, neque vidi eum*, et amicitiam præcedere debere cognitionem, cognitionem vero consuetudinem. (3) Sed plurimum apud me valet doctoris nostri auctoritas. Quapropter ego et inter notos referre te continuo debere censui, et nunc tibi negotium committo mihi quidem iucundum, omnibus vero hominibus futurum utique utilissimum. Tu autem præclare, prout id sperare decet, illud suscipe, multam quidem his in

σαιο, ἴσθι πολλὴν μὲν εὐφροσύνην ἐνταῦθα παρέξων, ἐλπίδα δὲ ἀγαθὴν μείζονα τὴν εἰς τὸ μέλλον. (4) οὐ γὰρ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν τῶν πεπεισμένων τὰς ψυχὰς ἤτοι προαπόλλυσθαι τῶν σωμάτων ἢ συναπόλλυσθαι, πειθόμεθα δὲ τῶν μὲν ἀνθρώπων οὐδενί, τοῖς θεοῖς δὲ μόνον, οὓς δὴ καὶ μάλιστα ταῦτα εἰκὸς εἰδέναι μόνους, εἴ γε χρὴ καλεῖν εἰκὸς τὸ ἀναγκαῖον· ὡς τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἁρμόζει περὶ τῶν τοιούτων εἰκάζειν, ἐπίστασθαι δὲ αὐτὰ τοὺς θεοὺς ἀνάγκη.

(5) Τί ποτ' οὖν ἐστιν ὅ φημί σοι νῦν ἐπιτρέπειν; ἄρχειν τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ἱερῶν ἁπάντων ...... τοὺς λίθους ... τὴν πόλιν ἱερέων, καὶ ἀπονέμοντι τὸ πρέπον ἑκάστῳ. πρέπει δὲ ἐπιείκεια μὲν πρῶτον ἄρχοντι ἡ χρηστότης τε ἐπ' αὐτῇ καὶ φιλανθρωπία πρὸς τοὺς ἀξίους αὐτῶν τυγχάνειν. ὡς ὅστις γε ἀδικεῖ μὲν ἀνθρώπους, ἀνόσιος δ' ἐστὶ πρὸς θεούς, θρασὺς δὲ πρὸς πάντας, ἢ διδακτέος μετὰ παρρησίας ἐστὶν ἢ μετὰ ἐμβριθείας κολαστέος. (6) ὅσα μὲν οὖν χρὴ κοινῇ συντάξαι περὶ τῶν ἱερῶν ἁπάντων ἐντελέστερον, αὐτίκα μάλα σὺν τοῖς ἄλλοις εἴσει, μικρὰ δὲ τέως ὑποθέσθαι σοι βούλομαι· δίκαιος δὲ εἶ πείθεσθαί μοι τὰ τοιαῦτα. (7) καὶ γὰρ οὐδὲ ἀποσχεδιάζω τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων, ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες, ἀλλά, εἴπερ τις ἄλλος, εὐλαβής εἰμι καὶ φεύγω τὴν καινοτομίαν ἐν ἅπασι μὲν ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰδίᾳ δὲ ἐν τοῖς πρὸς τοὺς θεούς, οἰόμενος χρῆναι τοὺς πατρίους ἐξ ἀρχῆς φυλάττεσθαι νόμους, οὓς ὅτι μὲν ἔδοσαν οἱ θεοί, φανερόν· οὐ γὰρ ἂν ἦσαν οὕτω καλοὶ παρὰ ἀνθρώπων ἁπλῶς γενόμενοι. συμβὰν δὲ αὐτοὺς ἀμεληθῆναι καὶ διαφθαρῆναι πλούτου καὶ τρυφῆς ἐπικρατησάντων, οἶμαι δεῖν ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἐπιμεληθῆναι τῶν τοιούτων. (8) ὁρῶν οὖν πολλὴν μὲν ὀλιγωρίαν οὖσαν ἡμῖν πρὸς τοὺς θεούς, ἅπασαν δὲ εὐλάβειαν τὴν εἰς τοὺς κρείττονας ἀπεληλαμένην ὑπὸ τῆς ἀκαθάρτου ** τρυφῆς, ἀεὶ μὲν ὠδυράμην ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν τὰ τοιαῦτα. τοὺς μὲν εὐσεβείας σχολῇ προσέχοντας οὕτω διαπύρως, ὡς αἱρεῖσθαι μὲν ὑπὲρ αὐτῆς θάνατον, ἀνέχεσθαι δὲ πᾶσαν ἔνδειαν καὶ λιμόν, ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο μηδὲ πνικτοῦ μήτ' ἄρα τοῦ ἀποθλιβέντος· ἡμᾶς δὲ οὕτω ῥαθύμως πρὸς τοὺς θεοὺς διακειμένους, ὥστε ἐπιλελῆσθαι μὲν τῶν πατρίων, ἀγνοεῖν δὲ λοιπὸν εἰ καὶ ἐτάχθη πώποτέ τι τοιοῦτον. (9) ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν μέρει θεοσεβεῖς ὄντες, ἐπείπερ ὃν τιμῶσιν ** ἀλλ' ἀληθῶς ὄντα δυνατώτατον καὶ ἀγαθώτατον, ὃς ἐπιτροπεύει τὸν αἰσθητὸν κόσμον. ** εὖ οἶδ' ὅτι καὶ ἡμεῖς ἄλλοις θεραπεύομεν ὀνόμασιν, εἰκότα μοι δοκοῦσι ποιεῖν, τοὺς νόμους μὴ παραβαίνοντες, ἐκεῖνο μόνον ἁμαρτάνειν, ὅτι μὴ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἀρέσκοντες, τούτῳ μάλιστα τὸν θεὸν θεραπεύουσιν. ἀλλ' ἡμῖν οἴονται τοῖς ἔθνεσιν ἀποκεκληρῶσθαι μόνοις αὐτούς, ἀλαζονείᾳ βαρβαρικῇ πρὸς ταυτηνὶ τὴν ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες. ὡς ἐκ τῆς Γαλιλαίων δυσσεβείας ὥσπερ τι νόσημα τῷ βίῳ τὴν ἑαυτῶν......

terris iucunditatem, maiorem vero in futurum spem præbiturus. (4) Neque enim nos ex eorum numero sumus, qui animos vel ante corpora aut cum corporibus interire statuunt. Nulli vero inter homines de hisce fidem habemus, solum autem diis, quos et solos apprime hæc scire consentaneum est, dummodo vocare liceat consentaneum, quod necessarium est: nam hominibus quidem convenit de iis rebus conicere, scire autem illas deos est necesse.

(5) Quid tandem est illud, quod dico me velle nunc tibi committere? ut omnibus nempe Asiæ sacris præsis, ruris et urbium sacerdotibus imperes ac distribuas unicuique id quod ei convenit. Moderatio ante omnia antistiti sacrorum, benignitas vero insuper et humanitas erga eos adsit, qui merentur iis frui. Qui vero iniuste se erga homines gerit, iniquus est erga deos: temerarius vero in omnes aut libere monendus est aut graviter puniendus. (6) Qualia vero in universum oporteat de sacris omnibus perfectius decernere, mox cum cæteris comperis; pauca vero interea volo hic tibi proponere: iure autem istis in rebus tu mihi obtemperabis. (7) Neque enim plura id genus, ut omnes dii norunt, temere effutio, sed si quis alius circumspecte in iis versor, et novitatem quidem in omnibus fere fugio, sed speciatim in iis, quæ deos respiciunt; ratus nimirum debere nos ante omnia patrias observare leges, quas certum est nobis a diis datas: haud enim existerent adeo præclaræ, si ab hominibus simpliciter essent profectæ. Quum vero acciderit, ut illæ neglectæ sint et corruptæ, divitiis ac luxu prævalentibus, arbitror oportere tanquam a Laribus earum curam geri. (8) Videns igitur magnam nobis circa deorum cultum negligentiam, omnem autem erga superos reverentiam impuris deliciis profligatam, semper equidem talia apud me deplorabam: illos quidem, qui impietatis scholam sectantur, fervidos adeo esse, ut non solum pro ea mortem obire eligant, sed et omnem inopiam famemque ferant, ne suillis aut suffocato aut etiam morticinio vescantur; nos autem in rebus ad deos pertinentibus adeo segnes esse, ut patriarum etiam legum obliviscamur, ignoremus præterea, num unquam tale quid fuerit præscriptum. (9) Sed illi quidem pro sua parte pii, quandoquidem quem colunt ** sed qui revera sit potentissimus et optimus quippe sensibilem mundum regit; qui equidem, ut optime novi, a nobis etiam aliis colitur nominibus; consentanea mihi videntur facere, dum leges non transgrediuntur: in eo autem solum errare, quod, spreto aliorum deorum cultu, ii maxime deo inserviunt, nobis vero putant gentilibus solis eum occultari, se ipsos barbara ostentatione ad hanc vesaniam efferentes. Quod impii Galilæi, tanquam quendam vitæ morbum.......

ξγ'. Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν.

Τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι· τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀρρωστημάτων ἐπανορθοῦται διὰ ταύτης. ὅθεν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λογισμὸν συνῳδὰ τοῖς ἄνωθεν βασιλεῦσι θεσπίζοντες ἡμετέρᾳ φιλανθρωπίᾳ κελεύομεν τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς χρόνους διάγειν.

ξδ'. Πρὸς δῆμον εὐφημήσαντα ἐν τῷ Τυχαίῳ.

Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον λαθὼν εἰσῆλθον, εὐφημεῖτε· εἰ δὲ εἰς τὰ ἱερά, τὴν ἡσυχίαν ἄγετε καὶ μετενέγκατε ὑμῶν τὰς εὐφημίας εἰς τοὺς θεούς. μᾶλλον δὲ οἱ θεοὶ τῶν εὐφημιῶν οὐ χρῄζουσιν.

ξε'. Ζωγράφῳ.

Εἰ μὲν μὴ εἶχον καὶ ἐχαρίσω μοι, συγγνώμης ἦσθα ἄξιος· εἰ δὲ εἶχον μέν, οὐκ ἐχρησάμην δέ, τοὺς θεοὺς ἔφερον, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῶν θεῶν ἐφερόμην. σύ μοι ἀλλότριον σχῆμα πῶς ἐδίδους, ἑταῖρε; οἷόν με εἶδες, τοιοῦτον καὶ γράψον.

ξς'. Ἀρσάκῃ Ἀρμενίων σατράπῃ.

Ἐπείχθητι πρὸς τὴν τῶν πολεμίων παράταξιν, Ἀρσάκιε, θᾶττον ἢ λόγος, τὴν δεξιὰν κατὰ τῆς Περσικῆς μανίας ὁπλίσας. ἡ γὰρ ἡμετέρα παρασκευή τε καὶ προθυμία δυοῖν θάτερον βεβούλευται, ἢ τὸ χρεὼν ἀποδοῦναι ἐπὶ τῆς Παρθυαίων εὐοδίας τὰ μέγιστα διαπραξαμένους καὶ τὰ δεινότατα διαθεμένους τοὺς ἀντιπάλους, ἢ τούτους χειρωσαμένους, πρυτανευόντων ἡμῖν τῶν θεῶν, καλλινίκους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην, τρόπαια κατὰ τῶν πολεμίων ἐγείραντας. (2) πᾶσαν οὖν ῥᾳστώνην καὶ φενακισμὸν ἀποθέμενος, καὶ τὸν μακαρίτην ἐκεῖνον καὶ τὰς τῶν εὖ γεγονότων περιουσίας τὰς εἰς σέ τε καὶ τοὺς ὁμοτρόπους σοι βαρβάρους ὑπὸ τοῦ ἁβροτάτου καὶ πολυτελοῦς Κωνσταντίου κενωθείσας, νῦν μοι τὸν Ἰουλιανόν, τὸν ἀρχιερέα, τὸν Καίσαρα, τὸν Αὔγουστον, τὸν θεῶν τε καὶ Ἄρεος θεραπευτὴν ἐννόησον, τὸν Φραγκῶν τε καὶ βαρβάρων ὀλετῆρα, τὸν Γάλλων τε καὶ Ἰταλῶν ἐλευθερωτήν. (3) εἰ δὲ ἕτερόν τι βουλεύσαιο (πυνθάνομαι γὰρ εἶναί σε πανοῦργον καὶ κακὸν στρατιώτην καὶ ἀλαζόνα, ὡς τὰ παρόντα μοι πράγματα δείκνυσιν· ἐχθρὸν γάρ τινα τῆς κοινῆς λυσιτελείας λανθάνοντα ἀποκρύπτειν παρὰ σοὶ πειρᾷ, καὶ τέως μὲν τοῦτο ὑπερτιθέναι διὰ τὴν τοῦ πολέμου τύχην) ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τῶν θεῶν συμμαχία πρὸς τὴν

LXIII. Ad medicos.

Artem medicam hominibus salutarem esse usus ipse demonstrat. Quare et ipsam e cælo in terram descendisse non immerito philosophi prædicant. Etenim naturæ nostræ infirmitas et valetudinis offensiones, quæ quotidie incidunt, per hanc corriguntur. Quam ob rem sicut æquitatis ratio postulat, nos superiorum regum auctoritatem et vocem secuti, pro nostra humanitate iubemus vos senatoriis muneribus liberos in posterum vivere.

LXIV. Ad populum acclamantem in Tychæo.

Si in theatrum latenter ingrediar, acclamate; sin autem in templa me conferam, silentium agite et acclamationes vestras in deos transferte. Immo vero plausibus et bonis verbis dii non indigent.

LXV. Ad pictorem.

Si quidem non haberem, et mihi fuisses gratificatus, venia dignus esses: sin autem haberem neque uterer, deos ferrem, imo potius dii me ferrent. Tu vero quare alienum mihi habitum dedisti, o amice? Qualem me vidisti, talem etiam pingito.

LXVI. Arsaci Armeniorum Satrapæ.

Ad hostium aciem propera, Arsacie, celerius quam sermo, dextram adversus Persicum furorem obarmans. Noster enim bellicus apparatus animique promptitudo alterutrum constituit, aut naturæ debitum persolvere, postquam in plana Parthorum expeditione maxima confecerimus atque adversarios gravissime adfecerimus, aut iisdem in servitutem redactis, diis nostra gubernantibus, in patriam redire victores, trophæis adversus hostes statutis. (2) Omnem igitur desidiam atque tergiversationem abiciens, Divumque illum et nobilium facultates, quas in te non solum sed in tui similes barbaros mollissimus ac magnificus Constantius olim exhausit, pro nihilo ducens, nunc mihi cogita Iulianum, Pontificem Maximum, Cæsarem, Augustum, deorum ac Martis cultorem, qui et Francorum et barbarorum perditor, Gallorum vero atque Italorum liberator est. (3) Quodsi pravi quid apud te constitueris (audio enim te versutum esse malumque militem et superbum, ut res ipsa mihi fidem facit, quum hostem quendam publicæ utilitatis apud te latitantem abscondere atque interim hoc differre propter belli fortunam videare), nobis satis est deorum

τῶν πολεμίων καθαίρεσιν. (4) εἰ δέ τι τὰ τῆς εἱμαρμένης κρίνειε (θεῶν γὰρ βούλησις ἡ ταύτης ἐξουσία), ἀδεῶς καὶ γενναίως οἴσω τοῦτο. ἴσθι δὲ ὡς σὺ μὲν πάρεργον ἔσῃ τῆς Περσικῆς χειρός, συναφθείσης σοι παγγενεὶ τῆς ἑστίας καὶ τῆς Ἀρμενίων ἀρχῆς· κοινωνήσει δέ σοι τῆς δυστυχίας καὶ ἡ Νισιβίων πόλις, τῶν οὐρανίων θεῶν τοῦτο πάλαι ἡμῖν προαγορευσάντων.

auxilium, ut hostes cunctos internecione deleamus. (4) Sin vero fatum aliquid decreverit (huius enim potestas deorum voluntas est), secure et fortiter hoc feram. Scito tamen incensa tibi funditus domo atque exciso Armeniorum imperio te Persicæ potentiæ appendicem fore. Communem vero tecum calamitatem subibit Nisibiorum civitas, cælestibus diis hoc olim nobis prænuntiantibus.

ξζ'. Ἰουλιανὸς Σωσιπάτρῳ.

Ἔστι τις ἡδονῆς ἀφορμὴ πλείων, ὅταν ἐξῇ δι' ἀνδρὸς οἰκείου τοὺς φίλους προσφωνεῖν· οὐ γὰρ μόνον οἷς γράφεις τὸ τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς ἴνδαλμα τοῖς ἐντυγχάνουσι ξυναρμόττῃ. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ποιῶ. τὸν γὰρ τροφέα τῶν ἐμαυτοῦ παίδων Ἀντίοχον ὡς ὑμᾶς ἐκπέμπων, ἀπρόσρητόν σε καταλιπεῖν οὐκ ἠνεσχόμην· ὥστε εἴ τι τῶν καθ' ἡμᾶς ποθεῖς, ἔχοις ἂν οἰκειότερον παρ' αὐτοῦ γνῶναι. εἰ δέ τι καὶ σοὶ μέλει τῶν σῶν ἐραστῶν, ὡς ἔγωγε ὅτι μέλει πιστεύω, δείξεις ἐν οἷς ἂν ἐξῇ γράφειν μηδαμῶς ἐλλείπων.

LXVII. Iulianus Sosipatro.

Amplior voluptatis est occasio, ubi amicos datur per virum familiarem salutare. Nam ita fit, ut non solum per litteras animi tui simulacrum ad eos quibus scribis perveniat. Idem mihi iam contingit; nam Antiochum liberorum meorum educatorem ad vos cum mitterem, non potui quin te per epistolam alloquerer. ut, si quid de rebus nostris desideras, possis ex illo familiarius cognoscere. Tibi quoque si curæ sunt amici tui, ut ego esse tibi curæ non dubito, fac ut, si sint, per quos litteras mittere liceat, scribere neutiquam negligas.

ξη'. Ἰουλιανὸς Φιλίππῳ.

Ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς ἔτι Καῖσαρ ὢν ἐπέστειλά σοι, καὶ νομίζω πλέον ἢ ἅπαξ. ὥρμησα μέντοι πολλάκις, ἀλλ' ἐκώλυσαν ἄλλοτε ἄλλαι προφάσεις, εἶτα ἡ γενομένη διὰ τὴν ἀνάρρησιν ἐμοί τε καὶ τῷ μακαρίτῃ Κωνσταντίῳ λυκοφιλία· παντάπασι γὰρ ἐφυλαττόμην ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐπιστεῖλαί τινι, μὴ πραγμάτων αὐτῷ χαλεπῶν αἴτιος γένωμαι. τεκμήριον δέ μοι ποιοῦ τοῦτο εὐνοίας τὸ γράφειν· οὐ γὰρ ἐθέλει πολλάκις ὁμολογεῖν ἡ γλῶττα τῇ διανοίᾳ. (2) καὶ ἴσως ἔχει μέν τι πρὸς τὸ γαυριᾶν καὶ ἀλαζονεύεσθαι τοῖς ἰδιώταις ἡ τῶν βασιλικῶν ἐπιστολῶν ἐπίδειξις, ὅταν πρὸς τοὺς ἀσυνήθεις ὥσπερ δακτύλιοί τινες ὑπὸ τῶν ἀπειροκάλων φερόμενοι κομίζωνται· φιλία δὲ ἀληθινὴ γίνεται μάλιστα μὲν δι' ὁμοιότητος, ἡ δευτέρα δὲ ὅταν τις ἀληθῶς ἀλλὰ μὴ πλαστῶς θαυμάζῃ, καὶ παρὰ τῇ τύχῃ καὶ συνέσει κρείττων ὡς ὁ πρᾶος καὶ μέτριος καὶ σώφρων ἀγαπηθῇ. (3) τὰ γραμματεῖα δὲ ταῦτα πολλοῦ τύφου καὶ πολλῆς φλυαρίας ἐστὶ μεστά, καὶ ἔγωγε πολλάκις ἐμαυτῷ μέμφομαι μακρότερα ποιούμενος αὐτὰ καὶ λαλίστερος ὤν, ἐξὸν Πυθαγόρεια διδάσκειν τὴν γλῶτταν. ὑπεδεξάμην μέντοι τὰ σύμβολα, φιάλην ἀργυρᾶν, ἕλκουσαν μίαν μνᾶν, καὶ χρυσοῦ νόμισμα. καλέσαι δέ σε πρὸς ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐπέστειλας ἐβουλόμην. (4) ἤδη δὲ ἔαρ ὑποφαίνει καὶ δένδρα βλαστάνει, χελιδόνες δὲ ὅσον οὔπω προσδοκώμεναι τοὺς συστρατευομένους ἡμᾶς ὅταν ἐπεισέλθωσιν ἐξελαύνουσι τῶν οἰκιῶν, καὶ φασὶ δεῖν ὑπερορίους εἶναι. πορευσόμεθα δὲ δι' ὑμῶν, ὥστε μοι βέλτιον ἂν ἐντύχοις ἐθελόντων θεῶν ἐν τοῖς σαυτοῦ. τοῦτο δὲ οἶμαι ταχέως ἔσεσθαι, πλὴν εἰ μή τι δαιμόνιον γένοιτο κώλυμα. καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τοῖς θεοῖς εὐχόμεθα.

LXVIII. Iulianus Philippo.

Cum adhuc Cæsar essem, deos testor, ad te scripsi atque plus simplici vice, ut opinor. Sæpius certe animi impetus me incessit, sed iam hæ iam aliæ me causæ impediverunt, tum illa quod, pronunciato me Augusto, lupina inter me ac beatum Constantium amicitia cœpisset. Magnopere enim cavi, quo minus cuiquam trans Alpes scriberem, ne graves illi molestiæ mea causa excitarentur. Tu vero documentum hoc habe meæ in te benevolentiæ, quod ad te scribo; nam et lingua sæpe animo suffragari renuit. (2) Et fortasse privatis est gloriandi ac sese efferendi materia, si imperatoris ad se epistolas ostentare valeant, quando ad inassuetos illæ tanquam annuli quidam ab hominibus elegantiarum rudibus perferuntur. Vera autem amicitia maxime inter pares locum habet. Sed est et secundum genus amicitiæ, quando unus alterum vera, non simulata æstimatione colit ac suspicit, et fortuna vel ingenio præstantior amatur tanquam modestus homo et placidus ac mentis bene sanæ. (3) Epistolæ autem huiuscemodi multo fastu, ineptiis multis refertæ sunt. Ac sæpe me ipse reprehendo quod longiores illas facio, sumque loquacior, cum possem ad Pythagoricum morem linguam instituere. Symbola recepi phialam argenteam minæ pondere et numisma aureum. Volui te, ut in litteris tuis scribis, ad me arcessere. (4) Sed iam ver imminet et arbores frondescere incipiunt, hirundinesque necdum exspectatæ, ubi advenerint, commilitaturos nos domibus eiciunt, atque peregrinas terras petere iubent. Per vestram autem regionem iter facturi sumus, ut adeo melius feceris, si diis propitiis apud tuos mihi occurreris. Idque brevi futurum spero, ni impedimentum divinitus obiciatur. Atque ut brevi contingat deos oramus.

ξθ'. Ἰουλιανὸς Εὐθηρίῳ.

Ζῶμεν ὑπὸ τῶν θεῶν σωθέντες, ὑπὲρ ἐμοῦ δὲ αὐτοῖς θῦε τὰ χαριστήρια. θύσεις δὲ οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς ἀνδρός, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων. εἰ δέ σοι σχολὴ καὶ μέχρι τῆς Κωνσταντίνου πόλεως διαβῆναι, τιμησαίμην ἂν οὐκ ὀλίγου τὴν σὴν ἐντυχίαν.

LXIX. Iulianus Eutherio.

Vivimus servati a diis. Pro me igitur ut illis gratias agas, sacra facito. Facies autem non pro uno viro, sed pro communi Græcorum salute. Quod si otium tibi fuerit Constantinopolin traicere, præsentia tua non parum gaudebo.

ο'. Ἰουλιανὸς Διογένει.

Διογένης ὁ σὸς υἱὸς ὀφθείς μοι μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν σὴν καὶ φήσας ὠργίσθαι σέ τι πρὸς αὐτὸν οἷον ἂν πατὴρ πρὸς παῖδα χαλεπήνειεν, ἐδεήθη μέσον με τῶν πρὸς αὐτὸν καταλλαγῶν παρὰ σοὶ γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν μέτρια καὶ οἷα δύνασθαι φέρειν ἥμαρτεν, εἶξον τῇ φύσει καὶ τὸ πατὴρ εἶναι γνοὺς ἐπάνελθε πρὸς τὸν παῖδα τῇ γνώμῃ· εἰ δέ τι μεῖζον ἔπταικεν ἢ οἷον πρὸς συγγνώμην ἐλθεῖν, αὐτὸς ἂν εἴης δικαιότερος κριτής, εἴτε δεῖ καὶ τοῦτο γενναίως ἐνεγκόντα νικῆσαι τοῦ παιδὸς τὴν βουλὴν γνώμῃ κρείττονι, εἴτε καὶ πλείονος χρόνου σωφρονισμῷ τὴν ἐπὶ τῷ πταισθέντι βάσανον πιστεῦσαι.

LXX. Iulianus Diogeni.

Post profectionem tuam Diogenes filius tuus ad me venit, dixitque te sibi irasci et quantum posset pater filio indignari : quare rogavit me, ut medium me interponerem atque se tibi reconciliarem. Si igitur delictum eius leve sit et quale ferri utcumque possit, da quæso spatium naturæ, atque memor patrem te esse cum filio redi in gratiam; si vero maius quidpiam admiserit quam ut veniæ locus esse possit, ipse rectius iudicabis præstetne aut hoc etiam generose sustinendo voluntatem filii meliore consilio vincere, aut longioris temporis emendationi committere delicti reparandi experimentum.

οα'. Ἰουλιανὸς Πρίσκῳ.

Ἐγὼ δεξάμενός σου τὰ γράμματα παραχρῆμα τὸν Ἀρχέλαον ἀπέστειλα, δοὺς αὐτῷ φέρειν ἐπιστολὰς πρὸς σέ, καὶ τὸ σύνθημα, καθάπερ ἐκέλευσας, εἰς πλείονα χρόνον. ἱστορῆσαι δέ σοι τὸν Ὠκεανὸν ἐθέλοντι ὑπάρξει σὺν θεῷ πάντα κατὰ γνώμην, εἰ μή γε τὴν Γαλατῶν ἀμουσίαν καὶ τὸν χειμῶνα διευλαβηθείης. (2) ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅπως ἂν ᾖ τῷ θεῷ φίλον γενήσεται, ἐγὼ δὲ ὄμνυμί σοι τὸν πάντων ἀγαθῶν ἐμοὶ αἴτιον καὶ σωτῆρα, ὅτι διὰ τοῦτο ζῆν εὔχομαι, ἵν' ὑμῖν τι χρήσιμος γένωμαι. (3) τὸ δὲ ὑμῖν ὅταν εἴπω, τοὺς ἀληθινούς φημι φιλοσόφους, ὧν εἶναί σε πεισθεὶς οἶσθα πῶς ἐφίλησα καὶ φιλῶ καὶ ὁρᾶν εὔχομαι. ἐρρωμένον σε ἡ θεία πρόνοια διαφυλάξειε πολλοῖς χρόνοις, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε. τὴν ἱερὰν Ἱππίαν καὶ τὰ παιδία ὑμῶν προσαγορεύω.

LXXI. Iulianus Prisco.

Acceptis litteris tuis extemplo Archelaum misi, epistolasque ad te perferendas dedi, et tesseram commeatus, sicut iusseras, in longius tempus. Oceanum speculari si volueris, omnia tibi fluent cum deo ex animi sententia, nisi Gallorum inelegantiam aut tempestatem pertimescis. (2) Sed hoc, ut deo visum fuerit, ita fiet. Ego iuro tibi per illum, qui omnium mihi bonorum auctor et servator est, quod vel ideo opto vivere, ut vobis utilis esse valeam. (3) Vobis autem cum aio, veros philosophos intelligo, ex quorum numero esse te persuasus non potes ignorare quantopere et amavi te et amo et videre gestio. Firmum te ac valentem divina providentia multos conservet annos, frater desideratissime et amicissime. Præclaram coniugem tuam Hippiam liberosque vestros cupio salvere.

οβ'. Λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κουαίστωρι.

Ὡς ὤνησέ γε τὸ σύνθημα ἡμῖν μελλῆσαν· ἀντὶ γὰρ τοῦ τρέμειν καὶ δεδιέναι φερόμενον ἐπὶ τῆς δημοσίας ἀπήνης καὶ περιπίπτοντα κραιπαλῶσιν ὀρεωκόμοις καὶ ἡμιόνοις ἀκοστήσασι καθ' Ὅμηρον δι' ἀργίαν καὶ πλησμονὴν ἀνέχεσθαι κονιορτοῦ καὶ φωνῆς ἀλλοκότου καὶ ψόφου μαστίγων βαδίζειν ἐπὶ σχολῆς περίεστί μοι δι' ὁδοῦ συνηρεφοῦς καὶ ἐπισκίου, (2) πολλὰς μὲν κρήνας πολλὰς δὲ ἐχούσης καταγωγὰς ἐπιτηδείους τῇ ὥρᾳ μεταξὺ τὸν πόνον διαναπαύοντι, ἵν' ἂν μοι φανῇ κατάλυσις εὔπνους τε καὶ ἀμφιλαφὴς ὑπὸ πλατάνοις τισὶν ἢ κυπαρίττοις, τὸν Φαῖδρον ἔχοντι ἐν χερσὶ τὸν Μυρρινούσιον ἢ ἕτερόν τινα τῶν Πλάτωνος λόγων.

LXXII. Libanio sophistæ et quæstori.

Quam opportune accidit, cursum publicum non statim præsto nobis fuisse. Nam tremoris loco et timoris, qui in vectura publica sustinendus fuisset modo in ebrios muliones incidentibus mulosque (quos hordeo pastos cum Homero dixeris, ita ignavi sunt et distenti), modo excipientibus pulverem et voces insolentes cum scuticarum strepitu, nunc datur otio pergere per viam opacam et umbrosam (2) multis amœnam fontibus et ductibus opportunis aquarum; et quum hora nos recreandi interponitur, loco quo placuerit fragranti et spatioso sub platanis et cupressis acquiescimus, Phædrum Myrrhinusium aut alium quempiam ex Platonis libris in manibus habentes.

ταῦτά σοι, ὦ φίλη κεφαλή, ἀπολαύων τῆς ἐλευθέρου ὁδοιπορίας, ἄτοπον ὑπέλαβον τὸ μὴ καὶ τοῦτο κοινώσασθαί τε καὶ ἀποσημῆναι.

Hæc ego, qui liberi itineris voluptate me oblecto, tecum, carissimum caput, non communicare nec tibi significare indignum existimavi.

ογ'. Εὐκλείδῃ φιλοσόφῳ.

LXXIII. Euclidi philosopho.

Πότε γὰρ ἡμῶν ἀπελείφθης, ἵνα καὶ γράφωμεν, ἢ πότε οὐχὶ τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ὡς παρόντα σε θεωροῦμεν; οἵγε οὐ μόνον ἀεί σοι συνεῖναι καὶ συνομιλεῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τῶν γε νῦν προσηκόντων ὡς ὑπὸ παρουσίᾳ τῇ σῇ τὰ εἰκότα κηδόμεθα. εἰ δὲ καὶ γράφεσθαί σοι παρ' ἡμῶν ὡς ἀπόντι θέλεις, ὅρα μὲν ὅπως μὴ αὐτὸς τὸ δοκεῖν ἡμῶν ἀπεῖναι μᾶλλον αὐτῷ γράφειν ἐθέλειν ἐκφήνῃς· πλὴν ἀλλ' εἴγε σοι φίλον ἐστίν, καὶ πρὸς τοῦτο ἑκόντες ὑπακούομεν. (2) πάντως γε, τὸ τοῦ λόγου, θέοντα τῇ παρακελεύσει τὸν ἵππον εἰς πεδίον ἄξεις. ἄγε οὖν ὅπως ἀντιδίδως τὰ ἴσα, καὶ πρὸς τὴν ἀντίκλησιν ἐν τῇ τῶν ἀμοιβαίων συνεχείᾳ μὴ κατοκνήσῃς. (3) καίτοι ἔγωγε εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ σοι γινομένην σπουδὴν οὐκ ἐθέλω διοχλεῖν, ἀλλ' ὅσῳ σε φυλάττω τῇ θήρᾳ τῶν καλῶν, οὐ μόνον οὐκ ἀδικεῖν ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικὸν ὠφελεῖν ἂν δοκοίην, ὥσπερ σκύλακα γενναῖον, ἀόχλητον ἀφιεὶς ἐσχολακέναι τοῖς περὶ τοὺς λόγους ἴχνεσιν ὁλοκλήρῳ τῷ βήματι. (4) εἰ δέ σοι τοσοῦτον τάχος περίεστιν, ὡς μήτε τῶν φίλων ἀμελεῖν μήτ' ἐκείνοις ἐνδεῖν, ἴθι χρῆσαι παρ' ἄμφω τῷ δρόμῳ.

Ecquando te dereliquimus, ut ad littêras scribendas recurrere nobis sit necesse? vel quando non animi nostri luminibus te veluti præsentem intuemur? ut qui non solum videmur assidue tecum versari et colloqui, sed etiam pro nostra consuetudine perinde ut in præsentia tua res tuas curamus. Si autem omnino vis, ut ad te tanquam ad absentem scribam, vide ne per hoc ipse, quod cupis me scribere ad te, prodas potius te a nobis abesse. Quicquid sit tamen, si gratum istud ducis, etiam hac in re lubentes tibi obsequimur; (2) ac sane, quod aiunt in proverbio, currentem equum hortatione alacrius ire in campum facies. Tu modo par pari redde, nec mutuis litteris assidue respondere grave ducito. (3) Quanquam ego industriam tuam pro communi laborantem bono turbare nolim, sed ut te res pulcherrimas venantem observo, sic non modo minime peccaturus, sed de omni Græco nomine præclare meriturus videor, si te non distineam, verum pleno ac libero cursu sinam tanquam generosum canem per omnia vestigia eruditionem indagare ac persequi. Quod si tanta celeritate polles, ut nec amicos negligas, nec illis rebus desis, age, ad utrumque cursum vires intende.

οδ'. Λιβανίῳ.

LXXIV. Libanio.

Ἀποδέδωκας Ἀριστοφάνει τὰς ἀμοιβὰς τῆς τε περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας καὶ τῆς περὶ σεαυτὸν προθυμίας, ἀμείψας αὐτῷ καὶ μεταθεὶς τὰ πρόσθεν ἐπονείδιστα πρὸς εὔκλειαν οὐ τὴν νῦν μόνον ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, ὡς οὐχ ὅμοιόν γε ἡ Παύλου συκοφαντία καὶ ἡ τοῦ δεῖνος κρίσις τοῖς ὑπὸ σοῦ γραφομένοις λόγοις· (2) ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀνθοῦντά τε ἐμισεῖτο καὶ συναπέσβη τοῖς δράσασιν, οἱ δὲ σοὶ λόγοι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν ἀληθῶς Ἑλλήνων ἀγαπῶνται, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, εἰ μή τι σφάλλομαι κρίσεως ὀρθῆς, ἀγαπηθήσονται. πεύσῃ δὴ λοιπὸν εἰ πέπεικάς με, μᾶλλον δὲ μεταπέπεικας ὑπὲρ Ἀριστοφάνους. (3) μὴ νομίζειν αὐτὸν ἡδονῶν ἥττονα καὶ χρημάτων ὁμολογῶ. τί δὲ οὐ μέλλω τῷ φιλοσοφωτάτῳ καὶ φιλαληθεστάτῳ τῶν ῥητόρων εἴκειν; ἕπεται καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις παρὰ σοῦ προσανερωτᾶσθαι. (4) τί οὖν οὐ μετατίθεμεν αὐτῷ τὰς συμφορὰς εἰς ἀμείνω τύχην καὶ ἀφανίζομεν τὰ κατασχόντα διὰ τὰς δυσπραγίας ὀνείδη; σύν τε δύ' ἐρχομένω, φασίν, ἐγὼ καὶ σὺ βουλευσώμεθα· δίκαιος δὲ εἶ μὴ συμβουλεύειν μόνον ὅτι χρὴ βοηθεῖν ἀνδρὶ τοὺς θεοὺς ἀδόλως τετιμηκότι, ἀλλὰ καὶ ὃν χρὴ τρόπον. (5) καίτοι τοῦτο ἠνίξω τρόπον τινά. βέλτιον δὲ ἴσως ὑπὲρ τῶν τοιούτων οὐ γράφειν ἀλλὰ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους. ἔρρωσό μοι, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ προσφιλέστατε.

Retribuisti Aristophani vicem, quam et religio eius erga deos et in te benevolentia exposcebat. Rependisti illi, et priores quas passus est ignominias in laudem eius et gloriam convertisti non præsentem tantummodo sed duraturam ad posteros. Nec tanti est vel Pauli calumnia vel sententia illius iudicis, ut cum orationibus a te scriptis conferri mereantur. (2) Nam illa statim cum prodirent odio habebantur, et cum auctoribus suis exstincta sunt. At tuæ orationes et nunc amantur a vere Græcis, et, nisi me fallit iudicium, in futurum tempus amabuntur. In posterum sane comperies, num mihi persuaseris vel potius mentem immutaveris de Aristophane. (3) Voluptatibus eum ac divitiis indulgere, minime credere me confiteor. Quidni cedam oratori philosopho veritatisque amantissimo? Accedit, quod his de rebus insuper abs te rogor. (4) Cur igitur adversos ei casus in meliorem fortunam non mutamus, neque dissolvimus opprobria ex rebus conflata, quæ male successerant? Duobus pariter euntibus, ut aiunt, ego ac tu deliberemus. Æquum enim est, ut non solum consilium des opem esse ferendam viro, qui sincere deos coluit, sed etiam quonam modo ferenda sit; (5) quanquam id aliquo iam modo innueris. Sed præstat fortasse de talibus non scribere sed coram colloqui. Vale, frater optatissime et carissime.

οε΄. Ἰουλιανὸς τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ.

Τὸ ἔμφυτόν μοι ἐκ παιδόθεν γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον μέχρι τοῦ παρόντος γε ἐπιδεικνύμενος, πάντας ὑπηκόους ἐκομισάμην τοὺς οἰκοῦντας τὴν ὑφ' ἥλιον. ἰδοὺ γὰρ πᾶν γένος βαρβάρων μέχρι ὁρίων Ὠκεανοῦ ποταμοῦ δῶρά μοι κομίζον ἧκε παρὰ ποσὶ τοῖς ἐμοῖς, ὁμοίως δὲ καὶ Σαγάδαρες οἱ παρὰ τὸν Δάνουβιν ἐκτραφέντες καὶ Γόττοι ποικιλοχαρόμορφοι, οἷς οὐκ ἔστι θέα ὁμοιοειδὴς ἀνθρώποις, ἀλλὰ μορφῇ ἀγριαίνουσα, (2) οὗτοι καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν προκυλινδοῦνται ἴχνεσι τοῖς ἐμοῖς, ὑπισχνούμενοι ποιεῖν ἐκεῖνα, ἅπερ τῇ ἐμῇ ἁρμόζει βασιλείᾳ. οὐχὶ δὲ ἐν τούτῳ μόνῳ ἕλκομαι, ἀλλὰ δεῖ με σὺν πολλῷ τῷ τάχει καταλαβεῖν τὴν Περσῶν καὶ τροπώσασθαι τὸν Σάπωριν ἐκεῖνον τὸν ἀπόγονον Δαρείου γεγονότα, ἄχρις οὗ ὑπόφορος καὶ ὑποτελής μοι γένηται· (3) ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν Ἰνδῶν καὶ τὴν Σαρακηνῶν περιοικίδα ἐκπορθῆσαι, ἄχρις οὗ καὶ αὐτοὶ πάντες ἐν δευτέρᾳ τάξει βασιλείας γένωνται τῆς ἐμῆς ὑπόφοροι καὶ ὑποτελεῖς. ἀλλ' αὐτὸς ἐπέκεινα τῆς τούτων δυνάμεως πεφρόνηκας, εὐλάβειαν μὲν λέγων ἐνδεδύσθαι, ἀναίδειαν δὲ προβαλλόμενος, καὶ πανταχοῦ διαφημίζων ἀνάξιόν με τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας γεγονέναι. (4) ἢ οὐκ οἶσθα αὐτός, ὡς Κώνστα τοῦ κρατίστου ἀπόγονος γέγονα; καὶ τούτων οὕτως γνωσθέντων ἡμῖν σοῦ ἕνεκα, οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξέστημεν διαθέσεως, ἧσπερ ἔτι νέοι ὄντες τῇ ἡλικίᾳ ἐγώ τε καὶ σὺ μετεσχήκαμεν. (5) ἀλλὰ γαληνῷ τῷ φρονήματι θεσπίζω δέκα ἑκατοντάδας χρυσίου λιτρῶν ἐξαποσταλῆναί μοι παρὰ σοῦ ἐν τῇ παρόδῳ μου τῇ κατὰ τὴν Καίσαρος, ἔτι μου κατὰ τὴν λεωφόρον ὑπάρχοντος, σὺν πολλῷ τῷ τάχει ἀφικνουμένου μου κατὰ τὴν Περσῶν, ἑτοίμου ὄντος μου, εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, πάντα τόπον ἀνασκευάσαι τῆς Καίσαρος, καὶ τὰ πάλαι αὐτῆς ἐγηγερμένα καλλιουργήματα καταστρέψαι κατὰ τόπον, ναούς τε καὶ ἀγάλματα ἀναστῆσαι, ὥστε με πεῖσαι πάντας εἴκειν βασιλεῖ Ῥωμαίων καὶ μὴ ὑπεραίρεσθαι. (6) τὸ οὖν ἐξονομασθὲν χρυσίον ἐξ ἀριθμοῦ ζυγῷ Καμπανῷ τρυτανίσας καὶ διαμετρήσας ἀσφαλῶς ἐξαπόστειλόν μοι δι' οἰκείου πιστοῦ σοι ὄντος, δακτυλίῳ τῷ σῷ σφραγισάμενος, ὥστε με ἐπεγνωκότι, κἂν ὀψέ ποτε, τοῦ καιροῦ τὸ ἀπαραίτητον γαληνόν σοι γενέσθαι περὶ τὰ ἐπταισμένα. ἃ γὰρ ἀνέγνων, ἔγνων καὶ κατέγνων.

LXXV. Iulianus Basilio magno.

Καὶ ἐκ τῶν ἀπαγγελλομένων ἡμῖν περὶ σοῦ καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐπέστειλας τοῖς υἱοῖς σου τεκμαιρόμενος μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς λαώδεσιν, ἀλλ' ἅπερ οἰκεῖόν ἐστι σὲ φρονεῖν περὶ φιλοσοφίας, προεθυμήθην κατὰ μὲν τὸ παρὸν συνησθῆναί σοι ἐπ' αὐτοῖς, εἰς δὲ τὸ ἐπιὸν συνεύξασθαι, μὴ ἐφ' ἕτερόν τι αὐτοὺς ἀποκλῖναι, τηροῦντας δὲ ἣν ἔχουσι νῦν πρόθεσιν ἄχρι τέλους φιλοσοφῆσαι, ἵν' αὐτοί τε εὖ ἀπαλλάττωσι καὶ σὲ ἀνθ' ὧν ἐκ σοῦ ἔπαθον ἀμείψασθαι δυνηθῶσι. δυεῖν γὰρ ὡς καθόλου εἰπεῖν οὐσῶν αἰτιῶν, παρ' ἃς ἄνθρωποι εὐτάκτως καὶ ὁδῷ ζῶσιν, ἐμπειρίας τε καὶ ἐγκρατείας, πῶς ἂν δυναίμεθα ἢ πρὸς ἑαυτοὺς ἢ πρὸς ἑτέρους ποιεῖν τὰ δέοντα ὑπ' ἀγνοίας ἅμα καὶ ἀκρασίας κατεχόμενοι; (2) ἡ μὲν οὖν τούτων ἀπόλυσις ἀναγκαίως πάνυ ἔοικε παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖσθαι· πρὸς γὰρ τὸ τεταγμένως καὶ εὐσχημόνως ζῆν γεγόναμεν, τοῦ λόγου εἰς τοῦτο ἡμῖν καθάπερ ἐπισκόπου καὶ ἄρχοντος ὑπὸ τῆς φύσεως δεδομένου. ἀπολυθῆναι μέντοι ἀγνοίας καὶ ἀκρασίας οὐχ οἷόν τε ἡμᾶς ἄνευ τοῦ ἐπιτρέψαι αὐτοὺς τῇ διὰ τοῦ λόγου ἰατρείᾳ· προσελθοῦσα γὰρ αὕτη καὶ τὸ προεστηκὸς ἐν ἡμῖν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀεὶ τρέπουσα τὰς μὲν μοχθηρὰς τῶν κρίσεων καὶ ἐκ τῆς διαστροφῆς ἐγκειμένας ἐπικόπτειν καὶ ἐξάγειν ἐκ τῆς ψυχῆς ἀεὶ πειρᾶται, τὰς δ' ὑγιεῖς καὶ ἀκολούθους τῇ φύσει ἀντεισάγειν ἢ ἀσθενούσας ἀνακτᾶσθαι. (3) ἰσχὺν δὲ αὗται καὶ εὐστάθειαν προσλαβοῦσαι ὡς χρὴ ἡμᾶς ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ τὸν βίον ὁδηγοῦσιν, ὥστε καὶ ὁρᾶν ἀεὶ τὰ ἐπιβάλλονθ' ἡμῖν καὶ σύμφωνα οἷς ἐδοκιμάσαμεν πράττειν. τοιαῦτα οὐκ ἐπαγγελλομένης μόνον ἀλλὰ καὶ παρεχούσης τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν ἰατρείας τίνα ἄν τις δικαιότερον ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς σοῖς παισὶν ἢ σὲ καλέσειεν; ἢ οὐκ εὐδαιμονεῖν μὲν αὐτοὺς προαιρῇ πατὴρ ὤν, ἑτοίμως δ' ἔχεις πᾶν ὁτιοῦν ὑποστῆναι, ἵνα αὐτοὺς ὁρᾷς ἐν ἀγαθοῖς ὄντας; ἢ οὐκ ἐπὶ ταῦτα καὶ ἐγέννησας αὐτοὺς καὶ ἀνεθρέψω; οὐ τοιαῦτα δὲ διηνεκῶς σὺ περὶ αὐτῶν εὔχῃ τοῖς θεοῖς; (4) ἀρετῆς δὲ καὶ εὐσχημοσύνης βίου ἀντιποιούμενος οὐκ ἂν ἐθελήσειας ὁρᾶν τοὺς σεαυτοῦ παῖδας εὐτάκτους μὲν ἐν ἐδωδαῖς καὶ πόσεσι, κρατοῦντας δὲ τῶν ὑπὸ γαστέρα, ὡς πρὸς σπορὰν μόνον τέκνων, ὅταν εὔκαιρον ᾖ, τοῖς γεννητικοῖς μέρεσι χρῆσθαι, καὶ ὀλίγῳ μὲν ὕπνῳ πρὸς ἀνάπαυσιν ἀρκουμένους, ἐσθῆτι δὲ ἀπράγμονι καὶ μὴ

Pancratidæ.

Et ex hominum de te sermonibus et ex tuis ad filios tuos datis litteris non idem te quod vulgus, sed quod par est de philosophia sentire colligens meum putavi, in præsenti quidem ipsos tibi gratulari, in posterum vero vota facere, ne in aliud quid declinent, sed quod nunc propositum habent conservantes ad finem usque philosophentur, ut et ipsis bene cedat et tibi pro beneficiis in se collatis gratias referre possint. Nam quum duæ sint in universum caussæ, quibus homines recte et via vitam instituunt, peritia et temperantia, quomodo possimus aut erga nos ipsos aut erga alios officium explere inscitia simul et intemperantia detenti? (2) Ab his igitur ut liberentur necessario prorsus videtur a nobis requiri : nam ad composite et honeste vivendum nati sumus, ratione ad hoc nobis quasi custode ac principe a natura data. Liberari vero ab inscitia et intemperantia non possumus, nisi rationis curæ nos committamus : hæc enim quum accedit, eiusque quod in nobis primarium est conditionem naturæ alienam ad naturæ statum semper revocat, prava iudicia et ex perversitate insita resecare et evellere ex animo semper conatur, sana vero et naturæ convenientia introducere aut imbecilla recreare. (3) Quæ ubi robur et constantiam nacta fuerint, rectam nobis in omni vitæ negotio monstrant viam, ut et officia nostra semper videamus et eis quæ probavimus consentanea faciamus. Talia quum non modo promittat, sed etiam præstet animi curatio, cuiusnam auxilium aliquis iustius tuis liberis imploraverit quam tuum? An non beate vivere eos cupis, quum pater sis, et ad quidvis subeundum paratus es, ut eos in bonorum numero conspicias? An non ad hæc et genuisti ipsos et educasti? Non talia eis continenter a diis precaris? (4) Virtutem autem et vitæ honestatem colens non velis liberos tuos videre temperantes in cibo atque potu, et membra ventri subiecta continentes, ut ad procreandam subolem tantum, quum opportunum sit, genitalibus utantur partibus, et exiguo somno ad requiescendum contentos, et veste simplici et non fucata, sed pura et ad tegenda ea, quæ tegi natura vult, accommo-

ἐψευσμένη, ἀλλὰ καθαρᾷ καὶ πρὸς τὸ ἐκ τῆς φύσεως εἰς τὸ σκέπειν ἀπαιτούμενον ἡρμοσμένῃ ἠμφιεσμένους, βλέμμα δ' εἶναι καὶ βάδισμα αὐτῶν αἰδοῖ καὶ φρονήσει κεχαρακτηρισμένον, ὡς μὴ ἄν τινα θαρσῆσαι ἐπ' αὐτῶν ἢ ποιῆσαί τι ἢ εἰπεῖν ἄκοσμον, ἐν ἑτοίμῳ δ' εἶναι αὐτοῖς ὁπότε βουληθεῖεν καὶ δεήσειεν ὅλῳ τε τῷ σώματι καὶ παντὶ μέρει αὐτοῦ εἰς ὃ πέφυκε χρῆσθαι; (5) οὐκ ἂν δὲ ἐθελήσειας αὐτοὺς ἐπεσκεμμένους τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα πρὸς μὲν θεοὺς εὐσεβείᾳ καὶ ὁσιότητι κοσμεῖσθαι, πρὸς ἀνθρώπους δὲ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι, καὶ πατρίδα μὲν γονέων προτιμᾶν, καὶ αὐτῶν τοῦτο βουλησομένων τῶν γονέων, εἴπερ σωφρονοῖεν, γονεῖς δὲ τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν, αὐτῶν δὲ τῶν γονέων τῷ πατρὶ τὸ πρεσβεῖον ἀπονέμοντας, τὸ μὲν αἰτεῖν ἢ μέμφεσθαι θάτερον αὐτῶν ἀσεβὲς ἡγεῖσθαι, τὸ δ' ἀμείβεσθαι ὑπὲρ τῶν προηγησαμένων εὐχαρίστῳ καὶ μνημονευούσῃ διαθέσει ἀναγκαῖον, ὡς ἂν μόνως οὕτως ἐκτίνειν δυναμένους παλαιὰς χάριτας ἐπὶ νέαις δανεισθείσας, ἑτοίμως δ' ἔχοντας ὑπερμαχεῖν αὐτῶν καὶ δι' αὐτούς, εἰ δεήσειεν, ἀποθνήσκειν, ὁπότε δὲ χαλεπήνειαν, μὴ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ πληγὰς καὶ τραύματα ἀπ' ὀργῆς οὐ διαθέσεως φερόμενα πράως ἐκδέχεσθαι, οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τότε, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν γονέων εὐλαβῶς ἔχοντας, μὴ ἐκ τοῦ διατιθέναι αὐτοί τι κακὸν πάθωσι; (6) τί δ' οὐκ ἂν ὑπομείνειας, ὥστε πεισθῆναι περὶ αὐτῶν, ὅτι τὸν αὐτὸν μὲν οἰκήσουσι διὰ βίου οἶκον, ἑαυτοὺς δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν ἐν κοινῷ θέμενοι διατελέσουσιν ὁμονοοῦντες, ὡς καὶ σπουδαῖς καὶ ἀνέσεσι ταῖς αὐταῖς χρῆσθαι; ἢ ταῦτα μὲν ἐθελήσειας ἂν αὐτοῖς ὑπάρξαι, θανάτου δὲ καὶ πόνου καὶ δόξης οὐκ ἂν βούλοιο αὐτοὺς ὑπεράνω εἶναι, οἷς ὁ πολὺς καταδεδουλωμένος, ὅποι ἂν ἀπίῃ, τῷ δι' αὐτῶν κατισχύοντι ὥσπερ τι ἄτιμον ἀνδράποδον ἄγεταί τε καὶ φέρεται, τὸ δὲ τῇ φύσει μὲν πολὺ ῥᾳδιέστερον τῶν προτέρων, ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ὑπὸ τῆς ἐπὶ τοσαῦτα κατεχούσης διαστροφῆς γεγονὸς δυσχερέστερον οὐκ ἂν εὔξαιο αὐτοῖς ὑπάρξαι, ὥστε μὴ ἀργυρίῳ αὐτοὺς πάντα μετρεῖν καὶ αὑτοὺς μᾶλλον καὶ γονεῖς καὶ τέκνα ἢ χρήματα προΐεσθαι, ἀλλὰ κτήσεως μὲν ἀντιποιεῖσθαι ἐφ' ὅσον ἀναγκαῖον διὰ τὰς εἰς αὐτοὺς καὶ τοὺς οἰκείους αὐτῶν χρείας, θησαυρισμοῦ δὲ καὶ τοῦ πλείονος παρὰ τὸ ἀρκοῦν ὑπερφρονεῖν, ὑφ' ὧν ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ εἰς κακὰ ἐπάλληλα καὶ ἀνήκεστα ἄνθρωποι ἐκτρέπονται; (7) ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκτά, οὐκ ἐπίσης δ' εὐκτὸν τότε ἄρχειν αὐτοὺς καὶ δικάζειν δύνασθαι κατὰ νόμους καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ συμφωνοῦντας ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις καὶ ἐν οἷς πράττουσι καὶ ἐν οἷς λέγουσι τὸν μὲν βίον ἔχειν ἀεὶ προαιρησόμενον τοὺς λόγους, τὸν δὲ λόγον νῷ καὶ τῷ φρονεῖν τὰ ἄριστα βεβαιούμενον καὶ εἰς προφορὰν ὅταν ᾖ καιρὸς ἐντεινόμενον, καὶ τόνδ' ἡγεῖσθαι, ἐπειδὰν ὑπερμαχεῖν μέλλωσιν ἱερῶν, πατρίδος, γονέων, φίλων, ἀληθείας, νόμων, καὶ συλλαβόντι εἰπεῖν τῶν ἀδικουμένων; οὔτε γὰρ σὲ οὔτε ἕτερόν τινα οἴομαι, εἴπερ εὖ φρονοίη, ὡς

data indutos, vultum autem et gressum eorum esse pudore et prudentia notatum, ut non audeat quisquam coram ipsis aut facere aut dicere quicquam indecorum, atque in promptu eis esse, quum velint atque opus sit, quum toto corpore, tum qualibet eius parte ad eam rem, cuius caussa nata est, uti? (5) Non velis eos perpensis rebus divinis et humanis erga deos pietate ornari atque sanctitate, erga homines justitia et sanctitate, et parentibus patriam anteferre, quod et ipsi, si sapiant, parentes volent, parentes autem familiaribus et cognatis, atque ex ipsis parentibus patri primum honorem deferentes rogare quidem aut reprehendere alterutrum eorum nefarium ducere, gratiam vero pro officiis præstitis referre grato et memori animo necessarium, quasi sic tantum rependere possint vetera beneficia novis cumulata, item promptos esse ad eos defendendos et pro ipsis, si necesse sit, vel mortem subeundam, et ubi indignentur, non verba solum, sed etiam verbera et vulnera ab ira, non ab animo proficiscentia placide excipere, non sua caussa tunc, verum pro parentibus caventes, ne ex animi affectu malum aliquod patiantur? (6) quid vero non sustineas, ut certior fias, eandem eos domum per vitam habitaturos esse, seque ipsis ac bonis suis communem in usum deditis concorditer ætatem acturos, ita ut iisdem et studiis et animi remissionibus utantur? An hæc quidem eis præsto esse velis, morte vero et labore et opinione non velis esse superiores, quibus obnoxium vulgus, quocunque se vertat, ipsorum vi tanquam vile aliquod mancipium agitur atque trahitur, quodque natura sua quidem multo est prioribus facilius, nostris vero temporibus tam late vagante perversitate difficilius evasit, non optaveris eis contingere, ut non argento omnia metiantur, nec se ipsos potius et parentes atque liberos prodant quam pecunias, verum opibus quidem operam dent, quatenus necessarium sit ad suos suorumque familiarium usus, thesauros vero et id quod plus quam satis est contemnant, quibus privatim atque publice ad multa insanabiliaque mala homines impelluntur? (7) Sed hæc quidem optanda, non autem æque optandum, ut ipsi imperium gerere et iudicia secundum leges et iustitiam gubernare possint, et consentientes quum ipsis sibi tum inter se mutuo tam in eis quæ faciunt quam in eis quæ loquuntur vitam agant, quæ linguam semper antevertat, et rationem habeant prudentia et animi honestate confirmatam et ad agendum, si tempus postulet, paratam atque promptam, eaque primas teneat, quum pugnare velint pro sacris, patria, parentibus, amicis, veritate, legibus, ut breviter dicam, pro iniuria affectis? neque te enim, neque alium quenquam arbitror, qui quidem sapiat, ut ad respublicas regendas aptam pro-

πολιτικὸν δοκιμάζειν λόγον τὸν μὴ εἰς ταῦτα ἀλλ' εἰς τἀναντία ἐντεινόμενον. (8) εἰ τοίνυν καὶ εὐκτὰ ταῦτα καὶ αἱρετά, πῶς οὐ καὶ τὸ φιλοσοφεῖν θείη ἄν τις καὶ εὐκτὸν καὶ αἱρετόν, δι' οὗ μόνου περιγίνεται ταῦτα; φιλοσοφεῖ μὲν γὰρ ὁ τῆς ἐκκαθάρσεως τοῦ λόγου ἐπιμελούμενος καὶ ἐπιτηδεύων λόγον ὀρθόν, ὁ δ' ἐπιμελούμενος λόγου ἑαυτοῦ τε ἅμα ἐπιμελεῖται καὶ πατρίδος καὶ πατρὸς καὶ ἀδελφῶν καὶ φίλων καὶ συλλαβόντι εἰπεῖν πάντων. θεωροὺς γὰρ ἡ φύσις κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατασκευάσασα, διὰ τοῦ μεταδοῦναι ἡμῖν λόγου, κοινοῦ μὲν ὄντος πρὸς τούτους, ἰδίου δὲ παρὰ τὰ ἄλλα ζῷα, ἀξιοῖ ἡμᾶς τοὺς μὲν θεοὺς καθάπερ τινὰς ἀρίστους καὶ πρώτους ἡγεμόνας καὶ κοινοὺς εὐεργέτας τε ἡμῶν καὶ γονεῖς ζηλοῦν τε καὶ ἀμείβεσθαι διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐπειθείας, ἀνθρώπων δὲ καὶ κατὰ τὸ κοινὸν καὶ κατὰ τὰς ἰδιαίτερον γινομένας ἐπιπλοκὰς καὶ κηδεμονικῶς καὶ εὐποιητικῶς προΐστασθαι. (9) ἐπειδὰν δὲ νόμῳ καὶ δίκῃ συγκεράσωμεν τὰ ἀνθρώπινα καὶ τὰ θεῖα, φησὶν ἄκρως μὲν κατὰ φύσιν ἡμᾶς διατεθήσεσθαι ἅτε τελείους γεγονότας καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτάτω προελθόντας, νόμον καὶ δίκην, οἷς καὶ τὰ θεῖα οἰακίζεταί τε καὶ μακάρια γίγνεται, τοιούτους δ' ὄντας διὰ τὴν τοῦ λόγου καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν σχηματιζομένου ἤθους ὀρθότητα καὶ βιώσεσθαι εὐδαιμόνως καὶ καταστρέψειν τὸν βίον εὐδαιμόνως, ὥσπερ τι δρᾶμα εὖ συντεταγμένον ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀστείως ὑποκριναμένους καὶ ἀπαρτίσαντας. (10) θαρρῶν οὖν, ὦ Παγκρατίδη, μὴ ἐπίτρεπε μόνον ἀλλὰ καὶ παρακάλει τοὺς παῖδας φιλοσοφεῖν, καὶ συναγωνιστὴν παρέχων σεαυτὸν διέγειρε αὐτούς, καὶ πασῶν ἁρμοδιωτάτην παρρησίαν παρασκεύαζε. ἐξέσται γάρ σοι τοιαῦτα προελομένῳ καὶ πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος ὑμῖν δικαίους ὄντας λέγειν, ὅτι οὐ τέκνα μόνον εἰς τὸ γένος ἀλλὰ καὶ τοιάδε τέκνα εἰσήγαγες, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα, ὅτι οὐχ οἵους ἔτυχε μόνον ἀνθρώπους αὐτῇ ἀλλὰ καὶ οἵους δεῖ πολίτας παρέστησας. (11) εἰ δὲ θαρρήσετε κοινῇ καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν τε καὶ ἀλλήλων θεραπείαν ὡς ἄξιόν ἐστι διαναστήσετε τὰς ψυχάς, εὐθὺς μὲν ἐν τῇ ἀγωνοθεσίᾳ τοῦ θεοῦ συμφιλοσοφήσετε ἀλλήλοις, οὐ μόνον τὰ νομιζόμενα παρασκευάζοντες αὐτῇ, ἅπερ ἐκ βαλαντίου ψιλοῦ γίγνεται, ἀλλὰ καί, οὗ ἕνεκεν νενόμισται, ἀκολουθοῦντες τῇ ἱερᾷ καὶ ἀρχαίᾳ παραδόσει, ὅπερ ἐκ μόνης τῆς εὐσεβοῦς καὶ φιλοσόφου περιγίγνεται διαθέσεως, καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἀγῶνι εὐταξίας ἐπὶ τὸν κοινὸν ὑμῖν τε καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἀγῶνα τραπήσεσθε, οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ φύσιν ἀφαιρησόμενον, μόνα δὲ τὰ λύπης καὶ θορύβου αἴτια ἡμῶν περισπάσοντα. (12) ἐν ᾧ ἀγῶνι ἡττηθῆναι μὲν ἀνάγκη τὸν ἀπαράσκευον, ἡττηθέντα δὲ ἐκπεσεῖν χρὴ εἰς δουλείαν καὶ κακοδαιμονίαν, ἣν οὐδ' ἐξομόσασθαί τινι ἡμῶν συγκεχώρηται· κρατούμεθα γὰρ ἐν αὐτῇ ὑπό τε τῶν αἰδίων καὶ τῶν τῆς φύσεως καὶ ὑπὸ τῶν θέσει νόμων, εὐτακτεῖν ἑκάστῳ καὶ ζῆν δικαίως ἅμα καὶ ὁσίως προστασσόντων. ταῦτα οἶμαί σε ὡς παρὰ πατρὸς παίδων πα-

bare rationem, quæ non ad hæc, sed ad contraria tentat. (8) Si igitur et optanda hæc et expetenda, quomodo non etiam, qua sola hæc comparantur, philosophiam aliquis optandam et expetendam esse ducat? Philosophatur enim, qui expurgandæ rationis curam habet et rectæ studet rationi. Qui vero rationem curat, se ipsum simul curat et patriam et patrem et fratres et amicos et ut breviter dicam omnes. Nimirum natura quum mundi et eorum quæ in ipso sunt speculatores constituerit, eo, quod nobis impertivit rationem, cum illis quidem communem, propriam vero præ reliquis animalibus, vult deos nos tanquam optimos quosdam ac primarios duces et ut communes beneficiorum in nos collatorum auctores atque patres admirari et gratum eis obsequio nostro significare animum, hominibus vero tam in publico quam in privato vitæ commercio cum studio et beneficentia præesse. (9) Postquam vero legibus ac iure divina atque humana miscuerimus, prorsus quidem nos ait ad naturam esse compositos, quippe ex omni parte absolutos et ad suprema progressos, legem ac iustitiam, quibus et divina numina regantur et beata fiant, tales autem quum simus ob rationis et formatorum secundum illam morum rectitudinem et acturos nos esse vitam feliciter et feliciter finituros, quasi fabulam aliquam bene compositam ab initio usque ad finem pulchre luserimus atque absolverimus. (10) Confidenti igitur animo, o Pancratida, ad philosophiam non admitte solum, verum etiam adhortare pueros, teque ipsum studiorum socium exhibens excita eos et omnium convenientissimam loquendi libertatem para. Talia enim si institueris, licebit tibi et sanguine vobis cognatis dicere, te non liberos solum in genus, verum et tales liberos introduxisse, et patriæ, te non solum qualescunque homines ei, sed etiam quales par sit cives præbuisse. (11) Quod si confidetis communiter et quum ad vestrum ipsorum tum ad mutuam invicem curam, uti par est, promptis animis accedetis, statim quidem in instituendis dei ludis mutuo philosophiam tractabitis, non tantum iusta eis apparantes, quæ ex tenui fiunt marsupio, verum etiam quam ob caussam instituti sunt, sancta et vetusta præcepta observantes, id quod ex sola pia et philosophica mentis affectione fieri potest, ludisque rite institutis ad commune vobis ac nobis omnibus certamen convertemini, quod nihil quidem eorum, quæ naturæ conveniant, detrahet, solas vero doloris et perturbationis caussas auferet. (12) In quo certamine vinci necesse est imparatum, victum autem in servitutem incidere oportet et infelicitatem, quam ne eiurare quidem cuiquam nostrum concessum est: superamur enim in ea tam ac sempiternis et natura natis quam a latis demum legibus, unumquemque moderate se gerere et iuste simul a sancte vivere iubentibus. Hæc si quasi a patre liberorum pater

τέρα προσδεξάμενον αὐτόν τε ἄμεινον ἕξειν καὶ τοῖς υἱοῖς εἰς τὰ ἄριστα συλλήψεσθαι. ἀσπάζομαί σε καὶ διὰ τἄλλα καὶ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς εὔνοιαν. ἴσθι ὑπ' ἐμοῦ στεργόμενος. τοιούτων δὲ καὶ ἑτέρων φιλοσοφοῦντες εὐπορήσετε φίλων.

acceperis, et ipsum te arbitror melius habiturum, et filiis tuis ad optima quæque auxilio futurum. Saluto et quum ob reliqua tum propter tuam in nos benevolentiam. Scias te a me diligi. Eiusmodi vero amicis et aliis, dum philosophiæ operam detis, abundabitis.

ΝΙΚΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

NICIÆ EPISTOLA.

Ἀθηναίοις.

Τὰ μὲν πρότερον πραχθέντα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐν ἄλλαις [πολλαῖς] ἐπιστολαῖς ἴστε, νῦν δὲ καιρὸς οὐχ ἧσσον μαθόντας ὑμᾶς ἐν ᾧ ἐσμὲν βουλεύσασθαι. κρατησάντων γὰρ ἡμῶν μάχαις ταῖς πλείοσι Συρακοσίους, ἐφ' οὓς ἐπέμφθημεν, καὶ τὰ τείχη οἰκοδομησαμένων ἐν οἷσπερ νῦν ἐσμὲν ἦλθε Γύλιππος Λακεδαιμόνιος στρατιὰν ἔχων ἔκ τε Πελοποννήσου καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ πόλεων ἔστιν ὧν. καὶ μάχῃ τῇ μὲν πρώτῃ νικᾶται ὑφ' ἡμῶν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἱππεῦσί τε πολλοῖς καὶ ἀκοντισταῖς βιασθέντες ἀνεχωρήσαμεν ἐς τὰ τείχη. νῦν οὖν ἡμεῖς μὲν παυσάμενοι τοῦ περιτειχισμοῦ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ἡσυχάζομεν (οὐδὲ γὰρ ξυμπάσῃ τῇ στρατιᾷ δυναίμεθ' ἂν χρήσασθαι ἀπαναλωκυίας τῆς φυλακῆς τῶν τειχῶν μέρος τι τοῦ ὁπλιτικοῦ), οἱ δὲ παρῳκοδομήκασιν ἡμῖν τεῖχος ἁπλοῦν, ὥστε μὴ εἶναι ἔτι περιτειχίσαι αὐτούς, ἢν μή τις τὸ παρατείχισμα τοῦτο πολλῇ στρατιᾷ ἐπελθὼν ἕλῃ. ξυμβέβηκέ τε πολιορκεῖν δοκοῦντας ἡμᾶς ἄλλους αὐτοὺς μᾶλλον, ὅσα γε κατὰ γῆν, τοῦτο πάσχειν· οὐδὲ γὰρ τῆς χώρας ἐπὶ πολὺ διὰ τοὺς ἱππέας ἐξερχόμεθα. πεπόμφασι δὲ καὶ ἐς Πελοπόννησον πρέσβεις ἐπ' ἄλλην στρατιὰν καὶ ἐς τὰς ἐν Σικελίᾳ πόλεις Γύλιππος οἴχεται, τὰς μὲν καὶ πείσων ξυμπολεμεῖν ὅσαι νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν ἔτι καὶ στρατιὰν πεζὴν καὶ ναυτικοῦ παρασκευήν, ἣν δύνηται, ἄξων. διανοοῦνται γάρ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, τῷ τε πεζῷ ἅμα τῶν τειχῶν ἡμῶν πειρᾶν καὶ ταῖς ναυσὶ κατὰ θάλασσαν. καὶ δεινὸν μηδενὶ ὑμῶν δόξῃ εἶναι ὅτι καὶ κατὰ θάλασσαν· τὸ γὰρ ναυτικὸν ἡμῶν, ὅπερ κἀκεῖνοι πυνθάνονται, τὸ μὲν πρῶτον ἤκμαζε καὶ τῶν νεῶν τῇ ξηρότητι καὶ τῶν πληρωμάτων τῇ σωτηρίᾳ· νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι τοσοῦτον χρόνον ἤδη θαλασσεύουσαι καὶ τὰ πληρώματα ἔφθαρται. τὰς μὲν γὰρ ναῦς οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψῦξαι διὰ τὸ ἀντιπάλους τῷ πλήθει καὶ ἔτι πλείους τὰς τῶν πολεμίων οὔσας ἀεὶ προσδοκίαν παρέχειν ὡς ἐπιπλεύσονται· φανεραὶ δ' εἰσὶν ἀναπειρώμεναι καὶ αἱ ἐπιχειρήσεις ἐπ' ἐκείνοις καὶ ἀποξηρᾶναι τὰς σφετέρας μᾶλλον ἐξουσία· οὐ γὰρ ἐφορμοῦσιν ἄλλοις. ἡμῖν δ' ἐκ πολλῆς ἂν περιουσίας νεῶν μόλις τοῦτο ὑπῆρχε καὶ μὴ ἀναγκαζομένοις, ὥσπερ νῦν, πάσαις φυλάσσειν· εἰ γὰρ ἀφαιρήσομέν τι καὶ βραχὺ τῆς τηρήσεως, τὰ ἐπιτήδεια οὐχ ἕξομεν, παρὰ

Atheniensibus.

Prius acta, o Athenienses, ex aliis multis comperta habetis epistolis, nunc vero tempus, ut item de præsenti, in quo versamur, statu certiores facti deliberetis. Scilicet postquam Syracusanos, in quos missi sumus, plurimis prœliis superavimus et mœnia, in quibus nunc sumus, ædificavimus, venit Gylippus Lacedæmonius cum exercitu e Peloponneso Siciliæque urbibus nonnullis collecto. Et primo quidem prœlio vincitur a nobis, altero vero equitum iaculatorumque turba pressi in mœnia nos recepimus. Nunc igitur nos missa communitione propter adversariorum multitudinem quiescimus (neque enim universo exercitu uti licet, quum partem militum gravis armaturæ mœnium consumat custodia), illi vero iuxta ædificaverunt nobis murum simplicem, ut non liceat amplius ipsos circummunire, nisi quis murum iuxta positum multo exercitu immisso capiat. Atque accidit nobis ut, qui alios obsidere videbamur, ipsi potius, quantum id terram quidem attinet, hoc patiamur : namque non longe per agros propter equites egredimur. Miserunt etiam in Peloponnesum legatos ad alium exercitum conducendum, inque Siciliæ civitates Gylippus profectus est, ut alias, quotquot nunc quiescunt, ad bellum secum gerendum excitet, ex aliis iam novum exercitum pedestrem et navalem apparatum, si possit, adducat. Constituerunt enim, ut audio, pedestribus simul copiis mœnia nostra tentare et mare navibus. Nec quod mare quoque mirum cuiquam vestrum videatur. Classis enim nostra, quod illi quoque compertum habent, ab initio quidem valebat et navium aritudine et classicorum incolumitate, nunc vero naves, per tantum tempus mari immersæ, madore vitiosæ factæ et classici corrupti sunt. Nam naves non licet subductas exsiccare, propterea quod exspectandum semper est fore ut numero pares atque adeo plures hostium naves impetum faciant. Apparet autem periculum eas esse facturas, estque penes illos invadendi facultas et suas magis exsiccandi naves copia : non enim alii custodiendi ipsis sunt. Nobis autem vel navium copia abundantibus vix facere hoc liceret, etiamsi non, ut nunc, omnibus custodire coacti essemus. Nam si vel minimum quid de custodia detrahamus, commeatum non habebimus, quem nunc quoque iuxta illorum urbem

τὴν ἐκείνων πόλιν χαλεπῶς καὶ νῦν ἐσκομιζόμενοι. τὰ δὲ πληρώματα διὰ τόδε ἐφθάρη τε ἡμῖν καὶ ἔτι νῦν φθείρεται, τῶν ναυτῶν τῶν μὲν διὰ φρυγανισμὸν καὶ ἁρπαγὴν καὶ ὑδρείαν μακρὰν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπολλυμένων· οἱ δὲ θεράποντες, ἐπειδὴ ἐς ἀντίπαλα καθεστήκαμεν, αὐτομολοῦσι, καὶ οἱ ξένοι οἱ μὲν ἀναγκαστοὶ ἐσβάντες εὐθὺς κατὰ τὰς πόλεις ἀποχωροῦσιν, οἱ δ' ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ τὸ πρῶτον ἐπαρθέντες καὶ οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι, ἐπειδὴ παρὰ γνώμην ναυτικόν τε δὴ καὶ τἄλλα ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνθεστῶτα ὁρῶσιν, οἱ μὲν ἐπ' αὐτομολίας προφάσει ἀπέρχονται, οἱ δ' ὡς ἕκαστοι δύνανται· πολλὴ δ' ἡ Σικελία· εἰσὶ δ' οἳ καὶ αὐτοὶ ἐμπορευόμενοι ἀνδράποδα Ὑκκαρικὰ ἀντεμβιβάσαι ὑπὲρ σφῶν πείσαντες τοὺς τριηράρχους τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ ἀφῄρηνται. ἐπισταμένοις δ' ὑμῖν γράφω, ὅτι βραχεῖα ἀκμὴ πληρώματος καὶ ὀλίγοι τῶν ναυτῶν οἱ ἐξορμῶντές τε ναῦν καὶ ξυνέχοντες τὴν ἐρεσίαν. τούτων δὲ πάντων ἀπορώτατον τό τε μὴ οἷόν τε εἶναι ταῦτα ἐμοὶ κωλῦσαι τῷ στρατηγῷ (χαλεπαὶ γὰρ αἱ ὑμέτεραι φύσεις ἄρξαι) καὶ ὅτι οὐδ' ὁπόθεν ἐπιπληρωσόμεθα τὰς ναῦς ἔχομεν, ὃ τοῖς πολεμίοις πολλαχόθεν ὑπάρχει, ἀλλ' ἀνάγκη ἀφ' ὧν ἔχοντες ἤλθομεν τά τε ὄντα καὶ ἀπαναλισκόμενα γίγνεσθαι· αἱ γὰρ νῦν οὖσαι πόλεις ξύμμαχοι ἀδύνατοι, Νάξος καὶ Κατάνη. εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις, ὥστε τὰ τρέφοντα ἡμᾶς χωρία τῆς Ἰταλίας, ὁρῶντα ἐν ᾧ τ' ἐσμὲν καὶ ὑμῶν μὴ ἐπιβοηθούντων, πρὸς ἐκείνους χωρῆσαι, διαπεπολεμήσεται αὐτοῖς ἀμαχεὶ ἐκπολιορκηθέντων ἡμῶν [ὁ πόλεμος]. τούτων ἐγὼ ἡδίω μὲν ἂν εἶχον ὑμῖν ἕτερα ἐπιστέλλειν, οὐ μέντοι χρησιμώτερά γε, εἰ δεῖ σαφῶς εἰδότας τὰ ἐνθάδε βουλεύσασθαι. καὶ ἅμα τὰς φύσεις ἐπιστάμενος ὑμῶν, βουλομένων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν, αἰτιωμένων δὲ ὕστερον, ἤν τι ὑμῖν ἀπ' αὐτῶν μὴ ὁμοῖον ἐκβῇ, ἀσφαλέστερον ἡγησάμην τὸ ἀληθὲς δηλῶσαι. καὶ νῦν ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν τὸ πρῶτον καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ δὲ Σικελία τε ἅπασα ξυνίσταται καὶ ἐκ Πελοποννήσου ἄλλη στρατιὰ προσδόκιμος, αὐτοὶ βουλεύεσθε ἤδη ὡς τῶν γ' ἐνθάδε μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνταρκούντων, ἀλλ' ἢ τούτους μεταπέμπειν δέον ἢ ἄλλην στρατιὰν μὴ ἐλάσσω ἐπιπέμπειν καὶ πεζὴν καὶ ναυτικήν, καὶ χρήματα μὴ ὀλίγα, ἐμοὶ δὲ διάδοχόν τινα, ὡς ἀδύνατός εἰμι διὰ νόσον νεφρῖτιν παραμένειν. ἀξιῶ δ' ὑμῶν ξυγγνώμης τυγχάνειν· καὶ γὰρ ὅτ' ἐρρώμην πολλὰ ἐν ἡγεμονίαις ὑμᾶς εὖ ἐποίησα. ὅ τι δὲ μέλλετε, ἅμα τῷ ἦρι εὐθὺς καὶ μὴ ἐς ἀναβολὰς πράσσετε, ὡς τῶν πολεμίων τὰ μὲν ἐν Σικελίᾳ δι' ὀλίγου ποριουμένων, τὰ δ' ἐκ Πελοποννήσου σχολαίτερον μέν, ὅμως δ', ἢν μὴ προσέχητε τὴν γνώμην, τὰ μὲν λήσουσιν ὑμᾶς ὥσπερ καὶ πρότερον, τὰ δὲ φθήσονται.

ægre invehimus. Classiarii vero ideo corrupti nobis sunt et adhuc corrumpuntur, quod nautæ quidem propter lignationem et rapinam et aquationem longius evagantes ab equitibus opprimuntur, servi autem, postquam ad virium æqualitatem redacti sumus, transfugiunt, atque peregrinorum alii, qui necessitate coacti naves conscenderant, statim in suam quisque civitatem redeunt, alii magna mercede primum allecti et quæstum sese facturos potius quam certamen subituros existimantes, quoniam præter exspectationem classem iam et reliqua ab hostium parte obsistentia vident, partim suæ voluntatis prætextu discedunt, partim ut quique possunt : late autem patet Sicilia : sunt etiam qui ipsi mercatum facientes mancipia Hyccarica pro se ut in naves imponerent trierarchis persuaserint atque ita perdiderint exactam rei nauticæ disciplinam. Scientibus vobis scribo exiguam esse copiam remigum ætate et robore florentium, paucosque esse nautas, qui navem e statione deducere et remiges coercere queant. His omnibus vero maior in eo posita est difficultas, quod ego, qui sum imperator, hæc impedire nequeo (difficilis enim ad regendum vestra est indoles) neque habemus unde naves iterum compleamus, id quod hostibus multis ex locis suppetit, verum necesse est ut ad ea, quæ huc nobiscum attulimus, et quæ adhuc sunt et quæ perdidimus referantur : nam quæ nunc a nostris stant partibus civitates imbecilles sunt, Naxus atque Catana. Sin vero hoc unum adhuc eveniet hostibus, ut quæ nos alunt urbes Italiæ, quum quo in rerum statu simus neque vos auxilio venire vident, ad illos transeant, sine gladio nobis expugnatis debellatum ipsis erit. His gratiora quidem alia scribere ad vos possem, nec vero utiliora, si quidem rerum qui hic est statu penitus perspecto deliberandum vobis est. Ac simul quum indolem vestram norim, qua cupitis quidem iucundissima audire, deinde vero obiurgatis, si quid secus vobis cesserit, tutius existimavi verum aperire. Atque nunc, ad quæ missi sumus ab initio, in eis et milites et duces tales se gessisse, ut reprehendendi non sint, persuasum habeatis : sed quoniam universa Sicilia vires contulit, novusque ex Peloponneso instat exercitus, ipsi iam deliberate reputantes, quæ hic sunt nobis ne ad præsentes quidem hostes sufficere propulsandos, verum aut hos domum esse revocandos aut alias mittendas copias haud minores et pedestres et navales et pecunias sat magnas, mihique successorem, qui ob renum dolores perdurare nequeam. Neque venia vestra indignus mihi videor : nam dum valebam, imperator sæpe de vobis bene merui. Quicquid autem statuetis, primo statim vere et sine cunctatione facitote, quum hostes, quæ in Sicilia ipsis suppetunt, brevi, quæque ex Peloponneso instant tardius quidem, sed ita tamen paraturi sint, ut, si animum non attendatis, aut fallant vos, sicut et antea, aut antevertant.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

PAUSANIÆ EPISTOLA.

Ξέρξῃ.

Παυσανίας ὁ ἡγεμὼν τῆς Σπάρτης τούσδε τέ σοι χαρίζεσθαι βουλόμενος ἀποπέμπει δορὶ ἑλὼν, καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ, θυγατέρα τε τὴν σὴν γῆμαι καί σοι Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι μετὰ σοῦ βουλευόμενος. εἰ οὖν τί σε τούτων ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πιστὸν ἐπὶ θάλασσαν, δι' οὗ τὸ λοιπὸν τοὺς λόγους ποιησόμεθα.

Xerxi.

Pausanias Spartanorum dux et hos tibi gratificari cupiens remittit bello captos, et polliceor, si tibi quoque placet, me nuptum mihi data filia tua Spartam atque reliquam Græciam in tuam potestatem traditurum. Videor enim mihi efficere hoc posse tuo consilio adiutus. Si igitur quid horum tibi gratum est, hominem ad mare mitte fidum quo uti possimus ad res nostras agendas.

ΞΕΡΞΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Ὧδε λέγει βασιλεὺς Ξέρξης Παυσανίᾳ. καὶ τῶν ἀνδρῶν, οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου ἔσωσας, κεῖταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος, καὶ τοῖς λόγοις τοῖς ἀπὸ σοῦ ἀρέσκομαι. καὶ σὲ μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι ὧν ἐμοὶ ὑπισχνῇ, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δαπάνῃ κεκωλύσθω μηδὲ στρατιᾶς πλήθει, εἴ ποι δεῖ παραγίγνεσθαι, ἀλλὰ μετ' Ἀρταβάζου ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὅν σοι ἔπεμψα, πρᾶσσε θαρσῶν, καὶ τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σὰ ὅπῃ κάλλιστα καὶ ἄριστα ἕξει ἀμφοτέροις.

XERXIS EPISTOLA.

Sic dicit rex Xerxes Pausaniæ. Et pro viris, quos Byzantio mihi trans mare salvos misisti, reposita tibi est gratia in nostris ædibus nulla oblivione delenda, et propositis tuis gaudeo. Itaque nec nox nec dies te arceat quin eorum, quæ mihi polliceris, aliquid peragas, neque impedimento sit auri argentique impensa neque copiarum quopiam mittendarum multitudo, sed cum Artabazo probo viro, quem tibi misi, confidenter transige et meas res et tuas, prout utrique maxime conducet.

ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PERIANDRI EPISTOLÆ.

α'. Τοῖς σοφοῖς.

Πολλὰ χάρις τῷ Πυθοῖ Ἀπόλλωνι τοῦ εἰς ἓν ἐλθόντας εὑρεῖν, ἀξοῦντί τε καὶ ἐς Κόρινθον ταὶ ἐμαὶ ἐπιστολαί. ἐγὼν δὲ ὑμᾶς ἀποδέχομαι, ὡς ἴστε αὐτοί, ὅτι δαμοτικώτατα. πεύθομαι ὡς πέρυτι ἐγένετο ὑμῶν ἁλία παρὰ τὸν Λυδὸν ἐς Σάρδεις. ἤδη ὦν μὴ ὀκνεῖτε καὶ παρ' ἐμὲ φοιτᾶν τὸν Κορίνθου τύραννον. ὑμᾶς γὰρ καὶ ἄσμενοι ὄψονται Κορίνθιοι, φοιτεῦντας ἐς οἶκον τὸν Περιάνδρου.

I. Sapientibus.

Gratias multas ago Pythio Apollini, quod in unum coactos vos inveniam, atque perducent vos epistolæ meæ Corinthum. Ego vero vos, ut nostis ipsi, quam civilissime excipiam. Audio vos superiore anno Sardes apud Lydum convenisse. Itaque ne dubitetis ad me quoque proficisci Corinthi tyrannum. Vos enim libenter videbunt Corinthii Periandri domum adeuntes

β'. Προκλεῖ.

Ἐμὶν μὲν ἀκούσιον τᾶς δάμαρτος τὸ ἄγος, τὺ δὲ ἑκὼν τῷ παιδί με ἄπο θυμοῦ ποιήσαις ἀδικεῖς. ἢ ὦν παῦσον τὰν ἀπήνειαν τῶ παιδός, ἢ ἐγὼν τὺ ἀμυνοῦμαι. καὶ γὰρ δὴν καὶ αὐτὸς ποινὰς ἔτισα τὶν τᾷ θυγατρί, συγκατακαύσας αὐτᾷ τὰ πασᾶν Κορινθιᾶν εἵματα.

II. Procli.

Nobis quidem non ex sententia fuit uxoris cædes, tu vero, qui pueri animum volens a me abalienasti, iniuste facis. Aut igitur filii inimicitiæ impone finem aut ego te ulciscar. Nam iam dudum filiæ tuæ pœnas persolvi, omnium Corinthiarum mulierum vestibus cum ipsa concrematis.

ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHALARIDIS EPISTOLÆ.

α'. Λυκίνῳ.

Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον, οὐκ ἀγνοῶ δὲ λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα· σὲ δ' οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. σώματος μὲν γὰρ ἀρρωστίαν θεραπεύει τέχνη, ψυχῆς δὲ νόσον ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος, ὃν ἐπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προστρίβεις, ἀλλ' ἑκουσίων, ὧν αὐτὸς εἴργασαι, προσδέχου.

β'. Μεγαρεῦσι.

Οὐ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐηργετημένων, ὅτι μου κρινομένου περὶ τῶν ὅρων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας κατεψευδομαρτυρήκατε, κατηγορῶ δὲ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας, ὅτι προπηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις οὐ σωφρονίζομαι. ὑμεῖς μὲν γὰρ οὐδέποτε χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε, ἐγὼ δ' ὡς μηδέποτε ἐπιλελησμένοις χαρίζομαι.

γ'. Τυρσηνῷ.

Εἰ τοὺς μετ' ἀνάγκης τι πράξαντας τῶν μὴ νομίμων χαλεπὰς ἔχειν δεῖ περὶ τοῦ μέλλοντος βίου τὰς προσδοκίας, ὡς ὑπέφαινες Αἰγεσταίοις, εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ, τίνας ἐχρῆν ἐλπίδας ἔχειν σὲ περὶ σεαυτοῦ, τὸν μὴ μετ' ἀνάγκης μηδὲν ὧν παρανενόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἅπαντα ἠσεβηκότα;

δ'. Λυκίνῳ.

Οὐκ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις ὡς παρόντα με καὶ δυνάμενον ἀποκρίνασθαί σοι, τίς εἰμὶ καὶ τίνων καὶ πόθεν. ἐγὼ γὰρ ὥσπερ ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱόν, Ἀστυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον, τύραννον Ἀκραγαντίνων, ἔμπειρον πολέμων, ἀπτῶτα μέχρι τοῦ παρόντος, οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισί, λάγνον δ' ἐν νέοις, μοιχὸν δ' ἐν γυναιξίν, ἀκόλαστον δ' ἐν νόμοις, ἀσελγῆ δ' ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δ' ἐν εἰρήνῃ, λιποτάκτην δ' ἐν πολέμῳ, δώσοντά μοι καὶ τῶν δημηγοριῶν καὶ τούτων

I. Lycino.

Polycletus Messanius, quem proditionis apud cives accusas, liberavit me morbo insanabili. Nec ignoro, me luctus nuntiare tibi atque lacrimas. Te vero ne ipse quidem antistes artis Æsculapius cum omnibus diis persanaverit. Nam corporis infirmitatem curat ars, animæ vero morbum medica sanat mors, quam gravissimam pro multis magnisque iniuriis, non ab invito factis, quas mihi obicis, sed voluntariis, quas ipse fecisti, exspecta.

II. Megareis.

Non reprehendo vestrum beneficiis sæpe numero affectorum ingratum animum, quod in me de finibus cum vicinis disceptantem falsum dedistis testimonium, me ipsum vero inertiæ accuso, quod iniuria sæpenumero affectus ab iisdem non disco sapere. Vos enim nunquam gratiæ memores erga me vos geritis, ego vero tanquam nunquam oblitis gratificor.

III. Tyrseno.

Si, qui necessitate coacti iniusti quid fecerunt, eorum acerbam oportet esse futuri exspectationem, ut Segestanis significabas, quum ad divinam providentiam res meas referebas, quamnam par est te spem habere de te ipso, qui nihil eorum quæ inique fecisti necessitate coactus, sed consulto impie perpetrasti omnia?

IV. Lycino.

Non recte interrogasti apud Leontinos tanquam præsentem me et qui possem tibi respondere, quis essem et a quibus et unde. Ego enim ut memet novi Phalarin, Leodamantis filium, Astypalæum genere, patria exulem, tyrannum Agrigentinorum, peritum bellorum, ad hoc usque tempus invictum, sic novi etiam Lycinum exoletum in pueris, mollem in iuvenibus, adulterum in mulieribus, intemperantem in legibus, protervum in voluptatibus, desidem in pace, desertorem in bello, daturum mihi et concionum et eorum quorum te con-

ὧν ἐλέγχω σε δίκην, ἐὰν μὴ θᾶττον ἁλῷς, ἀλλ' οὖν ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι, βουλόμενοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι πολέμου.

vinco pœnas, nisi citius captus fueris, ubi Leontini te tradiderint, bellum nobiscum gestum componere cupientes.

ε'. Λεοντίνοις.

Εἰ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον, μηδὲν αἰδεσθέντες ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν ἅπασαν εἰς τοῦτον ἀφεὶς παύσωμαι τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ. χρήσομαι δ' οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους.

V. Leontinis.

Si componere me cupitis bellum vobiscum gestum, nihil veriti tradite mihi Lycinum, ut omni bile in hunc effusa irasci civitati desinam. Tractabo eum autem nihilo durius quam omnes vos velle scio.

ς'. Ζευξίππῳ.

Τῷ μὲν υἱῷ σου διὰ τὴν νεότητα συγγινώσκω, σοὶ δὲ διὰ τὸ γῆρας, καίπερ ἀσύγγνωστα πεποιηκόσιν. ἂν μέντοι μὴ παύσησθε τῆς αὐθαδείας, οὔτ' ἐκεῖνον ἡ νεότης οὔτε σὲ τὸ γῆρας ἐξαιρήσεται, δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε, δι' ἃ νῦν συγγνώμης ἀξιοῦσθε.

VI. Zeuxippo.

Filio tuo propter iuventutem ignosco, tibi vero propter senectutem, quamvis talia quæ ignosci nequeunt feceritis. Sin vero non destiteritis a contumacia, nec illum iuventus, nec te senectus liberabit, sed propter ea ipsa magis etiam puniemini, ob quæ nunc venia dignamini.

ζ'. Εὐήνῳ.

Γνώμης γενόμενος τὸ πρῶτον ἁλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν ἀνθ' ὧν ἠδίκηκέ μου τοὺς ναυάρχους, μετέγνων ὕστερον καὶ σέσωκα. μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σὲ λυπεῖν ἢ διὰ τῆς ἀναιρέσεως τὸν ἀποθανόντα.

VII. Eueno.

Quum primum decrevissem, filium tuum captum interficere, quod navium præfectos meos iniuria affecerat, dein sententia mutata servavi. Malim enim illius vita tibi quam eius morte ipsi dolorem commovere.

η'. Σαμέᾳ.

Εἰδώς σου τὴν χρηστότητα τοῦ τρόπου καὶ τὴν ὑπερφυᾶ πρὸς ἅπαντας φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας ἡμέρως καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνας καὶ συμφορὰς ἡγῇ, γέγραφά σοι συντόμως, ὅτι καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὴν παράταξιν καὶ τὸ τελευταῖον τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα νενικήκαμεν, ἵν' ἀκούσας, ὡς προσήκει καλῷ κἀγαθῷ, στένῃς ἀδιαλείπτως, λαμβάνων παρὰ τῆς σεαυτοῦ φύσεως τὰς ἀξίας καὶ πρεπούσας τοσαύτῃ κακοηθείᾳ βασάνους.

VIII. Sameæ.

Cognita qua es morum bonitate et incredibili in omnes humanitate, et quod aliorum successus pro lenitate tua atque misericordia proprios cruciatus calamitatesque ducis, scripsi tibi breviter, vicisse nos et caussam et prœlium tam navale quam terrestre et postremo equestre certamen, ut nuntio accepto, sicut convenit viro bono et honesto, continenter gemas, sumptis a tua ipsius natura dignis ac tantæ malignitati consentaneis tormentis.

θ'. Κλεοστράτῳ

Πάνυ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ· τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾶν ἐπιβαλλόμενον καὶ αὐτὸν ἀπηλλάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας. σὺ δὲ ταῖς τῶν ὑπὸ σοῦ νουθετουμένων κακίαις ἔνοχος ὢν καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν οὕτω νουθετεῖς.

IX. Cleostrato.

Omnino mihi videtur dignum esse quod ridens quis miretur, castigari aliquos a te: nam qui alios reprehendere conatur, ipsum abesse oportet ab omni improbitate. Tu vero eorum, qui a te obiurgantur, vitiis et reliquis omnibus obnoxius quasi ab omni vitio vacuus ita demum obiurgas.

ι'. Λακρίτῳ.

Ἀχθομένῳ σοι βαρέως ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς τελευτῇ πᾶσα συγγνώμη, κἀγὼ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡσεὶ τῶν οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγούμενος, μεῖζον ἄχθομαι, καίτοι στερροτέρᾳ φύσει πρὸς τὰ τοιαῦτα

X. Lacrito.

Filii mortem graviter ferenti tibi omni modo ignoscendum, atque vehementer mihi dolenti quasi alicuius necessarii casum maiori tristitiæ est, firmiore licet animo adversus talia utar, quod nec immoderate dolentibus

χρώμενος διὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾶν μηδὲ τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. παραμυθία δέ σοι ἔστω μεγάλη τῆς ἐπ' αὐτῷ συμφορᾶς πρῶτον μέν, ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐν πολέμῳ σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκεν, εἶθ' ὅτι νικῶν καλλίστου τέλους ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἠξίωται, τὸ δὲ τελευταῖον ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν παρὰ τὸν βίον ἐπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθὸς ἄδηλον εἰ μὴ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον· αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον, οὐχ αἱ γνῶμαι κρατοῦσιν· ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος ἐν τῷ καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πρᾴως καὶ μετρίως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν.

ια'. Μεγακλεῖ.

Καὶ τοὺς ἵππους ἐκπέπομφά σοι κεκοσμημένους ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καὶ τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα. κἂν ἄλλου του δέῃ, μὴ κατόκνει γράφειν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησαμένῳ χαριούμεθα.

ιβ'. Ἀγλάῳ.

Τεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου ὅσον παρέσχεν ὁ θεὸς εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παρῄνεις, ἀλλ' εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. σὺ δ' οὐδ' εἰς τοῦτο πρόθυμον ἡμῖν σεαυτὸν ἐχαρίσω, τὸ κατά γε ὑμᾶς τοὺς φίλους, κἂν ἀποσφαλῶμεν τῆς ἀρχῆς, ἔχεσθαι τῶν ἐλπίδων. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γε λαβὼν ὡς παρακαταθήκην ἐμοὶ φυλαχθησομένην φίλου τι ποίησον ἔργον· πιστὸν γὰρ οὐδὲν ἡγησόμεθα γῆς μέρος παρελθόντες ὡς κόνεως ἀπιστοτέρους τοὺς ἐξ ὑμῶν τῶν ἑταίρων κρατίστους. ὧν εὐτυχούντων, κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δαίμονι, ἡσθεὶς οὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω.

ιγ'. Ἡροδίκῳ.

Ἄλλου μὲν ἦν κακῶς πεπονθότος μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν' ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος ἁλῷ, ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι τὸ τὸν ἀγνοοῦντα χειρώσασθαι. προηδικημένος δ' ὑπὸ σοῦ μεγάλα μηνύω σοι φυλάττεσθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἐξ ἡμῶν ἄμυναν, ἵνα πρὸ τοῦ μὲν παθεῖν ἡ προσδοκία κολάζῃ σε, μετὰ δὲ τὴν προσδοκίαν αὐτὸ τὸ παθεῖν.

ιδ'. Εὐμήλῳ.

Οὔτε δοκοῦντος οὔτε ὄντος ἀδίκου τὸν ἄρξαντα πλημμελεῖν ἀμύνεσθαι, τοῦ πρώτου γεγονότος ὑπὸ σοῦ τὸ δεύτερον παρ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου.

quicquam video commodi. Solatium vero magnum esto tibi in hac calamitate, primum quod pro patria fortiter pugnans in bello cecidit, deinde quod victor pulcherrimo vitæ exitu a fato donatus est, postremo quod nullo dum vixit vitio commisso virtutem suam morte confirmavit. Qui enim in vita bonus est, obscurum an in peius degeneret, fortuna enim homines plerumque, non consilium regit : qui autem inculpatus moritur, in pulcherrimo gloriæ gradu collocatus est. Puta igitur, digna te nativitatis atque educationis ab eo præmia accepisse, quod bonus et honestus ad mortem usque fuit, atque has ei vices redde, ut leniter moderateque calamitatem feras

XI. Megacli.

Et equos emisi tibi ornatos ad certamen, et ut pecuniam daret Teucro imperavi. Ac si qua alia re indigeas, scribere ne cuncteris : nihil enim eorum, quæ petieris, tam magnum quicquam erit, quod non omnino petenti gratificabimur.

XII. Aglao.

De divitiis, quantacunque præbuit deus ad vicissitudines fortunæ, thesaurum reposuimus non in terræ penetralibus, sicut hortabare, sed in eos amicorum, qui dona accipere voluerunt. Tu vero ne eatenus quidem promptum temet nobis præstitisti, ut in vobis amicis, si imperio exciderimus, firmam spem repositam haberemus. At vero etsi ante non, nunc tandem accepto tanquam deposito mihi custodiendo amici facito officium. Fidam enim nullam terræ partem existimabimus, si tanquam pulvere infideliores e vobis amicis præteriemus præstantissimos : qui ubi felices fuerint, tametsi ego cum altera conflixero fortuna, lætus tamen nihilo minus me felicem arbitrabor.

XIII. Herodico.

Alius esset malo affecti nihil confiteri apud eius auctorem de ultione, ut nihil suspicionis in ipsum habens opprimeretur, ego vero ignavi hominis esse puto, opprimere ignorantem. Iniuria vero magna affectus ante a te moneo te, ut caveas futuram a nobis ultionem, quo ante supplicium exspectatione eius puniaris, post exspectationem vero ipso supplicio.

XIV. Eumelo.

Quum nec videatur nec sit iniustum eum qui primus peccaverit ulcisci, quum prius factum sit a te, posterius a nobis futurum exspecta.

ιε'. Τεύκρῳ.

Ταυρομενείταις τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων, ἅπερ ἔλαβον, ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν ἀλλὰ Στησιχόρου. ζῇ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν τῶν ληψομένων εὐεργεσίαν ὁ παρ' ἐμοῦ ταύτην ᾐτημένος, τέθνηκε μέντοι ἡ περὶ τούτων αὐτῷ χάρις εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους δεδομένη.

XV. Teucro.

Tauromenitanis pretia captivorum, quæ accepi, redde non meo, sed Stesichori beneficio. Vivit enim ille ad bene faciendum accepturis, qui a me hoc petiit, interiit vero ei his præstitum beneficium in immemores homines datum.

ις'. Ἀριστοφῶντι.

Τὰ μὲν σὰ καὶ τούτων ὧν πεπόμφαμεν καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων ἀγαθῶν ἄξια, τὰ δ' ἐμὰ μὴ βούλου μαθεῖν· οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν σιγῆς κρεῖττον.

XVI. Aristophonti.

Tua quidem et iis quæ misimus et pluribus etiam ac maioribus beneficiis digna sunt, mea vero cognoscere noli : nihil enim melius quam silentio ea premi.

ιζ'. Ἀμφινόμῳ.

Οὐ διδόναι χάριτας οἶμαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν, ἀξιῶ, μὴ ὡς πρὸς δεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς πρὸς ὀφείλοντά σοι διὰ τὸ βουληθῆναί σε λαβεῖν ἃ ἐπέμψαμεν γράφε.

XVII. Amphinomo.

Viris bonis donando non dare beneficia me arbitror, sed multo magis ab ipsis accipere. Quare, obsecro, ad me scribas non ut qui dederim beneficium, sed ut qui devinctus tibi sim, quod ea quæ misimus accipere voluisti.

ιη'. Ἐρυθείᾳ.

Καί περ ἐμαυτοῦ πλείστην οἶδά σοι χάριν καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ παιδός, ὃν ἐπὶ σοὶ κατέλιπον, Ἐρύθεια· περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι φεύγοντός μου χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον ἢ γήμασθαί τινι, πλείστων ἀγαγέσθαι σε βουλομένων, περὶ δὲ τοῦ παιδός, ὅτι σὺ ἀμφότερα καὶ πατὴρ αὐτῷ καὶ μήτηρ ἐγένου, οὔτ' ἄνδρ' ἕτερον ἀντὶ Φαλάριδος, οὔθ' υἱὸν ἀντὶ Παυρόλα προτιμήσασα, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἀνδρὸς δευτέρου τὴν ἐπὶ τῷ πρώτῳ μονὴν ἑλομένη, ἀντὶ δὲ παιδὸς ἄλλου τὸν ὑπὸ τοῦ πρώτου σπαρέντα σώζουσα. τελείωσον οὖν ἀνδρὶ καὶ υἱῷ τὴν ὑπὸ σεαυτῆς αὐτῷ δεδομένην χάριν, ἄχρις ἂν φρονήσας τὰ ἁρμόζοντα τοῖς χρόνοις μήτε πατρὸς ἔτι μήτε μητρὸς προσδέηται. λιπαρῶ δέ σε μετὰ τοσαύτης δεήσεως, οὐχ ὡς ἀπιστῶν μητρὶ περὶ τέκνου καὶ ταῦτα τοιαύτῃ, ἀλλ' ὡς πατὴρ ὑπὲρ ἑνὸς υἱοῦ φοβούμενος. δύναιο δ' ἂν ἀπὸ τῶν σεαυτῆς παθῶν καὶ τὸ παρὰ πατέρων ἐπὶ τέκνοις ἐνθυμηθεῖσα δέος συγγνώμης ἀξιοῦν τὸν οὕτως ἐπιστέλλοντά με.

XVIII. Erythiæ.

Et meo nomine gratias tibi ago et communis filii, quem tuæ curæ reliqui, Erythia : ac meo quidem, quod me exule viduitatem sustinere quam alteri nubere maluisti, plurimi licet uxorem te expeterent, filii vero, quod utrumque et pater ei et mater fuisti, neque alium virum Phalaridis neque Paurolæ filium prætulisti, sed pro secundo viro primo adhærere voluisti, pro filio vero alio quem ex primo conceperas servasti. Perfice igitur viro et filio quod tua sponte huic fecisti beneficium, usque dum temporibus convenienter sapiat, neque patre amplius nec matre indigeat. Hoc abs te tantis precibus contendo, non ut qui matri, ac tali quidem, permittere puerum dubitem, sed ut pater, qui unico filio metuit. Poteris autem ex tuo ipsius animo de patrum propter filios metu coniectura facta mihi sic præcipienti ignoscere.

ιθ'. Παυρόλᾳ.

Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας, ὦ παῖ, στέργειν σοι προσήκει καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι· τοῦτο γὰρ καὶ σεμνὸν καὶ ἄλλως εὐσεβὲς υἱῷ, μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγεννηκότων καὶ τοσαῦτ' εὐηργετηκότων χάριτος. ἐπεί τοι πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον ἢ μητρός· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων τὰ πατρὸς ἂν εἴη δίκαια πρὸς τέκνων αὔξησιν καὶ τὰ μητρός, ἀλλ' ἡ μὲν γὰρ σὺν τῷ κυῆσαι καὶ γεννῆσαι καὶ τιθηνῆσαι μυρίους ἄλλους ἀνήντλησε πόνους, ὁ δ' ἐκτραφέντος ὑπὸ τῆς τεκούσης καὶ τελειωθέντος ἀπολαύσεως μετέχειν

XIX. Paurolæ.

Maxime ambo parentes, o fili, amare oportet te ac plurimi facere : hoc enim et sanctum et omnino pium est, ut filius gratiam referat iis, qui ipsum genuerunt et tantis affecerunt beneficiis; verum tamen patrem potius neglige quam matrem. Non enim æqua et paria patris fuerint iura in liberorum incrementa atque matris, verum hæc præterquam quod in utero gestat et parit et nutrit innumerabiles alios perfert labores, ille vero educato eo a matre ac viro facto fructuum particeps

ἄξιοι, δυσκόλου πειραθεὶς οὐδενός. (2) ἰδιαίτερον δὲ τῶν ἄλλων ἡ σὴ μήτηρ διὰ τὰς ἐμὰς φυγὰς περὶ τῆς σῆς κεκοπίακε τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμφοῖν μόνη φροντίδας ὑποστᾶσα, ὥστε καὶ σὺ τὰς εἰς ἑκατέρους τοὺς γονέας εὐχαριστίας μιᾷ μητρὶ τῇ πάντα πονησάσῃ ἀπόδος. πεπληρώσεται γάρ σοι καὶ τὰ πρὸς τὸν πατέρα δίκαια διὰ τῶν εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπων· οὐδὲν γὰρ ἀπαιτήσω πλεῖον εἰς ἐμαυτόν, ἂν εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς, μᾶλλον δὲ καὶ προσειληφέναι παρὰ σοῦ πολὺ μέρος εὐεργεσίας ὁμολογήσω. πρέποι δ' ἄν σοι μητρὶ περὶ πολλῶν χάριν ἀποδόντι μεγάλης εὐεργεσίας ἀρχὴν ποιήσασθαι πρὸς πατέρα.

esse vult, expertus licet molesti nihil. (2) Præ ceteris vero tua mater propter exilium meum in te educando laboravit, quum pro ambobus sola curam sustineret. Quare etiam tu quam utrique parenti debes gratiam uni matri, quæ cuncta perfecit, refer. Nam expleta tibi erunt patri quoque debita officia, si pietate matrem prosequaris : nihil enim requiram amplius in me, quam ut in eam pius sis, immo et magnam a te beneficiorum partem accepisse confitebor. Decet vero te quum matri pro multis gratiam referas, magnorum beneficiorum initium facere in patrem.

κ'. Τῷ αὐτῷ.

Τὰ μὲν παρὰ πατρὸς εἰς υἱὸν ἔσχηκας δίκαια, Παυρόλα, τὰ δ' ἐκ σοῦ πατρὶ δυνάμενος οὐκ ἀντιπαρέχων ἁμαρτάνεις· πυνθάνομαι γάρ σε παιδείας, ὃ πολλάκις ἐμεμψάμην, οὐκ ἐπιμελεῖσθαι. ἄλλην δὲ χάριν οὐκ ἐπιζητῶ λαβεῖν παρὰ σοῦ ταύτης ὑστερήσας. ἴσθι δέ, ὅτι καὶ τὸ παιδείας συμφέρον ἂν χαρίσασθαι βουληθῇς, οὐχ ὁ ληψόμενος τὴν χάριν ἀλλ' ὁ δώσων μᾶλλον καθέξει.

XX. Eidem.

Quæ patris in filium sunt officia accepisti, Paurola, quæ vero tua si patri, quanquam potes, mutua non præstas, peccas. Intelligo enim te, quod sæpe reprehendi, litterarum studia non curare. Qua quidem frustratus gratia aliam a te non requiro. Scias autem, si literarum emolumentum gratificari volueris, non in eum, qui accepturus, sed qui daturus sit, multo magis collocatum iri beneficium.

κα'. Μεσσηνίοις.

Πολύκλειτον, ὡς πυνθάνομαι, τὸν ἰατρὸν ὑμεῖς μέμφεσθε ὡς προδότην Ἀκραγαντίνων γεγονότα, ὅτι με κάμνοντα παραλαβών, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου, καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κατηγορίαν ἀδικίας ποιεῖσθε, καὶ τοῦθ' ὁμολογοῦντες οὐκ αἰσχύνεσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν τρόπον μᾶλλον, ὅτι με θνήσκοντα πιστευθεὶς οὐχ ὡς τύραννον ἀνῄρηκεν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντα εὐνοήσας σέσωκεν. καὶ διὰ μὲν τὴν ὑμετέραν μέμψιν οὐδ' ὁτιοῦν πέπονθε κακόν, διὰ δὲ τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν ὅμοια τοῖς πρώτοις Σικελιωτῶν πεπλούτηκεν. οἶδα γοῦν, ὅτι διὰ τὴν δόσιν τῶν χαριστηρίων πάντες εὔχεσθε προδόται μᾶλλον Ἀκραγαντίνων ἢ τυραννοκτόνοι Φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

XXI. Messaniis.

Polycletum, ut audio, medicum vestrum accusatis tanquam Agrigentinorum proditorem, quod me ægrotum sibi traditum, quum posset interficere, gravissimo eripuit morbo, atque eius iustitiæ laudem in iniuriæ crimen convertitis, neque id vos pudet confiteri. Ego vero magis quam artem eius animum admiror, quod moribundum etiam fidei suæ commissum me non ut tyrannum sustulit, sed ut ægrotantem sua cura conservarit. Ac vestra quidem accusatione mali nihil quicquam passus est, meo vero grati animi beneficio divitiis par evasit primis Siculorum. Novi itaque, propter grati animi dona vos universos malle proditores Agrigentinorum quam tyrannicidæ Phalaridis audire.

κβ'. Ἀνδροκλεῖ.

Κἀγὼ μὲν ἐσπουδασμένως ἐπέσταλκα Στησιχόρῳ μηδὲν ἀχθεσθῆναι περὶ τῆς διαβολῆς, ἣν κατ' αὐτοῦ πεποίηνται πρός με οἱ περὶ Εὔβουλον, καὶ σὺ δὲ δός μοι ταύτην τὴν χάριν, ἀνάδοχος αὐτῷ γενόμενος περὶ τοῦ μηδὲν ἐμὲ κατ' αὐτοῦ πονηρὸν πεπιστευκέναι. μᾶλλον γὰρ ἂν πεισθείην, ὡς τὴν ἀρχὴν νὴ Δία οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν, ὅπερ ὡμολογήκασιν, ἢ ὡς διὰ τὰς ἐκείνου ποιήσεις, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἰδίας κακουργίας εἴησαν ἐπιβεβουλευκότες.

XXII. Androcli.

Et ego data opera scripsi Stesichoro, ne sollicitus esset de calumnia, quam in eam contulerunt apud me Eubulus atque socii, et tu hanc mihi fac gratiam, ut sponsor ei sis, nihil me mali adversus eum credidisse. Facilius enim mihi persuaderem, me nullis omnino insidiis, id quod confessi sunt, ab iis petitum, quam propter illius carmina, nec vero propter insitam ipsis malitiam insidiatos esse.

κγ'. Πυθαγόρᾳ.

Ἡ Φαλάριδος τυραννὶς τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας

XXIII. Pythagoræ.

Phalaridis tyrannis a Pythagoræ philosophia plurimum

πλεῖστον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι, κωλύει δὲ ὅμως οὐδὲν καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων συγγενομένους ἡμᾶς τὴν ἀτρεκῆ διάπειραν ἀλλήλων λαβεῖν· δύναιτο γὰρ ἂν καὶ τὰ πόρρωθεν διεστῶτα συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸν ὁμιλία. ἐγὼ μὲν οὖν ἀκοῇ τὰ περὶ σοῦ πυνθανόμενος ἄριστον ἄνδρα πέπεισμαί σε εἶναι, σὺ δὲ περὶ ἐμοῦ μὴ κρῖνε· ψευδὴς γάρ με δόξα λυπεῖ. οὐ μὴν ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρὸς σὲ δι' ἣν κατηγοροῦμαι τυραννίδα· ἄνευ μὲν γὰρ ὅπλων καὶ δορυφόρων ἐρχόμενος εὐεπιχείρητος ἔσομαι, μεθ' ὅπλων δὲ καὶ φρουρᾶς ὕποπτος. σοὶ δὲ πᾶσα ἀσφάλεια κινδύνων ἀπηλλαγμένῳ καὶ παραγενέσθαι πρός με καὶ μεθ' ἡσυχίας συμβιῶναι. (2) λαμβάνων δέ μου διάπειραν, ἐὰν μὲν ὡς τύραννον ἐξετάζῃς, ἰδιώτην εὑρήσεις με μᾶλλον ἢ τύραννον· ἐὰν δὲ ὡς ἰδιώτην, ἔχοντά τι διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τυράννου. κρατεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τε τοιαύτης ἀρχῆς ὠμότητι μὴ χρώμενον, οὐδ' ἔστιν ἐν τυραννίδι χρηστότης ἀκίνδυνον. διά τε οὖν τἄλλα καὶ διὰ τοῦτό σοι ποθῶ συγγενέσθαι· πείσομαι γάρ σοι τὴν ἡμερωτέραν ὁδὸν πορευθῆναι, ἐὰν τὸ πιστὸν εἰς σωτηρίαν τῷ πεισθησομένῳ μετὰ τῶν Πυθαγόρου λόγων ἡ ἀλήθεια προσβεβαιώσῃ.

Quum ob negotium necessarium essem Himeræ, carmina canentes ad lyram Stesichori filias audivi, alia ab ipso Stesichoro scripta, alia puellarum propria. Erant vero Stesichoreis filiarum carmina inferiora, aliorum vero si qua cum iis compararentur, longe meliora. Quamobrem ter beatum magistrum iudicavi, terque beatas, quæ ad istum eruditionis gradum præter naturam pervenissent, etiam discipulas. Age igitur, Paurola (valde enim et hanc ob caussam scire desidero), quo tandem consilio corpus exerces armis et venationibus reliquisque molestis laboribus, animum vero incultum relinquis litteris græcisque disciplinis, quem primum talibus exerceri oportebat atque solum? (2) Corpus enim curandum est valetudinis caussa, non roboris, nisi quis sacrorum certaminum caussa labores perferat, animo vero omnibus modis providere eum oportet, qui quam honorificentissime in libera republica victurus sit. Nisi forte tu, id quod nonnulli de te perhibent, tyrannidis æmulandæ atque imitandæ flagras studio, ut quæ legibus tibi debeatur, ac propterea corporis vires exerces, ad talem principatum obtinendum robur idoneum tibi esse ratus. Quod si recte sapias, ab eo, quem non sua sponte, sed necessitate urgente istam vitæ rationem sequutum principatus pœnitet, consilium accipe. Nam qui utrumque expertus est, tyranno subiectus esse quam agere tyrannum mallet. (3) Nam ille a reliquis malis liber ab uno metuit, tyranno, tyrannus vero et ab externis insidiatoribus et per quos servatur; necesse habet enim in multis periculis ac miseriis præcipue a custodibus sibi caveat. Quare prudenter accepta consulentis patris benevolentia fac ut par sis omnibus, potestatem autem perpetuo metu infinitisque periculis iunctam inimicis et inimicorum filiis relinque. Sin vero pro imperitia et adolescentia iucundi quid et grati, ac non summas calamitates et miserias inesse putas in tyrannide,

πάσχεις δι' ἄγνοιαν, εὔχου δέ σοι τὸν θεὸν μηδέποτε τυραννικῆς πεῖραν παραστῆσαι τύχης.

ξη'. Τῷ αὐτῷ.

Οὐχ ὑπὸ σοῦ πολλὰ νομίζω χρήματα αἰτεῖσθαι, μὰ τοὺς θεούς, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἐνδεέστερον εὑρίσκω ἢ δεῖ χρηστότητι παιδὸς ὑπηρετεῖν. εἴη μέντοι σε εἰς ὅσα φῂς ἀναλίσκειν, καὶ οὕτω διδοὺς τῶν ληψομένων φίλων ἀπορήσεις θᾶττον ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς αἰτούμενος. ὅτῳ γὰρ ἂν προηγῆται τὸ λαμπρῶς χαρίζεσθαι, ἕπεται τὸ μετὰ μεγαλοφροσύνης ἀξίως κτᾶσθαι· ὅταν δὲ ἅπαξ τὸ δρᾶν πρόθυμον παρῇ τισί, τὸ κατορθοῦν ἕτοιμον αἱ τύχαι παρέχονται. μὴ δὴ καταιδούμενός με τοιούτοις παρρησιάζου λόγοις ὡς οὐκ ἀσμένως ὀλίγα διδόντα υἱῷ, δι' ὃν τὰ πάντα περιεποιησάμην. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μέμφεσθαί σε τῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους ἐκτενείας, ὥσθ' ὑπερφυῶς ἡδόμενος ἄξια παραινῶ σοι διανοεῖσθαι τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας, ἵνα μὴ μόνον πρὸς τὸ παρὸν ᾖς μεγαλόφρων, συμπαραμενούσης δέ σοι τῆς αὐτῆς τύχης ἐσαεὶ φυλάττῃς τὸ βούλημα. καὶ δίδομεν οὖν ἀσμένως, ὦ γενναῖε Παυρόλα, καὶ λαμβάνομεν χάριν παρὰ σοῦ τὸν τρόπον τῆς δαπάνης οὕτως εὔελπιν καὶ χρηστὸν ὄντα.

ξθ'. Ἐρυθείᾳ.

Εἰ μὲν εὐλαβουμένη τὸν ἐν τυραννίδι βίον οὐ τολμᾷς εἰς Ἀκράγαντα πέμψαι Παυρόλαν, συγγνώμην ἔχω σοι καὶ ὡς γυναικὶ καὶ ὡς μητρὶ δεδοικυίᾳ περὶ ἀγαπητοῦ παιδός· εἰ δὲ ὡς μόνη καὶ οὐ μετ' ἐμοῦ γεγεννηκυῖα μόνη καὶ ἔχειν δικαιοῖ; αὐτόν, ἀγνωμόνως κρίνεις τὰ περὶ γονέων. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀποτομώτατον λόγον πατρὸς ἂν εἴη παῖς μᾶλλον ἢ μητρός, κατὰ δὲ τὸν εὐγνωμονέστερον ἑκατέρων ἴσως. εἰ δὲ τὸ μεταδοῦναί ποτε καὶ τῷ γεγεννηκότι τοῦ υἱοῦ σεαυτῆς ἐλάττωσιν ἡγῇ, τί δοκεῖς τὸν μηδὲ μέρους ἀξιούμενον; κοινωνικώτερον δὴ ποιοῦσα πέμψον αὐτὸν ὡς ἐμέ, οὐ διὰ μακρᾶς ἥξοντα πρὸς σέ, ἀλλὰ θᾶττον καὶ μεθ' ὅσων δεῖ Φαλάριδος καὶ Ἐρυθείας παῖδα, ἵνα, εἰ καὶ μὴ μετ' ἐμοῦ, μετ' ἀλλήλων γοῦν ἐν ἀφθονίᾳ πλούτου βιοτεύητε. (2) εἰς τίνας γὰρ ἄν τις ἀναγκαιοτέρους εὔξαιτο περιουσιάζειν, γυναικὸς καὶ παιδὸς οὐκ ἐπιμεληθείς; ἐγὼ δὲ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακώς, ὡς εἰκὸς ἄνδρα καὶ πατέρα, βούλομαι τῶν παρ' ἐμοὶ χρημάτων μοῖραν οὐκ ὀλίγην ἐν ὑμῖν τοῖς φιλτάτοις ἐναπερείσασθαι καὶ τοῦτο σὺν τάχει πρᾶξαι, καὶ διὰ τἄλλα μέν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τὸ ἐπιὸν γῆρας καὶ διὰ τὴν πρόσφατον συμβεβηκυῖάν μοι χαλεπὴν νόσον. ὑπομιμνήσκει γάρ με τελευταίαν ἡγεῖσθαι τοῦ ζῆν ἀνθρώπῳ προθεσμίαν τὴν ἐνεστῶσαν ἡμέραν. τῆς δὲ παρουσίας τῆς Κρήτηθεν εἰς Ἀκράγαντα καὶ τῆς ἐνθένδε πάλιν ἀφόδου τὸ πιστὸν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν ἡ τοῦ πατρὸς εὔνοια παρέξεται μᾶλλον ἢ ὁ τῆς μητρὸς φόβος.

plane erras, et id quidem ignorantia, at deum precare ne unquam tyrannicam fortunam experiare.

LXVIII. Eidem.

Non magnam a te puto pecuniam peti, per deos, sed memet sentio minus quam par est liberalitati filii subvenire. Liceat autem tibi in ea quæ dicis insumere, ac sic quum des, accepturis amicis citius indigebis, quam quum a patre petas. Nam ut quis primum splendide gratificetur, sequitur ut animi magnitudine digne acquirat : si cui autem semel ad agendum promptus animus exstiterit, felicem eventum illic › præstat fortuna. Noli itaque reverentia mei talibus uti verbis, quasi non libenter pauca dem filio, cuius caussa omnia acquisivi. Tantum enim abest, ut reprehendam officiosum tuum in amicos animum, ut supra modum lætatus adhorter te, digna tanta humanitate sentias, quo non modo nunc sis magnificus, verum eadem tibi manente fortuna semper eam conserves voluntatem. Damus igitur libenter, optime Paurola, et gratiam a te accipimus sumptuum modum tum bonæ spei plenum atque probum.

LXIX. Erythiæ.

Si vitam timens in tyrannide agendam non audes Agrigentum mittere Paurolam, ignosco tibi et ut mulieri et ut matri metuenti dilecto filio, sin vero, quasi sola et non mecum genueris, sola eum possidere vis, imprudenter res parentum iudicas. Nam summo iure patris filius magis quam matris fuerit, æquiore vero utriusque pariter. Iam si, quum genitorem participem facias filii, de tua auctoritate putas detrahi, quid de eo censes, qui ne parte quidem habetur dignus? quare æquius facies, si eum ad me mittes non longe post ad te rediturum, sed cito et ornatum quibus oportet Phalaridis et Erythiæ filium, ut, etiamsi non mecum, inter vos tamen in rerum omnium abundantia vivatis. (2) Nam qui tandem necessarii magis esse poterunt, in quos quis cupiat sibi opes suppetere, si uxorem aut filium neglexerit? ego vero sic erga vos affectus, ut par est esse virum atque patrem, divitiarum, quæ mihi sunt, partem volo non exiguam apud vos deponere, idque quam primum facere, quum propter alia, tum propter senectutem appropinquantem maxime et in quem nuper incidi vehementem morbum. Admonet enim me, ut ultimum existimem vitæ terminum homini statutum præsentem diem. Itineris autem ex Creta Agrigentum faciendi et rursus hinc reditus tuti fidem patris ei benevolentia præstabit magis quam matris metus.

ο'. Πολυκλείτῳ.

Οὐκ οἶδα τί σου μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειεν, ὦ Πολύκλειτε, τὴν ἰσχὺν τῆς ἰατρικῆς ἢ τὴν τοῦ τρόπου πίστιν· ἡ μὲν γὰρ ἰσχὺς τύραννοκτόνον νενίκηκε πάθος, ὁ δὲ τρόπος τιμὰς τυραννοκτόνους. δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ σὴ δικαιοσύνη δραμοῦσα τὸν δυσὶ κινδύνοις ἀναιρούμενον, ἀφύκτου τε νόσου προσβολῇ καὶ τιμαῖς πολεμίων, περιεσώσατο. μόνῳ γὰρ σοὶ παρῆν κτείναντός με τοῦ πάθους μηδὲν ἀπὸ τῆς τέχνης ἀντιπράξαντι τετυραννοκτονηκέναι δοκεῖν, καὶ μὴ κτείναντος πᾶν τὸ δοθὲν ἑτοίμως ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ μου λαβόντος ἂν διαφθεῖραι. ἦν δὲ καὶ τὸ δόξαι διαφθεῖραι πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ὁμοίων τιμῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐβουλήθης κέρδος ἄδικον ἀντὶ δόξης δικαίας ἑλέσθαι· ἴσως γὰρ οὐδ' εἶχεν ὁ παραδοὺς σοι καιρὸς ἐμὲ διὰ τὴν νόσον τυραννοκτονίας εὐσεβοῦς τύπον. (2) ἐγὼ μὲν οὖν, ἐπὶ σοὶ γενόμενον ὅ τι βούλοιό μοι χρῆσθαι, τὰς ἀξίας χάριτας οὐκ ἔχων τοσαύτης ἀρετῆς ἀποδοῦναι τοῦθ' ἓν οἶδα, ὅτι τοῦ κτίσαντος θεοῦ τὴν τέχνην ἄξια φρονεῖν ἐπαιδεύθης· ὅμως δὲ σὺν τοῖς τῆς ἰατρικῆς καὶ τοῖς τῆς πίστεως ἐπαίνοις ἀπέσταλκά σοι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια, φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρας καὶ κρατῆρας ἀργυροῦς οὐ τῆς καθ' ἡμᾶς τέχνης δύο καὶ ποτηρίων Θηρικλείων ζεύγη δέκα καὶ παῖδας ἀφθόρους εἴκοσι καὶ ἀργυρίου μυριάδας Ἀττικὰς πέντε. γέγραφα δὲ καὶ Τεύκρῳ τῷ ἐπὶ τῆς διοικήσεως διδόναι σοι σύνταξιν, ὅσην λαμβάνουσιν οἵ τε ναύαρχοι καὶ οἱ ταξίαρχοι καὶ δὴ καὶ οἱ σωματοφύλακες, μικρὰν ἀμοιβὴν ἀντὶ μεγάλης εὐεργεσίας. προσκείσθω δὲ τῷ καταδεεστέρῳ τῆς εὐχαριστίας τὸ προσομολογεῖν, ἴσην ἀμοιβὴν οὐκ ἔχειν ἀποδοῦναι τὸν εὐεργετηθέντα.

οα'. Τῷ αὐτῷ.

Ἀπέλυσα διὰ σὲ Κάλλαισχρον οὕτως ἐπιβουλεύσαντά μοι περιφανῶς, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι τὴν ἐπίθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνωμότας μηνῦσαι, προσθεῖναι δὲ τῇ μηνύσει καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καὶ πότε καὶ πῶς ἔμελλον ἐπιχειρήσειν. ἀλλ' ἦν ἀμνήμονος ὡς ἀληθῶς ἀνδρὸς μὴ χαρίσασθαι σωτηρίαν ἀνθρώπῳ τῷ ταύτην δεδωρημένῳ. ἅμα δὲ ἐλογιζόμην, ὅτι κἀμοῦ μὲν ἦν τὸ δοῦναι τὴν τοιαύτην χάριν ἰατρῷ σεσωκότι, πρὸ πολλοῦ δὲ σοὶ τὸ λαβεῖν πρεπωδέστερον τῷ τῆς ἰατρικῆς προστατοῦντι καὶ πάντας σώζοντι τοὺς δεηθέντας. ἴστω μέντοι τὸ παράλογον Κάλλαισχρος, ὅτι ζωῆς παρὰ σοῦ χάριν εἴληφεν ἑτέρου ζωὴν οὐ δικαίως ἀφελόμενος. ἀφῄρηται μὲν γὰρ οὐ μελλήσας, ἄλλως δὲ ἠτύχηκεν.

οβ'. Περισθένει.

Τὴν Εὐβούλου καὶ τὴν Ἀριστοφῶντος γυναῖκα, τῶν ἐπιβουλευσάντων μοι, Περίσθενες, ἃς ἑλὼν αἰχμαλώτους ἔπεμψας ὡς ἀπολουμένας πρός με, σφόδρα σπου-

LXX. Polycleto.

Nescio quid in te magis admirandum sit, Polyclete, vis medicæ artis an animi integritas. Nam vis tyrannicidam vicit morbum, animus vero honores tyrannicidas. Utrumque hoc eluctata tua iustitia duobus periculis pereuntem, et inevitabilis morbi impetu et hostium præmiis, conservavit. Soli enim tibi licebat, si me interemisset morbus, nullo artis tuæ remedio obnixus tyrannicidam videri, et si non interemisset, me quicquid dares prompte tanquam salutiferum sumentem interficere, prætereaque vel opinio cædis facere poterat ad talia præmia obtinenda. At lucrum iniustum iustæ gloriæ anteferre noluisti: fortasse enim quæ me tibi tradidit occasio propter morbum nec sancte perpetrandi tyrannicidii habebat formam. (2) Ego igitur, quum in tua fuerit potestate, ut quod velles mihi faceres, tantæ virtuti remunerandæ impar unum hoc novi, te conditore artis deo digna sapere didicisse. Nihilo minus una cum medicæ artis atque integritatis laude misi tibi ob vitam meam conservatam præmia, phialas auri puri quattuor, et crateras argenteos antiqui operis duo et poculorum Thericleorum paria decem et pueros intactos viginti et quinquaginta millia drachmarum Atticarum. Præterea scripsi Teucro quæstori, ut salarium annuum tibi det, quantum accipiunt navium præfecti et tribuni militum et præterea stipatores, parvam illam pro magno beneficio remunerationem. Restat ut is, qui remunerando impar sit, accepta præmia se non posse pro dignitate reddere confiteatur.

LXXI. Eidem.

Dimisi tua caussa Callæschrum tam manifesto mihi insidiantem, ut non solum confiteretur insidias, sed etiam coniurationis socios indicaret, adderetque indicio etiam locum, ubi, et quando et quomodo aggressuri essent. Sed hominis esset opinor beneficii immemoris, non gratificari salutem ei, qui ipsam dederit. Simul autem cogitavi, meum quidem esse tale beneficium dare medico, qui me conservavit, multo vero magis te accipere decere, qui medicinæ præes, omnesque, qui te rogant, servas. Sciat tamen inopinatum exitum Callæschrus, quod vitæ a te beneficium accepit, dum alterius vitam iniuste abstulit. Abstulit enim non cunctanter, sed frustra voto excidit.

LXXII. Peristheni.

Eubuli et Aristophontis, qui mihi insidias struxerunt uxores, Peristhenes, quas captivas misisti ad me perituras, quum vehementer primum de medio tollere cupivis-

δάσας τὸ πρῶτον ἀνελεῖν σέσωκα. καὶ πάντως που θαυμάζεις ὅτι ὑφῆκα τῆς ὀργῆς· εἰ δὲ καὶ πύθοιο τὴν αἰτίαν, ὅτι δι' εὐγενείας ὑπερβάλλουσαν ἀπόδειξιν, οὐδὲν πρὸς ἐμοῦ πεπόνθασι μᾶλλον ἂν ἔτι θαυμάσειας. ἐρωτώμεναι γὰρ ὑπ' ἐμοῦ τὴν ἐπιβουλὴν εἰ συνήδεσαν τοῖς ἀνδράσιν, οὐ μόνον ἔφασαν συνειδέναι, ἀλλὰ καὶ συνορμῆσαι τυραννοκτονεῖν. « ἀντὶ ποίας » δὲ « ἀδικίας » εἰπόντος μου « μείζονος ἢ ἐλάττονος εἰς ὑμᾶς ἐξ ἐμοῦ γενομένης; » « ἰδίας μὲν οὐδεμιᾶς, τῆς δὲ κοινῆς » ἀπεκρίναντο· κοινὴν γὰρ ἀδικίαν εἶναι τὸ καταδουλοῦσθαι πόλεις ἐλευθέρας. « τί παθοῦσαι τοιγάρτοι » πάλιν ἐπανερομένου μου « δίκην ἀποτίσαιτ' ἄν μοι τοῦ μίσους τὴν κατ' ἀξίαν; » « ἀποθανοῦσαι » προσέθηκαν. ζῆν δή, οὐ τεθνάναι κρίνας τὰς μετὰ τοιαύτης ἀρετῆς ἀποθνησκούσας φρονήματός τε τοσούτου, Περίσθενες, ἐγὼ δικαίως ἐφεισάμην, σύ τε πάνθ' ὅσα μετὰ τούτων ἔλαβες, ὅτε ἡλίσκοντο, μεταπεμψάμενος αὐτῶν τοὺς ἀναγκαίους ἀπόδος, ἵνα περὶ μηδενὸς ὡς ἠδικημέναι μέμφωνται.

sem, servavi. Atque omnino miraris fortasse, quod iræ quid remiserim: si vero cognoveris propter egregium nobilitate responsum nihil passas esse, magis etiam mirabere. Interrogatæ enim a me, an insidiarum consciæ viris fuerint, non solum aiebant, sed etiam una promptas fuisse ad tyrannum occidendum. « Pro qua iniuria » rogante me « sive maiore sive minore vobis a me facta? » « privata nulla, sed publica » responderunt; nam publicam iniuriam se existimare, in servitutem adducere liberas civitates. « Quomodo igitur » rursus quærente me « pœnas mihi hoc dignas dependetis? » « moriendo » subiecerunt. Vivere autem ratus, non mori, quæ tam fortiter mortem subeant, tantæ animi magnitudini, Peristhenes, et ego iure peperci, et tu quæcunque in tuas manus venere, quum istæ caperentur, arcessitis earum necessariis redde, ne ulla re iniuriam sibi factam conquerantur.

ογ'. Εὐάνδρῳ.

Καὶ σὲ καὶ πάντας Ἱμεραίους, μᾶλλον δὲ τοὺς πλείστους Σικελιωτῶν οἴομαι γινώσκειν τοῦτο, ὅτι τῆς ἐν Ἱμέρᾳ συντεθείσης κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλῆς δικαιότερος ὢν τῶν ἐγχειρούντων περιεγενόμην. οὐ γὰρ δήπου φαῦλος ἂν κριτὴς τῶν ἐν τῷ σφετέρῳ τεμένει τολμωμένων ὁ Ζεὺς ἐγένετο, ὥστε τοὺς δίκαιόν τι πράξαντας ἐν ἱερῷ ὡς ἀδικοῦντας ὑποχειρίους παραδοῦναι τῷ προσηκόντως ἂν ὑπ' αὐτῶν ἀπολομένῳ. ταῦτα μὲν οὖν οὐδεὶς ἂν ἄλλως ὑπολάβοι, Στησίχορον δὲ πυνθανόμενος ἀνιᾶσθαι, διότι τῆς ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν εἰς τὰς ἐκείνου ποιήσεις οἱ περὶ Εὔβουλον ἀνέφερον, οὐκ ἂν βουλοίμην ὡς ἐμοῦ ταῦτα πεπεισμένου δυσχεραίνειν. εἰ γὰρ τοῖς τούτου ποιήμασι προσεῖχον, ὥς φασιν αὐτοί, οὐ πονηρίας ἂν ἀπεγνωσμένης, ἀλλὰ χρηστότητος ὑπερβαλλούσης ἔπαθλον ἤραντο.

LXXIII. Evandro.

Et te et omnes Himerenses, immo vero plerosque Siculorum hoc puto scire, insidiis Himeræ mihi structis, quum eis qui me peterent iustior essem, superiorem evasisse. Non enim tam utique malus iudex ausorum in suo templo fuisset Iuppiter, ut, qui iusti quid in sacro fecissent, tanquam iniuste facientes in potestatem traderet ei, quem illorum manu par esset interire. Hæc igitur nemo est qui aliter accipiat. Quod vero Stesichorum audio dolere, quia insidiarum culpam in eius carmina Eubulus atque socii contulere, nolim, quasi ego hæc credam, eum moleste ferre. Si enim ad huius carmina attendissent, ut ipsi aiunt, non malitiæ desperatæ, sed uberrimæ bonitatis præmium tulissent.

οδ'. Ὀρσιλόχῳ.

Εἰ τὸ μὴ βουληθῆναί ποτε Πυθαγόραν τὸν φιλόσοφον ἀφικέσθαι πρός με πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καλούμενον διαβολὴν ἔφερέ μοι, καθὼς ἐγκωμιάζων αὐτὸν ἔλεγες ἐπὶ τῷ φεύγειν αὐτὸν τὴν μετ' ἐμοῦ συμβίωσιν, τὸ παραγεγονέναι καὶ πέμπτον ἤδη μῆνα συνεῖναι μεθ' ἡδονῆς πάντως ἔπαινός ἐστιν ἐμός. δῆλον γὰρ ὡς οὐκ ἂν ἔμεινεν οὐδὲ βραχὺ μόριον ἡμέρας, εἰ μὴ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις εὑρήκει κἀμὲ παραπλήσιον.

LXXIV. Orsilocho.

Si, quod Pythagoras philosophus noluit ad me venire, quantumvis sæpe a me vocatus, calumniam mihi movit, sicut laudans eum dixisti, quod meam consuetudinem fugeret, omnino, quod venit et quintum iam mensem suavissime mecum agit, mea laus est. Apparet enim, ne minimam quidem diei partem eum mansurum fuisse, nisi suis ipsius moribus me quoque similem deprehendisset.

οε'. Λεοντίδῃ.

Ἀμέτροις κέχρησαι λόγοις πρὸς Καμαριναίους, ἐγείρων αὐτοὺς εἰς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον. εὖ μέντοι καὶ τόδε ἀφ' ἡμῶν ἴσθι μὴ καλῶς πεπεικὼς αὐτούς, ὅτι οὐ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνούμεθά σε, οἷς εἰς ἡμᾶς ἄρχειν δοκεῖς, ἀλλ' ἔργοις, ὧν οἱ πειραθέντες αὖθις

LXXV. Leontidæ.

Immodicis usus es sermonibus ad Camarinæos, ad bellum mihi inferendum eos incitans. Probe autem hoc etiam a nobis scias, quum non satis eis persuaseris, non verbis inanibus nos te ulturos esse, quibus nobis iniuriam inferre videris, sed factis, quæ qui experti

οὐκ ἐπεβούλευσαν. τοῦτ' εἰδότες Καμαριναῖοι πεῖραν οὐ βούλονται λαβεῖν ὀργιζομένου Φαλάριδος· χαριζόμενος γὰρ αὐτοῖς ἡδίων ἔδοξα.

οϛ'. Δημαράτῳ.

Μὴ θαύμαζε τὸν Ἀλκίνου καὶ Δορυμένους θάνατον ὡς μετὰ πικρᾶς καὶ τυραννικῆς ὠμότητος πεπραγμένον· πολλῷ γάρ ἐστι θαυμαστότερον τὸν δὶς καὶ τρὶς ἀδείας ἀξιωθέντα ὑπὸ τυράννου τότε κολασθῆναι.

οζ'. Ἡγησίππῳ.

Σὺ μὲν ἴσως καὶ ἄλλοι συγγενεῖς, ὅσοις μάλιστα ἀχθομένοις ἐστὶ τὸ φεύγειν Κλεισθένην, νῦν ἔγνωτε κακῶς βεβουλευμένον ἐπὶ τούτοις, ἐφ' οἷς ἀπεστέρηται τῆς πατρίδος, ὅτ' οὐδενὸς ἑτέρου καιρὸς ἢ μεταμελείας. ἐγὼ δέ, ὅτε μάλιστα πολὺς ἐν ταῖς τοῦ πολιτεύεσθαι κενοδοξίαις ἦν, τότε τὰ μέγιστα ᾤκτειρον αὐτὸν καὶ ἐπέστελλόν γε περὶ τούτων μαρτυρόμενος οἷ τελευτήσοι. ὁ δ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τοῦ τιμᾶσθαι γαυριῶν ἐκπαθὴς ἦν, λήρους ἡμᾶς ὑποπτεύων γράφειν οὐκ ὄντας ἐμπείρους δημοκρατουμένης πόλεως, μᾶλλον δ' οὐδὲ βουλομένους εἰδέναι τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως τὰ ἄριστα πράξαντα διὰ τὴν τυραννίδα, ἕως οὗ λαμπρότερον πνεύσας ἢ συνέφερε τοῖς ἰδίοις φυσήμασιν ἀνετράπη καὶ μετὰ ζημίας ἔγνω μεγάλης οὐ Φάλαριν ἀμαθῆ πόλεως εὐνομουμένης διὰ τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀγνῶτα δήμου διὰ τὴν πρόσκαιρον εὐπραγίαν. (2) ἐπαγωγὸν γὰρ ὄχλος εἰς ἀτυχίας καὶ τὰς ἀρχὰς πρὸς τὰ τέλη διαφωνούσας ἔχων. ἐγὼ γοῦν καὶ πᾶς ὁ μὴ παραφρονῶν συρίττεσθαι μᾶλλον ὑπὸ πλήθους ἀκρίτου βουλοίμην ἂν ἢ τιμᾶσθαι· τὸ μὲν γὰρ ἔχθος αὐτοῦ τάχιον τοῦ ἀφθῆναι σβέννυται καὶ οὐδ' ἐν οἷς ἀκμάζει καιροῖς ἐπιζήμιόν ἐστιν, ἡ δὲ τῆς εὐνοίας δόκησις φυγὰς ἢ θανάτους ἢ δημεύσεις ἢ τούτων γε μετριώτερον οὐδὲν φέρει. νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον, Ἡγήσιππε, ὡς ἴσμεν, οὕτως ἂν εἴποιμεν πρὸς σέ· δῆμος ἅπας ἄτακτος, ἄνους, ἄπρακτος, ἑτοιμότατος ἐφ' ὅ τι ἂν τύχῃ μεταχθῆναι, ἄπιστος, ἀβέβαιος, ὀξύς, προδοτικός, ἐψευσμένος, φωνὴ μόνον ἀνωφελής, καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πρὸς ὀργὴν εὐχερής. τοῦτ' ἔστι τὸ μετ' ἐνδόξου προπηλακισμοῦ φθείρεσθαι, τὸ δήμῳ πολιτευόμενον ζητεῖν ἀρέσκειν. μεμήνασι δ' ὅμως τινὲς εἰς τοῦτο ἀνοήτῳ καὶ δυσκαθέκτῳ ὁρμῇ, μᾶλλον δὲ λύσσῃ χρώμενοι. (3) καὶ πολλοὶ παίδων ὄντες ἐρασταὶ τοσούτους πόθους οὐκ ἔσχον εἰς τέκνα, καὶ χαίροντες γάμοις οὐχ οὕτως εἶδον ἀσμένως γυναῖκας, καὶ φιλόπλουτοι φύντες οὐ παραπλησίως ἔστερξαν χρήματα, καὶ φίλοπλοι καὶ μαχηταὶ καὶ φιλιππότροφοι νίκης ἕνεκα τῶν ἐν Ὀλυμπίασιν ἀγώνων οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἥσθησαν ἑκάστοις τούτων, ὡς οἱ ἀθλίαν δόξαν καὶ τιμὴν ἀνόνητον καὶ κρότον ἐπὶ ζημίᾳ τῇ ἑαυτῶν ἀγρεύοντες. τοῖς δὲ τῶν τοιούτων ἐρασταῖς οἱ μὲν οἰκεῖοι συναχθεσθεῖεν

sunt, in posterum insidiari desierunt. Hoc quum sciant Camarinæi, irascentis Phalaridis experimentum facere nolunt : gratificans enim iucundior eis soleo videri.

LXXVI. Demarato.

Noli mirari Alcinoi et Dorymenis mortem quasi cum dira et tyrannica crudelitate perpetratam : multo enim mirabilius est bis terque veniam adeptum a tyranno tum demum pœnas aliquem dedisse.

LXXVII. Hegesippo.

Tu fortasse aliique cognati, qui inprimis dolent Clisthenis exilium, nunc demum de eis, ob quæ patria expulsus est, male consultum fuisse cognoscitis, quum iam nullus nisi pœnitentiæ locus sit relictus. Ego vero, quum maxime arderet vano reipublicæ gerendæ studio, tunc potissimum eius miserebar et litteris testabar, quis futurus esset exitus. Is autem honoris cupiditate captus prorsus intemperanter se gerebat, nugas nos suspicans scribere, imperitos civitatis a populo regendæ, immo ne volentes quidem optime de civitate meritum scire ob tyrannidem, usque dum maiora spirans quam conduceret suo ipsius spiritu everteretur, magnoque cum detrimento disceret, non Phalarin esse rudem civitatis bene legibus institutæ propter imperium, sed semet ipsum ignarum populi propter temporarium rerum successum. (2) Hoc enim habet vulgus, ut in calamitates alliciat, nec respondeat in eo exitus principio. Ego quidem et quivis, qui non desipit, exsibilari mallem a cæca multitudine quam honoribus ornari : nam odium eius citius, quam deperdit, exstinguitur, ac ne tum quidem, quum fervet maxime, damnosum est, favoris vero opinio exilia aut mortes aut publicationes aut his quidem moderatius nihil fert. Per Iovem maximum, Hegesippe, ex animi sententia dicemus : populus omnis incompositus, amens, desidiosus, ad consilium mutandum promptissimus, infidus, inconstans, iracundus, perfidiosus, fallax, vox tantum inutilis, et ad odium et ad laudem facilis. Hoc est cum gloriosa contumelia perire, populo in regenda republica placere velle. Est tamen is quorundam furor, ut insano et effrenato impetu, immo vero rabie in id ferantur. (3) Ac multi, qui liberos amant, tanto desiderio prolis non tenentur, nec nuptiis gaudentes tam cupide spectare feminas, nec qui divites esse cupiunt similiter pecunias amare, nec studiosi armorum et bellicosi et equorum alendorum cupidi victoriæ caussa in ludis Olympicis reportandæ tantam voluptatem capere e singulis horum solent, quantam qui miseram gloriam honoremque inutilem ac plausum suo ipsorum venantur detrimento. Qui vero talia amant, cum iis necessarii doluerint quam vehementissime, inimici autem

ἂν ὡς ἔνι μάλιστα, οἱ δ' ἐχθροὶ τὰ μέγιστα πάντων ἐφησθεῖεν. ὑμεῖς δὲ παραμυθεῖσθε μὲν Κλεισθένη συγγενεῖς ὄντες, εἰ ἄρα δυσθύμως ἔχει, ὡς ἀνθρώπινόν τι πεπονθότα, ἀποτρέπετε δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς φιλοτιμεῖσθαι ὡς ἀνήκεστα ἡμαρτηκότα.

maxime omnium fuerint lætati. Vos vero consolamini Clisthenem, quum sitis cognati, si quidem animo afflictus est, tanquam humani aliquid passum, et dehortamini, ne iisdem rebus se efferat, tanquam insanabili errore lapsum.

οη'. Στησιχόρῳ.

Νικοκλῆς ὁ Συρακούσιος (οὐκ ἀγνοεῖς δ' ἴσως ὃν λέγω, διὰ γὰρ ἐπιφάνειαν οἰκείαν οὐκ ἔστι τῶν ἀγνοηθῆναι δυναμένων ὑπὸ Στησιχόρου) γυναικὸς ἀποθανούσης αὐτῷ μέγα προσφάτως καὶ περιττὸν περιτέθειται πένθος. εἰκότως· ἔτυχε γὰρ τὴν αὐτὴν ταύτην ἀδελφιδῆν ἔχων καὶ γυναῖκα. οὗτος ὁ Νικοκλῆς (ᾔδει γάρ, ὡς ἔοικεν, ὅσοις πρὸς ἀλλήλους κεχρήμεθα πόθοις) πέμψας πρός με Κλεόνικον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἠξίου ὅπως σου δεηθείην ἔπαινον ἐν ποιήσει διαθέσθαι περὶ τῆς ἀνθρώπου. καὶ γάρ, ὡς πυνθάνομαι Συρακουσίων, πᾶσάν τε τὴν ἄλλην ἀρετήν, πρὸς δὲ καὶ τὴν ἀνωτάτω σωφροσύνην αὐτῇ μαρτυρούντων, οὐκ ἔστιν ἀνάξιος ὑπὸ τοῦ σοῦ στόματος ὑμνηθῆναι. (2) πεφύλαξαι μὲν οὖν γράφειν εἰς τοὺς κατὰ σεαυτὸν ἀνθρώπους, ἵνα μὴ δόξῃ σού τις ὠνίαν εἶναι τὴν ποίησιν· ἔστι δὲ Κλεαρίστη, φιλότης, οὐδὲ αὐτὴ καθ' ἡμᾶς, εἰς τὸ χρεὼν ἀπηλλαγμένη. μὴ δὴ τὸ σύνηθές σου τῆς γνώμης προβαλλόμενος ἀποστραφῇς μου τὴν δέησιν· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἀτυχῆσαι παρὰ Στησιχόρου Φάλαριν αἰτησάμενον, οὐχ ὅτι χάριτας ὀφείλεις ὑπέρ τινος, ἀλλ' ὅτι τὴν πεπιστευμένην δόξαν ἀξιοῦμεν ὑπὸ σοῦ βεβαιωθῆναι. δὸς δή μοι προφανῶς χάριν τῆς σαυτοῦ φύσεως ἀφθόνως, αἰτουμένῳ μὲν ἃ δώσεις εἰς ἐμαυτόν, ληψομένῳ δὲ εἰς φίλον. (3) λοιπόν, εἴγε νένευκας ἐπὶ τὴν χάριν, Κλεαρίστην γράφε Συρακουσίαν τὸ γένος, Ἐχεκρατίδου πατρός, ἀδελφιδῆν οὗ γεγράφαμεν καὶ γυναῖκα, ἑκκαίδεκα συνεζηκυῖαν ἔτη, τριακοστὸν δὲ ζήσασαν, δυοῖν παίδων μητέρα, τεθνηκυῖαν δὲ ἐκ διαφθορᾶς. τὰ μὲν κεφάλαια τῶν ὑποθηκῶν ταῦτα, ἐπιπνευσθείης δὲ εἰς τὰ κατὰ μέρος τῆς γραφῆς ὑφ' ὧν κατέχῃ θεῶν, καί σου τὴν ἱερὰν καὶ ὑμνοπόλον κεφαλὴν ἡ Μουσῶν συγγένεια κοσμήσειεν ἄλλαις τε ὑμνῳδίαις καὶ τῇ νῦν ὑφ' ἡμῶν εἰς Κλεαρίστην ἐπεσταλμένῃ.

LXXVIII. Stesichoro.

Nicocles Syracusius (non ignoras opinor quem dicam: nam propter splendorem domesticum non est ex iis, qui ignorari a Stesichoro possunt) mortua uxore magnum nuper et incredibilem percepit luctum. Nec iniuria: habebat enim eandem illam neptem et uxorem. Hic Nicocles (noverat enim, ut videtur, quanto nos invicem amore prosequamur) misso ad me Cleonico fratre suo iussit a te petere, ut mulieris laudationem versibus componeres. Etenim ut audio ex Syracusiis quum reliquas virtutes eius omnes, tum summam pudicitiam suo testimonio confirmantibus, non est indigna quæ tuo canatur ore. (2) Cavisti quidem in tuæ ætatis homines scribere, ne quis opinaretur venalem tuam esse Musam: est autem, amice, Cleariste ne ipsa quidem ætatis nostræ, postquam fato concessit. Noli itaque sub consuetudinis tuæ obtentu precibus meis repugnare: neque enim par est Phalarin, quum petat a Stesichoro, repulsam pati, non quod pro beneficio aliquo debes gratiam, sed quod conceptam opinionem volumus a te confirmari. Palam igitur in me ingenii tui confer gratiam, petentem quidem quæ dabis meo, accepturum vero amici nomine. (3) Ceterum, si quidem ad gratificandum propensus es, depinge Clearistam genere Syracusiam, Echecratidis filiam, neptem eius quem scripsimus et uxorem, sedecim annos viro iunctam, triginta natam, duorum liberorum matrem, ex abortione mortuam. Atque hæc quidem argumenti capita. Afflentur autem tibi singulæ picturæ partes a deabus, a quibus possideris, ac sacrum tuum et poeticum caput Musarum cognatio quum aliis cantibus ornet, tum eo, de quo nunc scripsimus, in Clearistam.

οθ'. Τῷ αὐτῷ.

Τῶν μὲν ἐπὶ Κλεαρίστῃ μελῶν πολλή σοι καὶ μεγάλη χάρις ἀποκείσεται. καὶ γὰρ ἐπέδωκας σαυτὸν εἰς ἃ παρεκάλουν, καὶ ταῖς κατὰ μέρος οἰκονομίαις ὑπερφυῶς συνηνέχθης, καὶ τὸ σχῆμα τῆς γραφῆς θαυμαστῶς ηὐδοκίμησεν, οὐ παρ' ἐμοὶ μόνον (ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως ἄγαμαι τοῖς Στησιχόρου) ἀλλὰ καὶ τοῖς συνακούσασιν Ἀκραγαντίνοις πολλοῖς γενομένοις. εἴσονται δὲ οὐχ οἱ τὸ παρὸν ἀκηκοότες, οὐδ' ὅσοι νῦν εἰσίν, ἀλλ' ὅσους ὁ μεθ' ἡμᾶς οἴσει βίος. ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ ταύτης σου τῆς ποιήσεως χάρις, ὡς ἔφην, ὀφεί-

LXXIX. Eidem.

Pro cantibus in Clearistam multa tibi magnaque habebitur gratia. Etenim ad quæ hortabar, temet præbuisti, partesque singulas disposuisti supra quam dici potest apte, et forma picturæ miram retulit laudem, non apud me solum (ego enim pariter omnia Stesichori admiror), sed et, qui una audiverunt, Agrigentinos, qui multi fuere. Intelligent autem, non qui modo audiverunt nec quotquot nunc sunt solum, sed quotquot ventura feret ætas. Ac pro hoc quidem carmine tuo gratia, sicut dixi,

λεται ὑπ' ἐμοῦ, κεχάρισαι δὲ διὰ τῆς ἐμῆς ἀξιώσεως τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐσομένοις ἀνθρώποις καὶ ταύτην τὴν μελῳδίαν. περὶ δ' ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν (τοιοῦτο γάρ τι διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδήλους) πρὸς ἑταιρείου Διὸς καὶ κοινῆς ἑστίας μηδὲ ἓν ἐν ποιήσει, μήθ' ὡς κακὸς ἐγενόμην μήθ' ὡς ἀγαθός, ἐπιμνησθῇς· ἐκμελὲς γάρ ἐστί μου τοὔνομα διὰ τὰς τύχας. γεγράφθω δὲ Φάλαρις ἐν αὐτῷ Στησιχόρῳ, εἴτε βελτίων τῆς κατεχούσης ἐν ἀνθρώποις δόξης, εἴτε καὶ τοὐναντίον ὑπείληπται.

a me debetur; gratificatus es autem meo rogatu et qui nunc sunt et qui erunt hominibus hunc etiam cantum. Mei vero mearumque rerum (tale enim aliquid litteris tuis significabas), per sodalitium Iovem communesque lares, ne in carmine quidem, neque quam sim malus neque quam bonus, mentionem feceris : absonum enim meum nomen est propter calamitates. Esto vero Phalaris inscriptus in ipso Stesichoro, sive melior opinione, quæ inter homines invaluit, sive contrarium etiam statuatur.

π'. Κλεαινέτῃ καὶ Θεανοῖ.

Τὴν μὲν φιλοφροσύνην ὑμῶν ἀσμένως ἀποδέχομαι τοσαύτῃ σπουδῇ βουλομένων ὀνομάσαι Φάλαριν, παραιτοῦνται δὲ αἱ τύχαι, κἂν ἡμεῖς συνηγορῶμεν· εὑρήσετε γὰρ ἀνεπίληπτον καὶ ἀκατηγόρητον ἐκ τοῦ γένους ὄνομα αὐτῷ γεγενημένον. ἐγὼ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα διὰ πικρᾶς εἱμαρμένης ἀνάγκην ἀκουσίως πραχθέντα μοι κατέγνωσμαι, καὶ τοὐμὸν ὄνομα δι' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἐκμελὲς ἢ ὅτι νόμοις οὐ πείθομαι, νόμος δέ εἰμι τοῖς ὑπηκόοις. ἣν δέ μοι χάριτος ἀμοιβὴν προσφέρεσθε Φάλαριν ὀνομάζουσαι, ταύτην εὐεργεσίαν ποιήσασθε, μὴ τοῦτο τιθέναι τὸ ὄνομα.

LXXX. Cleænetæ et Theano.

Benevolentiam vestram libenter accipio, quum tanto studio Phalaridis nomen vultis usurpare, fortuna vero id prohibet, etiamsi nos assentiamur : invenietis enim inculpatum ei atque irreprehensum nomen a maioribus obtigisse. Ego vero multorum mihi magnorumque, quæ duri fati necessitate coactus invitus commisi, factorum conscius sum, neque aliam ob caussam invisum meum nomen est, quam quod legibus non obtempero, verum ipse lex sum subditis. Quam vero gratiam mihi refertis Phalarin appellantes, eam in beneficium vertetis, si ab hoc nomine abstineatis.

πα'. Ἐνναίοις.

Οὐ μεταμελόμενος ἐπὶ τῇ παρέσει τῶν χρημάτων, ὦ ἄνδρες Ἐνναῖοι, τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ταύτην ἐπέσταλκα, ἀλλ' ἵνα βεβαίαν ἔχητε τὴν χάριν ἐπεξελθόντες τῇ δίκῃ Περίανδρον· τοῦ γὰρ ἀληθῶς ἔχειν τὴν πόλιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει ψευδεῖ καταχρωμένην ἀποστερεῖν τοὺς δεδανεικότας ἀπόδειξις ἔσται μοι τὸ τούτου τῆς κλοπῆς ὑμᾶς καταψεύσασθαι. οὐ γὰρ ἔχει λόγον ὑγιᾶ, τοὺς αὐτοὺς τοτὲ μὲν ὡς πενομένους πάρεσιν αἰτεῖσθαι χρημάτων, τοτὲ δὲ ὡς πλουτοῦντας πολλὰ τῶν κοινῶν εἰς τοὺς ἁρπάζοντας προΐεσθαι, ἀλλ' ἢ καὶ πρὸς τοὺς δανειστὰς πλουσίους ὑμᾶς εἶναι δέον, ἢ καὶ πρὸς τοὺς κλέπτοντας πένητας. (2) ἐὰν δὲ τὰ μὲν τῆς πόλεως χαρίζησθε τοῖς νοσφιζομένοις ὡς περιουσιάζοντες, τὰ δὲ τῶν δεδανεικότων ἀποστερῆτε διὰ τοὺς δημαγωγοὺς ὡς ἀπορούμενοι, πρῶτον μέν, ὃ καὶ μεῖζόν ἐστιν, ἀδικήσετε μηδενὸς ὑμῖν ἀδικεῖν ἐπιτρέψοντος, ἔπειτα πολλῷ δικαιότερόν ἐστιν ἃ παρίησιν ὁ δεδανεικὼς ὑμῶν ἔχειν οὐ δυναμένων διὰ τοὺς ἀφαιρουμένους, κομίσασθαι τὸν δεδανεικότα, ἢ Φαλάριδος ἐπ' ὀνόματι δωρεᾶς χρεωκοπηθέντος Περίανδρον ἀδεῶς κεκερδακέναι τὰ τοῦ παρεικότος. ὥσθ' ὑμῖν πάρεστιν ἢ σὺν τῷ σῶσαι τὰ σφέτερα κυρίαν ἔχειν καὶ τὴν ἀπ' ἐμοῦ χάριν, ἢ μετὰ τῆς τῶν ἰδίων χρημάτων ἀπωλείας πραχθῆναι καὶ τὰ παρειμένα.

LXXXI. Ennensibus.

Non quod remissæ pecuniæ me pœniteat, Ennenses, epistolam hanc vobis misi, sed ut firmum habeatis in ius vocato Periandro beneficium. Nam revera habere civitatem, sed falso sub prætextu privare creditores ex eo mihi apparebit, si falso eum furti accusaveritis. Hoc enim sana omni caret ratione, eosdem modo tanquam pauperes debiti remissionem petere, modo tanquam divites publicorum bonorum multa permittere diripienda, verum aut erga creditores etiam vos divites esse oportet, aut erga peculatores etiam pauperes. (2) Si vero civitatis bona tanquam copiis affluentes surripientibus gratificemini, creditores autem suis propter demagogos tanquam egeni spolietis, primum, id quod et maximum est, iniuriam facietis, etsi nemo ut iniuriam faciatis vobis permittet, deinde multo est iustius, cum remissam a debitore pecuniam propter eos qui auferunt retinere non possitis, atque recipere eam creditorem, quam Phalaride doni nomine ære suo fraudato Periandrum impune lucrari quæ eius sunt qui remisit. Itaque in vobis est, aut una cum servandis vestris pecuniis ratum habere et a me præstitum beneficium, aut cum rei familiaris iactura ea quoque exigi a vobis, quæ remissa sunt.

πβ'. Τιμάνδρῳ.

Τῆς ἐν Καμαρίνῃ πολιτείας κατ' ἐμοῦ, μὴ πεπει-

LXXXII. Timandro.

Eorum, quæ Camarinæ contra me molitus es, quum

σμένων Καμαριναίων μέγαν ὑπὲρ μικρᾶς αἰτίας ἐπάρασθαι πόλεμον, νῦν μὲν ἴσως παραμυθίαν ἔχεις τὸ κατ' ἐμοῦ στρατιὰν ἀγείρειν· ὅταν δὲ τὸ κοῦφον ἐπιλίπῃ σε τῆς τεθείσης ἐλπίδος, τότε κατὰ τὴν ἀξίαν οὐχ ὧν δέδρακας ἀλλ' ὧν πέπονθας ἀνιάσῃ. καίτοι τί σοι ὄφελος εἰς παραμυθίαν; εἰ μὲν γὰρ ἐμελλήσαμεν δεῖσαι ὥσπερ ἐκπέπληξαι σύ, τάχ' ἂν τινος εἶχου λόγου διὰ τὸν ἐμὸν φόβον· νῦν δ' εἰς τἄλλα μὲν οὐδ' ὅσον ἡμᾶς ἐλύπησας, σὲ δὲ τῷ μηδ' ἐναρμόσαι σεαυτὸν τῷ παρ' ἡμῖν ἀπολέσθαι βασανιστηρίῳ. οὐδεμιᾶς γάρ σοι δεῖ τελευτῆς ἐπὶ τοιαύταις κολαζομένῳ συμφοραῖς, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, εἰ οἷόν τε, μακροτέρου βίου.

non persuaseris Camarinæis magnum pro parva caussa suscipere bellum, nunc fortasse solatium habes, quod exercitum in me colligis : ubi vero quod habet vani spes proposita te reliquerit, tunc uti par est non ob ea quæ fecisti, sed quæ passus es dolebis. Quanquam quid tibi prodest ad solatium? Si enim passuri essemus quæ tu extimescis, fortasse aliqua niterere ratione propter meum metum : nunc vero in ceteris ne tantulum quidem me læsisti, te vero, quod ne aptum quidem te præbuisti, qui nostro perires tormento. Nulla enim tibi opus est morte, quum tali calamitate puniaris, sed etiam naturali, si fieri potest, longiore vita.

πγ'. Μελιταίοις.

Συμπέπεισμαι πρεσβευσαμένοις ὑμῖν δανεῖσαι χρήματα, καίπερ πρὸς τὸ παρὸν οὐκ εὐπόρως ἔχων διὰ τὸ συνεχῶς εἰς πολέμους ἀνηλωκέναι. ἀλλὰ προφάσεως οὔ φασι δεῖν πρὸς φίλους. πάθοιτε δὲ μηδὲν ὅμοιον τοῖς πολλοῖς, οἳ δανειζόμενοι μὲν τοῖς εὐφημοτάτοις ὀνόμασιν ἀποχρῶνται, ἀπαιτούμενοι δὲ τοῖς χαλεπωτάτοις, ἔργον οὔτε δίκαιον οὔτε εὐχάριστον ποιοῦντες. δεῖ γὰρ λαβόντα μεμνῆσθαι τῶν δεδωκότων καὶ μέχρι τῆς ἀποδόσεως ὁμοίους ἡγεῖσθαι τοὺς δεδανεικότας, καὶ εἴτε χρηστὸς εἴη, ὡς χρηστῷ διαλύεσθαι, εἴτε καὶ φαῦλος, ὡς φαύλῳ. καὶ γὰρ ἐπιεικεῖ καὶ μὴ τοιούτῳ δίκαιον ἀποδοῦναι τὸ πεπιστευμένον. (2) ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Μελιταῖοι, καὶ ὅταν δανείζω καὶ ὅταν ἀπαιτῶ, εἷς εἰμὶ καὶ ἐμαυτῷ παραπλήσιος, οἱ δανειζόμενοι δὲ πρὸς τοὺς καιροὺς τὸν τρόπον ὥσπερ φασὶ τοὺς χαμαιλέοντας τὰ χρώματα πρὸς τοὺς τόπους ἀλλάττουσι, καὶ λαμβάνοντες μὲν ὡς εὐεργέτην καὶ θεὸν ἐπαινοῦσιν, ἀπαιτούμενοι δὲ τύραννον καὶ οὐ καθαρὸν ἀποκαλοῦσιν. οἶδα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πολλῷ κρεῖττόν ἐστιν ἰδιώτῃ δανείσαντα χρεωκοπεῖσθαι ἢ πόλει· ὑπὸ ἰδιώτου μὲν γάρ τις ἀποστερόμενος ἐχθρὸν ἕνα προσκέκτηται, καὶ τοῦτον ἀσθενῆ· ὑπὸ δὲ πόλεως ζημιοῦται μὲν οὐδὲν ἧττον, ἐχθροὺς δὲ πολλοὺς ἔχει καὶ οὐχ ἕνα. οὐ μὴν καταγνοίην ἂν ὑμῶν τοιόνδε τι, ἀλλ' ἀνυπόπτως δίδωμι τὰ χρήματα· τά τε γὰρ ἄλλα μνήμονας ὑμᾶς ἐπίσταμαι καὶ περὶ τὰ συμβόλαια δικαιοτάτους καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐδὲ τοῦτο ἀγνοοῦντας, ὅτι κατηγορία μᾶλλόν ἐστι πολλῶν ἀδικεῖν ἕνα ἢ ἑνὸς ὑπὸ πολλῶν ἀδικεῖσθαι. οὐ γὰρ εἰκὸς ἕνα πολλῶν, πολλοὺς δ' ἑνὸς καταφρονεῖν εὐλογώτερον.

LXXXIII. Melitensibus.

Quas missis legatis petiistis pecunias vobis mutuo dare adduci me passus sum, quamvis in præsentia non magna mihi copia sit propter continuos in bella sumptus. Sed caussa non opus esse aiunt in amicos. Ne vero similes vos præstetis plurimis, qui quum sumunt mutuum, blandissimis, quum vero appellantur, asperrimis nominibus abutuntur, rem nec iustam nec grati animi agentes. Oportet enim, qui accepit, memorem esse eorum qui dederunt et, donec reddat, æquales existimare eos qui mutuum dederunt, et sive sit bonus, ut bono, sive pravus, ut pravo solvere. Nam et probo et non probo creditum reddere æquum est. (2) Ego sane, Melitenses, et quum do mutuum et quum repeto, idem sum mihique similis, qui vero sumunt mutuum, ad tempora etiam mores, sicut chamæleontes aiunt colores ad loca, immutant, et quum accipiunt, ut beneficii auctorem atque deum laudant, quum appellantur, tyrannum et impurum contumeliose nominant. Verum et hoc scio, multo melius esse, si privato mutuum dederis, fraudar quam si civitati : nam a privato si quis spolietur, inimicum unum sibi comparaverit eumque imbecillem; sin vero a civitate, damnum non minus facit, inimicos autem multos habet, non unum. Nec vero tale quid de vobis metuo, sed sine suspicione do pecunias : nam et alias memores vos scio et in contractibus iustissimos, prætereaque hoc quoque haudquaquam ignorantes, maiorem in reprehensionem incurrere multos uni iniuriam facientes quam unum a multis iniuria affectum. Nam verisimile non est unum multos, sed multos unum contemptui habere magis rationi consentaneum.

πδ'. Μεσσηνίοις.

Οὐκ ἠγνόουν, ὅτι πέμψαντός μου τοῖς παρ' ὑμῖν θεοῖς ἀναθήματα, τρίποδάς τε Δελφικοὺς καὶ στεφάνους χρυσοῦς καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ πολυτελῆ χαριστήρια τῆς σωτηρίας, δυοῖν θάτερον ποιήσετε, ἢ τοῖς

LXXXIV. Messaniis.

Non ignorabam, quum dona mitterem dīis vestris, tripodes Delphicos et coronas aureas atque alia multa et pretiosa pro salute mea munera, alterutrum vos facturos esse, aut diis pie consecraturos, aut hos privantes inter

θεοῖς εὐσεβοῦντες ἀναθήσετε, ἢ τούτους ἀποστερήσαντες αὐτοὶ διανεμεῖσθε, ὅπερ δὴ καὶ δεδράκατε. προσποιησάμενοι γὰρ ἐμοὶ λοιδορεῖσθαι, ὡς τῶν ἀναθημάτων διὰ τὸν κτησάμενον οὐ καθαρῶν ὄντων, τοὺς θεοὺς ἱεροσυλήκατε. τί γὰρ διαφέρει τὰ καθωσιωμένα περισπάσαντας ἀπενεγκεῖν ἢ τὰ κατωνομασμένα τοῖς θεοῖς; ἐκείνων γὰρ ἀμφότερα ἦν καὶ οὐ τῶν πεπομφότων. (2) ἡ μὲν οὖν παρ' ἐμοῦ χάρις εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἡ παρ' ὑμῶν ἀσέβεια παντελής ἐστι· καὶ γὰρ ἐμὲ τὸν δεδωκότα καὶ τοὺς ἁρπάσαντας ὑμᾶς ἴσασιν. ἀρκεῖ δέ μοι τοὺς τὰ τῶν θεῶν λαβόντας ἐναγεῖς ὑμᾶς δρᾶν γεγονότας τῇ τῶν ἱεροσυληθέντων ὀργῇ· σὺν γὰρ τοῖς ἄλλοις, δι' ὧν αὐτὰ κέρδος ἡγήσασθε, προσωμολογήκατε μηδὲν εἶναι μυσαρὸν τῶν ἀπεσταλμένων, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ κειμήλια διττὰς ἔχει τύχας, ἂν μὲν ὑμεῖς αὐτὰ διανέμησθε, τὰς ἀμείνους, ἂν δὲ τοῖς θεοῖς κομισθῇ, τὰς χείρους. (3) πρὸς δὲ τούτοις ἑαυτοὺς ἐλέγχετε περιφανῶς ἠσεβηκότας· οἱ μὲν γὰρ ἄρχοντες τοῦ ψηφίσασθαι πολέμια εἶναι τὰ χρήματα τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρουσιν, ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸ πάντων δεινότατον τοὺς μὲν θεοὺς ὡς κακοὺς ἀνθρώπους προδότας ἂν γενέσθαι λέγετε, εἰ δῶρα παρὰ τυράννου λάβοιεν, τοὺς δὲ πολιτευομένους παρ' ὑμῖν, οἳ τρὶς οὐχ ἅπαξ Μεσσήνην ὡς Ἀκράγαντά μοι ὑπὸ χεῖρα πεποιήκεσαν ἄν, εἰ χρήματα αὐτοῖς αἰτοῦσι προείμην, οὐ κολάζετε. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι κοινωνεῖτε τῆς αὐτῆς προαιρέσεως καὶ οὐ δύνασθε τοῖς αἰτίοις ἐλευθέρως ἐπεξελθεῖν· πάντες γὰρ ἔνοχοι δωροδοκίας εὑρεθήσεσθε. οὐ μὴν ἀλλ' ἐγὼ μέν, ἵνα μὴ δοκῶ περὶ τῶν ἀναθημάτων λέγειν μήτε παρ' ἐμοὶ μεμενηκότων μήτε τοῖς θεοῖς ἀνατεθειμένων, οὐδεμίαν ποιήσομαι φροντίδα, μετελεύσονται δὲ ὑμᾶς ἀξίως τῶν τετολμημένων οἱ σεσυλημένοι καὶ περὶ ἐμοῦ καὶ περὶ ὧν εἰς αὐτοὺς ἠσεβήκατε. ἔρρωσθε· τὸ δὲ ἔρρωσθε διπλῆν παρέμφασιν ἔχον, ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, μὴ ἀγνοεῖτε ὅτι πρὸς τὸ χεῖρον γέγραπται.

πε'. Τιμώνακτι.

Νενίκηκα τῷ πολέμῳ Λεοντίνους. ἵνα δὲ τῇ λύπῃ διαρκέσῃς καὶ μὴ πάντων ἀθρόως ἀκούσας ἀποκαρτερήσῃς, οὐκ ἔγραψά σοι περὶ τῶν ὅλων, ὅτι καὶ Ταυρομενείτας καὶ Ζαγκλαίους συμμαχήσαντας αὐτοῖς καὶ αὐτοὺς εἰς τέλος νενίκηκα, οὐδ' ὅτι λαβὼν ὑπὲρ τῆς ἀφέσεως τῶν ἑαλωκότων τάλαντα ἑκατὸν ἀπελύτρωσα τοὺς αἰχμαλώτους. οὐ γὰρ ἐβουλόμην διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν εὐτυχημένων μοι προσαγγελίαν ἀπολουμένου σου τὸν οὐκ ὀρθῶς ὄντα δοκεῖν ἄνθρωπον ἀνῃρηκέναι.

πς'. Ἱέρωνι.

Πολλὰ λέγειν ἔχων καὶ κατὰ σοῦ καὶ περὶ ἧς κατ' ἐμοῦ πεφλυάρηκας ἐν Λεοντίνοις δημοκοπίας οὐδὲν

vos ipsos distributuros, id quod fecistis. Simulantes enim vos convicium mihi facere, quasi donaria propter eum, qui possederat, impura essent, deos per sacrilegium spoliastis. Nam quid interest, consecrata diripueritis an destinata diis? illorum enim utraque sunt, nec eorum qui miserunt. (2) Itaque et gratus meus in deos animus et vestra impietas consummata sunt: nam et qui dedit me, et vos qui rapuistis sciunt. Sufficit vero mihi, quum dii non acceperint, piacula videre vos factos eorum, qui per sacrilegium sunt spoliati, iræ: præter enim quam quod lucro ea duxistis vobis, nihil esse eorum quæ missa sunt impurum confessi estis, nisi forte rerum pretiosarum earundem duplex est conditio, si inter vos eas distribuatis melior, sin vero diis offerantur, deterior. (3) Accedit quod vos ipsos manifesto impietatis coarguitis: nam magistratus caussam, cur hostiles esse istas res decreverint, in populum conferunt, vos vero populus in magistratus, et quod omnium est gravissimum, deos tanquam malos homines proditores fore dicitis, si dona a tyranno acciperent, eos vero, qui apud vos rempublicam regunt, quique ter et non semel Messanam sicut Agrigentum mei potestati subicerent, si pecuniam eis petentibus largirer, non punitis. (4) Caussa hæc est, quod eiusdem propositi participes estis, nec libere potestis reos iudicio persequi: nam omnes largitionibus corruptos esse apparebit. Verum enimvero, ne videar de donariis dicere, sive apud me mansissent, sive diis consecrata essent, nihil equidem curabo, repetent vero a vobis dignas temeritate vestra pœnas qui spoliati sunt et mea caussa et vestræ in ipsos impietatis. Valete. Quumque duplicem hoc valete significationem, boni et mali, habeat, nolite ignorare, in deteriorem partem scriptum esse.

LXXXV. Timonacti.

Vici bello Leontinos. Sed quo dolori par esses nec universis simul auditis manum tibi inferres, non scripsi tibi quod rem conficit, me et Taurominitanos et Zanclæos, qui auxilium illis tulerant, ipsos etiam plane devicisse, neque me acceptis pro eorum qui capti essent libertate centum talentis redemptos captivos dimisisse. Nolebam enim, si incredibili rerum feliciter a me gestarum nuntio accepto periisses, qui vere non esset hominem videri interfecisse.

LXXXVI. Hieroni.

Quamvis multa habeam dicere et in te et de popularitate tua, qua fretus apud Leontinos in me nugatus es,

ἐρῶ περισσότερον πλὴν ὅτι κώνωπος ἐλέφας Ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει.

πζ'. Ἀρισταινέτῳ.

Οὐ λυπεῖ με τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἡ τῆς τυραννίδος ἰσχὺς γεγήρακεν, ἀλλὰ Φάλαρις· λυπεῖς δέ με σὺ λίαν ὑπερφοβούμενός μου. τὸ γὰρ εἱμαρμένον ἥξει, κἂν Ἀρισταίνετος μᾶλλον ἢ δεῖ φοβηθῇ.

πολλῷ δὲ κρεῖττόν ἐστι μὴ δεδοικότα
παθεῖν τὸ μέλλον δεινὸν ἢ δεδοικότα,

ἵνα σοι καὶ μετὰ παραδειγμάτων ποιητικῶν ἐπιστέλλω.

πη'. Ἱμεραίοις.

Ἡμῖν μέν, ὦ Ἱμεραῖοι, τὴν γνώμην τὴν ἑαυτῶν καὶ σφόδρα δήλην ἐποιήσατε, ὅτι ὑμῖν οὐδὲν διαφέρει Φάλαριν ἐχθρὸν ἢ φίλον εἶναι. τὸ θεῖον δὲ καλῶς ἐποίησε, καὶ πείθομαι ὅτι ἔχω ἰσχυρὸν παρ' αὐτοῦ σύμβολον τοῦ ὅτι καὶ τἆλλα χωρήσει μοι κατὰ νοῦν. ἐγὼ δὲ Κόνωνα μέν, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑμῖν ἐπέστειλα, ἀποσφάξαι εὐθέως ἐκέλευσα, εἰδὼς πονηρὸν ὄντα καὶ οὔτε γονέας αὐτῷ οὔτε συγγενεῖς ἐν τῇ πόλει ὄντας. Δρωπίδαν δ' ὑμῖν ἀπέπεμψα τιμήσας ὡς ἐνῆν· οὔτε γὰρ πονηρὸς ὑμῖν, οὔτε ἠδικηκὼς ἡμᾶς οὐδέν. περὶ δὲ Στησιχόρου βουλευσόμεθα.

πθ'. Νεολαΐδᾳ.

Οὐδὲν ἄχαρι βούλομαί σε παθεῖν ὑπ' ἐμοῦ· πλείω γὰρ εὑρίσκω σοι τὰ ἀγαθὰ πεπραγμένα τῶν χειρόνων. διὸ καὶ τοῦτό σου τῶν βελτιόνων ἓν γενέσθω, τὸ μὴ προσαναγκάσαι με τῷ χαλεπωτέρῳ τῆς ψυχῆς κατὰ σοῦ χρήσασθαι πάθει.

ϙ'. Μνησικλεῖ.

Τῆς μὲν εὐτυχίας ὡς μάλιστα συνήσθημεν ἀκούσαντες, εἰ καὶ σφόδρα σοι βουλομένῳ υἱὸν ποιήσασθαι θυγάτηρ ἐγένετο. καὶ νομίζομεν αὐτὴν τοσοῦτον ποθεινοτέραν γενέσθαι σοι, καθ' ὅσον ἀνθ' υἱοῦ γέγονε· πέφυκε γὰρ θυγάτηρ μᾶλλον ἀρρένων παίδων περὶ πλείστου ποιεῖσθαι γονέας. τὰς δὲ δωρεὰς τὰς παρ' ἡμῶν τότε ἂν ἀσμένως δόξειας λαμβάνειν, ὅταν μὴ μόνον ἃ πέμπομεν προθύμως ἀποδέχῃ, ἀλλὰ καὶ ὧν δεῖ σοι ἀγνοούντων ἡμῶν ἐπιστέλλῃς. δεῖ δέ σοι καὶ πλειόνων ἤδη νυνὶ καὶ πολυτελεστέρων διὰ τὴν θυγατέρα.

ϙα'. Ἀλκάνδρῳ.

Μήτε σὺ μήτ' ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς ἐμὲ καταδείσειν λόγοις οἰέσθω, κἂν μηδὲν εἴπω, ἀλλὰ μηδ' ἔργοις ἐλπιζέτω· πολέμων γὰρ ἔμπειρος ὢν καὶ οὔτ' ἐπ' ἀδίκοις οὔτε παρὰ δύναμιν θρασυνόμενος, καὶ

nihil dicam amplius quam elephantem Indicum non curare culicem.

LXXXVII. Aristæneto.

Non molesta mihi est senectus : non enim tyrannidis vis consenuit, verum Phalaris; tu vero mihi valde es molestus, dum mihi metuis. Namque veniet fatum, etiamsi plus æque Aristænetus metuerit.

Futura fata convenit multo magis
nihil timentem quam timentem perpeti,

ut et cum poeticis exemplis tibi scribam.

LXXXVIII. Himerensibus.

Sententiam vestram vel maxime manifestam nobis fecistis, Himerenses, quod vestra nihil interesse existimatis, Phalarin inimicum an amicum esse. Bene autem fecit divinum numen, credoque me certum ab eo omen habere hoc, reliqua quoque ex animi sententia mihi successura. Ego vero Cononem, ut et antea vobis scripsi, statim iugulari iussi, quum scirem, improbum esse neque parentes ei et cognatos in civitate. Dropidam vobis remisi honore, quantum poteram, affectum; neque enim improbus in vos, neque in nos fuit unquam iniuriosus. De Stesichoro deliberabimus.

LXXXIX. Neolaidæ.

Nihil acerbi volo te a me pati : plura enim te invenio bona quam mala perpetrasse. Quare etiam hoc ex bonis tuis unum esto, ut ne me cogas atrociore animi in te uti affectu.

XC. Mnesicli.

Accepto nuntio optatissimo quam maxime tecum lætati sumus, etiamsi vehementer filium optanti filia tibi nata sit. Atque eam tanto desiderabiliorem tibi natam credimus, quod pro filio nata est. Natura enim filia ita comparata est, ut masculis liberis plus parentes colat. Dona vero nostra tunc libenter visus fueris accipere, quum non solum quæ mittimus prompto animo accipias, verum etiam quibus opus tibi sit nobis ignaris scribas. Opus habes autem pluribus iam nunc et pretiosioribus propter filiam.

XCI. Alcandro.

Neque tu neque alius hominum quisquam timorem mihi incussurum se verbis facile putato, etiamsi nihil dicam, nedum ut factis speret : nam et bellorum peritus et neque in rebus iniustis nec supra vires audax, et va-

τοὺς καιροὺς ῥοπὰς ἀγχιστρόφους καὶ ἑτεροκλινεῖς εἰδὼς ἔχοντας, ἔτι δὲ τὰς τύχας ἀβεβαίους εἰπεῖν μᾶλλον ἱκανώτερος πεφυκὼς ἢ ἀκοῦσαι, θαρρῶ μὲν ἐπ' ἐμαυτῷ ὅσον οὐδεὶς τῶν ὄντων, πιστεύω δὲ τῷ δαίμονι πρὸς μηδένα τῶν ἀδικησάντων ἔλαττον σχήσειν. ἔχω γὰρ παρ' αὐτοῦ πίστιν ἰσχυρὰν τὸ πάντας ἐφ' ἡμῖν ποιῆσαι τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

ria temporum sciens momenta et mutabilia, prætereaque ad narrandam fortunæ inconstantiam quam ad audiendam aptior, confido mihimet quantum eorum qui sunt nemo, ac deo credo, me nemini eorum, qui iniuriam intulerunt, inferiorem fore. Pignus enim certum ab eo mihi est hoc, quod omnes, qui insidias struxerunt, nobis subiecit.

ϟβ'. Στησιχόρῳ.

Ἀκούω σε καὶ εἰς Ἀλούντιον παρεληλυθέναι καὶ εἰς Ἄλαισαν καὶ χρήματα ἀγείρειν καὶ στρατιώτας παραλαμβάνειν πέμποντα κατὰ τὰς πόλεις, καὶ ταῦτα συντάττειν ἐφ' ἡμᾶς. οὐκ ἄρ', ὦ Στησίχορε, παύσῃ τῆς ἀκρασίας τοῦ πολιτεύεσθαι τηλικοῦτος ὤν; οὐδὲ αἰσχύνῃ τὰς θεάς, ὧν ζηλωτὴς μὲν εἶναι καλλωπίζῃ, λυμαίνῃ δ' αὐτὰς ἐν οἷς πολιτεύῃ πρὸς ἄνδρας ἀμείνους; οὐδ' ἐλεεῖς τοὺς παῖδας οὐ πολὺ ἀποδέοντας ἄνδρας εἶναι ἤδη, ἀλλὰ προπετὴς εἶ ἀκμήν, μέλλων αὐτοῖς ἐχθρὸν ἐπιτειχίσειν οὕτω βαρύν, ὃς αὐτοὺς ἐκτρίψει πίτυος δίκην; καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀχαιῶν νόστους πυνθάνομαί σε συγγράφειν καί τισι τῶν ἡρώων ἐκείνων ἀβουλίαν ἐπιτιμᾶν ἱκανῶς· ὅπως δ' αὐτὸς ἀπονοστήσεις ἀπαθὴς ἐξ Ἀλαίσης εἰς Ἱμέραν οὐδὲν φροντίζεις. ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι μένουσί σε καὶ Καφηρίδες πέτραι καὶ Πλαγκταὶ καὶ Χάρυβδις [καὶ ὁ ναύπλιος στόλος], καὶ οὐκ ἂν ἐκφύγοις ὅλως τὰς ἐμὰς χεῖρας, οὐδ' ἂν εἰ θεῶν σέ τις καθ' ὑμᾶς τοὺς ποιητὰς ἀιστώσειεν.

XCII. Stesichoro.

Audio te et Aluntium profectum et Halesam pecunias cogere et copias contrahere civitatibus imperatas easque in nos instruere. Non ergo desistes, Stesichore, tam senex ab intemperanti reipublicæ gerendæ cupiditate? neque revereris deas, quarum cultorem te esse iactas, sed ipsas iniuria afficis, dum rempublicam geris adversus viros meliores? neque liberorum misereris, qui iam ad virilem ætatem prope accesserunt, sed imprudens es, hostem illis oppositurus tam gravem, qui eos exscindet ut qui pinum? et Achæorum quidem reditus audio te conscribere et heroum illorum nonnullis consilii inopiam satis exprobrare: tu vero quomodo ipse Halesa Himeram incolumis rediturus sis nihil curas. Scias autem, te manere et Capharea saxa et Planctas et Charybdin, nec meas manus facile effugeris, ne si deorum quidem aliquis, ut cum vobis poetis loquar, te occultaverit.

ϟγ'. Ἱμεραίοις.

Ἀπελύσαμεν Στησίχορον, ὦ Ἱμεραῖοι, παρέντες αὐτῷ τῶν πεπολιτευμένων πρὸς ἡμᾶς τὰς αἰτίας, οὐ δι' ὑμᾶς ἀξιοῦντας, ὡς ὑμῶν γε ἕνεκα κἂν ἀπωλώλει πολλάκις οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ ταῖς θεαῖς αὐτὸν ἀφήκαμεν, αἷς ἐστὶ κατάσχετος, καὶ ὅσοι ἔχουσι τὴν Ἱμερίδα γῆν θεοί τε καὶ ἥρωες· οὐδὲν γὰρ ἔχω ἐκείνοις ἐγκαλεῖν, εἰ καὶ ὑμῖν πάνυ πολλά. καὶ αὐτοὶ δὲ ὑμεῖς ἴστε, οἷα ἐπεχείρησε ποιῆσαι κακά. ἀλλ' ᾐδέσθην ἱερὸν ἄνδρα καὶ κατὰ σοφίαν εὐκλεᾶ καὶ ταῖς Μούσαις ὡς ἀληθῶς καταπεπιστευμένον συγκατατάξαι τῷ πόρνῳ καὶ βδελυρῷ Κόνωνι καὶ βιάσασθαι ἀποθανεῖν, ὡς εἴθε γε καὶ τὴν μοῖραν ἐπέχειν τῶν τοιούτων ἐνῆν. καὶ ὑμῖν δὲ ἐπισκήπτω λιπαρῶς ὡς οἷόν τε, ὦ Ἱμεραῖοι, μὴ κατασύρειν αὐτὸν εἰς ἐκμελῆ καὶ ἀπῳδὰ τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ πολιτευμάτων. (2) καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς ἑκὼν εἶναι παραδίδωσιν ἑαυτόν, ὡς πυνθάνομαι παρὰ τῶν εἰς Ἄλαισαν ἀφικνουμένων, ἀλλ' ἥττων ὢν τῆς ὑμετέρας ἀγνωμοσύνης καὶ βίας. παύσασθε οὖν βιαζόμενοι αὐτὸν καὶ χρῆσθε τοῖς ἐπιτηδειοτέροις, Στησίχορον δὲ ἄνετον εἶναι καὶ σχολάζειν τῇ λύρᾳ τῇ ἑαυτοῦ ἄφετε καὶ μὴ ὁμοίους ἐμοὶ ἐχθροὺς αὐτῷ κατασκευάζετε, οὐχ ὁμοίως ἴσως αὐτῷ προσοισομένους. εἰ δὲ δεῖσθε πάντως τῶν πρὸς ἡμᾶς πολιτευομένων,

XCIII. Himerensibus.

Absolvimus Stesichorum, Himerenses, remissa ei eorum, quæ in republica adversus nos gessit, culpa, non propter vestram petitionem, nam ad vos quod attinet vel sæpenumero, non semel periisset, verum deabus eum remisimus, a quibus possidetur, et quotquot agrum Himerensem habent dii et heroes: nihil est enim cur hos, etiamsi multa sunt cur vos accusem. Neque ipsi vos ignoratis, qualia mala facere aggressus sit. Sed reveritus sum virum sacrum et sapientia clarum et Musis revera concreditum in eodem numero habere cum Conone, exoleto et impuro homine, et ad mortem subeundam cogere: atque utinam talium quoque cohibere liceret fatum. Ac simul vos impense quantum possum rogo, Himerenses, ne abripiatis eum ad absona et absurda, quæ novissima eius fuerunt, reipublicæ gerendæ studia. (2) Neque enim ipse voluntarius se tradit, ut ab eis audio, qui Halesam veniunt, sed vestra victus iniquitate et violentia. Desistite igitur a vi ei inferenda et utimini aptioribus, Stesichorum vero sacrum esse ac lyræ suæ vacare sinite, nec similes mihi hostes ei subornate, non similiter fortasse eum tractaturos. Sin vero omnino sociis in ge-

προχειρίσασθε τοιούτους ἑτέρους ἐξ ὑμῶν τινάς, οὓς ἐγὼ λαβών, ὡς ἂν ἐμοὶ φίλον ᾖ καὶ ἐμῇ ψυχῇ κεχαρισμένον, μετ' οὐδεμιᾶς δεισιδαιμονίας καταχρήσομαι.

renda republica indigetis, tales e vobis alios eligite, quos ego ubi cepero, prout mihi libuerit ac meus in vos fuerit animus, sine ulla religione conficiam.

ϞΔ'. Στησιχόρῳ.

Τυραννοῦμεν, ὦ Στησίχορε, καὶ οὐχ Ἱμεραίων, ἀλλὰ Ἀκραγαντίνων, ὥστε σοι πολλὴν εἰδέναι χάριν, ὅτι ἀφελόμενος ἡμᾶς ἐλάσσω ἀρχὴν τὴν μείζω ἔδωκας. εὖ μέντοι ἴσθι, ὅτι καὶ οἱ ἐν Ἀκράγαντι ἄρχοντες τοὺς ἐν Ἱμέρᾳ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι δυνησόμεθα.

XCIV. Stesichoro.

Tyranni sumus, Stesichore, ac non Himerensium, sed Agrigentinorum, ut magnas tibi agam gratias, quod minore imperio nobis adempto maius dedisti. Certo autem scias, nos Agrigenti principes qui Himeræ sunt hostes ulcisci posse.

ϞΕ'. Αὐτονόῃ.

Ἔπεμψά σοι τὸ ἀργύριον οὐδ' ὅσον ἐπαναβαλόμενος μετὰ τὸ λαβεῖν τὰ γράμματα, νομίζων οὐ χάριτος εἶναι τὸν καιρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τάχους. τρία μὲν οὖν τάλαντα, ὡς ἠξίους, ἐπεδώκαμεν, ὅπως καταθεμένη τὴν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ζημίαν λύσῃς τὰς φυγὰς αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐπὶ πλέον ἀλητεύῃ· πείρᾳ γὰρ οἴδαμεν τὴν τοῦ φεύγειν ἀτυχίαν ὅσον ἐστὶ κακόν. τρία δὲ παρ' ἑαυτῶν ἀπεστείλαμεν, ἵνα τὰ δημιόπρατα τῆς οὐσίας ἀναλάβῃς. παραινῶ δὲ τοῦ λοιποῦ τῷ Κλεισθένει πολιτείας ἀπέχεσθαι καὶ μὴ τοιαύτας αἱρεῖσθαι πραγματείας ἐξ ὧν αἱ μὲν ὠφέλειαι πάσης γίνονται τῆς πόλεως, αἱ βλάβαι δὲ ἴδιαι τῶν προεστηκότων. (2) καὶ εἰ τὰ οἰκεῖα μὴ οἷά τε σωφρονίζειν αὐτόν, τοῖς ἐμοῖς παραδείγμασιν ἀνεψιαδοῦ πρὸς μητρὸς ὄντος χρήσθω, ὅτι κἀγὼ διὰ πολιτείας ἄγνοιαν ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος οὐδὲ τύραννος ὢν ἴσχυκα κατελθεῖν. οὐδὲν δὲ τερπνὸν οὕτως ἡγοῦμαι τῆς ἀρχῆς ὡς ἀνιαρὸν τὸ φεύγειν τὴν πατρίδα. ταῦτα δ' ὑμῖν ἐπιστέλλω μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ἐφ' οἷς δέδωκα ἀλγῶν, ἀλλ' ἐφ' οἷς πεπόνθατε ἀνιώμενος, οὐδ' ὅπως μὴ πάλιν ποτὲ δῶ, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰς μηδὲν κακὸν ἀξιώσητε λαβεῖν, ἐγὼ δ' εἰς εὐτυχίας αἰτούμενος ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων καὶ προθυμότερον καὶ πολυτελέστερον χαρίζωμαι.

XCV. Autonoæ.

Acceptis litteris misi tibi argentum sine ulla mora, non beneficii solum, sed etiam celeritatis tempus esse ratus. Ac tria quidem talenta, uti petebas, largiti sumus, quo soluta pro filio mulcta exilio eum liberares, nec ille amplius oberraret : experientia enim novimus exulum infortunium quantum sit malum. Tria vero sponte misimus, quo publicata bona recuperares. Ceterum hortor Clisthenem, ut a republica abstineat, nec talia sectetur studia, in quibus commoda totius fiunt civitatis, damna vero propria eorum, qui præsunt. (2) Et si domestica eum non poterunt emendare, me consobrino a matre exemplo utitor, quod ego quoque reipublicæ ignoratione pulsus patria ne tyrannus quidem potui redire. Nec vero quicquam tam iucundum duco in imperio quam triste patriam fugere. Hæc vobis scribo per deos non ob ea quæ dedi dolens, sed ob illa quæ passi estis afflictus, neque ut nunquam rursus dem, sed ut vos in nullam malam rem accipere velitis, ego vero in prosperam fortunam rogatus a coniunctissimis et promptius et liberalius gratificer.

ϞϚ'. Νικοφήμῳ.

Οὓς ἐν Λεοντίνοις κατελέγου δημηγορῶν καταικισθέντας ἀπολέσθαι οἰκτίστως, ἐπιβουλεύσαντας ἀπωλέσαμεν. καὶ οὐδὲ τοῦτ' αἰσθάνῃ, ὅτι τοὺς ὑπ' ἐμοῦ τιμωρηθέντας παραφέρων οὐ μόνον αὐτὸς ἐπιβουλεύεις ἐμοὶ τοιαῦτα ἔχων παραδείγματα, ἀλλὰ καὶ Λεοντίνους πολεμεῖν ἀναγκάζων ὀκνηροτέρους ποιεῖς, ὅτι πρὸς τοιοῦτον ἐχθρὸν ἀδικοῦντες πολέμου ἄρξουσιν· ἀμήχανον γὰρ τὸν αὐτὸν καὶ μισεῖσθαι διὰ χαλεπότητα καὶ καταφρονεῖσθαι ἐπὶ μαλακίᾳ, εἴπερ ἀπέβη τὸ δόξαν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

XCVI. Nicophemo.

Quos apud Leontinos ad populum instigandum recensebas excruciatos misere periisse, eos ob structas insidias perdidimus. Ac ne hoc quidem sentis, te enumerandis eis, qui a me puniti sunt, non solum ipsum insidiari mihi, quamvis talia exempla habeas, sed etiam Leontinos, dum bellare cogis, tardiores reddere, quia tali hosti iniuste bellum inferent. Nam fieri non potest, ut idem et ob crudelitatem odio et ob mollitiem sit contemptui, si quidem ad opinionem res cecidit. Talia enim præmia nec invidemus vobis, nec contendere de eis dissuademus.

ϞΖ'. Λυσίνῳ.

Οὐ παύσῃ τῆς ἀβουλίας, ἀμαθέστατε Λυσῖνε, οὐδὲ

XCVII. Lysino.

Non desistes a temeritate, stultissime Lysine, nec

φείσῃ σεαυτοῦ τριάκοντα ἔτη γεγονώς, βαρυτέρους ἐχθροὺς ἢ δυνήσῃ μετὰ πολλῶν ἄλλων τοιούτων φέρειν ποιούμενος, ἀλλ' ἔπη καὶ τραγῳδίας εἰς ἐμὲ γράφεις ὡς ἀνιασόμενον; τὰ δ' ἀποτελέσματά σοι δεινότερα πάσης τραγῳδίας φυλάξῃ μὴ γενέσθαι.

parces tibi triginta annos nato, graviores tentans hostes quam poteris cum multis aliis talibus sustinere, sed carmina et tragœdias in me scribis quasi graviter laturum? exitus vero tibi ne omni tragœdia atrocior fiat cave.

ζη'. Ἐπιχάρμῳ.

Ἀρκεῖς μόνος δικαίους ἡμᾶς νομίζων, κἂν μηδεὶς ἄλλος λέγοντί σοι πείθηται· εἷς γὰρ ἀνὴρ ἐμοὶ τοιοῦτος ἁπάσης ἐστὶ Σικελίας μέτρον, τὸ δ' ἀνεξέταστον πλῆθος ἐρημίας ὑπειλήφαμεν ἀναπλήρωμα, ὑφ' οὗ καὶ τὸ ἀγνοεῖσθαι καὶ μὴ χρηστοτέρους δοκεῖν οὗ ἐσμὲν τάχα οὐκ ἀνωφελές. σὺ δὲ πολλοὺς μὲν ἔχεις ὁμοίους σεαυτῷ (τὴν γὰρ ἀρετὴν τῶν ἀνθρώπων, οὐ τὸν ἀριθμὸν σκοπούμεθα), μεθ' ὧν ἔγνωκας ἡμᾶς καλοὺς κἀγαθούς· εἰ μέντοι καὶ μόνος ἦσθα, ἐπλουτοῦμεν ἀνθρώπων μαρτύρων καὶ πλειόνων οὐ προσεδεόμεθα ἐπαίνων.

XCVIII. Epicharmo.

Sufficis solus iustos nos esse existimans, etiamsi nemo alius verbis tuis fidem habeat : nam talis vir unus mihi instar est totius Siciliæ, multitudinem vero nesciam iudicare solitudinis habemus supplementum, a qua ignorari nec meliores videri quam simus fortasse non inutile. Tu multos quidem habes tibi similes (nam virtutem eorum qui sunt, non numerum spectamus), quibuscum nosti nos bonos et honestos : verum etiamsi solus esses, abundaremus testibus, nec pluribus laudibus indigeremus.

ζθ. Κέβρωνι.

Τί δήποτε θαυμάζοντές με τῶν τρόπων ὡς δειναῖς χρώμενον αἰκίαις πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας ἐξ ὑμῶν κατ' ἐμοῦ τῷ τοιούτῳ οὐκ ἐκπέπληχθε, ἀλλὰ τὰς μὲν τύχας ὀλοφύρεσθε τῶν τιμωρηθέντων, συμβούλους δ' αὐτοὺς οὐ ποιεῖσθε μὴ ἀδικεῖν Φάλαριν; ἄμεινον μὲν οὖν κἀμοὶ ἦν μὴ καθίστασθαι εἰς τοιαύτης ἀμύνης ἀνάγκην, λυσιτελέστερον δὲ ὑμῖν τὸ μὴ χρῆσθαι τῇ προπετείᾳ κατὰ πάντα, ἔπειτά τε ἐμοὶ ὁ τρόπος εὐνοουμένῳ, τί ποτ' ἂν ἐπράξατε, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐγενόμην ἔγωγε περὶ τὰς τιμωρίας, ὁπότε μηδὲν ἐλπίζοντες πείσεσθαι μέτριον παραβάλλεσθε; ἔστιν οὖν ἐμὲ παῦσαι τῆς ὠμότητος, ἐὰν αὐτοὶ πρότερον παύσησθε ἀδικίας.

XCIX. Cebroni.

Cur tandem qui moribus meis adstupetis, ut qui crudelibus utar suppliciis in istos ex vobis, qui insidias mihi machinantur, hoc tali non deterremini? at sortem eorum, qui pœnas dederunt, deploratis, nec tamen eorum exemplo discitis ab iniuria Phalaridi inferenda abstinere. Ac mihi quidem satius esset, ad tale non cogi genus ultionis, vobis vero utilius, omnino inconsiderate nihil agere. Deinde, quæ mihi insita est benevolentia, quid tandem faceretis si non tali modo pœnas sumerem, quum etiam moderatum supplicium non exspectantes iis vos temere obicitis? licet igitur me a crudelitate revocare, si vos ab iniuria abstinebitis.

ρ'. Εὐκτήμονι.

Οὐδὲν ἔψευσαι τῶν ἐπ' ἐμοὶ διαβολῶν· καὶ γὰρ αὐτὸς πάνθ' ὅσα κατηγορεῖς ἐν Συρακουσίοις ὁμολογῶ. ἀλλ' εἰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγώ τε τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς εἰς ἐμαυτὸν ἁμαρτάνοντας ἐφειδόμην, καὶ ὑμεῖς τοῦ προπετῶς οὕτως κἀμοὶ καὶ ἑαυτοῖς ἐπιβουλεύειν, οὐδεὶς ἂν οὔτε ἐμοῦ κατηγόρησεν ὡς ἔκθεσμα δρῶντος, οὔθ' ὑμᾶς ὡς ἀνίατα πάσχοντας ᾤκτίζετο.

C. Euctemoni.

Tuarum in me criminationum nulla falsa est, quin et ipse omnia, quorum me apud Syracusios accusas, confiteor. Verum si pariter et ego ab eis puniendis abstinerem, qui in me ita delinquunt, et vos ab inconsiderata temeritate, qua insidias et mihi et vestram in perniciem struitis, nemo neque me tanquam nefanda patrantem accusaret, neque vestrum ut insanabilia passorum misereretur.

ρα'. Κλεοβούλῳ.

Οὐ πείθονταί σοι Καμαριναῖοι τὸν πρὸς ἐμὲ πόλεμον ἐξενεγκεῖν σφόδρα πολλὰ ἑκάστης ἐκκλησίας πείθοντι· καλῶς γὰρ ἴσασι πόλεμον ἔργοις οὐ λόγοις δημηγόρων κατορθούμενον. ὥστε, εἰ βούλει πολεμεῖν αὐτούς, τὰ ἀποτελέσματα δεῖξον τῇ γνώμῃ συνοίσοντα. ἂν μέντοι μηδ' οὕτως ὑπακούσωσι, μεταβαλλόμενος τἀναντία παραίνει, καὶ τάχ' ἂν τούτῳ περιγένοιο τῷ τρόπῳ ὧν βεβούλησαι. δυοῖν γὰρ θάτερον ἐν τῷ παρόντι, ἢ τὴν γνώμην ἀσύμφορον ἢ τὸν συμβουλεύοντα οὐδενὸς ἄξιον ἡγοῦνται. ἐγὼ μὲν γὰρ οἴομαι ἑκάτερα. εὖ μέντοι

CI. Cleobulo.

Non persuades Camarinæis, ut bellum adversus me suscipiant, quantumvis multa quaque concione moliens : probe enim sciunt, bellum factis, non dictis oratorum perfici. Quare, si vis bellare eos, exitus ostende consilio responsuros. Sin vero ne sic quidem obtemperaverint, mutata sententia contraria suade, ac fortasse hoc modo quæ vis obtinebis. Duorum enim alterum, ut res nunc sunt, aut consilium damnosum aut consilii auctorem inutilem existimant. Ego sane puto utrumque. Scias

ἴσθι καὶ τόδε, ὡς οὐ λόγοις ἀπράκτοις ἀμυνούμεθά σε, οἷς εἰς ἡμᾶς ἄρχειν δοκεῖς ἀδικίας, ἀλλὰ ἔργοις, ὧν οἱ πειραθέντες οὐκ εἰσαῦθις ἐπεβούλευσαν. ταῦτ' εἰδότες Καμαριναῖοι οὐ βούλονται πεῖραν λαβεῖν ὀργιζομένου Φαλάριδος· χαριζόμενος γὰρ αὐτοῖς ἡδίων ἔδοξα.

autem etiam, ad nos quod attinet, non verbis inanibus nos te ulturos esse, quibus ultro nobis iniuriam inferre videris, sed factis, quæ qui experti sunt, in posterum insidiari desierunt. Hæc quum sciant Camarinæi, irascentis Phalaridis experimentum facere nolunt: gratificans enim iucundior eis soleo videri.

ρβ'. Κλεοδίκῳ.

Πολλὰ καὶ δεινὰ βεβούλευσαι κατ' ἐμοῦ, Κλεόδικε, παρὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν. πόθεν γὰρ σοὶ τὸ ἐλπίσαι κακῶς ποιήσειν Φάλαριν, χαριουμένῳ τῇ τοῦ Θρακὸς τοῦ βυρσοδέψου θυγατριδῇ, Αὐτάνδρου δὲ γυναικί, τοῦ τὸν δεσπότην ἑαυτοῦ κτείναντος, ἐξ ὧν οὕτω πλουτῆσαι αὐτῷ συνέβη, καίπερ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ἐνυβρικότι; οὐ μὴν εἰς τοῦτό γε προαχθήσομαι τῆς ὀργῆς, ὥστε τὰ σοὶ πεπραγμένα λόγῳ διεξελθεῖν. ἐὰν γάρ σε ἄξιον ἀμύνης ἡγησώμεθα, οὐκ ἐν λόγοις βουλησόμεθα μόνον, ἀλλ' ἐν ἔργοις δυνησόμεθα, ἅπερ εἰς ἡμᾶς ὠρέχθης ἐξαμαρτάνειν, εἰς κεφαλήν σοί τε καὶ τῷ σῷ γένει τρέψαι.

CII. Cleodico.

Multa mala in me machinatus es, Cleodice, præter tuam quam habes potestatem. Unde enim ea tibi spes, fore ut affligeres Phalarin, quo gratum faceres Thracis istius coriarii nepti, uxori Autandri, qui domino suo interfecto divitias istas sibi comparavit, etsi omnibus naturæ legibus insultavit? nec tamen eo procedam iracundiæ, ut tua facinora verbis percenseam. Quum enim ultione te dignum iudicaverimus, non verbis tantum volemus, sed re ipsa efficere poterimus, ut ea, quæ tu in nos peccare fueris conatus, in caput tibi tuumque genus convertantur.

ργ'. Τοῖς Στησιχόρου παισίν.

Τοῦ πένθους τίνα ἄν τις ἄλλην ἱκανωτέραν ὑμῖν παράκλησιν εἰσενέγκοιτο, ὦ παῖδες, ἢ τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ' ᾧ γε τὸ πένθος φέρεσθε; οὐ γὰρ δακρύεσθαι τὰ Στησιχόρου πρέπον, ἀλλ' ὑμνεῖσθαι. καὶ καθόλου μὲν οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς οὔτε θρήνους οὔτε αἰκισμοὺς προσέσθαι σωμάτων, οὐχ ὅτι οὐ κοινὰ ταῦτα πάθη καὶ κατηναγκασμένα παρέπεται πᾶσιν, ἀλλ' ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις, ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας ἀλλ' ὁ βίος ἔχει, οὐ Στησιχόρῳ, ζήσαντι μὲν ἔτη τοσαῦτα σὺν ταῖς ἁγιωτάταις θεαῖς [ἐν χοροῖς καὶ μέλεσι Μουσῶν,] ὀνομασθησομένῳ δὲ ἐπὶ τιμαῖς καὶ στεφάνοις. (2) ὁμολογουμένως γὰρ οὔτε παρ' ἡμῖν οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις μείζων **· ἡ γὰρ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ μοῖρα ἡ πρὸς τὸ πᾶν ἰοῦσα αὕτη καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἔμοιγε εἶναι δοκεῖ. ὥστε, ὦ παῖδες μεγάλου καὶ ὑπερφυοῦς πατρός, φρονεῖτε μὲν ἄξια τοῦ τεκνώσαντος (οὐ γὰρ μικρὸς ὑμῖν ἀγὼν μὴ πολὺ καταδεεστέρους ἐκείνου ὑμᾶς γενέσθαι), πενθεῖτε δὲ μηδαμῶς εὐτυχῆ μοῖραν ἥρωος οὐχ ἑνὶ μακαρισθησομένην χρόνῳ, παντὶ δὲ αἰῶνι, μηδὲ τῶν τιμῶν, ἃς ψηφίζονται ὡς ἐπὶ θεῷ Ἱμεραῖοι, τὸ λαμπρότατον ὑφαιρεῖσθε, τὴν δόξαν. οὐ γὰρ ἐκεῖνός γε, ὃν ἡμεῖς ἴσμεν, ἠχθέσθη θανάτου προθεσμίᾳ συναιρούμενος, οὐδὲ τῶν ἡρώων τοὺς γενναιοτάτους, ἐπεὶ ὑπὲρ δόξης ἔθνησκον, ἐν τοῖς καλλίστοις ποιήμασιν ὑμνήσας, ἅπερ ὑμῖν κτήματα μὲν τοῦ παντός ἐστιν ἄξια, παραδείγματα δὲ βίου σωφρονέστατα, αὐτός, ὁπόθ' ἧκεν ἡ μοῖρα πρὸς τὸ πέρας, ἀπτοήτως ἔθνησκεν. (3) εὖ γὰρ ἴστε, ὦ παῖδες, οὐ γὰρ ὑφ' ἡμῖν γενόμενος ἐχθροῖς οὖσιν ἔδεισεν, οὐδὲ ὡς δεινόν τι πείσεσθαι μέλλων ἐπεκλάσθη. πολὺ δὲ γενναιότε-

CIII. Stesichori liberis.

Luctus quam quis aliam meliorem vobis consolationem afferat, liberi, quam virtutem parentis, cuius caussa lugetis? non enim defleri Stesichorum decet, sed hymnis celebrari. Atque omnino nolim vos nec lamenta nec laniatus admittere corporis, non quod communes hi affectus non necessario adhæreant omnibus, sed quia talia hominibus conveniunt miseris, quorum non mors habet, verum vita, cur merito deploretur, non Stesichoro, qui tot annos vixit cum sanctissimis deabus, in choris et cantibus Musarum, ac propter præmia et coronas celebrabitur. (2) Haud dubie enim neque apud nos neque apud ceteros homines maius quicquam: nam immortalis dei pars ad universum rediens hæc et non alia mihi quidem videtur esse. Quapropter, liberi magni et sortem humanam egressi patris, digna genitore sapite (non enim parum contendendum vobis, ne multo inferiores illo sitis), sed minime lugete felicem herois sortem, non uno tempore beatam prædicandam, sed omni sæculo, neque ex præmiis, quæ decernunt tanquam deo Himerenses, quod est splendidissimum eripite, gloriam. Non enim ille, quem nos cognitum habemus, graviter tulit statuto mortis tempore abreptus, neque qui heroum ob gloriam mortuos pulcherrimis cecinit carminibus, quæ vobis divitiæ pretiosissimæ atque vitæ exempla prudentissima, ipse instanto fato extremo meticulose obiit. (3) Non enim, probe nostis, liberi, in nostra quum esset inimicorum potestate, metuit, neque tanquam mali aliquid passurus fractus est

ρος αἰχμάλωτος ἡμῖν ἦν ἢ ἀντίπαλος. ἡττήθη γοῦν τὰ πικρὰ τῆς τυραννίδος ὑπὸ σοφίας, οὐδ' ὁτιοῦν ἔχοντός μου δρᾶσαι κατ' αὐτοῦ δεινόν· ὃ γὰρ ἔδρων, ἐχαριζόμην. ἐγὼ δὲ μυρίοις πόνοις προθυμηθεὶς ἑλεῖν, ἀφ' οὗ περιεγενόμην αὐτοῦ, οὐδὲν ἔσχον ἕτερον αἱρεθεὶς ὑπὸ τούτου μᾶλλον ἢ χάριν εἰδέναι, κἂν εὐεργεσίας παρ' ἡμῶν ἐθελήσῃ λαμβάνειν. ἐφ' ᾧ οὐδ' ὀφείλεσθαι χάριν ἐμαυτῷ νομίζω, περιποιησάμενος εἰς δώδεκα μάλιστα αὐτὸν ἔτη (τοσαῦτα γάρ ἐστιν ἃ προσβεβίωκεν), ἐγὼ δὲ ὀφείλειν, ὅτι καὶ τὰ ἄλλα προσεπέρρωσεν ἡμᾶς καὶ θανάτου καταφρονῆσαι μόνος ἀνθρώπων ἔπεισεν.

animo, sed multo nobilior captivus nobis fuit quam adversarius. Victa est igitur acerbitas tyrannidis sapientia, quum nihil esset quod ei facere possem malum : nam quod faciebam, gratificabar ei. Ego vero quum infinito labore studuissem eum capere, postquam in meam redegi potestatem, non potui, captus ab eo magis, aliud quam gratiam habere, si vel beneficium a nobis accipere vellet. Quare nec gratiam mihi deberi puto, quum eum in annos duodecim maxime mihi asseruerim (tot enim sunt quos postea vixit), sed me debere, quod et in ceteris nos confirmavit et mortem contemnere solus hominum persuasit.

ρδ'. Καταναίοις.

Ὑμεῖς μὲν ἴσως ἐμαυτῷ πλεοναζούσας δοκεῖτε ποινὰς τετικέναι ὧν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς παρηνομήσατε, ἀντὶ μὲν ἀνδρῶν τριάκοντα ὧν ἀσεβῶς κατεπυρπολήσατε πεντακοσίους ὁπλίτας ἀπολωλεκότες, ἀντὶ δὲ ταλάντων ἑπτὰ ὧν διηρπάσατε πλείστας ἀπεστερημένοι προσόδους· ἐγὼ δὲ προοίμιον ὑμῖν ὧν μέλλετε πάσχειν ὑπ' ἐμοῦ τὰ νῦν γεγονότα καταγγέλλω, ἵν' ἃ δι' ἐμαυτὸν συμμαχήσαντα τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν πεπόνθατε ὁμολογεῖν αἰσχύνησθε. οὐ μὴν ἀνήσω γε τὴν πρὸς ὑμᾶς δυσμένειαν, ἕως ἂν ἡ διοικοῦσα πρόνοια τὴν αὐτὴν ἁρμονίαν τοῦ κόσμου φυλάττῃ. ἐξοίσω δὲ τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ τοσοῦτον ὅσον ὑπὲρ θεῶν τῶν πάντα καὶ σώζειν καὶ φθείρειν δυναμένων, εἴ γε θείας ψυχῆς, ὥσπερ τὰ λοιπὰ τῆς φύσεως στοιχεῖα, καὶ τὸ κατὰ τὴν Αἴτνην πῦρ μεμοίραται, εἰς ὃ τοὺς ἱκέτας ἀθέως βαλόντες οὐ Φάλαριν ἐχθρόν, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπόπτην ἥλιον ἐπικέκτησθε.

CIV. Catinensibus.

Vos nimias fortasse pœnas mihi solvisse opinamini iniuriarum, quas mihi atque meis intulistis, quum pro triginta viris, quos impie concremastis, quingentos milites perdidistis, pro septem talentis autem, quæ diripuistis, plurimis privati estis reditibus. Ego vero prœmium vobis eorum, quæ passuri a me estis, quæ nunc facta sunt denuntio, ut quæ, quum hostibus vestris auxilium ferrem, passi estis pudeat vos profiteri. At non remittam infestum in vos animum, dum moderatrix providentia eundem servabit mundi ordinem. Sed bellum vobis inferam non tam pro me ipso quam pro diis, qui omnia et servare et perdere possunt, si quidem divinæ animæ, ut reliqua naturæ elementa, Ætnæus quoque ignis particeps est, in quem supplicibus nefarie deiectis non Phalarin hostem, sed omnium inspectorem solem vobis comparastis.

ρε'. Νικαινέτῳ.

Τὸ πολλάκις ἴσως ἡμᾶς ἐπεσταλκέναι τῷ σῷ πατρὶ παῦσαί σε τῆς ἀφροσύνης ἐπῆρκεν, ὡς οὐκ ἄν, εἰ μὴ ἐδεδοίκειμεν τὴν ἔχθραν, ἀποτρέπειν παρεκελευόμεθα. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτου τὸ μὴ οὕτως ἔχειν οὐδὲ γράφειν ἀξιῶ, πυνθανόμενος δ' ἐπιεικῆ τὸν γέροντα εἶναι καὶ μηδὲ ἑτέρους αὐτῷ γεγονέναι παῖδας, ἐκεῖνον μὲν ἐλεῶν, σοῦ δὲ παρ' ἡλικίαν θρασυνομένου φειδόμενος, ἕως τοῦ παρόντος ἀνέσχηκα. σὺ δ' οὔτε πατέρα πρεσβύτην οἰκτείρεις ἐφ' ἑνὶ κινδυνεύοντα παιδί, οὔτε σεαυτοῦ φροντίζεις, ἐπιμένεις δὲ τῇ προπετείᾳ, πρῶτον μὲν τάχα, παρ' ὅσον οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν πέπονθας, εἶτ' οἰόμενος ἐξεῖναί σοι, ὁπόταν βούλῃ, πεπαῦσθαι. τοῦτο δ' οὐδὲ τοῖς πολὺ σοῦ δυνατωτέροις ἐνεγένετο. ἕως οὖν σοι παρὸν ἑκατέρων ἑλέσθαι τὸ λυσιτελέστερον, μὴ μιμοῦ Τίμανδρον, ἐχθρῷ δὲ μᾶλλον ὠφελίμῳ ἢ λίαν ἐπιζημίῳ συμβούλῳ χρῆσαι.

CV. Nicæneto.

Quod sæpe scripsi patri tuo, ut a dementia te avocaret, fortasse te extulit ad credendum, quasi, nisi timuissemus inimicitiam, non dissuadere iussissemus. Ego autem hoc secus se habere ne scribere quidem volo. Quum vero intelligam, bonum esse senem, neque alios ei esse liberos, quum illius misertus, tum tibi supra ætatem audaci parcens, hactenus me continui. Tu autem neque patris senis misereris, eiusque unico periclitantis filio, neque tibi ipsi prospicies, sed permanes in petulantia, ac primum fortasse, quod nihil dum a nobis passus es, deinde vero, quod putas tibi licere, quum volueris, desistere. At hoc ne multo te potentioribus quidem contigit. Dum igitur penes te est e duobus eligere quod satius est, noli Timandrum imitari, sed præstat inimico utili quam perquam noxio uti consiliario.

ρς'. Πολυδεύκει.

Ἐρρωμενέστερον ἀδικοῦμαι τῷ παντὶ ἢ τιμωροῦ-

CVI. Polluci.

Qua afficior iniuria, Pollux, pœnis a me sumptis maior

μαι, Πολύδευκες, οὐχ ὥσπερ ἔφησθα καὶ πάσχειν με δεινὰ καὶ δρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ δὶς καὶ τρὶς ἀδείας τοὺς αὐτοὺς τῶν ἐπιβουλευσάντων ἠξίωσα, τῶν δ' ἀδικούντων οὐδείς ἐστιν, ὅστις ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἁλοὺς κακοῖς ἔπειτα τὸ δεύτερον πονηρὸς ὀφθῆναι ᾐδέσθη.

omnino est, non ut tu aiebas, gravia me et pati et facere: ego enim iisdem insidiatoribus bis terque veniam dedi, eorum autem qui scelera perpetrant nemo est, quem semel in pravo facinore deprehensum iterum improbum esse pudeat.

ρζ'. Ἐγγυίνοις.

Οὔτε προφάσεως ἐνδεῖν μοι δοκῶ, δι' ἣν ἂν δικαίως ὑμᾶς ἀμυναίμην, οὔτε βουλομένῳ ἐπεξιέναι δυνάμεως. βουλήσομαι δέ, ἂν μὴ νῦν γέ ποτε αἰδεσθέντες ἡμᾶς ἀπολύσητε τοὺς ἄνδρας, οὓς οὐδενὶ δικαίῳ, διότι δὲ τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ Πασίωνι παρατριβομένῳ πρὸς ἡμᾶς ἔδοξε, τρίτον ἤδη μῆνα τοῦτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέχετε.

CVII. Enguinis.

Neque caussa mihi videor indigere, ob quam iuste vos ulciscar, neque, ubi voluerim adoriri, potestate. Volam autem, nisi nunc tandem nos reveriti dimiseritis viros, quos nullo iure, sed quod perditissimo homini Pasioni nobis infenso ita placuit, tertium iam hunc mensem in carcere detinetis.

ρη'. Ἱμεραίοις.

Στησίχορον ἴστε καὶ Κόνωνα καὶ Δρωπίδαν περαιουμένους ἀπὸ Παχύνου εἰς Πελοπόννησον ἀντὶ Κορινθίων, πρὸς οὓς γ' ἐπέμφθησαν ὑφ' ὑμῶν, πρὸς ἐμὲ ἀχθέντας. καὶ Δρωπίδαν μὲν ἴσως ἀποδώσομεν ὑμῖν, Κόνωνα δ' εὐθὺς ἀπεσφάξαμεν· Στησίχορος δὲ σῶός ἐστιν, ἕως ἂν τὸν τρόπον λογισώμεθα, ὃν χρὴ αὐτὸν τιμωρηθέντα ἀποθανεῖν.

CVIII. Himerensibus.

Stesichorum scitote et Cononem et Dropidam, quum a Pachyno in Peloponnesum traicerent, non ad Corinthios ad quos a vobis missi erant, pervenisse, sed ad me adductos esse. Ac Dropidam quidem fortasse reddemus vobis, Cononem vero statim iugulavimus: Stesichorus denique salvus est, donec exputemus, quo supplicii genere affectum eum mori oporteat.

ρθ'. Στησιχόρῳ.

Πυνθάνομαί σε περιδεῆ σφόδρα εἶναι ἐννοοῦντα τὴν δύναμιν ἡμῶν καὶ συνειδότα ἅμα τοῖς πρὸς ἐμὲ σοὶ πεπολιτευμένοις. θαυμάζω δέ σε, εἰ νῦν ἤρξω περιδεὴς εἶναι, ἀλλ' οὐ τότε εὐθέως, ὅτε ἐπολιτεύου πρός με ἀρχῆς παρανόμου [ὥσπερ σὺ προὔλεγες] Ἱμεραίοις συλλαβέσθαι βουλόμενος, διελογίζου, ὅτι γένοιτ' ἂν τάχα ἃ σὺ λέγεις Ἱμεραίοις. εἰ μὲν οὖν ὑπερεφρόνεις θανάτου, ὥσπερ καὶ ἐχρῆν σοφὸν ὄντα, τί νῦν, ὦ μάταιε, ἰλιγγιᾷς, ἐξόν, ἃ προσδοκῶν τότε οὐδὲν ἧττον θρασὺς ἦσθα, ταῦτα καὶ πελάζοντα γενναίως ὑπομένειν; εἰ δέ, ὥσπερ δῆλος εἶ, περιτρόμως ἔχεις πρὸς τὴν ἀφ' ἡμῶν δίκην ἐσομένην, τί, ὦ προπετέστατε, ἐβόας τότε καὶ τοσοῦτον σεαυτῷ παρεσκεύαζες ἐχθρόν, ἐναγῆ καὶ αὐθάδη καλῶν καὶ τὰς ἐκ τῶν ἐπῶν σου ῥήσεις εἰσφέρων εἰς τὰς ἐκκλησίας; τί δὲ μουσικὸς καὶ μελοποιὸς ὢν καθιστᾷς σεαυτὸν εἰς ἐναντίον σχῆμα καὶ προαίρεσιν βίου τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἐξὸν σχολὴν ἄγειν καθεζόμενον καὶ μὴ θερμοτέρων ἅπτεσθαι πραγμάτων ἢ ποιηταῖς πρέπει; ἐπεὶ δ' ἀντὶ ποιητοῦ δημαγωγὸς ὠρέχθης γενέσθαι, μένει σε οἷα φημὶ οὐ ποιητὰς οὐδὲ μουσικοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ δημαγωγοὺς ὑπὲρ δύναμιν θρασυνομένους κρατούντων ἐχθρῶν.

CIX. Stesichoro.

Audio te consideratione nostrarum virium ac novarum rerum, quas adversus me molitus es, conscientia conterritum pertimescere. Miror vero, si nunc demum pertimescis, et non iam tum, quum adversus me res novas moliebaris ad illegitimum imperium obtinendum Himerensibus socium te adiungens, reputabas, brevi futura esse ea quæ dicebas Himerensibus. Si mortem igitur contemnebas, ut sane decebat sapientem, quid nunc, inepte, æstuas, quum liceat, quæ tunc ventura audacter exspectabas, hæc iam instantia fortiter sustinere? sin vero, ut apparet, pœnam pertimescis a nobis tibi imminentem, quid tunc clamabas, inconsideratissime, ac tantum tibi parabas hostem, scelestum eum atque arrogantem vocans tuisque e carminibus sententias proferens in conciones? quid, musicus quum sis et poeta, te ipsum conicis in formam institutumque vitæ studiis contrarium, quum liceat in otio considere et a calidioribus quam quæ poetis conveniunt rebus abstinere? quoniam vero pro poeta concionator esse voluisti, manent te qualia non dico poetas atque musicos, sed concionatores supra vires superbientes, postquam in hostium manus devenere.

ρι'. Κλεισθένει.

Οὐ τὸ τοῖς πολλοῖς εἰθισμένον, ὅταν ἐπὶ τοῦ λόγου βλαφθέντες ἐν τοῖς ἀποτελέσμασι τῶν ἔργων εὐδοκιμή-

CX. Clistheni.

Non id quod plurimi solent facere, quum in consiliis parum felices rerum exitu probati fuerint, facturus scri-

σωσι, πρᾶξαι βουλόμενος ἐπιστεῖλαί σοι δεῖν ᾠήθην, ἵν' ἐν ᾧ παρὰ γνώμην ἐσφάλης, οὐ πεισθεὶς ἐμοὶ τὰ βέλτιστα εἰπόντι, μέρος συμφορᾶς γενόμενος ἐπιτιμῴην (οὐδὲν γὰρ ἕτερόν μοι δοκοῦσιν οἱ τοῦθ' αἱρούμενοι ποιεῖν ἢ πολὺν ἑαυτῶν ἔπαινον εὐβουλίας διατιθέμενοι κατηγορεῖν τῶν ἐπταικότων, ὅτι οὔτε προέγνωσαν τὸ συμφέρον, οὔτε τοῖς προειποῦσιν ἐπείσθησαν), ἀλλ' ὥσπερ αἰσθανόμενος περὶ σοῦ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ἵνα μὴ πάθῃς, οἰκειότατος ἐγενόμην, οὕτω πεπονθότος ἃ μήποτ' ὤφελες, αὐτὸς οἶμαι καὶ συναμαρτεῖν καὶ συνταλαιπωρεῖν. (2) προύλεγον μὲν γάρ, ἵνα μὴ γένηται· γεγονότων δὲ διὰ τὴν τύχην συνατυχῶ καὶ τῇ τύχῃ οὐκ ὀνειδίζω, ἀλλ' ἵνα μὴ μείνῃ τοιαῦτα, ὡς ἔνεστι πεφιλοτίμημαι. ταῦτα μὲν οὖν παρὰ τῆς σεαυτοῦ μητρὸς ἥκων ἄμεινον ἂν μάθοις· σὺ δὲ σχέτλιος, ὃς οὐδ' ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος παρ' ἡμῖν ἐβουλήθης ὡς εὐνουστάτοις τὰς φυγὰς ἀναπαῦσαι. τοῦτο δὲ εἰ μὲν ἄλλου του χάριν εἵλου, δίκαιος οὐκ ἂν εἴης περὶ ἡμᾶς· εἰ δ' ὡς ὀνειδισθησόμενος ᾐδέσθης τοὺς προειπόντας καὶ οὐ πείσαντας, μικροῦ δέω λέγειν ὅτι καὶ ἥδομαι οὕτω σου σωφρονοῦντος, αἰσχυνόμενος γὰρ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἁλίσκοιο ἁμαρτάνων.

bendum tibi esse censui, quo, quod præter opinionem lapsus es non habita mihi optima suadenti fide, pars ipse calamitatis factus, reprehenderem (nihil aliud enim, qui sic instituunt, videntur mihi facere, quam suam ipsorum prudentiam magnopere laudando accusare lapsos, quod neque quod utile esset præsenserint, neque eis, qui prædixerunt, fidem adiunxerint), sed ut, quum quæ tibi imminerent animadverterem, ne paterere, omnem tua caussa dedi operam, ita, quum passus sis, quæ non debebas, me ipsum puto et una erravisse et simul affligi. (2) Prædicebam sane, ne fieret; quum vero factum sit fortuna, simul infortunatus sum, nec probris increpo fortunam, sed ne in eodem statu res maneat, quantum fieri potest laboro. Atque hæc quidem a matre tua coram melius poteris intelligere: tu vero miser es, qui ne exul quidem patria apud nos voluisti quam benevolentissimos fugam sistere. Quod si alia de caussa fecisti, iniquus in nos fueris; sin autem tanquam reprehendendus veritus es eos, qui prædixerunt, nec persuaserunt tamen, parum abest quin dicam me lætari adeo, quod ita sapias: quum enim eorum, quæ prædicta sunt, te pudeat, non in eisdem iterum erroribus deprehenderis.

ρια'. Νικίππῳ.

Τοῦ μὲν εἰληφέναι σε τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς πλείστη σοι χάρις, ἐγὼ δέ, ὅπερ ἔλεγες φοβεῖσθαι Συρακουσίους, μή τί σοι χαλεπὸν ἐξ αὐτῶν ἀνάσχῃ δεξαμένῳ τὰ παρ' ἡμῶν χρήματα μηνύσεως αὐτοῖς ἀποδοθείσης, τοῦτ' ἔμελλον ποιήσειν, μὴ λαβόντος σου κατηγορήσειν ὡς εἰληφότος, ἵν' ᾖ σοι τὸ αὐτὸ δεξαμένῳ καὶ μή, μᾶλλον δὲ τὸ μὲν ἧττον, τὸ δὲ τῷ παντὶ χεῖρον. μὴ λαβὼν μὲν γὰρ ἐμοῦ κατηγοροῦντος τὸ δεδωκέναι πάντως ἂν αἰτίαν εἶχες εἰληφέναι· λαβὼν δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐμοῦ τὸ μὴ δεδωκέναι λέγοντος, οὐκ ἴσως ἀλλ' ὄντως ἀπήλλαξαι τῆς αἰτίας.

CXI. Nicippo

Gratias tibi ago maximas, quod dona a me missa accepisti: quod vero dicebas te metuere, ne, si dona mea accepisses, Syracusiis indicio facto periculum aliquod ab iis tibi immineret, sic equidem constitueram, si non accepisses tanquam qui accepisses te accusare, ut sive acciperes sive non, in eadem esses conditione, immo vero si illud, in meliore, si hoc, in longe peiore. Nam si non accepisses, me dedisse affirmante, omnino crimen incurreres munerum acceptorum; cum vero revera accepisse me dedisse negante, non fortasse, sed procul omni dubio crimine absolutus es.

ριβ'. Ἱερωνύμῳ.

Ἐπυνθάνου, τίσιν ἀντεξήτακα τὸ δύνασθαι Λεοντίνων μοι ἐπεξιόντων κατὰ τῆς χώρας, ἣν ἐμὴν οὖσαν ἀποτέμνονται, περιγενέσθαι. τὸ μὲν οὖν ὅτι δικαιοτέρων ἐχόμενος καὶ οὐκ ἄρχων πολέμου ἀλλ' ἀμυνόμενος, οὐκ ἂν ἐπιστείλαιμι· τούτων γὰρ παρ' ὑμῖν οὐκ ἔστι λόγος· ὃ δέ, κἂν μὴ προσποιῆσθε, ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη, τοῦτ' ἂν εἴποιμι, ὅπλοις πολλοῖς καὶ ἀνδράσι δυνατοῖς καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις, ὧν ἁπάντων ἐνδεεῖς ὄντες αὐτοὶ μαχοῦνται πολεμίῳ καὶ περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς τύχας πεπλουτηκότι.

CXII. Hieronymo.

Rogabas, quibus rebus posse me Leontinos, ingressione facta agrum meum devastantes, superare colligam. Atque hoc quidem, quod iustiorem caussam habeam, nec belli auctor sim, sed propulsator, non scribam: horum enim a vobis nulla habetur ratio. Quod vero, tametsi dissimuletis, vos scire necesse est, hoc dicam: annis multis et viris fortibus et pecuniis et navibus et equis, quorum omnium indigi ipsi cum hoste conflictabunt et horum et fortunæ divites.

ριγ'. Λαμάχῳ.

Τοὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τούσδε, ὅταν τοῦ πλήθους λάβῃ τῶν Καμαριναίων, χαλκευθῆναι κατὰ φύσεως ἀπανθρωπίαν ἀποφαίνεις. βούλομαι μὲν ἐν τούτῳ

CXIII. Lamacho.

Septem et triginta istos, quoties captas plebem Camarinæorum, ære combustos esse naturæ immanitate declaras. Volo quidem in hoc subsistere numero et, ita

μεῖναι τῷ ἀριθμῷ καὶ νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον εὔχομαι, οὐχ ὁρῶ δὲ ἐώμενον τοῦτο ὑπό τινων μέχρι τούτων ὡρίσθαι. σὺ γοῦν αὐτὸς ἐννέα καὶ τριάκοντα βιάζῃ τούτους γενέσθαι, προσνέμων σεαυτὸν καὶ τὸν ἀναίσθητον Ἐπιθέρσην. καὶ οὐχ ὅμοιόν ἐστιν ἢ ἐμὲ διαβάλλεσθαι ὑφ' ὑμῶν ἀπολλυμένων ἢ ὑμᾶς πονηροτάτους ὄντας ὑπ' ἐμοῦ ἀμυνομένου ἀπόλλυσθαι.

me Iuppiter maximus, opto, sed video esse, qui non permittant hoc iis terminari. Tu certe ipse novem et triginta hos esse cogis, quum temet adiungis et stupidum Epithersen. Nec simile est, aut me conviciis proscindi a vobis interficiendis, aut vos improbissimos a me ultionis caussa interfici.

ριδ'. Νικάρχῳ.

Οὐκ ἀναγκάζεις Καμαριναίους ἐμοὶ πολεμεῖν, ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ πολεμεῖσθαι, οἱ δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν ποιοῦντες πρᾶγμα καὶ τοῦτο σαφῶς εἰδότες καὶ πρὸ τῶν λόγων τὰ ἔργα σκοπούμενοι καὶ πρὸ τῶν ἔργων ἔτι τάχιον τὰ ἀποτελέσματα, πολὺν ἤδη χρόνον παραπέμπουσί σου τὰς δημαγωγίας, σὺ δ' οὐκ αἰσχύνῃ βαρύτερος ὢν ἐκείνοις ἀπὸ τοῦ βήματος [καὶ τῶν λόγων] ἢ ἐμοί, καθ' οὗ πολιτεύῃ.

CXIV. Nicarcho.

Non cogis Camarinæos mihi inferre bellum, sed a me bello oppugnari, illi vero quod prudentium virorum est sequuti, idque probe scientes, et ante dicta facta considerantes et ante facta celerius etiam exitus, iam dudum artes tuas aspernantur, te vero non pudet molestiorem habendis ex suggestu orationibus esse illis quam mihi, contra quem novas res moliris.

ριε'. Νικαίῳ.

Οὐ δοκεῖ σοι πικρὸν βασανιστήριον ὁ ταῦρος οὐδὲ τῶν παρ' ἡμῖν μηχανημάτων οὐδέν, ἐπεὶ τὸν εἰς ἐκεῖνα ἔλεον οὐκ ἂν μέλλων ἡμῖν μάχεσθαι προανήλισκες.

CXV. Nicæo.

Non videtur tibi acerbum tormentum taurus neque machinarum nostrarum ulla: non enim bellum adversus me parans omnem ab illis exspectandam misericordiam consumpsisses.

ρις'. Κλεομέδοντι.

Σὺ μέν, ὡς πυνθάνομαι, κατηγορῶν ἐμοῦ τὰς περὶ τὸν Κλεόμβροτον τύχας οἰκτρὰς ὀδύρεσθαι ἐπιχειρεῖς, ἐγὼ δὲ σέ, Κλεόμεδον, πολὺ μὲν ἐκείνου τολμῶντα ἀδικώτερα, τῷ παντὶ δὲ ὄντα ἀσθενέστερον ἐμοὶ ὑποχείριον γενέσθαι.

CXVI. Cleomedonti.

Tu, sicut audio, me accusans hoc agis, ut Cleombroti casum miserabilem deplores, ego vero, ut tu, Cleomedon, qui longe quam ille iniquiora audes eoque omnino es inferior, in mea potestate sis.

ριζ'. Μελιταίοις.

Οὐκ ἐκφαυλίζων, ὦ Μελιταῖοι, τὰς τιμὰς ὑμῶν ἀπέπεμψα τὸν πρεσβευτὴν κατασεσημασμένας φέροντα αὐτάς, οὐκ ἐᾷ δέ με ἐπαινεῖσθαι τὰ πεπραγμένα. ὑμεῖς μὲν οὖν ἴσως, οἷον αὐτοί με εἶναι δοκεῖν ἐθέλετε, τοιοῦτον οἴεσθε ὑπολαμβάνεσθαι καὶ παρ' ἑτέροις· ἐγὼ δὲ οἶδα παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι κακὸς ὑπολαμβανόμενος, παρὰ δ' ὑμῖν κἂν νομίζωμαι ἀγαθός, οὐδὲν ἐκτεῖναι δυνάμενος ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἄλλους τὴν φήμην, πολὺ δὲ μᾶλλον εἰς τὰς ψευδοδοξίας τῶν ἀνθρώπων βλάψων ὑμᾶς, ὅτι τὸν κάκιστον οὐκ ἄν, εἰ μὴ τοιοῦτοι καθειστήκειτε, ἐπῃνεῖτε. ἐξ ὧν τοίνυν ὑμεῖς μὲν ἂν ἀδίκως πονηροί, ἐγὼ δ' οὐδὲν ἐπιεικέστερος [ἐμαυτοῦ] ὑπελαμβανόμην, οὐκ ᾤμην δεῖν ἐμαυτὸν τιμᾶσθαι.

CXVII. Melitensibus.

Non quod despicerem, Melitenses, ea, quibus me honoravistis, per legatum obsignata remisi, sed non sinunt me laudari ea quæ gesta sunt. Ac vos fortasse, qualem ipsi me esse videri vultis, talem putatis etiam ab aliis haberi: ego vero scio, me a reliquis omnibus malum haberi, a vobis autem etiamsi bonus esse censear, minime tamen hinc ad reliquos extendere posse famam, sed multo magis falsis hominum opinionibus excitandis vobis nociturum, quod improbissimum, nisi essetis tales, non probaretis. Itaque quibus fieri non potuisset quin vos iniuste mali, ego vero nihilo probior haberer, his non putavi me oportere honorari.

ριη'. Καμαριναίοις.

Καὶ εἰς Γέλαν ἔπεμψα καὶ εἰς Λεοντίνους, καὶ πρὸς ὑμᾶς πέμψαι δεῖν ᾠήθην, ὅπως μοι συλλάβησθε εἰς τὰ παρόντα, οὐχ ὅπλων οὐδὲ ἵππων δεομένῳ οὐδὲ ἀνδρῶν, ὧν κενὴν εἶναι λέγετε τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀργυρίου.

CXVIII. Camarinæis.

Et Gelam misi et ad Leontinos et ad vos mittendum esse putavi, ut in præsentem rerum statum auxilio mihi veniretis, non armis neque equis indigo nec viris, quo-

καὶ Λεοντῖνοι μὲν ἡμῖν ἔπεμψαν πέντε τάλαντα εὐθέως, Γελῷοι δὲ ὑπέσχηνται δέκα δώσειν. ὑμᾶς δ' οὔτε βραδυτέρους Λεοντίνων οὔτε μικροπρεπεστέρους ἔσεσθαι Γελώων ὑπολαμβάνω.

ιθ'. Ἀστυπαλαιεῦσιν.

Οὔτε μᾶλλον ἀνιαθεὶς ἐν τῷ ζῆν ἐμαυτῷ σύνοιδα, μὰ τοὺς θεούς, ἄνδρες πολῖται, καίτοι πολλαῖς καὶ παραδόξοις χρησάμενος μεταβολαῖς, οὔτε πλέον ἥσθείς, ἄμοιρος γὰρ οὐδὲ τῶν τερπνῶν ἐγενόμην. ἠνιάθην μὲν οὖν ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τῆς πατρίδος ἐξέπιπτον ἀδίκως, ὅπερ ἀλγεινότατόν ἐστι καὶ τοῖς δικαίως τοῦτο πάσχουσιν, ἥσθην δέ, ὅτι δημοσίᾳ μου μνησθέντες ἐγράψατέ μοι περὶ ὧν ὁ καιρὸς ὑμᾶς ἤπειγεν. ὡς γὰρ παρ' ἑνὸς τῶν μάλιστα εὐνοουμένων καὶ περὶ ὑμᾶς ἐσπουδακότων ᾐτήσασθε, οὐ τοσοῦτον, ὡς ἔοικε, τοῦ λαβεῖν τι τῶν ἐψηφισμένων, ὅσον τοῦ μαρτυρῆσαι μὲν ἐμοὶ δημοσίᾳ τὸ μὴ δικαίως ἐξεληλάσθαι, καταγνῶναι δὲ τῶν τοῦτο δρασάντων. οὔτε γὰρ αἰτῆσαι χάριτας παρὰ τοῦ μὴ στεργομένου τις ἂν οὔτε λαβεῖν παρὰ τοῦ μὴ στέργοντος ὑπομείνειεν. (2) νῦν δὲ παρέδωκεν ὁ καιρὸς μέμψασθαι μὲν ὑμᾶς ὡς τοὺς πρώτους χρόνους μηδὲν αἰτησαμένους, εὐχαριστῆσαι δὲ τοῦ παρόντος, ἡνίκα αἰτεῖσθε ἅπερ ὑμεῖς μὲν οἱ λαβόντες δώσετε ταῖς ἀληθείαις (δέδεγμαι γὰρ ὑμῶν χάριν τὴν αἴτησιν), ἐγὼ δὲ ὁ μετὰ τοσαύτης ἡδονῆς διδοὺς λήψομαι μᾶλλον ἢ δώσω. τί γὰρ ἀνδρὶ φιλοπάτριδι κάλλιον καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἢ δοκεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας εὖ ποιεῖν; ὃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς μοι τῆς ὑμετέρας πεπλήρωται. τοῦ μὲν οὖν βραδύτερον ἀφῖχθαι τὰς δωρεὰς ἢ παρ' ὃν ἐβούλεσθε χρόνον μήτε ἐμὲ μήτε τοὺς πρέσβεις ὑμῶν αἰτιᾶσθε, τὸν δὲ χειμῶνα καὶ τὴν ὥραν τοῦ καθεστῶτος ἔτους. τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἡμῶν προθυμίας οὐδ' ἥστινος ἀπελείπετο, πλεῖν δὲ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ χειμῶνος οὐδὲ μετὰ τῶν ἐσχάτων τολμημάτων ἦν. (3) τοῦ μέντοι σεσῶσθαι τὰ πεμφθέντα, καίτοι πελαγίῳ παραβληθέντα κινδύνῳ, τῇ τύχῃ χάριν εἰδότες οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιτε. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ** τῶν κομιζομένων ἀποδώσουσι μὲν ὑμῖν ὡμολογημένως οἱ πρέσβεις, δηλώσει δὲ καθέκαστα καὶ ὁ συναπεσταλμένος αὐτοῖς ἀνὴρ ὁ καὶ τὴν ἐπιστολὴν φέρων, Εὔβουλος, παρ' οὗ τά τε εἴδη καὶ τὸν ἀριθμὸν λαβόντες τὰ μὲν ἄλλα διανείμασθε καθ' ὃν ἂν προήρησθε τρόπον, τοῖς χρήμασι δὲ πρὸς ἐπισκευὴν καὶ κόσμον τῆς πόλεως χρησάμενοι καλῶς ἂν εἴητε πεφρονηκότες, οὐ διὰ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν, διὰ δὲ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν εὐβουλίαν· οὐδεὶς γὰρ ἀλλοτρίᾳ προαιρέσει ἀλλὰ τῇ οἰκείᾳ χρηστὸς πέφυκεν. εἰ δ', ὅπερ οὐδὲ λέγειν ἐφ' ὑμῶν ἄξιον, τοῖς εἰς ἕτερον εἶδος δεδωρημένοις εἰς ἄλλο τι καταχρήσεσθε τῶν οὐκ ἀναγκαίων, εὖ ἴστε, ὅτι ὑμεῖς μᾶλλον ἂν μεμφθείητε τοῦ μὴ δεόντως προσενηνέχθαι τοῖς δωρηθεῖσιν ἢ ὁ δοὺς εὐλογηθείη τοῦ δεδωκέναι. (4) ὡς γὰρ ἄτοπον, τὸν ἐκπεπτωκότα τῆς πατρίδος οὐδέν με τῶν αὐτῆς

rum vacuam dicitis esse urbem, sed pecunia. Ac Leontini quidem nobis miserunt quinque talenta statim, Gelenses decem se daturos promiserunt. Vos vero nec tardiores Leontinis nec minus liberales fore Gelensibus opinor.

CXIX. Astypalæensibus.

Neque maioris mihi, dum vivo, doloris per deos conscius fui, multas licet incredibilesque vicissitudines expertus, neque maioris gaudii, nam neque omnis expers voluptatis fui. Ac dolui quidem isto die, quo patria iniuste excidebam, quod eis etiam, qui iure hoc patiuntur, acerbissimum est, gavisus sum vero, quod publice mei memores de quibus tempus vos urgebat scripsistis. Nam tanquam ab eorum uno, qui maxime benevoli vestrumque studiosi sunt, petivistis, non tam, puto, ut eorum quæ decreta essent aliquid acciperetis, quam ut publice testaremini, me iniuste esse patria expulsum, eiusque rei auctores condemnaretis. Neque enim beneficia petere a non amato, neque a non amante accipere sustinuerit aliquis. (2) Nunc quidem permittit tempus et reprehendere vos quod hucusque nihil petiveritis, et in præsentia, quum petatis, referre gratiam, quam quidem vos, qui accipitis, dabitis revera — vestram enim petitionem beneficium accepi, — ego vero, qui tanta cum voluptate do, accipiam potius quam dabo. Quid enim patriam amanti pulchrius ac præstantius quam civibus suis benefacere videri? id quod litteris vestris mihi contigit. Quod vero tardius quam volebatis dona veniunt, eius rei neque in me neque in legatos vestros culpam conicite, sed in hiemem et præsentis anni tempestatem. Quod enim in nobis fuit, nullam curam intermisimus, navigare vero ob nimiam vim hiemis ne cum extrema quidem audacia licebat. (3) Quare quod quæ misimus conservata sunt, marinis licet periculis obiecta, non errabitis si fortunæ acceptum retuleritis. Eorum autem quæ apportantur, indicem reddent vobis ex composito legati, prætereaque singulatim indicabit qui una cum eis missus epistolam perfert, Eubulus, a quo generibus et numero acceptis reliqua quidem quacunque volueritis ratione distribuite, pecuniis vero si ad instaurandam et ornandam civitatem usi fueritis, recte sapueritis, non meo hortatu, sed vestra ipsorum prudentia; nemo enim alieno instituto, sed suo ipsius bonus est. Sin vero, quod de vobis ne dici quidem par est, donis ad alium usum datis ad alium, cuius nulla est necessitas, abutemini, probe sciatis, vobis, quod non recte donis fueritis usi, vituperationi magis, quam ei qui dedit, quod dederit, laudi fore. (4) Nam ut absurdum est, patria expulsum ob exilium memet nullo modo studere dirutas

ἀνακτήσασθαι ζητεῖν τὰ κατερριμμένα, οὕτω τοὺς ἐνοικοῦντας τὰ πίπτοντα μέρη περιιδεῖν καὶ μηδὲ ἐξ ὧν ἄλλος δίδωσι φιλοτιμεῖσθαι. ἐὰν μέντοι δικαιώσητε μὴ μόνοις ὑμῖν πεπέμφθαι τὰς δωρεάς, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεθ' ὑμᾶς καὶ μετ' ἐκείνων τῇ πόλει καὶ τοῖς θεοῖς, τότ' ἂν ὑμεῖς θαυμασθείητε πλέον τῆς εὐβουλίας ἢ τοῦ δεδωρῆσθαί τι τῶν ἰδίων ὁ δεδωρημένος. τίς γὰρ ἂν ἀγνοήσειεν, ὅτι τὸ μὲν χαρίσασθαι τῆς τοῦ διδόντος ἐπιμελείας ἔπαινός ἐστι, τὸ δὲ χρήσασθαι τοῖς δοθεῖσιν ὡς προσῆκε τῆς τοῦ λαβόντος εὐλογιστίας; βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς μαρτυρηθῆναι περὶ ἀρετῆς μᾶλλον ἢ περὶ πλούτου δαψιλείας ἐμαυτόν· τὸ μὲν γὰρ ψυχῆς ἀγαθῆς, τὸ δὲ τύχης περιουσιαζούσης ἐγκώμιον δόξει.

eius partes instaurare, ita absurdissimum, incolas negligere ruentes nec de eis, quæ det alius, esse liberales. Quod si tamen existimaveritis, non vobis solis, sed et posteris vestris et una cum eis civitati atque diis missa esse dona, maiori erit prudentia vestra quam eius qui donavit, quod de suo donaverit, admirationi. Quis est enim qui ignoret, in gratificando eius, qui dat, voluntatem, in iusto donorum usu eius, qui accipit, prudentiam laudari? malim vero vos virtutis quam me amplissimarum divitiarum testimonium habere; illa enim boni animi, hæc fortunæ affluentis videbitur esse commendatio.

ρκ'. Ἀξιόχῳ.

Σεμνύνεσθαι μέν, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ τῶν καλῶν, ἐπ' εὐγενείᾳ εἰκός ἐστιν, ἐγὼ δὲ μίαν εὐγένειαν ἀρετὴν οἶδα, τὰ δ' ἄλλα πάντα τύχην. καὶ γένοιτ' ἂν ὁ μὲν ἐκ φαύλων ἀγαθὸς καὶ βασιλέων ἁπάντων εὐγενέστερος, ὁ δ' ἐξ ἀγαθῶν φαῦλος αὐτός τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν ταπεινοτάτων δυσγενέστερος. ὥστε ψυχῆς ἔπαινον αὔχει πρὸς Συρακουσίους, μὴ προγόνων τεθνηκυῖαν εἰς ἀδοξοτέρους διαδόχους εὐγένειαν.

CXX. Axiocho.

Gloriari ut de alio quovis bono, sic et de generis nobilitate non dedecet, ego vero unicam nobilitatem virtutem novi, reliqua omnia fortunæ bona. Ac fieri potest, ut quis a pravis ortus bonus evadat atque omnibus regibus nobilior, a bonis autem prognatus pravus sit et semet ipso atque abiectissimo quoque ignobilior. Itaque animi effer laudes apud Syracusios, non maiorum emortuam ad ignobiles successores delatam nobilitatem.

ρκα'. Ἱμεραίοις.

Ἐκέλευσα ὑμῖν Στησίχορόν μοι ἀποστεῖλαι καὶ Κόνωνα καὶ Ἑρμοκράτην διὰ τάχους, ὑμεῖς δὲ ἀντὶ Ἑρμοκράτους καὶ Κόνωνος καὶ Στησιχόρου Σαμέαν καὶ Νίκαρχον ἐπέμψατε. ἐγὼ δὲ εἰ μέν, οἷον ὑμεῖς με ὑπετοπάσατε εἶναι, τοιοῦτος ἤμην, οὐκ ἂν ἠγνόουν, ὅτι δι' ἐκείνους ἐμὲ ἀποδοῦναι ὑμῖν τι τῶν ἀνηκέστων ἐχρῆν, καὶ ἧκεν ἂν καὶ Στησίχορος καὶ Κόνων πρός με καὶ Ἑρμοκράτης εὐθέως. καὶ γὰρ Κόνωνος μὲν ὑμῖν πεπορνευκότος ἀνθρώπου ἐστί τις πρόνοια, Σαμέα δὲ καὶ Νικάρχου, ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν καὶ κάλλιστα ἐξ ἁπάντων ὑμῶν βεβιωκότων, οὐκ ἔστιν. ἀλλ' οὔτε ἐπιεικεῖς ἄνδρας καὶ μηδέν με ἠδικηκότας μηδὲ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἀδικεῖν ἐβουλόμην, οὔτε νόμον κοινὸν Ἑλλήνων καταλύειν. καίτοι ὑμεῖς γε πολλοὺς νόμους Ἑλλήνων κοινοὺς κατελύσατε, οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ἐν οἷς πρός με ἐπολιτεύεσθε· λόγῳ δ' οὐδὲν δέομαι λέγειν αὐτός τε εἰδὼς καὶ πρὸς εἰδότας γράφων. (2) ἀλλ' οὐκ ἐμιμησάμην γε ὑμᾶς οὐδὲ μιμήσομαι ἐγὼ ὁ ἀνδροφόνος καὶ ἐναγὴς τοσούτοις ἄγεσιν, ἀλλ' ἔπεμψα ὑμῖν τοὺς πρέσβεις, παρὸν δυοῖν θάτερον ἀμογητὶ ἔχειν, ἢ ἐκείνους ὑμᾶς ἀναγκάσαι ἀντὶ τούτων πέμψαι, ἢ εἰς τοὺς ἐν χερσὶν ὄντας ἀφεῖναι τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν. καὶ μὴν εἰς τοῦτό γε ἤδη κατέστησε τὰ πράγματα ἡμᾶς καὶ αἱ ἀνάγκαι τοῦ μὴ δικαίως βιοῦν, ὥστε μηδὲν παρὰ τοῦτο χείρους ἡμᾶς νομισθῆναι ἀποκτείναντας τοὺς πρέσβεις ὑμῶν, μηδὲ ἀμείνους σώσαντας. πέφυρται γὰρ ἤδη τἀμὰ

CXXI. Himerensibus.

Iussi vos quam primum mihi mittere Stesichorum et Cononem et Hermocratem, vos autem prò Hermocrate et Conone et Stesichoro Sameam et Nicarchum misistis. Ego vero si, qualem vos esse me suspicati estis, talis essem, meum putarem insanabilem aliquam propter illos imponere vobis plagam, ac statim ad me venirent et Stesichorus et Conon et Hermocrates. Namque Cononem, hominem exoletum, vos curatis, Sameam autem et Nicarchum, clarissimos viros atque omnium vestrum honestissime viventes, negligitis. At vero neque probos viros, qui nulla me nec patriam suam iniuria affecerunt, lædere volebam, neque legem communem Græcorum violare, tametsi vos multas Græcorum leges communes violastis, non semel, verum sæpius etiam, quum adversus me res novas moliebamini: sed nolo hæc oratione recensere, quum et ipse sciam et ad scientes scribam. (2) Vos vero non imitatus sum nec imitabor ego homicida iste et tantis pollutus flagitiis, sed misi vobis legatos, quum in promptu mihi esset alterutrum facere, aut illos vos cogere pro his mittere, aut in eos, qui in manibus essent, in illos susceptam convertere iram. Enimvero eo iam rerum conditio et iniuste vivendi necessitas nos adduxit, nihil ut hoc deteriores videamur interfectis legatis vestris, neque servatis meliores. Iam enim res meæ contaminatæ

καὶ μεμίανται, καὶ οἶδα ὅτι μικρὰ ῥοπὴ ἔτι ἡμῖν εἰς εὔνοιάν τε καὶ μῖσος ἀνθρώπων δίκαιον ἢ μὴ δίκαιόν τι πράσσειν. καὶ εἰς τοῦτο οὐχ ἥκιστά με ὑμεῖς γ', ὦ Ἱμεραῖοι, τὸ σχῆμα κατεστήσατε καὶ οἱ ἄνδρες ὑμῶν ἐκεῖνοι. (3) καὶ τῶν μὲν ἄλλων, ὅσα ἔπαθον δι' αὐτοὺς κακά, ἔστι καὶ συγγνῶναι τοῖς αἰτίοις καὶ καταχέαι λήθην τῶν γεγονότων· τοῦ δὲ μὴ ἐξεῖναι δίκαιόν τι πράσσειν τίνα ἄν τις αὐτάρκη δίκην εἰσπράξαιτο παρὰ τῶν αἰτίων; ἐπεὶ τίνας ἦν δικαιότερον ἀπολαῦσαι τῆς ἡμετέρας ἀδικίας ἢ δι' οὓς ἀνάγκη ἀδικεῖν ἡμᾶς ἐστίν; ἀλλ' ὅμως, ὦ Ἱμεραῖοι, ταῦτά γε ἅπαντα σκοπῶν καὶ ὀργιζόμενος καὶ τύραννος ὢν καὶ ἔχων, εἰ καὶ πάνυ οὓς οὐκ ἐβουλόμην, ἀλλ' ὧν γ' ἀναιρεθέντων ἐμέλλομεν ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον ἀνιάσειν, ἐφεισάμην αὐτῶν καὶ ἀπέπεμψα ἑστιάσας. εἰ μὲν οὖν καὶ αὐτοὶ τὰ δίκαια ἐν μέρει ποιεῖν ἐθελήσετε, λογισάμενοι ὅτι οὐχ ἅπασαν ὀργὴν * *, ἐὰν εἰς δύο ἄνδρας ἢ τρεῖς ἅπαντα ἀποστρέψητε τὰ τῇ πόλει ἐπικρεμάμενα δεινά· εἰ δὲ Κόνων ὁ τέως ὑφ' ἑκάστου ὑμῶν εἰς τὸ σῶμα παροινούμενος σώζεται, αὐτοῖς βάθροις ὑπομενεῖτε ἀνάστατον ἅπασαν γενέσθαι τὴν πόλιν. πειράσομαι γὰρ ὑμῖν μηδὲν ἐπιεικέστερος φανῆναι ἢ ὑμεῖς νομίζετε.

ρκβ'. Ἀθηναίοις.

Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς Περίλαος ὁ πλάστης ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, δημιουργήματα πάνυ τὴν κατασκευὴν ἀποχρῶντα κομίζων, ἐφ' οἷς ἄσμενοί τε αὐτὸν ἐδεξάμεθα καὶ δώροις ἀξίοις διά τε τὴν τέχνην καὶ οὐχ ἥκιστα διὰ τὴν πατρίδα ἠμειψάμεθα. ὁ δ' ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου χαλκευσάμενος ταῦρον μεγέθει πλείω τοῦ κατὰ φύσιν εἰς Ἀκράγαντα ἤνεγκεν. ἥσθημεν οὖν ζῷον ἐργατικὸν ἀνθρώπῳ σύντροφον εἰσδεξάμενοι, καὶ σφόδρα ἡμῖν τὸ θέαμα τυραννικὸν κατεφάνη· οὐ γάρ πω τὸ ἐν αὐτῷ λελοχημένον ἐπεδέδεικτο· ἐπεὶ δ' ἀναπτύξας τὸ πλευρὸν ἐγύμνωσε

μὲν ὠμότητος ἀνάπλεων φόνον,
δὲ θανάτου δυσποτμώτερον μόρον,

τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα, καὶ τῆς ἰδίας ἐπινοίας τὴν ἀπόδειξιν αὐτὸν πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ κακουργότερον οὐδένα τοῦ δημιουργήσαντος ἐξεύρομεν, δοῦναι ἠξιώσαμεν. (2) ἐνεβιβάσαμεν οὖν αὐτὸν καὶ τὸ πῦρ ἥψαμεν ὡς αὐτὸς ὑπέθετο, πιμπράμενος δὲ τῆς ἐπιστήμης ἀληθεῖς οὔσας τὰς ἀποδείξεις ἔδωκεν· οὔτε γὰρ εἴδομεν τίς ὁ τιμωρούμενος, οὔτε ἠκούσαμεν γόων οὐδ' ὀλοφυρμῶν· τὰς γὰρ ἔνδοθεν ἐμβοωμένας ὀλοφύρσεις ὁ χαλκὸς εἰς τοὺς ἀκουσομένους κολαστὰς ἐξεμυκᾶτο. ὑμᾶς δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, πυνθανόμενος ἄχθεσθαι περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ δημιουργοῦ καὶ δι' ὀργῆς ἔχειν ἡμᾶς ἐθαύμαζον καὶ τέως ἀπιστῶ. εἰ μὲν γάρ, ὅτι μὴ χαλεπωτέρῳ ὀλέθρῳ ᾐκισάμεθα αὐτόν, μέμφεσθε, ἀπολογοῦμαι πρὸς ὑμᾶς τὸ μὴ δυσποτμώτερον ἐπινοῆσαι μόρον· εἰ δ' αὖ διὰ τὸ ὁπωσοῦν τετιμωρῆσθαι, κινδυ-

sunt et pollutæ, ac scio parvum nobis esse ad benevolentiam atque odium hominum, iuste an iniuste faciamus, momentum. Atque in hunc statum vos maxime me constituistis, Himerenses, et illi vestri homines. (3) Ac reliquorum quidem, quæ per eos passus sum, malorum et veniam auctoribus dare et oblivionem inducere factorum licet : eius vero, quod nihil iusti facere liceat, quam sufficientem pœnam aliquis exigat de auctoribus? quos enim est æquius nostram iniuriam experiri, quam eos, propter quos necesse est iniuriam nos facere? nihilo minus, Himerenses, licet hæc omnia considerarem et succenserem et tyrannus essem, haberemque tametsi minime quos volebam, at eos tamen, quibus interfectis non minore vos dolore affecissemus, peperci eis et hospitio exceptos dimisi. Quod si igitur ipsi quoque quod iustum est vicissim facere voletis, non omnem reputantes iram vos luisse, si in duo aut tres homines omnia civitati impendentia mala averteritis, bene est : sin autem Conon, cuius corpori etiamnum vos omnes ac singuli illuditis, servatur, non prohibebitis quin tota civitas funditus evertatur : conabor enim nihilo vobis æquior videri quam vos putatis.

CXXII. Atheniensibus.

Venit ad nos Perilaus, fictor vester, Athenienses, opera quam artificiosissime facta secum advehens : quapropter lubenter eum excepimus dignisque præmiis quum ob artem tum maxime ob patriam remuneravimus. Hic autem intra breve temporis spatium ex ære confectum taurum, qui magnitudinem naturalem excederet, Agrigentum pertulit. Læti igitur animal laboriosum, hominis socium, accepimus, ac visum est nobis spectaculum valde res esse digna tyranno; nondum enim ille delitescentem in eo mortem demonstraverat. Posteaquam vero aperto latere nudavit

omni crudelitate plenam cædem
omnique morte miserius exitium,

tum hominem ob artem laudatum ob mores punivimus et, quoniam peiorem artifice invenimus neminem, ut sui inventi documentum ipse ante alios daret voluimus. (2) Immisimus eum igitur, ignesque ad comburendum, ut ipse præceperat, subiecimus, ac diræ scientiæ vera dedit documenta. Neque enim quis puniretur vidimus, neque audivimus gemitus nec eiulatus; nam intus editos eiulatus æs ad audituros punitores emugiebat. Vos vero, Athenienses, quum intelligebam graviter ferre de medio sublatum artificem mihique succensere, mirabar, nec etiamnum credo. Si enim, quod graviore eum supplicio non excruciavimus, vituperatis, hanc habeo excusationem, miseriorem me mortem non invenisse : sin vero quod aliquo modo punitus est, parum abest quin

νεύετε πανδημεὶ οἱ ἐπὶ χρηστότητι ὑπεραυχοῦντες πικροτάτην ὀφλῆσαι ὠμότητα. ἢ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τοὔργον ἢ ἁπάσης ὑμῶν τῆς πόλεως εἶναι ἀνάγκη· τοῦτο δὲ διαγινώσκεται μόνῃ τῇ ὑμετέρᾳ πρός με διαθέσει. (3) εἰ μὲν γὰρ δικαίως ἀνὴρ ἀπώλετο καὶ προσήκει τοὺς τρόπους καὶ τὴν φύσιν οὐδεὶς Ἀθηναίων ἐκείνῳ, τοῦ χάριν ἡμᾶς μέμφοισθ' ἄν; εἰ δὲ ἀδίκως, ὑμεῖς μὲν ἐντεῦθεν ὁμολογεῖτε οὐδὲν ἀμείνους εἶναι Περιλάου, ἐγὼ δὲ οὔπω δίδωμι τὴν τιμωρίαν πεπρᾶχθαι ἄδικον, πρὶν ἂν ἐμαυτῷ δόξω παρὰ τὴν δίκην εἰργάσθαι. καίτοι παρὰ τυράννου τὰ δίκαια οὐδὲ εἷς ἐπιζητεῖ, τὸ γὰρ σῶζον αὐτὸν τοῦτο ἔοικεν εἶναι· ἀλλὰ τοὐμὸν ἀσφαλὲς καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐχυρώτατον ὑπεξελεῖν τότ' ἂν δόξαιμι, ὅταν κατ' εὐθεῖαν μὴ τετιμωρῆσθαι δοκῶ. πέποιθα δὲ μήθ' ὑμῶν τῳ μήτε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τὴν λώβην ἄδικον φανεῖσθαι, ἥν τις ἑτέροις ἐτεκτήνατο, αὐτὸν ἐμφορήσασθαι τὸν μηχανησάμενον, τεκμαιρόμενος ἔκ τε τῶν λοιπῶν ἁπάντων, οὐχ ἥκιστα μέντοι καὶ δι' ἐμαυτόν, ὅτι μοι ταύτῃ μάλιστα προσήκειν τιμωρηθῆναι ἔδοξε. καίτοι γ' ὑπὲρ ἐμοῦ τὸν ὄλεθρον εὗρε κατὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ἀχθεινότατον· ἀλλὰ τοὐμὸν ἀσφαλές, ἐν οἷς τοῦ φύσει δικαίου κριτὴς ἀπεδείχθην, ἀφῆκα, ἁπλοῦν δὲ αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ δίκαιον ἐλογισάμην. (4) καὶ μὴν καὶ τὸ πικροτέρους ἐὰν πολλοὺς ὑπάρχειν ᾔδειν ἐμοὶ συναγορεῦσον, καὶ τὸ ἡμερώτερος φανεὶς τῆς δόξης μᾶλλον ἐπιβουλευθήσεσθαι, καὶ ὅτι παύσω πάντα τινὰ προθυμούμενον εἰς ἐμὲ διὰ τῆς τούτου κολάσεως, καὶ ὡς βέλτιον ἴσως τῇ βίᾳ χρῆσθαι διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν ἐπιχειρούντων. ἀλλ' ὅμως ταῦτα εἰδὼς ἅπαντα καὶ τῆς ὕστερον εὐφημίας οὐδὲν δεόμενος δεινὸν ἡγησάμην ἄνθρωπον ἀνθρώποις τοιούτου μόρου ἄρξαντα εἶναι ἀτιμώρητον. διὰ τοῦτο αἷς τοὺς ἄλλους μηδὲν ἀδικήσαντας αὐτὸν ἠπείχθη τέχναις ἐγκαταπρῆσαι, ταύταις ἐνδίκως ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀξιωθέντων χάριτος τοιαύτης ἐνεφρουρήθη. τάχα τις ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκούων τὸ παράλογον, ὡς, εἰ δέοι τούτοις αὐτὸν τοῖς ὀλέθροις οἷς ἐπενόησε καθ' ἑτέρων περιπεσεῖν τὸν ἐξευρόντα, πολλαῖς πάνυ με Ἐριννύσιν ὀφείλεσθαι νομίζει, μᾶλλον δ' οὐδ' ἐξαρκέσειν ὅλαις τῇ αὐτοῦ μιᾷ ψυχῇ, καθ' ἑαυτοῦ δὲ τοὺς μόρους ὑπογράφειν. (5) ἀλλ' εἰ χωρὶς δυσμενείας σκέπτεσθαι ἐθελήσετε, εὕροιτε ἂν οὔτε δρῶντας ἑκόντας ἡμᾶς, οὔτε εἰ πάσχομεν, δόξαν τῷ δαίμονι, δικαίων ἀπολαύοντας. καὶ γὰρ ἐξουσίαν ἔχοντες δρᾶν διὰ τὴν τυραννίδα τὰ πρὸς ὠμότητα, ὅμως ἴσμεν ἔκτοπα ὄντα, καὶ μηδὲν τῶν πεπραγμένων ἑαυτοῖς ἀναλαβεῖν δυνάμενοι τὸ μὲν ὅτι δεινὰ ταῦτ' ἐστὶν ὁμολογοῦμεν. εἴθε μέντοι μηδὲ δρᾶσαι αὐτὰ πικρᾷ ἀνάγκῃ ἐβιάσθημεν, καὶ οὐδεὶς ἕτερος ἦν ἂν ὡς χρηστὸς ἐπαινούμενος ἡμῶν παρόντων. τίς γὰρ ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἢ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸν ἐπιβουλεύσαντα ἑαυτῷ ἐχθρὸν οὐ διὰ πάσης ἀμύνης παρασχὸν ἐτιμωρήσατο; τοιοῦτον εὑρὼν Περίλαον ἐτιμωρησάμην. καὶ σύνοιδα μὲν ἐμαυτῷ ἔκθεσμα δρῶν, παραμυθίαν

ad unum omnes, qui humanitatis nomine supra modum superbitis, dirissimæ immanitatis rei videamini. Nam aut unius viri opus aut totius vestræ civitatis sit necesse est, hoc autem ex solo vestro in me animo cognoscitur. (3) Si enim iure homo periit, nec moribus et ingenio Atheniensium quisquam similis illi est, quid est cur nos vituperetis? sin vero iniuria, hinc vos Perilao nihilo meliores esse confitemini, ego vero nondum do iniuste sumptam esse pœnam, donec mihimet ipsi visus fuero contra ius fecisse. Atqui a tyranno quod iustum est nemo requirit, quod enim servat eum, id esse convenit: at meam securitatem ac firmissimum imperii præsidium tunc subvertisse visus fuero, si iure eum non punivisse videar. Confido autem, neque vestrum alicui neque reliquorum Græcorum iniustum videri, si quam quis aliis struxerit perniciem ipse experiatur qui machinatus sit, coniectura facta quum ex reliquis omnibus, tum mea caussa maxime, quod hac ratione ut puniretur par esse visum est. Quanquam pro me supplicium invenit in insidiatores gravissimum; sed mea securitate, quum eius quod natura iustum est iudex constitutus sim, omissa simpliciter quod esset per se iustum reputavi. (4) Ac novi sane, excusationi mihi fore, quod inimicos habiturus eram ferociores, et quod opinione mitior visus periculum erat ne magis insidiis peterer, et quod omnium illo puniendo a me abalienaturus eram animos, et quod præstat fortasse vi uti ab insidiatoribus circumventum: nihilo minus tamen his omnibus perspectis ac posteritatis præconio nihil indigens iniquum duxi hominem, qui hominibus talis mortis auctor esset, dimitti impunitum. Quocirca in quibus alios, qui nulla ipsum iniuria affecerant, comburere studuit machinis, iis iure a nobis tali beneficio ornatis inclusus est. Forte vestrum aliquis, Athenienses, audito præter exspectationem hoc præcepto, quasi quæ in alios excogitavit supplicia ipse subire inventor debeat, multis omnino me Furiis obnoxium esse opinatur, immo ne sufficere quidem omnibus uno meo animo, in memet ipsum vero mortes me præscribere. (5) At si remoto odio considerare voletis, neque nos facere volentes invenietis, neque si patimur, quum deo visum sit, iuste perpeti. Etenim quanquam potestatem habemus tyrannidis caussa ea faciendi, quæ sunt crudelia, tamen insolentia esse novimus, quumque eorum, quæ a nobis facta sunt, nihil reparare possimus, gravia tamen esse confitemur. Utinam vero neque facere ea dira coacti essemus necessitate, tum nemo alius esset, qui tanquam probus nobis præsentibus laudaretur. Quis enim vestrum, Athenienses, aut reliquorum hominum hostem sibi insidiantem non omni vindicta data occasione puniverit? talem inventum Perilaum punivi, atque iniqua quidem me fecisse conscius mihi sum, hoc tamen solatii

δ' ἔχω τὸ μὴ μετὰ γνώμης ἐθελουσίου, ὃ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ τιμωρουμένοις οὐ πρόσεστιν. (6) ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν τούτῳ τὰ ὑμέτερα ἤθη ἐμιμησάμην, ἐκεῖνος δὲ ἃ δέον ἔχειν ἡμᾶς τοὺς τυράννους μετεδίωξε, καὶ δικαίως οὐχ οἷοι φύσει ἦμεν, ἀλλ' οἵους ἡμᾶς αὐτὸς ἔπλαττεν, εἰς αὐτὸν ἐγενόμεθα. εὖ μέντοι καὶ νῦν ἴστε, ὅτι οὔτε ἐγὼ ἰδιωτεύων Περίλαος ἂν ἦν, οὔτε ἐκεῖνος μοναρχῶν Φάλαρις. ὑμῖν μέντοι οὐχ ὅτι ὄνειδος, ἐὰν χαλεπήνητε περὶ τῆς τούτου κολάσεως, ἀλλ' ἐὰν καὶ μὴ κολάζητε τοὺς τοιούτους. κοινῇ μὲν γὰρ ἅπαντας ἀνθρώπους ἠδίκει, καθ' ὃ τοιούτους ἐπενόει μόρους, ἰδίᾳ δ' ὑμᾶς διαβάλλων εἰς ὠμότητα καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔμφυτον ἦθος λυμαινόμενος. ἅπαντας μὲν οὖν οἶμαι τὸν τρόπον τῆς τιμωρίας ἐπαινεῖν, ἄξιοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι πολῖται· εἰ δέ τίς ἐστιν, ᾧ ὁ μόρος οὐκ ἤρεσεν, ἴστω ὡς οὐδὲ Περιλάῳ ἀρεστὰ ἐπράξαμεν.

habeo, quod non ex animi sententia, id quod a me punitis non suppeditat. (6) Itaque ego, sapientissimi indigenæ Athenienses, etiam in hoc vestros mores imitatus sum, ille vero quæ nos habere tyrannos oportet affectavit, ac iure non quales natura eramus, sed quales nos finxit ipse erga eum fuimus. Probe autem et nunc sciatis, neque me, si essem privatus, Perilaum, neque illum, si princeps, futurum fuisse Phalarin, vobis autem non modo ignominiosum, si pœnam de eo sumptam ægre tuleritis, verum etiam si tales non puniatis. Nam generatim omnes homines iniuria affecit, quum tales excogitabat mortes, speciatim autem vos, crudelitatis crimen vobis inferens atque nativam civitatis indolem contaminans. Quapropter supplicii rationem probare puto omnes, hoc enim digni tales cives sunt; si quis est autem, cui mors ista non placuerit, scito, neque Perilao quæ placerent nos fecisse.

ρκγ'. Λυσικλεῖ.

Οὐ θαυμάζω τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐδὲν ἔχεις ἐμφερὲς οὔτε τῷ πατρί σου οὔτε τῷ παιδί, ὦ Λυσίκλεις· οὔτε γὰρ εἶ Λυσικράτους υἱὸς οὔτε Νεοπτολέμου πατήρ. ταῦτα δέ φασι τὴν μητέρα σου καὶ τὴν γυναῖκα πρὸς πολλοὺς Σικελιωτῶν διαβεβαιοῦσθαι καὶ διὰ τοῦτο τῶν μεγάλων τυγχάνειν ἐπαίνων. ἓν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν θαυμαζομένων ἐστί, τὸ πρὸς πάντας μέν, μάλιστα δὲ πρὸς εἰδότας ἀψευστεῖν.

CXXIII. Lysicli.

Non miror, quod nihil habeas simile aut patri tuo aut filio, Lysicles: nam nec Lysicratis filius es nec Neoptolemi pater, id quod matrem tuam et uxorem aiunt apud plerosque Siculorum affirmare, proptereaque tam magnam laudem consequi. Nam hoc quoque eorum, quæ quis miretur, unum est, quod apud omnes, tum maxime vero quod apud scientes verum confitentur.

ρκδ'. Πολυδεύκει.

Τοὺς ἐμοὶ περὶ τῶν κατὰ δίκην ἀναιρουμένων πολεμεῖν παρασκευαζομένους, Πολύδευκες, ἀκούσαντας καὶ σαφῶς εἰδότας περὶ ὅτου τοῦτο ποιήσουσι, τιμωροὺς ὁμολογεῖν δέον, σὺ μέντοι κατηγορῶν ἐν Συρακουσίοις ἐμοῦ, τὸ μὲν τιμωρὸς ὡς δεινὸς λέγεις, τὰς δ' αἰτίας, ἃς μάλιστα ἔδει, ἐφ' αἷς ταῦτα ἔπαθον ὡς ἀνήκεστοι, οὐδέποτε ἠξίωσας προσθεῖναι. ἐχρῆν γάρ, ὦ δημαγωγὲ Πολύδευκες, λέγειν μὲν τὸν θάνατον, ἐπιδείκνυσθαι δὲ τὴν πρόφασιν, ἵνα καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν μᾶλλον ἐπαίρῃς τὰ πάθη καθ' ὧν ἂν πολιτεύῃ. εἰ δὲ αἰσχύνεσθε γυμνῶσαι τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς κατηγορεῖτε, τίνι δικαίῳ πολεμήσετε ἐπ' αὐταῖς μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδα.

CXXIV. Polluci.

Qui mihi inferendum parant bellum ob eos quos iure e medio sustuli, Pollux, quia audiverunt ac certo sciunt, quamobrem id faciant, quum ultores esse confitendum sit, tu apud Syracusanos me accusans . . . . dicis, caussas vero, quas maxime debebas, ob quas ista velut insanabiles passi sunt, adicere nunquam voluisti. Oportebat enim, concionator Pollux, non tantum cædem commemorare, sed etiam prætextum ostendere, quo caussa allata magis etiam affectus in eos quos petis incitares. Sin vero vos pudet caussas patefacere, ob quas accusatis, quo iure ob ipsas bellum illaturi sitis per deos ignoro.

ρκε'. Λακρίτῳ

Ὡς μὲν οὐκ ἐχρῆν εἰς κινδύνους καθίστασθαι περὶ τοιαύτης ἐλπίδος τοὺς οὕτω δεδιότας, οὐδ' ἐβουλόμην ἂν θερμοτέρων ἀποτελεσμάτων λαβεῖν ἐπὶ σοὶ πεῖραν. ἐπεὶ δὲ τὸν ἡμέτερον φόβον ἡ σὴ νενίκηκε ῥώμη, ἀγαθῷ μὲν οἰωνῷ τοιούτῳ κέχρησαι, ὅτι καὶ τἄλλα σοι κατὰ νοῦν γενήσεται. τεθαρρήκαμεν δ' οὐδέν τι μᾶλλον ἀπηλλαγμένου σου, ἀλλὰ καὶ ἐπετάθημεν ταῖς ἐλπίσι, καὶ μέχρις ἂν ἥκῃς ἡμῖν σῶος, πρὸς τὰς ἀπὸ σοῦ πεύσεις ἀνακρεμάμεθα. ἅπερ οὖν καὶ ἀποστέλ-

CXXV. Lacrito.

Ut non oportebat pericula subire de tali spe eos, qui sic metuunt, ita nec vellem calidioris effectus in te capere experimentum. Quum vero metum nostrum tua vicerit fortitudo, bono omine hoc utare, reliqua quoque ex sententia tibi successura. Nihilo magis autem confisi sumus te hinc degresso, verum et spe tenemur et, donec reverteris nobis salvus, nuntium a te mittendum anxie exspectamus. Quare quæ tum quoque, quum misimus,

λοντές σε παρῃνέσαμεν, ταῦτ' ἂν ἀξιώσαιμεν ἀπηρκότα, πρὸ τοῦ χωρίου ζητεῖν ἡμῖν περιποιεῖσθαι Λάκριτον, ὃν ἀντὶ πολλῶν τόπων καὶ πόλεων καὶ τυραννίδων καὶ αὐτῆς γε νὴ τοὺς θεοὺς τῆς ψυχῆς ἑαυτοῖς εἶναι νενομίκαμεν.

monuimus, ea velimus sufficere, ut ante castellum studeas nobis acquirere Lacritum, quem pro multis locis et civitatibus et tyrannidibus et ipsa per deos anima nobis esse censemus.

ρκϛ'. Τῷ αὐτῷ.

Καὶ τῶν σῶν ὑποσχέσεων μέμνησο, Λάκριτε, καὶ τῆς Φαλάριδος ἐρημίας φρόντιζε· ἐν ὅσῃ γὰρ ἀπορίᾳ λείπομαι φίλων οὐκ ἀγνοεῖς. ἐπιστέλλω δὲ περιφόβως οὕτως ἔχων, οὔτε τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν πεφρικὼς ἔγωγε (πολὺ γὰρ ἡμῶν εἰσὶ καταδεέστεροι) οὔτε τὴν τῶν συμμάχων ἀσθένειαν (τῷ παντὶ γὰρ μᾶλλον τῶν ἀντιπάλων ἔρρωνται), ἀλλὰ τὴν σὴν περὶ τὰς μάχας προθυμίαν, μὴ μᾶλλον ἢ δεῖ σπουδῇ μεταποιήσῃ ἀγαθὸς φανῆναι τὰ πολέμια, ἀχθόμενος εἰ μὴ πᾶσι τοῖς ἔργοις ἐνὶ χρόνῳ πρασσομένοις παρέσῃ. μέμνησο δέ, ὅτι παρακαταθήκην σοι σεαυτὸν ἐδώκαμεν ἐξιόντι, ἣν ὑπέσχου σώαν ἡμῖν ἀποδώσειν. καὶ νῦν τοῦθ' ἱκετεύομεν, οὐχ ἵνα τῆς σαυτοῦ φύσεως ἀνάξιόν τι φρονήσῃς (τοῦτο μὲν γὰρ ἀδύνατον), ἀλλ' ἵνα εἰς πολλοὺς ἀγῶνας ἑτέρους ἔχῃς ἐπιδεῖξαι σαυτὸν μαχητὴν φιλόμοχθον. τανῦν δὲ κἂν αὐτὸς σαυτοῦ γένῃ μαλακώτερος, ἐν ἄλλοις ἡμῖν σεαυτὸν ἐκπεπληρωμένον ἀποδώσεις.

CXXVI. Eidem.

Et tuorum promissorum memento, Lacrite, et Phalaridis solitudinis curam gere. In quanta enim penuria amicorum relictus sim non ignoras. Scribo autem tam trepide, non quod hostium vires ego pertimuerim (nam multo nobis sunt inferiores) vel infirmitatem sociorum (nam omnino magis quam adversarii valent), sed tuam in pugnando alacritatem, ne magis revera quam par est bello strenuus videri studeas, quippe moleste ferens, si non omnibus simul rebus interfueris gerendis. Memento vero, nos pignus tibi temet ipsum dedisse exeunti, quod salvum te nobis redditurum promisisti. Atque hoc nunc supplices precamur, non ut natura tua indignum quicquam facies (hoc enim fieri non potest), sed ut in multa alia certamina exhibere te possis bellatorem indefessum. Nunc autem si te ipso mollior fueris, in aliis temet nobis reddes omnibus numeris absolutum.

ρκζ'. Ἐπιστράτῳ.

Μὴ βιάζου με δίκας παρὰ σοῦ λαβεῖν τρὶς ἤδη παρεικότα, μηδὲ ἐμβάλλου τῇ σαυτοῦ ψυχῇ ὡς οὐκ ἀλλότριος Φαλάριδος ἔλεος, ἐπεὶ καὶ πάνυ τοῦτον σέβεσθαι παραιτησάμενοι τῇ τοῦ τυράννου χρησόμεθα ὀργῇ.

CXXVII. Epistrato.

Noli iniuriis tuis me cogere ad supplicium de te sumendum, qui iam ter veniam dederim, neque id in animum tuum inducas, quasi non abhorreat a Phalaride misericordia : nam hoc vel maxime alienum a nobis putantes tyranni utemur animo.

ρκη'. Ἀριστοφῶντι.

Μὴ λογίζου τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰς τὸν ταῦρον ἀνηλωμένων· πλείους γάρ εἰσιν, ἐὰν τὰς πράξεις αὐτῶν ἐξετάσῃς, ἢ τὰ ὀνόματα. ἀλλ' ὅμως καὶ τοιοῦτοι ὄντες ὑφ' ἡμῖν ἐγένοντο. σὲ δ' οὐκ ἠξιοῦμεν οὕτω νεώτερον ὄντα πρεσβυτέρας ἐπαναιρεῖσθαι φροντίδας· δυστήνους γὰρ ἀποδείκνυμεν τοὺς ἡμῖν ἀντιπράξαντας. ἐπεὶ δ' ὀρέγῃ μεταβολὴν ἰδεῖν τοῦ βίου, παύσασθαι μὲν ἔτι παραινῶ, μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ ὡς δεδιὼς ὑπὸ σοῦ κακόν τι παθεῖν (οὐ γὰρ ἐκ γυναικείας χειρὸς τυραννοκτονηθήσεται Φάλαρις), ἀλλ' ἵνα μὴ καὶ σὺ συνάριθμος τῶν εἰς τὸν ταῦρον ἐμβληθέντων γένῃ καὶ διαβολῆς ἀδίκου μέρος ἡμῖν εἰς ὠμότητα τιμωρηθεὶς ὑπ' ἐμοῦ. ἐὰν δὲ μὴ πείθῃ, τάχα σὺ σφόδρα προσδέχου περὶ ταύτης ἡμῖν τῆς παραινέσεως ἐκτίσειν δίκας.

CXXVIII. Aristophonti.

Noli computare numerum eorum, qui insumpti sunt in taurum : nam plures sunt, si facta eorum exploraveris, quam nomina. Nihilominus tamen, tales licet fuerint, nobis succubuere. Te vero nolebamus tam iuvenem seniles suscipere curas : miseros enim facimus, qui nobis repugnant. Quoniam vero mutationem vitæ cupis cernere, ut desistas adhuc hortor, per deos non quasi metuam, ne malo quoquam a te afficiar (non enim muliebri manu tyrannicidium perpetrabitur in Phalaridem), sed ne tu quoque annumereris eis, qui in taurum sunt insumpti, tuaque pars sit iniustæ crudelitatis criminationis, quum sis punitus a me. Si vero non obtemperes, quam celerrime exspecta huius quoque adhortationis te nobis persoluturum esse pœnas.

ρκθ'. Τιμολάῳ.

Τὸ μὲν μηδὲν ἁμαρτάνειν εἰκότως ἴσως καὶ δικαίως θεοῦ νομίζεται, τὸ δ' ἁμαρτόντα τούτῳ αὐτῷ πρὸς τὸ

CXXIX. Timolao.

Nihil peccare iure sane ac merito dei esse creditur; postquam autem peccatum sit, eo ipso in posterum emen-

μέλλον σεσωφρονίσθαι ἀνθρώπου, τὸ μέντοι μηδὲν πταίσαντα καὶ ἀτυχήσαντα πεφυλάχθαι οὐκ οἶδα ἄλλου τινὸς ὑποληφθῆναι δυνάμενον ἢ κακοῦ. αἰσχρὸν οὖν (ἔτι γὰρ ἔγγιον προσελευσόμεθα) ἑτέροις παράδειγμα τῆς ἀβουλίας γενόμενον αὐτὸν ἑαυτῷ μηδ' ἐκ τῆς οἰκείας συμφορᾶς χρήσιμον γενέσθαι.

dari, hominis, ubi vero quis cum sua calamitate peccaverit, ne cavere quidem, haud scio an alius non censendum sit quam improbi. Turpe igitur (nam adhuc propius accedamus, qui aliis temeritatis exemplum factus sit, hunc ne proprio quidem damno edoctum sibi providere.

ρλ'. Φαιδίμῳ.

Πεπείσμεθα τὸ τρίτον ἤδη μηδὲν ἀδικεῖσθαι ὑπὸ σοῦ, καίτοι χαλεπωτέραις αἰτίαις ἐφ' ἑκάστῃ κατηγορίᾳ περιεσχημένου, ἀλλ' οἷον ἐβουλόμεθά σε καὶ δίκαιον ἦν περὶ ἡμᾶς εἶναι, τοιοῦτον ᾠήθημεν γεγονέναι. τοὺς δὲ τῶν κατηγορούντων λόγους ψευδεῖς ἐνομίσαμεν, παρ' ὅσον ἐδείσαμεν ἐλέγξαι περὶ σοῦ τὴν ἀλήθειαν. εὖ μέντοι ἴσθι, ὅτι καὶ τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐν αἰτίᾳ πολλάκις ἐνεχθὲν ἀσφαλὲς αὐτοῦ τοῦ δαίμονος ἔδοξαν οἱ περὶ αὑτῶν δεδιότες κεκολάσθαι. φρόντιζε οὖν, ὅπως μήτε τὸν τρόπον ἡμῖν τὸν σεαυτοῦ ἐχθρὸν παρέξῃ μήτε τὴν τύχην. χαλεπὸν δέ σοι δοξάτω μὴ τοῦτο μόνον, εἰ πολλάκις ὑπ' ἐμοῦ καὶ ἐφ' ἑκάστῃ γ' ἀδικίᾳ εὖ παθὼν οὐ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς, ὥσπερ δίκαιον, ἀμείβῃ (ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἐάσω πονηρίας χρηστότητα ἐνέγκασθαι δευτερεῖα), ἀλλ' εἰ μηδὲ σὺ σεαυτοῦ πρός με εὐεργετεῖν βεβουλημένον ἐπιεικέστερος ὀφθήσῃ.

CXXX. Phædimo.

Iam tertium nobis persuasum est nulla nos iniuria a te affici, licet, quoties accusaris, gravissimis teneare criminationibus, sed qualem te volebamus et æquum erat erga nos esse, talem esse opinati sumus. Accusatorum vero sermones falsos eatenus putavimus, qua veriti sumus de te verum comperiri. Probe tamen scias, quod aiunt nihil facere iniuste, in caussa sæpenumero allatum, ipsius fortunæ præsidium opinari eos, qui ipsis sibi pœnam metuant. Cura igitur, ut neque mores tuos inimicos nobis exhibeas neque fortunam. Grave vero videatur tibi non hoc solum, si sæpe a me et quoties iniuriam fecisti beneficiis affectus non similia nobis, ut æquum est, rependas (ego enim probitatem secundas post malitiam ferre non permittam), sed si erga me ad benefaciendum promptum tu te ipso non æquior appareas.

ρλα'. Φιλοδήμῳ.

Ἐν μεγάλῃ μοι δοκεῖς εὐηθείᾳ καθεστάναι, Φιλόδημε, εἰ τοσαύτας εὐχὰς οἴει καὶ σπονδὰς ἡμῖν ὑπὲρ σοῦ, ὡς οἴκαδε ἀπονοστήσῃς, γενέσθαι περὶ τῶν πέντε ταλάντων, ὅπως ταῦθ' ἡμῖν σωθείη, ἃ μετὰ τοῦ μηδὲν ἐλπίζειν παρὰ σοῦ χρηστὸν ἐπεδώκαμεν, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ σοῦ τῆς ἑταιρείας. τοῦτο δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδενὸς πλήθους ἐστὶν ἀντάξιον. εἰ δὲ πάντως θέλεις παρὰ σαυτοῦ δοκεῖν ἐκπεπροικίσθαι τὴν παῖδα, ἔστι μὲν οὐδὲν ἧττον καὶ ταῦτα ἐκ τῶν σῶν· εἰ δὲ οὐ δοκεῖς, προσθεὶς ἐκείνοις τοῖς πέντε ταλάντοις τὰ παρὰ σαυτοῦ τοσαῦτα τὴν προῖκα δέκα ταλάντων ἀνάγραψον, ἵν', εἰ βούλει, τῆς προικὸς ὃ μέν τι τῆς Φαλάριδος εἴη χάριτος, ὃ δὲ τῆς Φιλοδήμου περιουσίας. μαρτυροῦσα δ' ἡμῖν πρὸς σὲ πολλὰ καὶ μεγάλα Θεανὼ χαρᾶς ἡμᾶς ἀναπίμπλησιν· ἃ γὰρ ἔτι παῖς οὖσα ἔπασχε, μήτηρ γενομένη μαρτυρεῖ.

CXXXI. Philodemo.

In magna videris mihi stultitia versari, Philodeme, si tot preces votaque a nobis pro felici reditu tuo nuncupata putas ob quinque talenta, ne hæc nobis perirent, quæ nihil probi a te sperantes dedimus, neque vero ob tuam ipsius familiaritatem. Hoc vero per deos cum multis divitiis comparari potest. Quod si omnino velis de tuo ipse dotare filiam videri, sunt nihilo minus hæc quoque de tuis, sin vero aliter censeas, ad ista quinque talenta totidem adiectis decem talentorum perscribe dotem, ut, si lubet, pars dotis Phalaridis liberalitati, pars Philodemi opulentiæ debeatur. Quod vero Theano nobis apud te multorum magnorumque beneficiorum dat testimonium, gaudio nos implet: quæ enim, quum adhuc puella esset accepit, de his mater iam facta profert testimonium.

ρλβ'. Ἀγησιλάῳ.

Ἡ Τελεσίππη χαλεπῶς ἔοικέ σου φέρειν τὴν ἐν Συρακούσαις μονήν, εἰς τοσοῦτον δὲ παρέχουσα φιλάνδρου καὶ σώφρονος ἔργον γυναικὸς ἐμαρτύρατο ἡμᾶς ὡς κατὰ σοῦ τὴν ἀρχὴν πικρὰν ἔχοντας, οὐκ ἀνέξεσθαι φάσκουσα ἐπὶ πλέον σε ἀπόντα, ἀλλ' ἐπιβοησαμένη τὸν ἑαυτῆς πατέρα, γινώσκεις ἴσως, ὃ βούλεται πράττειν. ἀλλ' εὖ ἴσθι, καὶ ποιήσειεν ἄν· οὐ γὰρ οἵα τέ ἐστι περιορᾶν ἑαυτῆς τὸν ἄνδρα νενοσφισμένον.

CXXXII. Agesilao.

Telesippe graviter videtur ferre, quod Syracusis commoraris. In tantum autem passa, quæ solent mulieres viri amantes et pudicæ, obtestata nos est ut qui acerbo in te uteremur imperio, laturam sese negans diutius tuam absentiam, sed implorato patris sui auxilio, nosti fortasse, quod vult facere. Quin probe scias, etiam facturam fuisse: non enim ea est, quæ possit admittere, ut

κἀκείνη μὲν ἐμὲ ἠξίου δύνασθαι ἐπανήκειν σε ἀναγκάσας, ἐγὼ δ' ἐκείνην· οὐ γὰρ οὕτως οἴομαί σε Φάλαριν αἰδεῖσθαι ὡς Τελεσίππην. ἐπάνηκε οὖν καὶ τοῖς ποθοῦσιν ἀποδίδου σαυτόν, εἴθ' ἡμᾶς αἰσχύνῃ μᾶλλον, εἴτ' ἐκείνην, ἀξίαν οὖσαν νὴ τοὺς θεοὺς ἀγαπᾶσθαι πλέον.

ρλγ'. Πολυμνήστορι.

Πολλά σοι καὶ μεγάλα πρὸς ἡμᾶς ἐμαρτύρει Λάκριτος, καὶ περὶ τἆλλα μὲν ἅπαντα, μάλιστα δὲ περὶ τῆς συμμαχίας τῶν πελτοφόρων. τῇ γὰρ σῇ σπουδῇ καὶ τῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν τὸ χωρίον ἁλῶναι ἀποφαίνει καὶ τοὺς ἰδίους ἐπαίνους, ὡς ἔοικε, σοὶ παραχωρεῖν ἀνακεῖσθαι. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἐλάμβανες τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς πάσας, ἐδεδοίκειν ἂν καὶ οὕτω μὰ τοὺς θεούς, μὴ ἡττῶμαι τῆς φιλοφροσύνης τῆς παρὰ σοῦ· νῦν δέ σου καὶ τὰς χάριτας οὐ καθ' ὃ πέμπονται ἀποδεχομένου νικᾶσθαι ὁ τύραννος ὁμολογῶ ἰδιώτου ἑνός. εἰ μέντοι τὸ παρὸν μὴ δέξῃ τὰ τρίτα τῆς λείας διανεῖμαι τοῖς στρατιώταις, ἃ καὶ Λακρίτου διδόντος παραυτίκα οὐχ οἷός τε ἐγένου λαβεῖν, εὖ ἴσθι ὀκνηροτέρους ἡμᾶς γενέσθαι οὐκ εὖ ποιεῖν (τοῦτο μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἡμῖν ἐπὶ σοῦ) ἀλλ' εὖ πάσχειν ὑπὸ σοῦ πρὸς τὸ ἐπιὸν ἀναγκάσεις.

ρλδ'. Πολυμνήστορι

Ἔδεισας ἡμῶν τὰς ἀπειλὰς τοῦ μηδὲν αὖθις δεήσεσθαι. παρ' ὅ τι καὶ τὴν λείαν διένειμας, ὡς ἠξιοῦμεν, ἀποδοὺς τοῖς πονήσασι τῶν κινδύνων τὰ ἔπαθλα· καὶ καλῶς. ηὔφρανάς τε γὰρ καὶ ἐπέρρωσας μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖσθαι παρὰ σοῦ, καὶ τοὺς ἄνδρας, ὁπότε δέοι ἀγωνίζεσθαι, προθυμοτέρους ἐποίησας. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο σήκωμα τῶν πόνων χωρίς; οὐδεὶς ὅστις ἂν ὑποσταίη τοὺς καμάτους. ἄλλοις μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐκομίσω, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λαμβάνων, εἰς τὸ ἐπιτηδείους ἡμῖν κατασκευάσαι τοὺς στρατιώτας, ἐὰν εἰς τὰ μέλλοντα δεηθῶμεν, καὶ ταῦτα λαμβάνειν ἔοικας.

ρλε'. Τεύκρῳ.

Τοὺς μὲν γάμους ᾖχθαι τῆς Φιλοδήμου θυγατρὸς θᾶττον ἢ σὺ ἐπέστειλας ἔτυχες ἡμῖν ἠκούσαμεν· φθάνει γὰρ ἡ φήμη καὶ τοὺς πάνυ πολλῇ σπουδῇ περὶ τὰς μηνύσεις κεχρημένους, ἐπεὶ ταχεῖα τῶν γινομένων, κἂν διὰ μακρᾶς τὸ πραχθὲν κομίζῃ, ἄγγελος ἡ θεός. καὶ ἡμεῖς τάχα ἂν εἰκότως ἐμεμψάμεθα αὐτὴν τὸ τοιοίδε παραδεδόσθαι καὶ διὰ τἆλλα μὲν ἀδίκως εἰς τοσαύτην ὠμότητα διαβαλλόμενοι, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ ταύτην κατεγνωσμένοι. φέρει γὰρ ἡμᾶς κακοὺς πανταχόθεν περιβοῶσα τοῖς ἀκουσομένοις, καὶ διὰ ταύτην οὐδ' ἰδόντες ἐμέ πω τῶν νῦν ὄντων τινὲς οὔτε πειραθέντες ὡς ἐπ' ἀνθρώπων γεγονότα ὀλέθρῳ προβέβληνται. (2) ταῦτα μὲν οὖν ἐμὰ ταλαιπωρήματα καὶ οὐδενὸς

separetur a merito suo. Et illa quidem me existimabat posse te ut redeas cogere, ego vero illam : nam tantopere non puto Phalarin te quam Telesippen revereri. Redi igitur et desiderantibus temet redde, sive nos revereare magis, sive illam, maiore amore per deos dignam.

CXXXIII. Polymnestori.

Multarum tibi magnarumque rerum apud nos testimonium dixit Lacritus, quum de reliquis omnibus, tum maxime de auxilio peltastarum. Tua enim et militum alacritate declarat captum esse locum, suas adeo laudes, ut videtur, tibi honoris caussa cedens. Ego vero, etiamsi acciperes quæ habeo dona omnia, vel sic tamen vereor per deos, ne vincar benevolentia tua : nunc vero, quum munera non quo mittuntur animo accipis, vinci me tyrannum fateor a privato uno. Quod si igitur nunc non accipis tertiam prædæ militibus distribuendam, quam etiam Lacrito statim dante ut acciperes a te impetrare non potuisti, probe scias, te tardiores nos esse non ad benefaciendum (hoc enim non licet nobis te superstite), sed ad beneficia a te accipienda in posterum coacturum.

CXXXIV. Polymnestori.

Veritus es quod minati sumus, non iterum nos opem tuam imploraturos, unde prædam distribuisti, uti iussimus, eis, qui laborem sustinuere, ut periculorum præmia, et recte quidem. Nam et exhilarasti et impulisti me ad quodvis prompte a te petendum, et milites, ubi pugnandum erit, alacriores reddidisti. Quis enim acceperit præmium sine laboribus? nemo, qui sustinere labores possit. Atque aliis quidem hæc quoque consequutus es : quæ quamvis acceperis, hæc etiam eo tamen consilii, ut milites nobis devincias, ubi in posterum eis indiguerimus, accipere videris.

CXXXV. Teucro.

Filiæ Philodemi nuptias celebratas ante tuas litteras nobis traditas audivimus : antevertit enim fama eos etiam, qui quam celerrime indicare curant, quoniam velox est, etiamsi ex longinquo quid factum afferat, rerum dea nuntia. Ac nos fortasse iure eam accusemus, quod talia de nobis tradita sunt, quippe et aliis nominibus iniuste in tantam crudelitatis infamiam delapsi, et maxime etiam ob eam condemnati. Undique enim nos tanquam possimos in vulgus diffamat, atque ob hanc nonnulli eorum qui nunc vivunt me neque visum neque cognitum quasi in hominum perniciem natum aversati sunt. (2) Atque hæc

ἑτέρου· τὴν δ' οἰκίαν, εἰς ἣν ἐτελέσθησαν αἱ πρῶται σύνοδοι Λεοντί τε καὶ Θεανοῖ, κρατεῖν αὐτοῖς, ὡς ἔχουσιν, ἐπίτρεπε, μηδὲ ἀνίστα τὸν Ὑμέναιον ἀπὸ τῆς ἑστίας, ἔνθα ᾔσθη. ἄξιον τὸ δώρημα τοῖς κομισομένοις ἀποδοχῆς νενομίκαμεν· φίλτατα γὰρ τὰ χωρία τοῖς νυμφαγωγηθεῖσιν, ἔνθα ἂν τὰ πρῶτα δεσμὰ ἀπόθωνται παρθενίας. φθόνου δὲ Συρακουσίοις μᾶλλον ἄξιος Φιλόδημος ἢ ἐλέου κριθήτω, καὶ μηδεὶς εὐτυχὴς οὕτως ἐν εὐδαιμονίας μοίρᾳ ὡς ἐκεῖνος ἐν κακοπραγίᾳ τύχης τοῖς φθονοῦσι νομισθήτω. Φάλαριν δὲ μισείτωσαν ἅπαντες (οὐ γὰρ παραιτοῦμαι μῖσος ἀζήμιον), εὐχέσθωσαν δὲ καλῶς κατὰ σφᾶς, κἂν μὴ προσποιῶνται, τοιούτων καὶ αὐτοὶ λαβέσθαι φίλων.

quidem meæ ærumnæ sunt nec alius cuiusquam. Domum vero, in qua primum convenere, Leonti et Theano, ut nunc habent, ita ut suam permitte retinendam, nec sedibus, in quibus cantatus est, move Hymenæum. Dignum hoc munus existimavimus, quod qui reportaturi essent cum laude acciperent : solent enim gratissima esse recens nuptis loca, ubi primum virginitatis cingulum deposuerunt. Invidia vero potius dignus quam misericordia Philodemus a Syracusanis iudicetur, nec in summa felicitate tam fortunatus quisquam quam in adversa fortuna invidis ille censeatur. Phalarin autem omnes odio habeant (odium enim innoxium non deprecor), sibique ipsis optent, etiamsi apud quosdam id dissimulent, ut et ipsi eiusmodi amicos consequantur.

ρλϛ'. Τιμάνδρῳ.

Τὰ πολιτεύματά σου τὰ ἐν Καμαρίνῃ, Τίμανδρε, καὶ ὁ πολὺς οἰκτισμὸς ἐπὶ τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἀπολουμένοις ἐπέρρωσε μὰ τὸν Δία οὐδὲ βουλομένους τοὺς περὶ Κλεόμβροτον ἐνεῖρξαι τῷ ταύρῳ. ἐδεδοίκειν γὰρ ἄδειαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσας παῦσαί σε κατ' ἐμοῦ τὴν πόλιν ἀνιστάντα· ἡδέως γὰρ ἐμαυτὸν πολίτευμα παρέχω τῷ δήμῳ, ἕως οὐκ αἰσχύνονται Καμαριναῖοι τῶν σῶν ἀνεχόμενοι λόγων, οὗ τὰ πολιτεύματα οὐχ ὅπως ἐπὶ Φάλαριν ἀμήχανα ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ οἰκέτην Φαλάριδος ἂν θείην. καὶ χαλεπὸν μέν, εἰ καὶ πάνυ συνέφερεν αὐτοῖς πολεμεῖν Ἀκραγαντίνοις, τὸ πεισθέντας ἅψασθαι τῶν ἔργων· νῦν δ' ὁ πόλεμος αὐτοῖς τῷ παντὶ βαρύτερος τοῦ συμβούλου, μᾶλλον δ' ὁ δημηγόρος οὐδὲ μικρὰ ῥοπὴ τῆς τούτου ταλαιπωρίας. (2) ἐγείρειν μέντοι τὰ πλήθη λέγοντα τὰς αἰτίας ἥρμοζεν, ἵν' ἡ πόλις πεισθεῖσα ὑπὸ σοῦ στρατεύεσθαι, πολεμικοῦ σφόδρα ἀνδρός, ἀναγράφηται ὑπὲρ οἷα πεπραχότων τιμωρὸς ἀνίσταται. ἀλλ' οὐκ ἐθέλετε· καθ' ἕνα γὰρ ὑμῶν ὀνομαζόντων πολλὰς αἰτίας, ἀπηρτημένας ἔξω δείκνυτε. ἀλλὰ μὴν εἴ τις ἀφεὶς τοὺς ἐν τέλει διὰ τὸ μὴ δοκεῖν ὅσιον αὐτόν σε σκέπτοιτο, τοῦ πάντων χαλεπωτέρου τυχεῖν ὀλέθρου νομίσειεν ἂν ἄξιον εἶναι, ὃς ἀποδόμενος τὴν οἰκίαν καὶ τὰ χωρία καὶ εἴ τί σοι πατρῷον ἦν ἀνδράποδον, στρατιὰν ἐπ' ἐμὲ μισθοφορεῖς καὶ Καμαριναίους νεώτερα ἀναγκάζεις φρονεῖν. ταῦτα δὲ ποιῶν οὐδὲν ἀλλ' ἢ σαυτὸν μὲν ἀπέγνωκας ἄξιον ἴσως ὄντα (πολλὰ γάρ σοι καὶ δεινὰ πέπρακται), βιάζῃ δὲ τὴν πόλιν τῆς σῆς ἀφροσύνης οὐκ ἐπαΐουσαν ἀπολαῦσαι.

CXXXVI. Timandro.

Quas Camarinæ moliris res, Timandre, multusque luctus in eos, qui a nobis interimentur, editus impulerunt per Iovem etiam invitos, ut Cleombrotum tauro includeremus. Metuebam enim, ne venia ei data te a civitate adversus me incitanda revocarem. Libenter enim memet tractandum præbeo populo, dum non pudeat Camarinæos tuas ferre orationes, cuius molimina non modo in Phalarin, sed ne in servum quidem Phalaridis ineluctabilia duxerim. Ac difficile quidem, etiamsi cum Agrigentinis bellum gerere vel maxime iuvaret, ut rem ipsam aggrediantur persuadere, nunc vero bellum eis omni modo gravius suasore, immo non parvum momentum orator ad hoc infeliciter gerendum. (2) At sic demum excitare plebem oportebat, ut simul caussas exponeres, quo, quum persuasum esset civitati sub te merere, admodum bellicoso viro, perscriberetur, pro qualium factorum auctoribus vindex surgeret. Sed hoc non vultis; nam quas multas quisque vestrum caussas nominat, alienas prorsus in medium profertis. Verum enimvero si quis missis magistratibus, quod non videtur fas esse, ipsum te consideret, omnium gravissimo dignum esse censebit exitio, qui domo et prædiis, et si quod tibi paternum erat mancipium, venditis exercitum adversus me alis et Camarinæos res novas cogis meditari. Quæ dum agis, fieri non potest quin et tu de te ipso desperaveris, et iure quidem fortasse (multa enim gravia a te perpetrata sunt), et civitatem dementiæ tuæ effecta invitam cogas experiri.

ρλζ'. Ἐνναίοις.

Ἐκ πολλῶν πάνυ χρημάτων ὧν ἐδανείσασθε παρ' ἐμοῦ ὀκτὼ τάλαντα μόνον ἀποδοῦναι πείσαντες, καὶ ταῦτα ἐν οἷς μάλιστα καιροῖς χρημάτων ἐδεόμην ἐπικουφισθέντες, οὐδὲ περὶ ταῦτα εὐτακτήκατε, ἀλλὰ τέσσαρα μόλις ἀχθόμενοι καὶ στένοντες διελύσασθε, τέσσαρα δ' ἀκμὴν κατέχετε. καὶ μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἄχθομαι ὡς περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἀφε-

CXXXVII. Ennensibus.

Ex magna admodum pecunia, quam a me mutuam sumpsistis, postquam ut octo tantum talenta redderetis persuasistis, atque ita quibus maxime temporibus pecunia indigerem levati estis, ne hac quidem ex composito reddidistis, sed vix quattuor gravate et cum suspirio persolvistis, quattuor etiamnum retinetis. Nec per deos

θεῖσι χάριτος· ἡ μὲν γὰρ χρεωκοπία ὑμῶν, ἐὰν ἐπιτρέπωμεν καὶ τοῦτο, τεσσάρων μόνον ταλάντων ἔχει τὴν ζημίαν, ἡ δ' ἀχαριστία ὑπερδεκατάλαντον τὴν βλάβην. ὁμοίως γὰρ καὶ ταῦτα ἀποδώσειν ὑπισχνεῖσθε καὶ τὰς περὶ ἐκείνων εἰδέναι χάριτας ὡμολογεῖτε. ὥστε οὐδεμία περὶ τῆς ἐν ὑμῖν οὔσης ἀχαριστίας χρηστὴ ἐλπίς, εἰ τὴν ἐφ' ὑμῖν οὖσαν κομιδὴν οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐκτίνειν. (2) οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ταύτης ἐστὲ τῆς γνώμης, ἐγὼ πυνθανόμενος ὑμᾶς παρὰ τῶν πρέσβεων ἐνδεῶς ἔχειν καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων εἰσφέρειν, ἀφίημι καὶ τούτων τὴν πόλιν, μᾶλλον δέ, εἰ καὶ τὰ ἀποδοθέντα βούλεσθε λαμβάνειν, ἀποπέμπειν ἕτοιμός εἰμι, εἰ μέλλετε ἐπωφελεῖσθαι καὶ μὴ οἱ τὰ τοῦ δήμου κλέψαντες, ἐξ ὧν ὑμεῖς κοινῇ πένεσθε, καὶ ταῦτα οἴσονται. τὰς δ' ἀναστάσεις τῶν εἰκόνων, ἃς εὐεργεσίας ἀμοιβὴν εἰς ἐμὲ πρεσβεύοντες ἐπαγγέλλεσθε, μὴ φιλοτιμεῖσθε. μετὰ γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ καὶ τὴν εἰς ταῦτα ὑμῖν χαρίζομαι δαπάνην.

ρλη'. Λυσάνδρῳ.

Ἐφθάκαμεν τὴν παρὰ σοῦ πεμπομένην συμμαχίαν· πρὶν γὰρ ἐλθεῖν τοὺς παρ' Εὐκλείδου στρατιώτας, εἴδομεν τοὺς πολεμίους, ὥσθ' ἡμᾶς εἰς μὲν τὴν μάχην ὑπὸ τῶν μισθοφόρων ὑστερησάντων μηδ' ὁτιοῦν ὀνηθῆναι, εἰς δὲ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους πλεῖστον. εἰς ὀλίγους γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀγωνισαμένους, οὐκ εἰς ἅπαντας ἡ νίκη ἀνάκειται, κινδύνων δὲ μειζόνων μετασχόντες ἐπάθλων λαμπροτέρων ἐτύχομεν.

ρλ Ἀριμάχῳ.

Οὐκ ἀχθόμεθα τῆς διαβολῆς οὐδὲ τῆς δόξης ἧς ἔχουσιν ἐπ' ἐμοὶ οἱ νῦν ἄνθρωποι. ἰδὼν γὰρ ἐν ἴσῳ τὸ ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ πολλῷ δικαιότερον ἤδη τοῦ δικαίου νενομισμένου τὸ ἄδικον, τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ ἐπικρύπτεσθαι, ὥστ' ἐπ' αὐτοῖς παρρησιάζεσθαι, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσει τοιούτοις, ἐμοὶ δ' ἀνάγκῃ γενέσθαι συμβέβηκε. φημὶ γὰρ καὶ ἡμῖν τὰ παράνομα προσγεγενῆσθαι πάθη καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ αὐτὸ ἔμφυτον εἶναι. διαφέρει δὲ ἑνὶ τούτῳ, ὅτι ἡμεῖς μὲν τύραννοι δοξασθέντες ἔχοντες ἐξουσίαν ὁμολογοῦμεν, ἐκεῖνοι δ' ἰδιῶται ὄντες παρ' ὅσον δεδίασι δίκην δοῦναι ἀρνοῦνται.

ρμ'. Πολυστράτῳ.

Ἐγὼ τῶν μὲν εὖ πεπονθότων ὑπ' ἐμοῦ οὐδένα ἂν εἴποιμι οὔτε πρὸς σὲ οὔτε πρὸς ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα· οὐ γὰρ δήπου, ἵνα σὺ δέξαιο τὰς παρ' ἡμῶν δωρεάς, ἃς πεμπομένας παρορᾷς, τὸ καὶ ἑτέρους πολλοὺς ἐπιδείκνυσθαι λαβόντας πρέπον ἐστίν. προσέτι καὶ ἀνυπόπτως τοῖς λαβοῦσιν ὀνειδιοῦμεν· οὐ γὰρ οἰόμεθα ὀνείδους ἀπηλλάχθαι, οὔτε ἂν αὐτός τις ἕκαστος ἰδίας εὐεργεσίας διεξίῃ, οὔτε ἂν ἑτέρων λε-

tam hoc me pungit quam quod remittendo vobis contuli beneficium : nam fraudatio vestra, si etiam hoc permittamus, quattuor tantum talentorum mihi affert damnum, ingratus vero animus vester plus quam decem talentorum detrimentum. Nam similiter et hæc reddituros vos promittebatis et pro illis gratiam habere confitebamini. Unde bonæ spei de ingrato vestro animo iam nihil reliquum est, si quod in vestra erat potestate ut reddatis non potuistis a vobis impetrare. (2) Nihilo minus, etsi eo estis animo, quum a legatis vos audio esse in inopia atque de privatis vestris conferre facultatibus, etiam hæc remitto civitati, immo, si reddita quoque vultis accipere, ad ea remittenda paratus sum, si modo hoc e re vestra futurum est, nec peculatores ærarii, quæ publicæ vestræ penuriæ caussa est, hæc etiam auferent. De erigendis autem imaginibus, quas remunerandi beneficii caussa mihi per legatos pollicemini, nolite solliciti esse : nam post meum ipsius etiam in hæc faciendum vobis gratificor sumptum.

CXXXVIII. Lysandro.

Antevertimus auxiliares a te missos : nam antequam venirent Euclidæ milites, vidimus hostes, ita ut a mercenariis tardius venientibus nihil adiumenti acceperimus, ad gloriam et laudes plurimum. Paucis enim nostrum qui pugnarunt, non universis victoria debetur, periculis autem maioribus exantlatis præmia splendidiora nacti sumus.

CXXXIX. Arimacho.

Non moleste ferimus calumniam neque quam qui nunc sunt homines de me habent opinionem. Quum enim perinde videam esse iniuriam facere, immo vero multo iustius iam quam iustum habitum iniustum, tantum abest ut celem, ut ob id ipsum libere profitear, aliis natura talibus esse, mihi necessitate obtigisse. Dico enim et nobis iniquos affectus accessisse et reliquis omnibus idem esse insitum; differt vero hoc uno, quod nos tyranni habiti, quibus est potestas, confitemur, illi privati, quatenus metuunt pœnas dare, negant.

CXL. Polystrato.

Ego eorum, qui beneficiis a me affecti sunt, neque tibi quenquam neque alii hominum appellaverim : non enim, quo tu dona nostra accipias, quæ missa aspernaris, alios etiam esse multos qui acceperint ostendere decet. Prætereaque et aperte eis, qui acceperunt, exprobrabimus : non enim putamus ab exprobratione alienum, si quis aut ipse sua enarret beneficia aut alios dicen-

γόντων ἀκούειν ἐθέλῃ. ὅσοι μέντοι παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην βίᾳ καὶ ἀδικίᾳ πολλὰ τῶν ἐμῶν ἀπώλεσαν, ἔξεστί σοι λογίσασθαι. καίτοι πολλοὺς ἂν σφόδρα εὕροις περὶ πλείστου ποιησαμένους τὰ δίκαια κατασχεῖν, ἔπειτα ἀποτίσαντας οὐχ ἑκουσίως, ἀλλ' ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ πολέμου καὶ ὅπλων. (2) τινὲς δὲ ὁσιώτατα, ἀλλὰ καὶ πάντων εὐσεβέστατα κατέσχον ἐφ' ὅσον ῥώμης μετεποιοῦντο· οὐ γὰρ δήπου προστρόπαια χρήματα καὶ ἐναγῆ μετὰ κινδύνων τοσούτων κατασχεῖν ὑπέμειναν ἄν, ἃ καὶ ἀναγκαζομένους λαβεῖν ἐχρῆν ἀπώσασθαι. τίνα οὖν σὺ πρὸς Διὸς ὑποτυπούμενος οὐκ ἤθελες τὴν δωρεὰν λαμβάνειν, ἐπεὶ καὶ αἱ προφάσεις, ἃς σὺ προσποιούμενος ἔλεγες προβεβλῆσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ μυρίοις ἑτέροις λύονται; μαρτυρεῖται γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τὰ χρήματα καθαρὰ εἶναι, εἰ μὴ τούτῳ διοίσει, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν δι' ἀδίκου ὀνόματος τῆς ἁρπαγῆς ἔχειν ἐβιάζοντο, καὶ τοῦτο προστιθέντες τῷ ἀσεβεῖν, σὺ δὲ μετὰ τοῦ δικαιοτάτου λήψῃ, φίλου πιστοῦ διδόντος ἑκουσίως.

tes audire cupiat. Quot vero contra nostram opinionem vi atque iniuria multa de meis perdiderint, licet tibi existimare. Multos tamen admodum inveneris, qui quæ debita retinere plurimi fecerunt, deinde solverunt non sponte, sed necessitate et metu belli et armorum. (2) Quidam sanctissima, immo et omnium sceleratissima retinuerunt omni qua potuerunt vi: non enim exsecrandas res et detestabiles cum tantis periculis retinere sustinuissent, quas vel coactos accipere oportebat repudiare. Quid igitur tu, per Iovem, fingens animo donum accipere nolebas, quum etiam caussæ, quas tu simulabas obtentas esse, hoc modo et infinitis aliis solvantur? testimonio enim ipsorum inimicorum res puras esse constat, nisi hoc differt, quod illi iniusto nomine rapinæ potiri conati sunt, hoc quoque impietati adiungentes, tu vero iustissimo accipies, fido amico dante sua sponte.

ρμα'. Ἀγεμόρτῳ.

Ἠσθόμην ποτέ, ὦ Ἀγέμορτε, ὅπως περὶ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἐβουλευσάμην. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα ἠνίασεν ἡμᾶς ἡ περίβλεπτος αὕτη μοναρχία, περὶ ἧς ὁ ἄβουλος ἐγὼ τοὺς πολλοὺς πόνους καὶ κινδύνους ὑπέστην ἑκών, μεγίστου δ' ἐν αὐτῇ τούτου κακοῦ ἐπειράθην, εἰ μηδ' εὖ παθεῖν τις ὑφ' ἡμῶν ἐπιεικὴς ἀνὴρ βούλεται, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα, ἂν δεήσῃ χαρίσασθαί τινι τῶν δεομένων, τοῖς ἐξωλεστάτοις χαρίζεσθαι. οἱ γὰρ ἀγνώμονες ὑμεῖς οὐκ οἶδ' ὅπως ἀπεστραμμένοι· τί γὰρ ἄλλο ἢ δέδιτε εὖ παθεῖν ὑπ' ἐμοῦ; ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν, τοσούτων ἐμοὶ καὶ συμφοιτητῶν γενομένων καὶ συνεφήβων καὶ φίλων, οὐδὲ εἷς ἀφῖκται τέως ὑμῶν, ἀλλ' οὐδὲ ὑπέσχηταί τις ἀφίξεσθαι πρὸς ἐμὲ πλὴν Καλλισθένους; καί, εὖ οἶδα γάρ, οὐδ' ἐκεῖνος ἀφίξεται. (2) καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως εἰσί τινες ἀποφυγαὶ τοῦ μὴ δοκεῖν ἀναφανδὸν βδελύττεσθαί μου τὰς δωρεάς, ὅσους ἐλθεῖν γε κατ' ἀρχὰς ὡς ἐμὲ τοὺς μὲν νόσοι, τοὺς δὲ πατέρες, πολλοὺς δὲ κωλύει τὰ πολιτικά· σὲ δ' ἐγὼ εὖ εἰδὼς οὐδ' ἐπεχείρησά πω καλέσαι μέλλων γε μὴ τυγχάνειν, οὐδὲ καλέσαιμ' ἂν ἔτι τὰ μάλιστα νῦν τήν τε ἀρρωστίαν ἀκούων σου καὶ τοὺς παῖδας, οὓς μετὰ τὸν ἔκπλουν τὸν ἡμέτερον οἴκοθεν ἐπυθόμην ἐκ Πραΰλης σοι γεγενῆσθαι. καὶ συνήσθην γε νὴ Δία τοῦ πρὸς πλεῖστον ἀνακείσεσθαι κήδους ἕνεκα καὶ τῆς πολυπαιδίας. τίς οὖν ἀπολείπεταί σοι πρόφασις τοῦ μὴ οὐ δεδιέναι σε δοκεῖν, ὅστις, ὦ θεοί, πέμψαντος ἔναγχος ἐμοῦ σοι οὐ μὰ Δία φόρτον ἐπίφθονον, οἷον ἔμελλεν ὄψεσθαι παραπεμπόμενον μετ' αὐλῶν καὶ παιάνων πᾶσα ἡ πόλις, ἀλλὰ χρυσίδιον, καὶ τοῦτο νύκτωρ ἀωρὶ παντάπασιν, ὥσπερ τι ἄγος ἢ μίασμα ἰδὼν ἀπότροπον, αὐτόθεν ἀπεστράφης; ἀλλ' εἰκός· κακοῦ

CXLI. Agemorto

Sensi tandem, Agemorte, quemadmodum rebus meis consuluerim. Nam quum alias sæpe mœrori nobis fuit illustris hic principatus, cuius caussa stultus ego tot labores et pericula sponte sustinui, tum maximum in eo malum hoc expertus sum, quod ne beneficiis quidem affici a nobis vir bonus quisquam vult, sed necesse est, si cui petentium gratificandum sit, perditissimis gratificemur. Vos enim, qui iniqui estis, nescio quomodo abalienati quid aliud metuitis quam beneficiis a me affici? nam qui fit tandem ut, tot licet mihi sint et condiscipuli et adolescentiæ socii et amici, ne unus quidem vestrum hucusque venerit, immo ne promiserit quidem aliquis se esse ad me venturum, præter Callisthenem? ac, certo enim scio, hic quoque non veniet. (2) Atque reliquis quidem fortasse excusationes quædam sunt, ne palam videantur munera mea detestari, quotquot omnino ad me venire alios morbi, alios patres, plurimos autem res civiles prohibent: te vero, quem probe nossem, vocare ne conatus quidem sum, quum spes obtinendi nulla esset, neque vocarem cum maxime nunc de morbo tuo nuntio accepto deque liberis, quos post nostrum e patria discessum audivi ex Prayla tibi natos esse. Quin tecum lætatus sum per Iovem, et propterea quod corpori curando ut plurimum studes, et propter prolis ubertatem. Quid est igitur quod prætendas, quo minus metuere videaris, qui, dii boni, quum nuper misissem tibi non per Iovem onus invidiosum, quod visura esset tibiarum et canticum pompa advehendum universa civitas, sed parum auri, idque nocte, et media quidem atque intempesta, velut scelere aut flagitio exsecrando conspecto, id

γὰρ ἀνδρὸς ἦν δῶρα καὶ πεφυρμένου φόνῳ ἀνθρώπων. (3) ναὶ μεγάλως σχέτλιος εἶ τις καὶ ἀγνώμων τὸν τρόπον, ὦ Ἀγέμορτε, καὶ μέντοι πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀνηλεής, ὃς οὐκ οἰκτείρεις με κακοδαίμονα ὄντα καὶ διακείμενον οὕτως, ὥσπερ διάκειμαι νῦν, ἀθλίως· ὅς, οὗπερ ἕνεκα ὠρέχθην μάλιστα μοναρχίας, ἵν' ἔχοιμι λαμπρὸς εἶναι πρὸς τοὺς φίλους, ἐπειδὴ τάχιστα τούτου κατ' εὐχὴν παρὰ τῶν θεῶν ἔτυχον, οὐκ ἔχω πρὸς οὓς ἐλλαμπρύνωμαι ταῖς χάρισιν, ἀλλ', ὃ μόνον ἦν μοι πάντων παραμύθιον τῶν κακῶν, καὶ τούτου με ἀπεστερήκατε οἱ φίλοι, μηδ' εὖ ποιεῖν μηδένα ὑμῶν ἐπιτρέποντες ἐκ τῶν περιόντων, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην καθεστήκαμεν, ὦ θεοί, μὴ προσιεμένων ὑμῶν τὰς δωρεάς, οἷς βούλομαι διδόναι, τισὶ τῶν κολάκων καὶ τῶν βωμολόχων τῆς τυραννίδος διδόναι, οἷς οὐ βούλομαι.

aversatus es? nec mirum: nam improbi hominis erant dona et cæde humana inquinati. (3) Næ valde durus et iniquo animo es, Agemorte, et profecto erga nos etiam immisericors, dum non miseret te mei, qui infelix sum atque his, quibus nunc laboro, miseriis oppressus, qui, cuius caussa maxime principatum affectavi, ut in amicos liberalis esse possem, quum primum hoc ex voto a diis consequutus sum, non habeo de quibus merere possim beneficiis, sed quod solum mihi erat malorum omnium solatium, hoc etiam me privastis vos amici, ne benefacere quidem cuiquam vestrum permittentes ex rerum abundantia, sed in necessitatem adducti sumus, dii boni, ut repudiantibus vobis dona, quibus dare volo, adulatorum ac scurrarum tyrannidis nonnullis, quibus nolo, dare cogar

ρμβ'. Τεύκρῳ.

Τὴν Φιλοδήμου γυναῖκα Κλεαινέτην (οἶσθα δήπου ἣν λέγω, ὦ Τεῦκρε) βουλόμενος ὑπὲρ θυγατρὸς γάμων ἰδεῖν τοῖς ἐν ποσὶν ἐκωλύθην, ἐφ' ἃ καὶ σὲ παρεκάλουν ἥκειν ἄν, εἴπερ μὴ περὶ τοιαύτης κηδεμονίας ἐγνώκειν ἐν Συρακούσαις καταλιπεῖν. ἔνθεν καὶ περισσότερον αἴσθοιο ἄν, ὡς οὐκ εἰκῇ σοι περὶ αὐτῶν ἐπιστέλλομεν. μέτελθε ταύτην αὐτὸς καὶ πέντε τάλαντα ἀνάδεξαι προικὸς τῷ κηδεστῇ γαμουμένης τῆς παιδός, μὴ μᾶλλον ὡς δωρεᾶς διδομένης ἢ χρέος ὀφειλόμενον ὑπ' ἐμοῦ διορθούμενος. ἐὰν μέντοι πυνθάνηται, πόθεν ἔχομεν Φιλοδήμου τοσαῦτα χρήματα, μὴ φάσκε εἰδέναι, ἀλλ' εἰς ἐμὲ τὸν λαβόντα καὶ Φιλόδημον τὸν δόντα τὸ γινώσκειν ἀνάφερε. (2) καὶ διὰ σπουδῆς μὲν ἔχε Λέοντα κηδεστὴν ποιήσασθαι· ἀφίκετο γὰρ ὡς ἡμᾶς μετιὼν τὸν γάμον, κἀγὼ διὰ τάχους πάνθ' ὑποσχόμενος ἀπέσταλκα αὐτὸν ὡς σέ. κἂν δὲ ἄλλον τινὰ ἀμείνω εὕρηται νυμφίον ἡ μήτηρ τῆς παιδός, ἐκείνῳ τὴν προῖκα ἀναδέχου καὶ μηκέτι προσφιλοτιμοῦ. οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὶ κηδεστῇ Φιλοδήμου μεμνῆσθαι ὡμολογήσαμεν, οὐδὲ δωρούμενοι χρήματα χαριούμεθα τὸν γάμον, ἀλλὰ πρὸς θεῶν μὴ οὕτως ἀμελῶς χρῶ ἐγγύῃ ὡς ἄν τι διδούς, ἀλλ' ὡς λαμβάνων πέντε τάλαντα, εἴπερ ἀνδρί τινι ταύτην ζεῦξαι ἐφίεται. αἰσχρὸν γὰρ ἀτυχῆσαι διδόντας ἔνθα πρόκειται δοκεῖν τούτου μὴ δοῦναι χάριν ἃ προσεποιήθημεν χρήματα ἑκοντὶ ἀποτῖσαι. (3) οὐ μὴν καταγνοίην γ' ἂν ἐμοῦ τοιόνδε τι, ὡς ἔγωγε νὴ τὸν Ἥλιον δόξω ζημίαν μείναντα παρ' ἐμοὶ τὰ χρήματα καὶ μέγα ὄφελος λαβούσης εἰς τὸν γάμον τῆς παιδός· οὐ γὰρ ὅμοια φρονεῖν δύναιντ' ἂν μηδὲν εἰδότες περὶ ἐμοῦ. εἴθε δὲ μὴ δεινότερον ἁπανταχοῦ Φάλαριν τὸν τρόπον περιεβόων. πέμπε δὲ τοῖς γάμοις τῇ παιδὶ θυγατέρας τέτταρας ὁμήλικας καὶ γυναικείας ἀμπεχόνας, ἃς ὑφ' ἡμῶν σταλείσας ἔχεις, καὶ χρυσοῦς ἑξήκοντα, καὶ ταχέως μὲν ἀχθῆναι παραίνει τοὺς γάμους ὡς καὶ νῦν βραδέως ἀχθησομένους, προθύμως δὲ πέμπε τὰς δωρεὰς ὡς ἐπὶ τοῖς

CXLII. Teucro.

Philodemi uxorem Cleænetam (nosti utique quam dicam, Teucre) quum super filiæ nuptiis convenire vellem, præsentibus negotiis impeditus sum, ad quæ te etiam arcesserem, nisi ad talem rem curandam Syracusis te relinquere decrevissem. Ex quo magis etiam nos serio de iis ad te scribere intelligas. Ipse eam conveni et quinque talenta in dotem genero promitte, si filia nuptias ineat, non tanquam donum dandum, sed ut debitum meo nomine solvendum. Si autem quærat, unde tantas Philodemi pecunias habeamus, nega te scire, verum in me qui acceperim et in Philodemum qui dederit huius rei notitiam omnem confer. (2) Et cura ut Leontem ei generum facias: venit enim ad nos ad has nuptias peragendas, atque ego statim omnia pollicitus eum ad te misi. Sin vero alium sponsum meliorem puellæ mater invenerit, huic dotem promitte, nec amplius contende. Non enim unius alicuius generi nomine Philodemi nos memores esse constituimus, neque, pecunias quum damus, nuptias gratificabimur, sed per deos ne tam negligenter sponsalia facias, quasi rependas, sed quasi accipias quinque talenta, si quidem viro alicui eam nubere permittat. Turpe est enim, qui dent voti compotes non fieri, ubi propositum est, non eius caussa dedisse videri quas ultro persolvere simulavimus pecunias. (3) At mihi tale quid vitio non verterim: nam ego per Solem detrimentum duxero, si apud me manserit pecunia, magnum vero lucrum, si puella in nuptias acceperit; idem enim mearum rerum ignari sentire nequeunt. Atque utinam nusquam gravioribus conviciis Phalaridis mores infamarent. Mitte vero virgini ad nuptias famulas quattuor æquales et muliebres vestes, quas a me accepisti, et aureos sexaginta, atque ut quam primum nuptiæ celebrentur hortare, vel sic tardius quam oportebat celebrandæ, prompte vero

Φαλάριδος ἰδίας καρπούμενος χάριτας. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχοι, Τεῦκρε, τὰ δ' ἄλλα ὡς καὶ πατρὸς δεομένῃ τῇ παιδὶ καὶ ἀνδρὸς χηρευούσῃ τῇ γυναικὶ ταμίας γενοῦ, καὶ προστὰς αὐτῶν τῆς χρείας μετὰ τῆς ἰδικοῦ θῦε τοὺς γάμους ὡς μάλιστα πολυτελέστατα, μή τις Συρακουσίων τῶν προσηκόντων τῇ παιδὶ ἐν τῇ καλλίστῃ ἡμέρᾳ ἄθλιον ἀντὶ μακαρίου εἴπῃ Φιλόδημον, ἀλλὰ νικήσωμεν αὐτοῦ τὴν τύχην.

mitte dona, ut ex Phalaridis liberalitate proprias gratias percipias. Atque hæc quidem ita sint, Teucer. Quod reliquum est, et filiæ ut patre et mulieris ut viro orbatæ curam suscipe et parcens earum sumptibus nostris impensis celebra nuptias quam magnificentissime, ne quis Syracusanorum, qui puellæ sunt cognati, lætissimo hoc die pro felici miserum Philodemum nuncupet, sed eius fortunam superemus.

ρμγ'. Κλεαινέτῃ.

Ὁ Φιλοδήμου πλοῦς ἐπὶ τὴν ξένην, τοῦ σοῦ μὲν ἀνδρός, ἡμετέρου δὲ ἀμέμπτου φίλου, σοὶ μὲν εὐκλεῶς ἔοικε παραγίνεσθαι, τῇ θυγατρὶ δ' ὑμῶν εἰκοστὸν ἤδη ἔτος οἰκουρούσῃ οὐκ εὐτυχῶς. ἡ μὲν γὰρ ἐπ' ἀνδρὶ χηρεία χρόνους προσλαμβάνουσα πλείω ἀρετήν, ἡ δ' ἐπὶ παιδὶ παρ' ὥραν μηκυνομένη παρθενία διαβολὴν κτᾶται. πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις αἴσχιστον δέδοκται καὶ νὴ Δία ἐστὶ παρὰ τοὺς τῆς φύσεως χρόνους θυγάτηρ οἰκουροῦσα. πάλαι γὰρ ἐχρῆν καὶ τὸν ἐκείνης βίον, ὥσπερ τὸν σόν, πρὸς ἄνδρα ἐπαινεῖσθαι. (2) ἴσως μὲν οὖν ἀντὶ Φιλοδήμου παραμυθίαν ἡγῇ παῖδα ἔχειν, ἣν ἐκεῖνος καὶ σὺ ἐγείνασθε, σχέτλιον δὲ διὰ πόθον γαμέτου θυγατέρα ἀποστερεῖν γάμων, καὶ οὐχ ὅμοιον τοῦ μετ' ὀλίγον ἥξοντος ἀφαιρεῖσθαι ἀνδρὸς καὶ οὗ μήπω πεῖράν τις ἔσχηκε καὶ συνήθειαν τοῖς τῆς φύσεως ἀναγκαζομένη νόμοις· ὅταν δὲ μηδὲ κεκμηκότων γονέων, μηδὲ δι' ἔνδειαν χρημάτων, ὥσπερ νῦν, μεγάλης ἀτυχίας τεκμήριον τοῦτο. ὃ μηδαμῶς κατοιωνίζου, Κλεαινέτη· πεντατάλαντον γὰρ προῖκα κατέλιπεν αὐτῇ Φιλόδημος ἐκπλέων παρ' ἡμῖν, καὶ οὐχὶ ταῦτα μόνον· ἔστι γὰρ αὐτῷ κοινὰ καὶ τὰ Φαλάριδος χρήματα. ὥστε οὐκ οἶδα, Κλεαινέτη, τί ἂν μέλλοις· οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν μηδενὸς ὑστερίζουσαν εἰς τὸν γάμον τὴν Φιλοδήμου περιμένειν ἄφιξιν. (3) ὅσα μὲν γὰρ εἰκὸς εἰς τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἀναβαλέσθαι, μὴ φθάνωμεν· ὅσα δὲ αὐτὴ κατεπείγει ἡ φύσις ἀκόντων ἡμῶν, ἂν οἷόν τε, μὴ περιμένωμεν, ἐπεὶ τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἀναδέχεται καιροὺς ἡ τῆς παιδὸς ὥρα. τάχα δὲ Φιλόδημος μὲν εἴργεται τοσούτοις ὅσοις πατέρα εἰκὸς εἴργεσθαι ἐξώρου θυγατρὸς οὔσης εἰς γάμον, σοὶ δὲ τοῦ κατέχειν οἴκαδε παρὰ τὸν νόμον τὴν παῖδα οὐδεμία πρόφασις· οὐ γὰρ οὕτως αὐτῇ πατρὸς εἰς τὸ παρὸν δεῖ ὡς ἀνδρός. σὺ δὲ κατὰ πολλὰς ἀνάγκας καὶ μεγίστην τῆς τύχης ἀπόντι τῷ πατρὶ προσνέμειν οἴει δεῖν καὶ παροῦσαν τὴν μητέρα. οὔκ, ἐάν γ' ἐμοὶ πεισθεῖσα καὶ περὶ ἀνδρὸς εὐτυχῶς καὶ περὶ θυγατρὸς εὐπρεπῶς βουλεύσῃ. (4) πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα καλῶς δίχα Φιλοδήμου δρῶσα πράγματα ἓν τοῦτ' ἀντὶ πάντων κοινὸν ἐργάσῃ ἀγαθὸν καὶ γυναικὶ σωφρονούσῃ κόσμον οἶσον, κηδεύσασα κατὰ νόμους τὴν παῖδα. τὰ μὲν οὖν χρήματα Τεῦκρος οὑμός, ὁπόταν ἐθέλῃς, ἀπαριθμήσει· εἰ δέ του καὶ ἑτέρου δεῖ σοι πρὸς τὸν γάμον, ἐκεῖνος ὑπουργήσει. σὺ μόνον ἃ βούλει πρόστατε. καὶ Φιλόδημον εὔχου μὲν ἐλθεῖν εἰς τὸν γάμον, ὑπερ-

CXLIII. Cleænetæ.

Philodemi, tui mariti nostrique amici incomparabilis, navigatio peregre facta tibi quidem gloriose videtur evenire, filiæ vero vestræ vicesimum iam annum domi absque viro agenti infeliciter. Nam vita absente marito in viduitate transacta procedente tempore maiorem virtutis laudem, filiæ vero virginitas præter ætatem producta calumniam acquirit. Turpissimum enim ab omnibus hominibus habetur et est, per Iovem, si diutius filia quam ætas permittit a natura constituta innupta domi maneat. Dudum enim oportebat illius quoque, ut tua, cum viro societas laudari. (2) Fortasse igitur pro Philodemo solatium putas filiam habere, quam ille et tu genuistis : at iniquum est, desiderio mariti filiam nuptiis fraudare, nec viro brevi redituro privari perinde est atque eo, cuius ipsis naturæ legibus cogentibus nondum quis consuetudinem experta est; quod si fit nec mortuis parentibus nec ob inopiam pecuniæ, ut nunc est, magnæ est infelicitatis argumentum. Tale quid augurari omnino noli, Cleæneta : quinque talentorum enim dotem ipsi reliquit apud nos quum solveret Philodemus, neque hoc solum : sunt enim ei communes etiam Phalaridis pecuniæ. Quare nescio, Cleæneta, quid cuncteris : non enim, quum nihil ad nuptias tibi desit, Philodemi reditum exspectandum arbitror. (3) Quicquid enim in illius adventum differri convenit, ne præcipitemus, quicquid vero nobis invitis ipsa natura festinari iubet, si fieri potest, ne moremur, siquidem vestras opportunitates matura puellæ ætas non exspectat. Fortasse autem eiusmodi Philodemus impeditur negotiis, quibus, quum ad nuptias matura sit filia, patrem par est detineri, tibi vero nullus est prætextus, cur filiam contra leges domi detineas : nam non tam patris nunc quam mariti indiget. Tu vero multis necessariis de caussis et maxime quidem ob fortunam absenti patri præsentem etiam matrem adiungendam putas. Non facies, si me audis et de viro feliciter deque filia recte consules. (4) Namque alia multa quum sine Philodemo præclare fecisti, hoc unum instar omnium in communem utilitatem feceris, quodque mulieri prudenti decori sit futurum, si legibus convenienter filiam elocaveris. Pecuniam Teucer noster, quandocunque volueris, adnumerabit, et si qua alia re indiges, iste subministrabit. Tu modo quæ velis iubeas, utque Philodemus ad nuptias

ϐάλλου δὲ μηδαμῶς εἰς ἐκεῖνον ἥξοντα τοὺς τῆς παιδὸς χρόνους· καὶ τοῦ σῶον ἐκεῖνον εἶναι καὶ παρέσεσθαι καὶ τἄλλα μὲν ἔστω σοι μαρτύρια, μηδὲν δ' ἧττον ἡ πρὸς αὐτὸν φιλοφροσύνη.

ρμδ'. Νικοκλεῖ.

Ἐπεστείλαμεν Στησιχόρῳ, ὡς ἠξίους, περὶ τοῦ ἐλεγείου, καὶ τὸν τρόπον ὑπεθέμεθα ὡς χρὴ γράφειν, ὁ δ' ἄσμενος ἡμῖν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιδώσειν ὑπέσχετο, παραμυθίαν ἴσως ἡγούμενος ἔσεσθαί σοι τοῦ πένθους τὴν σοφίαν. ἡ μὲν οὖν συμφορὰ δυσπαρηγόρητος καὶ βαρυτέρα ἢ ὥστε λόγοις ἐπικουφισθῆναι, ἐπεὶ διττοῖς ᾠκειωμένος ὀνόμασιν ἑνὶ χρόνῳ περὶ ἑκατέρου ἀνιᾷ. ἀδελφιδῆς τε γὰρ ὁμομητρίας καὶ γυναικὸς ἀγαθῆς ἀπενοσφίσθης, κάλλει μὲν ἐξοχωτάτης, σωφροσύνῃ δὲ οὐδὲ εἰς δευτερεῖον γυναικὶ μεθ' ἑαυτὴν ἐώσης τόπον. ὡς ἐκπέπληγας καὶ πανταχόθεν ἀπέγνωκας σεαυτοῦ, καὶ τὰς ὀλοφύρσεις οὐ μεταποιούμενος καὶ τοῦ σώζεσθαι προσποιῇ. χρὴ δὲ μὴ βαρύτερον φέρειν τὴν τύχην· οὐ γὰρ ἀρετῆς τοῦτό γ' ἄξιον, εἰ πρὸς τὸ πένθος ἀπαλλάξεις σαυτὸν καὶ χρήσῃ ἀνηκέστῳ συμφορᾷ. (2) ἀλλ' ἄγε, ὦ Νικόκλεις, μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀνίας μεταστραφεὶς σκέψαι τὸν ταλαίπωρον ἀνθρώπων βίον, οἵᾳ καθήρμοσται τάξει. γεννᾶται ἕκαστος ἡμῶν ἐπὶ μυρίοις κακοῖς, καὶ ταῦθ' ὅταν ἀνύσῃ, τῆς τοῦ ταλαιπωρεῖν ἀνεπαύσατο ἐπιδημίας. τερπνὸν δὲ ἡγούμεθα τὸν βίον τοιοῦτον ὄντα, παρ' ὅσον οὐδὲν θανάτου πείσεσθαι κάκιον ἠλπίκαμεν, καὶ τὸν τελευτήσαντα οἰκτιζόμενοι, ὅστις πρῶτος ἄπεισιν, οὐχ ἄπωθεν ἑπόμενοι τούτῳ λελήθαμεν ἑαυτοῖς ἐπιρριπτοῦντες τὰ δάκρυα. αὕτη δίκη ἀνθρώπων, Νικόκλεις, καὶ ἐπὶ τοιούτῳ τέλει ἅπαντες ἀνατρεφόμεθα, οὐδ' ἐστὶν ὅντινα τῶν γενομένων ἕτερον ὑποδέξεται χρῆμα τυραννικώτερον. μοῖρα τοῦτο παντὸς ἀνθρώπου, ὑπ' οὐδενὸς γοητευόμενον. (3) ὁρᾷς ἐμὲ τὸν μόναρχον, ὃν πάντες ἄνθρωποι βιαιότατον ἀποφαίνονται; ταύτης, οὐδ' ἄν με δεινότερον κηρύξωσιν οἱ νῦν ὄντες, οὐκ ἂν περιγενοίμην· οὐδὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν χαλεπῶν ὑποστήσεται, ἀλλ' ἄπιμεν, ὅταν ἔνι τὸ χρεὼν τελευτῆσαι. εἴθε δ' ἐπὶ τοιούτῳ ἐτύχομεν μοναρχίας, οὐχ ὅπως ἑαυτῶν ἀπωσώμεθα τοὺς μόρους (ἡμᾶς μὲν γὰρ ἴσως καὶ πρὸ μοίρας ἀξίους φαίη τις ἂν εἶναι ἀπολέσθαι, καὶ πρὸς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οὐδ' αὐτοὶ ἐναντιούμεθα), ἀλλ' ἵνα τῶν ἐπιεικεστάτων καὶ ὡς ἐπὶ μήκιστον ἀξίων ζῆν ἐπέχωμεν τὰ τέλη. (4) ἐπεὶ δ' ἐκείνη καθ' ἡμῶν καὶ οὐχ ἡμεῖς κατ' ἐκείνης τύραννοι ἀπεδείχθημεν, ἠπίως χρὴ φέρειν οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ὅτι εἰς οὐδὲν περαίνονται οἱ γόοι, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν ἐκείνης δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε οὕτω κατασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι μὲν εἰκός, αὐτὴν δὲ τὴν πλεῖστα μὲν εὐφράνασαν τὸν ἄνδρα, ἡσθεῖσαν δ' ἐφ' οἷς ἔχαιρεν ἐκεῖνος, ἄχθεσθαι καὶ ἐν τῷ θανάτῳ, οὐ μὰ τὸν Δία μόνον ὅτι σὺ τοιαύτης ἀπεσφάλης γυ-

veniat optes, minime vero in illius adventum filiæ nuptias differas, et salvum illum esse et adfuturum quum ex aliis documentis, tum ex mea erga eum benevolentia colligas.

CXLIV. Nicocli.

Scripsimus Stesichoro, ut iussisti, de epitaphio, eique quo modo scribi oporteret subiecimus, is autem lubens de suo ingenio largiturum se promisit, solatium fortasse ratus fore tibi luctus poesin. Calamitas sane insolabilis et gravior quam quæ levari oratione possit, quoniam duobus conciliatus nominibus, simul utroque mœres. Nam et nepte a matre et coniuge optima privatus es pulchritudinis excellentissimæ, pudicitiæ vero tantæ, ut nulli mulieri secundas post se relinquat. Quam obstupescis ac desperas atque eiulatus vel de salute tua parum sollicitus adsciscis. Oportet autem non gravius accipi quam potest ferri fortunam : non enim hoc certe virtute dignum, si luctu te conficies et in miseriam te deicies insanabilem. (2) Age igitur, Nicocles, misso parumper dolore considera, ærumnosa hominum vita quo ordine sit constituta. Nascitur in infinita quisque mala, quibus ubi defunctus sit, ab ærumnarum societate requiescit Iucundam ducimus hanc talem vitam, quatenus nihil morte nos passuros peius speravimus, et mortuum miserantes, qui primus abit, dum nos non longo intervallo sequimur, inscii in nosmet ipsos effundimus lacrimas. Ea lege homines sumus, Nicocles, et hunc in finem omnes educamur, neque quisquam est, quem rerum, quæ fiunt, alia excipiet atrocior. Fatum hoc omnis hominis, nullius obnoxium præstigiis. (3) Vides me principem, quem omnes homines violentissimum declarant. Hoc, ne si atrociorem quidem qui nunc vivunt me prædicarent, superior non evaderem : nihil enim eorum, quæ apud nos dira sunt, illud cohibebit, sed abimus, ubi instat fatum. Utinam vero ea conditione obtineremus principatum, non ut a nobis depelleremus mortem (nos enim fortasse ante fatum etiam dignos aliquis dicat esse qui pereamus, et contra hanc opinionem ne ipsi quidem repugnamus), sed ut probissimorum et longissima vita dignorum retardemus exitus. (4) Quoniam vero illud in nos, non nos in illud tyranni constituti sumus, leniter ferre oportet, non solum propterea, quod nihil proficitur lamentis, sed etiam quod illius manes, ubi senserint tanto te mœrore contabescere, angi consentaneum est, ipsamque, quæ plurimum exhilaraverit maritum, eisdemque quibus ille gavisa sit, mœstitia etiam in morte affici, non per Iovem solum, quod tu tali privatus sis uxore, sed quod et illa tali orbata sit marito. Quum

ναικός, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκείνη τοιούτου ἐστερήθη ἀνδρός. ἐπεὶ τοίνυν οὔτε πρῶτος οὔτε μόνος τοιαύτῃ ἐχρήσω συμφορᾷ, λογίζου τὰ ἀνθρώπινα πράως φέρειν, εἰ καὶ μὴ δι' ἐμὲ ἑτοίμως πρὸς θάνατον ὑπὸ ποικίλων ἔχοντα συμφορῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰσότητα τῆς φύσεως, ὅτι πᾶσι κοινὸν τοῦτο, κἂν σφόδρα περιφόβως ἔχωσί τινες, καὶ τοῖς μὴ λίαν ἀχθομένοις πλεῖστα συμβέβηκεν ἀπολαύειν τοῦ βίου.

igitur nec primus nec solus tali affectus sis calamitate, reputa, res humanas patienter ferendas esse, etsi non propter me, quem ad mortem paratum multiplices reddidere calamitates, at propter æqualem naturæ legem, quod omnibus commune hoc, etiamsi vehementer quidam metuant, eisque, qui parum ægre ferunt, ut plurimum vita fruerentur contigit.

ρμε'. Στησιχόρῳ.

Τὸ ἔλαιον ἐπέμψαμεν, εἴ τι νοοῦμεν, οὐ μὰ Δί' οὐ σοὶ τὸ παρόν, ἀλλὰ θυγατριδῷ σου· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ μειράκιον ἄξιον ἡμῖν λόγου φαίνεται καὶ τὴν γυμνασιαρχίαν μηδὲν ἧσσον Ἀγησιλάου. βουλοίμην δ' ἂν αὐτὸν ἐκτελέσαι τὸ καθ' ἡμᾶς μέρος. τὸ δ' ἀργύριον τὸ παρ' ἡμῶν, ὃ μὴ σὺ κομίζειν ἐβουλήθης τότε παρών, εἰ μὴ λαβὼν ἔσῃ νῦν γε, προδοσίας, εὖ ἴσθι, πρὸς Ἱμεραίους καταψεύσομαί σου, κἂν ἔτι παραστῇ. χαλεπώτερον δέ σοι οἶμαι καὶ τοῦθ', ὅπερ προπέμπειν εἱλόμην. πρόσμενε δή, Στησίχορε, καὶ πρὸς τοῖς ἔπεσι καί, δι' ἃ σεβαστότερος εἶ πολλῶν καὶ θαυμασιώτερος, τὰ ἐπιτηδεύματα ταῦτα καὶ στέργε καὶ τίμα, τὰ ἄλλα προέμενος, ἐν οἷς ποτ' ἂν κατ' ἄκραν εὐδοκιμῇς, ὅμοιος τοῖς πονηροτάτοις ἔσῃ.

CXLV. Stesichoro.

Oleum misimus, si quid sapio, per Iovem non tibi nunc quidem, sed nepoti tuo: nam dignus adolescens iste videtur cuius habeatur ratio, et in gymnasio regendo nihil inferior Agesilao. Velim autem eum perficere, quantum in me est. Argentum autem a nobis missum, quod tu coram tunc auferre noluisti, si nunc quidem non acceperis, scias me proditionis criminationem apud Himerenses in te coniecturum, ... gravius vero tibi puto etiam hoc, quod ante mittere constitui. Persevera igitur, Stesichore, et in carminibus, et ob quæ venerabilior multis es atque admirabilior, ea studia et ama et cole, abiectis reliquis, quibus quum in summa existimatione fueris, a pessimis non differes.

ρμς'. Στησιχόρῳ.

Σὺ περὶ ἡμῶν, ὦ Στησίχορε, μηδὲν μήτε ἐν ᾠδαῖς μήτε ἄλλοθί που λέγε· οὐδὲν γὰρ βούλομαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι τὰ ἡμέτερα. τῶν δ' ἄλλων φθόνος οὐδείς, ὑπὲρ ὅσων ἂν αὐτός τε κατὰ σαυτὸν ἐθέλῃς κἀπὶ νοῦν ἄγῃ τὸ δαιμόνιον. πολιτείαν δὲ φεῦγε μάλιστα πάντων ἐμὲ ὁρῶν, ὅς, ἡνίκα μακαριστὸς εἶναι ἐδόκουν πᾶσιν, ἐπὶ τούτοις ἐμαυτῷ σύνοιδα μάλιστα ἀνιωμένῳ. εἰ δ' ἐγώ σοι κατ' ἐμαυτὸν εἰκότα πάσχειν φαίνομαι μοναρχίας ὀρεχθεὶς ἑκών, ὑπὲρ πατρίδος δέ σοι πολιτευομένῳ καὶ δημοκρατίας οὐδὲν ἀπαντήσεσθαι δυσχερὲς οἴει, τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς ἄφες νῦν, εἰς δὲ σαυτὸν ἀτενὲς βλέψον, ὦ Στησίχορε, καὶ κατανόησον· οὐ γὰρ ὑπὲρ βελτιόνων τις οὐδὲ καθαρωτέραν ὁδὸν σοῦ βαδίσας ἥψατο πολιτείας· ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατὰ σαυτόν, οἷα μὲν πρὸ τούτων ἔπαθες, οἷα δ' ἐμέλλησας παθεῖν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἐχθρὸς ἤμην ἐγώ. (1) καίτοι καλόν γε, κἂν εὐροῇ τις καὶ κατ' οὖρον φέρηται παρὰ τῆς τύχης, μὴ πάντα ποιεῖν αὐτὸν ἐπὶ τῇ τύχῃ. καὶ γὰρ σὺ νῦν αὐτὸς οὔτε τύραννος Ἱμεραίων οὔτε ἐχθρὸς πᾶσιν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἐν πολίταις καὶ φίλοις, ὡς ἐνόμιζες αὐτός, δι' οὓς ἐχθροὺς ἔσχες ἡμᾶς, κἀγὼ μὲν οὐκ ἂν τυραννήσας, παρόν μοι νῦν αὐτῶν διὰ σὲ καὶ σοῦ στοχαζόμενος, ἀλλ' ὅμως λόγισαι κατανοήσας, πόσα ἄττα πέπονθας ὑπ' αὐτῶν. εἰ δὲ βούλει, τὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀγαθὰ μὲν πλεῖστα πεπονθότα, κακὸν δὲ μηδέν, μηδὲ μὴν ἀχαριστηθέντα, καθάπερ σύ, σκέψαι καὶ μάθοις ἄν, ὡς ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὅστις τῶν

CXLVI. Stesichoro.

Tu de nobis, Stesichore, nihil neque in carminibus dic neque alibi; nihil enim magis cupio quam res nostras silentio transmitti. De reliquis nihil equidem laboro, de quibus dicere ipse apud animum tuum constituas ac numen divinum admonuerit. Rempublicam vero fuge maxime omnium, respiciens nos, qui, quum beatissimus esse videbar omnibus, hac ipsa re gravissimum dolorem mihi illatum memini. Sin ego tibi, quod ad me, merita perpeti videor, quum principatum mea sponte affectarim, pro patria vero tibi rempublicam gerenti et populari statu nihil molesti eventurum putas, res nostras mitte nunc, Stesichore, et in te ipsum defixis oculis considera. Non enim pro melioribus aliquis neque viam ingressus sinceriorem attigit rempublicam: at reputa tamen, qualia pro his passus sis et qualia passurus fuisses, nisi talis hostis fuissem ego. (2) Atqui pulchrum est, etiamsi prospere res cedant alicui et secundis ventis ferantur a fortuna, non omnia eum committere fortunæ. Etenim ipse tu nunc, qui nec tyrannus Himerensium, nec hostis omnibus, sicut nos, sed in civibus et amicis, ut eos putabas, propter quos hostes habebas nos; et ego quidem, si tyrannus non essem, nunc facta mihi de eis per te et de te coniciendi facultate; at reputa apud animum, quanta ab eis passus sis. Sin vero vis, eum, qui a civibus bona quam plurima, malique nihil passus sit, cuique gratia negata nulla, quemadmodum tu, considera, ac disces,

κοινῶν ἀφέμενος τῶν ἰδίων προέστηκε καὶ ὃς οὐκ ἄλλο τι οἴεται τὸ ἑαυτοῦ πράσσειν ἀλλ' ἢ σκοπεῖν ὅπως μάλιστα ἡσθήσεται.

ρμζ'. Τῷ αὐτῷ.

Μὴ φρόντιζε, ὦ Στησίχορε, τῆς Εὐβούλου καὶ Ἀριστοφῶντος πρός με κατηγορίας, μηδ' ἀχθεσθῇς, εἰ τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς τὴν αἰτίαν εἰς σὲ ἀναφέρειν καὶ τὰ σὰ κάλλιστα ἔπη ἠξίουν. παρ' ὅσον μὲν γὰρ ἤλθομεν ἐν Ἱμέρᾳ κινδύνου καὶ σὺ οἶσθα, μηδὲν δὲ ἡμῶν ἀνήκεστον παθόντων ἥδεσθαι προσήκει σοι κατά γε τὴν ἐκείνων αἰτίαν μᾶλλον ἢ ἀνιᾶσθαι τῆς τε ῥώμης ἕνεκα τῶν ποιημάτων, ἅ σοι ἐπιπνέουσιν αἱ θεαί, καὶ ἡμῶν περιόντων, εἴ σοι ἄρα τι μέλομεν. παρεξήτακας γὰρ καὶ τὰ μέλη πλέον ἢ κατὰ λύραν δυνάμεως ἔχειν, καὶ Φάλαριν μεῖζον' ἢ κατὰ τυραννοκτόνους. ἡμεῖς δὲ παρακινδυνεύσαντες ἐσχάτως καὶ εἰς τύραννον ὡρμήσαμεν καὶ εἰς ἑταιρείαν μεμήναμεν, καὶ οὐ μεμφόμεθά σε μελλήσαντες ἀναιρεθῆναι, μᾶλλον δὲ ἀναιρεθέντες· οὐ γὰρ ἄν, εἰ καὶ ἐτελέσθη τὸ ἄδικον βούλημα, Στησίχορος ἡμᾶς παθεῖν ταῦτα ἐπῄνεσατο. (2) σὺ μὲν γὰρ ἴσως ἐπῶν κόσμῳ θεοειδεστάτῳ τὸ τυραννοκτονεῖν ἐπαινεῖς (καὶ οὐκ ἀποτρέπομεν εἴ τις θαυμάσει τὸν λόγον), ἀλλ' οὐ τὸ Φάλαριν· ἀνδροφονεῖν γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' οὐ τυραννοκτονεῖν. οὐ γὰρ οἶσθα ἄρχομαι πείρᾳ μαθών. οὐδὲ Δρωπίδας οὐδ' ἄλλος ἐπιεικὴς ἀνὴρ οὐδὲ εἷς, ἀλλ' οὐδὲ ὁ σωτὴρ ἐν ἡμῖν Ζεὺς ἐνέμεινεν ἐν τῷ ἱερῷ καρτερός. Εὐβούλου καὶ Ἀριστοφῶντος δυοῖν ἀδίκοιν εἷς δίκαιος ἐγενόμην, τὸν τύραννόν με περιεσώσατο, Κόνων δ' ὁ καταπορνευθεὶς καὶ Θεαγόρας ὁ τοὺς ὀλέθρους ἡμῖν μηχανησάμενος καὶ Ἀντιμήδης καὶ Περικλῆς καὶ ὅσοι δὴ τούτοις παραπλήσιοι ἀνῃρέθησαν ὑπ' ἐμοῦ τῷ δικαιοτάτῳ τῆς ἀμύνης νόμῳ, οὕς, εἰ μὴ τοσαύτης ἐξουσίας εἰχόμην, ἀποθανεῖν ἂν εἱλόμην ἀντιτιμωρησάμενος. (3) λεγέτωσάν με μιαιφόνον, ἄθεον, ἐναγῆ, τύραννον, πολλοῖς πεφυρμένον καὶ ἀνηκέστοις μιάσμασι, καὶ τούτων ἂν δεινότερόν τι εἰπεῖν καθ' ἡμῶν ἔχωσι, μὴ φειδέσθωσαν. ἐπαινοῦντες γάρ με διαβάλλειν ἐοίκασι πρὸς τοὺς χρηστοὺς οἱ πονηρότατοι, ὧν οἱ μὲν ἐπυρώθησαν ὑφ' ἡμῶν ἔμφρουροι τῷ ταύρῳ, οἱ δ' ἀνεσκολοπίσθησαν, ἔνθα ἔμελλον ἐμπρόσωποι ἔσεσθαι τοῖς λοιποῖς μηδὲν καθ' ἡμῶν τεκταίνειν κακόν, ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξῃρέθησαν, τινὲς δ' ἄκρα περιεκόπησαν καὶ κατὰ τροχῶν ἐλυγίσθησαν, καὶ κεφαλὰς ἄλλοι περιεσκυθίσθησαν, οἱ δὲ ὡς ἔτυχον ἀδικίας προάρξαντες ὀλέθρου πικροῦ κατὰ δίκην ἐνεφορήσαντο. δι' οὓς ὁμολογοῦμεν ἀνασταθῆναι τύραννοι, καὶ οὐκ ἀρνησόμεθα κατὰ πονηρῶν μοναρχίας ὀρεχθῆναι, οὐδὲ παυσόμεθά ποτε τῆς ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας, πρὸς δὲ τοὺς χρηστοὺς ὅμοιοί γ' ἐσμὲν ἄρχοντες, οἷοί περ ἐγενόμεθα πρὶν ἄρξαι. (4) μὴ δὴ δόξῃς, ὦ Στησίχορε, κατ' ἐμοῦ τι τῶν ἐπῶν, ὅταν κατὰ δυνάστου γράφῃς, ἐπιπνεῖσθαι, ὑποδέχου δ' ἄσμενος

hunc illum esse, qui publicis missis privatis suis rebus præsit, quique nihil aliud putet suum agere, quam ut videat, quomodo maxime lætetur.

CXLVII. Eidem.

Noli curare, Stesichore, Eubuli et Aristophontis apud me accusationem, neque omnino gravari, quod insidiarum nobis structarum caussam in te conferre tuaque pulcherrima carmina voluerunt. In quantum enim Himeræ venerimus discrimen tu quoque nosti; quum vero nihil insanabile simus passi, gaudere te decet illorum criminatione magis quam dolere, quum propter vim carminum, quæ tibi afflant deæ, tum quod superstites nos sumus, si quidem aliqua nostri tibi cura est. Simul enim exploratum habes, et carmina plus quam pro lyra virium habere, et Phalarin maius aliquod esse quam pro tyrannicidis. Nos autem extrema periclitati et in tyrannum erupimus et factionis comparandæ studio exarsimus, nec accusamus te, quanquam ad mortem fuimus destinati, immo de medio sublati sumus; non enim, etiamsi ad exitum perductum esset improbum consilium, Stesichorus nos hæc pati approbasset. (2) Etenim tu fortasse divino carminum ornatu tyrannum occidere probas (neque dehortamur si quis dictum admirabitur), non autem Phalarin: hoc est enim hominem occidere, non tyrannum. Scilicet ab eo quod nosti ordior experientia doctus. Neque Dropidas neque alius bonus ullus firmo animo permansit in templo: Eubulum et Aristophontem duos iniustos unus superavi iustus, quin ille apud nos servator Iuppiter me tyrannum conservavit, Conon vero exoletus iste, quique perniciem nobis machinatus est Theagoras et Antimedes et Pericles, et quotquot horum similes, de medio a me sublati sunt iustissima vindictæ lege, a quibus etiam, nisi tantam habuissem potestatem, sumpsisse pœnas morte mea redimere voluissem. (3) Dicant me pollutum cædibus, impium, devotum, tyrannum, multis contaminatum inexpiabilibusque sceleribus, nec, si quid his gravius in nos habent dicere, parcant. Laudantes enim calumniari me videntur apud probos improbissimi, quorum hi combusti a nobis sunt inclusi tauro, illi crucibus affixi, spectaculo futuri reliquis, ne quid in nos mali molirentur, aliorum oculi effossi sunt, nonnulli extremis partibus abscissis torti rotis, aliorum ex capitibus cutis detracta, alii, ut quisque sceleris auctor exstitit, diro supplicio ut fas erat affecti. Propter quos tyrannos nos surrexisse confitemur, neque infitiabimur adversus improbos dominatum appetivisse, neque a crudelitate atque immanitate unquam desistemus: erga probos vero similes erimus principes, quales fuimus ante quam principatum obtinuimus. (4) Itaque noli putare, Stesichore, adversus me aliquid carminum, si quando contra tyrannum scribas, afflari, sed lubens deas suscipe, nostra caussa nihil eo

τὰς θεάς, δι' ἡμᾶς μηδὲν τῶν ἐπὶ νοῦν ἡκόντων ἀποδιοπομπούμενος. ἴσθι γὰρ ὡς μηδεὶς τυραννοκτονήσει Φάλαριν ἔξω τῆς ἰδίας μοίρας, ἣν ἀπὸ νεότητος ἔχομεν καθ' ἑαυτῶν, ἐὰν καὶ τὰ τῶν ὑμνοπόλων σιγήσῃ μέλη· ὅθεν ἥκουσαν αὐτὴν ἀναγκαίως, ὁπόταν ἐθέλῃ, ὡς ὀφειλομένην ἑαυτοῖς ὁμοίως ὑποδεξόμεθα. τοῖς δὲ περὶ Εὔβουλον τυραννοκτόνοις, ἐπεὶ παρὰ ταύτην ἐπεχείρουν, ἆθλα ἀπεδώκαμεν, οὐχ ἃ παρὰ νόμων προσήκει ἀνδράσι κενὴν δόξαν θηρωμένοις ἐπὶ καθαιρέσει μονάρχου, ἀλλ' ἃ παρὰ τυράννου πλέον ἰσχύοντος νόμων. καταπαρέντες γὰρ εἰς τὴν Ἱμεραίων θηρόβοτον ἄχρι τῶν στηθῶν μετὰ πολλοὺς ἄλλους αἰκίας τρόπους ἐν τῇ λώβῃ διενυκτέρευσαν. σὺ δ' ὡς ἐπὶ μήκιστον εὐτυχοίης. ἔρρωσο. καὶ τὸ μὲν μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον οὐκ ἂν συνευξαίμεθά σοι, παρὰ γὰρ τῆς ἰδίας δικαιοσύνης τοῦτ' ἔχειν φαίης ἄν, ἀλλὰ μηδὲ δρᾶσαί ποτε ἀνάγκην γενέσθαι Φάλαριν παραπλήσιον. μέλοιεν δέ σοι Μουσῶν εὐκλεεῖς πόνοι, πέμπε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς τῶν ποιημάτων ἃ τὰς παρούσας ἐπανήσει φροντίδας.

rum, quæ in mentem veniant, aversatus. Scito enim, neminem occisurum esse Phalarin extra proprium fatum, quod a iuventute in nosmet constitutum habemus, etiamsi poetarum carmina conticescant. Quare id venturum necessario, quandocunque velit, eodem quo debitum nobis modo suscipiemus. Qui vero cum Eubulo sunt tyrannicidis, quoniam præter id agressi sunt, præmia reddidimus, non quæ a legibus convenit viris ex cæde tyranni inanem gloriam venantibus, sed quæ a tyranno plus legibus pollente. Defixi enim in bestiarum quæ Himeræ est caveam ad pectus usque post multos alios cruciatuum modos in tormento noctem transegerunt. Tu vero quam diutissime feliciter agas. Ac ne quid tale patiare sane non tibi optaverimus, nam a tua ipsius iustitia hoc habere te diceres, verum ne simile quid unquam facere Phalari necesse sit. Musarum tibi curæ sint opera nobilia, atque carminum ad nos mitte quæ præsentes allevabunt sollicitudines.

ρμη'. Ἐνναίοις.

Ἐγὼ μὲν οἶμαι καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐμαυτὸν αἴτιον ὑμῖν γεγονέναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐλευθερίας οὐ μέμφομαι ὑμῖν ἀχαρίστοις οὖσι, τὸ μέντοι ἀργύριον, ὃ ἐδανείσασθε, ἀπόδοτε. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐν χρείᾳ εἰμὶ οὐ μετρίᾳ καὶ περιπέμπω χρήματα δανειζόμενος εἰς ἅπασαν Σικελίαν. καὶ οἱ μὲν ἐχαρίσαντο ἡμῖν, ὥσπερ Λεοντῖνοι καὶ Γελῷοι, οἱ δὲ ὑπέσχηνται δανείσειν, ὡς Ὑβλαῖοι καὶ Φιντιεῖς. τί ἂν οὖν πρὸς Διὸς αὐτοὶ ὑπολάβοιτε περὶ αὐτῶν, τηλικαῦτα ἃ δεδάνεισθε μὴ ἀποδιδόντες, ὁπότε ἄλλοι χαρίζονται τὰ αὐτῶν, μηδὲν ὑφ' ἡμῶν ἀγαθὸν πεπονθότες; εἰ δὲ πύθοιντο οἱ ὑπεσχημένοι χαριεῖσθαι, ὅτι ἀντὶ τοῦ κομίζεσθαι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς μηδὲν ὀφείλουσι βαρεῖς ἐσμέν, ἆρ' ἔτι δώσειν οἴεσθε αὐτούς; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι, μηδὲ τοὺς δανείσειν ὑπεσχημένους δανείσειν ἔτι, ἀλλ' ἐνθυμηθήσεσθαι, ὅτι ὁ μὴ ἀναπρασσόμενος τὰ ἑαυτοῦ παρὰ τῶν ὀφειλόντων οὗτος τοῖς δανείσασιν ἀποτίνειν οὐ βουλήσεται. ταῦτα τοίνυν ἐνθυμηθέντες, εἰ μὴ ἀποτίσετε, αἰδέσθητε· εἰ δὲ μὴ ταῦτα ἀνύσειεν, εὖ ἴστε ὅτι ταχὺ σφόδρα καὶ λόγων κρεῖσσόν τι εὑρήσομεν, ὃ ἐπαναγκάσει ὑμᾶς, εἴπερ οἷόν τε ἐπαναγκαζομένους τὰ δίκαια ποιεῖν ἐστίν.

CXLVIII. Ennensibus.

Equidem puto libertatis auctorem vobis me fuisse. Sed ob libertatem vos licet ingratos nolo reprehendere, verum argentum tamen, quod mutuum sumpsistis, reddite. Namque ipse in inopia sum non mediocri et pecuniæ mutuandæ caussa per totam Siciliam circummitto. Atque alii quidem gratificati nobis sunt, ut Leontini et Gelenses, alii mutuam daturos sese promiserunt, ut Hyblæi et Phintienses. Quid igitur per Iovem de vobis ipsis existimetis, tanta pecunia quam mutuam sumpsistis nondum reddita, quum alii sua gratificantur, nullo licet a nobis beneficio affecti? si vero audiverint ei, qui se nobis gratificaturos promiserunt, nos pecunia nobis debita non recepta molestos esse eis qui nihil debeant, num adhuc daturos putatis ea? ego certe censeo, neque eos, qui mutuam pecuniam se daturos promiserint, mutuam adhuc daturos esse, sed cogitaturos fore ut, qui sua non exigat a debitoribus, hic eis qui mutuam dederint solvere nolit. Hæc igitur reputantes, si non solvatis, vereamini: sin vero his nihil efficietur, scitote, nos celeriter admodum omni etiam oratione maius aliquid inventuros esse, quod coget vos, siquidem fieri poterit ut coacti id quod iustum est faciatis.

ΦΕΡΕΚΥΔΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

PHERECYDIS EPISTOLA.

Θαλῇ.

Εὖ θνήσκοις ὅταν τοι τὸ χρεὼν ἥκῃ. νοῦσός με καταλελάβηκε δεδεγμένον τὰ παρὰ σέο γράμματα. φθειρῶν ἔβρυον πᾶς καί με εἶχεν ἠπίαλος. ἐπέσκηψα δ' ὦν τοῖσι οἰκιήτῃσι, ἐπήν με κατθάψωσι, ἐς σὲ τὴν γραφὴν ἐνεῖκαι. σὺ δὲ ἢν δοκιμώσῃς σὺν τοῖσι ἄλλοισι σοφοῖσι, οὕτω μιν φῆνον, ἢν δὲ οὐ δοκιμώσητε, μὴ φήνῃς· ἐμοὶ μὲν γὰρ οὔκω ἥνδανε. ἔστι δὲ οὐκ ἀτρεκηίη πρηγμάτων, οὐδ' ὑπίσχομαι τἀληθὲς εἰδέναι, ἅσσα δ' ἂν ἐπιλέγῃ θεολογέων· τὰ ἄλλα χρὴ νοέειν· ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι. τῇ δὲ νούσῳ πιεζόμενος ἐπὶ μᾶλλον οὔτε τῶν τινὰ ἰητρῶν οὔτε τοὺς ἑταίρους ἐσιέμην, προεστεῶσι δὲ τῇ θύρῃ καὶ εἰρομένοισι ὁκοῖόν τι εἴη, διεὶς δάκτυλον ἐκ τῆς κληίθρης ἔδειξ' ἂν ὡς ἔβρυον τοῦ κακοῦ. καὶ προεῖπα αὐτοῖσι ἥκειν ἐς τὴν ὑστεραίην ἐπὶ τὰς Φερεκύδεω ταφάς.

Thaleti.

Bene moriaris, quum tibi fatalis dies supervenerit. Morbus me invaserat, quum tuas accepi litteras. Pediculis implebar totus et febris me tenebat. Mandavi itaque familiaribus meis ut, quum me sepeliverint, ad te perferant quæ scripsi. Tu autem si ea probaveris cum reliquis sapientibus, ita demum ede in lucem, sin autem improbaveritis, edere noli. Mihi enim nondum satis placebant. Est autem non certa rerum fides, neque quid sit verum me scire professus sum, sed quæ deligat qui de rebus divinis disserat : reliqua conicere oportet, omnia enim indico potius quam aperio. Morbo autem magis magisque ingravescente pressus neque medicorum quenquam neque amicorum admittebam, sed ad ianuam adstantibus quidque rei esset interrogantibus digito per ostii claustra exserto quanto malo laborarem ostendi, admonuique ut postridie conveniant ad agendas Pherecydis exsequias

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHILIPPI EPISTOLÆ.

α'.

Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἴστε ἡμᾶς παρεληλυθότας εἴσω Πυλῶν καὶ τὰ κατὰ τὴν Φωκίδα ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιημένους, καὶ ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων, φρουρὰς εἰσαγηοχότας εἰς αὐτά, τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα κατὰ κράτος λαβόντες καὶ ἐξανδραποδισάμενοι κατεσκάψαμεν. ἀκούων δὲ καὶ ὑμᾶς παρασκευάζεσθαι βοηθεῖν αὐτοῖς γέγραφα ὑμῖν, ἵνα μὴ πλεῖον ἐνοχλῆσθε περὶ τούτων· τοῖς μὲν γὰρ ὅλοις οὐδὲ μέτριόν μοι δοκεῖτε ποιεῖν τὴν εἰρήνην συνθέμενοι καὶ ὁμοίως ἀντιπαρεξάγοντες, καὶ ταῦτα οὐδὲ συμπεριειλημμένων τῶν Φωκέων ἐν ταῖς κοιναῖς ἡμῶν συνθήκαις. ὥστε ἐὰν μὴ ἐμμένητε τοῖς ὡμολογημένοις, οὐδὲν προτερήσετε ἔξω τοῦ ἐφθακέναι ἀδικοῦντες.

I.

Rex Macedonum Philippus Atheniensium senatui populoque salutem. Scitote nos intra Pylas esse progressos et Phocidem in potestatem nostram redegisse, quæque oppida ultro se nobis adiunxerunt, in ea præsidia introduxisse : quæ vero repugnabant, vi cepimus civibusque venditis evertimus. Quum autem audirem vos quoque ad opem illis ferendam instrui, scripsi vobis, ne ea de re plus quam opus sit laboretis. Scilicet omnino ne æquum quidem facere mihi videmini, qui pace licet pacta nihilominus in aciem descenditis, præsertim quum nec in communibus nostris pactis comprehensi sint Phocenses. Quare nisi manebitis in conventis, nulla ne nisi auspicandis iniuriis eritis superiores.

β'.

Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἐπειδὴ πολλάκις μου πρέσβεις ἀποστείλαντος, ἵν' ἐμμείνωμεν τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς ὁμολογίαις, οὐδεμίαν ἐποιεῖσθε ἐπιστροφήν, ᾤμην δεῖν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ἀδικεῖσθαι νομίζω. μὴ θαυμάσητε δὲ τὸ μῆκος τῆς ἐπιστολῆς· πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἐγκλημάτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑπὲρ ἁπάντων δηλῶσαι καθαρῶς. (2) πρῶτον μὲν γὰρ Νικίου τοῦ κήρυκος ἁρπασθέντος ἐκ τῆς χώρας τῆς ἐμῆς οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε, ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἴρξατε δέκα μῆνας· ἃς δ' ἔφερε παρ' ἡμῶν ἐπιστολάς, ἀνέγνωτε ἐπὶ τοῦ βήματος. ἔπειτα Θασίων ὑποδεχομένων τὰς Βυζαντίων τριήρεις καὶ τῶν λῃστῶν τοὺς βουλομένους οὐδὲν ἐφροντίζετε, τῶν συνθηκῶν διαρρήδην λεγουσῶν, πολεμίους εἶναι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας. (3) ἔτι τοίνυν περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Διοπείθης ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν Κρωβύλην μὲν καὶ τὴν Τιρίστασιν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ προσεχῆ Θρᾴκην ἐπόρθησε, τέλος δὲ εἰς τοῦτο ἦλθε παρανομίας, ὥστε Ἀμφίλοχον ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων ἐλθόντα πρεσβευτὴν συλλαβὼν καὶ τὰς ἐσχάτας ἀνάγκας ἐπιθεὶς ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα· καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ εὐδοκοῦντα ἐποίησεν. (4) καίτοι τὸ παρανομεῖν εἰς κήρυκας καὶ πρέσβεις τοῖς ἄλλοις τε πᾶσιν ἀσεβὲς εἶναι δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὑμῖν. Μεγαρέων γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε μυστηρίων

II.

Philippus Atheniensium senatui populoque salutem. Quum sæpe legatos miserim, ut pactis et conventis staremus, idque vos nihil moverit, significandum vobis esse duxi, quibus in rebus iniuriam mihi fieri existimem. Ne vero miremini epistolæ magnitudinem : nam multæ quum sint conquerendi caussæ, necesse est omnes explicari perspicue. (2) Ac primum Nicia præcone ex ditione mea abrepto tantum abest ut sontes puniveritis, ut ipsum iniuria affectum decem menses in vinculis tenueritis, nostrasque quas ferebat litteras pro concione legeretis. Deinde quum Thasii Byzantiorum triremes et piratas quoscunque susciperent, id nihil curabatis, quanquam fœdus hoc qui faciant pro hostibus habere diserte iubet. (3) Præterea circa eadem tempora Diopithes impressione in ditionem meam facta Crobylæ atque Tiristasis cives in servitutem abduxit et finitimam Thraciam populatus eo denique violentiæ processit, ut Amphilochum, qui de captivis redimendis legatus venerat, comprehensum et in extremam necessitatem adductum novem talentis extortis dimitteret : atque hæc quidem populo probavit. (4) Atqui præconem et legatos violare quum ceteris omnibus impium videtur, tum vobis maxime. Certe quum Megarenses Anthemocritum sustulissent, adeo ira populus

μὲν εἴργον αὐτούς, ὑπόμνημα δὲ τῆς ἀδικίας ἔστησαν ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν. καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ἐφ' οἷς παθόντες οὕτως ἐμισήσατε τοὺς δράσαντας, νῦν αὐτοὺς φαίνεσθαι ποιοῦντας; (5) Καλλίας τοίνυν ὁ παρ' ὑμῶν στρατηγὸς τὰς μὲν πόλεις τὰς ἐν τῷ Παγασίτῃ κόλπῳ κατοικουμένας ἔλαβεν ἁπάσας, ὑμῖν μὲν ἐνόρκους ἐμοὶ δὲ συμμαχίδας οὔσας, τοὺς δ' εἰς Μακεδονίαν πλέοντας ἐπώλει πάντας πολεμίους κρίνων· καὶ διὰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐπῃνεῖτ' αὐτὸν ἐν τοῖς ψηφίσμασιν. ὥστε ἔγωγε ἀπορῶ τί ποτ' ἔσται καινότερον, ἐὰν ὁμολογήσητέ μοι πολεμεῖν· καὶ γὰρ ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα, λῃστὰς ἐξεπέμπετε, καὶ τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε. (6) χωρὶς τοίνυν εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας, ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν· ὃ μάλιστα ἄν τις θαυμάσειεν. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ λαβεῖν αὐτὸν Αἴγυπτον καὶ Φοινίκην ἐψηφίσασθε, ἂν ἐκεῖνός τι νεωτερίζῃ, παρακαλεῖν ὁμοίως ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας ἐπ' αὐτόν· (7) νῦν δὲ τοσοῦτον ὑμῖν περίεστι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους, ὥστε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθαι περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας. καίτοι τὸ παλαιὸν οἱ πατέρες ὑμῶν, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, τοῖς Πεισιστρατίδαις ἐπετίμων ὡς ἐπάγουσι τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας· ὑμεῖς δ' οὐκ αἰσχύνεσθε ταῦτα ποιοῦντες, ἃ διετελεῖτε τοῖς τυράννοις ἐγκαλοῦντες, (8) ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ γράφετε ἐν τοῖς ψηφίσμασιν ἐμοὶ προστάττοντες Τήρην καὶ Κερσοβλέπτην ἐᾶν Θράκης ἄρχειν ὡς ὄντας Ἀθηναίους. ἐγὼ δὲ τούτους οὔτε τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκῶν οἶδα μετασχόντας ὑμῖν οὔτ' ἐν ταῖς στήλαις ἀναγεγραμμένους οὔτ' Ἀθηναίους ὄντας, ἀλλὰ Τήρην μὲν μετ' ἐμοῦ στρατευόμενον ἐφ' ὑμᾶς, Κερσοβλέπτην δὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ πρεσβευταῖς ἰδίᾳ μὲν τοὺς ὅρκους ὀμόσαι προθυμούμενον, κωλυθέντα δ' ὑπὸ τῶν ὑμετέρων στρατηγῶν, ἀποφαινόντων αὐτὸν Ἀθηναίων ἐχθρόν. (9) καίτοι πῶς ἐστὶ τοῦτ' ἴσον ἢ δίκαιον, ὅταν μὲν ὑμῖν συμφέρῃ, πολέμιον εἶναι φάσκειν αὐτὸν τῆς πόλεως, ὅταν δ' ἐμὲ συκοφαντεῖν βούλησθε, πολίτην ἀποδείκνυσθαι τὸν αὐτὸν ὑφ' ὑμῶν, καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείναντα φιλίαν, ὑπὲρ δὲ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδότας, ὅτι τῶν λαμβανόντων τὰς δωρεὰς τὰς τοιαύτας οὐδεὶς οὔτε τῶν νόμων οὔτε τῶν ψηφισμάτων οὐδὲν φροντίζει τῶν ὑμετέρων; (10) οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ πάντα τἄλλα παραλιπόντα συντόμως εἰπεῖν, ὑμεῖς ἔδοτε πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ καὶ Διονυσίῳ τῷ Συρακοσίῳ καὶ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων. ἐὰν οὖν πείσητε τοὺς ἐκβαλόντας ἑκατέρους αὐτῶν ἀποδοῦναι πάλιν τὰς ἀρχὰς τοῖς ἐκπεσοῦσι, κομίζεσθε καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν Θράκην, ὅσης Τήρης καὶ Κερσοβλέπτης ἦρχον. εἰ δὲ τοῖς μὲν ἐκείνων κρατήσασι μηδ' ἐγκαλεῖν ἀξιοῦτε μηδέν, ἐμὲ δ' ἐνοχλεῖτε, πῶς οὐ δικαίως

exarsit, ut illos mysteriis prohiberet, atque in memoriam iniuriæ ante portam statuam erigeret. Qui vero non iniquum sit, quæ perpessi tanto odio auctores facinoris persecuti estis, eadem nunc ipsos palam facere? (5) porro Callias vester imperator urbes in Pagasetico sinu sitas universas cepit, vobis fœdere iurato, mihi societate coniunctas, quique in Macedoniam navigabant, eos vendebat pro hostibus omnes habens : et propter hæc in decretis eum laudavistis. Dubius itaque sum, quid adici his possit, si palam mecum bellum geratis. Nam quum aperte dissentiebamus, prædones emittebatis, et eos, qui ad nos navigabant, vendebatis, adversarios nostros iuvabatis, regionem meam infestabatis. (6) Eo denique iniquitatis et inimicitiæ progressi estis, ut etiam Persæ persuadere missis legatis studueritis, ut bellum mihi inferat : id quod maxime quis demiretur. Antequam enim is Ægyptum et Phœniciam cepisset, decrevistis, ut si quid ille novarum rerum moliretur, me pariter atque reliquos Græcos omnes adversus eum advocaretis : (7) nunc vero tanta est odii vestri in me acerbitas, ut de ineunda cum eo contra me societate agatis. Atqui olim patres vestri, ut audio, Pisistratidis crimini dabant, quod Persas in Græciam adducerent, vos vero ea facere non pudet, quæ tyrannis solebatis exprobrare. (8) Quin præter alia in decretis vestris mihi imperatis, ut Terem et Cersobleptem, quod Athenienses sint, Thraciæ dominari sinam. Ego vero istos nec pactis de pace continere vobiscum scio, nec pilis inscriptos, neque Athenienses esse, verum Terem quidem mecum vobis arma intulisse, Cersobleptem autem, quum meis legatis seorsum dare iusiurandum cuperet, a vestris ducibus esse prohibitum, qui eum Atheniensium inimicum declarabant. (9) At istuc quomodo æquum sit aut iustum, quum e re vestra est, eum vestræ civitatis inimicum appellare, quum vero me calumniari vultis, eundem vestrum civem profiteri, et Sitalce occiso, quem civitate donaveratis, statim eius interfectorem in amicitiam vestram recipere, pro Cersoblepte vero arma adversus nos capere, idque scientes, neminem eorum, qui talia dona accipiunt, leges vestras aut decreta quicquam curare? (10) Verum si missis reliquis omnibus breviter dicendum est, vos civitatem dedistis Euagoræ Cyprio et Dionysio Syracusano illorumque posteris. Quod si igitur eis, qui utrosque eiecerunt, ut in imperium exsules factos restituant persuaseritis, a me quoque Thraciæ recuperate partem, quam Teres atque Cersobleptes tenuerunt. Sin vero victores illorum ne verbo quidem increpandos censetis, me au-

ὑμᾶς ἀμυνοίμην ἄν; (11) περὶ μὲν οὖν τούτων πολλὰ λέγειν ἔχων ἔτι δίκαια παραλιπεῖν προαιροῦμαι· Καρδιανοῖς δέ φημι βοηθεῖν γεγονὼς αὐτοῖς πρὸ τῆς εἰρήνης σύμμαχος, οὐκ ἐθελόντων δ' ὑμῶν ἐλθεῖν εἰς κρίσιν, πολλάκις μὲν ἐμοῦ δεηθέντος, οὐκ ὀλιγάκις δ' ἐκείνων· ὥστε πῶς οὐκ ἂν εἴην πάντων φαυλότατος, εἰ καταλιπὼν τοὺς συμμάχους μᾶλλον ὑμῶν φροντίζοιμι τῶν πάντα μοι τρόπον ἐνοχλούντων ἢ τῶν βεβαίως μοι φίλων ἀεὶ μενόντων; (12) εἰ τοίνυν δεῖ μηδὲ τοῦτο παραλιπεῖν, εἰς τοσοῦτο ἐληλύθατε πλεονεξίας, ὥστε πρότερον μὲν ἐνεκαλεῖτέ μοι τὰ προειρημένα μόνον, τὰ δ' ὑπογυιότατα Πεπαρηθίων φασκόντων δεινὰ πεπονθέναι προσετάξατε τῷ στρατηγῷ δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ὑπὲρ ἐκείνων, οὓς ἐγὼ μὲν ἐτιμωρησάμην ἐνδεεστέρως ἢ προσῆκεν, ἐκεῖνοι δὲ εἰρήνης οὔσης καταλαβόντες Ἁλόννησον οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν πέμψαντος ὑπὲρ αὐτῶν ἐμοῦ πολλάκις. (13) ὑμεῖς δ', ὧν μὲν ἠδίκησαν ἐμὲ Πεπαρήθιοι, τούτων μὲν οὐδὲν ἐπεσκέψασθε, τὴν δὲ τιμωρίαν, ἀκριβῶς εἰδότες ὅτι τὴν νῆσον οὔτ' ἐκείνους οὔτε ὑμᾶς ἀφειλόμην, ἀλλὰ τὸν λῃστὴν Σώστρατον. εἰ μὲν οὖν αὐτοί φατε παραδοῦναι Σωστράτῳ, λῃστὰς ὁμολογεῖτε καταπέμπειν· εἰ δὲ ἀκόντων ὑμῶν ἐκεῖνος κατεκράτει, τί δεινὸν πεπόνθατε λαβόντος ἐμοῦ καὶ τὸν τόπον τοῖς πλέουσιν ἀσφαλῆ παρέχοντος; (14) τοσαύτην δέ μου ποιουμένου πρόνοιαν τῆς ὑμετέρας πόλεως, καὶ διδόντος αὐτῇ τὴν νῆσον, οἱ ῥήτορες λαμβάνειν μὲν οὐκ εἴων, ἀπολαβεῖν δὲ συνεβούλευον, ὅπως ὑπομείνας μὲν τὸ προστασσόμενον τὴν ἀλλοτρίαν ἔχειν ὁμολογῶ, μὴ προέμενος δὲ τὸ χωρίον ὕποπτος γένωμαι τῷ πλήθει. γνοὺς ἐγὼ ταῦτα προυκαλούμην κριθῆναι περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς, ἵν' εἰ μὲν ἐμὴ γνωσθῇ, παρ' ἐμοῦ δοθῇ τὸ χωρίον ὑμῖν, ἐὰν δὲ ὑμετέρα κριθῇ, τότε ἀποδῶ τῷ δήμῳ. (15) ταῦτα δέ μου πολλάκις ἀξιοῦντος ὑμεῖς μὲν οὐ προσείχετε, Πεπαρήθιοι δὲ τὴν νῆσον κατέλαβον. τί οὖν ἐχρῆν με ποιεῖν; οὐ δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ὑπερβεβηκότων τοὺς ὅρκους; οὐ τιμωρήσασθαι τοὺς οὕτως ὑπερηφάνως ἀσελγαίνοντας; καὶ γὰρ εἰ Πεπαρηθίων ἦν ἡ νῆσος, τί προσῆκεν ἀπαιτεῖν Ἀθηναίους; εἰ δὲ ὑμετέρα, πῶς οὐκ ἐκείνοις ὀργίζεσθε καταλαβοῦσι τὴν ἀλλοτρίαν; (16) εἰς τοῦτο δὲ προβεβήκαμεν ἔχθρας, ὥστε βουλόμενος ταῖς ναυσὶν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον παραβαλεῖν ἠναγκάσθην αὐτὰς παραπέμψαι διὰ Χερρονήσου τῇ στρατιᾷ, τῶν μὲν κληρούχων κατὰ τὸ Πολυκράτους δόγμα πολεμούντων ἡμῖν, ὑμῶν δὲ τοιαῦτα ψηφιζομένων, τοῦ δὲ στρατηγοῦ Βυζαντίους τε παρακαλοῦντος καὶ διαγγέλλοντος πρὸς ἅπαντας, ὅτι πολεμεῖν αὐτῷ προστάττετε, ἂν καιρὸν λάβῃ. τοιαῦτα δὲ πάσχων ὅμως τῆς πόλεως καὶ τῶν τριήρων καὶ τῆς χώρας ἀπεσχόμην, ἱκανὸς ὢν τὰ πλεῖστα λαβεῖν ἢ πάντα, καὶ διατετέλεκα προκαλούμενος ὑμᾶς εἰς κρίσιν ἐλθεῖν ὑπὲρ ὧν αἰτιώμεθα ἀλλήλους. (17) καίτοι σκοπεῖσθε, πότερον κάλλιόν ἐστιν ὅπλοις ἢ λόγοις διακρίνεσθαι,

tem vexatis, nonne iure vos ulciscar? (11) Ac de his quidem quæ multa præterea in promptu habeo iure dicenda, prætermittam: Cardianis autem me opem ferre confiteor, quum horum socius iam ante pacem fuerim, vos vero sæpe a me et non raro ab illis in ius vocati aurem præbere nolueritis. An non igitur omnium hominum essem nequissimus, si desertis sociis vos potius curarem, qui omni modo me vexatis, quam eos, qui constanter amicos se mihi præstant? (12) Iam si hoc quoque non est prætereundum, eo insolentiæ venistis, ut prius de supra dictis tantum me accusaretis, nuperrime vero, quum Peparethii iniuriam sibi fieri quererentur, duci vestro mandaretis, ut me pro illis ulcisceretur, quos ego sane clementius quam meruerant tractavi, quum illi in media pace Halonneso occupata neque insulam mihi neque præsidiarios milites identidem per legatos reposcenti reddiderint. (13) Vos vero iniuriæ mihi a Peparethiis illatæ nullam rationem habuistis, sed tantum pœnæ, quum probe sciatis, me insulam neque illis neque vobis, sed Sostrato piratæ eripuisse. Quam si vos Sostrato tradidisse ipsi dicitis, piratas emisisse confitemini, sin ille vobis invitis obtinuit, quæ tandem iniuria eo vobis facta est, quod ego illam occupari et tutum locum reddidi navigantibus? (14) Etsi autem tanti vestram civitatem faciebam, ut insulam ei darem, tamem oratores vestri accipere non permittebant, verum recipiendam esse suadebant, ut si quod imperabatur facerem, me alienam obtinere faterer, sin insulam retinerem, multitudini suspectus fierem. Quibus ego cognitis ultro denuntiabam me de his in iudicio vobiscum disceptaturum, ut, si mihi adiudicata esset, vobis a me daretur, sin vobis, tum restituerem populo. (15) Hæc sæpenumero me postulante vos nihil curabatis, Peparethii autem insulam occuparunt. Quid igitur mihi faciendum fuit? non pœnæ sumendæ ab eis qui iuraiuranda violassent? non ulciscendi qui tam superbe lascivirent? nam si Peparethiorum fuit insula, quo iure Athenienses repetiverunt? sin vestra, cur non eis irascimini, qui alienam occuparint? (16) Sed eo progressi sumus inimicitiæ, ut, quum naves in Hellespontum deducere cuperem, coactus sim eas per Chersonesum exercitu comitari, quod coloni vestri ex Polycratis decreto bellum contra nos gerebant, vosque decernebatis talia et imperator vester Byzantios excitabat et apud omnes missis nuntiis divulgabat, sibi mandari a vobis, ut data occasione bellum gereret. Talia quum paterer, nihilo minus urbi vestræ et triremibus et agro peperci, quamvis plerisque potiri possem vel potius omnibus, et vos ad eas, quæ inter nos essent, controversias disceptatione dirimendas perpetuo provocari. (17) Atqui considerate, utrum honestius sit armis an verbis discep-

καὶ πότερον αὐτοὺς εἶναι βραβευτὰς ἢ πεῖσαί τινας ἑτέρους· καὶ λογίζεσθ' ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους Θασίους μὲν καὶ Μαρωνείτας ἀναγκάσαι περὶ Στρύμης διακριθῆναι λόγοις, αὐτοὺς δὲ πρὸς ἐμὲ μὴ διαλύσασθαι περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν τὸν τρόπον τοῦτον, ἄλλως τε καὶ γιγνώσκοντας ὅτι νικηθέντες μὲν οὐδὲν ἀποβαλεῖτε, κρατήσαντες δὲ λήψεσθε τὰ νῦν ὑφ' ἡμῖν ὄντα. (18) πάντων δέ μοι δοκεῖ παραλογώτατον εἶναι, διότι πέμψαντος ἐμοῦ πρέσβεις ἀπὸ τῆς συμμαχίας πάσης, ἵν' ὦσι μάρτυρες, καὶ βουλομένου ποιήσασθαι πρὸς ὑμᾶς δικαίας ὁμολογίας ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οὐδὲ τοὺς περὶ τούτων λόγους ἐδέξασθε παρὰ τῶν πρεσβευόντων, ἐξὸν ὑμῖν ἢ τῶν κινδύνων ἀπαλλάξαι τοὺς δυσχερὲς ὑποπτεύοντάς τι καθ' ἡμῶν, ἢ φανερῶς ἐξελέγξαι με φαυλότατον ὄντα τῶν ἁπάντων. (19) τῷ μὲν οὖν δήμῳ ταῦτα συνέφερε, τοῖς δὲ λέγουσιν οὐκ ἐλυσιτέλει. φασὶ γὰρ οἱ τῆς πολιτείας τῆς παρ' ὑμῖν ἔμπειροι τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι, τὸν δὲ πόλεμον εἰρήνην· ἢ γὰρ συναγωνιζομένους τοῖς στρατηγοῖς ἢ συκοφαντοῦντας ἀεί τι λαμβάνειν παρ' αὐτῶν, ἔτι δὲ τῶν πολιτῶν τοῖς γνωριμωτάτοις καὶ τῶν ἔξωθεν τοῖς ἐνδοξοτάτοις λοιδορουμένους ἐπὶ τοῦ βήματος περιποιεῖσθαι παρὰ τοῦ πλήθους δόξαν ὡς εἰσὶ δημοτικοί. (20) ῥᾴδιον μὲν οὖν ἐστί μοι παῦσαι τῆς βλασφημίας αὐτοὺς μικρὰ πάνυ προεμένῳ, καὶ ποιῆσαι λέγειν ἐπαίνους ὑπὲρ ἡμῶν. ἀλλ' αἰσχυνοίμην ἄν, εἰ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν παρὰ τούτων φαινοίμην ὠνούμενος, οἳ πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰς τοῦτο τόλμης ἥκουσιν, ὥστε καὶ περὶ Ἀμφιπόλεως πρὸς ἡμᾶς ἀμφισβητεῖν ἐπιχειροῦσιν, ὑπὲρ ἧς τῶν ἀντιποιουμένων αὐτῆς οἶμαι πολὺ δικαιότερα λέγειν αὐτός. (21) εἴτε γὰρ τῶν ἐξ ἀρχῆς κρατησάντων γίγνεται, πῶς οὐ δικαίως ἡμεῖς αὐτὴν ἔχομεν, Ἀλεξάνδρου τοῦ προγόνου πρώτου κατασχόντος τὸν τόπον, ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν εἰς Δελφούς; εἴτε τούτων μὲν ἀμφισβητήσειέ τις, ἀξιοῖ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὕστερον γενομένων κυρίων, ὑπάρχει μοι καὶ τοῦτο τὸ δίκαιον· ἐκπολιορκήσας γὰρ τοὺς ὑμᾶς μὲν ἐκβαλόντας ὑπὸ Λακεδαιμονίων δὲ κατοικισθέντας ἔλαβον τὸ χωρίον. (22) καίτοι πάντες οἰκοῦμεν τὰς πόλεις ἢ τῶν προγόνων παραδόντων ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταστάντες. ὑμεῖς δὲ οὔτε πρῶτοι λαβόντες οὔτε νῦν ἔχοντες, ἐλάχιστον δὲ χρόνον ἐν τοῖς τόποις ἐμμείναντες, ἀντιποιεῖσθε τῆς πόλεως, καὶ ταῦτα πίστιν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοὶ βεβαιοτάτην ἐπιθέντες· πολλάκις γὰρ ἐμοῦ γράφοντος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ὑπὲρ αὐτῆς ἐγνώκατε δικαίως ἔχειν ἡμᾶς, τότε μὲν ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν, κἆτα συμμαχίαν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις. (23) καίτοι πῶς ἂν ἑτέρα γένοιτο βεβαιοτέρα ταύτης κτῆσις, τῆς τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς καταλειφθείσης ἡμῖν ὑπὸ τῶν προγόνων, πάλιν δὲ κατὰ πόλεμον ἐμῆς γεγενημένης, τρίτον δὲ συγχωρηθείσης ὑφ' ὑμῶν τῶν εἰθισμένων ἀμφισβητεῖν καὶ τῶν οὐδὲν

tare, et magis deceat ipsos esse arbitros an ad alios arbitrium deferre. Reputate etiam, quam absurdum sit, quod Athenienses Thasios atque Maronitas ad litem de Stryme disceptatione finiendam cogant, ipsi autem quas mecum agunt controversias hoc modo non componant, præsertim quum sciatis vos, si succubueritis, nihil amissuros, sin viceritis, habituros ea, quæ nunc in nostra potestate sunt. (18) Sed omnium iniquissimum hoc mihi videtur, quod, quum legatos ex omnibus sociis misissem, ut testes essent, quumque pro Græcis quæ iusta essent vobiscum pacisci vellem, legatorum ne orationem quidem de his admisistis, quamvis vobis licuisset aut eos liberare periculis, qui male de nobis suspicabantur, aut palam convincere me tanquam omnium improbissimum. (19) Ac populo quidem illa erant utilia, sed e re oratorum non erant. Nam qui reipublicæ vestræ gnari sunt, pacem aiunt eis bellum esse et bellum pacem. Illos enim a ducibus vel patrocinando vel calumniando semper aliquid accipere, prætereaque quum civium nobilissimos tum exterorum celeberrimos in concione conviciendo id lucrari apud plebem, ut populares esse videantur. (20) Facile quidem mihi esset, parva impensa horum compescere maledicentiam atque ut laudibus me efferant efficere. Sed me puderet, si benevolentiam in nos ab his palam mercari viderer, qui præter cetera tam audaces sunt, ut etiam de Amphipoli movere nobis controversiam non dubitent, pro qua ego longe æquiora quam qui eam sibi vindicant videor mihi dicere. (21) Sive enim eorum est, qui primum in potestatem suam redegerunt, quomodo non iure nos eam habeamus, quum Alexander avus noster locum illum primus occupaverit, unde etiam de primitiis captorum Medorum auream Delphis statuam dedicavit? sive hoc aliquis in dubium vocet et eorum esse censeat, qui postremi sint potiti, hoc quoque iure mihi competit: expugnatis enim eis, qui vos eiecerant et a Lacedæmoniis huc deducti fuerant, cepi oppidum. (22) Atqui omnes in urbibus habitamus, quas aut a maioribus accepimus aut bello subegimus. Vos autem, qui nec primi potiti estis nec nunc obtinetis, sed minimum tempus in illis locis consedistis, urbem illam vobis arrogatis, idque quum ipsi eius possessionem nobis evidentissimo testimonio confirmaveritis: nam sæpius quum in litteris eius mentionem iniecissem, censuistis eam iure a me teneri, tum pacem mecum facientes, quum urbem obtinerem, deinde etiam societatem eadem pactione. (23) Quæ ergo possessio firmior fieri possit hac, quæ primum nobis relicta a maioribus, deinde iure belli nostra facta, postremo a vobis concessa est, qui vindicare vobis soletis etiam ea, quæ

ὑμῖν προσηκόντων; (24) ἃ μὲν οὖν ἐγκαλῶ, ταῦτ' ἐστίν· ὡς δὲ προϋπαρχόντων καὶ διὰ τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν μᾶλλον ἤδη τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένων καὶ καθ' ὅσον ἂν δύνησθε κακοποιούντων, ὑμᾶς ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου, καὶ μάρτυρας τοὺς θεοὺς ποιησάμενος διαλήψομαι περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς.

γ'.

Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Παραγενόμενοι πρὸς ἐμὲ οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί, Κηφισοφῶν καὶ Δημόκριτος καὶ Πολύκριτος, διελέγοντο περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀφέσεως, ὧν ἐναυάρχει Λαομέδων. καθ' ὅλου μὲν οὖν ἔμοιγε φαίνεσθε ἐν μεγάλῃ εὐηθείᾳ ἔσεσθαι, εἴ γ' οἴεσθ' ἐμὲ λανθάνειν ὅτι ἐξαπεστάλη ταῦτα τὰ πλοῖα πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς Λῆμνον, βοηθήσοντα δὲ Σηλυμβριανοῖς τοῖς ὑπ' ἐμοῦ μὲν πολιορκουμένοις, οὐ συμπεριειλημμένοις δὲ ἐν ταῖς τῆς φιλίας κοινῇ κειμέναις ἡμῖν συνθήκαις. καὶ ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ ἄνευ μὲν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, ὑπὸ δέ τινων ἀρχόντων καὶ ἑτέρων ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων, ἐκ παντὸς δὲ τρόπου βουλομένων τὸν δῆμον ἀντὶ τῆς νῦν ὑπαρχούσης πρὸς ἐμὲ φιλίας τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, καὶ πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι. καὶ ὑπολαμβάνουσιν αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο πρόσοδον ἔσεσθαι· οὐ μέντοι μοι δοκεῖ τοῦτο χρήσιμον ὑπάρχειν οὔθ' ὑμῖν οὔτ' ἐμοί. διόπερ τά τε νῦν καταχθέντα πλοῖα πρὸς ἡμᾶς ἀφίημι ὑμῖν, καὶ τοῦ λοιποῦ, ἐὰν βούλησθε μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς προεστηκόσιν ὑμῶν κακοήθως πολιτεύεσθαι, ἀλλ' ἐπιτιμᾶτε, πειράσομαι κἀγὼ διαφυλάττειν τὴν εἰρήνην. εὐτυχεῖτε.

δ'.

Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἣν μὲν ἀπ' ἀρχῆς εἴχετε πρὸς ἡμᾶς αἵρεσιν, οὐκ ἀγνοῶ, καὶ τίνα σπουδὴν ποιεῖσθε προσκαλέσασθαι βουλόμενοι Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους, ἔτι δὲ καὶ Βοιωτούς· βέλτιον δ' αὐτῶν φρονούντων καὶ μὴ βουλομένων ἐφ' ὑμῖν ποιήσασθαι τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ συμφέρον ἱσταμένων, νῦν ἐξ ὑποστροφῆς ἀποστείλαντες ὑμεῖς πρός με πρέσβεις καὶ κήρυκα συνθηκῶν μνημονεύετε καὶ τὰς ἀνοχὰς αἰτεῖσθε, κατ' οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν πεπλημμελημένοι. ἐγὼ μέντοι ἀκούσας τῶν πρεσβευτῶν συγκατατίθεμαι τοῖς παρακαλουμένοις καὶ ἕτοιμός εἰμι ποιεῖσθαι τὰς ἀνοχάς, ἄν περ τοὺς οὐκ ὀρθῶς συμβουλεύοντας ὑμῖν παραπέμψαντες τῆς προσηκούσης ἀτιμίας ἀξιώσητε. ἔρρωσθε.

ε'.

Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Θηβαίων τῇ βουλῇ

nihil ad vos attinent? (24) Quæ igitur vobis obicio, hæc sunt. Iam quia auctores estis iniuriarum et propter modestiam meam magis iam rebus meis infesti imminetis et quantum in vobis est me lacessitis, optimo vos ulciscar iure, diisque testibus invocatis de iniuriis vestris disceptabo.

III.

Rex Macedonum Philippus Atheniensium senatui populoque salutem. Profecti ad me legati vestri Cephisophon et Democritus et Polycritus de navibus dimittendis verba fecerunt, quibus præfuit Laomedon. Omnino igitur mihi magno in stupore versari videmini, si quidem me hoc non intelligere putatis, missa esse navigia illa per speciem frumenti ex Hellesponto in Lemnum comitandi, revera ut Selymbrianis, qui a me obsidebantur, nec tamen communi amicitiæ fœdere comprehensi sunt, auxilium ferrent. Atque hæc mandata erant navarcho sine populi quidem Atheniensium auctoritate, sed a quibusdam magistratibus et aliis, qui quum privati nunc sint, omnibus modis efficere student, ut populus repudiata mecum inita amicitia bellum redintegret, atque hoc ut conficiant multo magis laborant quam ut Selymbrianis opem ferant. Eamque rem sibi quæstui fore putant. Ego tamen id neque vobis neque mihi utile esse censeo. Quamobrem navigia nunc ad me deducta vobis remitto, atque in posterum, si vestros magistratus nolueritis maliliose rempublicam gerere, sed coercueritis, operam dabo ut et ego pacem custodiam. Valete.

IV.

Rex Macedonum Philippus Atheniensium senatui populoque salutem. Quo ab initio erga nos fueritis animo, non ignoro, et quantum studii adhibeatis, ut in partes vestras pertrahatis Thessalos et Thebanos, prætereaque Bœotos quoque. Hi vero quum prudentiores sint et suam voluntatem vestro arbitrio subicere nolint, verum ab utilitatis parte stent, nunc mutato consilio per legatos et præconem ad me missos pactionum admonetis et inducias petitis, nulla per nos iniuria lacessiti. Ego vero legatis auditis adnuo postulatis et paratus sum ad faciendas inducias, si quidem, qui vobis non recte consulunt, repudiatos qua digni sunt infamia punietis. Valete.

V.

Rex Macedonum Philippus Thebanorum senatui popu-

καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Ἐκομισάμην τὴν παρ' ὑμῶν ἐπιστολήν, δι' ἧς μοι τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀνανεοῦσθε. πυνθάνομαι μέντοι διότι πᾶσαν ὑμῖν Ἀθηναῖοι προσφέρονται φιλοτιμίαν, βουλόμενοι ὑμᾶς συγκαταίνους γενέσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῶν παρακαλουμένοις. πρότερον μὲν οὖν ὑμῶν κατεγίγνωσκον ἐπὶ τῷ μέλλειν πείθεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐλπίσι καὶ ἐπακολουθεῖν αὐτῶν τῇ προαιρέσει, νῦν δ' ἐπιγνοὺς ὑμᾶς τὰ πρὸς ἡμᾶς ἐζητηκότας ἔχειν εἰρήνην μᾶλλον ἢ ταῖς ἑτέρων ἐπακολουθεῖν γνώμαις, ἥσθην καὶ μᾶλλον ὑμᾶς ἐπαινῶ κατὰ πολλά, μάλιστα δ' ἐπὶ τῷ βουλεύσασθαι περὶ τούτων ἀσφαλέστερον καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ἔχειν ἐν εὐνοίᾳ· ὅπερ οὐ μικρὰν ὑμῖν οἴσειν ἐλπίζω ῥοπήν, ἐάν περ ἐπὶ ταύτης μένητε τῆς προθέσεως. ἔρρωσθε.

ς'.

Βασιλεὺς Μακεδόνων Φίλιππος Πελοποννησίων τῶν ἐν τῇ συμμαχίᾳ τοῖς δημιουργοῖς καὶ τοῖς συνέδροις καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις πᾶσι χαίρειν. Ἐπειδὴ Λοκροὶ οἱ καλούμενοι Ὀζόλαι, κατοικοῦντες ἐν Ἀμφίσσῃ, πλημμελοῦσιν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Δελφοῖς καὶ τὴν ἱερὰν χώραν ἐρχόμενοι μεθ' ὅπλων λεηλατοῦσι, βούλομαι τῷ θεῷ μεθ' ὑμῶν βοηθεῖν καὶ ἀμύνασθαι τοὺς παραβαίνοντάς τι τῶν ἐν ἀνθρώποις εὐσεβῶν. ὥστε συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τεσσαράκοντα, τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς λῴου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι, βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι, πανέμου. πρὸς δὲ τοὺς μὴ συναντήσαντας πανδημεὶ χρησόμεθα τοῖς διὰ συμβόλων ἡμῖν κειμένοις ἐπιζημίοις. εὐτυχεῖτε.

ζ'.

Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν. Ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι· ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

η'. Ὀλυμπιάδι.

Ἀποδέχομαι τὴν σὴν φρόνησιν καὶ πρόνοιαν τοῦ συμφέροντος, ὅτι τὸ κατὰ φύσιν συγγενὲς οὐ φύσει φιλοστόργῳ ἀλλ' ἀρετῇ κρίνασα δοκιμάζεις. οὕτω γὰρ οἶμαι καὶ ἡμᾶς ἀφροντιστοῦντας τοῦ καλοῦ καθ' ὑπερβολὴν ἀναγκάσεις τὸν τῶν καλῶν ἀναλαμβάνειν ζῆλον. θησαύρισμα δ' ἐστὶν ἀρετῆς τερπνόν τι κομιζούσης τῷ βίῳ διόλου, μὴ τῷ γένει χαρίζεσθαι τὸ φιλόστοργον, ἀλλὰ τῷ τοῦ γένους ἀξιώματι μεταδιδόναι τῆς φιλανθρωπίας. ὁ μὲν γὰρ πολλάκις κατὰ φύσιν ὑπάρχων εὐθὺς καὶ τὴν φύσιν τῶν γεγεννηκότων οὖσαν σπουδαίαν ὑβρίζειν εἴωθεν, ὁ δὲ μηδεμιᾶς συγγενείας κοινωνήσας ἐνίοτε διὰ τὸν παρὰ φύσιν νόμον τὴν φύσιν

loque salutem. Accepi litteras vestras, quibus concordiam renovatis atque pacem. Attamen audio Athenienses omnem dare operam, ut vos provocationum suarum ad stipulatores habeant. Ut igitur prius vos reprehendebam, quod spem ab illis factam essetis amplexuri et illorum institutum secuturi, ita nunc, postquam intellexi malle vos nobis addictos pacem habere quam aliorum sequi consilia, lætatus sum et vos quum multis nominibus laudo, tum eo maxime, quod tutiora consilia sectamini et benevolentiam erga nos servatis, id quod non parum vobis momenti allaturum puto, si in isto consilio perseverabitis. Valete.

VI.

Rex Macedonum Philippus Peloponnesiorum sociorum demiurgis et assessoribus et reliquis sociis omnibus salutem. Quoniam Locrenses, qui Ozolæ appellantur atque Amphissam incolunt, in templum Apollinis Delphici delinquunt et sacrum agrum armata manu progressi deprædantur, deo vobis adiuvantibus opem feram et ulciscar eos, qui quæ apud homines habentur sancta violarunt. Quare armati adsitis in Phocide eum quadraginta dierum commeatu instante mense Loo, ut nos agimus, ut Athenienses Boedromione, ut Corinthii Panemo. Qui vero non aderunt cum omnibus copiis, in hos utemur vindicta, quæ pactis nobis constituta est. Valete.

VII.

Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito. Quod equidem diis habeo gratiam, non proinde quia natus est quam pro eo, quod eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore ut educatus eruditusque abs te dignus existat et nobis et rerum istarum susceptione.

VIII. Olympiadi.

Laudo prudentiam tuam et utilitatis procurationem, quod naturalem cognationem non naturali affectu, sed virtute æstimatam probas. Sic enim, opinor, nos quoque, qui nullam honestatis curam habemus, ad honestarum rerum æmulationem suscipiendam coges. Est autem thesaurus virtutis iucundum quiddam semper in vita afferentis, non generi gratificari naturalem amoris affectionem, sed generis dignitati humanitatem impertire. Nam sæpenumero, qui naturæ vinculo iunctus est, statim etiam naturam parentum licet bonam contumelia afficere solet, qui vero nullius particeps fuit cognationis,

ηὔξησε. μηδὲν οὖν ἀνάξιον τοῦ γένους καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐνοίας φρόνει. ἔτι δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν βίον κοσμιότητος ἀντέχου, καὶ πρᾶττε πάντα Φιλίππου μὲν ἄξια, Ὀλυμπιάδος δ' οὐκ ἀλλότρια. ὁ γὰρ τῆς διανοίας ὄκνος πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τι τῶν ἀναγκαίων ὄγκος μὲν κακῶν φθόνος δ' ἀγαθῶν ὑπάρχει· ἄνευ γὰρ νοῦ καὶ συνέσεως οὔθ' αἱ πράξεις ὄνησιν φέρουσιν, οὔθ' αἱ δυνάμεις ὠφέλιμοι καθεστᾶσι. διὸ δεῖ πρότερον τὴν χρῆσιν ἢ τὴν κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν σκοπεῖν, καὶ τότε πράττειν τοῖς μεγίστοις καὶ πλείστοις εὐκληρήμασι κεχρημένους. τὸ γὰρ μὴ κεκτῆσθαι πλοῦτον βλάβην οὐ κομίζει τηλικαύτην, τὸ δὲ τοῖς οὖσι κακῶς κεχρῆσθαι ἀπόλλυσι τὸν ὄντως πᾶσι κεχορηγημένον βίον. ἔχουσα τοίνυν ταῦτα κατὰ νοῦν καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν σκόπει τὸ συμφέρον ταῖς τῆς ἡγεμονίας προσόδοις. οὕτω γὰρ ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν ἀρχὴν πλείστην καὶ μεγίστην ἐπίδοσιν λήψεσθαι, ὅταν ὁ μὲν οἶκος ἀρετῆς οἰκεῖος ᾖ, ὁ δὲ τούτου δεσπόζων μὴ δέηται καλοκαγαθίας. τὰ δ' ἄλλα προνοοῦ τοῦ συμφέροντος.

nonnunquam eo, quod præter naturam erat institutum, naturam auxit. Nihil igitur indignum genere tuaque erga nos benevolentia sentias. Præterea vitæ honestatem tuere et fac omnia Philippo quidem digna, ab Olympiade vero non aliena. Nam animi socordia, dum res necessarias negligit, turba malorum est atque invidia bonorum. Scilicet sine mente et intelligentia neque actiones utilitatem præbent, neque vires usui sunt. Quamobrem bonorum oportet usum prius quam possessionem considerare et tum ad faciendum accedere maximo et optimo cum successu. Etenim non possidere divitias non tantum affert detrimenti, at eis, quæ possides, male uti perdit etiam vitam revera omnibus affluentem. Hæc igitur noctes ac dies animo volvens quid utile sit imperii reditibus dispice. Sic enim fieri non potest quin maximum regno lætissimumque incrementum accedat, quum domus virtutis addicta fuerit, eiusque dominus non egeat probitate. Ceterum utilitatis curam gerito.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHILOSTRATI EPISTOLÆ.

α'. Μειρακίῳ.

Τὰ ῥόδα ὥσπερ πτεροῖς τοῖς φύλλοις ἐποχούμενα ἐλθεῖν παρὰ σὲ σπουδὴν ἐποιήσατο. ὑπόδεξαι αὐτὰ εὐμενῶς ἢ ὡς Ἀδώνιδος ὑπομνήματα ἢ ὡς Ἀφροδίτης βαφὴν ἢ ὡς γῆς ὄμματα. ἀθλητῇ μὲν οὖν κότινος πρέπει καὶ βασιλεῖ μεγάλῳ ὀρθὴ τιάρα καὶ στρατιώτῃ λόφος, καλῷ δὲ μειρακίῳ ῥόδον καὶ διὰ ξυγγένειαν εὐωδίας καὶ διὰ τὸ οἰκεῖον τῆς χρόας. περιθήσῃ δ' οὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτὰ σέ.

β'. Τῷ αὐτῷ.

Πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ σὲ τιμῶν (καὶ τοῦτο μὲν γάρ), ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαρανθῇ.

γ'. Τῷ αὐτῷ.

Οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβαφεῖς ἐνεδύοντο χιτῶνας, ἢ ἵν' ἐκπλήττωσι τοὺς ἐναντίους τῷ φοβερῷ τῆς χρόας, ἢ ἵνα ἀγνοῶσι τὸ αἷμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς. ὑμᾶς δὲ δεῖ τοὺς καλοὺς ῥόδοις μόνοις ὁπλίζεσθαι καὶ ταύτην λαμβάνειν παρὰ τῶν ἐραστῶν τὴν πανοπλίαν. ὑάκινθος μὲν οὖν λευκῷ μειρακίῳ πρέπει καὶ νάρκισσος μέλανι, ῥόδον δὲ πᾶσιν, ὡς καὶ μειράκιον πάλαι ὂν καὶ ἄνθος καὶ φάρμακον καὶ μύρον. ταῦτ' Ἀγχίσην ἀνέπεισε, ταῦτ' Ἄρη ἀπέδυσε, ταῦτ' Ἄδωνιν ἐλθεῖν ἀνέμνησε, ταῦτ' ἦρος κόμαι, ταῦτα γῆς ἀστραπαί, ταῦτ' ἔρωτος λαμπάδες.

δ'. Τῷ αὐτῷ.

Quod aliis infame videtur et reprehensione dignum, impudentem te esse audacemque atque facilem, id maxime ego in te amo. Nam et equos admiramur superbientes et aves quæ caput non demittunt. Itaque ne tu quidem novum quid facis, si utpote mulier pulcritudine multis præstans supercilia attollis et sublimi gressu incedis, si quidem quæ pulcritudinis etiam arx est longe regiis superior. Mercedem accipis; nempe et Danae aurum. Et coronas impetras; has quidem et Diana virgo. Et agricolis te ipsam præbes; Helena et pastoribus et citharœdis. Neque servos asperneris, quo vel tuo beneficio liberi videantur, at neque nautas; celeriter quidem abeunt, verum contemptus haud fuit Iason, qui primus maris periculum fecit. Neque enim ignis tam est quam spiritus tuus calidus, neque tibia tam suavis auditu quam oratio tua.

λθ'. Τῇ αὐτῇ.

Μηδὲ γράφειν φυγάδα ἀνέξῃ; ἀλλ' ἐπίνευε φιλοῦσιν. ἔφευγε καὶ Ἀριστείδης, ἀλλ' ἐπανήρχετο, καὶ Ξενοφῶν, ἀλλ' οὐ δικαίως, ἔφευγε καὶ Θεμιστοκλῆς, ἀλλ' ἐτιμᾶτο καὶ παρὰ βαρβάροις, καὶ Ἀλκιβιάδης, ἀλλὰ παρετείχιζε τὰς Ἀθήνας, καὶ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ φθόνος αἴτιος. φεύγει καὶ θάλαττα, ὅταν ὑφ' ἡλίῳ ἐλαύνηται, καὶ ὁ ἥλιος, ὅταν νὺξ καταλαμβάνῃ. φεύγει καὶ μετόπωρον χειμῶνος προσελθόντος καὶ χειμὼν ἄπεισιν ἔαρος διώκοντος, καὶ ξυνελόντι εἰπεῖν αἱ τῶν ὑστέρων καιρῶν ἐπιδημίαι τῶν προτέρων καιρῶν εἰσὶ φυγαί. ἐδέξαντο καὶ Ἀθηναῖοι Δημήτερα φεύγουσαν καὶ Διόνυσον μετοικοῦντα καὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας ἀλωμένους, ὅτε καὶ τὸν Ἐλέου ἐστήσαντο βωμὸν ὡς τρισκαιδεκάτου θεοῦ, οὐκ οἴνου σπένδοντες αὐτῷ, ἀλλὰ δακρύων. ἀνάστησον καὶ σὺ τὸν βωμὸν καὶ κακῶς πράττοντα ἐλέησον ἄνθρωπον, μὴ δὶς γένωμαι φυγὰς καὶ τῆς πατρίδος στερηθεὶς καὶ τοῦ πρὸς σὲ ἔρωτος σφαλείς· ἐὰν γὰρ ἐλεήσῃς, κατελήλυθα.

XXXIX. (70) Eidem.

Ne scribere quidem exuli permittes? at annue amantibus. Exulabat et Aristides, sed in patriam rediit, et Xenophon, sed nulla sua culpa, exulabat et Themistocles, sed in honore erat vel apud barbaros, et Alcibiades, sed et murum adversus Athenas exstruebat, et Demosthenes, sed invidia caussa erat. Exulat et mare ubi a sole impellitur, et sol, ubi nox appetit. Exulat etiam auctumnus hieme instante et hiems abit vere insequente, utque paucis dicam, quæ ante fuere tempestates a minoribus natu in exilium compelluntur. Exceperunt et Athenienses Cererem fugientem et Bacchum transmigrantem et Heraclidas errabundos, quo tempore et Misericordiæ ut tertii et decimi dei aram condidere, non vino ei libantes, verum lacrimis. Erige tu quoque hanc aram, hominisque miserere miseri, ne bis exul fiam et patria extorris et tuo excidens amore. Nam si miserita fueris, ero restitutus.

μ'. Τῇ αὐτῇ.

Ἡ πυρσαίνουσα μίλτος τὰ χείλη καὶ τὴν παρειὰν γράφουσα κώλυμα φιλημάτων, κατηγορεῖ δὲ καὶ γῆρας τοῦ προσώπου, ὑφ' οὗ πελιδνὸν μὲν τὸ στόμα, ῥυσὴ δ' ἡ παρειὰ καὶ ἔξωρος. ἴσχε δὴ χρωματο-

XL. (2) Eidem.

Rubens minium labra genasque pingens impedimento est osculis, coarguitque senectæ faciem, quæ lividum facit os et rugosam genam atque flaccidam. Desine igitur

ποίαν καὶ μηδὲν ἐπιποίει τῷ κάλλει, μὴ καὶ γράψωμαί σε γήρως ἐπὶ τῇ τοῦ προσώπου γραφῇ.

μα'. Ἀθηνοδώρῳ.

Οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾶν, σὺ δ' ἀκοὴν σπάσας ἐρᾷς Ἰωνικοῦ μειρακίου οἰκῶν Κόρινθον· τουτὶ δὲ μανικὸν φαίνεται τοῖς οὔπω εἰδόσιν ὅτι νοῦς ὁρῇ.

μβ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ κρότῳ ἀνοήτῳ χαίρεις, καὶ τοὺς πελαργούς, ἐπειδὰν παριόντας ἡμᾶς κροτῶσιν, ἡγοῦ δῆμον τοσούτῳ σωφρονέστερον τοῦ Ἀθηναίων, ὅσῳ μηδὲ αἰτοῦσι μηδὲν ὑπὲρ τοῦ κροτεῖν.

μγ'. Τῷ αὐτῷ.

Τὸ ἐρῶντα καρτερεῖν σωφρονέστερον τοῦ μηδ' ἐρασθῆναι· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ πολεμικὰ ἄνδρες οὐχ οἱ μὴ τρωθέντες, ἀλλ' οἱ νικῶντες ἐν τραύμασιν.

μδ'. Ἀθηναΐδι.

Τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι Λυσίου δόξα, τὸ δ' ἐρῶντι δοκεῖ Πλάτωνι, σοὶ δὲ καὶ ἐρῶντι καὶ μὴ ἐρῶντι. τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδείς, Λαῒς δ' οἶμαι ἐπῄνει.

με'. Διοδώρῳ.

Τὰς ἀπυρήνους ῥόας Ἐρυθραὶ κηπεύουσιν οἰνοχοούσας νᾶμα πότιμον, ὥσπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ πράττοντες. δέκα σοι τούτων τρυγήσας ἔπεμψα, χρῶ δ' αὐταῖς σιτούμενος μὲν ὡς οἴνῳ, μεθύων δ' ὡς σίτῳ.

μϛ'. Μειρακίῳ.

Εὖ πεποίηκας στρωμνῇ χρησάμενος τοῖς ῥόδοις· ἡ γὰρ πρὸς τὰ πεμφθέντα ἡδονὴ σημεῖον μέγα τῆς πρὸς τὸν πέμψαντα τιμῆς, ὥστε κἀγώ σου δι' αὐτῶν ἡψάμην· καὶ γάρ ἐστιν ἐρωτικὰ καὶ πανοῦργα καὶ κάλλει χρῆσθαι εἰδότα. δέδοικα δέ, μὴ οὐδ' ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἀλλ' ἠνώχλει σοι καθεύδοντι, ὥσπερ τῇ Δανάῃ ὁ χρυσός. εἰ δὲ βούλει τι φίλῳ χαρίζεσθαι, τὰ λείψανα αὐτῶν ἀντίπεμψον μηκέτι πνέοντα ῥόδων μόνον, ἀλλὰ καὶ σοῦ.

μζ'. Ἑταίρᾳ τινί.

Εἰ Λάκαινα ἦσθα, ὦ καλή, Ἑλένης ἂν ἐμνημόνευσας καὶ τῆς νεώς, εἰ Κορινθία, τῶν Λαΐδος κώμων, εἰ Βοιωτία, τῶν Ἀλκμήνης γάμων, εἰ τῶν ἐξ Ἤλιδος, οὐκ ἤκουσας τὸν Πέλοπος δρόμον; οὐκ ἐζήλωσας τὴν ἐκ θεάτρου γαμηθεῖσαν; οὐκ ἐθαύμασας τὸν Ἀλφειόν; οὐκ ἔπιες τοῦ νυμφίου; ἡ δὲ Τυρὼ τῷ Ἐνιπεῖ ἐπενήξατο καὶ ἀγριῶντι ἐπὶ θάλατταν συνήγαγεν· ἦν γὰρ ἀγαθὴ καὶ μεγάλων ἐραστῶν ἀξία. δοκεῖς δέ μοι μηδὲ

fucum obducere, nec quicquam admisce pulcritudini, ne ob pictam faciem senectæ te accusem.

XLI. (3) Athenodoro.

Oculi amoris sunt suasores, tu vero ex fama Ionicum amas adolescentem Corinthum habitans, idque vesanum videtur eis, qui mentem videre nesciunt.

XLII. (4) Eidem.

Si stolido plausu delectaris, ciconias quoque, ubi prætereuntibus nobis adstrepunt, populum puta Atheniensibus eo modestiorem, quod pro plausu suo ne petunt quidem quicquam.

XLIII. (5) Eidem.

Amantem sese continere maioris temperantiæ est quam omnino non amare; namque et in bello viri sunt non qui non vulnerantur, verum qui vulnerati victoriam consequuntur.

XLIV. (6) Athenaidi.

Non amanti gratificandum esse Lysiæ est sententia, amanti autem Platoni videtur, tibi vero et amanti et non amanti. Id quod sapiens quidem nemo, Lais vero opinor probabat.

XLV. (10) Diodoro.

Punica sine nucleis mala Erythræ proferunt liquorem potabilem fundentia tanquam vinum velut sucosæ uvæ. Horum decem a me decerpta mitto, tu autem utere eis cibum capiens ut vino, ebrius vero ut cibo.

XLVI. (31) Iuveni.

Recte fecisti quod lecto rosis usus es; nam voluptas ex donis capta magnum est pietatis erga eum qui misit argumentum. Itaque et ego per eas te attrectavi; sunt enim amatoriæ et versutæ et pulcritudine uti gnaræ. Vereor autem ut quietæ, nec dormienti tibi molestæ fuerint, quemadmodum aurum Danaæ. Quod si quid vis amanti gratum facere, earum reliquias remitte non solum rosarum adhuc, sed tui etiam odorem exhalantes.

XLVII. (42) Meretrici.

Si Lacæna esses, o pulcra, Helenæ meminisses atque navis, si Corinthia, Laidis comissationum, si Bœotia Alcmenæ nuptiarum, sin ex Elide, non audivisses cursum Pelopis? non æmulata esses eam, quæ ex theatro recens nupsit? non admirata Alpheum? non fruita sponso? Tyro vero Enipeo innatavit et .... excepit; erat enim bona magnisque digna amatoribus. Sed nec

Θεσπιακή τις εἶναι, πάντως γὰρ ἂν τῷ Ἔρωτι ἔθυες, μηδ' Ἀττική, τὰς γὰρ παννυχίδας καὶ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰ Μενάνδρου δράματα οὐκ ἄν ποτε ἠγνόησας. ἀλλ' εἰ καὶ βάρβαρος εἶ καὶ μία τῶν ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ παρθένων, ἀλλ' οὖν καὶ ταύτας λόγος νεανίσκοις ξυμπλέκεσθαι καὶ τίκτειν ἐκ κλοπῆς. ἀλλὰ μὴ Θρᾷττα καὶ Σιδωνία; καὶ μὴν καὶ τούτων ἔρως ἥψατο, καὶ ἡ μὲν τῷ Νυσίῳ ξυνεπλάκη, ἡ δὲ τῷ Βοιωτῷ Διί. ἔοικα εὑρηκέναι σε, εἰ μὴ κακός εἰμι καὶ φαῦλος φυσιογνωμονεῖν· Δαναός σοι πατὴρ καὶ χεὶρ ἐκείνη καὶ λῆμα φονικόν· ἀλλὰ κἀκείνων τις τῶν ἀνδροφόνων παρθένων νεανίσκου φιλοῦντος ἐφείσατο. οὐχ ἱκετεύω σε, οὐ δακρύω, πλήρωσον τὸ δρᾶμα, ἵνα μου ψαύσῃς κἂν ξίφει.

μη'. Ἑταίρῳ τινί.

Καὶ σὺ πονηρὸς οὕτως, ὡς μηδένα ἄλλον ἐλεεῖν, κἀγὼ δυστυχὴς οὕτως, ὡς μηδὲ παρ' ἄλλου λαβεῖν, καὶ πάνυ χαίρω τῇ κακοπραγίᾳ βουλόμενος μὴ παύσασθαι διαμαρτάνων, ἵνα παύσῃ μηδὲ σὺ τῆς ἐπὶ τῷ μιαρῷ τοῦ τρόπου κακοδοξίας· τὸ μὲν γὰρ ἐμὸν μιᾶς ἔργον ἡδονῆς, τὸ δὲ σὸν κοινὸν ἐς διαβολὴν τῆς παρὰ πάντων αἰτίας.

μθ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἔπεμψά σοι σῦκα ἠρινά, θαυμάζοις δ' ἂν αὐτῶν ἢ τὸ ἤδη ἢ τὸ ἔτι.

ν'. Τῷ αὐτῷ.

Τί τὸ καινὸν ἀνδρολήψιον τοῦτο; τίς ἡ τυραννίς; ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων καὶ σύρεις μὴ θέλοντα, ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ Χάρυβδις ἀνερρόφει. ἦσαν ἄρα καὶ ἔρωτος πέτραι καὶ ὀφθαλμῶν πνεύματα, οἷς τις ἅπαξ ἐνσχεθεὶς καταδύεται. τοῦτο μὲν οὖν οὐκ εἶχεν οὐδ' ἡ Χάρυβδις. ἐμπρόθεσμον ἐκεῖνο τὸ ναυάγιον, καὶ σμικρόν τις ἀναμείνας σωτηρίας ηὐπόρει δένδρον εὑρὼν ἐν πελάγει, ὁ δ' ἐς ταύτην ἅπαξ τὴν θάλατταν καταρρυεὶς οὐκέτι ἐξέρχεται.

να'. Γυναικί.

Ἡ Σαπφὼ τοῦ ῥόδου ἐρᾷ καὶ στεφανοῖ αὐτὸ ἀεί τινι ἐγκωμίῳ τὰς καλὰς τῶν παρθένων ἐκείνῳ ὁμοιοῦσα, ὁμοιοῖ δ' αὐτὸ καὶ τοῖς τῶν Χαρίτων πήχεσιν, ἐπειδὰν ἀποδύσῃ σφῶν τὰς ὠλένας. ἐκεῖνο μὲν οὖν εἰ κάλλιστον ἀνθέων, βραχὺ τὴν ὥραν· παρέπεται γὰρ τοῖς ἄλλοις ἐννεάσαν τῷ ἦρι· τὸ δὲ σὸν εἶδος ἀεὶ τέθηλεν. ὅθεν ὀφθαλμοῖς ἐμμειδιᾷ καὶ παρειαῖς οἷόν τι ἔαρ τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους.

νβ'. Νικήτῃ.

Οὐ τὸ ἐρᾶν νόσος, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐρᾶν· εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν, τυφλοὶ οἱ μὴ ἐρῶντες.

Thespiensis mihi esse videris, omnino enim Amori sacra faceres, neque Atheniensis, non enim pervigilia atque festos dies, Menandrique fabulas ignorares. Verum et si barbara esses atque una de virginibus, quæ ad Thermodontem habitant, tamen has etiam fama est in iuvenum venire amplexus et ex furtivis parere amoribus. An vero Thressa vel Sidonia? at has quoque amor attigit, atque illa quidem Nysium, hæc vero Bœotium Iovem amplexata est. Videor mihi te indagasse, nisi hebes sum et rudis in arte ex facie divinandi: Danaus tibi pater est et manus illa et mens cruenta. Sed illarum etiam parricidarum virginum una tamen iuveni pepercit amanti. Non te oro supplex, non fundo lacrimas, perfice rem, ut me vel ense tangas.

XLVIII. (12) Sodali cuidam.

Et tam tu malignus es ut nemini miserearis, et ego tam sum miser, ut nec ab alio accipere velim, qua valde gaudeo miseria, repulsæ ferendæ finem minime appetens, ne tu quoque ob moris immanitatem male audire desinas. Meum enim unius voluptatis opus est, tuum vero communem incurrit culpæ in omnes commissæ reprehensionem.

XLIX. (9) Eidem.

Ficus tibi misi vernas, tuque mireris in eis, sive quod iam sint, sive quod adhuc.

L. (49) Eidem.

Quid novum plagii genus istud? quæ tyrannis? trahis me oculis rapisque invitum, quemadmodum navigantes Charybdis absorbebat. Sunt igitur et amoris scopuli et oculorum turbines, quibus qui semel implicatus fuerit demergitur. Et hoc quidem Charybdis non habebat: stati temporis erat hoc naufragium, et si quis paullum exspectaret, inventa in mari arbore ex periculo evadebat. Qui vero in hoc mare delatus semel fuerit, huic nullus patet exitus.

LI. (73) Mulieri.

Rosam Sappho amat, semperque aliqua eam ornat laude pulcras virgines cum ea comparans, comparat eam etiam cum Gratiarum brachiis ipsarum nudatis cubitis. Hic igitur si florum est pulcerrimus, brevis tamen est ætatis, transit enim una cum ceteris vere transacta iuventute: tua vero forma semper floret, unde in oculis tuis genisque tanquam ver auctumnus ridet pulcritudinis.

LII. (74) Nicetæ.

Non ægrotant, qui amant, sed qui non amant. Nam si amare (ἐρᾶν) a videndo (ὁρᾶν) est, cæci sunt qui non amant

νγ'. Γυναικί τινι.

Τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων ἀφαιρεῖν ἄμεινον, ὡς μηδὲν κατηφὲς εἴη σοι περὶ τὴν ὥραν· αὐτῶν τε γὰρ τῶν ὡρῶν ἡδίους αἱ ἀνειμέναι καὶ γελῶσαι, καὶ τὸ κάλλος ἡδονὴν ὥσπερ ἐκ κατόπτρου ἐμφαίνει τῆς περὶ τῷ προσώπῳ γαλήνης, ἣν εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ βλεπόμενον δόξεις. εἰ δ' ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον, τὸ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν δμήτειραν.

LIII. (72) Mulieri cuidam.

Præstat nubem a superciliis removere, ne quid triste inhæreat pulcritudini tuæ; ipsarum enim horarum suaviora sunt remissa ac ridentia, et pulcritudo voluptatem tanquam e speculo ostendit ex vultus serenitate, quam si conturbaveris, sidus celsissimum interdiu conspicuum videberis. Quæ si Pindari sunt, hoc quoque Pindaricum, radium a te prosilientem meorum oculorum esse domitricem.

νδ'. Γυναικί.

Εἰ κἀμὲ φεύγεις, ἀλλ' ὑπόδεξαι κἂν τὰ ῥόδα ἀντ' ἐμοῦ. καί σου δέομαι μὴ στεφανοῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμηθῆναι ἐπ' αὐτῶν· καὶ γάρ ἐστιν ἰδεῖν μὲν καλά, οἷαν τὸ πῦρ ἔχει τὴν ἀκμήν, ἅψασθαι δὲ μαλακὰ καὶ πάσης στρωμνῆς ἁπαλώτερα ὑπὲρ τὸν Βαβυλώνιον κόκκον καὶ τὴν Τυρίαν πορφύραν. καὶ γὰρ εἰ σπουδαῖα ἐκεῖνα, ἀλλ' οὐ πνεῖ καλόν. ἐνετειλάμην αὐτοῖς καὶ τὴν δειρήν σου φιλῆσαι καὶ τοῖς μαστοῖς ἐπελθεῖν καὶ ἀνδρίσασθαι, ἂν ἐφῇς, καὶ οἶδ' ἀκούσεται. ὦ μακάρια, οἷαν γυναῖκα περιβάλλειν μέλλετε. ἀλλὰ δεήθητε αὐτῆς ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πρεσβεύσατε καὶ πείσατε, ἐὰν δὲ παρακούῃ, κατακαύσατε.

LIV. (58) Mulieri.

Etsi me fugis, at rosas saltem mei loco suscipe atque oro te, ut non solum coronari eis, sed etiam indormire velis. Nam quum adspectu pulcræ ob igneum fulgorem, tum tactu molles sunt et omni lecto supra Babylonium coccum Tyriamque purpuram teneriores. Nam etsi egregia illa, at pulcrum non spirant. Iussi eas et collum tuum osculari et mammis arrepere, virique partes agere, si permittas, ac scio dicto erunt audientes. O felices, qualem feminam estis complexuræ. Sed rogate eam meo nomine et conciliate et persuadete, sin vero non exaudiat, urite.

νε'. Ἑτέρᾳ γυναικί.

Ὄντως τὰ ῥόδα Ἔρωτος φυτά· καὶ γὰρ νέα, ὡς ἐκεῖνος, καὶ ὑγρά, ὡς αὐτὸς ὁ Ἔρως, καὶ χρυσοκομοῦσιν ἄμφω καὶ τἄλλ' αὐτοῖς ὅμοια. τὰ ῥόδα τὴν ἄκανθαν ἀντὶ βελῶν ἔχει, τὸ πυρρὸν ἀντὶ δᾴδων, τοῖς φύλλοις ἐπτέρωται. χρόνον δ' οὔτε Ἔρως οὔτε ῥόδα οἶδεν· ἐχθρὸς γὰρ ὁ θεὸς καὶ τῇ κάλλους ὀπώρᾳ καὶ τῇ ῥόδων ἐπιδημίᾳ. εἶδον ἐν Ῥώμῃ τοὺς ἀνθοφόρους τρέχοντας καὶ τῷ τάχει μαρτυροῦντας τὸ ἄπιστον τῆς ἀκμῆς· ὁ γὰρ δρόμος διδασκαλία χρήσεως. εἰ μὲν οὖν ἅψῃ ταχέως τῶν ῥόδων, μένει, εἰ δὲ μελλήσεις, ἀπελήλυθε. μαραίνεται καὶ γυνὴ μετὰ ῥόδων, ἂν βραδύνῃ. μὴ μέλλε, ὦ καλή· ξυμπαίζωμεν, στεφανωσώμεθα τοῖς ῥόδοις, ξυνδράμωμεν.

LV. (34) Alii mulieri.

Revera rosæ Amoris flores sunt; nam et iuveniles sunt, ut ille, et molles, ut ipse Amor, et aureæ utrisque comæ sunt et cetera eis similia. Rosæ spinas pro sagittis habent, ruborem pro facibus, foliis alatæ sunt. Diuturnitatem nec rosæ nec amor norunt; hæc enim dea et pulcritudinis æstati infesta est et rosarum assiduitati. Vidi Romæ florigeros currentes et celeritate vigoris infirmitatem testificantes; cursus enim utendum esse docet. Itaque si celeriter rosas apprehendas, manent, sin cuncteris, iam abierunt. Marcescit et mulier cum rosis, si moretur. Ne cuncteris, o pulcra, colludamus, coronemur rosis, una curramus.

νς'. Μειρακίῳ.

Ἀπέκλειόν σοι τὰ ὄμματα. πῶς σοι; εἴπω· ὡς οἱ πολιορκούμενοι τὰς πύλας. καὶ σὺ τὴν φρουρὰν λαθὼν ἔνδον εἶ. λέγε, τίς σε ἐσήγαγεν, εἰ μή τι τὰ ὄμματα ** ἦν ἄρα πάθος ἐρωτικὸν καὶ κατὰ τῆς ψυχῆς γενόμενον, ἥ γε πάλαι μὲν μόνα ἐνεθυμεῖτο ἃ ἤθελε, καὶ περὶ τὰ κάλλιστα ἐσπουδάκει φιλοσοφοῦσα, καὶ ἦν αὐτῆς ὁ ἔρως τὰ οὐρανοῦ νῶτα ὁρᾶν καὶ περὶ τῆς κατὰ ταῦτα οὔσης οὐσίας πολυπραγμονεῖν καὶ τίνες αἱ τοῦ παντὸς περίοδοι καὶ τίς ἡ ταῦτ' ἄγουσα ἀνάγκη, καὶ τὸ σκέμμα ἐδόκει χαριέστατον ἡλίῳ ξυνδραμεῖν καὶ σελήνῃ, ξυγκινδυνεῦσαι μὲν ἀπιούσῃ, ξυνησθῆναι

LVI. (52) Iuveni.

Claudebam tibi oculos. Quomodo tibi? dicam. Ut obsessi portas. Tu tamen clam præsidio intus es. Dic, quis te introduxit, nisi oculi præsidium reliquere? Erant igitur amoris insidiæ eæque in animam compositæ, quæ olim quidem sola cogitabat, quæ volebat, et in pulcerrimis philosophiæ præceptis operam collocabat, eratque ei amor cœli terga intueri et naturam eius indagare, quæque essent mundi versationes et quæ ista agens necessitas, gratissimaque videbatur contemplatio, solis cursum persequi atque lunæ, cum ea decrescente una trepidare et

δὲ πληρουμένῃ, τῷ τε ἄλλῳ χορῷ τῶν ἀστέρων ξυμπλανηθῆναι καὶ μηδὲν ἄβατον μηδ' ἀθέατον καταλιπεῖν τῶν ὑπὲρ τὴν γῆν μυστηρίων. ἀφ' οὗ δ' ἀνθρωπίνῳ πλησιάσασα ἔρωτι ἑάλω κάλλους ὄμμασι, πάντων ἀμελήσασα ἐκείνων περὶ ἓν τοῦτο ἐσπούδακε, καὶ ὅσον ἂν τῆς ἔξω μορφῆς ἁρπάσῃ, τοσοῦτον ἔνδον ξυντίθησι καὶ μνήμῃ ταμιεύεται, τὸ δ' ἔσω παρελθὸν φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμέρᾳ, νύκτωρ δ' ὄναρ γίγνεται.

una gaudere cum impleta, atque cum reliquo astrorum choro una oberrare, nihilque mysteriorum, quæ terræ imminent, intactum aut invisum relinquere. Sed ex quo humano admota amori pulcritudinis oculis capta est, neglectis istis omnibus in hoc uno studium collocavit, et quantum externæ formæ arripuerit, tantum intus componit et memoria reponit, quicquid autem intus fuerit admissum, lumen quidem interdiu est, noctu vero somnium evadit.

νζ'. Πρὸς φιλοῦντα.

Πέπεισαι μέν, ὡς εἰκάζειν ἔχω, τοῦ δ' ἔργου τὴν αἰσχύνην ὀκνεῖς; εἶτα πρᾶγμα ἀποδιδράσκεις, ἀφ' οὗ τις φίλος γίγνεται; οὐκ ἐντεῦθεν ἐπληρώθη καλῶν τὰ Ὁμήρου ἔπη τὸν Νιρέα τὸν Ἀχιλλέα ἐς Τροίαν ἄγοντος; οὐκ ἐντεῦθεν Ἁρμόδιοι καὶ Ἀριστογείτονες, οἵ γε φίλοι καὶ μέχρι τῶν ξιφῶν; ὁ δ' Ἀπόλλων οὐκ Ἀδμήτῳ καὶ Βράγχῳ ἐθήτευσεν; ὁ δὲ Ζεὺς οὐ τὸν Γανυμήδην ἥρπασεν, ᾧ χαίρει καὶ πρὸ τοῦ νέκταρος; μόνοι γὰρ ὑμεῖς οἱ καλοὶ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖτε ὡς πόλιν. μὴ φθονήσῃς ἐραστοῦ σεαυτῷ δοῦναι μὲν ἀθανασίαν οὐκ ἔχοντος, τὴν δ' αὑτοῦ ψυχὴν προτείνοντος. εἰ δ' ἀπιστεῖς, ἕτοιμος ἀποθνήσκειν, κἂν ἐπιτάττῃς τοῦτο νυνί. εἰ δὲ πλέκω τὸν βρόχον, ἀπάνθρωπε, οὐ καθαιρήσεις;

LVII. (56) Amanti.

Persuasum est tibi, ut conicere licet, sed rei metuis turpitudinem? quid igitur facinus declinas, quo demum iungitur amicitia? nonne hinc pulcris referta sunt Homeri carmina, Nireum, Achillem Troiam adducentis? nonne hinc Harmodii et Aristogitones, qui quidem amici vel ad ensem usque? Apollo item nonne Admeto serviit atque Brancho? ac Iuppiter nonne Ganymedem rapuit, quo vel nectare magis gaudet? soli enim vos pulcri cœlum etiam velut urbem habitatis. Ne tibi invideas amatorem, qui quidem immortalitatem tibi dare nequit, at animam suam tibi offert. Quod si non credis, paratus sum ad mortem, ubi hoc nunc iubes. Si laqueum autem nectam, inhumane, non detrahes?

νη'. Μειρακίῳ.

Ἐπαινῶ σε ἀντισοφιζόμενον τῷ χρόνῳ καὶ περικόπτοντα τὰ γένεια· ὃ γὰρ ἀπῆλθε φύσει, τοῦτο μένει τέχνῃ, ἡδίστη δ' ἡ τῶν ἀπολλυμένων ἀνάκτησις. ὥστ', εἰ ἐμοὶ ξυμβουλεύοντι πείθοιο, τῇ μὲν κεφαλῇ κόμα, καὶ μελέτω σοι τῶν βοστρύχων, ὡς τοὺς μὲν ταῖς παρειαῖς ξυγκαταβαίνειν ἠρέμα, τοὺς δὲ τοῖς ὤμοις ἐπικαθῆσθαι, καθάπερ φησὶν Ὅμηρος τοὺς Εὐβοεῖς ὄπισθεν κομᾶν (κεφαλὴ γὰρ ἀνθοῦσα ἡδίων παρὰ πολὺ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς φυτοῦ, εἴπερ γε δεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀκρόπολιν μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι μηδ' ἀκόσμητον), τὰ δὲ γένειά σοι ψιλὰ ἔστω, καὶ μηδὲν ἐνοχλείτω τῷ φωτὶ τούτῳ μήτε νεφέλη μήτε ἀχλύς. ὡς γὰρ οὐχ ἡδὺ θέαμα κεκλεισμένα ὄμματα, οὕτως οὐδὲ γένεια καλοῦ κομῶντα. εἴτε οὖν φαρμάκοις εἴτε μαχαίραις λεπταῖς εἴτε ἄκροις δακτύλοις εἴτε ῥύμμασι καὶ πόαις εἴτε ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ, πρᾶττε σεαυτῷ τὸ κάλλος μακρότερον. οὕτω γὰρ ἔσῃ μιμούμενος τοὺς ἀγήρως θεούς.

LVIII. (62) Iuveni.

Laudo te, qui tempus arte eludas et lanuginem reseces; quod enim natura discessit, id arte manet, iucundissima vero est eorum, quæ amissa sunt, recuperatio. Itaque si quid mea apud te valet auctoritas, capite comam ale, cincinnosque cura, ut alii iuxta genas descendant placide, alii in humeros defluant, quemadmodum Homerus ait Eubœos a tergo comare (nam caput capillum germinans multo iucundius est Minervæ planta, siquidem et hanc arcem non convenit nudam inornatamque conspici), genæ vero nudæ tibi sint, nec quicquam huic lumini officiant neque nubes neque caligo. Nam uti haud iucundum adspectum præbent clausi oculi, sic neque genæ pulcri capillosæ. Sive igitur medicamentis sive cultellis sive summis digitis sive smegmatis et herbis sive alia quadam arte, fac ut maneat tibi pulcritudo Sic enim deos imitatus fueris nunquam senescentes.

νθ'. Γυναικί.

Ἐχθὲς ξυγκλείσας τὰ βλέφαρα ὅσον ἡσυχῇ σκαρδαμύξαι, πολὺν ἡγούμην τὸν χρόνον. ἀμέλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς ἀνεράστοις ἐνεκάλουν « τί δὴ αὐτῆς ἐπελάθεσθε; τί δὲ τὴν φρουρὰν ἐξελίπετε; ποῦ δ' ἔστι καὶ τί γέγονε; κἂν τοῦτο αὐτὸ μηνύσατε. » νομίσας δ' ἀκούειν ἀπῆλθον ἔνθα σε ὄψεσθαι ᾤόμην καὶ τοῦτο ἐκεῖνο ἐζήτουν ὡς ἡρπαγμένην. τί οὖν μέλλω ποιεῖν,

LIX. (63) Mulieri.

Heri quum palpebras clausissem, ita tamen ut placide nictarem tantum, longum tempus putabam præteriisse. Sane oculos ut amoris expertes obiurgabam, « quid igitur obliti eius estis? cur custodiam deseruistis? ubinam est et quid accidit? hoc saltem ipsum indicate. » Quumque audire mihi visus essem, abii eo, ubi te visurum me opinabar, et ut raptam, quod aiunt, te quærebam. Quid

ἐὰν ἐξελάσῃς ἐς ἀγρόν, ὡς πέρυσι, καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς καταλίπῃς; ἡγοῦμαι ἀναγκαῖον σαφῶς ἀπολωλέναι μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἕψεσθαί σοι νομίζω τὴν πόλιν ἐξιούσῃ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν ἄστει θεοὺς ἑλκομένους ὑπὸ τῆς θέας. τί γὰρ ἐνταῦθα μόνοι ποιοῦσιν; εἰ δὲ κἀκεῖνοι κατὰ χώραν μενοῦσιν, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἀπολειφθήσομαι τοῦ Ἔρωτος ἐφόλκιον· εἰ δὲ καὶ σκάπτειν δέοι, λήψομαι τὴν δίκελλαν, εἴτε κλᾶν, θεραπεύσω τὰς ἀμπέλους, εἴτε ἐπάγειν λαχάνοις ὕδωρ, ὁδοποιήσω τὸν δρόμον. τίς γὰρ οὕτω τυφλὸς ποταμός, ὡς σὴν γῆν μὴ γεωργεῖν; ἓν ἐξόμνυμαι τῶν ἐν ἀγροῖς εἰθισμένων, ἀμέλγειν γάλα. μόνων ἡδέως τῶν σῶν μαστῶν ἅπτομαι.

ξ'. Γυναικὶ καπηλίδι.

Πάντα με αἱρεῖ τὰ σά, καὶ ὁ λινοῦς χιτὼν ὡς ὁ τῆς Ἴσιδος, καὶ τὸ καπηλεῖον ὡς Ἀφροδίσιον, καὶ τὰ ἐκπώματα ὡς Ἥρας ὄμματα, καὶ ὁ οἶνος ὡς ἄνθος, καὶ τῶν τριῶν δακτύλων αἱ ξυνθέσεις, ἐφ' ὧν ὀχεῖται τὸ ποτήριον, ὥσπερ αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολαί. κἀγὼ μὲν φοβοῦμαι μὴ πέσῃ, τὸ δ' ἕστηκεν ὀχυρῶς ὡς γνώμῃ ἐρηρεισμένον, καὶ τοῖς δακτύλοις ξυμπέφυκεν. εἰ δὲ καὶ ἀποπίοις ποτέ, πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίγνεται θερμότερον τῷ ἄσθματι, ἥδιον δὲ τοῦ νέκταρος. κάτεισι γοῦν ἐπὶ τὴν φάρυγγα ἀκωλύτοις ὁδοῖς, ὥσπερ οὐκ οἴνῳ κεχραμένον, ἀλλὰ φιλήμασιν.

ξα'. Γυναικί.

Τίς σε, ὦ καλή, περιέκειρεν; ὡς ἀνόητος καὶ βάρβαρος ὁ μὴ φεισάμενος τῶν Ἀφροδίτης δώρων. οὐδὲ γὰρ γῆ κομῶσα ἡδὺ οὕτω θέαμα ὡς γυνὴ κατάκομος. φεῦ ἀναιδοῦς παλάμης, ὄντως πάντα τὰ ἐκ πολεμίων πέπονθας· ἐγὼ δ' οὐκ ἂν οὐδ' αἰχμάλωτον περιέκειρα, τιμῶν τὸ κάλλος ὡς οὐχ ἡδέως ἀμελούμενον. ἀλλ' ἐπεὶ τετέλεσται τὰ δεινά, κἂν μήνυσον τὰς κόμας ποῦ κεῖνται, ποῦ τέτμηνται, πῶς αὐτὰς ὑποσπόνδους λάβω, πῶς φιλήσω χαμαὶ κειμένας. ὦ πτερὰ Ἔρωτος, ὦ κεφαλῆς ἀκροθίνια, ὦ κάλλους λείψανα.

ξβ'. Τῇ αὐτῇ.

Ὅτε ἔκρινε τὰς θεὰς ὁ Ἀλέξανδρος, οὔπω παρῆν ἡ ἐκ Λακεδαίμονος· εἰ δ' οὖν, μόνην ἂν καλὴν ἀπεφήνατο ἣν αὐτὸς ἐβούλετο. ὅπερ οὖν ἐκείνῳ τότε πρὸς τὴν κρίσιν ἐλλιπῶς ἔσχεν, ἐμοὶ νῦν ἐπανορθωθήσεται. μὴ κάμνετε, ὦ θεαί, μηδὲ ἐρίζετε, ἔχω γὰρ ἰδοὺ τὸ μῆλον. λάβε, ὦ καλή, καὶ νίκα τὰς θεάς, καὶ ἀνάγνωθι τὰ γράμματα. τά τ' ἄλλα καὶ ἐπιστολῇ τῷ μήλῳ κέχρημαι. ἐκεῖνο Ἔριδος, τοῦτο Ἔρωτος· ἐκεῖνο ἐσιώπα, τοῦτο φθέγγεται. μὴ ῥίψῃς, μὴ φάγῃς· οὐδ' ἐν πολέμῳ πρεσβευτὴς παρανομεῖται. τί οὖν ἐπέσταλκα; αὐτὸ ἐρεῖ « Εὐίππη, φιλῶ σε. » ὑπόγρα-

igitur faciam, si in agrum egressa, ut anno proximo multis diebus urbanam reliquisti conversationem? prorsus manifesto de me actum puto, quum nec auditu nec visu iucundum quicquam habeam. Ego enim censeo, te ex urbe egredientem vel ipsos eius deos sequuturos esse adspectu tuo tractos. Quid enim hic soli faciunt? sed etiamsi hi loco suo manebunt, at ego non relinquar Amoris appendix. Quod si etiam fodere oporteat, sumam sarculum, sin putare, colam vites, sin in olera aquam inducere, deducam fossam. Quis enim tam cæcus fluvius, quin tuum solum non colat? unum eiuro eorum, quæ ruri fieri solent, lac mulgere: solas enim tuas mammas cum voluptate tango.

LX. (23) Mulieri copæ.

Omnia tua me capiunt, et linea tunica, velut quæ est Isidis, et caupona velut Veneris sacrum, et pocula velut Iunonis oculi, et vinum velut flos, et trium digitorum, quibus poculum vehitur, coniunctio velut in rosis calycis folia. Atque ego quidem metuo ne cadat, at illud firmiter stat quasi consilio fixum et cum digitis concrevit. Quod si etiam degustes aliquando, quod relinquitur omne halitu incalescit et nectare fit suavius. Descendit igitur ad guttur expeditis viis, quasi non vino temperatum, sed osculis.

LXI. (64) Mulieri.

Quis te, o pulcra, totondit? quam amens et barbarus, qui Veneris muneribus non pepercit? Neque terra enim comans tam adspectu pulcra quam femina comata. Heu manum temerariam, revera quicquid ab hoste metuendum passa es. Ego vero ne captivam quidem detonderem, pulcritudinem reverens, ut quam negligere indignum sit. Sed quoniam patratum est facinus, indica saltem, ubi reposita sit coma, ubi abscissa, quomodo fide interposita potiri ea possim, quomodo osculari humi proiectam. O Amoris alas, o capitis primitias, o pulcritudinis reliquias.

LXII. (66) Eidem.

Quum deabus ius diceret Alexander, nondum aderat Lacæna; sin adfuisset, solam pulcram declarasset quam volebat ipse. Quod igitur secus illi tunc in iudicio cadebat, mihi nunc emendabitur. Nolite laborare, o deæ, nec contendere: en malum teneo. Accipe, o pulcra, vincis enim deas, et lege inscriptionem. Ceterum epistola etiam malo utor: illud Eridis erat, hoc Amoris, silebat illud, vocem hoc emittit. Noli abicere, noli devorare: ne in bello quidem legatus violatur. Quid igitur huic epistolæ inscripsi? ipsum dicet: « Euippe, amo te. »

ψον ἀναγνοῦσα « κἀγὼ σέ. » δέχεται τὸ μῆλον καὶ ταῦτα τὰ γράμματα.

ξγ'. Γυναικί.

Ἐπυθόμην ὡς τὰ ῥόδα ἐλθόντα παρὰ σὲ ὅσα χρέος ἀπέλαβεν· ἐγώ τε γὰρ ἐνετειλάμην αὐτοῖς, καὶ ὡς εἰκὸς πιόντα ἀκηράτου χρωτὸς τῆς σῆς δρόσου κατέσχον τὴν ψυχὴν ἐξιοῦσαν καὶ δυσανασχετοῦσαν. καλῶς ἐποιήσατε, ὦ ῥόδα, ἀναβιώσαντα, καὶ δέομαι, μείνατε, ἔστ' ἂν ἔλθω. μαθεῖν γὰρ ἔγνωκα, εἴ τι παρ' ἀλλήλων εἰλήφατε ἐς εὐωδίαν αὐτὴ καὶ ὑμεῖς ἐς χρόνον.

ξδ'. Μειρακίῳ.

Τὴν σωφροσύνην, ἐφ' ᾗ μέγα δὴ φρονεῖς, οὐκ οἶδα τί εἴπω· πότερον ἀγριότητα ἀντίπαλον τῶν φύσεως ἐπιταγμάτων, ἢ φιλοσοφίαν ἀγροικίᾳ πεπυργωμένην, ἢ αὐθάδη πρὸς ἡδονὰς δειλίαν, ἢ σεμνὴν ὀλιγωρίαν τῶν τοῦ βίου τερπνῶν; ὅ τι δ' ἂν ᾖ καὶ δοκῇ τοῖς σοφισταῖς, δόξῃ μέν ἐστι καλόν, ἔργῳ δ' ἀπανθρωπότερον. τί γὰρ δὴ μέγα, πρὶν ἀπελθεῖν τοῦ βίου, νεκρὸν εἶναι σώφρονα; στεφάνωσαι, πρὶν ὅλως ἀπανθεῖν, καὶ χρῖσαι, πρὶν σαπῆναι, καὶ κτῆσαι φίλους, πρὶν ἔρημος γενέσθαι. καλὸν νυκτὶ προλαβεῖν τὴν νύκτα ἐκείνην, πρὶν διψῆν, πιεῖν, πρὶν πεινῆν, φαγεῖν. ποίαν δοκεῖς ἡμέραν σεαυτοῦ; τὴν χθές; τέθνηκεν. τὴν τήμερον; οὐκ ἔστι. τὴν ἐπιοῦσαν; οὐκ οἶδ' εἰ παρέσται σοι. καὶ σὺ κἀκεῖνα τῆς τύχης.

ξε'. Ἐπικτήτῳ.

Φοβοῦ δῆμον παρ' ᾧ πολλὰ δύνασαι.

ξϛ'. Χαρίτωνι.

Μεμνήσεσθαι τῶν σῶν λόγων οἴει τοὺς Ἕλληνας, ἐπειδὰν τελευτήσῃς· οἱ δὲ μηδὲν ὄντες ὁπότε εἰσί, τίνες ἂν εἶεν, ὁπότε οὐκ εἰσίν;

ξζ'. Φιλήμονι.

Τὸν τραγῳδὸν Διοκλέα εἰ μὲν ἤδη γιγνώσκεις, ἐπαινεῖς δήπου, εἰ δ' ἀγνοεῖς, ἐν τοῖς καλῶς ἐπαινουμένοις γράφε, καὶ γενοῦ περὶ αὐτὸν οἷον εἰκὸς ἢ τὸν πεπεισμένον ἢ τὸν μὴ ἀπιστοῦντα.

ξη'. Κτησιδήμῳ.

Οἱ ἐρωτικοὶ τῶν ποιητῶν ἀγαθὴ ἀκρόασις καὶ ἐξώροις· ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ἐς ἔννοιαν τοῦ ἐρᾶν ὥσπερ ἀνηβηκότας. μὴ δὴ νόμιζε σαυτὸν ὑπερήμερον τῆς τούτων ἀκροάσεως· ἡ γὰρ ξυνουσία τῶν τοιῶνδε ποιητῶν ἢ οὐκ ἐπιλήσει σε ἀφροδισίων ἢ ἀναμνήσει.

ξθ'. Ἐπικτήτῳ.

Οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν κυμβάλων καὶ αὐλῶν ἔργα, σὲ δ' οὕτως ἐκπλήττουσιν Ἀθηναῖοι κρο-

His lectis subscribe « et ego te »; capit enim malum has quoque litteras.

LXIII. (36) Mulieri.

Audivi rosas, quum ad te pervenissent, debitam voluptatem percepisse. Nam ut mandavi eis, de purissimo cutis tuæ rore bibentes vitam retinuere iam exeuntem et male se habentem. Bene fecistis, o rosæ, quod revixistis, rogoque donec veniam maneatis. Experiri enim decrevi, numquid a vobis invicem profeceritis, in suaveolentia illa et vos in diuturnitate.

LXIV. (71) Iuveni.

Castitatem, qua te effers, quid dicam nescio: utrum ferociam naturæ legibus adversantem, an philosophiam rusticitate munitam, an arrogantem adversus voluptates timiditatem, an gravem vitæ deliciarum despicientiam? sed quicquid sit et sophistis videatur, specie quidem pulcrum est, re ipsa inhumanius. Quæ enim quæso laus est, antequam vita decedas præ castitate emori? corona te antequam prorsus emarcueris, et unge te antequam putrueris, et amicos tibi compara antequam solus fueris. Pulcrum est, nocte antevertere noctem illam, antequam sitias bibere, antequam esurias edere. Quam diem tuam arbitraris? Hesternam? periit. Hodiernam? non est tua, Crastinam? nescio an tibi futura sit. Et tu et illa ludibria fortunæ.

LXV. (7) Epicteto.

Time populum, apud quem multum vales.

LXVI. (8) Charitoni.

Græcos opinaris orationum tuarum, ubi vita discesseris, memoriam esse servaturos: qui vero nihil sunt, dum sunt, qui erunt, ubi non fuerint?

LXVII. (11) Philemoni.

Dioclem tragœdum, si quidem iam nosti, probas sine dubio, sin vero ignoras, in merito probatorum refer numerum et talem te ei præbe, qualem par est esse eum. qui aut ipse norit aut non diffidat.

LXVIII. (14) Ctesidemo.

Amatorii poetæ iucundi sunt auditu vel senioribus; amorem enim in mentem eis revocant quasi iuvenescentibus. Noli igitur credere, ad hos audiendos tempus elapsum tibi esse; nam eiusmodi poetarum consuetudo efficiet, ut rei venereæ aut non obliviscaris aut reminiscaris.

LXIX. (15) Epicteto.

Qui Rheæ initiati sunt, furore aguntur aures instrumentorum strepitu perculsi. Et illud quidem cymbalorum tibiarumque opus est, te vero ita Athenienses

τοῦντες, ὡς ἐκλανθάνεσθαι τίς εἶ καὶ τίνων γέγονας.

ο'. Κλεοφῶντι καὶ Γαΐῳ.

Ὑπὲρ ὧν ἐπεστείλατε, τὰ μὲν ἤδη γέγονε, τὰ δ' αὐτίκα ἔσται· ἐγὼ γὰρ Λήμνιος ὢν πατρίδα ἐμαυτοῦ καὶ τὴν Ἴμβρον ἡγοῦμαι, ξυνάπτων εὐνοίᾳ καὶ τὰς νήσους ἀλλήλαις καὶ ἐμαυτὸν ἀμφοτέραις.

οα'. Αἱρετιανῷ.

Τὸ ποιητικὸν ἔθνος πολλοὶ καὶ πλείους ἢ οἱ τῶν μελιττῶν ἑσμοί, βόσκουσι δὲ τὰς μὲν λειμῶνες, τοὺς δ' οἰκίαι καὶ πόλεις, ἀνθεστιῶσί τε αἳ μὲν κηρίοις, οἳ δ' ὀψοποιίᾳ λαμπρᾷ. εἰσὶ δὲ τῶν ποιητῶν οἱ καὶ τραγήμασιν ἑστιῶντες, τούτους δ' ἡγώμεθα τοὺς τῶν ἐρωτικῶν ποιητάς, ὧν εἷς καὶ Κέλσος οὗτος ᾠδαῖς παραδεδωκὼς τὸν ἑαυτοῦ βίον ὥσπερ οἱ χρηστοὶ τέττιγες. ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ ἀλλὰ σιτίοις ἀληθινοῖς τραφείη, πεπίστευκά σοι μελήσειν.

ογ'. Ἀντωνίνῳ.

Οἱ πελαργοὶ τὰς πεπορθημένας πόλεις οὐκ ἐσπέτονται, κακῶν πεπαυμένων ἠχὼ φεύγοντες· σὺ δ' οἰκίαν οἰκεῖς, ἣν αὐτὸς ἐπόρθησας καὶ θεοῖς τοῖς ἐν αὐτῇ θύεις ὥσπερ οὐκ οὖσιν, ἢ οὖσι μέν, ἐκλελησμένοις δ' ὅτι καὶ τὰ ἐκείνων ἔχεις.

οδ'. Ἰουλίᾳ Σεβαστῇ.

Οὐδ' ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνεν, εἰ καὶ σφόδρα ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο, ἀλλὰ φιλοτίμως πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἐπειδὴ διεφοίτων θέλγοντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις τὸν Ὀρφέως καὶ Θαμύρου τρόπον, τοῦ δὲ βασκαίνειν ἀπεῖχε τοσοῦτον, ὅσον φιλοτιμία φθόνου· φθόνος μὲν γὰρ τρέφει τὰς μοχθηρὰς φύσεις, φιλοτιμία δὲ τὰς λαμπρὰς ἐγείρει, καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά, ἃ δ' ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ ἐς τὰς ἰδέας τῶν σοφιστῶν ἵεται, καὶ οὔτε τῷ Γοργίᾳ παρίησι τὸ ἑαυτοῦ ἄμεινον γοργιάζειν, πολλά τε κατὰ τὴν Ἱππίου καὶ Πρωταγόρου ἠχὼ φθέγγεται. (2) ζηλωταὶ δ' ἐγένοντο ἄλλοι μὲν ἄλλων· καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα, ὁπότε ὁ Πρόδικος τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀρετὴν ἄγει παρὰ τὸν Ἡρακλέα καλούσας αὐτὸν ἐς βίου αἵρεσιν. Γοργίου δὲ θαυμασταὶ ἦσαν ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι· πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορεύειν γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔσχεν, εἶτα τὸ ξύμπαν Ἑλληνικόν, ἐν οἷς Ὀλυμπίασι διελέχθη κατὰ τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβῖδος. λέγεται δὲ καὶ Ἀσπασία ἡ Μιλησία τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι, Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοοῦνται τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀφρὺν παρ' αὐτοῦ κεκτημένοι, μεταποιοῦντες δ' αὐτὸ ἐς τὸ οἰκεῖον ὃ μὲν ὑπ' εὐγλωττίας, ὃ δ' ὑπὸ

plausu obstupefaciunt, ut quis sis obliviscaris et a quibus parentibus ortus.

LXX. (16) Cleophonti et Caio.

De quibus scripsistis, ea partim iam facta sunt, partim brevi fient. Ego enim, qui Lemnius sim, Imbrum quoque patriam mihi esse puto, benevolentia et inter se insulas et me ipsum utrique iungens.

LXXI. (17) Hæretiano.

Poetica gens numerosa, pluresque quam apium examina, pascuntque illas prata, hos domus atque civitates, epulisque se excipiunt illæ favis, hi splendido obsoniorum apparatu. Sunt etiam poetæ, qui bellaria apponant, ac tales putemus amatoriorum poetas, quorum unus et Celsus iste, qui vitam suam cantibus impendit quemadmodum bonæ cicadæ. Qui ne rore, sed vero cibo alatur tibi curæ fore confido.

LXXII. (18) Antonino.

Ciconiæ in urbes devastatas non advolant præteritorum malorum imaginem fugientes; tu vero domum habitas, quam ipse diripuisti, diisque, qui in ea sunt, sacrificas, quasi non sint, aut ut sint, quasi quod et ipsorum bona occupaveris oblitis.

LXXIII. (13) Iuliæ Augustæ.

Nec divinus Plato sophistis invidebat, etsi valde hoc quibusdam placet, verum æmulabatur eos, quod parvas magnasque civitates demulcentes Orphei atque Thamyri modo oberrabant, a malignitate autem tantum aberat, quantum ab invidia æmulatio. Nam invidia misera ingenia nutrit, æmulatio vero splendida excitat, atque invidet quis eis, quæ ipse nequit consequi, quæ vero ut meliora evadant aut non deteriora curat, hæc æmulatur. Plato igitur sophistarum etiam formas appetit, ac neque Gorgiæ cedit gorgissando et multa ad Hippiæ et Protagoræ dicendi genus exprimit. (2) Æmuli autem alii aliorum exstitere; nam et Grylli filius Prodici Herculem æmulatur, quum Prodicus pravitatem et virtutem ad Herculem adducit ad vitæ genus eligendum eum invitantes. Gorgiæ autem admiratores erant optimi et plurimi, ac primum quidem qui Thessaliam habitabant Græci, apud quos eloquentiæ ars gorgissandi cognomen accepit, tum universi Græci, coram quibus Olympiæ contra barbaros ex templi crepidine disseruit. Fertur etiam Aspasia Milesia Periclis linguam ad Gorgiæ exemplum acuisse, Critiam autem et Thucydidem non ignorant granditatem et fastum orationis ab eo accepisse, atque ad suam indolem accommodavisse alterum pro facundia,

ῥώμης. (3) καὶ Αἰσχίνης δ' ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπούδαζες ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος, οὐκ ὤκνει γοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργηλίας λόγῳ. φησὶ γάρ που ὧδε· « Θαργηλία Μιλησία ἐλθοῦσα εἰς Θετταλίαν ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θετταλῷ βασιλεύοντι πάντων Θετταλῶν. » αἱ δ' ἀποστάσεις αἵ τε προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μέν, μάλιστα δ' ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ. πεῖθε δὴ καὶ σύ, ὦ βασίλεια, τὸν θαρσαλεώτερον τοῦ Ἑλληνικοῦ Πλούταρχον μὴ ἄχθεσθαι τοῖς σοφισταῖς, μηδ' ἐς διαβολὰς καθίστασθαι τοῦ Γοργίου. εἰ δ' οὐ πείθεις, σὺ μέν, οἵα σου σοφία καὶ μῆτις, οἶσθα τί χρὴ ὄνομα θέσθαι τῷ τοιῷδε, ἐγὼ δ' εἰπεῖν ἔχων οὐ λέγω.

ζ'. Ὅτι πένης — Ἀλκιβιάδης. πενία γὰρ οὐκ ἔστιν ἔγκλημα, οὔτε.. .. τὴν ἑκάστου αἰτίαν ἡ τύχη ἀπολύεται τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ. ἄπιδε — ἐλεούμενος. ἐκεῖνος σεμνύνεται τῷ θηράματι, ὁ πένης σιωπᾷ πάλιν — ὁ πένης ἑαυτόν, ὡς μηδ' ἐν τούτῳ τὴν τιμὴν ἀπεῖναι τῆς αὐτουργίας. ὁ πλούσιος δοὺς εὐθέως ἐλέγχεται· τὸ γὰρ πρᾶγμα κατάφωρον γίγνεται τῷ πλήθει τῶν ξυνεγνωκότων, ὡς μηδὲ τοὺς γείτονας μηδὲ τοὺς παριόντας τῶν ὁδοιπόρων ἀγνοῆσαι τὸ δρᾶμα. ὁ πένητι χρησάμενος φίλῳ λανθάνει· οὔτε γὰρ ὄγκος τῇ δεήσει πρόσεστι, καὶ τὴν τῶν ἔξωθεν καταβόησιν ἐκτρεπόμενος καὶ τὸ τῶν δυνατωτέρων αὐτοῦ γενέσθαι τινὰς ἀντεραστάς, ὡς ῥᾴστου τοῦ πράγματος, οὐχ ὁμολογεῖ τὴν εὐτυχίαν, ἀλλ' ἀποκρύπτεται. τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; ὁ πλούσιος — νοσοῦντι; τίς ξυναγρυπνῆσαι; τίς ξυνεξελθεῖν ἐς στρατόπεδον; τίς αὐτὸν — πλουτῶ.

η'. Εἰ ξένος — ἀνάπτεται, καὶ δεῖ τὸ μὲν λάμψαι, τὸ δ' εὐθὺς αἰσθέσθαι, διακρίσεως δ' οὐ δεῖ οὔτ' ὠσὶν οὔτ' ὄμμασιν, ἀλλ' εἰσὶ καὶ ξένοις καὶ πολίταις οἱ τῆς ψυχῆς ἄγγελοι· οὐ μὴν — ξένον, οὐδ' ὁ Ὕλλας τὸν Ἡρακλέα, οὐδ' ὁ Λικύμνιος τὸν Ῥαδάμανθυν, οὐδ' — ἀφανέστερος. εἰ δὲ δέῃ καὶ μένοντος, ἔγγραψόν με σὺ καὶ Ζεὺς γενοῦ φράτριος καὶ Ἀπόλλων πατρῷος, ἡ δὲ φυλὴ τοῦ Ἔρωτος.

ι'. Τοὺς ὄρνεις — δικτύοις, κἄν τε ἔμπορός τις ἐλθών, ποιμαίνειν μοι δοκεῖς κἂν καθῆσθαι πείθων τοὺς λίθους, κἄν τε ἐπὶ θάλατταν — ἡμέρας. καὶ μὴν καὶ ποταμοῦ πλησίον γενόμενος τὸν μὲν οὐκ οἶδα ὅπως ἠφάνισται, σὲ δὲ ῥεῖν ἀντ' ἐκείνου νομίζω καλὸν καὶ μέγα καὶ πολὺ μεῖζον τῆς θαλάττης, ἀπιδὼν — δὲ φαίνειν, ὃν ἐγὼ βούλομαι. εἰ δὲ — σέ.

ιβ'. Πόθεν μου — καὶ κάεσθε καὶ φλογίζεσθε ἀπαλλαγὴν ὧν εἵλεσθε εὑρεῖν μὴ δυνάμενοι. μακαρίων, ὦ θεοί, τῶν ἐκ γενετῆς τυφλῶν, ἐφ' οὓς ἔρως ὁδὸν οὐκ ἔχει.

ιγ'. Ὁ καλὸς — ἀνθεῖ. φεῦ, μέλλοντες ἐγηράσαμεν, σὺ μὲν θᾶττον εἶξαι μὴ θελήσας, ἐγὼ δ' ὀκνήσας δεηθῆναι. πρὶν — ὀμνύναι.

ιε'. Τί μοι — ἄπιστον καὶ καθάπερ πυρὸς ὁρμὴ σβέννυται, τὸ δὲ — ὄψεως.

ιη'. Μαλακώτερον — ῥεύματι ἐς ἀντίληψιν τῆς ἰλύος γενομένης — πόαν, καὶ τὸ ἴχνος προσκυνήσωμεν πάντες. ὦ ῥυθμοὶ — φίλημα ἐρριμμένον.

ιθ'. Μειρακίῳ πόρνῳ. Πωλεῖς σεαυτόν· καὶ γὰρ — ῥόδων ἐκείνοις μὲν ἀρέσκεις, ὅτι καὶ γυμνὸς ἕστηκας καὶ δίδως ἐς κρίσιν σεαυτόν, ὃ μόνον κάλλους ἴδιόν ἐστι παρρησίαν εὐτυχοῦντος. μὴ δὴ αἰδοῦ — οὐχ ἑνὸς καὶ ἄστρα πάντων καὶ ὁ ἥλιος — βασίλευε καὶ λάμβανε καὶ ἔτι προσκυνοῦ.

κα'. Οὖσά τις — φοβείτω. ἐμοὶ μὲν οὐδενὶ ἄλλῳ δοκεῖ προσεοικέναι φύλλα ῥόδων λυθέντων ἢ πίπτουσιν· οἱ πολλοί γε τῶν σφόδρα ἐρωτικῶν αὐτοῖς μᾶλλον ἄχθονται λυθεῖσιν ἢ χαίρουσιν ἐπιτετειχισμένοις, ἐπεὶ τὴν παρουσίαν τῆς ἡδονῆς αὐτῶν ὁ μέλλων φόβος νικᾷ. ἡ δὲ σὴ — λύεται. εἰ γὰρ ἐπιτρέψαις μοι κἂν ἕνα βόστρυχον ἐκτεμεῖν. εἰ γὰρ ἀπέλθοιμι

alterum pro robore. (3) Æschines etiam Socraticus, de quo nuper disserebas, ut qui non obscure dialogos suos castigasset, in sermone de Thargelia scripto gorgissare non dubitabat. Dicit enim hoc fere modo: « Thargelia Milesia profecta in Thessaliam cum Antiocho versabatur Thessalo, qui cunctis imperat Thessalis. » Separationes autem et commissuræ orationum Gorgiæ multis quidem locis recipiebantur, maxime vero in epicorum poetarum corpore. Iam suade tu quoque, regina, Græcorum audacissimo Plutarcho sophistis infensum esse minime, nec de Gorgia male existimare. Quod si non persuadebis, tu quidem pro sapientia tua ac prudentia quo talis nomine sit appellandus nosti, ego vero, quamvis possim dicere, non dicam.

VII. Quia — Alcibiades. Paupertas enim non est crimini neque ignominiæ, quoniam quod quisque queritur hominum, fortuna mutuo redarguit commercio. Respice — misericordi. Ille de præda gloriatur, pauper tacet. Rursus — se ipsum, ut ne in hac quidem re honor absit admotæ ab ipso operi manus. Dives eo quod dat statim convincitur, res enim palam fit multitudine eorum, qui conscii sunt, ut neque vicini, neque qui forte interveniunt viatores negotium ignorent: qui paupere utitur amico, latet; procul enim fastus abest a rogatione et aliorum calumnias evitans ac ne quis de potentioribus sibi rivalis existat, ut quæ facillima res sit, non profitetur felicitatem, sed dissimulat. Quid multa — potest. Quis una pernoctare? quis una in castra exire? quis telo — dives sum.

VIII. Quod — incidit, nec fieri potest quin hic effulgeat, illa statim persentiatur. Discrimine autem nec aures nec oculi indigent, verum et peregrinis et civibus animi nuntii sunt. At — peregrinum, neque Hyllas Herculem, neque Licymnius Rhadamanthum, neque — obscuritate. Sin vero et assiduo opus sit, tribui tuæ me adscribe et Iuppiter esto phratrius et Apollo patrius, tribus autem Amoris.

X. Aves — circumfero, et si ad montem quendam accedam, pascere mihi videris ac sedere movens lapides, sin ad mare — dici. Quin etiam prope fluvium si consistam, nescio quomodo ille mihi evanescit, te vero eius loco fluere puto pulcrum magnumque et mari multo maiorem. Sin autem — lucere, quem ego cupio. Sin — te.

XII. Qua — atque urimini et deliberate liberationem — quærentes. Beatos, o dii, eos, qui cæci nati sunt, ad quos amori nullus patet aditus.

XIII. Formosus — floret. Eheu cunctantes consenuimus, tu quidem citius nolens obsequi, ego vero precari metuens. Priusquam — iurandum.

XV. Quid — incertum et ut ignis impetus exstinguitur, quod — argumentum.

XVIII. Affectus — inhæsisse limo eam retinente atque — herbam et vestigium osculabimur omnes, o — iactum osculum.

XIX. Puero quæstum corpore facienti. Vendis te ipsum — rosas. Places illis, quod et nudus prostas et iudicio te submittis, quod solum pulcritudinis proprium est sui nactæ fiduciam. Ne — unius est et astra omnium et sol — impera et accipe et adhuc adorere.

XXI. Quæ — perterreant. Mihi quidem nulli alii rei similia videntur rosarum diffluentium folia quam morientibus. Eorum certe, qui amoribus valde dediti sunt, plerique maiore ipsis diffluentibus tristitia quam floris robore communitis gaudio afficiuntur. Tuum — diffluunt. Utinam concesseris mihi vel unum

οὕτως πνέων, ἔσῃ χαριζομένη ῥόδα μαρανθῆναι μὴ δυνάμενα.

κβ'. Ἡ καλλωπιζομένη — σεαυτῇ καὶ τεθάρρηκας, — τὰ πρόσωπα, οὐδ' ἐν ταῖς κηρίναις τέταξαι γυναιξίν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἀδόλως καλαῖς — φάρμακα.

κε'. Ἐχθές σε — ἐπεστράφης· ἢ γὰρ ἐμίσησας ἢ ἐφοβήθης ἢ οὐκ ἐγνώρισας ἢ μετενόησας.

κς'. Κελεύεις — παῦσον ὁδοιπόρον, ὃν τὸ σὸν ἄστρον ἀπώλεσεν.

κζ'. Ὡς δύσερι — δίδως ἑαυτόν· ἄνθος γὰρ καὶ βαφὴ τοῖς καλοῖς· ἀλλ' αὐχμηρὸς — καλόν· ὁ μὲν γὰρ καλλωπισμὸς ἑταιρικὸν καὶ πάνυ δεῖ δυσχεραίνειν τὴν φαρμασσομένην εὐμορφίαν ὡς πανουργίας ἐγγύς, τὸ δ' ἀκέραιον καὶ ἄκακον καὶ ἀνεπιβούλευτον μόνων ἴδιον τῶν αὐτὸ δεξαμένων τὸ κάλλος. οὕτω καὶ — εἰδότων, ὅτι πᾶν ἀληθέστερον τοῦ δεδολωμένου τὸ φύσει παρόν. οὐδεὶς — οὐδὲ λέοντας οὐδ' ὄρνιθας, ὁ δ' ἵππους καλλωπίζων χρυσῷ ἢ ἐλέφαντι ἢ ταινίαις λανθάνει λυμαινόμενος τοῦ ζῴου τὸ γαῦρον καὶ τέχνῃ παραδιδοὺς τὸ ἄσχημα ἐπανορθοῦσθαι τῆς φύσεως τὰ λείποντα.

κη'. Τὴν καλὴν — ξένων πολλάς· εἰ δὲ δοκεῖ, φέρε, ἐπὶ ξυνθήκαις γενέσθω τὸ πρᾶγμα· ἢ ἀμφότεροι μένωμεν, ἢ μετ' ἀλλήλων ἐκεῖσε ἀπέλθωμεν. οὐ δέχῃ τοῦτο; γνῶθι οὖν ὡς γενέσθαι μὲν ἰχθὺς ξένος οὐκ ἀνέχεται, χαίρει δὲ μεταβολαῖς τῆς γῆς οὔσης μιᾶς. τί γὰρ ἄλλο αἱ πατρίδες ἢ μέτρα δειλὰ ἀγεννῶν νομοθετῶν ὅροις καὶ πύλαις διαγραφόντων τὰ οἰκεῖα, ἵνα ταῖς εὐνοίαις στενοχωρώμεθα ὑπερβαίνειν ὀκνοῦντες τὸ πινάκιον τῆς χωροφιλίας; καὶ μὴν — ἔκτισιν. μή τις ἀποκλείει καὶ ξένον πῦρ οὐκ ἐναῦσαι θέλοντα, ἀλλὰ τὸ καόμενον σβέσαι; μὴ λακώνιζε — ἔχει.

κθ'. Τὰ μὲν — πικράν, ἧς ἔργα θυραυλίαι καὶ χαμαικοιτίαι καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις καὶ ἡ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε πρὸς τὸν ἀντεραστὴν μάχη. τούτων δ' εἶ πάντων σὺ τὸ φάρμακον, ἔργου ἐφημέρου ποιήματα ἀθάνατα καὶ βραχείας σώματος ἡδονῆς μνήμην ἀντιλαβοῦσα ἀγήρω. ἃ μὲν γὰρ δώσεις, κοινὰ καὶ ῥᾴδια τοῦ θήλεος παντός, ἃ δὲ κτήσῃ ἀντὶ τούτων, οὐδ' ἂν εἴποιμι ὅσα· εὔνοια καὶ μνήμη καὶ νύξ, ἀφ' ὧν καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ γίγνεται.

λγ'. Ἐξ ὑέλου — ὀμμάτων εἶναι. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον τὸ διειδές, καθάπερ τῶν ὑδάτων τοῖς ἑστηκόσι, τὰ δ' ἐν τοῖς προσώποις ἐκπώματα τῇ τ' ἄλλῃ ὑγρότητι εὐφραίνειν ἔοικε καὶ τῇ ξυνέσει τῶν φιλημάτων. ὥστ' ἐκεῖνα — ἀμπέλους.

λδ'. Οὐκ οἶδα — εὐωδίαν· εἰ δὲ καὶ ἀποδύσῃ, ἀστράπτειν τὰ ἔνδον οἶμαι. Φειδία καὶ Λύσιππε καὶ Πολύκλειτε, ὡς ταχέως ἐπαύσασθε· οὐ γὰρ ἂν πρὸ τούτου τι ἄγαλμα ἄλλο ἐποιήσατε. εὖ μὲν ἔχεις τῆς χειρὸς ἐξόχως, εὖ δὲ τῆς τῶν στέρνων εὐρύτητος, εὖ δὲ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα ῥυθμοῦ. τὰ δ' ἄλλα οὐκ οἶδα πῶς εἴπω. μάχεται τὸ κάλλος καὶ τοῦ Πριαμίδου δικαστοῦ. φεῦ, γένωμαι τίς; ταῦτ' ἐπαινέσω; καὶ μὴν ἐκεῖνα ἀμείνονα. ἐκείνοις δῶ τὴν κρίσιν; καὶ μὴν ἀνθέλκει με ταῦτα ἐπίτρεψον ἅψασθαι καὶ ἀποφαίνομαι.

λς'. Μὴ ὑποδήσῃ — ἐκ τῆς θαλάττης. οὕτω καὶ τὰς Λευκιππίδας. ἑτοίμους ἔχε τοὺς πόδας τοῖς βουλομένοις φιλεῖν καὶ μηδὲ χρυσοῦ δέου. μισῶ τὰς πέδας, ὧν ἡ πολυτέλεια τιμωρία· διαφέρει δ' ἢ χρυσῷ τινὰ ἢ σιδήρῳ δεδέσθαι; πλὴν εἰ μὴ τούτου ἐκεῖνο καὶ κάλλιον, ὅτι μετ' εὐφροσύνης ἀνιᾷ.

λη'. Ὃ τοῖς — τῶν ἵππων θαυμάζομεν τοὺς αὑτῶν ξυνιέντας καὶ λεόντων τοὺς φρονήματι χρωμένους — πολὺ κρείττων τῶν βασιλέων, εἴ γε ὑμᾶς μὲν φιλοῦμεν, ἐκείνους δὲ φοβούμεθα. μισθώματα λαμβάνεις — ποιμέσι. καὶ κιθαρῳδοῖς χαρίζῃ. οὐ μέλλεις πρὸς τὸν Ἀπόλλω βλέπουσα; σὺ δὲ μηδ' αὐλητῶν ἀπόσχου, καὶ γὰρ Μουσῶν ἡ τέχνη, μηδὲ δούλων — ἐλεύθεροι, μηδὲ τῶν ἀμφὶ κυνηγέσια καὶ θήρας ἐχόντων ** αἰσχύνεσθαι τὴν Ἀφροδίτην, ὦ καλή· μηδὲ ναυτῶν — θαλάττης. ἀλλὰ μηδὲ τῶν μισθοῦ στρατευομένων· ἀπόδυε δὲ τούτους τοὺς ὑπερηφάνους. πένησι μὲν γὰρ μηδ' ἀντείπῃς ποτέ· ἀκούουσιν αὐτῶν οἱ θεοί. τὸν μὲν γέ-

excidere cincinnum; nam si ita discedam spirans, largita fueris rosas, quæ marcescere nequeant.

XXII. Quæ — fidas teque nitaris, eo — faciem, neque in cerussatarum mulierum numero haberis, verum in eis, quæ ingenue sunt pulcræ, quales — medicamenta.

XXV. Heri — avertas. Aut enim odisti aut terreris aut non agnoscis aut pœnitentiam agis.

XXVI. Iubes — sitientem viatorem, quem tuum sidus perdidit.

XXVII. Quam — te ipsum committis; flos enim et color pulcris est, sed — pulcrum est. Munditiis enim deditum esse meretricium est, et omnino aversanda est fucata pulcritudo ut quæ a fraude absit proxime, simplicitas autem probitasque et ab insidiis aliena sinceritas solorum est propria eorum, quibus vera obtigit pulcritudo. Sic — ignorabant, quia, quod natura suppeditat, omni fucato verius est. Nemo — neque leones, neque aves. Qui vero equos auro exornat vel ebore vel tæniis, imprudens fervidam animalis lædit indolem atque arti committit munus corrigendi ea, quæ naturæ prætermissa sunt.

XXVIII. Pulcram — possent. Si autem placet, age, pacto de ea re statuatur: aut hic uterque maneamus aut simul illuc discedamus. Non accipis hoc? considera igitur, piscem peregrinum fieri non posse, lubenter tamen mutare solum, quod unum est et idem. Quid aliud enim patriæ sunt quam miseræ sordidorum legislatorum mensuræ, terminis ac portis sua circumscribentium, ut benevolentia nostra in angustum cogatur, nec audeamus migrare tabulam, qua amor in patriam imperatur? atqui — vindicandum. Num quis ædibus vel peregrinum prohibet ignem non accendere, sed flagrantem exstinguere volentem? noli — agnoscit.

XXIX. Tuos — acerbam, cuius opera sunt ad limina pernoctare et humi dormire et cum æstu atque frigore pugnare et « me tolle aut tollam te » cum rivali concertare. Horum omnium tu es remedium, pro unius diei re opera sempiterna et pro brevi corporis voluptate memoriam nacta nunquam senescentem. Nam quæ dabis, communia sunt et facilia omni feminæ, quæ autem pro his habebis, quanta sint dicere vix possum: benevolentia et memoria et nox, a quibus et mater et pater nascitur.

XXXIII. Ex vitreo — adspectu. Sed his inanimata et immota est pellucidatas quemadmodum aquis stagnantibus, quæ vero in facie sunt pocula, quum reliqua mollitie videntur oblectare, tum osculorum sensu. Quare — expetat.

XXXIV. Quid — odorem. Si autem deponas vestem, intus latentia fulgere puto. Phidia et Lysippe et Polyclete, quam intempestive esse desiistis; neque enim pro hac aliam statuam fecissetis. Præstas manus pulcritudine et pectoris latitudine et ventris elegantia. Cetera quomodo describam nescio. De præmio concertat hæc pulcritudo vel Priamida sedente iudice. Heu quo me vertam? hæc laudem? at ista meliora. Istis primas deferam? at hæc me retrahunt. Patere ut attrectem, et sententiam feram.

XXXVI. Noli — emergentem. Sic et Leucippidas. Paratos habe pedes volentibus osculari et ne auro quidem eos constringe, odi vincula, quorum pretium supplicio est. Num autem interest auro quenquam an ferro vinciri? nisi hoc illo pulcrius est, quod cum voluptate lædit.

XXXVIII. Quod — nam et equorum admiramur sibi confidentes et leonum superbientes — regibus superior. Siquidem vos amamus, illos metuimus. Mercedem — pastoribus. Et citharœdis gratificari non dubitas respiciens Apollinem. Tu vero nec tibicinibus abstineas, Musarum enim ars est, neque servos — videantur, neque qui venationem exercent ** pudere Venerem, o pulcra, neque nautas — fecit. At neque militum stipendia merentes, hos vero superbos nuda. Pauperibus enim ne verbo quidem adverseris; dii eos audiunt. Senem cole prop-

ροντα τίμησον διὰ τὴν σεμνότητα, τὸν δὲ νέον δίδαξον ὡς ἄρτι ἀρχόμενον, τὸν ξένον, ἀν σπεύδῃ, κατάσχες. ταῦτα καὶ Τιμαγόρα καὶ Λαῒς καὶ Ἀρισταγόρα καὶ τὸ Μενάνδρου Γλυκέριον, ὧν κατ' ἴχνη καὶ σὺ βαίνεις. εἰδυῖα χρῆσθαι ** παρεῖχες καὶ τὴν σὴν σοφίαν ἐπὶ καιροῦ τῶν ἔργων ἔχουσα. οὔτε γὰρ — ῥήματα.

λθ'. Μηδὲ — φιλοῦσιν· οὐκοῦν οὐδ' ἀναπνεῖν οὐδὲ κλάειν, οὐδ' ἄλλα ὅσα ἡ φύσις. μή με διώξῃς τῶν θυρῶν, ὡς τῆς πατρίδος ἡ τύχη, μηδ' ὀνειδίσῃς πρᾶγμα αὐτόματον. οὐ τὸ λαμπρὸν ἀλόγῳ τῆς δυνάμεως. ἔφευγε — ἀλλὰ δακρύων καὶ τῆς πρὸς τοὺς ἱκετεύοντας αἰδοῦς. ἀνάστησον — κατελήλυθα.

ter gravitatem, iuvenem doce tanquam tironem, hospitem, si festinet, retine. Sic et Timagora et Lais et Aristagora, Menandrique Glycerium, quarum vestigiis tu quoque incedis. Sciens uti ** præbebas etiam sapientiam tuam rerum opportunitati accommoditam habens. Neque — tua.

XXXIX. Ne — amantibus. Sin minus, nec spirare, nec lacrimare, nec alia quæ natura fert. Noli me a foribus arcere, ut a patria fortuna, neque exprobrare mihi rem, quæ sponte accidit, exulabat — verum lacrimis et erga supplices verecundia. Erige — restitutus.

ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

PISISTRATI EPISTOLA.

Σόλωνι.

Οὔτε μόνος Ἑλλήνων τυραννίδι ἐπεθέμην οὔτε οὐ προσῆκόν μοι, γένους ὄντι τῶν Κοδριδῶν. ἀνέλαβον γὰρ ἐγὼ ἃ ὀμόσαντες Ἀθηναῖοι παρέξειν Κόδρῳ τε καὶ τῷ ἐκείνου γένει ἀφείλοντο. τά τε ἄλλα ἁμαρτάνω οὐδὲν ἢ περὶ θεοὺς ἢ περὶ ἀνθρώπους, ἀλλὰ καθ' ὅ τι σὺ διέθηκας τοὺς θεσμοὺς Ἀθηναίοις ἐπιτρέπω πολιτεύειν. καὶ ἄμεινόν γε πολιτεύουσιν ἢ κατὰ δημοκρατίαν· οὐκ ἐῶ γὰρ οὐδένα ὑβρίζειν, καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ οὐ πλέον τι φέρομαι τἀξιώματος καὶ τῆς τιμῆς, ὁποῖα δὲ καὶ τοῖς πρόσθεν βασιλεῦσιν ἦν τὰ ῥητὰ γέρα. ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὑτοῦ κλήρου δεκάτην, οὐκ ἐμοί, ἀλλ' ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας δημοτελεῖς καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν κοινῶν καὶ ἢν πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ. σοὶ δ' ἐγὼ οὔτι μέμφομαι μηνύσαντι τὴν ἐμὴν διάνοιαν· εὐνοίᾳ γὰρ τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ ἐμὸν ἔχθος ἐμήνυες, ἔτι τε ἀμαθίᾳ τῆς ἀρχῆς, ὁποίαν τινὰ ἐγὼ καταστήσομαι. ἐπεὶ μαθὼν τάχ' ἂν ἠνέσχου καθισταμένου, οὐδ' ἔφυγες. ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πιστεύων μοι καὶ ἀνωμότῳ ἄχαρι μηδὲν πείσεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιστράτου· ἴσθι γὰρ μηδ' ἄλλον τινὰ πεπονθέναι τῶν ἐμοὶ ἐχθρῶν. εἰ δὲ ἀξιώσεις τῶν ἐμῶν φίλων εἷς εἶναι, ἔσῃ ἀνὰ πρώτους· οὐ γάρ τι ἐν σοὶ ἐνορῶ δολερὸν ἢ ἄπιστον· εἴτε ἄλλως Ἀθήνῃσιν οἰκεῖν, ἐπιτετράψεται. ἡμῶν δὲ οὕνεκα μὴ ἐστέρησο τῆς πατρίδος.

Soloni.

Neque solus Græcorum tyrannidem arripui, neque ut qui a Codro genus repetam rem a me alienam usurpavi. Recepi enim ego quæ postquam Codro eiusque posteris se præbituros iureiurando se obstrinxerant Athenienses abstulerunt. Ceterum nihil delinquo vel in deos vel in homines, verum secundum leges, quos tu dedisti, permitto Atheniensibus vivere. Et melius quidem vivunt quam si libera esset civitas : non enim patior cuiquam fieri iniuriam : neque ego tyrannus auctoritate atque honore antiquis præsto regibus, contentus iis quæ olim illis ex pacto tribui solebant. Ac solvit Atheniensium quivis suarum rerum decimam non mihi, sed ut sit quod in sacrificia publica insumatur et si qua alia re civitas indiget aut quando bellum ingruat. Tibi vero ego non succenseo, quod mentem meam detexeris : civitatis enim studio magis quam mei odio detexisti, prætereaque quale imperium constiturus essem nescius. Nam si scivisses, fortasse æquo animo toleravisses, neque in exilium abiisses. Redi igitur in patriam bona fide mihique et iniurato credens, nihil fore periculi a Pisistrato Soloni. Scito enim neque alium qnenquam inimicorum meorum mali quicquam a me perpessum. Tu vero, si placuerit ex amicis meis esse, eris inter primos : nihil enim video in te fraudis aut perfidiæ · sin alio quovis modo habitare Athenis velis, in tuo arbitrio hoc esto positum. Nostra caussa ne careas patria.

ΠΙΤΤΑΚΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

PITTACI EPISTOLA.

Κροίσῳ.

Κέλεαί με ἱκνέεσθαι ἐς Λυδίην, ὅπως σοι τὸν ὄλβον ἴδοιμι· ἐγὼ δὲ καὶ μὴ ὁρεὶς πέπεισμαι τὸν Ἀλυάττεω παῖδα τῶν βασιλήων πολυχρυσότατον πέλειν. οὐδέν τε πλέον ἄμμιν ἱκομένοις ἐς Σάρδις· χρυσοῦ γὰρ οὐ δεύμεθα, ἀλλὰ πέπαμαι ἄρχια καὶ τοῖς ἐμοῖς ἑτάροις. ἔμπας δ' ἵξομαι, ὡς ἀνδρὶ ξείνῳ γενοίμην τοι συνόμιλος.

Crœso.

Iubes me in Lydiam venire ad spectandas opes tuas: ego vero his etiam non conspectis persuasum habeo Alyattis filium regum omnium esse opulentissimum. Neque amplius quicquam Sardes profecti habituri sumus: auro enim non indigemus, sed possideo quantum satis et amicis meis sit. Veniam tamen, ut tibi hospitali viro fiam familiaris.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PLATONIS EPISTOLÆ.

α'. Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν.

(309) Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον καὶ διοικῶν τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν πεπιστευμένος πάντων μάλιστα, τὰς ὠφελείας ὑμῶν λαμβανόντων, τὰς διαβολὰς δυσχερεῖς οὔσας ὑπέμενον· ᾔδη γὰρ ὅτι τῶν ὠμοτέρων οὐδὲν ἐμοῦ συνεθέλοντος ὑμῖν δόξει πεπρᾶχθαι· πάντες γὰρ οἱ συμπολιτευόμενοι μεθ' ὑμῶν ὑπάρχουσί μοι μάρτυρες, ὧν ἐγὼ πολλοῖς συνηγωνισάμην, ἀπολύσας αὐτοὺς οὐ σμικρᾶς ζημίας. αὐτοκράτωρ δὲ πολλάκις τὴν ὑμετέραν πόλιν διαφυλάξας ἀπεπέμφθην ἀτιμότερον ἢ πτωχὸν ὑμῶν ἀποστελλόντων προσήκει καὶ κελευόντων ἐκπλεῦσαι, τοσοῦτον παρ' ὑμῖν διατρίψαντα χρόνον. ἐγὼ μὲν οὖν περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύσομαι τὸν λοιπὸν τρόπον ἀπανθρωπότερον, σὺ δὲ τοιοῦτος ὢν τύραννος οἰκήσεις μόνος. τὸ δὲ χρυσίον τὸ λαμπρόν, ὅπερ ἔδωκας εἰς ἀποστολήν, ἄγει σοι Βακχεῖος ὁ τὴν ἐπιστολὴν φέρων· οὔτε γὰρ ἐφόδιον ἐκεῖνό γ' ἦν ἱκανὸν οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον ξυμφέρον, ἀδοξίαν δὲ πλείστην μὲν τῷ διδόντι σοὶ παρασκευάζον, οὐ πολλῷ δὲ ἔλαττω κἀμοὶ λαμβάνοντι. διόπερ οὐ λαμβάνω. σοὶ δ' οὐδὲν διαφέρει δῆλον ὅτι καὶ λαβεῖν καὶ δοῦναι τοσοῦτον, ὥστε κομισάμενος ἄλλον τινὰ τῶν ἑταίρων θεράπευσον ὥσπερ ἐμέ· κἀγὼ γὰρ ἱκανῶς ὑπὸ σοῦ τεθεράπευμαι. καί μοι τὸ τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σοι πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων

εὔξει τοιοῦτον ἄνδρα σοι παρεστάναι.

ὑπομνῆσαι δέ σε βούλομαι διότι καὶ τῶν ἄλλων τραγῳδοποιῶν οἱ πλεῖστοι, ὅταν ὑπό τινος ἀποθνήσκοντα τύραννον εἰσάγωσιν, ἀναβοῶντα ποιοῦσι

(310) φίλων ἔρημος, ὦ τάλας, ἀπόλλυμαι,

χρυσίου δὲ σπάνει ἀπολλύμενον οὐδεὶς πεποίηκε. κἀκεῖνο δὲ τὸ ποίημα τοῖς νοῦν ἔχουσιν οὐ κακῶς ἔχειν δοκεῖ

οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς σπανιώτατος ἐν θνατῶν δυσελπίστῳ βίῳ,
οὐδ' ἀδάμας οὐδ' ἀργύρου κλῖναι πρὸς ἄνθρωπον δοκιμαζόμεν' [ἀστράπτει πρὸς ὄψεις,
οὐδὲ γαίας εὐρυπέδου γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι,
ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.

ἔρρωσο, καὶ γίγνωσκε τοσοῦτον ἡμῶν διημαρτηκώς, ἵνα πρὸς τοὺς ἄλλους βέλτιον προσφέρῃ.

I. Dion Dionysio bene agere.

(309) Ego dum apud vos diuturna opera ita imperium vestrum administrarem, ut ceteris utilitates vestras captantibus fidei dignitate præstarem, gravibus calumniis me subposui. Sciebam enim, quod me vobiscum una res vestras administrante, crudele nihil commisisse unquam videremini. Omnes autem, qui eadem in gubernatione versati sunt, testes mihi esse possunt; quorum ego permultos summo conatu a damnis non mediocribus liberavi. Imperio quin etiam apud vos fungens, civitatem vestram sæpius custodivi. Tandem vero ignominiosius a vobis expulsus sum, quam vilissimum aliquem expelli conveniat, ipse ego iussus a vobis abire, qui tam diuturnam operam vestris sum commodis impartitus. Igitur posthac modo quodam inhumaniori mihi ipsi consulam, tu autem talis tyrannus gubernabis solus. Pecuniam vero illam egregiam, abs te in viaticum missam, per Bacchium hunc una cum his literis ad te remitto. Neque enim ad viaticum sufficit, neque ad ceteram vitam satis est utilis : tibique danti dedecus allatura maximum, et mihi non multo minus accipienti. Itaque illam accipere nolui. Tua vero nihil interest et dare et accipere tantundem : sed illa recepta tuorum quemvis alterum honorabis, quemadmodum me honorasti. Ego enim abs te satis iam sum honoratus. Et mihi opportune nunc Euripidis illud venit in mentem, Te rebus quandoque poscentibus

talem tibi virum assistere optaturum.

Meminisse autem te volo, et alios tragicos plurimos, cum tyrannum aliquem pereuntem inducunt, huiusmodi illi voces attribuere :

(310) Heu miser, pereo, nullis fultus amicis.

Auri vero defectu pereuntem aliquem nullus adhuc retulit poetarum. Illud quoque poeticum mentem habentibus valde probatur

Non auri fulgor, in misera mortalium vita rarissimi,
non adamas, non argenteæ mensæ, quæ apud homines haben- [tur in pretio, ita oculis coruscant,
neque lati fundi aut pinguia cultu tantum valent ad vitam,
quantum mens bonorum virorum consentiens.

Vale : atque considera tantum erga nos erratum, quo erga ceteros probabilius te geras.

β. Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν.

Ἤκουσα Ἀρχεδήμου, ὅτι σὺ ἡγεῖ χρῆναι περὶ σοῦ μὴ μόνον ἐμὲ ἡσυχίαν ἄγειν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐπιτηδείους τοῦ φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν περὶ σοῦ· Δίωνα δὲ μόνον ἐξαίρετον ποιεῖ. οὗτος δὲ ὁ λόγος σημαίνει, ὅτι οὐκ ἄρχω ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων· εἰ γὰρ ἦρχον ἐγὼ οὕτω τῶν τε ἄλλων καὶ σοῦ καὶ Δίωνος, πλείω ἂν ἦν ὑμῖν τε πᾶσιν ἀγαθὰ τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἐγώ φημι. νῦν δὲ μέγας ἐγώ εἰμι ἐμαυτὸν παρέχων τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον. καὶ ταῦτα λέγω ὡς οὐχ ὑγιές τι Κρατιστόλου καὶ Πολυξένου πρὸς σὲ εἰρηκότων, ὧν φασὶ λέγειν τὸν ἕτερον ὅτι ἀκούσαι Ὀλυμπίασι πολλῶν τινῶν τῶν μετ' ἐμοῦ σε κακηγορούντων. ἴσως γὰρ ὀξύτερον ἐμοῦ ἀκούει· ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἤκουσα. χρὴ δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὑτωσί σε ποιεῖν τοῦ λοιποῦ, ὅταν τι τοιοῦτον λέγῃ τις περὶ ἡμῶν τινός, γράμματα πέμψαντα ἐμὲ ἐρέσθαι· ἐγὼ γὰρ τἀληθῆ λέγειν οὔτε ὀκνήσω οὔτε αἰσχυνοῦμαι. ἐμοὶ δὲ δὴ καὶ σοὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους οὑτωσὶ τυγχάνει ἔχοντα· οὔτε αὐτοὶ ἀγνῶτές ἐσμεν οὐδενὶ Ἑλλήνων ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὔτε ἡ συνουσία ἡμῶν σιγᾶται. μὴ λανθανέτω δέ σε ὅτι οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον σιγηθήσεται· τοιοῦτοι οἱ παραδεδεγμένοι εἰσὶν αὐτήν, ἅτε οὐκ ὀλίγην γεγενημένην οὐδ' ἠρέμα. τί οὖν δὴ λέγω; νυνὶ ἐρῶ ἄνωθεν ἀρξάμενος. πέφυκε ξυνιέναι εἰς ταὐτὸ φρόνησίς τε καὶ δύναμις μεγάλη, καὶ ταῦτ' ἄλλῃλ' ἀεὶ διώκει καὶ ζητεῖ καὶ ξυγγίγνεται· ἔπειτα καὶ οἱ ἄνθρωποι χαίρουσι περὶ τούτων αὐτοί τε διαλεγόμενοι καὶ ἄλλων ἀκούοντες ἔν τε ἰδίαις ξυνουσίαις καὶ ἐν ταῖς ποιήσεσιν, (311) οἷον καὶ περὶ Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παραφέροντες, ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· καὶ Περίανδρον τὸν Κορίνθιον καὶ Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ὑμνεῖν εἰώθασιν ἅμα, καὶ Περικλέα καὶ Ἀναξαγόραν, καὶ Κροῖσον αὖ καὶ Σόλωνα [ὡς σοφοὺς καὶ Κῦρον ὡς δυνάστην.] καὶ δὴ ταῦτα μιμούμενοι οἱ ποιηταὶ Κρέοντα μὲν καὶ Τειρεσίαν συνάγουσι, Πολύειδον δὲ καὶ Μίνω, Ἀγαμέμνονα δὲ καὶ Νέστορα καὶ Ὀδυσσέα καὶ Παλαμήδη· ὡς δ' ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ Προμηθέα Διὶ ταύτῃ πῃ συνῆγον οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι. τούτων δὲ τοὺς μὲν εἰς διαφοράν, τοὺς δ' εἰς φιλίαν ἀλλήλοις ἰόντας, τοὺς δὲ τοτὲ μὲν εἰς φιλίαν τοτὲ δ' εἰς διαφοράν, καὶ τὰ μὲν ὁμονοοῦντας τὰ δὲ διαφερομένους ᾄδουσι. πάντα δὴ ταῦτα λέγω τόδε βουλόμενος ἐνδείξασθαι, ὅτι οὐκ ἐπειδὰν ἡμεῖς τελευτήσωμεν καὶ οἱ λόγοι οἱ περὶ ἡμῶν σεσιγήσονται. ὥστ' ἐπιμελητέον αὐτῶν ἐστίν· ἀνάγκη γάρ, ὡς ἔοικε, μέλειν ἡμῖν καὶ τοῦ ἔπειτα χρόνου, ἐπειδὴ καὶ τυγχάνουσι κατά τινα φύσιν οἱ μὲν ἀνδραποδωδέστατοι οὐδὲν φροντίζοντες αὐτοῦ, οἱ δ' ἐπιεικέστατοι πᾶν ποιοῦντες ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὖ ἀκούσωσιν. ὃ δὴ καὶ ἐγὼ τεκμήριον ποιοῦμαι ὅτι ἔστι τις αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι τῶν ἐνθάδε· αἱ γὰρ

II. Plato Dionysio bene agere.

Audivi ex Archedemo te censere, non solum me sed familiares etiam meos, præter unicum Dionem, nihil mali adversus te loqui debere vel agere. Hoc autem, quod de Dione excipis, ostendit me in familiares meos imperium non habere. Si enim haberem cum in alios tum in Dionem ac te imperium, tam vobis quam ceteris Græcis bona, ut arbitror, plurima provenirent. Nunc autem in hoc dumtaxat magnus sum, quod me ipsum præsto rationi meæ obedientem. Atque hæc dico, quia nihil sinceri Cratistolus et Polyxenus ad te detulerunt. Quorum alterum dicere ferunt audisse Olympiis multos eorum qui mecum erant, de te obloquentes. Forsitan acutius, quam ego, ille audit. Ego enim tale nihil audivi. Videtur autem mihi posthac, quotiens huiuscemodi aliquid ad te defertur, te ita facere oportere, ut scribas ad me et rem ipsam perquiras. Ego enim verum fateri nec formidabo nec erubescam. Mihi autem et tibi ita se res invicem habet. Neque nos alicui, ut ita dicam, Græcorum incogniti sumus, neque familiaritatem nostram huius seculi homines conticescunt, certum quoque illud habeto, neque posteros tacituros. Tales sunt, qui eam exceperunt, utpote neque parvam neque obscuram. Quorsum hæc? statim aperiam, superius aliquanto exorsus. Naturæ quidem lege sapientia potentiaque excellens in idem tendunt, semperque ista duo se invicem affectant, persequuntur, congrediuntur, deinde etiam istis homines admodum delectantur, quotiens sive in carminibus poetarum sive privatis colloquiis huiusmodi quædam referunt aut audiunt : (311) ceu cum de Hierone et Pausania Lacedæmonio loquuntur homines, gaudent Simonidis familiaritatem, quæ cum illis fuit, commemorare et quæ ad eos dixit fecitque referre. Similiter Periandrum Corinthium et Thaletem Milesium una celebrare consueverunt, Periclem et Anaxagoram, Crœsum atque Solonem, ut sapientes, et Cyrum, ut potentem. Atqui hæc imitati poetæ Creontem et Tiresiam simul inducunt, Polyidumque et Minoa, Agamemnonem et Nestorem, Ulixem et Palamedem; atque, ut mihi videtur, eadem ratione prisci homines Iovi Prometheum coniunxerunt. Horum vero alios consentientes alios dissentientes inducunt : alios autem quandoque concordes, quandoque vero discordes : eorumque tam dissensiones quam consensiones canunt. Cuncta vero hæc ideo dixi, ut illud ostenderem, quod etiam cum mortui fuerimus, de nobis homines non silebunt; quocirca non negligendum a nobis, sed curam habendum temporis subsequentis. Fit enim natura quadam, ut ignavissimi homines nihil curent quæ sit de ipsis futura opinio : probatissimi autem viri cuncta faciant, quo in futuris seculis bene de se loquentes homines audiant, quam ego coniecturam facio, esse aliquem sensum iis, qui mortui sunt, rerum nostrarum, quoniam optimi animi sic fore divinant,

βέλτισται ψυχαὶ μαντεύονται ταῦτα οὕτως ἔχειν, αἱ δὲ μοχθηρόταται οὔ φασι, κυριώτερα δὲ τὰ τῶν θείων ἀνδρῶν μαντεύματα ἢ τὰ τῶν μή. οἶμαι δ' ἔγωγε τοῖς ἔμπροσθεν, περὶ ὧν λέγω, εἰ ἐξείη αὐτοῖς ἐπανορθώσασθαι τὰς αὑτῶν συνουσίας, πάνυ ἂν σπουδάσαι ὥστε βελτίω λέγεσθαι περὶ αὐτῶν ἢ νῦν. τοῦτο οὖν ἡμῖν ἔτι, σὺν θεῷ εἰπεῖν, ἔξεστιν, εἴ τι ἄρα μὴ καλῶς πέπρακται κατὰ τὴν ἔμπροσθεν συνουσίαν, ἐπανορθώσασθαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ· περὶ γὰρ φιλοσοφίαν φημὶ ἐγὼ τὴν ἀληθινὴν δόξαν ἔσεσθαι ἡμῶν μὲν ὄντων ἐπιεικῶν βελτίω, φαύλων δὲ τοὐναντίον. καίτοι περὶ τούτου ἡμεῖς ἐπιμελούμενοι οὐδὲν ἂν εὐσεβέστερον πράττοιμεν, οὐδ' ἀμελοῦντες ἀσεβέστερον. ὡς δὴ δεῖ γίγνεσθαι, καὶ τὸ δίκαιον ᾗ ἔχει, ἐγὼ φράσω. ἦλθον ἐγὼ εἰς Σικελίαν δόξαν ἔχων πολὺ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διαφέρειν, βουλόμενος δὲ [ἐλθὼν εἰς Συρακούσας] συμμάρτυρα λαβεῖν σέ, (312) ἵνα δή μοι τιμῷτο φιλοσοφία καὶ παρὰ τῷ πλήθει. τοῦτο δ' οὐκ εὐαγές μοι ἀπέβη. τὸ δ' αἴτιον οὐ λέγω ὅπερ ἂν πολλοὶ εἴποιεν, ἀλλ' ὅτι ἐφαίνου οὐ πάνυ ἐμοὶ πιστεύειν σύ, ἀλλ' ἐμὲ μέν πως ἀποπέμψασθαι ἐθέλειν, ἑτέρους δὲ μεταπέμψασθαι, καὶ ζητεῖν τὸ πρᾶγμα τί τὸ ἐμόν ἐστιν, ἀπιστῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις βοῶντες πολλοὶ ἦσαν, λέγοντες ὡς σὺ ἐμοῦ μὲν καταπεφρόνηκας, ἄλλα δὲ ἐσπούδακας. ταῦτα δὴ διαβεβόηται· ὃ δὲ μετὰ ταῦτα δίκαιόν ἐστι ποιεῖν, ἄκουε, ἵνα σοι καὶ ἀποκρίνωμαι ὃ σὺ ἐρωτᾷς, πῶς χρὴ ἔχειν ἐμὲ καὶ σὲ πρὸς ἀλλήλους. εἰ μὲν ὅλως φιλοσοφίας καταπεφρόνηκας, ἐᾶν χαίρειν· εἰ δὲ παρ' ἑτέρου ἀκήκοας ἢ αὐτὸς βελτίονα εὕρηκας τῶν παρ' ἐμοί, ἐκεῖνα τίμα· εἰ δ' ἄρα τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἀρέσκει, τιμητέον καὶ ἐμὲ μάλιστα. νῦν οὖν, ὥσπερ καὶ ἐξ ἀρχῆς, σὺ καθηγοῦ, ἕψομαι δὲ ἐγώ· τιμώμενος μὲν γὰρ ὑπὸ σοῦ τιμήσω σέ, μὴ τιμώμενος δὲ ἡσυχίαν ἄξω. ἔτι δὲ σὺ μὲν ἐμὲ τιμῶν καὶ τούτου καθηγούμενος φιλοσοφίαν δόξεις τιμᾶν, καὶ αὐτὸ τοῦτο, ὃ διεσκόπεις καὶ ἄλλως, πρὸς πολλῶν εὐδοξίαν σοι οἴσει ὡς φιλοσόφῳ ὄντι· ἐγὼ δὲ σὲ τιμῶν μὴ τιμῶντα πλοῦτον δόξω θαυμάζειν τε καὶ διώκειν, τοῦτο δ' ἴσμεν ὅτι παρὰ πᾶσιν ὄνομα οὐ καλὸν ἔχει. ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, σοῦ μὲν τιμῶντος ἀμφοτέροις κόσμος, ἐμοῦ δ' ὄνειδος ἀμφοῖν. περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα.

Τὸ δὲ σφαιρίον οὐκ ὀρθῶς ἔχει· δηλώσει δέ σοι Ἀρχέδημος, ἐπειδὰν ἔλθῃ. καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦδε, ὃ τούτου τιμιώτερόν τ' ἐστὶ καὶ θειότερον, καὶ μάλα σφόδρ' αὐτῷ δηλωτέον, ὑπὲρ οὗ σὺ πέπομφας ἀπορούμενος. φῂς γὰρ δὴ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον, οὐχ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαί σοι περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει. περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὀρέγεται

deterrimi autem nequaquam. Validiora vero sunt divinorum virorum præsagia, quam aliorum. Puto autem, si liceret superioribus illis defunctis, de quibus loquor, suam consuetudinem emendare, plurimum operam adhibituros, ut meliores de se quam nunc opiniones circum ferantur. Hoc nobis quidem etiam nunc, favente deo, facere licet, et, si quid in superiori familiaritate nostra non recte factum est, tam factis quam dictis emendare illud atque corrigere, ut vera et optima, præsertim quantum ad philosophiam attinet, de nobis supersit opinio, ac fama nostrarum verum siquidem bona est, melior, sin mala, bona efficiatur. Atqui nos ista curantes nihil religiosius agere possemus, et negligentes nihil profanius. Quemadmodum autem hoc fieri conveniat ac iuste fieri possit, ego iam dicam. Quando in Siciliam veni, fama erat me permultum inter eos, qui tunc philosophabantur, excellere. (312) Cupiebam etiam cum Syracusas venissem, opinionis illius testem habere te, ut etiam apud multitudinem philosophia mihi honoraretur. Verum non satis prospere mihi res illa successit. Causam vero huius rei non illam fuisse dico, quam plerique existimarent : sed illam fuisse causam assero, quod tu non satis mihi credere visus es, sed me quodam modo dimittere velle, alios vero vocare, et quærere, quid mihi esset negotii, cum diffidentia quadam, ut mihi videbatur. Et qui de iis loquebantur, permulti erant, affirmantes, quod me quidem contemneres atque ad alia animum intendisses. Hæc igitur tunc fama increbuit. Quid autem post hæc fieri oporteat, iam audi · ut ad illud, quod interrogasti, respondeam, quo pacto nos invicem gerere debeamus. Si tu quidem omnino philosophiam spernis, valere sinamus; sin autem vel ab alio audisti vel ipse per te invenisti meliora quam ea, quæ a me traduntur, illa complectere. Quod si nostra tibi placent, nos quoque maxime honorare debes. Nunc autem, tanquam ab initio, tu ducas, ego sequar. Honoratus enim a te honorabo te : non honoratus autem conquiescam. Præterea si tu honorare prius me cœperis, philosophiam videberis honorare : idque apud multitudinem, quod tu imprimis cupiebas, tibi gloriam pariet, tanquam sapientiæ amatori. Sin autem ego te honoravero, me minime honorantem, divitias admirari videbor et sequi. Hoc vero quam turpe ab omnibus censeatur, non ignoramus. Ut autem summatim dicam, te honorante, ambobus honor erit : me autem honorante, ambobus infamia. Et de his quidem satis.

Summa vero ipsa non recte se habet. Narrabit vero ipse tibi Archedemus, cum ad te redierit. Illud autem pretiosius et divinius, de quo per illum me interrogas, omnino ipsi est ostendendum. Ais enim, ut ille refert, non sufficienter tibi a me de prima natura demonstratum fuisse. Dicendum est igitur tibi nunc per ænigmata quædam, ut si quid huic tabellæ vel mari vel terra contingat, qui eam legerit, intelligere non valeat. Est autem ita. Circa omnium regem cuncta sunt : ipsius gratia omnia, ipse pulchrorum omnium causa : circa secundum secunda : tertia circa tertium. Humanus animus affectat, qualia illa

μαθεῖν ποῖ' ἄττα ἐστί, βλέπουσα εἰς τὰ αὑτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν ἱκανῶς ἔχει. (313) τοῦ δὴ βασιλέως πέρι καὶ ὧν εἶπον, οὐδέν ἐστι τοιοῦτον. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἡ ψυχή φησιν — ἀλλὰ ποῖόν τι μὴν τοῦτ' ἐστίν, ὦ παῖ Διονυσίου καὶ Δωρίδος, τὸ ἐρώτημα, ὃ πάντων αἴτιόν ἐστι κακῶν, μᾶλλον δὲ ἡ περὶ τούτου ὠδὶς ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένη, ἣν εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται, τῆς ἀληθείας ὄντως οὐ μή ποτε τύχῃ; σὺ δὲ τοῦτο πρὸς ἐμὲ ἐν τῷ κήπῳ ὑπὸ ταῖς δάφναις αὐτὸς ἔφησθα ἐννενοηκέναι καὶ εἶναι σὸν εὕρημα· καὶ ἐγὼ εἶπον, ὅτι τοῦτο εἰ φαίνοιτό σοι οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἂν εἴης λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς. οὐ μὴν ἄλλῳ γέ ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' ἂν εὑρηκότι, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἴη. σὺ δὲ ἴσως μὲν ἀκούσας του, τάχα δ' ἂν θείᾳ μοίρᾳ κατὰ τοῦθ' ὁρμήσας, ἔπειτα αὐτοῦ τὰς ἀποδείξεις ὡς ἔχων βεβαίως οὐ κατέδησας, ἀλλ' ἄττεις ποτὲ μὲν οὕτω, ποτὲ δὲ ἄλλως περὶ τὸ φανταζόμενον, τὸ δὲ οὐδέν ἐστι τοιοῦτον. καὶ τοῦτο οὐ σοὶ μόνῳ γέγονεν, ἀλλ' εὖ ἴσθι μηδένα πώποτέ μου τὸ πρῶτον ἀκούσαντα ἔχειν ἄλλως πως ἢ οὕτω κατ' ἀρχάς, καὶ ὁ μὲν πλείω ἔχων πράγματα ὁ δὲ ἐλάττω μόγις ἀπαλλάττονται, σχεδὸν δὲ οὐδεὶς ὀλίγα. τούτων δὴ γεγονότων καὶ ἐχόντων οὕτω σχεδὸν κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν εὑρήκαμεν ὃ σὺ ἐπέστειλας, ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν. ἐπεὶ γὰρ βασανίζεις αὐτὰ ξυγγιγνόμενός τε ἄλλοις καὶ παραθεώμενος παρὰ τὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὰ καθ' αὑτά, νῦν σοι ταῦτά τε, εἰ ἀληθὴς ἡ βάσανος, προσφύσεται, καὶ οἰκεῖος τούτοις τε καὶ ἡμῖν ἔσει. πῶς οὖν ταῦτ' ἔσται καὶ πάντα ἃ εἰρήκαμεν; τὸν Ἀρχέδημον νῦν τε ὀρθῶς ἐποίησας πέμψας, καὶ τὸ λοιπόν, ἐπειδὰν ἔλθῃ πρὸς σὲ καὶ ἀπαγγείλῃ τὰ παρ' ἐμοῦ, μετὰ ταῦτα ἴσως ἄλλαι σε ἀπορίαι λήψονται. πέμψεις οὖν αὖθις, ἂν ὀρθῶς βουλεύῃ, παρ' ἐμὲ τὸν Ἀρχέδημον, ὁ δ' ἐμπορευσάμενος ἥξει πάλιν· καὶ τοῦτο ἐὰν δὶς ἢ τρὶς ποιήσῃς καὶ βασανίσῃς τὰ παρ' ἐμοῦ πεμφθέντα ἱκανῶς, θαυμάζοιμ' ἂν εἰ μὴ τὰ πρὶν ἀπορούμενα πολύ σοι διοίσει ἢ τὰ νῦν. θαρροῦντες οὖν ποιεῖτε οὕτως· οὐ μὴ γάρ ποτε τῆς ἐμπορίας ταύτης οὔτε σὺ στείλῃς οὔτε Ἀρχέδημος ἐμπορεύσηται καλλίω καὶ θεοφιλεστέραν. (314) εὐλαβοῦ μέντοι μή ποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους· σχεδὸν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. πολλάκις δὲ λεγόμενα καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα καὶ πολλὰ ἔτη μόγις ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας. ὃ δὲ θαυμαστὸν αὐτοῦ γέγονεν, ἄκουσον. εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ἀκηκοότες καὶ πλείους, δυνατοὶ μὲν μαθεῖν, δυνατοὶ δὲ μνημονεῦσαι καὶ βασανίσαντες πάντῃ πάντως κρῖναι, γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκοότες, οἳ νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι νῦν πιστότατα καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι, ἃ δὲ τότε πιστότατα, νῦν τοὐναντίον. πρὸς ταῦτ' οὖν σκοπῶν εὐ-

sint, intelligere, aspiciens in ea, quæ sibi cognata sunt: (313) quorum nihil sufficienter se habet. Sed in rege ipso et in his, quæ dixi, nihil est tale. Quod autem post hoc est, animus dicit. At enim qualis hæc tua interrogatio est, Dionysii et Doridis fili, quæ malorum omnium causa est? Immo vero magis huius stimulus quidam animo nostro ingenitus: quem nisi quis eruat, veritatem certe nunquam assequetur. Tu hoc ad me in hortis, cum essemus sub lauris, excogitavisse dixisti: ac tuam fuisse inventionem. Et ego inquam, si hoc ita se habere tibi videretur, multis me disputationibus liberasses: nec alium unquam huius inventorem reperisse: plurimamque investigationem meam circa id versari. Tu forsan, aliquo audito, divina quadam sorte inde progressus es. Demonstrationes autem eius rei nunquam firmas, sed alias aliter protulisti, quatenus phantasia coniectabas. Hoc autem nihil est tale, et hoc non tibi soli contigit. Sed certe scito neminem, quando primum me audit, aliter affici. Et alius quidem magis, alius vero minus defatigatus vix tandem a labore cessant. Omnes autem ferme laborant non parum. Hæc autem cum ita sint et fuerint, fere invenimus, ut opinor, quod tu per epistolam petiisti, quemadmodum oportet invicem nos habere. Postquam vero hæc et per se discusseris et cum aliorum opinionibus comparaveris: modo rectum examen peregeris, consentientem nobis te et nostris præbebis. Quonam igitur pacto hæc et alia, quæ diximus, fient? Recte tu quidem ea de causa Archedemum ad nos misisti. Ac postquam ad te reversus sententiam tibi meam retulerit, dubitationes aliæ te forsitan capient: tu vero si recte tibi consules, mittes iterum ad me Archedemum: ille rursus, quasi mercator, non sine lucro redibit. Quod si bis aut ter feceris, atque illa, quæ mittimus, diligenter examinaveris, mirabor equidem, si non multo melius quam nunc ad ea, quæ dubitas, te habeas. Audacter igitur id agatis. Neque enim vel tu vel Archedemus negotiationem ullam suscipere potest, quæ aut honestior sit aut deo acceptior. (314) Cave tamen, ne excidant hæc unquam in aures hominum disciplinæ eruditionisque expertium. Nulla sunt enim, ut mea fert opinio, quæ dicta ad populum magis ridicula videantur: neque quæ apud ingenuos prolata magis mirabilia et divina. Sæpe vero dicta semperque audita et multis annis vix tandem, velut aurum, cum magno labore purificantur. Nam quod in hac re mirabile contingere consuevit, id audi. Sunt complures homines, qui ista iam audiverunt, pollentes acumine, pollentes memoria, in examinando et iudicando sollertes, provecti iam ætate, neque minus triginta annis hæc audiverunt: hi tamen affirmant, quæ auditu quondam incredibilia maxime videbantur, ea sibi nunc primum valde credibilia videri atque perspicua: et quæ tunc probabilissima, ea nunc sibi contra videri. Hæc igitur intuens cave, ne quando te pœniteat eorum, quæ tibi

λαβοῦ μή ποτέ σοι μεταμελήσῃ τῶν νῦν ἀναξίως ἐκπεσόντων. μεγίστη δὲ φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν ἀλλ' ἐκμανθάνειν· οὐ γὰρ ἔστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. διὰ ταῦτα οὐδὲν πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα, οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν οὐδ' ἔσται, τὰ δὲ νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶ καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. ἔρρωσο καὶ πείθου, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκαυσον.

Ταῦτα μὲν ταύτῃ. περὶ δὲ Πολυξένου ἐθαύμασας ὅτι οὐ πέμψαιμί σοι. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Λυκόφρονος καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρὰ σοὶ ὄντων λέγω καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ διαλεχθῆναι καὶ φύσει καὶ τῇ μεθόδῳ τῶν λόγων πάμπολυ διαφέρεις αὐτῶν, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἑκὼν ἐξελέγχεται, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' ἄκοντες. καὶ δοκεῖς μέντοι πάνυ μετρίως κεχρῆσθαί τε αὐτοῖς καὶ δεδωρῆσθαι. ταῦτα μὲν περὶ τούτων, πολλὰ ὡς περὶ τοιούτων· Φιλιστίωνι δέ, εἰ μὲν αὐτὸς χρῇ, σφόδρα χρῶ, εἰ δὲ οἷόν τε, Σπευσίππῳ χρῆσον καὶ ἀπόπεμψον. δεῖται δὲ σοῦ καὶ Σπεύσιππος· ὑπέσχετο δέ μοι καὶ Φιλιστίων, εἰ σὺ ἀφείης αὐτόν, ἥξειν προθύμως Ἀθήναζε. τὸν ἐκ τῶν λιθοτομιῶν εὖ ἐποίησας ἀφείς, ἐλαφρὰ δὲ ἡ δέησις καὶ περὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ καὶ περὶ Ἡγησίππου τοῦ Ἀρίστωνος· ἐπέστειλας γάρ μοι, ἄν τις ἀδικῇ ἢ τοῦτον ἢ ἐκείνους καὶ σὺ αἴσθῃ, μὴ ἐπιτρέψειν. (315) καὶ περὶ Λυσικλείδου τἀληθὲς εἰπεῖν ἄξιον· μόνος γὰρ τῶν ἐκ Σικελίας Ἀθήναζε ἀφικομένων οὐδὲν μετεβάλετο περὶ τῆς σῆς καὶ ἐμῆς συνουσίας, ἀλλ' ἀεί τι ἀγαθὸν καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω λέγων περὶ τῶν γεγονότων διατελεῖ.

γ'.

Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν ἐπιστείλας ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι τῆς βελτίστης προσρήσεως, ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν γράφων εὖ πράττειν, ὥσπερ εἴωθα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν; σὺ μὲν γὰρ δὴ καὶ τὸν θεόν, ὡς ἤγγειλαν οἱ τότε θεωροῦντες, προσεῖπες ἐν Δελφοῖς αὐτῷ τούτῳ θωπεύσας τῷ ῥήματι, καὶ γέγραφας, ὥς φασί,

χαῖρε καὶ ἡδόμενον βίοτον διάσωζε τυράννου·

ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἀνθρώπῳ, μήτι δὴ θεῷ, παρακελευσαίμην ἂν δρᾶν τοῦτο, θεῷ μέν, ὅτι παρὰ φύσιν προστάττοιμ' ἄν, πόρρω γὰρ ἡδονῆς ἵδρυται καὶ λύπης τὸ θεῖον, ἀνθρώπῳ δέ, ὅτι τὰ πολλὰ βλάβην ἡδονὴ καὶ λύπη γεννᾷ, δυσμάθειαν καὶ λήθην καὶ ἀφροσύνην καὶ ὕβριν τίκτουσα ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰρήσθω παρ' ἐμοῦ περὶ τῆς προσρήσεως· σὺ δ' ἀναγνοὺς αὐτά, ὅπῃ βούλει δέξασθαι, ταύτῃ δέχου.

Φασὶ δ' οὐκ ὀλίγοι λέγειν σε πρός τινας τῶν παρὰ σὲ πρεσβευόντων, ὡς ἄρα σοῦ ποτὲ λέγοντος ἀκούσας ἐγὼ μέλλοντος τάς τε Ἑλληνίδας πόλεις ἐν Σικελίᾳ

indigne nunc exciderunt. Maxima vero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Nam quæ scribuntur, contineri non possunt. Ista de causa nihil ego de iis scripsi unquam : neque est Platonis opus perscriptum aliquod, neque erit. Quæ autem modo dicuntur, Socratis sunt : qui vir etiam dum iuvenis esset, virtute claruit. Vale, et nobis crede; atque hanc epistolam, cum sæpius eam legeris, statim combure.

Et de his quidem satis. Miraris autem, quod ad te Polyxenum non mittam. Ego autem de Lycophrone etiam et reliquis, qui apud te sunt, idem iamdudum et nunc prorsus affirmo, te scilicet istis tum ingenio tum disserendi arte præstare quam plurimum : nec illorum quenquam sponte tibi in disputando, ut aliqui suspicantur, cedere, sed invitos. Atqui videris admodum modeste illis fuisse usus, et honestis eos muneribus prosecutus. Sed de iis quidem, perinde atque de talibus, talia multa licet dicere. Philistione si uti contigerit, utere quam maxime. Et, si fieri potest, Speusippi utere opera, atque remittas. Eget quidem tui et Speusippus. Pollicitus autem mihi est Philistion, si abs te dimittatur, se Athenas e vestigio petiturum. Quod ex lapicidinis istum dimiseris laudabile fuit. Levis autem petitio tam de illius necessariis quam de Hegesippo, Aristonis filio. Nam et ad me scripsisti, si quis huic vel illis iniuriam velit inferre, ac tu id perenseris, te minime permissurum. (315) De Lysiclide præterea vera fateri decet. Nempe solus iste ex iis qui Sicilia Athenas profecti sunt, nihil in tua meaque consuetudine immutavit : sed quæ facta sunt, quotidie verbis pro viribus magis honestat.

III.

Quæritur rectiusne ponam in te salutando Gaudere, an potius si more meo scribam Bene agere, quemadmodum ego solitus sum scribere ad amicos? Tu quidem, ut aiunt hi, qui tecum in Delphis affuerunt, ita deum ipsum blande alloqui ac similiter scribere consuevisti,

Gaude, vitamque tyranni iucundam serva.

Ego autem neque deum hoc modo neque hominem salutarim. Non deum, quia contra illius naturam loquerer (nam procul a molestia et voluptate divinitas) : non hominem, quia sæpius detrimentum et dolorem sibi affert voluptas, hebetudinem in animo et oblivionem, insipientiam et petulantiam pariens. Et de salutatione quidem hæc mihi dicta sint : quæ tu, postquam legeris, sicuti voles, ita capies.

Ferunt vero non pauci te dicere solitum ad legatos quosdam, dum te adeunt, in animo habuisse Græcas civitates in Sicilia restituere et Syracusanos relevare ac pro

οἰκίζειν καὶ Συρακοσίους ἐπικουφίσαι, τὴν ἀρχὴν ἀντὶ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταστήσαντα, ταῦτ' ἄρα σὲ μὲν τότε διεκώλυσα, ὡς σὺ φῄς, σοῦ σφόδρα προθυμουμένου, νῦν δὲ Δίωνα διδάσκοιμι δρᾶν αὐτὰ ταῦτα, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῖς σοῖς τὴν σὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμεθά σε. σὺ δ' εἰ μέν τι διὰ τοὺς λόγους τούτους ὠφελεῖ, γιγνώσκεις αὐτός, ἀδικεῖς δ' οὖν ἐμὲ τἀναντία τῶν γενομένων λέγων. ἅδην γὰρ ὑπὸ Φιλιστίδου καὶ ἄλλων πολλῶν πρὸς τοὺς μισθοφόρους καὶ εἰς τὸ Συρακοσίων πλῆθος διεβλήθην διὰ τὸ μένειν ἐν ἀκροπόλει, τοὺς δ' ἔξωθεν, εἴ τι γίγνοιτο ἁμάρτημα, πᾶν εἰς ἐμὲ τρέπειν, σὲ φάσκοντας πάντα ἐμοὶ πείθεσθαι. σὺ δ' αὐτὸς οἶσθα σαφέστατα τῶν πολιτικῶν ἐμὲ σοὶ κοινῇ πραγματευσάμενον ἑκόντα ὀλίγα δὴ κατ' ἀρχάς, (316) ὅπῃ πλέον ποιεῖν ἂν ᾠήθην, ἄλλα τε βραχέα ἄττα καὶ περὶ τὰ τῶν νόμων προοίμια σπουδάσαντα μετρίως, χωρὶς ὧν σὺ προσέγραψας ἤ τις ἕτερος· ἀκούω γὰρ ὕστερον ὑμῶν τινὰς αὐτὰ διασκευωρεῖν. δῆλα μὴν ἑκάτερα ἔσται τοῖς τὸ ἐμὸν ἦθος δυναμένοις κρίνειν. ἀλλ' οὖν, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, οὐ διαβολῆς προσδέομαι πρός τε Συρακοσίους καὶ εἰ δή τινας ἑτέρους πείθεις λέγων αὐτά, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἀπολογίας πρός τε τὴν προτέραν γενομένην διαβολὴν καὶ τὴν νῦν μετ' ἐκείνην μείζω φυομένην καὶ σφοδροτέραν. πρὸς δύο δή μοι διττὰς ἀναγκαῖον ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας, πρῶτον μὲν ὡς εἰκότως σοι ἔφυγον κοινωνεῖν περὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, τὸ δὲ δεύτερον ὡς οὐκ ἐμὴν ταύτην εἴρηκας συμβουλὴν οὐδὲ διακώλυσιν, μέλλοντί σοι κατοικίζειν Ἑλληνίδας πόλεις ἐμποδὼν ἐμὲ γεγενῆσθαι. τὴν οὖν ἀρχὴν ὧν εἶπον πέρι προτέρων ἄκουε πρότερον.

Ἦλθον καλούμενος εἰς Συρακούσας ὑπό τε σοῦ καὶ Δίωνος, τοῦ μὲν δεδοκιμασμένου παρ' ἐμοὶ καὶ ξένου πάλαι γεγονότος, ἐν ἡλικίᾳ δὲ ὄντος μέσῃ τε καὶ καθεστηκυίᾳ, ὧν δὴ παντάπασι χρεία τοῖς νοῦν καὶ σμικρὸν κεκτημένοις μέλλουσι περὶ τοσούτων βουλεύεσθαι ὅσα ἦν τότε τὰ σὰ βουλεύεσθαι, σοῦ δὲ ὄντος μὲν σφόδρα νέου, πολλῆς δὲ ἀπειρίας οὔσης περὶ σὲ τούτων ὧν ἔμπειρον ἔδει γεγονέναι, καὶ σφόδρα ἀγνῶτος ἐμοί. τὸ μετὰ τοῦτο εἴτ' ἄνθρωπος εἴτε θεὸς εἴτε τύχη τις μετὰ σοῦ Δίωνα ἐξέβαλε, καὶ ἐλείφθης μόνος. ἆρ' οὖν οἴει μοι τότε πολιτικῶν εἶναι κοινωνίαν πρὸς σέ, τὸν μὲν ἔμφρονα κοινωνὸν ἀπολωλεκότι, τὸν δὲ ἄφρονα ὁρῶντι μετὰ πονηρῶν καὶ πολλῶν ἀνθρώπων καταλελειμμένον, οὐκ ἄρχοντα, οἰόμενον δ' ἄρχειν, ὑπὸ δὲ τοιούτων ἀνθρώπων ἀρχόμενον, ἐν οἷς τί χρῆν ποιεῖν ἐμέ; μῶν οὐχ, ὅπερ ἐποίουν, ἀναγκαῖον ἐκ τῶν λοιπῶν τὰ μὲν πολιτικὰ χαίρειν ἐᾶν, εὐλαβούμενον τὰς ἐκ τῶν φθόνων διαβολάς, ὑμᾶς δὲ πάντως, καίπερ ἀλλήλων χωρὶς γεγονότας καὶ διαφόρους ὄντας, πειρᾶσθαι φίλους ἀλλήλοις ὅτι μάλιστα ποιεῖν; τούτων δὴ καὶ σὺ μάρτυς, ὅτι τοῦτο αὐτὸ ξυντείνων οὐκ ἀνῆκα πώποτε· καὶ μόγις μέν, ὅμως δ' ὡμολογήθη νῷν πλεῦσαι μὲν οἴκαδε ἐμέ, ἐπειδὴ πόλεμος ὑμᾶς κατεῖχεν, (317) εἰρήνης δ' αὖ γε-

tyrannide regiam gubernationem illis inducere, audientem vero hæc me tibi, ne faceres illa, obstitisse, cum tu vehementer id cuperes, nunc autem, illa ipsa ut faciat, Dionem docere; ac tuis propriis cogitationibus imperium a nobis tuum labefactari. Utrum sermones huiusmodi aliquam tibi utilitatem ferant, tu ipse cognoscis: iniuria certe me afficis, cum contraria dicas, quam veritas sit. Et profecto satis superque hactenus a Philistide et aliis compluribus invidia mihi conflata est et apud milites et apud Syracusanos. Nam cum in arce una tecum habitarem, omnia erant, te malefacta in me convertebantur, asserentibus qui extra singula meo consilio facere: tu autem aperte scis perpauca me tecum de gubernatione civili sponte mea (316), atque id ab initio tractavisse, dum aliquid posse me proficere arbitrabar, et alia quædam exigua, legum procemiis mediocriter incumbentem: quibus tamen postea vel te vel alium audio quædam præter mentem meam inseruisse, quæ facile internoscent ii, qui possunt morem ingenii nostri discernere. Sed, ut modo dicebam, non egeo calumnia et apud Syracusanos et apud alios, quibus me ista dicens criminaris: sed multo magis purgatione contra primam calumniam, et contra novam nuper exortam, maiorem quidem ac vehementiorem. Ego adversus duas calumnias necesse est excusationem me duplicem aggredi. Primum quidem merito noluisse me de gubernatione reipublicæ tecum agere: deinde meum illud consilium non fuisse, quod tu ais, ut suaderem tibi, ne civitates Græcas restitueres. Et primum quidem de primo sic accipe.

Veni Syracusas a te vocatus et a Dione, cum esset ipse Dion magnæ apud te dignitatis, mihi iampridem hospes, ætate vero media atque perfecta: quibus omnino vel mediocriter prudens opus esse ad res huiusmodi gerendas, quales tuæ erant, existimarit. Tu vero eras admodum iuvenis, et omnium ignarus, quorum oportebat te peritiam habere, mihi quoque valde ignotus. Post hæc sive quis homo, sive deus, sive fortuna quædam tecum Dionem pepulit: tu solus relictus es. An igitur communionem mihi aliquam tecum rerum civilium tunc relictam putas, cum viderem prudentem quidem consultorem abs te pulsum, te autem imprudentem cum multis flagitiosis ita fuisse relictum, ut non imperares, licet imperare arbitrareris, sed huiusmodi hominibus revera servires? Tunc ergo quid oportebat me facere? An non id quod faciebam? Abstinere videlicet omni gubernatione, ne invidia malevolorum in calumnias vocarer: et illud omnino conari, ut vos invicem dissidentes et longe divisos in pristinam amicitiam gratiamque reducerem. Tu mihi testis esse potes, quanto conatu hoc a me negotium susceptum fuerit, neque unquam desertum. (317) Tandem

νομένης ἐλθεῖν ἐμέ τε καὶ Δίωνα εἰς Συρακούσας, σὲ δὲ καλεῖν ἡμᾶς. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο τῆς ἐμῆς εἰς Συρακούσας ἀποδημίας πέρι τῆς πρώτης καὶ τῆς πάλιν οἴκαδε σωτηρίας· τὸ δὲ δεύτερον εἰρήνης γενομένης ἐκάλεις με οὐ κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἀλλὰ μόνον ἥκειν ἐπέστελλες, Δίωνα δ' εἰσαῦθις ἔφησθα μεταπέμψεσθαι. διὰ ταῦτα οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ καὶ Δίωνι τότ' ἀπηχθόμην· ᾤετο γὰρ εἶναι βέλτιον ἐλθεῖν ἐμὲ καὶ ὑπακοῦσαί σοι. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ὕστερον ἐνιαυτῷ τριήρης ἀφίκετο καὶ ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ, τῶν δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γραμμάτων ἦρχεν, ὡς, ἂν ἀφίκωμαι, τὰ Δίωνός μοι γενήσοιτο πράγματα πάντα κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, μὴ ἀφικομένου δὲ τἀναντία. αἰσχύνομαι δὴ λέγειν, ὅσαι τότε ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἄλλων ἦλθον διὰ σὲ ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, καὶ παρ' ὅσους τῶν ἐμῶν οἰκείων καὶ τῶν γνωρίμων, καὶ πᾶσαι διακελευόμεναί μοι ἰέναι καὶ δεόμεναι σοὶ πάντως ἐμὲ πείθεσθαι. ἐδόκει δὴ πᾶσιν, ἀρξαμένοις ἀπὸ Δίωνος, δεῖν ἐμὲ πλεῦσαι καὶ μὴ μαλθακίζεσθαι. καίτοι τήν θ' ἡλικίαν αὐτοῖς προυτεινόμην καὶ περὶ σοῦ διισχυριζόμην ὡς οὐχ οἷός τ' ἔσοιο ἀνταρκέσαι τοῖς διαβάλλουσιν ἡμᾶς καὶ βουλομένοις εἰς ἔχθραν ἐλθεῖν· ἑώρων γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν ὁρῶ τὰς μεγάλας οὐσίας καὶ ὑπερόγκους τῶν τε ἰδιωτῶν καὶ τῶν μονάρχων σχεδόν, ὅσωπερ ἂν μείζους ὦσι, τοσούτῳ πλείους καὶ μείζους τοὺς διαβάλλοντας καὶ πρὸς ἡδονὴν μετὰ αἰσχρᾶς βλάβης ὁμιλοῦντας τρεφούσας, οὗ κακὸν οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτός τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἐξουσίας δύναμις. ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα χαίρειν ἐάσας ἦλθον, διανοηθείς, ὡς οὐδένα δεῖ τῶν ἐμῶν φίλων ἐμὲ αἰτιᾶσθαι ὡς διὰ τὴν ἐμὴν ῥᾳθυμίαν τὰ σφέτερα πάντα ἐξὸν μὴ ἀπολέσθαι διώλετο· ἐλθὼν δέ, οἶσθα γὰρ δὴ σὺ πάντα τἀντεῦθεν ἤδη γενόμενα, ἐγὼ μὲν ἠξίουν δήπου κατὰ τὴν ὁμολογίαν τῶν ἐπιστολῶν πρῶτον μὲν κατάγειν Δίωνα οἰκειωσάμενον, φράζων τὴν οἰκειότητα, ἥν εἰ ἐμοὶ τότε ἐπείθου, τάχ' ἂν βέλτιον τῶν νῦν γεγονότων ἔσχε καὶ σοὶ καὶ Συρακούσαις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἡ ἐμὴ δόξα μαντεύεται· ἔπειτα τὰ Δίωνος τοὺς οἰκείους ἔχειν ἠξίουν καὶ μὴ διανείμασθαι τοὺς διανειμαμένους, (318) οὓς οἶσθα σύ. πρὸς δὲ τούτοις ᾤμην δεῖν τὰ κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον εἰωθότα αὐτῷ κομίζεσθαι καὶ μᾶλλον ἔτι καὶ οὐχ ἧττον ἐμοῦ παραγενομένου πέμπεσθαι. τούτων οὐδενὸς τυγχάνων ἠξίουν ἀπιέναι. τὸ μετὰ ταῦτα ἔπειθές με μεῖναι τὸν ἐνιαυτόν, φάσκων τὴν Δίωνος ἀποδόμενος οὐσίαν πᾶσαν τὰ μὲν ἡμίσεα ἀποπέμψειν εἰς Κόρινθον, τὰ δ' ἄλλα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ. πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ὧν ὑποσχόμενος οὐδὲν ἐποίησας, διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν συντέμνω. τὰ γὰρ δὴ χρήματα πάντα ἀποδόμενος, οὐ πείσας Δίωνα, φάσκων οὐ πωλήσειν ἄνευ τοῦ πείθειν, τὸν κολοφῶνα, ὦ θαυμάσιε, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἁπάσαις νεανικώτατον ἐπέθηκας· μηχανὴν γὰρ οὔτε καλὴν οὔτε κομψὴν οὔτε δικαίαν οὔτε ξυμφέρουσαν εὗρες, ἐμὲ ἐκφοβεῖν ὡς

vix ita convenimus, ut domum remearem; finitoque bello, quod tunc erat, ego et Dion Syracusas rediremus, tu autem nos advocares. Hæc sunt acta in prima illa profectione ad te mea et in patriam reditu. Facta deinde pace iterum me vocasti : non tamen ut invicem conveneramus, una cum Dione, sed solum. Scripsisti enim ut ipse tunc venirem : Dionem vero postea te vocaturum. Ea de causa ego tunc non veni : quod quidem Dioni displicuit, qui præstare putabat, ut parerem tibi atque venirem. Transacto post hæc anno triremis a te una missa est, et simul cum illa literæ tuæ : quarum caput erat, si venirem, Dionis res ita fore, ut ego maxime optabam; contra vero, si non venirem. Pudet referre, quam multæ tunc epistolæ scriptæ sunt tam abs te quam ab aliis tua causa ex Italia atque Sicilia ad me et ad multos propinquorum familiariumque meorum : quæ omnes exhortabantur precabanturque, ut tibi obsecutus accederem. Visum est igitur omnibus, et imprimis Dioni, absque dilatione eundum esse, quanquam ego ob ætatem me excusabam, et de tua constantia me diffidere dicebam, quasi nequires obtrectatoribus malevolisque meis, discidium inter nos quærentibus, resistere; conspexeram enim iam pridem, et nunc etiam perspicio opes tam privatorum quam principum, quanto maiores sunt, tanto magis insidiatores et turpium noxiarumque voluptatum machinatores nutrire : quo nihil perniciosius gignit opulentia atque potestas. Verumtamen omissis his omnibus venire decrevi, ne querelæ materiam alicui familiarium meorum relinquerem, quod cum possent eius res salvæ esse, ob negligentiam meam perissent. Quæ vero post adventum meum secuta sint, tu optime nosti. Censebam equidem, ut secundum promissa epistolarum tuarum quam primum Dionem revocares et pristina familiaritate reciperes : cuius ego rationem habendam esse putabam. In quo si mihi paruisses, forte melius tuæ et Syracusanorum ceterorumque Græcorum res, ut mea vaticinatur opinio, sese haberent. Arbitrabar deinde, bona Dionis suis restitui debere : (318) nec illis divisoribus, quos tu præfeceras, eorum administrationem amplius relinqui. Iudicabam præterea pecuniam, singulis annis Dioni solitam mitti, esse mittendam, non diminutam ob præsentiam meam, sed magis adauctam. Cum autem horum nihil abs te impetrare possem, abire constitui. Tu vero annum me expectare rogasti, affirmans te Dionis bona omnia venditurum, ita ut dimidia pars Corinthum ad Dionem ipsum mitteretur, reliqua vero pro eius filio Syracusis maneret. Multa præterea referre possum, quæ promissa a te servata non sunt; sed ea ob multitudinem omitto. Cum enim bonorum Dionis omnium venditionem faceres absque ullo eius consensu, quanquam ita demum hoc faciendum dixeras, si ille assentiretur; promissis omnibus, o vir mirabilis, colophonium, ut aiunt, suffragium finemque gloriosissimum imposuisti. Rem profecto neque honestam neque honorificam neque iustam neque utilem ma-

ἀγνοοῦντα τὰ τότε γιγνόμενα, ἵνα μηδὲ ἐγὼ ζητοίην τὰ χρήματα ἀποπέμπεσθαι. ἡνίκα γὰρ Ἡρακλείδην ἐξέβαλες, οὔτε Συρακοσίοις δοκοῦν δικαίως οὔτ' ἐμοί, διότι μετὰ Θεοδότου καὶ Εὐρυβίου συνεδεήθην σου μὴ ποιεῖν ταῦτα, ταύτην λαβὼν ὡς ἱκανὴν πρόφασιν εἶπες ὅτι καὶ πάλαι σοι δῆλος εἴην σοῦ μὲν οὐδὲν φροντίζων, Δίωνος δὲ καὶ τῶν Δίωνος φίλων καὶ οἰκείων, καὶ ἐπειδὴ νῦν Θεοδότης καὶ Ἡρακλείδης ἐν διαβολαῖς εἶεν οἰκεῖοι Δίωνος ὄντες, πᾶν μηχανῴμην ὅπως οὗτοι μὴ δώσουσι δίκην. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ περὶ τὰ πολιτικὰ κοινωνίας τῆς ἐμῆς καὶ σῆς· καὶ εἴ τινα ἑτέραν ἀλλοτριότητα ἐνεῖδες ἐν ἐμοὶ πρὸς σέ, εἰκότως οἴει ταύτῃ πάντα ταῦτα γεγονέναι. καὶ μὴ θαύμαζε· κακὸς γὰρ ἂν ἔχοντί γε νοῦν ἀνδρὶ φαινοίμην ἐνδίκως, πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς σῆς ἀρχῆς τὸν μὲν παλαιὸν φίλον καὶ ξένον, κακῶς πράττοντα διὰ σέ, μηδὲν σοῦ χείρω, ἵνα οὕτως εἴπω, τοῦτον μὲν προδοῦναι, σὲ δὲ τὸν ἀδικοῦντα ἑλέσθαι καὶ πᾶν δρᾶν ὅπῃ σὺ προσέταττες, ἕνεκα χρημάτων δῆλον ὅτι· οὐδὲν γὰρ ἂν ἕτερον ἔφησεν αἴτιόν τις εἶναι τῆς ἐμῆς μεταβολῆς, εἰ μετεβαλόμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ γενόμενα τὴν ἐμὴν καὶ σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν [διὰ σὲ] ἀπειργάσατο.

Σχεδὸν δ' εἰς λόγον ὁ λόγος ἥκει μοι ξυνεχὴς τῷ νῦν δὴ γενομένῳ, περὶ οὗ μοι τὸ δεύτερον ἀπολογητέον ἔφην εἶναι. (319) σκόπει δὴ καὶ πρόσεχε πάντως, ἄν τί σοι ψεύδεσθαι δόξω καὶ μὴ τἀληθῆ λέγειν. φημὶ γάρ σε Ἀρχεδήμου παρόντος ἐν τῷ κήπῳ καὶ Ἀριστοκρίτου, σχεδὸν ἡμέραις πρότερον εἴκοσι τῆς ἐμῆς ἐκ Συρακουσῶν οἴκαδ' ἀποδημίας, ἃ νῦν δὴ λέγεις ἐμοὶ μεμφόμενον, ὡς Ἡρακλείδου τέ μοι καὶ τῶν ἄλλων πάντων μᾶλλον ἢ σοῦ μέλοι. καί με τούτων ἐναντίον διηρώτησας, εἰ μνημονεύω, κατ' ἀρχὰς ὅτ' ἦλθον, κελεύων σε τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας κατοικίζειν· ἐγὼ δὲ συνεχώρουν μεμνῆσθαι καὶ ἔτι νῦν μοι δοκεῖν ταῦτ' εἶναι βέλτιστα. ῥητέον δέ, ὦ Διονύσιε, καὶ τοὐπὶ τούτῳ τότε λεχθέν. ἠρόμην γὰρ δή σε, πότερον αὐτὸ τοῦτό σοι ξυμβουλεύσαιμι μόνον ἤ τι καὶ ἄλλο πρὸς τούτῳ· σὺ δὲ καὶ μάλα ἀπεκρίνω μεμηνιμένως καὶ ὑβριστικῶς εἰς ἐμέ, ὡς ᾤου (διὸ τὸ τότε σοι ὕβρισμα νῦν ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονεν), εἶπες δὲ καὶ μάλ' ἀπλάστως γελῶν, εἰ μέμνημαι, ὡς παιδευθέντα με ἐκέλευες ποιεῖν πάντα ταῦτα ἢ μὴ ποιεῖν. ἔφην ἐγὼ κάλλιστα μνημονεῦσαί σε. οὐκοῦν παιδευθέντα, ἔφησθα, γεωμετρεῖν, ἢ πῶς; κἀγὼ τὸ μετὰ ταῦτα ὃ ἐπῄει μοι εἰπεῖν οὐκ εἶπον, φοβούμενος μὴ σμικροῦ ῥήματος ἕνεκα τὸν ἔκπλουν ὃν προσεδόκων, μή μοι στενὸν γίγνοιτο ἀντ' εὐρυχωρίας. ἀλλ' οὖν ὧν ἕνεκα πάντ' εἴρηται, ταῦτ' ἐστί· μή με διάβαλλε λέγων ὡς οὐκ εἴων ἐγώ σε πόλεις Ἑλληνίδας ἐρρούσας ὑπὸ βαρβάρων οἰκίζειν, οὐδὲ Συρακοσίους ἐπικουφίσαι βασιλείαν ἀντὶ τυραννίδος μεταστήσαντα. τούτων γὰρ οὔθ' ἧττον ἐμοὶ πρέποντα ἔχοις ἄν ποτε λέγων μου καταψεύσασθαι, πρὸς δὲ

chinatus, me deterrere conatus es, tanquam rerum illarum nescium, quo ego pecunias ad Dionem mittendas postulare desisterem. Nam cum Heraclidem pelleres, quod neque Syracusanis neque mihi iustum videbatur, egoque una cum Theodote et Eurybio pro Heraclide deprecarer, accepta hinc quasi sufficienti quadam occasione, iampridem te deprehendisse dixisti nullam mihi curam esse rerum tuarum, sed Dionis solum eiusque amicorum et propinquorum : itaque, cum Heraclides et Theodotes, Dionis amici, suspicione criminis non carerent, me omnia facere, quo meritas pœnas non darent. Hæc quidem in nostra illa civilis administrationis communione et quamcunque aliam dissensionem nobis accidisse quid mirum? Pravus enim a prudentibus viris merito existimari possem, si potentiæ tuæ magnitudine adductus veterem amicum et hospitem meum, a te patria pulsum, nulla in parte, ut ita loquar, te deteriorem, prodidissem atque destituissem, te vero iniuriantem illi præposuissem et omnia fecissem, quæ imperares, tuarum scilicet opum gratia. Certe si illum tui gratia prodidissem, nemo aliam mutationis meæ causam fuisse dixisset. Hæc igitur ita gesta causa fuerunt succensendi inter nos et nihil communicandi.

Verum mihi opportune iam sermo in eam transit partem, de qua secundo mihi loco dicendum proposui. (319) Attende, obsecro, diligenter, si verum tibi dicere videor. Dico te Archedemo præsente et Aristocrito cum esses in hortis, viginti ferme dies ante recessum meum a Syracusanis Athenas, dixisse mihi illa, quæ nunc etiam dicis, quod Heraclidis et aliorum omnium magis quam tui curam haberem. Præterea me in præsentia illorum rogasti, an meminissem, cum primo Syracusas veni, suasisse me tibi civitates Græcas restituere. Egoque concessi meminisse me : et addidi etiam tunc optimum mihi videri. Fatendum est, o Dionysi, quod subinde dictum est. Petii equidem, utrum id solum tibi consuluissem, an aliud præterea. Ad hæc tu iracunde nimium et contumeliose respondisti, et alia etiam me præcepisse. Itaque contumelia tunc in me id fuit, ut putasti, nunc autem asseveratio pro somnio est. Rogasti autem me aperte nimium, si bene quid memini, me deridens, an ista præcepissem tibi quasi docto, an non. Respondi te id optime meminisse. At ipse ad hæc adiecisti : Ut docto in geometria? an quomodo? Tunc ego, quod respondere poteram, reticui : veritus ne verbi alicuius exigui causa navigatio illa a me expectata mihi pro lata angusta fieret. Ceterum ad illud iam redeamus, quo tendunt hæc omnia. Noli invidiam conflare mihi, dicens te prohibitum fuisse a me civitates Græcas dirutas a barbaris restituere ac Syracusanis gubernationem pro tyrannica regiam mutare. Nihil enim de me potes mentiri, quod a meis sit moribus alienius. Atqui si foret

τούτοις ἔτι σαφεστέρους τούτων εἰς ἔλεγχον λόγους ἐγὼ δοίην ἄν, εἴ τις ἱκανή που φαίνοιτο κρίσις, ὡς ἐγὼ μὲν ἐκέλευον, σὺ δ' οὐκ ἤθελες πράττειν αὐτά. καὶ μὴν οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν ἐναργῶς ὡς ἦν ταῦτα ἄριστα πραχθέντα καὶ σοὶ καὶ Συρακοσίοις καὶ Σικελιώταις πᾶσιν. ἀλλ' ὦ τᾶν, εἰ μὲν μὴ φῇς εἰρηκέναι εἰρηκὼς ταῦτα, ἔχω τὴν δίκην· εἰ δ' ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ τοῦτο ἡγησάμενος εἶναι σοφὸν τὸν Στησίχορον, τὴν παλινῳδίαν αὐτοῦ μιμησάμενος, ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀληθῆ λόγον μεταστήσει.

δ'. Πλάτων Δίωνι Συρακοσίῳ εὖ πράττειν.

(320) Οἶμαι μὲν φανερὰν εἶναι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἐμὴν προθυμίαν περὶ τὰς συμβεβηκυίας πράξεις, καὶ ὅτι πολλὴν εἶχον περὶ αὐτῶν σπουδὴν εἰς τὸ ξυμπερανθῆναι, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίας· νομίζω γὰρ δίκαιον εἶναι τοὺς ὄντας τῇ ἀληθείᾳ ἐπιεικεῖς καὶ πράττοντας τοιαῦτα τυγχάνειν δόξης τῆς προσηκούσης. τὰ μὲν οὖν εἰς τὸ παρόν, σὺν θεῷ εἰπεῖν, ἔχει καλῶς, τὰ δὲ περὶ τῶν μελλόντων ὁ μέγιστός ἐστιν ἀγών. ἀνδρείᾳ μὲν γὰρ καὶ τάχει καὶ ῥώμῃ διενεγκεῖν δόξειεν ἂν καὶ ἑτέρων εἶναί τινων, ἀληθείᾳ δὲ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῇ περὶ πάντα ταῦτα εὐσχημοσύνῃ, ξυμφαίη τις ἂν τοὺς ἀντιποιουμένους τὰ τοιαῦτα τιμᾶν εἰκότως τῶν ἄλλων διαφέρειν. νῦν οὖν δῆλον μέν ἐστιν ὃ λέγω, ἀναμιμνήσκειν δὲ ὅμως δεῖ ἡμᾶς αὐτούς, ὅτι προσήκει πλέον ἢ παίδων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν τοὺς οἶσθα δήπου. φανεροὺς οὖν δεῖ ἡμᾶς γενέσθαι, ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι οἷοίπερ φαμέν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδή, σὺν θεῷ εἰπεῖν, ῥᾴδιον ἔσται. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις συμβέβηκεν ἀναγκαῖον εἶναι πλανηθῆναι πολὺν τόπον, εἰ μέλλουσι γνωσθῆναι· τὸ δὲ νῦν ὑπάρχον περὶ σὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης, εἰ καὶ νεανικώτερόν ἐστιν εἰπεῖν, εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς σέ. ὡς οὖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενος παρασκευάζου τόν τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον, καὶ εἴ τις ἄλλος πώποτε ἔδοξεν ἤθει καὶ πολιτείᾳ διενεγκεῖν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ τῇδε λέγουσιν ὡς πολλή ἐστιν ἐλπὶς ἀναιρεθέντος Διονυσίου διαφθαρῆναι τὰ πράγματα διὰ τὴν σήν τε καὶ Ἡρακλείδου καὶ Θεοδότου καὶ τῶν ἄλλων γνωρίμων φιλοτιμίαν. μάλιστα μὲν οὖν μηδεὶς εἴη τοιοῦτος· ἐὰν δ' ἄρα καὶ γίγνηταί τις, σὺ φαίνου ἰατρεύων, καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ἔλθοιτ' ἄν. (321) ταῦτα δὲ ἴσως γελοῖόν σοι φαίνεται εἶναι τὸ ἐμὲ λέγειν, διότι καὶ αὐτὸς οὐκ ἀγνοεῖς· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους, μήτι δὴ ὑπό γε τῶν φίλων, οὓς ἄν τις οἴηται μετὰ σπουδῆς κατ' εὔνοιαν παρακελεύεσθαι. νῦν οὖν αὐτοί τε ἀγωνίζεσθε καὶ ἡμῖν εἴ του δεῖ ἐπιστέλλετε· τὰ δ' ἐνθάδε παραπλησίως ἔχει καθάπερ καὶ ὑμῶν παρόντων. ἐπιστέλλετε δὲ καὶ ὅ τι πέπρακται ὑμῖν ἢ πράττοντες

alicubi sufficiens huius rei iudicium, etiam alia dicerem superioribus clariora, probaremque manifeste, me suasisse tibi ut illa faceres, te autem recusavisse. Nequaquam difficile est ostendere illa futura fuisse optima et tibi et Syracusanis et Siculis omnibus. Si ergo negas te ista dixisse, cum dixeris: satis equidem habeo, quo te criminer. Quod si fateris, Stesichorum sapientem puta, atque eius palinodiam, id est cantum superiori contrarium imitatus, ex mendaci sermone te ad verum traducas.

IV. Plato Dioni Syracusano bene agere.

(320) Puto manifestam esse per omne tempus propensissimam voluntatem meam circa singula, quæ contigerint: neque occultum esse vobis studium conficiendi fuisse mihi non aliam magis ob causam, quam ut in rebus honestis honorem consequerer. Censeo enim esse iustum, ut, qui revera boni sunt viri et talia faciunt, dignam gloriam consequantur. Præsentia igitur, deo gratias, recte se habent; de futuris vero maximum vobis propositum est certamen. Nam fortitudine quidem, celeritate ac robore præstare tale est, ut aliorum quoque esse possit: sed veritate, iustitia, magnificentia et huiusmodi quadam honestate et dignitate præcellere ad eos qui ista gerunt et talium sibi gloriam vindicant, præ ceteris attinet. Manifestum sane est, quod dico. Meminisse autem debemus, oportere nos, ut te non latet, plus ab aliis quam viros a pueris differre. Itaque constare omnibus debet tales nos esse, quales videri volumus: præsertim cum deo iuvante perfacile sit futurum. Ceteris siquidem hoc contigit, ut multa loca obire compulsi fuerint ad id consequendum. Rerum vero tuarum status huiusmodi est, ut ex universo, ut ita dixerim, terrarum orbe unum in locum, et in illo ipso in te unum maxime oculi omnium sint conversi. Tanquam igitur subiectus oculis spectatusque ab omnibus conare Lycurgum illum antiquum exprimere et Cyrum, et si quis alius videatur unquam moribus et publicis institutis excelluisse; præsertim cum sit multorum ac pæne omnium qui hic sunt opinio, post Dionysium sublatum res esse perituras propter tuam et Heraclidis et Theodotæ ceterorumque nobilium ambitionem et excellendi cupiditatem. Primum quidem optandum est, ne quisquam talis existat. Quod si quis apparuerit talis, tu medebere, ut res in melius deducantur. (321) Ridiculum tibi forte videtur me ista monere, cum tibi sint nota: sed ego in theatris conspicio certatores a pueris provocari, nedum ab amicis, qui benevolentiæ studio cohortari putantur. Vos certe nunc tanquam in theatro quodam certatis. In quo si nostra opera opus est, certiores nos facite. Hic autem perinde se res habent, ut cum vos aderatis. Scribite mihi, quid actum sit quidve agatur. Nam licet audiamus multa,

τυγχάνετε, ὡς ἡμεῖς πολλὰ ἀκούοντες οὐδὲν ἴσμεν. καὶ νῦν ἐπιστολαὶ παρὰ μὲν Θεοδότου καὶ Ἡρακλείδου ἥκουσιν εἰς Λακεδαίμονα καὶ Αἴγιναν, ἡμεῖς δέ, καθάπερ εἴρηται, πολλὰ ἀκούοντες περὶ τῶν τῇδε οὐδὲν ἴσμεν. ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισὶν ἐνδεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν λανθανέτω σε, ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν, ἡ δ' αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος. εὐτύχει.

certi nihil habemus. Multæ a Theodota et Heraclide feruntur epistolæ Lacedæmona et Æginam : nos autem, ut dixi, audientes multa de rebus vestris, nihil aperte percipimus. Nec te lateat eam esse de te apud quosdam opinionem, quasi de homine aliquanto minus quam decet officioso atque affabili. Memento igitur necessariam esse ad res gerendas hominum benevolentiam : austeritas vero solitudinem amicorum parit. Felix esto.

Ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Διωνείων φίλων καὶ ξυγγενῶν. ξυμβουλεύω δὲ δή τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν. μὴ δουλοῦσθαι Σικελίαν ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις μηδὲ ἄλλην πόλιν ὅ γ' ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ὑπὸ νόμοις· οὔτε γὰρ τοῖς δουλουμένοις οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον, αὐτοῖς καὶ παισὶ παίδων τε ἐκγόνοις, ἀλλ' ὀλέθριος πάντως ἡ πεῖρα, σμικρὰ δὲ καὶ ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη τὰ τοιαῦτα ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ, οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν ἀγαθῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν, δεύτερον δὲ Διονύσιον, τρίτους δὲ ὑμᾶς νῦν. καί μοι πείθεσθε Διὸς τρίτου σωτῆρος χάριν, εἶτα εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ Δίωνα, ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ τὰ νῦν οὐ καλῶς, ὁ δὲ πειθόμενος τέθνηκε καλῶς· τὸ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει πάσχειν ὅ τι ἂν πάσχῃ πᾶν ὀρθὸν καὶ καλόν. οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐδείς, οὔτ' εἴ τῳ ξυμβαίη, γένοιτο ἂν εὐδαίμων, ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς· κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν λόγου ἄξιόν ἐστι τοῖς ἀψύχοις, (335) ἀλλ' ἢ μετὰ σώματος οὔσῃ ψυχῇ τοῦτο ξυμβήσεται ἑκάστῃ ἢ κεχωρισμένῃ. πείθεσθαι δὲ ὄντως ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι δικαστάς τε ἴσχειν καὶ τίνειν τὰς μεγίστας τιμωρίας, ὅταν τις ἀπαλλαχθῇ τοῦ σώματος. διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν κακὸν πάσχειν ἢ δρᾶσαι, ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τε ἀνὴρ τὴν ψυχὴν οὔτε ἀκούει, ἐάν τε ἀκούσῃ, καταγελῶν, ὡς οἴεται, πανταχόθεν ἀναιδῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ τι περ ἂν οἴηται, καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάριστον, ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν ποριεῖν αὐτῷ

conflaverant. Hi ergo cum in Siciliam profecti essent, intelligerentque calumnias inter illos ipsos, qui ab ipso liberati erant, (334) in Dionem coniectas, quasi tyrannidem affectaret, non prodiderunt modo amicum et hospitem, sed ceu propriis manibus ipsi percussores fuerunt. Arma enim tenentes interfectoribus palam auxiliati sunt. Et facinoris quidem illius turpitudinem impietatemque neque prætereo equidem neque enarro. Multi enim hæc diligentius narraverunt atque narrabunt. Sed adversus infamiam civitatis nostræ respondeo. Nam si Athenienses fuerunt illi, qui prodiderunt : ille quoque Atheniensis fuit, qui neque pecuniarum neque honorum pollicitatione, ut proderet illum, adduci unquam potuit. Non enim per vulgarem mercenariamque benevolentiam factus erat amicus, sed per liberalis disciplinæ communionem. Qui certe uni, qui sapit, plus adhibet fidei quam ulli et animorum coniunctioni et corporum consanguinitati. Itaque non tanti æstimandi sunt illi, ut dedecus civitati ob Dionis cædem afferre potuerint, quasi alicuius pretii unquam fuerint.

Hæc dicta sunt omnia, quo Dionis amicis propinquisque consuleretur. Consulo autem præterea et tertio vobis quoque iam tertiis idem prorsus eademque ratione, ne Sicilia neve civitas ulla aliquibus hominibus sed legibus dumtaxat subiciatur, ut nostra fert ratio. Neque enim dominantibus ipsis neque servientibus id utile est, neque eorum filiis aut natis natorum : sed perniciosorum omnino hominum est id aggredi. Angusti vero et illiberalis animi est eiusmodi lucra præcipere : nihil vel in præsens vel in futurum tempus bonorum iustorumque vel divinorum humanorumve intelligentis. Hæc ego Dioni primum persuadere conatus sum, deinde Dionysio, tertio vero nunc vobis. Ergo pareatis mihi Iovis tertii servatoris gratia. Præterea Dionysii Dionisque exitum animadvertite. Dionysius quidem, non obtemperans consiliis meis, vivit etiam nunc, non honeste : Dion vero, cum obtemperavisset, honeste interiit. Ei namque viro, qui præclarissima sibi patriæque affectat, nihil unquam, nisi rectum pulchrumque potest accidere. Nec vero quisquam nostrum natus est immortalis : neque, si cui id contigerit, esset is propterea felix, ut vulgo videtur. Rebus quidem carentibus anima nihil vel bonum est vel malum existimatione dignum : (335) sed unicuique animæ id accidet, aut dum est cum corpore, nata corpore separatæ. Credendum est revera semper ita quis sacrisque verbis, quæ nobis nuntiant immortalem esse animam, iudicesque habere, suppliciaque pati maxima, postquam a corpore fuerit separata. Quamobrem minus malum existimandum est perpeti gravissimas iniurias, a delinquentibus illatas, quam inferre. Quæ quidem homo cumulandæ pecuniæ deditus et in paupertate animi constitutus non audit, ac, si audiverit, quasi suo iudicio deridenda contemnit : atque impudenter rapit undique, quicquid existimat sibi, veluti bestiæ,

τοὐμπίπλασθαι, τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὁρῶν οἷς ξυνέπεται τῶν ἁρπαγμάτων ἀνοσιουργία, κακὸν ἡλίκον ἀεὶ μετ' ἀδικήματος ἑκάστου, ἣν ἀναγκαῖον τῷ ἀδικήσαντι συνεφέλκειν ἐπί τε γῆ στρεφομένῳ καὶ ὑπὸ γῆς νοστήσαντι πορείαν ἄτιμόν τε καὶ ἀθλίαν πάντως πανταχῇ. Δίωνα δὴ ἐγὼ λέγων ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἔπειθον, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ἐκεῖνον δικαιότατ' ἂν ὀργιζοίμην ἐγὼ τρόπον τινὰ ὁμοιότατα καὶ Διονυσίῳ· ἀμφότεροι γὰρ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους ὡς ἔπος εἰπεῖν ἅπαντας τὰ μέγιστα ἔβλαψαν ἀνθρώπους, οἱ μὲν τὸν βουλόμενον δικαιοσύνῃ χρῆσθαι διαφθείραντες, ὃ δὲ οὐδὲν ἐθελήσας χρήσασθαι δικαιοσύνῃ διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς, μεγίστην ἔχων ἐν ᾗ γενομένῃ ἂν φιλοσοφία τε καὶ δύναμις ὄντως ἐν ταὐτῷ διὰ πάντων ἀνθρώπων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λάμψασα ἱκανῶς δόξαν παρέστησε πᾶσι τὴν ἀληθῆ, ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὐδείς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον, ἤτοι ἐν αὑτῷ κεκτημένος ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι τραφείς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. ταῦτα μὲν Διονύσιος ἔβλαψε, τὰ δὲ ἄλλα σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτά μοι βλάβη· ὁ δὲ Δίωνα ἀποκτείνας οὐκ οἶδε ταὐτὸν ἐξειργασμένος τούτῳ. Δίωνα γὰρ ἐγὼ σαφῶς οἶδα, εἰ οἷόν τε περὶ ἀνθρώπου ἄνθρωπον διισχυρίζεσθαι, ὅτι, τὴν ἀρχὴν εἰ κατέσχεν, οὐκ ἄν ποτε ἐπ' ἄλλο γε σχῆμα ἀρχῆς ἐτράπετο ἢ [ἐπὶ τὸ] Συρακούσας μὲν πρῶτον τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, (336) ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξε καὶ φαιδρύνας ἐλευθερίῳ ἐν σχήματι κατέστησε, τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν πάσῃ μηχανῇ ἐκόσμησε νόμοις τοῖς προσήκουσί τε καὶ ἀρίστοις [τοὺς πολίτας], τό τε ἐφεξῆς τούτοις προυθυμεῖτ' ἂν πρᾶξαι, πᾶσαν Σικελίαν κατοικίζειν καὶ ἐλευθέραν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ποιεῖν, τοὺς μὲν ἐκβάλλων τοὺς δὲ χειρούμενος ῥᾷον Ἱέρωνος· τούτων δ' αὖ γενομένων δι' ἀνδρὸς δικαίου τε καὶ ἀνδρείου καὶ σώφρονος καὶ φιλοσόφου τὴν αὐτὴν ἀρετῆς ἂν πέρι γενέσθαι δόξαν τοῖς πολλοῖς ἥπερ ἄν, εἰ Διονύσιος ἐπείσθη, παρὰ πᾶσιν ἂν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις ἐκράτησε γενομένη. νῦν δὲ ἤ πού τις δαίμων ἤ τις ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομίᾳ καὶ ἀθεότητι καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας, ἐξ ἧς πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον, αὕτη πάντα τὸ δεύτερον ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ τὸ τρίτον· ὅμως δὲ μιμεῖσθαι μὲν συμβουλεύω Δίωνα ὑμῖν τοῖς φίλοις τήν τε τῆς πατρίδος εὔνοιαν καὶ τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν, ἐπὶ λῳόνων δὲ ὀρνίθων τὰς ἐκείνου βουλήσεις πειρᾶσθαι ἀποτελεῖν. αἳ δὲ ἦσαν, ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς· τὸν δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῶν Δωριστὶ ζῆν κατὰ τὰ πάτρια, διώκοντα δὲ τόν τε τῶν Δίωνος σφαγέων καὶ τὸν Σικελικὸν βίον, μήτε παρακαλεῖν μήτε οἴεσθαι πιστὸν ἄν τι καὶ ὑγιὲς πρᾶξαί ποτε· τοὺς δὲ ἄλλους παρακαλεῖν ἐπὶ πάσης Σικελίας κατοικισμόν τε καὶ ἰσονομίαν ἐκ

piscentiam : neque rursus cernit, quantum sit impietas malum, quibusque insit rebus, semper iniustitiæ mixta. Quam quidem necesse est animam, quæ perpetraverit iniusta, secum trahere, et dum per terram revolvitur inter homines, et dum sub terram passim turpiter omnino atque misere circumfertur. Cum igitur hæc aliaque generis eiusdem Dioni dicerem, persuasi. Interfectoribus autem eius iustissime quidem irascerer, eodem quasi modo atque Dionysio. Utrique enim et mihi et aliis, ut ita dixerim, omnibus damna gravissima intulerunt. Illi quidem, cum interficerent eum, qui volebat uti iustitia : hic autem, cum nullo pacto vellet uti iustitia, in universo regno maximam habens potentiam. In qua quod si philosophia una cum potentia vere in idem quasi domicilium concurrisset, per omnes homines, et Græcos et barbaros, elucentem veramque opinionem sufficienter omnibus ostendisset, neque civitatem neque hominem unquam fore felicem, nisi et cum prudentia et sub iustitia vixerit, sive per se illas possideat, sive sub sanctorum principum moribus rite educetur atque erudiatur. In his quidem nocuit Dionysius : cetera vero, si ad hæc comparentur, damna perexigua mihi videntur. At enim qui Dionem interfecit, non intellexit idem, quod Dionysius, se fecisse. Equidem certe scio, quantum homini de homine affirmare licet, Dionem, si regni gubernacula diutius tenuisset, nunquam in aliam dominandi formam fuisse conversurum, quam, cum ab initio patriam suam Syracusas, (336) expulsa servitute, in suo iure constituit, libertatis iam splendore lætissimam : deinde omni studio cives congruis optimisque legibus ornaturum ; præterea omnem diligentiam adhibiturum fuisse, quo tota inhabitaretur Sicilia, liberareturque a barbaris, aliis quidem expulsis, aliis vero subactis, facilius quam fecerat Hieron. Cum vero hæc per virum iustum, fortem, temperatum vel philosophum gesta fuissent, eadem apud multos virtutis floruisset opinio, quæ et salva re apud omnes, ut ita dixerim, homines viguisset, si Dionysius nobis ab initio paruisset. Nunc autem, sive quis dæmon sive perniciosus aliquis his sese obiciens, iniquitate et impietate, et quod pessimum est, ignoranti audacia, ex qua mala omnibus omnia et radicibus hærent et pullulant et in posterum producunt fructum his qui nascentur amarissimum, cuncta hæc pervertit rursus et perdidit. Sed nunc tertio felicium auspiciorum gratia bona dumtaxat ominemur. Consulo igitur vobis amicis, ut Dionem imitemini, amorem illius in patriam vitæque temperantiam magis magisque complectentes. Quibus autem auspiciis consilia eius perficere conandum vobis sit, et qualia consilia fuerint, aperte quidem ex me audistis. At si quis est inter vos, qui Dorice nequeat vivere secundum patriæ instituta, sequaturque Siculum vivendi morem et eorum, qui Dionem occiderunt : neque eum recipere neque existimare velitis ulla in re fidelem atque sincerum. Ceteros autem adhortari potius debetis ad habitationem totius Siciliæ disponendam legumque paritatem, tum ex ipsa Sicilia

τε αὐτῆς Σικελίας καὶ ἐκ Πελοποννήσου ξυμπάσης, φοβεῖσθαι δὲ μηδὲ Ἀθήνας· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετὴν ξενοφόνων τε ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας. εἰ δ' οὖν ταῦτα μὲν ὕστερα γένοιτ' ἄν, κατεπείγουσι δὲ ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ φυόμεναι ἑκάστης ἡμέρας διαφοραί, εἰδέναι μέν που χρὴ πάντα τινὰ ἄνδρα, ᾧ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκε θεία τις τύχη, ὡς οὐκ ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς στασιάσασι, πρὶν ἂν οἱ κρατήσαντες μάχαις καὶ ἐκβολαῖς ἀνθρώπων καὶ σφαγαῖς μνησικακοῦντες καὶ ἐπὶ τιμωρίας παύσωνται τρεπόμενοι τῶν ἐχθρῶν, (337) ἐγκρατεῖς δὲ ὄντες, αὐτῶν θέμενοι νόμους κοινοὺς μηδὲν μᾶλλον πρὸς ἡδονὴν αὑτοῖς ἢ τοῖς ἡττηθεῖσι κειμένους, ἀναγκάσωσιν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς νόμοις διτταῖς οὔσαις ἀνάγκαις, αἰδοῖ καὶ φόβῳ, φόβῳ μὲν διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι δεικνύντες τὴν βίαν, αἰδοῖ δὲ αὖ διὰ τὸ κρείττους φαίνεσθαι περί τε τὰς ἡδονὰς καὶ τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐθέλοντές τε καὶ δυνάμενοι δουλεύειν. ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν ὡς ἄν ποτε κακῶν λῆξαι πόλις ἐν αὑτῇ στασιάσασα, ἀλλὰ στάσεις καὶ ἔχθραι καὶ μίση καὶ ἀπιστίαι ταῖς οὕτω διατεθείσαις πόλεσιν αὐταῖς πρὸς αὑτὰς ἀεὶ γίγνεσθαι φιλεῖ. τοὺς δὴ κρατήσαντας ἀεὶ χρή, ὅτανπερ ἐπιθυμήσωσι σωτηρίας, αὐτοὺς ἐν αὑτοῖς ἄνδρας προκρῖναι τῶν ἄλλων οὓς ἂν πυνθάνωνται ἀρίστους ὄντας, πρῶτον μὲν γέροντας, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι καὶ προγόνους αὐτῶν ὅτι μάλιστα πολλούς τε καὶ ὀνομαστοὺς καὶ κτῆσιν κεκτημένους πάντας ἱκανήν· ἀριθμὸν δὲ εἶεν ἂν μυριάνδρῳ πόλει πεντήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι. τούτους δὲ δεήσεσι καὶ τιμαῖς ὅτι μεγίσταις οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι, μεταπεμψαμένους δὲ ὀμόσαντας δεῖσθαι καὶ κελεύειν θεῖναι νόμους, μήτε νικήσασι μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, τὸ δὲ ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει. τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντα ἐστίν. ἂν μὲν γὰρ οἱ νενικηκότες ἥττους αὑτοὺς τῶν νόμων μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχωνται, πάντ' ἔσται σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεστὰ καὶ πάντων κακῶν ἀποφυγή· εἰ δὲ μή, μήτ' ἐμὲ μήτ' ἄλλον κοινωνὸν παρακαλεῖν ἐπὶ τὸν μὴ πειθόμενον τοῖς νῦν ἐπεσταλμένοις. ταῦτα γάρ ἐστιν ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ' ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν Συρακούσαις εὖ φρονοῦντες συμπρᾶξαι, δεύτερα μήν· πρῶτα δ' ἦν ἃ τὸ πρῶτον ἐπεχειρήθη μετ' αὐτοῦ Διονυσίου πραχθῆναι πᾶσι κοινὰ ἀγαθά, τύχη δέ τις ἀνθρώπων κρείττων διεφόρησε. τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς πειρᾶσθε εὐτυχέστερον αὐτὰ ἀγαθῇ πρᾶξαι μοίρᾳ καὶ θείᾳ τινὶ τύχῃ.

Ξυμβουλὴ μὲν δὴ καὶ ἐπιστολὴ εἰρήσθω καὶ ἡ παρὰ Διονύσιον ἐμὴ προτέρα ἄφιξις· ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία τε καὶ πλοῦς ὡς εἰκότως τε ἅμα καὶ ἐμμελῶς γέγονεν, ᾧ μέλει ἀκούειν, ἔξεστι τὸ μετὰ τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν Σικελίᾳ διατριβῆς μοι διεπεράνθη, (338) καθάπερ εἶπον, πρὶν συμβουλεύειν τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ Δίωνα· τὸ μετ' ἐκεῖνα

tum ex omni Peloponneso: nec Athenas horrete. Sunt enim et ibi viri virtute omnium præstantissimi, et qui odio habeant eorum crudelitatem, qui hospitum cæde se polluant. Verum si hæc tardiora iam sunt urgentque vos quotidianæ multiplicesque seditiones atque discordiæ: intelligere unumquemque oportet, cui modo vel paulum rectæ opinionis sors quædam divina largita sit, nullum fore finem seditionum malorumque ex seditione nascentium, priusquam illi, qui vicerint prœlio, a cædibus pulsionibusque civium atque etiam iniuriarum commemoratione vindictæque cupiditate temperantes inimicis concilientur, suique ipsius compotes fiant: (337) praterea leges ferant communes, nihilo magis ad voluptatem suam quam eorum, quos vicerint: cogantque illos his legibus uti. Cogant, inquam, gemina necessitatis via, metu scilicet et pudore: metu quidem propterea quod potentiores sint, suam vim demonstrantes: pudore vero ex eo, quod rursus potentiores promptioresque appareant tum in voluptatibus superandis tum in legibus observandis. Aliter autem nulla prorsus est via finiendorum malorum civitatis, in se ipsa seditionibus laborantis: sed seditiones, inimicitiæ, odia, proditiones in republica, ut in civitatibus ita se habentibus intra se atque vicissim fieri consuevit, semper exorientur. Quamobrem qui tanquam potentiores rempublicam tenent, si salutem exoptant, ipsi inter se eligere atque in honore præferre eos debent, quos esse audiverint optimos: primum quidem senes, qui filios et uxores habeant atque domicilium, ac maiores eorum quam plurimos et probatos et insignes, sufficiensque omnes patrimonium possidentes. Civitati vero decem millium virorum quinquaginta eiusmodi sufficient. Hos ergo precibus honoribusque quam maximis domo evocare debent: evocatos autem precari atque iureiurando astringere, ut leges condant, quæ neque victoribus neque victis plus tribuant, sed ius universæ civitati æquum atque commune. Latis denique legibus in hoc iam omnia consistunt. Si enim victores subesse legibus voluerint magis etiam quam illi, qui victi sunt: omnia iam erunt salutis felicitatisque plena malaque omnia procul aberunt. Sin minus, nec me nec alium in commune consilium ad eum vocare oportet, qui præceptis eiusmodi non acquieverit. Hæc utique germana sunt eorum, quæ iamdiu ego ac Dion Syracusis efficere recto iudicio aggressi sumus, posteriora tamen. Nam prima quidem illa fuissent, quæ apud Dionysium ipsum primo bona omnibus communia agere conati sumus: sed fortuna quædam hominibus potentior illa dissolvit. Nunc autem vos ista conemini bona quadam sorte divinaque fortuna fortunatius agere.

Atque hic finis epistolæ de consilio deque prima in Siciliam navigatione mea. Quod autem sequens profectio et navigatio mea neque ab re neque temere suscepta fuerit, si cui id curæ sit, audire iam licet. Primum quidem habitationis in Sicilia mea tempus mihi transactum fuerat, (338) quemadmodum supra dixi, priusquam amicis necessariisque Dionis con-

δ' οὖν ἔπεισα ὅπῃ δή ποτ' ἐδυνάμην Διονύσιον ἀφεῖναί με, εἰρήνης δὲ γενομένης, ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν Σικελίᾳ, ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι. Διονύσιος μὲν ἔφη μεταπέμψεσθαι Δίωνα καὶ ἐμέ, πάλιν καταστησάμενος τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσφαλέστερον ἑαυτῷ, Δίωνα δὲ ἠξίου διανοεῖσθαι μὴ φυγὴν αὐτῷ γεγονέναι τότε, μετάστασιν δέ· ἐγὼ δ' ἥξειν ὡμολόγησα ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις. γενομένης δὲ εἰρήνης μετεπέμπετ' ἐμέ, Δίωνα δὲ ἐπισχεῖν ἔτι ἐνιαυτὸν ἐδεῖτο, ἐμὲ δὲ ἥκειν ἐκ παντὸς τρόπου ἠξίου. Δίων μὲν οὖν ἐκέλευέ τέ με πλεῖν καὶ ἐδεῖτο· καὶ γὰρ δὴ λόγος ἐχώρει πολὺς ἐκ Σικελίας, ὡς Διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονὼς τὰ νῦν, ὅθεν ὁ Δίων συντεταμένως ἐδεῖτο ἡμῶν τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν. ἐγὼ δὲ ἤδη μέν που κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα, ὅμως δ' οὖν ἀσφαλέστερόν μοι ἔδοξε χαίρειν τότε γε πολλὰ καὶ Δίωνα καὶ Διονύσιον ἐᾶν, καὶ ἀπηχθόμην ἀμφοῖν ἀποκρινάμενος ὅτι γέρων τε εἴην καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας οὐδὲν γίγνοιτο τῶν τὰ νῦν πραττομένων. ἔοικε δὴ τὸ μετὰ τοῦτο Ἀρχύτας τε παρὰ Διονύσιον ἀφικέσθαι (ἐγὼ γὰρ πρὶν ἀπιέναι ξενίαν καὶ φιλίαν Ἀρχύτᾳ καὶ τοῖς ἐν Τάραντι καὶ Διονυσίῳ ποιήσας ἀπέπλεον), ἄλλοι τέ τινες ἐν Συρακούσαις ἦσαν Δίωνός τε ἄττα διακηκοότες καὶ τούτων τινὲς ἄλλοι, παρακουσμάτων τινῶν ἔμμεστοι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν, οἵ δοκοῦσί μοι Διονυσίῳ πειρᾶσθαι διαλέγεσθαι περὶ τῶν τοιούτων, ὡς Διονυσίου πάντα διακηκοότος ὅσα διενοούμην ἐγώ. ὁ δὲ οὔτε ἄλλως ἐστὶν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύναμιν φιλότιμός τε θαυμαστῶς. ἤρεσκέ τε οὖν ἴσως αὐτῷ τὰ λεγόμενα, ᾐσχύνετό τε φανερὸς γιγνόμενος οὐδὲν ἀκηκοὼς ὅτ' ἐπεδήμουν ἐγώ, ὅθεν ἅμα μὲν εἰς ἐπιθυμίαν ᾔει τοῦ διακοῦσαι ἐναργέστερον, ἅμα δ' ἡ φιλοτιμία κατήπειγεν αὐτόν. δι' ἃ δὲ οὐκ ἤκουσεν ἐν τῇ πρόσθεν ἐπιδημίᾳ, διεξήλθομεν ἐν τοῖς ἄνω ῥηθεῖσι λόγοις. ἐπειδὴ οὖν οἴκαδέ τε ἐσώθην καὶ καλοῦντος τὸ δεύτερον ἀπηρνήθην, καθάπερ εἶπον νῦν δή, δοκεῖ μοι Διονύσιος παντάπασι φιλοτιμηθῆναι, μή ποτέ τισι δόξαιμι καταφρονῶν αὐτοῦ, τῆς φύσεώς τε καὶ ἕξεως ἅμα καὶ τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγονώς, (339) οὐκέτ' ἐθέλειν δυσχεραίνων παρ' αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. δίκαιος δὴ λέγειν εἰμὶ τἀληθὲς καὶ ὑπομένειν, εἴ τις ἄρα τὰ γεγονότα ἀκούσας καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας, τὸν τύραννον δὲ ἡγήσεται νοῦν ἔχειν. ἔπεμψε μὲν γὰρ δὴ Διονύσιος τρίτον ἐπ' ἐμὲ τριήρη ῥᾳστώνης ἕνεκα τῆς πορείας, ἔπεμψε δὲ Ἀρχέδημον, ὃν ἡγεῖτό με τῶν ἐν Σικελίᾳ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, τῶν Ἀρχύτᾳ ξυγγεγονότων ἕνα, καὶ ἄλλους γνωρίμους τῶν ἐν Σικελίᾳ· οὗτοι δὲ ἡμῖν ἤγγελλον πάντες τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς θαυμαστὸν ὅσον Διονύσιος ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν. ἔπεμψε δὲ ἐπιστολὴν πάνυ μακράν, εἰδὼς ὡς πρὸς Δίωνα διεκείμην καὶ τὴν αὖ Δίωνος προθυμίαν τοῦ ἐμὲ πλεῖν καὶ εἰς Συρακούσας ἐλθεῖν· πρὸς γὰρ δὴ πάντα ταῦτα ἦν παρεσκευασμένη τὴν

silium darem : postea vero, quantum potui, Dionysio persuasi, ut me abire permitteret. Convenerat autem inter nos, ut cum pax facta esset ex bello, quod tunc in Sicilia erat, statusque illius tutius confirmatus, Dion revocaretur atque ego simul accederem. Voluit autem Dionem intelligere atque existimare, se non quasi in exsilio, sed in secessu quodam constitutum esse, certo tempore rediturum. Ego vero consentiens recepi me ita facturum. Sed cum postea pax secuta esset, me quidem accersivit Dionysius : Dionem vero ad annum insuper hortatus est absentiam tolerare. Me autem, ut omnino ad eum properarem, rogavit. Dion igitur, ut illuc accederem, et iubebat et precabatur. Increbuerat enim ex Sicilia fama, Dionysium miro quodam rursus philosophiæ desiderio affici. Qua re commotus Dion, ne profectionem omitterem, magnopere flagitabat. Ego vero, quanquam sciebam, iuvenes plerumque erga philosophiam affici ita solere : existimavi tamen, tutius fore, ut rem totam dimitterem neque Dionysio neque Dioni parerem. Odiosa igitur utrique respondi, me videlicet iccirco non profecturum, quia senex iam essem, et eorum, quæ in præsentia fierent, nihil ita, ut convenerat, fieret. Audivi autem Archytam Tarentinum interim ad Dionysium accessisse. Ego enim illum ante discessum meum nonnullosque alios Tarentinos in Dionysii familiaritatem adduxeram. Erant et alii quidam Syracusis, nonnunquam Dionis auditores, atque inter hos alii quidam, qui alia plurima in philosophia audiverant : qui mihi visi sunt contendisse de rebus huiusmodi apud Dionysium disputare; quasi ille omnia, quæ excogitaverim, audivisset. Ille vero nec hebes est ad perdiscendum, et honoris cupiditate vehementer incensus. Placuerunt igitur sibi forte, quæ dicebantur : manifesteque erubescebat nihil a me, cum ad eum profectus sum, audivisse. Itaque partim amor planius audiendi eum invaserat : partim cupiditas gloriæ stimulabat. Quam vero ob causam in prima illa peregrinatione mea non audiverit, in superioribus enarravi. Cum ergo domum ego sospes redissem, atque illi iterum revocanti negavissem, ut dixi, visus iam mihi est Dionysius honoris sui cura prorsus ardere, veritus ne sic acciperent homines negationem meam, quasi illum prorsus contemnerem, cum eius ingenium moresque et vitam ipsa experientia cognovissem. (339) Iustum est autem, me verum fateri, ferreque æquo animo, si quis quæ contigerint, audiens meam quidem spernit philosophiam, tyrannum vero mentem putet habere. Misit enim Dionysius tertio ad me triremem, qua facile navigarem : misit et Archedemum, quem ex omnibus Archytæ in Sicilia familiaribus plurimi a me fieri existimabat : atque una alios ex Sicilia nobiles. Omnes iisdem mihi verbis affirmarunt Dionysium mirum in modum philosophiæ deditum esse. Misit ipse præterea pergrandem epistolam : cum sciret, quemadmodum et ipse erga Dionem afficerer, et Dionis cupiditatem id prorsus expe-

ἀρχὴν ἔχουσα ἡ ἐπιστολή, τῇδέ πῃ φράζουσα, Διονύσιος Πλάτωνι. τὰ νόμιμα ἐπὶ τούτοις εἰπὼν οὐδὲν τὸ μετὰ τοῦτο εἶπε πρότερον ἢ ὡς ἂν εἰς Σικελίαν πεισθεὶς ὑφ' ἡμῶν ἔλθῃς τὰ νῦν, πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ Δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα ὅπῃπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς, θελήσεις δὲ οἶδ' ὅτι τὰ μέτρια, καὶ ἐγὼ συγχωρήσομαι· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι τῶν περὶ Δίωνα ἕξει πραγμάτων οὔτε περὶ τἆλλα οὔτε περὶ αὐτὸν κατὰ νοῦν γιγνόμενον. ταῦθ' οὕτως εἶπε, τἆλλα δὲ μακρὰ ἂν εἴη καὶ ἄνευ καιροῦ λεγόμενα. ἐπιστολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων παρά τε Ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν Τάραντι, τήν τε φιλοσοφίαν ἐγκωμιάζουσαι τὴν Διονυσίου, καὶ ὅτι, ἂν μὴ ἀφίκωμαι νῦν, τὴν πρὸς Διονύσιον αὐτοῖς γενομένην φιλίαν δι' ἐμοῦ οὐ σμικρὰν οὖσαν πρὸς τὰ πολιτικὰ παντάπασι διαβαλοίην. ταύτης δὴ τοιαύτης γενομένης ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῆς μεταπέμψεως, τῶν μὲν ἐκ Σικελίας τε καὶ Ἰταλίας ἑλκόντων, τῶν δὲ Ἀθήνηθεν ἀτεχνῶς μετὰ δεήσεως οἷον ἐξωθούντων με, πάλιν ὁ λόγος ἧκεν ὁ αὐτός, τὸ μὴ δεῖν προδοῦναι Δίωνα μηδὲ τοὺς ἐν Τάραντι ξένους τε καὶ ἑταίρους· αὐτῷ δέ μοι ὑπῆν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν νέον ἄνθρωπον παρακούοντα ἀξίων λόγου πραγμάτων [εὐμαθῆ] πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου. δεῖν οὖν αὐτὸ ἐξελέγξαι σαφῶς ὁποτέρως ποτὲ ἄρα σχοίη, καὶ τοῦτ' αὐτὸ μηδαμῇ προδοῦναι μηδὲ τὸν ἐμὲ αἴτιον γενέσθαι τηλικούτου ἀληθῶς ὀνείδους, (340) εἴπερ ὄντως εἴη τῳ ταῦτα λελεγμένα. πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος, πολλὰ δεδιὼς μαντευόμενός τε οὐ πάνυ καλῶς, ὡς ἔοικεν. ἐλθὼν δ' οὖν τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τοῦτό γε οὖν ἔπραξα ὄντως· ἐσώθην γάρ τοι πάλιν εὐτυχῶς, καὶ τούτων γε μετὰ θεὸν Διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεών, ὅτι πολλῶν βουληθέντων ἀπολέσαι με διεκώλυσε καὶ ἔδωκέ τι μέρος αἰδοῖ τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων. ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμην, ᾤμην τούτου πρῶτον ἔλεγχον δεῖν λαβεῖν, πότερον ὄντως εἴη Διονύσιος ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρός, ἢ μάτην ὁ πολὺς οὗτος ἔλθοι λόγος Ἀθήναζε. ἔστι δή τις τρόπος τοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖραν λαμβάνειν οὐκ ἀγεννὴς ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων, ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς, ὃ δὴ κἀγὼ Διονύσιον εὐθὺς ἐλθὼν ᾐσθόμην καὶ μάλα πεπονθότα. δεικνύναι δὴ δεῖ τοῖς τοιούτοις ὅ τι ἔστι πᾶν τὸ πρᾶγμα οἷόν τε καὶ δι' ὅσων πραγμάτων καὶ ὅσον πόνον ἔχει. ὁ γὰρ ἀκούσας, ἐὰν μὲν ὄντως ᾖ φιλόσοφος οἰκεῖός τε καὶ ἄξιος τοῦ πράγματος θεῖος ὤν, ὁδόν τε ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι ξυντατόν τε εἶναι νῦν καὶ οὐ βιωτὸν ἄλλως ποιοῦντι· μετὰ τοῦτο δὴ ξυντείνας αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδὸν οὐκ ἀνίησι πρὶν ἂν ἢ τέλος ἐπιθῇ πᾶσιν ἢ λάβῃ δύναμιν, ὥστε αὐτὸς αὑτὸν χωρὶς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδύνατος εἶναι ποδηγεῖν. ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα διανοηθεὶς ὁ τοιοῦτος ζῇ, πράττων μὲν ἐν αἷς τισὶν ἂν ᾖ πράξεσι, παρὰ πάντα δὲ ἀεὶ φιλοσοφίας ἐχόμενος καὶ τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἥτις ἂν αὐτὸν μάλιστα εὐμαθῆ τε καὶ μνήμονα καὶ

tere, ut Syracusas me conferrem. Ad hæc igitur omnia composita epistola fuerat, tali quodam exordio : Dionysius Platoni. Legitima et consueta ratione in his præfatus, Nihil deinceps prius, ait, quam quod in Siciliam pro nostra voluntate veneris. Primum quidem de Dione ita fiet, ut ipse volueris. Voles autem, ut arbitror, moderata : atque ego concedam. At vero, nisi veneris, nihil impetrabis eorum, quæ pro Dione optas : neque in rebus aliis, neque in his, quæ ad personam suam spectantia inprimis desideratis. Hæc ita scripsit. Cetera vero prolixa forent neque satis opportuna relatu. Venerunt aliæ quoque epistolæ ab Archyta aliisque Tarentinis, laudantes in Dionysio sapientiæ studium. Præterea his addebant, nisi proficiscerer, amicitiam illam quam ipsis cum Dionysio conflaveram, neque parvam quidem, quantum ad civilia spectat, me omnino calumniis subiecturum. Cum igitur eo tempore sic accersirer, aliis quidem ex Sicilia et Italia me trahentibus, aliis vero precibus Athenis quasi me impellentibus, ratioque mihi dictaret non decere Dionem Tarentinosque hospites et amicos prodere : atque mihi ipsi succurreret non esse mirum, si quis ingeniosus iuvenis, cum prius sermones de rebus magnis audire noluerit, mutata deinde sententia ardore quodam vitæ optimæ accendatur : oportereque ipsum evidenter arguere, utram in partem declinet; nec ipsum prodere, nec me ipsum causam illi præbere tantæ vituperationis suæ, si modo res eius revera ita, ut fertur, sese habeant : (340) harum, inquam, rationum patrocinio protectus iter ingredior, multa quidem timens multaque fore divinans, nec recte quidem, ut videtur. Profectus denique sum tertio, sub servatore. Id enim re vera consecutus sum : nam rursus feliciter sum servatus. Atque horum post deum Dionysio habeo gratiam, quoniam, cum plerique me interficere cuperent, restitit ipse, partemque aliquam pudoris sui meis in rebus exhibuit. Cum itaque ad eum pervenissem, operæ pretium imprimis fore censui hoc ipsum exanimare, utrum revera Dionysius amore philosophiæ accensus velut igne flagraret, an vanus de eo rumor Athenas usque fuerit pervagatus. Est modus quidam experientiæ circa hæc sumendæ, non ingenerosus ille quidem, sed tyrannis revera conveniens, his præcipue, qui plurimos iam audiverint. Quod quidem ego statim veniens persensi prorsus Dionysio contigisse. Ostendendum est utique illis, quam magna res philosophia sit, quantoque studio egeat, et quantis laboribus comparetur. Qui igitur hæc audiverit, si revera sapientiam amet, eique natura cognatus atque ipsius possessione sit dignus, quasi qui divinus sit, viam sibi mirabilem esse putat ostensam, perque eam sibi omni conatu existimat gradiendum, aliterque facienti vivendum esse non censet. Itaque se ipsum atque etiam huius viæ ducem impensius cohortatur : neque prius desinit quam vel finem omnium fuerit consecutus vel saltem eam sibi comparaverit facultatem, per quam ipse se iam sine duce ad terminum perducere valeat. Hæc igitur, atque eiusmodi rationibus, ille considerans, per universam vitam, quicquid omnino agat, ante omnia est philosophiæ semper

λογίζεσθαι δυνατὸν ἐν αὐτῷ νήφοντα ἀπεργάζηται· τὴν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ μισῶν διατελεῖ. οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι, δόξαις δ' ἐπικεχρωσμένοι, καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι, ἰδόντες τε ὅσα μαθήματά ἐστι καὶ ὁ πόνος ἡλίκος καὶ δίαιτα ἡ καθ' ἡμέραν ὡς πρέπουσα ἡ κοσμία τῷ πράγματι, χαλεπὸν ἡγησάμενοι καὶ ἀδύνατον αὐτοῖς οὔτε δὴ ἐπιτηδεύειν δυνατοὶ γίγνονται, (341) ἔνιοι δὲ αὐτῶν πείθουσιν αὐτούς, ὡς ἱκανῶς ἀκηκοότες εἰσὶ τὸ ὅλον καὶ οὐδὲν ἔτι δέονταί τινων πραγμάτων. ἡ μὲν δὴ πεῖρα αὕτη γίγνεται ἡ σαφής τε καὶ ἀσφαλεστάτη πρὸς τοὺς τρυφῶντάς τε καὶ ἀδυνάτους διαπονεῖν, ὡς μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντα ἀλλ' αὐτὸν αὑτόν, μὴ δυνάμενον πάντα τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύειν τῷ πράγματι. οὕτω δὴ καὶ Διονυσίῳ τότ' ἐρρήθη τὰ ῥηθέντα. πάντα μὲν οὖν οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον οὔτε Διονύσιος ἐδεῖτο· πολλὰ γὰρ αὐτὸς καὶ τὰ μέγιστα εἰδέναι τε καὶ ἱκανῶς ἔχειν προσεποιεῖτο διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς· ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι αὐτὸν περὶ ὧν τότε ἤκουσε, συνθέντα ὡς αὑτοῦ τέχνην, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν ἀκούοι· οἶδα δὲ οὐδὲν τούτων. ἄλλους μέν τινας οἶδα γεγραφότας περὶ τῶν αὐτῶν τούτων, οἵτινες δέ, οὐδ' αὐτοὶ αὑτούς· τοσόνδε γε μὴν περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων καὶ γραψόντων, ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' ἐμοῦ ἀκηκοότες εἴτ' ἄλλων εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοί, τούτους οὐκ ἔστι κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν περὶ τοῦ πράγματος ἐπαΐειν οὐδέν. οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμα οὐδὲ μήποτε γένηται· ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν ὡς ἄλλα μαθήματα, ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ καὶ τοῦ συζῆν ἐξαίφνης, οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς, ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. καίτοι τοσόνδε γε οἶδα, ὅτι γραφέντα ἢ λεχθέντα ὑπ' ἐμοῦ βέλτιστ' ἂν λεχθείη, καὶ μὴν ὅτι γεγραμμένα κακῶς οὐχ ἥκιστ' ἂν ἐμὲ λυποῖ. εἰ δέ μοι ἐφαίνετο γραπτά θ' ἱκανῶς εἶναι πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ ῥητά, τί τούτου κάλλιον ἐπέπρακτ' ἂν ἡμῖν ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῖς τε ἀνθρώποισι μέγα ὄφελος γράψαι καὶ τὴν φύσιν εἰς φῶς πᾶσι προαγαγεῖν· ἀλλ' οὔτε ἀνθρώποις ἡγοῦμαι τὴν ἐπιχείρησιν περὶ αὐτῶν γενομένην ἀγαθόν, εἰ μή τισιν ὀλίγοις, ὁπόσοι δυνατοὶ ἀνευρεῖν αὐτοὶ διὰ σμικρᾶς ἐνδείξεως· τῶν δὲ δὴ ἄλλων τοὺς μὲν καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῶς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῇ ἐμμελοῦς, τοὺς δὲ ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος, ὡς σέμν' ἄττα μεμαθηκότας. (342) ἔτι δὲ μακρότερα περὶ αὐτῶν ἐν νῷ μοι γέγονεν εἰπεῖν· τάχα γὰρ ἂν περὶ ὧν λέγω σαφέστερον ἂν εἴη τι λεχθέντων αὐτῶν· ἔστι γάρ τις λόγος ἀληθὴς ἐναντίος τῷ τολμήσαντι γράφειν τῶν τοιούτων καὶ ὁτιοῦν, πολλάκις μὲν ὑπ' ἐμοῦ καὶ πρόσθεν ῥηθείς, ἔοικε δ' οὖν εἶναι καὶ νῦν λεκτέος.

Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία, τέταρτον δ' αὐτή, πέμπτον δ' αὐτὸ τιθέναι δεῖ ὃ δὴ γνωστόν τε καὶ ἀληθές

intentus : victuque quotidiano utitur, quo maxime queat ingenium et memoriam et iudicium conservare, sese sobrium præstans, contrariumque huic victum semper odio habens. At vero qui non sunt revera sapientiæ amatores, sed opinionibus dumtaxat extrinsecus colorati, instar eorum, qui sub sole uruntur atque colorantur, cum audiverint, quot discenda sint, quanto labore, qua quotidiani victus temperantia philosophiæ studiis necessaria, rem protinus sibi duram impossibilemque rati, ut operam dent adduci non possunt. (341) Plerique vero sibimet persuadent sufficienter se omnia iam audivisse, neque studio prorsus ullo ulterius indigere. Hæc utique faciendi periculi ratio perspicua est et minime fallax, adversus eos, qui prosequi præ mollitie nequeunt : ut crimen in præceptorem reicere nunquam possint, sed ipsi iam se ipsos ad ea, quæ philosophiam decent, peragenda redarguant, ut impotentes. Hac utique examinis ratione apud Dionysium tunc usus sum : cuncta vero nec ego percurri neque Dionysius requirebat. Nam erant permulta et maxima, in quibus se satis doctum ob ea, quæ ab aliis audiverat, existimari studebat. Audio vero, ipsum de his, quæ tunc audivit, scripsisse postea, quasi artem propriam componentem : cum nihil tamen horum revera ipsorum inesset, ut equidem audio. De his vero ego nihil certi scio. Alios tamen quosdam novi de rebus eisdem scripsisse. Quicunque vero hi fuerint, ne ipsi quidem se ipsos. Tantum vero dicam de his omnibus, qui aut scripserunt aut scripturi sunt, se scire affirmantes, quæ sint ea, quæ ipse tanquam seria studiose meditor, sive a me sive ab aliis audiverint, sive tanquam inventores ipsi fuerint, nihil eos ipsa de re meo iudicio percipere posse. Nec enim de ipsis scripsi unquam, nec scribam. Id namque nullo pacto verbis exprimi potest, quemadmodum ceteræ disciplinæ : sed ex diuturna circa id ipsum consuetudine vitæque ad ipsum coniunctione subito tandem, quasi ab igne scintillanti lumen refulgens, in anima se ipsum iam alit. Atqui tantum equidem scio, videlicet scripta a me vel dicta optime dicerentur : male vero scripta non minimam mihi afferrent molestiam. Quod si scriptis vel voce proferenda mihi in vulgum viderentur, quidnam pulchrius nobis in vita fieri posset, quam rem valde utilem hominibus afferre, atque naturam omnibus proferre in lucem? At vero studium in his edendis utile esse non reor hominibus, nisi admodum paucis, qui videlicet, exiguis ante vestigiis demonstratis, ad inveniendum ipsi sagaces sint. Alios vero partim contemptu nefario, partim elata spe vanaque implevisset, quasi præclara quædam iam didicissent. Proinde longiora de ipsis dicere cogitavi. Forte enim, si hæc dicantur, nonnihil de his, quæ dico, clarius apparebit. (342) Est namque sermo quidam verus, obstans illi qui de rebus eiusmodi nihil omnino audet scribere : sæpe quidem a me alias dictus et nunc, ut videtur, dicendus.

Unicuique ipsorum, quæ sunt, tria sunt, ex quibus scientiam fieri necessarium sit. Quartum ipsa scientia est : quintum vero oportet ipsum ponere, quod quidem

ἐστιν. ὧν ἓν μὲν ὄνομα, δεύτερον δὲ λόγος, τὸ δὲ τρίτον εἴδωλον, τέταρτον δὲ ἐπιστήμη. περὶ ἓν οὖν λαβὲ βουλόμενος μαθεῖν τὸ νῦν λεγόμενον, καὶ πάντων οὕτω πέρι νόησον. κύκλος ἐστί τι λεγόμενον, ᾧ τοῦτ' αὐτό ἐστιν ὄνομα ὃ νῦν ἐφθέγμεθα. λόγος δ' αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκείμενος· τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον πάντῃ, λόγος ἂν εἴη ἐκείνου ᾧπερ στρογγύλον καὶ περιφερὲς ὄνομα καὶ κύκλος. τρίτον δὲ τὸ ζωγραφούμενόν τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον· ὧν αὐτὸς ὁ κύκλος, ὃν πέρι πάντ' ἐστὶ ταῦτα, οὐδὲν πάσχει τούτων ὡς ἕτερον ὄν. τέταρτον δὲ ἐπιστήμη καὶ νοῦς ἀληθής τε δόξα περὶ ταῦτ' ἐστίν. ὡς δὲ ἓν τοῦτο αὖ πᾶν θετέον, οὐχ ἐν φωναῖς οὐδ' ἐν σωμάτων σχήμασιν ἀλλ' ἐν ψυχαῖς ἐνόν, ᾧ δῆλον ἕτερόν τε ὂν αὐτοῦ τοῦ κύκλου τῆς φύσεως τῶν τε ἔμπροσθεν λεχθέντων τριῶν. τούτων δὲ ἐγγύτατα μὲν ξυγγενείᾳ καὶ ὁμοιότητι τοῦ πέμπτου νοῦς πεπλησίακε, τἆλλα δὲ πλέον ἀπέχει. ταὐτὸν δὴ περί τε εὐθέος ἅμα καὶ περιφεροῦς σχήματος καὶ χρόας, περί τε ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ δικαίου, καὶ περὶ σώματος ἅπαντος σκευαστοῦ τε καὶ κατὰ φύσιν γεγονότος, πυρὸς ὕδατός τε καὶ τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ζῴου ξύμπαντος πέρι καὶ ἐν ψυχαῖς ἤθους, καὶ περὶ ποιήματα καὶ παθήματα ξύμπαντα· οὐ γὰρ ἂν τούτων μή τις τὰ τέτταρα λάβῃ ἁμῶς γέ πως, οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσται. πρὸς γὰρ τούτοις ταῦτα οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποῖόν τι περὶ ἕκαστον δηλοῦν ἢ τὸ ὂν ἑκάστου διὰ τὸ τῶν λόγων ἀσθενές. (343) ὧν ἕνεκα νοῦν ἔχων οὐδεὶς τολμήσει ποτὲ εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νενοημένα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ταῦτα εἰς ἀμετακίνητον, ὃ δὴ πάσχει τὰ γεγραμμένα τύποις. τοῦτο δὲ πάλιν αὖ τὸ νῦν λεγόμενον δεῖ παθεῖν. κύκλος ἕκαστος τῶν ἐν ταῖς πράξεσι γραφομένων ἢ καὶ τορνευθέντων μεστὸς τοῦ ἐναντίου ἐστὶ τῷ πέμπτῳ, τοῦ γὰρ εὐθέος ἐφάπτεται πάντῃ· αὐτὸς δέ, φαμέν, ὁ κύκλος οὔτε τι σμικρότερον οὔτε μεῖζον τῆς ἐναντίας ἔχει ἐν αὑτῷ φύσεως. ὄνομά τε αὖ φαμὲν οὐδὲν οὐδενὶ βέβαιον εἶναι, κωλύειν δ' οὐδὲν τὰ νῦν στρογγύλα καλούμενα εὐθέα κεκλῆσθαι τά τε εὐθέα δὴ στρογγύλα, καὶ οὐδὲν ἧττον βεβαίως ἕξειν τοῖς μεταθεμένοις καὶ ἐναντίως καλοῦσι. καὶ μὴν περὶ λόγου γε ὁ αὐτὸς λόγος, εἴπερ ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύγκειται, μηδὲν ἱκανῶς βεβαίως εἶναι βέβαιον. μυρίος δὲ λόγος αὖ περὶ ἑκάστου τῶν τεττάρων, ὡς ἀσαφές· τὸ δὲ μέγιστον, ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὅτι δυοῖν ὄντοιν, τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινός, οὐ τὸ ποιόν τι, τὸ δὲ τί ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων πρότερον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ' ἔργα, αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον τό τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντ' ἄνδρα. ἐν οἷσι μὲν οὖν μηδ' εἰθισμένοι τὸ ἀληθὲς ζητεῖν ἐσμὲν ὑπὸ πονηρᾶς τροφῆς, ἐξαρκεῖ δὲ τὸ προταθὲν τῶν εἰδώλων, οὐ καταγέλαστοι γιγνόμεθα ὑπ' ἀλλήλων, οἱ

cognoscibile, id est quod agnosci potest, atque vere existit. Horum unum est nomen, secundum oratio sive ratio quædam, tertium simulacrum : scientia quartum. De uno quovis igitur accipe, cupiens, quod modo dictum est, discere : deque omnibus similiter cogita. Circulus aliquid dicitur, cui nomen id est. quod modo pronuntiabamus. Sequitur autem eius oratio sive ratio quædam, ex nominibus verbisque composita. Quod enim ab extremis ad medium æqualiter undique distat, illius ratio est : quod rotundi et circumferentiæ et circuli nomine designamus. Tertium vero scilicet, quod pictus circulus sit, vel deletus, aut torno factus, vel destructus. Quorum nihil ipse circulus, circa quem hæc singula sunt, patitur, utpote aliud quiddam exsitens. Quartum autem scientia est et intellectus atque vera circa hæc opinio. Hoc rursus totum tanquam unum est ponendum, quod nec in vocibus, nec in corporum figuris est, sed animis : ideoque manifestum est aliud esse, quam sit ipsa circuli natura, rursusque aliud quam tria illa, quæ supra diximus. Horum vero ex numero intellectus cognatione similitudineque quinto proximus hæret : cetera remotiora sunt. Idem quoque de recta et curva dici potest figura atque colore : deque bono et pulchro et iusto : rursus de quocunque corpore, vel manu facto vel naturali, sive igni sive aqua, ceterisque huiusmodi : similiter de omni animali ac de moribus animorum atque de actionibus passionibusque universis. Nisi enim quis in his illa quatuor quodammodo capiat, nunquam scientiæ circa quintum perfecte particeps erit. Proinde illa non minus, quale quid sit unumquodque, quam quid sit, aggrediuntur ostendere, propter rationum debilitatem. (343) Quapropter nemo mentis compos audebit unquam in idem, atque id quidem immutabile, referre, quæ ab ipso intelliguntur, atque quatuor illa : quod utique patiuntur, quæ designantur figuris. Id vero, quod nunc dicimus, rursus est considerandum. Sane circulus quilibet horum, qui inter hominum manus vel pinguntur vel torno fiunt, plenus contrarii est ad quintum. Recti namque undequaque fit particeps. Ipsum vero circulum affirmamus neque minus neque magis aliquid, id est, nihil omnino habere in se naturæ contrariæ. Præterea nullius horum nomen firmitatem dicimus ullam habere. Nihil enim prohiberet, quæ nunc rotunda nominamus, recta vocari rectaque rotunda : nec firmitatem ullam maiorem fore nominibus in contrarium permutatis. Eadem quoque de oratione ratio est, cum ex nominibus verbisque componatur nullam omnino habentibus firmitatem. Multipliciter rursus probari potest nullum horum quatuor certum firmumque esse. Maximum vero omnium, quod paulo ante dicebamus, quod cum duo sint, essentia et qualitas, quando animus non quale, sed quid sit, quærit, nisi quodlibet horum quatuor quæsitum prius ab anima tam ratione quam effectu, denique sensibus bene discussum, per omnia, quæ dicuntur atque ostenduntur, evaserit : omni ambiguitate et obscuritate, ut ita dixerim, omnes implebit. In quibus igitur haudquaquam consueti sumus

ἐρωτώμενοι ὑπὸ τῶν ἐρωτώντων, δυναμένων δὲ τὰ τέτταρα διαρρίπτειν τε καὶ ἐλέγχειν· ἐν οἷς δ' ἂν τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι καὶ δηλοῦν ἀναγκάζωμεν, ὁ βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν κρατεῖ, καὶ ποιεῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐν λόγοις ἢ γράμμασιν ἢ ἀποκρίσεσι τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων δοκεῖν μηδὲν γιγνώσκειν ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν, ἀγνοούντων ἐνίοτε, ὡς οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται, ἀλλ' ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου, πεφυκυῖα φαύλως. ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγή, ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα ἐφ' ἕκαστον, μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν εὖ πεφυκότος εὖ πεφυκότι. κακῶς δὲ ἂν φυῇ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν ἕξις τῆς ψυχῆς εἴς τε τὸ μαθεῖν εἴς τε τὰ λεγόμενα ἤθη πέφυκε, τὰ δὲ διέφθαρται, (344) οὐδ' ἂν ὁ Λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειε τοὺς τοιούτους. ἑνὶ δὲ λόγῳ, τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος οὔτ' ἂν εὐμάθεια μαθεῖν ποιήσειέ ποτε οὔτε μνήμη· τὴν ἀρχὴν γὰρ ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίγνεται. ὥστε ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα καλὰ μὴ προσφυεῖς εἰσὶ καὶ ξυγγενεῖς, ἄλλοι δὲ ἄλλων εὐμαθεῖς ἅμα καὶ μνήμονες, οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς, δυσμαθεῖς δὲ καὶ ἀμνήμονες, οὐδένες τούτων μήποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς εἰς τὸ δυνατὸν οὐδὲ κακίας. ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἅμα καὶ ἀληθὲς τῆς ὅλης οὐσίας, μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον. μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ἕκαστα, ὀνόματα καὶ λόγοι ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσιν ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον καὶ νοῦς, συντείνων ὅτι μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. διὸ δὴ πᾶς ἀνὴρ σπουδαῖος τῶν ὄντων σπουδαίων πέρι πολλοῦ δεῖ μὴ γράψας ποτὲ ἐν ἀνθρώποις εἰς φθόνον καὶ ἀπορίαν καταβάλῃ. ἑνὶ δὴ ἐκ τούτων δεῖ γιγνώσκειν λόγῳ, ὅταν ἴδῃ τίς του συγγράμματα γεγραμμένα εἴτε ἐν νόμοις νομοθέτου εἴτε ἐν ἄλλοις τισὶν ἅττ' οὖν, ὡς οὐκ ἦν τούτῳ ταῦτα σπουδαιότατα, εἴπερ ἔστ' αὐτὸς σπουδαῖος, κεῖται δέ που ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου. εἰ δὲ ὄντως αὐτῷ ταῦτ' ἐσπουδασμένα ἐν γράμμασιν ἐτέθη, ἐξ ἄρα δή οἱ ἔπειτα, θεοὶ μὲν οὔ, βροτοὶ δὲ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Τούτῳ δὴ τῷ μύθῳ τε καὶ πλάνῳ ὁ ξυνεπισπόμενος εὖ εἴσεται, εἴτ' οὖν Διονύσιος ἔγραψέ τι τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων εἴτε τις ἐλάττων εἴτε μείζων, ὡς οὐδὲν ἀκηκοὼς οὐδὲ μεμαθηκὼς ἦν ὑγιὲς ὧν ἔγραψε κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον· ὁμοίως γὰρ ἂν αὐτὰ ἐσέβετο ἐμοί, καὶ οὐκ ἂν αὐτὰ ἐτόλμησεν εἰς ἀναρμοστίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν. οὐδὲ γὰρ ὑπομνημάτων χάριν αὐτὰ ἔγραψεν (οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή τις αὐτὸ ἐπιλάθηται, ἐὰν ἅπαξ τῇ ψυχῇ περιλάβῃ· πάντων γὰρ ἐν βραχυτάτοις κεῖται), φιλοτιμίας δὲ αἰσχρᾶς εἴπερ ἕνεκα, εἴθ' ὡς αὐτοῦ τιθέμενος εἴθ' ὡς παιδείας δὴ μέτοχος ὤν, ἧς οὐκ ἄξιος ἦν ἀγαπῶν δόξαν τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην. (345) εἰ μὲν οὖν ἐκ τῆς μιᾶς συνουσίας

ob pravam educationem verum perquirere, sed nobis satis factum putamus, si apposita simulacra attigerimus, minime derisui sumus invicem interrogati interrogantibus, potentibus dumtaxat quatuor illa discutere atque arguere. Ubi vero necessitas cogit, quintum ostendere, quivis eorum, qui possint subvertere atque retractare, pervincit: facitque, ut qui exponit sermonibus vel litteris vel disputationibus, apud audientium multos nihil eorum, quæ vel dicere vel scribere aggreditur, intelligere videatur. Qua in re sæpe ignoratur, non animum scribentis vel dicentis redargui, sed naturam potius cuiuslibet illorum quatuor se male habentis. Traductio vero, per omnia illa sursum deorsumque in unumquodque discurrendo perveniens, vix tandem scientiam parit intrinsecus: scientiam, inquam, ipsius, quod naturaliter bene affectum est in animo, ad ipsum quoque naturaliter bene affecto. At si quis male affectus sit natura, qualis naturaliter animæ habitus inest multis, tum ad illa quæ discenda sunt, tum ad mores, corruptique illi sunt: (344) ne Lynceus quidem ut eiusmodi animus videat, efficere posset. Atque, ut summatim dicam, neque acumen neque memoria faciet unquam, ut, qui rei ipsius, de qua agitur, non est cognatus, ipsam inspiciat. Principium etenim in habitibus alienis non sortitur. Quamobrem quicunque iustis aliisque, quotcunque sunt pulchra, non sunt apti natura atque cognati, licet alii ad alia ingeniosi simul et memores; rursus quicunque cognati sunt quidem, sed hebetes et memoria parum validi, nunquam ad summam discendi veritatem pervenient vel virtutis vel vitii. Necesse enim est ea simul perdiscere, et falsum simul et verum totius essentiæ, cum omni exercitatione atque longitudine temporis: quod et ab initio dixi. Postquam vero singulatim ipsorum nomina, rationes visusque et sensus agitata invicem tritaque fuerint, benignisque reprehensionibus redarguta et absque invidia interrogando respondendoque discussa: vix tandem refulget circa unumquodque prudentia atque intelligentia, ad summum omnino pro humana facultate contendens. Quamobrem permultum abest, ut vir studiosus de his, quæ revera digna sunt studio, scribens hominibus, se simul et sua invidiæ ambiguitatique subicere debeat. Uno vero ex his sermone id intelligere licet: quando videlicet quis, alicuius scripta cernens, sive legumlatoris in legibus sive in quibuslibet aliis aliorum, animadvertat illa non esse illi tanquam omnino seria studiosissime pertractata: si quidem sit ipse studiosus: iacent autem inter sua, in regione pulcherrima. Sin autem revera ipsi hæc tanquam seria studiose litteris tradita sunt, dii quidem minime, sed homines mentem eripuerunt.

Hanc utique fabulam digressionemque quicunque sequetur, plane intelliget, sive Dionysius aliquid de summis et primis naturæ scripserit, sive quivis alius, aut minor aut maior, nihil eum sincerum audivisse vel didicisse eorum, quæ scripsit, ut mea fert opinio. Alioquin pariter atque ego ipsa veneratus fuisset: neque ausus fuisset unquam temere edendo absurditati indecentiæque subicere. Neque vero quasi in memoriæ subsidium illa scripsit. Non enim hac in re memoriæ diffidendum, si id semel animo fuerit comprehensum. Nam id totum brevissime omnium est collectum. Forte vero turpi quadam ambitione id fecit, vel tanquam sua hæc asserens, vel tanquam particeps disciplinæ, qua indignus erat, quærens gloriam ex participatione quæsitam. (345) Verum si ex una dumtaxat congressione id

Διονυσίῳ τοῦτο γέγονε, τάχ' ἂν εἴη· γέγονε δ' οὖν ὅπως, ἴττω Ζεύς, φησὶν ὁ Θηβαῖος, διεξῆλθον μὲν γὰρ ὡς εἶπόν τε ἐγὼ καὶ ἅπαξ μόνον, ὕστερον δὲ οὐ πώποτε ἔτι. ἐννοεῖν δὴ δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο, ὅτῳ μέλει τὸ περὶ αὐτὰ γεγονὸς εὑρεῖν ὅπῃ ποτὲ γέγονε, τίνι ποτ' αἰτίᾳ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον πλεονάκις τε οὐ διεξῆμεν, πότερον Διονύσιος ἀκούσας μόνον ἅπαξ οὕτως εἰδέναι τε οἴεται καὶ ἱκανῶς οἶδεν, εἴτε αὐτὸς εὑρὼν ἢ καὶ μαθὼν ἔμπροσθεν παρ' ἑτέρων, ἢ φαῦλα εἶναι τὰ λεχθέντα, ἢ τὸ τρίτον οὐ καθ' αὑτόν, μείζονα δέ, καὶ ὄντως οὐκ ἂν δυνατὸς εἶναι φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ζῆν ἐπιμελούμενος. εἰ μὲν γὰρ φαῦλα, πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται τὰ ἐναντία λέγουσιν, οἳ περὶ τῶν τοιούτων πάμπολυ Διονυσίου κυριώτεροι ἂν εἶεν κριταί· εἰ δὲ εὑρηκέναι ἢ μεμαθηκέναι, ἄξια δ' οὖν εἶναι πρὸς παιδείαν ψυχῆς ἐλευθέρας, πῶς ἂν μὴ θαυμαστὸς ὢν ἄνθρωπος τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον οὕτως εὐχερῶς ἠτίμασέ ποτ' ἄν; πῶς δ' ἠτίμασεν; ἐγὼ φράζοιμ' ἄν. οὐ πολὺν χρόνον διαλιπὼν τὸ μετὰ τοῦτο, ἐν τῷ πρόσθεν Δίωνα ἐῶν τὰ ἑαυτοῦ κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι χρήματα, τότε οὐκέτ' εἴα τοὺς ἐπιτρόπους αὐτοῦ πέμπειν εἰς Πελοπόννησον, καθάπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἐπιστολῆς παντάπασιν· εἶναι γὰρ αὐτὰ οὐ Δίωνος ἀλλὰ τοῦ υἱέος, ὄντος μὲν ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ, κατὰ νόμους ἐπιτροπεύοντος. τὰ μὲν δὴ πεπραγμένα μέχρι τούτου ταῦτ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, τούτων δὲ οὕτω γενομένων ἑοράκη τε ἐγὼ ἀκριβῶς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς Διονυσίου φιλοσοφίας, ἀγανακτεῖν τε ἐξῆν εἴτε βουλοίμην εἴτε μή. ἦν γὰρ θέρος ἤδη τότε καὶ ἔκπλοι τῶν νεῶν. ἐδόκει δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ Διονυσίῳ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν Σκύλλαν,

> ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν,

λέγειν δὲ πρὸς Διονύσιον, ὅτι μοι μένειν ἀδύνατον εἴη Δίωνος οὕτω προπεπηλακισμένου. ὁ δὲ παρεμυθεῖτό τε καὶ ἐδεῖτο μένειν, οὐκ οἰόμενός οἱ καλῶς ἔχειν ἐμὲ ἄγγελον αὐτὸν τῶν τοιούτων ἐλθεῖν ὅτι τάχος· οὐ πείθων δὲ αὐτός μοι πομπὴν παρασκευάσειν ἔφη. (346) ἐγὼ γὰρ ἐν τοῖς ἀποστόλοις πλοίοις ἐμβὰς διενοούμην πλεῖν, τεθυμωμένος πάσχειν τε οἰόμενος δεῖν, εἰ διακωλυοίμην, ὁτιοῦν, ἐπειδὴ περιφανῶς ἠδίκουν μὲν οὐδέν, ἠδικούμην δέ. ὁ δὲ οὐδέν με τοῦ καταμένειν προσιέμενον ὁρῶν μηχανὴν τοῦ μεῖναι τὸν τότε ἔκπλουν μηχανᾶται τοιάνδε τινά. τῇ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἡμέρᾳ λέγει πρός με πιθανὸν λόγον. ἐμοὶ καὶ σοὶ Δίων, ἔφη, καὶ τὰ Δίωνος ἐκποδὼν ἀπαλλαχθήτω τοῦ περὶ αὐτὰ πολλάκις διαφέρεσθαι· ποιήσω γὰρ διὰ σέ, ἔφη, Δίωνι τάδε. ἀξιῶ ἐκεῖνον ἀπολαβόντα τὰ ἑαυτοῦ οἰκεῖν μὲν ἐν Πελοποννήσῳ, μὴ ὡς φυγάδα δέ, ἀλλ' ὡς αὐτῷ καὶ δεῦρο ἐξὸν ἀποδημεῖν, ὅταν ἐκείνῳ τε καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις κοινῇ ξυνδοκῇ· ταῦτα δ' εἶναι μὴ ἐπιβουλεύοντος ἐμοί. τούτων δὲ ἐγγυητὰς γίγνεσθαι σέ τε καὶ

Dionysio contigit, esset id forsan concedendum. Qualis autem fuit? Proh Iuppiter, inquit Thebanus. Percurri equidem hæc illi, eo, quo dixi, modo, semelque tantum. postea vero nunquam. Post hæc autem considerandum est, si cui cura sit invenire eius, quod nobis circa illa accidit, causam : cur videlicet et secundo et tertio, et sæpius ea non pertractavimus : utrum Dionysius, ipsis semel dumtaxat auditis, adeo sufficienter ea se scire putaverit, satisque norit, sive invenerit ipse sive ab aliis ante didicerit, an frivola, quæ dicebantur, existimarit : an forte præter hæc tertium quiddam acciderit, videlicet ut ipsa haud suis æqualia viribus, sed maiora, censuerit, ac revera se minime idoneum esse, qui sub prudentiæ virtutisque diligentia vivat? Si enim frivola existimasse dicatur, multis certe testibus pro causa nostra contra pugnabitur, qui in rebus eiusmodi iudicandis longe maiorem quam Dionysius auctoritatem habeant. Quod si invenisse vel didicisse, atque ipsa quidem digna videri, quæ liberali animo in disciplinam adhibeantur : quis non id mirum putet, Dionysium sic affectum horum aliquando ducem et auctorem tam facile contempsisse? quo autem pacto contempserit, iam dicam. Profecto non multo post hoc tempore patrimonium Dionis, quod prius eum libere possidere fructusque inde percipere permittebat, iam vetuit omnino per eius procuratores attingi, pecuniasque, ut consueverant, ad ipsum in Peloponnesum mitti, quasi epistolæ illius prorsus oblitus, quam mihi scripserat. Asserebat enim res illas non Dionis esse, sed filii : qui cum esset ex sorore nepos, eum ex lege sub tutela ipsius esse. Hæc igitur usque ad illud tempus acta fuerunt. Quæ ego considerans, iam plane perspiciebam, quo pacto erga philosophiam Dionysius fuisset affectus : conturbarique licebat sive sponte sive invite. Erat iam tunc æstas, et frequenter navigabatur : videbaturque mihi non tam de Dionysio quam de me ipso conquerendum, et de his, qui me impulerant, ut in artum Scyllæ tertio devenirem, Charybdimque remetirer perniciosam. Compulsus itaque cum Dionysio dicere non posse me ullo modo apud se fore, Dione tam ignominiose contempto. At ille me consolabatur, rogabatque ut manerem, non putans sibi honestum, ut ego ipse tam cito horum a se factorum nuntius irem. (346) Cum vero mihi manendum persuadere non posset, ipse mihi se paraturum ait, qui et quo pacto me deferrent. Ego autem in transmissoriis navigiis traicere constitueram, omnia esse perferenda ducens, si abire me prohiberet, quippe cum manifeste ipse nulla Dionysium iniuria afficiens ab eo iniuria affectus fuissem. At ille, cum me nullo modo manere velle cognosceret, quo navigationem tunc meam impediret, talia machinatus est. Postridie sermonem ad me habuit gratiosum atque probabilem. Mihi et tibi, inquit, Dion Dionisque res, quatenus discordiæ nostræ causam præbent, tollantur e medio. Dioni equidem tui gratia hæc faciam. Decerno Dionem, recipientem sua, habitare in Peloponneso, non tanquam exsulem, sed tanquam cui liceat huc proficisci, quando illi et mihi vobisque amicis communiter videatur :

τοὺς σοὺς οἰκείους καὶ τοὺς ἐνθάδε Δίωνος· ὑμῖν δὲ τὸ βέβαιον ἐκεῖνος παρεχέτω. τὰ χρήματα δὲ ἃ ἂν λάβῃ, κατὰ Πελοπόννησον μὲν καὶ Ἀθήνας κείσθω παρ' οἷστισιν ἂν ὑμῖν δοκῇ, καρπούσθω δὲ Δίων, μὴ κύριος δὲ ἄνευ ὑμῶν γιγνέσθω ἀνελέσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ μὲν οὐ σφόδρα πιστεύω τούτοις χρώμενον ἂν τοῖς χρήμασι δίκαιον γίγνεσθαι περὶ ἐμέ· οὐ γὰρ ὀλίγα ἔσται· σοὶ δὲ καὶ τοῖς σοῖς μᾶλλον πεπίστευκα. ὅρα δὴ ταῦτα εἴ σοι ἀρέσκει, καὶ μένε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον, εἰς δὲ ὥρας ἄπιθι λαβὼν τὰ χρήματα ταῦτα· καὶ Δίων εὖ οἶδ' ὅτι πολλὴν χάριν ἕξει σοι διαπραξαμένῳ ταῦτα ὑπὲρ ἐκείνου. τοῦτον δὴ ἐγὼ τὸν λόγον ἀκούσας ἐδυσχέραινον μέν, ὅμως δὲ βουλευσάμενος ἔφην εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτῷ περὶ τούτων τὰ δόξαντα ἀπαγγελεῖν. ταῦτα ξυνεθέμεθα τότε. ἐβουλευόμην δὴ τὸ μετὰ ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, μάλα συγκεχυμένος· πρῶτος δ' ἦν μοι τῆς βουλῆς ἡγούμενος ὅδε λόγος. φέρε, εἰ διανοεῖται τούτων μηδὲν ποιεῖν Διονύσιος ὧν φησίν, ἀπελθόντος δ' ἐμοῦ ἐὰν ἐπιστέλλῃ Δίωνι πιθανῶς αὐτός τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν αὐτοῦ, διακελευόμενος ἃ νῦν πρὸς ἐμὲ λέγει, ὡς αὐτοῦ μὲν ἐθέλοντος, ἐμοῦ δὲ οὐκ ἐθελήσαντος ἃ προυκαλεῖτό με δρᾶν, ἀλλ' ὀλιγωρήσαντος τῶν ἐκείνου τὸ παράπαν πραγμάτων, πρὸς δὲ καὶ τούτοισιν ἔτι μηδ' ἐθέλῃ με ἐκπέμπειν, αὐτὸς τῶν ναυκλήρων μηδενὶ προστάττων, (347) ἐνδείξηται δὲ πᾶσι ῥᾳδίως ὡς ἀβουλῶν ἐμὲ ἐκπλεῖν, ἆρά τις ἐθελήσει με ἄγειν ναύτης ὁρμώμενον ἐκ τῆς Διονυσίου οἰκίας; ᾤκουν γὰρ δὴ πρὸς τοῖς ἄλλοισι κακοῖς ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὴν οἰκίαν, ὅθεν οὐδ' ἂν ὁ θυρωρὸς ἤθελέ με ἀφεῖναι μὴ πεμφθείσης αὐτῷ τινὸς ἐντολῆς παρὰ Διονυσίου. ἂν δὲ περιμείνω τὸν ἐνιαυτόν, ἕξω μὲν Δίωνι ταῦτα ἐπιστέλλειν, ἐν οἷς τ' αὖ εἰμὶ καὶ ἃ πράττω. καὶ ἐὰν μὲν δὴ ποιῇ τι Διονύσιος ὧν φησίν, οὐ παντάπασιν ἔσται μοι καταγελάστως πεπραγμένα· τάλαντα γὰρ ἴσως ἐστὶν οὐκ ἔλαττον, ἂν ἐκτιμᾷ τις ὀρθῶς, ἑκατὸν ἡ Δίωνος οὐσία· ἂν δ' οὖν γίγνηται τὰ νῦν ὑποφαίνοντα, οἷα εἰκὸς αὐτὰ γίγνεσθαι, ἀπορῶ μὲν ὅ τι χρήσομαι ἐμαυτῷ, ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἴσως ἐνιαυτόν γ' ἔτι πονῆσαι καὶ ἔργοις ἐλέγξαι πειρᾶσθαι τὰς Διονυσίου μηχανάς. ταῦτά μοι δόξαντα ἐς τὴν ὑστεραίαν εἶπον πρὸς Διονύσιον ὅτι δέδοκταί μοι μένειν· ἀξιῶ μήν, ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε Δίωνος ἐμέ, πέμπειν δὲ μετ' ἐμοῦ σὲ παρ' αὐτὸν γράμματα τὰ νῦν δεδογμένα δηλοῦντα, καὶ ἐρωτᾶν εἴτε ἀρκεῖ ταῦτα αὐτῷ· καὶ εἰ μή, βούλεται δὲ ἄλλ' ἄττα καὶ ἀξιοῖ, καὶ ταῦτα ἐπιστέλλειν ὅτι τάχιστα, σὲ δὲ νεωτερίζειν μηδέν πω τῶν περὶ ἐκεῖνον. ταῦτ' ἐρρήθη, ταῦτα ξυνωμολογήσαμεν, ὡς νῦν εἴρηται σχεδόν. ἐξέπλευσε δὴ τὰ πλοῖα μετὰ τοῦτο, καὶ οὐκέτι μοι δυνατὸν ἦν πλεῖν, ὅτε δή μοι καὶ Διονύσιος ἐμνήσθη λέγων ὅτι τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας εἶναι δέοι Δίωνος, τὴν δ' ἡμίσειαν τοῦ υἱέος· ἔφη δὴ πωλήσειν αὐτήν, πραθείσης δὲ τὰ μὲν ἡμίσεα ἐμοὶ δώσειν ἄγειν, τὰ δ' ἡμίσεα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ· τὸ γὰρ δὴ δικαιότατον οὕτως ἔχειν.

dummodo nullam mihi iniuriam faciat. Huius autem rei fideiussores mihi fore te familiaresque tam tuos quam Dionis, qui hic habitant: Dionem quoque ipsum id vobis observaturum, sufficienter confirmare debere. Pecuniæ vero omnes, quas ille acceperit, in Peloponneso et Athenis deponantur, penes quos vobis videtur. Harum quidem pecuniarum fructus accipiat Dion, sed ipsas tollere, nisi vobis concedentibus, nequeat. Non enim confido, si pecunias susceperit, eum mihi fidem servaturum, cum non paucæ futuræ sint. Maiorem vero tibi tuisque habeo fidem. Considera igitur, an tibi hæc placeant, maneque horum gratia hic annum: quo peracto, susceptis his pecuniis, abibis. Dionem equidem scio magnam tibi gratiam habiturum, cum hæc sibi perfeceris. Cum igitur hæc audissem, quanquam ægre omnino ferebam, respondi tamen hac in re me consultaturum: tempusque respondendi in crastinum sumpsi Atque in hoc consentientes tunc discessimus. Consultabam itaque posthac ipse mecum, valde quidem ambiguus. Occurrebat autem, quasi consilii dux, prima mihi eiusmodi ratio. Age utique, etsi Dionysius nihil eorum, quæ promittit, servare cogitat, si tamen abeunte me per se ac per amicos probabiliter ad Dionem scribat, quæ nunc mihi dicit, se quidem obtulisse ultro, me vero noluisse resque suas penitus neglexisse. Præterea his addebam: si Dionysius me nolens dimittere, ideoque navigium nautasque non det, immo facile cunctis significet velle me ipso nolente discedere: (347) quisnam me navi asportare ex ædibus ipsis Dionysii audeat? Habitabam equidem, ne quid deesset incommodi, in ipsis, qui circa ædes erant, hortis: unde ne ianitor quidem, nisi iubente Dionysio, egredi permisisset. Quod si annum permansero, habeo equidem, quod Dioni significem notumque faciam, in quibus sim constitutus quidque agam. Ac si Dionysius nonnihil eorum, quæ promittit, servaverit, opera tolerantiaque hæc mea non omnino deridenda videbitur. Patrimonium namque Dionis non pauciorum quam centum talentorum, si quis recte æstimare velit, censebitur. At vero, si ita res cadant, ut eas verisimile est casuras, quo me vertam nescio. Verumtamen forte necesse est, me annum adhuc tolerantem machinationes Dionysii re ipsa pro viribus redarguere. Cum ita mecum consultavissem, sequenti mox die ad Dionysium retuli, videri mihi manendum esse: sed addidi, ne existimaret me posse apud Dionem prorsus omnia quasi dominum, ideoque operæ pretium esse, ut una mecum ipse quoque ad eum scriberet, significans hæc nostra consilia, atque interrogans, utrum sibi hæc satis faciant necne, et numquid aliud præter ea quiddam exigat. Idque quam primum inquam scribendum esse: interea vero nihil in re Dionis ab eo novi esse tentandum. Hæc inter nos dicta sunt. In his ferme, ut nunc dico, convenimus. Post hæc autem, cum iam naves abiissent, ideoque nulla mihi foret ulterius navigandi facultas: Dionysius, quasi nonnihil prætermissi reminiscens, Dimidia, inquit, bonorum Dionis pars pro filio iure manere debet, dimidia vero ad Dionem mitti. Hanc ergo vendi curabo. Qua vendita, pecuniarum dimidium tibi tradam, quod ad Dionem perferatur: reliqua vero pars penes nos

πληγεὶς δ' ἐγὼ τῷ λεχθέντι πάνυ μὲν ᾤμην γελοῖον εἶναι ἀντιλέγειν ἔτι, ὅμως δ' εἶπον ὅτι χρείη τὴν παρὰ Δίωνος ἐπιστολὴν περιμένειν ἡμᾶς καὶ ταῦτα πάλιν αὐτῷ ἐπιστέλλειν. ὁ δὲ ἑξῆς τούτοις πάνυ νεανικῶς ἐπώλει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν, ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἤθελε καὶ οἷστισι, πρὸς ἐμὲ δὲ οὐδὲν ὅλως ἐφθέγγετο περὶ αὐτῶν. καὶ μὴν ὡσαύτως ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον αὖ περὶ τῶν Δίωνος πραγμάτων οὐδὲν ἔτι διελεγόμην· οὐδὲν γὰρ ἂν ἔτι πλέον ᾤμην ποιεῖν.

Μέχρι μὲν δὴ τούτων ταύτῃ μοι βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφίᾳ καὶ φίλοις· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐζῶμεν ἐγὼ καὶ Διονύσιος, (348) ἐγὼ μὲν βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι, ὁ δὲ διαμηχανώμενος τίνα τρόπον ἀνασοβήσοι με μηδὲν ἀποδοὺς τῶν Δίωνος· ὅμως δὲ ἔφαμεν ἑταῖροί γε εἶναι πρὸς πᾶσαν Σικελίαν. τῶν δὴ μισθοφόρων τοὺς πρεσβυτέρους Διονύσιος ἐπεχείρησεν ὀλιγομισθοτέρους ποιεῖν παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔθη, θυμωθέντες δὲ οἱ στρατιῶται ξυνελέγησαν ἀθρόοι καὶ οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν· ὁ δ' ἐπεχείρει βιάζεσθαι κλείσας τὰς τῆς ἀκροπόλεως πύλας, οἱ δ' ἐφέροντο εὐθὺς πρὸς τὰ τείχη, παιῶνά τινα ἀναβοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν· οὗ δὴ περιδεὴς Διονύσιος γενόμενος ἅπαντα συνεχώρησε καὶ ἔτι πλείω τοῖς τότε συλλεχθεῖσι τῶν πελταστῶν. λόγος δή τις ταχὺ διῆλθεν ὡς Ἡρακλείδης αἴτιος εἴη γεγονὼς πάντων τούτων. ὃν ἀκούσας ὁ μὲν Ἡρακλείδης ἐκποδὼν αὑτὸν ἔσχεν ἀφανῆ, Διονύσιος δὲ ἐζήτει λαβεῖν. ἀπορῶν δέ, Θεοδότην μεταπεμψάμενος εἰς τὸν κῆπον (ἔτυχον δ' ἐν τῷ κήπῳ καὶ ἐγὼ τότε περιπατῶν) τὰ μὲν οὖν ἄλλα οὔτ' οἶδα οὔτ' ἤκουον διαλεγομένων, ἃ δὲ ἐναντίον εἶπε Θεοδότης ἐμοῦ πρὸς Διονύσιον, οἶδά τε καὶ μέμνημαι. Πλάτων γάρ, ἔφη, Διονύσιον ἐγὼ πείθω τουτονί, ἐὰν ἐγὼ γένωμαι δεῦρο Ἡρακλείδην κομίσαι δυνατὸς ἡμῖν εἰς λόγους περὶ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῷ τῶν νῦν γεγονότων, ἂν ἄρα μὴ δόξῃ δεῖν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν Σικελίᾳ, τόν τε υἱὸν λαβόντα καὶ τὴν γυναῖκα ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ. μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτόν, μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν, ἄν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι· Διονύσιον δὲ ἀξιῶ καὶ δέομαι, ἄν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάν τ' ἐν ἀγρῷ ἐάν τ' ἐνθάδε, μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταστῆναι δ' ἐκ τῆς χώρας, ἕως ἂν ἄλλο τι Διονυσίῳ δόξῃ. ταῦτα, ἔφη, συγχωρεῖς; λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον. συγχωρῶ· μηδ' ἂν πρὸς τῇ σῇ, ἔφη, φανῇ οἰκίᾳ, πείσεσθαι φλαῦρον μηδὲν παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα. τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης προσηλθέτην μοι σπουδῇ τεθορυβημένω θαυμαστῶς, καὶ ὁ Θεοδότης λέγει, Πλάτων, ἔφη, παρῆσθα χθὲς οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ; πῶς δὲ οὔκ; ἔφην. νῦν τοίνυν, ἦ δ' ὅς, περιθέουσι πελτασταὶ λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες, ὁ δὲ εἶναί πῃ ταύτῃ κινδυνεύει.

pro filio reservabitur. Ita enim ius ipsum exigit. His ego illius dictis percussus, ridiculum putavi amplius ea de re loqui. Dixi tamen decere nos expectare a Dione responsum, atque rursus hæc ipsa ad illum rescribere. At ille post nimis audacter patrimonium Dionis totum, quanto libuit pretio, et quo pacto hæc et quibus placuit, vendidit. Mihi vero ea de re verbum omnino fecit nullum. At ego similiter posthac de re Dionis nihil ulterius locutus sum, quippe cum nihil amplius me profecturum existimarem.

Hactenus hac ratione et philosophiæ et amicis auxilium præstiti. Post hæc autem ego et Dionysius ita viximus, ut ego (348) quidem semper extra spectarem, quasi avis quædam alicunde cupiens evolare : ille vero assidue, quo pacto me cohiberet, machinaretur, de rebus quidem Dionis concedens nihil. In ceteris tamen negotiis per universam Siciliam amicos inter nos esse fatebamur. Eo autem tempore Dionysius veteranis militibus stipendia minuere tentavit, præter parentis consuetudinem. Irati vero milites in unum convenerunt, neque id se toleraturos comminabantur. Itaque ille, clausis arcis ipsius portis, coercere illos conabatur. At illi repente adventarunt ad mœnia, clamorem quendam barbarum ac bellicum attollentes. Quo metu conterritus Dionysius cuncta illis consueta, atque etiam plura, confluentibus illis concessit. Rumor autem fuit Heraclidem tumultus omnis causam exstitisse. Quod Heraclides quidem præsentiens clam fugam arripuit. Dionysius vero, cum illum capere affectaret neque inveniret, Theodotem ad se in hortos accersivit. Eram forte tunc et ipse in hortis perambulans. Cetera quidem, quæ inter illos tractata sunt, neque scio neque, dum colloquerentur, audivi : sed quæ me præsente inquit Dionysio Theodotes, et novi et memini. O Plato, ait, Dionysio suadeo huic, si Heraclidem huc adducere potero, criminibus in se delatis responsurum : ac si nolit deinde eum Dionysius in Sicilia permanere, saltem permittat, uxorem filiumque suscipere atque in Peloponnesum abire, ibique habitare, nihil ibi molientem contra Dionysium et bonorum, quæ hic possidet, fructus percipientem. Hac ergo fiducia Heraclidem iam vocavi atque iterum vocabo. Sive igitur ex prima vocatione sive ex secunda huc ille venerit, cum Dionysio constituebam rogabamque, ne quid mali Heraclidi inferatur vel extra urbem vel in urbe : tantum vero, si videbitur, extra fines mittatur, donec aliter Dionysio videatur. Hæc, inquit, Dionysi, concedisne? Concedo, respondit : neque etiam, si quando in ædibus tuis appareat, aliud quicquam mali esse passurum. Sequenti vero die in ipso crepusculo Eurybius et Theodotes ad me mirum in modum perterriti convolarunt. Confestimque Theodotes, O Plato, inquit, affuisti heri conditionibus, in quibus de Heraclide Dionysius mecum tecumque convenit. Affui, inquam. (349) At ille, nunc, inquit, discurrunt satellites ad Heraclidem comprehendendum atque periculum est, ne ille prope alicubi sit. Sequere ergo nobiscum omni studio ad Dionysium. Ivimus ita-

ἀλλ' ἡμῖν, ἔφη, συνακολούθησον πρὸς Διονύσιον ἁπάσῃ μηχανῇ. (349) ᾠχόμεθα οὖν καὶ εἰσήλθομεν παρ' αὐτόν, καὶ τὼ μὲν ἑστάτην σιγῇ δακρύοντε, ἐγὼ δὲ εἶπον· οἵδε πεφόβηνται, μή τι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ποιήσῃς περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον· δοκεῖ γάρ μοι ταύτῃ πῃ γεγονέναι φανερὸς ἀποτετραμμένος. ὁ δὲ ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἀφῆκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη. προσπεσὼν δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης λαβόμενος τῆς χειρὸς ἐδάκρυσέ τε καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν. ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ παραμυθούμενος, θάρρει, Θεοδότα, ἔφην· οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ἄλλα ποτὲ δρᾶν. καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ μάλα τυραννικῶς, σοί, ἔφη, ἐγὼ οὔτε τι σμικρὸν οὔτε μέγα ὡμολόγησα. νὴ τοὺς θεούς, ἦν δ' ἐγώ, σύ γε ταῦτα ἃ σοῦ νῦν οὗτος δεῖται μὴ ποιεῖν. καὶ εἰπὼν ταῦτα ἀποστρεφόμενος ᾠχόμην ἔξω. τὸ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην, Θεοδότης δὲ ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ φεύγειν διεκελεύετο. ὁ δὲ ἐκπέμψας Τισίαν καὶ πελταστὰς διώκειν ἐκέλευε· φθάνει δέ, ὡς ἐλέγετο, Ἡρακλείδης εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινὶ μέρει. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἡ πάλαι ἐπιβουλὴ Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ Δίωνος χρήματα ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρός με πιθανόν· καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με, εὑρὼν πρόφασιν, ὡς τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κήπῳ, ἐν ᾧ κατῴκουν ἐγώ, δέοι θῦσαι θυσίαν τινὰ δεχήμερον· ἔξω δή με παρ' Ἀρχεδήμῳ προσέταττε τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄντος δ' ἐμοῦ ἐκεῖ Θεοδότης μεταπεμψάμενός με πολλὰ περὶ τῶν τότε πραχθέντων ἠγανάκτει καὶ ἐμέμφετο Διονυσίῳ. ὁ δ' ἀκούσας ὅτι παρὰ Θεοδότην εἴην εἰσεληλυθώς, πρόφασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος, ἀδελφὴν τῆς πρόσθεν, πέμψας τινὰ ἠρώτα με, εἰ ξυγγενοίμην ὄντως μεταπεμψαμένου με Θεοδότου· κἀγώ, παντάπασιν, ἔφην· ὁ δέ, ἐκέλευε τοίνυν, ἔφη, σοὶ φράζειν, ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς Δίωνα καὶ τοὺς Δίωνος φίλους ἀεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος. ταῦτ' ἐρρήθη, καὶ οὐκέτι μετεπέμψατό με εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν, ὡς ἤδη σαφῶς Θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ Ἡρακλείδου φίλου, αὐτοῦ δ' ἐχθροῦ, καὶ οὐκ εὐνοεῖν ᾤετό με, ὅτι Δίωνι τὰ χρήματα ἔρρει παντελῶς. ᾤκουν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἔξω τῆς ἀκροπόλεως ἐν τοῖς μισθοφόροις. (350) προσιόντες δέ μοι ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθήνηθεν ἐμοὶ πολῖται ἀπήγγελλον ὅτι διαβεβλημένος εἴην ἐν τοῖς πελτασταῖς καί μοί τινες ἀπειλοῖεν, εἴ που λήψονταί με, διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δή τινα τοιάνδε σωτηρίαν. πέμπω παρ' Ἀρχύταν καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς Τάραντα, φράζων ἐν οἷς ὢν τυγχάνω· οἱ δὲ πρόφασίν τινα πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως πέμπουσι τριακόντορόν τε καὶ Λαμίσκον αὐτῶν ἕνα, ὃς ἐλθὼν ἐδεῖτο Διονυσίου περὶ ἐμοῦ, λέγων ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι, καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν. ὁ δὲ ξυνωμολόγησε καὶ ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς, τῶν Δίωνος

que : et ingressi ad ipsum, illi quidem silentio stabant lacrimantes. Ego vero inquam, verentur hi, Dionysi, ne tu, contra quam heri convenerit, novi quicquam agas adversus Heraclidem. Nam videtur ille mihi prope alicubi divertisse manifesteque adesse. Dionysius vero his auditis exarsit in iras, in variosque se mutavit colores, quales ira consuevit afferre. Et Theodotes, apud pedes eius procumbens, manu eius apprehensa multis cum lacrimis, ne quid tale faceret, deprecabatur. Tunc ego sermonem suscipiens, eum consolaturus, Bono sis animo, inquam, o Theodotes. Non enim aliter facere audet Dionysius, quam heri promisit. At Dionysius, tyrannico nimium vultu me intuitus, tibi, inquit, promisi nihil, sive magnum sive parvum. Immo vero per deos, inquam, promisisti, non facturum te hæc ipsa, quæ nunc ne facias iste deprecatur. Hæc ego locutus egredior. Post hæc Dionysius quidem Heraclidem capere conabatur, Theodotes autem hæc per nuntios illi significans, ut fugam arriperet, admonuit. Miserat quidem Dionysius et Tisiam quendam cum satellitibus iubens passim Heraclidem insequi. Sed ille, ut fertur, anticipans, et parvo quodam diei spatio satellites devitans, intra Carthaginiensium fines se recepit. Iam vero ex inimicitiis contra me exortis probabilem Dionysius occasionem, quam per insidias diu captaverat, ne videlicet ad Dionem pecuniæ mitterentur, assecutus fuisse videtur. Ac primum quidem ex arce me emisit, occasionem præferens, quod mulieres sacra decem dierum in quibus habitabam hortis essent facturæ. Itaque me per eos dies extra arcem apud Archidemum manere iussit. Interea Theodotes, me ad se vocans, multa circa ea, quæ tunc facta erant, de Dionysio conquestus est. Dionysius vero, cum audisset ad Theodotem me profectum fuisse, nactus et hanc rursus occasionem contra me odii, priori similem, misit ad me, qui percontaretur, nunquid apud Theodotem vocatus aliquando fuissem. Atque ego adfuisse libere confessus sum. Tunc ille, Iussit ergo, inquit, Dionysius me tibi edicere, non recte facere te, quod Dionem Dionisque amicos pluris quam ipsum semper æstimes. Hæc dicta fuerunt nec unquam posthac me in suas ædes vocavit, quasi manifeste Theodotis Heraclidisque amicum, sibi vero inimicum ac propterea infensum quod res Dionis iam omnino perissent. (350) Habitabam deinde extra arcem inter milites mercede conductos. Adeuntes vero me et alii quidam et ministrorum aliqui, Athenienses patria, significarunt, calumnias adversus me inter milites fuisse diffusas : præterea quosdam comminatos esse, sicubi me nanciscantur, interfecturos. Excogito igitur evasionem eiusmodi. Mitto Tarentum ad Archytam aliosque amicos, significans, in quo essem discrimine constitutus. Illi vero, occasionem quandam legationis patriæ nomine excogitantes, Lamiscum, eorum unum, una cum navi ordinis triginta remorum mittunt. Qui veniens ad Dionysium rogavit, ut me omnino pro voluntate mea salvum abire permitteret. Ille autem assensus me dimisit, commeatum præbens. Pecunias vero Dionis neque ego petii neque

δὲ χρημάτων οὔτ' ἐγώ τι ἀπῄτουν οὔτε τις ἀπέδωκεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Πελοπόννησον εἰς Ὀλυμπίαν, Δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντα, ἤγγελλον τὰ γεγονότα· ὁ δὲ τὸν Δία ἐπιμαρτυράμενος εὐθὺς παρήγγελλεν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις παρασκευάζεσθαι τιμωρεῖσθαι Διονύσιον, ἡμᾶς μὲν ξεναπατείας χάριν, οὕτω γὰρ ἔλεγέ τε καὶ ἐνόει, αὐτὸν δ' ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς. ἀκούσας δ' ἐγὼ τοὺς μὲν φίλους παρακαλεῖν αὐτὸν ἐκέλευον, εἰ βούλοιντο· ἐμὲ δ' εἶπον ὅτι σὺ μετὰ τῶν ἄλλων βίᾳ τινὰ τρόπον σύσσιτον καὶ συνέστιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν Διονυσίῳ ἐποίησας, ὃς ἴσως ἡγεῖτο διαβαλλόντων πολλῶν ἐπιβουλεύειν ἐμὲ μετὰ σοῦ ἑαυτῷ καὶ τῇ τυραννίδι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν, ᾐδέσθη δέ. οὔτ' οὖν ἡλικίαν ἔχω συμπολεμεῖν ἔτι σχεδὸν οὐδενί, κοινός τε ὑμῖν εἰμί, ἄν ποτέ τι πρὸς ἀλλήλους δεηθέντες φιλίας ἀγαθόν τι ποιεῖν βουληθῆτε· κακὰ δὲ ἕως ἂν ἐπιθυμῆτε, ἄλλους παρακαλεῖτε. ταῦτα εἶπον μεμισηκὼς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν· ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ διαλέξεσι πάντων τῶν νῦν γεγονότων κακῶν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο αὑτοῖς, ὧν, εἰ Διονύσιος ἀπέδωκε τὰ χρήματα Δίωνι ἢ καὶ παντάπασι κατηλλάγη, οὐκ ἄν ποτε ἐγένετο οὐδέν, ὅσα γε δὴ τἀνθρώπινα· Δίωνα γὰρ ἐγὼ καὶ τῷ βούλεσθαι καὶ τῷ δύνασθαι κατεῖχον ἂν ῥᾳδίως. νῦν δὲ ὁρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους κακῶν πάντα ἐμπεπλήκασι. (351) καίτοι τήν γε αὐτὴν Δίων εἶχε βούλησιν, ἥνπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμὲ καὶ ἄλλον, ὅστις μέτριος, περί τε τῆς αὑτοῦ δυνάμεως καὶ φίλων καὶ περὶ πόλεως τῆς αὑτοῦ διανοοῖτ' ἂν εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γενέσθαι τὰ μέγιστα ἐν ταῖς μεγίσταις. ἔστι δὲ οὐκ ἄν τις πλούσιον ἑαυτὸν ποιήσῃ, καὶ ἑταίρους καὶ πόλιν ἐπιβουλεύσας καὶ ξυνωμότας συναγαγών, πένης ὢν καὶ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡττημένος, εἶτα τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἀποκτείνας, ἐχθροὺς καλῶν τούτους, διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα καὶ τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἑταίροις παρακελεύηται, ὅπως μηδεὶς αὐτῷ ἐγκαλῇ πένης φάσκων εἶναι· ταὐτὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἂν οὕτω τις εὐεργετῶν τιμᾶται ὑπ' αὐτῆς, τοῖς πολλοῖς τὰ τῶν ὀλίγων ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων, ἢ μεγάλης προεστὼς πόλεως καὶ πολλῶν ἀρχούσης ἐλαττόνων τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὰ τῶν σμικροτέρων χρήματα διανέμῃ μὴ κατὰ δίκην. οὕτω μὲν γὰρ οὔτε Δίων οὔτε ἄλλος ποτὲ οὐδεὶς ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐπὶ πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευὴν τῶν δικαιοτάτων τε καὶ ἀρίστων, οὔ τι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φυγῶν γιγνομένην. ἃ δὴ Δίων νῦν πράττων, προτιμήσας τὸ πάσχειν ἀνόσια τοῦ δρᾶσαι πρότερον, διευλαβούμενος δὲ μὴ παθεῖν, ὅμως ἔπταισεν ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν τοῦ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, θαυμαστὸν παθὼν οὐδέν. ὅσιος γὰρ ἄνθρωπος ἀνοσίων πέρι, σώφρων τε καὶ ἔμφρων, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς ψυχῆς τῶν τοιούτων πέρι, κυβερνήτου δὲ ἀγαθοῦ πάθος ἂν ἴσως οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι, ὃν χειμὼν μὲν ἐσόμενος

quisquam dedit. Post hæc cum in Peloponnesum pervenissem, ibique offendissem Dionem ludos spectantem Olympicos, quæ facta fuerant, enarravi. Ille vero, Iovem testatus, statim mihi meisque propinquis et amicis edixit, se pœnas a Dionysio exacturum, tum quod me illic hospitem decepisset (sic enim ille et dixit et sensit), tum quod ipsum iniuste admodum expulisset. Hæc ego audiens suasi, ut ad hæc, si videretur, amicos alios convocaret. Me autem, quoniam et sua et aliorum opera quasi violentia impulisset in Dionysii familiaritatem, habitationis, victus, sacrorum communione astrictum, putaret quasi medium quendam æquumque utrinque esse debere, præsertim cum iamdiu multis apud Dionysium me calumniantibus, quasi tecum ipsi tyrannidique eius insidiantem, ipse non occiderit quidem, sed reveritus sit. Ad hæc ætatem meam rebus bellicis ineptam esse addidi : simulque medium quendam me inter eos esse, si quando conciliatore quodam opus sit, qui resarcire optantibus amicitiam possit. Quamdiu vero odiis certabitis, ad hæc tanquam propugnatores alios advocabitis. Hæc ego inquam, perosus errorem fortunamque in Sicilia mihi adversam. Quoniam vero ibi rationibus meis non obtemperaverunt, omnium, quæ secuta sunt, malorum ipsimet sibi causam præbuere. Profecto si Dionysius res Dioni suas restituisset, vel potius si omnino placatus fuisset, nihil prout conditio fert hamana, accidisset adversi. Nam Dionem quidem pro voluntate mea et consilio et auctoritate facile continuissem. Contra vero nunc in se invicem impetum facientes omnia calamitatibus implevere. (351) Dion certe eandem habebat voluntatem, quam ego dicerem et mihi et aliis, quicunque moderati sunt, habendam esse : videlicet ut potestas vel propria vel amicorum vel civitatis optetur, quo in ipsis honoribus et potentiis quis constitutus, præsertim in maximis, se et suos et patriam beneficiis iustis afficiat. Neque vero id fit, si quis ad id dumtaxat incumbat, ut divitiis se amicosque et, ut licet, ærarium expleat per insidias crudeliumque coniurationes : ipse pauper videlicet, impotens se continere, sed præ animi angustia voluptatibus succumbens : præterea opulentos homines, tanquam inimicos decernens, trucidet, rapiatque pecunias : atque interea sociis familiaribusque edicat, sibi quidem in his, cum sit egenus, succensendum non esse. Eodem modo, si quis similiter civitatem suam beneficiis afficiens honoretur ab ipsa, dum multis res paucorum civium per sua decreta distribuit : vel si quis magnæ præsidens civitati, pluribus minoribusque civitatibus imperanti, pecunias minorum civitatum iniuste attribuat suæ. Hoc enim pacto neque Dion neque alius unquam sponte sua ad potentiam progreditur, perniciosam et sibi et posteris perpetuo futuram. Prudens vero ad constituendam accedit rempublicam, legesque condendas iustissimas atque optimas : et id quidem absque cædibus expulsionibusque civilibus. Quæ modo cum ageret Dion, constituens pati profana potius quam facere, cavens quoque ne ipse pateretur, cecidit tamen, cum iam ad summum superandorum hostium pervenisset. Neque mirum alicui, quod accidit Dioni, videri debet. Pium enim virum temperatumque et prudentem omnino quidem in rebus eiusmodi impii nunquam

οὐκ ἂν πάνυ λάθοι, χειμώνων δὲ ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος λάθοι τ' ἂν καὶ λαθὸν κατακλύσειε βίᾳ. ταὐτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔσφηλε· κακοὶ μὲν γὰρ ὄντες αὐτὸν σφόδρα οὐκ ἔλαθον οἱ σφήλαντες, ὅσον δὲ ὕψος ἀμαθίας εἶχον καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας τε καὶ λαιμαργίας, ἔλαθον. ᾧ δὴ σφαλεὶς κεῖται, Σικελίαν πένθει περιβαλὼν μυρίῳ. τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθέντα ἃ ξυμβουλεύω, (352) σχεδὸν εἴρηταί τέ μοι καὶ εἰρήσθω· ὧν δ' ἐπανέλαβον ἕνεκα τὴν εἰς Σικελίαν ἄφιξιν τὴν δευτέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἔδοξέ μοι ῥηθῆναι δεῖν διὰ τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν λεγομένων. εἰ δ' ἄρα τινὶ τὰ νῦν ῥηθέντα εὐλογώτερα ἐφάνη καὶ προφάσεις πρὸς τὰ γενόμενα ἱκανὰς ἔχειν ἔδοξέ τῳ, μετρίως ἂν ἡμῖν καὶ ἱκανῶς εἴη τὰ νῦν εἰρημένα.

fallunt. Sed neque mirandum est, si idem ipsi, quod probo gubernatori, forsan acciderit: quem futura tempestas haud admodum latet, sed insueta et iccirco improvisa tempestatum magnitudo latere potest ac violendo submergere. Hoc utique modo Dionem sors aliquantum fefellisse videtur. Quod enim mali essent, eum non latebat: quamvis, quam profunda esset in iis inscientia et iniquitas voracitasque, latuerit. Qua quidem in re deceptus occubuit, Siciliam incredibili dolori subiciens. (352) Quæ igitur post hæc, quæ narrata sunt, vobis consulo, hactenus quidem dicta sint. Quibus autem de causis ipse in Siciliam quasi compulsus redierim, ostendere arbitratus sum oportere, ne cui reversio mea absurda ac præter rationem suscepta videretur. Quamobrem, si cui, quæ nunc dixi, probabiliora visa sunt, ac sufficientes exstitisse occasiones, cur ita fieret, videantur, satis quidem sufficienterque iam fuisse dictum putabimus.

η'.

VIII. Plato Dionis propinquis et amicis.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν. Ἃ δ' ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε, ὄντως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν. ἐλπίζω δὲ οὐχ ὑμῖν μόνοις ξυμβουλεύσειν τὰ ξυμφέροντα, μάλιστά γε μὴν ὑμῖν, καὶ δευτέροις πᾶσι τοῖς ἐν Συρακούσαις, τρίτοις δὲ ὑμῶν καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, πλὴν εἴ τις αὐτῶν ἀνοσιουργὸς γέγονε· ταῦτα γὰρ ἀνίατα καὶ οὐκ ἄν ποτέ τις αὐτὰ ἐκνίψειε. νοήσατε δὲ ἃ λέγω νῦν. ἔσθ' ὑμῖν κατὰ Σικελίαν πᾶσαν λελυμένης τῆς τυραννίδος πᾶσα μάχη περὶ αὐτῶν τούτων, τῶν μὲν βουλομένων ἀναλαβεῖν πάλιν τὴν ἀρχήν, τῶν δὲ τῇ τῆς τυραννίδος ἀποφυγῇ τέλος ἐπιθεῖναι. ξυμβουλὴ δὴ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθὴ δοκεῖ ἑκάστοτε τοῖς πολλοῖς εἶναι ταῦτα ξυμβουλεύειν δεῖν ἃ τοὺς μὲν πολεμίους ὡς πλεῖστα κακὰ ἐξεργάσεται, τοὺς δὲ φίλους ὡς πλεῖστα ἀγαθά. τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα. δεῖ δὲ οὐ μακρὰν ἐλθόντας ποι τὰ τοιαῦτα ἐναργῶς ἰδεῖν, ἀλλ' ὅσα νῦν γέγονε τῇδε αὐτοῦ περὶ Σικελίαν, τῶν μὲν ἐπιχειρούντων δρᾶν, τῶν δὲ ἀμύνασθαι τοὺς δρῶντας. ἃ κἂν ἄλλοις μυθολογοῦντες ἱκανοὶ γίγνοισθ' ἂν ἑκάστοτε διδάσκαλοι. τούτων μὲν δὴ σχεδὸν οὐκ ἀπορία· τῶν δὲ ὅσα γένοιτ' ἂν ἢ πᾶσι συμφέροντα ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις ἢ ὅτι σμικρότατα κακὰ ἀμφοῖν, ταῦτα οὔτε ῥᾴδιον δρᾶν οὔτε ἰδόντα ἐπιτελεῖν, εὐχῇ δὲ προσέοικεν ἡ τοιαύτη ξυμβουλή τε καὶ ἐπιχείρησις τοῦ λόγου. ἔστω δὴ παντάπασι μὲν εὐχή τις, (353) ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν, ἐπιτελὴς δ' εἴη σημαίνουσα ἡμῖν τοιόνδε τινὰ λόγον. νῦν ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις σχεδόν, ἐξ οὗπερ γέγονεν ὁ πόλεμος, συγγένεια ἄρχει μία διὰ τέλους, ἥν ποτε κατέστησαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐς ἀπορίαν ἐλθόντες τὴν ἅπασαν, τόθ' ὅτε κίνδυνος ἐγένετο ἔσχατος Σικελίᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων ὑπὸ Καρχηδονίων ἀνάστατον ὅλην ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι. τότε γὰρ εἵλοντο Διονύσιον μὲν ὡς νέον καὶ πολεμικὸν ἐπὶ τὰς τοῦ πολέμου πρεπούσας αὐτῷ πράξεις, σύμβουλον δὲ καὶ πρεσβύτερον Ἱππαρῖνον, ἐπὶ

Qua potissimum vivendi ratione prospere succedant res, revera conabor vobis pro viribus enarrare. Spero autem non vobis solum, quæ in re vestra sint, me consulturum, sed vobis quidem maxime: secundo vero loco omnibus qui sunt Syracusis: tertio inimicis etiam vestris et hostibus, præterquam si quis illorum impio se ipsum scelere polluit. Hæc enim insanabilia sunt, neque expiare unquam hæc quisquam posset. Considerate vero, quod in præsentia dicam. Omne iam vestrum circa Siciliam omnem, dissoluta tyrannide, consilium atque studium in his versatur. Nempe alii quidem affectant tyrannidem iterum suscitare, alii tyrannidis memoriam omnem prorsus exstinguere. Consilium vero in huiusmodi rebus apud multos rectum ubique videri solet, si ita res constituantur, ut hostes quam maximis afficiantur malis, amicis autem beneficii plurimum afferatur. At vero nequaquam id facile est, ut qui multa aliis inferunt damna, ipsi non multa vicissim ab aliis patiantur: neque nunc opus est horum exempla longe perquirere: quippe cum quæ nuper in Sicilia acciderunt, satis exemplo nobis esse possint. Cuncta enim sic accidisse videntur, dum alii quidem inferre mala, alii vero repellere et ulcisci contenderent. In quibus enarrandis idonei aliorum magistri ubique esse potestis: in his ergo percipiendis nulla ferme est difficultas. Quæ vero aut cunctis, tam inimicis quam amicis, utilia sint, aut saltem, quæ his quam minimum obsint, hæc certe ipsa nec facile est perspicere, neque, postquam perspexeris, ad votum perficere. Hæc igitur consultatio atque inquisitio voto persimilis esse videtur. Ideoque sit nobis ipsa omnino tanquam votum et deprecatio quædam. Omnibus enim in rebus et dicendis et cogitandis principium semper a diis est faciendum. (353) Votum utique eiusmodi absolutum talem nobis significabit rationem, quæ vobis simul, inimicisque conducat. Principio, ex quo tempore bellum in Sicilia gestum est, familia una continue dominata est, quam publicis rebus præfecerunt vestri maiores, in summo tunc periculo constituti, cum a Carthaginiensibus premerentur, venissetque res in extremum discrimen, ne Sicilia, quæ excolebatur a Græcis, iam a barbaris confunderetur atque devastaretur. Tunc

σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας αὐτοκράτορας, ὥς φασι, τυράννους ἐπονομάζοντες. καὶ εἴτε δὴ θείαν τις ἡγεῖσθαι βούλεται τύχην καὶ θεὸν εἴτε τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετὴν εἴτε καὶ τὸ ξυναμφότερον μετὰ τῶν τότε πολιτῶν τῆς σωτηρίας αἰτίαν ξυμβῆναι γενομένην, ἔστω ταύτῃ ὅπῃ τις ὑπολαμβάνει· σωτηρία δ' οὖν οὕτω συνέβη τοῖς τότε γενομένοις. τοιούτων οὖν αὐτῶν γεγονότων δίκαιόν που τοῖς σώσασι πάντας χάριν ἔχειν· εἰ δέ τι τὸν μετέπειτα χρόνον ἡ τυραννὶς οὐκ ὀρθῶς τῇ τῆς πόλεως δωρεᾷ κατακέχρηται, τούτων δίκας τὰς μὲν ἔχει, τὰς δὲ τινέτω. τίνες οὖν δὴ δίκαι ἀναγκαίως ὀρθαὶ γίγνοιντ' ἂν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς; εἰ μὲν ῥᾳδίως ὑμεῖς ἀποφυγεῖν οἷοί τ' ἦτε αὐτοὺς καὶ ἄνευ μεγάλων κινδύνων καὶ πόνων, ἢ ἐκεῖνοι ἑλεῖν εὐπετῶς πάλιν τὴν ἀρχήν, οὐδ' ἂν συμβουλεύειν οἷόν τ' ἦν τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι· νῦν δ' ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι ποσάκις ἐν ἐλπίδι ἑκάτεροι γεγόνατε τοῦ [νῦν] οἴεσθαι σχεδὸν ἀεί τινος σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι τὸ μὴ πάντα κατὰ νοῦν πράττειν, καὶ δὴ καὶ ὅτι τὸ σμικρὸν τοῦτο μεγάλων καὶ μυρίων κακῶν αἴτιον ἑκάστοτε ξυμβαίνει γιγνόμενον, καὶ πέρας οὐδέν ποτε τελεῖται, ξυνάπτει δὲ ἀεὶ παλαιὰ τελευτὴ δοκοῦσα ἀρχῇ φυομένῃ νέᾳ, διολέσθαι δ' ὑπὸ τοῦ κύκλου τούτου κινδυνεύσει καὶ τὸ τυραννικὸν ἅπαν καὶ τὸ δημοτικὸν γένος, ἥξει δέ, ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνηταί τε καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. τούτων δὴ χρὴ πάσῃ προθυμίᾳ πάντας τοὺς Ἕλληνας τέμνειν φάρμακον. εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τ' ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνεγκὼν εἰς τὸ μέσον ὀρθότατα φιλέλλην ἂν λεχθείη· (354) ὃ δέ μοι φαίνεταί πῃ τὰ νῦν, ἐγὼ πειράσομαι πάσῃ παρρησίᾳ καὶ κοινῷ τινὶ δικαίῳ λόγῳ χρώμενος δηλοῦν. λέγω γὰρ δὴ διαιτητοῦ τινὰ τρόπον, διαλεγόμενος ὡς δυοῖν τυραννεύσαντί τε καὶ τυραννευθέντι, ὡς ἑνὶ ἑκατέρῳ παλαιὰν ἐμὴν ξυμβουλήν. καὶ νῦν δ' ὅ γ' ἐμὸς λόγος ἂν εἴη ξύμβουλος τυράννῳ παντὶ φεύγειν μὲν τοὔνομά τε καὶ τοὔργον τοῦτο, εἰς βασιλείαν δέ, εἰ δυνατὸν εἴη, μεταβαλεῖν. δυνατὸν δέ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγαθὸς Λυκοῦργος, ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσσήνῃ ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὑτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους, φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δεσμὸν τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον, ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤδη μετ' εὐκλείας σώζεσθαι, νόμος ἐπειδὴ κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι τύραννοι νόμων. ὃ δὴ καὶ νῦν οὑμὸς λόγος πᾶσι παρακελεύεται, τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιεμένοις ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ ἀπλήστως πεινώντων εὐδαιμόνισμα ἀνθρώπων καὶ ἀνοήτων, εἰς βασιλέως δ' εἶδος πειρᾶσθαι μεταβάλλειν καὶ δουλεῦσαι νόμοις βασιλικοῖς, τὰς

igitur Dionysium quidem elegerunt, ut iuvenem bello strenuum, qui rebus bellicis convenientibus sibi præesset: Hipparinum vero, utpote seniorem, consilio res moderari voluerunt: atque pro totius Siciliæ salute absolutam his auctoritatem concedentes Tyrannos, ut fertur, appellaverunt. Proinde sive quis fortunam quandam divinam deumque, sive eorum, quibus commissa res est, virtutem, sive utrumque una cum temporis illius civibus, salutis illius causam exstitisse censeat, esto id quidem, ut quisque existimat. Salus certe hoc pacto tunc illis parta est. Quamobrem, cum ita se illi gessissent, iustum erat gratiam ab illis, qui servati erant, referri. Si quid autem postea mali tyrannis ipsa, munere civitatis abutens patravit, habet quidem sceleris sui iudices, unde et pœnas persolvat. Sed quænam illis pœnæ ob ea, quæ acta sunt, necessario recteque admoveri possunt? Si enim vel vos illorum vim facile propulsare possetis et absque magnis periculis laboribusque id facere, vel illi se dominationem facile recepturos arbitrarentur: haud sane possemus ea vobis, quæ nunc dicturi sumus, consulere. Nunc vero utrique considerare atque meminisse debetis, quotiens iam alterutri in spem prope certam pervenistis consequendi quod optabatis, paulum deesse opinantes ad cuncta pro arbitrio consequenda. Id ipsum tamen paulum ingentium plurimorumque malorum ubique causa exstitit: neque dum pervenit ad terminum, sed continuata quadam successione inveterati iam mali apparenti termino principium suboritur novum. Eiusmodi vero circuitus perditurus videtur tyrannicum genus simul atque populare: et quantum verisimili ratione formidandum portenditur, tota Sicilia in Græcæ linguæ oblivionem lapsura videtur, ad Phœnicum Opicorumque potestatem dominationemque translata. Quamobrem contra hæc Græci omnes omni providentia remedium afferre debent. Si quis igitur rectius meliusque consilium eo, quod a me dicetur, (354) adducat in medium, merito Græcorum amator cognominabitur. Quæ vero quodammodo sit mea sententia, conabor nunc libere prorsus, communi ratione legeque fretus, exponere. Ego igitur, personam mihi arbitratoris assumens, quemadmodum iamdiu consuevi, tam exercenti quam patienti tyrannidem communiter consulam. Atque imprimis omni tyranno, ut appellationem hanc remque ipsam fugiat, atque in regnum, si potest fieri, transferat. Fieri vero posse Lycurgus, vir bonus et sapiens, re demonstravit. Is enim, cum videret genus proprium Argis Messenæque ex regno in tyrannidem iam translatum, ideoque hos populos utrosque tam se ipsos perdentes quam civitates utrinque utrasque, timens patriæ simul et generi remedium adhibuit, senatum procreans ephororumque magistratum in regni salutem. Quapropter tot iam sæcula servatur cum gloria: postquam videlicet lex auctoritatis plena hominum regina facta est: non autem homines legum tyranni. Ad hoc ipsum in præsentia ratio mea omnes homines cohortatur, suadens his, qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefesso quodam fugienti studio eiusmodi famescentium stultorumque hominum felicitatem: atque ad regiam gubernationis formam pro viribus se transferre, legibusque regiis obtemperare, maximos honores ab hominibus legibusque volentibus quandoque reportaturis. Qui vero omnibus

μεγίστας τιμὰς κεκτημένους παρ' ἑκόντων τε ἀνθρώπων καὶ τῶν νόμων· τοῖς δὲ δὴ ἐλεύθερα διώκουσιν ἤθη καὶ φεύγουσι τὸν δούλειον ζυγὸν ὡς ὂν κακόν, εὐλαβεῖσθαι ξυμβουλεύοιμ' ἂν μή ποτε ἀπληστίᾳ ἐλευθερίας ἀκαίρου τινὸς εἰς τὸ τῶν προγόνων νόσημα ἐμπέσωσιν, ὃ διὰ τὴν ἄγαν ἀναρχίαν οἱ τότε ἔπαθον, ἀμέτρῳ ἐλευθερίας χρώμενοι ἔρωτι. οἱ γὰρ πρὸ Διονυσίου καὶ Ἱππαρίνου ἄρξαντες Σικελιῶται τότε ὡς ᾤοντο εὐδαιμόνως ἔζων, τρυφῶντές τε καὶ ἅμα ἀρχόντων ἄρχοντες· οἳ καὶ τοὺς δέκα στρατηγοὺς κατέλευσαν βάλλοντες τοὺς πρὸ Διονυσίου, κατὰ νόμον οὐδένα κρίναντες, ἵνα δὴ δουλεύοιεν μηδενὶ μήτε σὺν δίκῃ μήτε νόμῳ δεσπότῃ, ἐλεύθεροι δ' εἶεν πάντῃ πάντως· ὅθεν αἱ τυραννίδες ἐγένοντο αὐτοῖς. δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα πάγκακον, ἔμμετρος δὲ οὖσα πανάγαθον. μετρία δὲ ἡ θεῷ δουλεία, ἄμετρος δὲ ἡ τοῖς ἀνθρώποις· (355) θεὸς δὲ ἀνθρώποις σώφροσι νόμος, ἄφροσι δὲ ἡδονή. τούτων δὴ ταύτῃ πεφυκότων, ἃ ξυμβουλεύω Συρακοσίοις πᾶσι, φράζειν παρακελεύομαι τοῖς Δίωνος φίλοις ἐκείνου καὶ ἐμὴν κοινὴν ξυμβουλήν· ἐγὼ δὲ ἑρμηνεύσω ἃ ἐκεῖνος ἔμπνους ὢν καὶ δυνάμενος εἶπεν ἂν νῦν πρὸς ὑμᾶς. τίν' οὖν δή τις ἂν εἴποι λόγον ἀποφαίνεται ὑμῖν περὶ τῶν νῦν παρόντων ἡ Δίωνος ξυμβουλή; τόνδε.

Δέξασθε, ὦ Συρακόσιοι, πάντων πρῶτον νόμους, οἵτινες ἂν ὑμῖν φαίνωνται μὴ πρὸς χρηματισμὸν καὶ πλοῦτον τρέψοντες τὰς γνώμας ὑμῶν μήτ' ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὄντων τριῶν, ψυχῆς καὶ σώματος, ἔτι δὲ χρημάτων, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἐντιμοτάτην ποιοῦντες, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ σώματος, ὑπὸ τῇ τῆς ψυχῆς κειμένην, τρίτην δὲ καὶ ὑστάτην τὴν τῶν χρημάτων τιμήν, δουλεύουσαν τῷ σώματί τε καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπεργαζόμενος θεσμὸς νόμος ἂν ὀρθῶς ὑμῖν εἴη κείμενος, ὄντως εὐδαίμονας ἀποτελῶν τοὺς χρωμένους· ὁ δὲ τοὺς πλουσίους εὐδαίμονας ὀνομάζων λόγος αὐτός τε ἄθλιος, γυναικῶν καὶ παίδων ὢν λόγος ἄνους, τοὺς πειθομένους τε ἀπεργάζεται τοιούτους. ὅτι δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ παρακελεύομαι, ἐὰν γεύσησθε τῶν νῦν λεγομένων περὶ νόμων, ἔργῳ γνώσεσθε, ἣ δὴ βάσανος ἀληθεστάτη δοκεῖ γίγνεσθαι τῶν πάντων πέρι. δεξάμενοι δὲ τοὺς τοιούτους νόμους, ἐπειδὴ κατέχει κίνδυνος Σικελίαν, καὶ οὔτε κρατεῖτε ἱκανῶς οὔτ' αὖ διαφερόντως κρατεῖσθε, δίκαιον ἂν ἴσως καὶ ξυμφέρον γίγνοιτο ὑμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν, τοῖς τε φεύγουσι τῆς ἀρχῆς τὴν χαλεπότητα ὑμῖν καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς πάλιν ἐρῶσι τυχεῖν, ὧν οἱ πρόγονοι τότε, τὸ μέγιστον, ἔσωσαν ἀπὸ βαρβάρων τοὺς Ἕλληνας, ὥστ' ἐξεῖναι περὶ πολιτείας νῦν ποιεῖσθαι λόγους· ἔρρουσι δὲ τότε οὔτε λόγος οὔτ' ἐλπὶς ἐλείπετ' ἂν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. νῦν οὖν τοῖς μὲν ἐλευθερία γιγνέσθω μετὰ βασιλικῆς ἀρχῆς, τοῖς δὲ ἀρχὴ ὑπεύθυνος βασιλική, δεσποζόντων νόμων τῶν τε ἄλλων πολιτῶν καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν, ἄν τι παράνομον πράττωσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ξύμπασιν ἀδόλῳ

vivendi præferunt libertatem, iugum vero servile fugiunt tanquam malum, ii caveant moneo, ne insatiabili importunæ libertatis aviditate in maiorum suorum incidant morbum: quem quidem illi propterea passi sunt, quod nulli parere volentes libertatis amore intemperanter abusi sunt. Qui enim ante Dionysium et Hipparinum in Sicilia gubernabant, beate sibi vivere videbantur, libidinibus dissoluti, præsidentiumque præsidentes: præterea decem ante Dionysium præfectos deposuerunt atque pepulerunt, neminem secundum legem iudicantes: quo nulli subessent homini iusto iudicanti aut dominanti legi, sed omnino in singulis liberi forent. Qua quidem de causa illis tyrannides surrexerunt. Servitus enim ac libertas, si modum excedat, utraque mala est: si modum observet, utraque bona. Moderata quidem servitus est, quæ deo exhibetur: immoderata vero, quæ hominibus. Deus quidem hominibus temperatis lex est: (355) intemperatis vero voluptas. Cum igitur hæc ita natura se habeant, quæ consulo, mando Dionis amicis, ea Syracusanis omnibus promulganda ex communi Dionis meaque sententia. Equidem vobis exponam, quæ ille adhuc spirans locutus est. Quam igitur rationem, quæret quispiam, circa præsentia nobis Dionis consilium affert?

Hanc vero omnium primam nunc accipite. Principio leges tales sint, quæ non ad opes pecuniasque comparandas neque ad libidines mentes convertant: sed cum tria sint, anima, corpus, pecunia, virtutem animi maxime anteponant, secundo vero loco virtutem corporis, virtuti animi servientem, tertio ultimoque gradu pecuniam pretium collocent, animo corporique ministrans. Quæcunque lex hæc efficit, recta est, revera beatitudinem utentibus afferens. Locupletes vero beatos appellare sermo amens est et infelix, mulieribus puerisque conveniens, atque eos, qui id credunt, tales efficiens. Quod autem ego nunc ad vera vos bona cohortor, si, quæ modo dixi de legibus, degustetis, opere ipso intelligetis. Quæ quidem examinatio in cunctis verissima esse videtur. Receptis vero eiusmodi legibus, cum Sicilia in discrimine posita sit, neque sufficienter vos superetis neque rursus admodum superemini, iustum forte atque utile vobis omnibus erit medium incidere, tum vobis dominationis acerbitatem fugientibus, tum aliis dominationem adipisci desiderantibus. Quorum maiores olim, quod maximi faciendum est, Græcos a barbaris servaverunt, adeo ut in præsentia liceat de republica consultare. Alioquin, si tunc perditæ res fuissent, neque nunc de his loqui liceret neque spes ulla superesset. Nunc igitur aliis quidem libertas sit cum regia potestate: aliis autem potestas regno subiecta, legibus dominantibus non aliis tantum civibus, sed ipsis etiam regibus, si quid egerint contra leges. In his autem omnibus mente a dolis aliena atque sana cum diis reges create:

γνώμῃ καὶ ὑγιεῖ μετὰ θεῶν βασιλέα στήσασθε, πρῶτον μὲν τὸν ἐμὸν υἱὸν χαρίτων ἕνεκα διττῶν, τῆς τε παρ' ἐμοῦ καὶ τοῦ ἐμοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ βαρβάρων ἠλευθέρωσεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὴν πόλιν, ἐγὼ δὲ (356) ἀπὸ τυράννων νῦν δίς, ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ὑμεῖς γεγόνατε. δεύτερον δὲ δὴ ποιεῖσθε βασιλέα τὸν τῷ μὲν ἐμῷ πατρὶ ταὐτὸν κεκτημένον ὄνομα, υἱὸν δὲ Διονυσίου, χάριν τῆς τε δὴ νῦν βοηθείας καὶ ὁσίου τρόπου· ὃς γενόμενος τυράννου πατρὸς ἑκὼν τὴν πόλιν ἐλευθεροῖ, τιμὴν αὐτῷ καὶ γένει ἀείζωον ἀντὶ τυραννίδος ἐφημέρου καὶ ἀδίκου κτώμενος. τρίτον δὲ προκαλεῖσθαι χρὴ βασιλέα γίγνεσθαι Συρακουσῶν, ἑκόντα ἑκούσης τῆς πόλεως, τὸν νῦν τοῦ τῶν πολεμίων ἄρχοντα στρατοπέδου, Διονύσιον τὸν Διονυσίου, ἐὰν ἐθέλῃ ἑκὼν εἰς βασιλέως σχῆμα ἀπαλλάττεσθαι, δεδιὼς μὲν τὰς τύχας, ἐλεῶν δὲ πατρίδα καὶ ἱερῶν ἀθεραπευσίαν καὶ τάφους, μὴ διὰ φιλονεικίαν πάντως πάντα ἀπολέσῃ βαρβάροις ἐπίχαρτος γενόμενος. τρεῖς δ' ὄντας βασιλέας, εἴτ' οὖν τὴν Λακωνικὴν δύναμιν αὐτοῖς δόντες εἴτε ἀφελόντες καὶ ξυνομολογησάμενοι, καταστήσασθε τρόπῳ τινὶ τοιῷδε, ὃς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον ὑμῖν, ὅμως δ' ἔτι καὶ νῦν ἀκούετε. ἐὰν ἐθέλῃ τὸ γένος ὑμῖν τὸ Διονυσίου τε καὶ Ἱππαρίνου ἐπὶ σωτηρίᾳ Σικελίας παύσασθαι τῶν νῦν παρόντων κακῶν, τιμὰς αὐτοῖς καὶ γένει λαβόντες εἴς τε τὸν ἔπειτα καὶ τὸν νῦν χρόνον, ἐπὶ τούτοις καλεῖτε, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐρρήθη, πρέσβεις οὓς ἂν ἐθελήσωσι κυρίους ποιησάμενοι τῶν διαλλαγῶν, εἴτε τινὰς αὐτόθεν εἴτε ἔξωθεν εἴτε ἀμφότερα, καὶ ὁπόσους ἂν συγχωρήσωσι. τούτους δ' ἐλθόντας νόμους μὲν πρῶτον θεῖναι καὶ πολιτείαν τοιαύτην, ἐν ᾗ βασιλέας ἁρμόττει γίγνεσθαι κυρίους ἱερῶν τε καὶ ὅσων ἄλλων πρέπει τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐεργέταις, πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης ἄρχοντας νομοφύλακας ποιήσασθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε μετά τε δήμου καὶ βουλῆς. δικαστήρια δὲ ἄλλα μὲν ἄλλων, θανάτου δὲ καὶ φυγῆς τούς τε πέντε καὶ τριάκοντα ὑπάρχειν. πρὸς τούτοις τε ἐκλεκτοὺς γίγνεσθαι δικαστὰς ἐκ τῶν [νῦν] ἀεὶ περυσινῶν ἀρχόντων, ἕνα ἀφ' ἑκάστης τῆς ἀρχῆς τὸν ἄριστον δόξαντ' εἶναι καὶ δικαιότατον· τούτους δὲ τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν δικάζειν ὅσα θανάτου καὶ δεσμοῦ καὶ μεταστάσεως τῶν πολιτῶν· βασιλέα δὲ τῶν τοιούτων δικῶν μὴ ἐξεῖναι δικαστὴν γίγνεσθαι, (357) καθάπερ ἱερέα, φόνου καθαρεύοντα καὶ δεσμοῦ καὶ φυγῆς. ταῦθ' ὑμῖν ἐγὼ καὶ ζῶν διενοήθην γίγνεσθαι καὶ νῦν διανοοῦμαι. καὶ τότε κρατήσας τῶν ἐχθρῶν μεθ' ὑμῶν, εἰ μὴ ξενικαὶ ἐρινύες ἐκώλυσαν, κατέστησα ἂν ᾗπερ καὶ διενοούμην, καὶ μετὰ ταῦτα Σικελίαν ἂν τὴν ἄλλην, εἴπερ ἔργα ἐπὶ νῷ ἐγίγνετο, κατῴκισα, τοὺς μὲν βαρβάρους ἣν νῦν ἔχουσιν ἀφελόμενος, ὅσοι μὴ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας διεπολέμησαν πρὸς τὴν τυραννίδα, τοὺς δ' ἔμπροσθεν οἰκητὰς τῶν Ἑλληνικῶν τόπων εἰς τὰς ἀρχαίας καὶ πατρῴας οἰκήσεις κατοικίσας. ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ νῦν πᾶσι συμβουλεύω κοινῇ διανοηθῆναι

primum quidem filium meum, duplici gratia, mei scilicet gratia atque avi sui. Ille enim sua tempestate patriam a barbaris liberavit : ego vero iam bis a tyrannis. Quorum quidem testes mihi vos ipsi estis (356). Secundum vero regem create eum, qui idem, quod et pater meus, nomen habet : Dionysii inquam filium. Atque id facite præsentis eius in patriam officii piorumque eius morum : qui patre tyranno natus patriam sponte liberare aggreditur, pro brevissima iniustaque tyrannide gloriam sibi generique comparans sempiternam Tertium denique ad regnum Syracusanum invitare oportet volentem, civitate volente, Dionysium Dionysii filium, nunc exercitus hostium ducem : si velit, inquam, regiæ dignitatis forma contentus vivere, timens videlicet fortunæ vices, et patriam miseratus sacraque et sepulcra maiorum; ne contentione prorsus omnia perdat, barbaris ex patriæ infelicitate gratificans. Hos vero tres reges, sive illis auctoritatem eandem, quam Lacedæmonii reges habent, dederitis, sive quid ademeritis, communi consensu constituetis, tali quodam pacto, ut prius dictum est, atque iterum nunc audite. Si Dionysii et Hipparini genus voluerit pro Siciliæ salute his calamitatibus, quæ nunc urgent, finem imponere, honores sibi totique familiæ comparantes non ad præsens solum sed in posterum : hac, inquam, conditiones, quemadmodum et prius dictum est, ad regnum vocate : et legatos, quos ipsi velint, concordiæ gratia cum publica auctoritate deligite, sive ex vestris civibus, sive ex alienis sive ex utrisque, totque præterea, quot illi concesserint. Qui communi sententia leges condant atque rempublicam ita constituant, ut in ea reges esse deceat sacrorum dominos aliarumque rerum, quascunque decet his concedi, quorum beneficia in patriam exstant. Proinde belli pacisque arbitrium habeant custodes ipsi legum creati, numero quinque et triginta, una cum populo atque senatu. Iudicia vero distincta sint alia aliorum. Mortis quidem atque exsilii auctoritas sit penes triginta et quinque viros, et præter eos penes alios quosdam iudices ex illis electos, qui magistratibus proxime perfuncti sunt : ita ut unus ex quolibet magistratu eligatur, qui optimus iustissimusque appareat. Hi sequenti anno de morte et carcere et exsilio sententiam ferant. Regi vero his iudiciis interesse non liceat, utpote sacerdoti, quem in ferenda necis, carceris, exsilii sententia contaminari nefas sit. (357) Hæc equidem et dum viverem, cogitabam, et nunc etiam cogito facienda : atque tunc, cum inimicos superavissem una vobiscum, nisi externi furiæque obstitissent, ut decreveram, constituissem. Proinde si ad votum res processissent, colonis reliquam Siciliam replevissem, barbaris quidem ex his locis, quæ nunc occupant, expulsis, præterquam si qui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnaverunt : priores autem Græcorum locorum colonos in antiquas patriasque sedes restituissem. Hæc igitur eadem in præsentia omnibus consulo com-

καὶ πράττειν τε καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταύτας τὰς πράξεις πάντας, τὸν μὴ ἐθέλοντα δὲ πολέμιον ἡγεῖσθαι κοινῇ. ἔστι δὲ ταῦτα οὐκ ἀδύνατα· ἃ γὰρ ἐν δυοῖν τε ὄντα ψυχαῖν τυγχάνει καὶ λογισαμένοις εὑρεῖν βέλτιστα ἑτοίμως ἔχει, ταῦτα δὲ σχεδὸν ὁ κρίνων ἀδύνατα οὐκ εὖ φρονεῖ. λέγω δὲ τὰς δύο τήν τε Ἱππαρίνου τοῦ Διονυσίου υἱέος καὶ τὴν τοῦ ἐμοῦ υἱέος· τούτοιν γὰρ ξυνομολογησάντοιν τοῖς γε ἄλλοις Συρακουσίοις οἶμαι πᾶσιν ὅσοιπερ τῆς πόλεως κήδονται ξυνδοκεῖν. ἀλλὰ θεοῖς τε πᾶσι τιμὰς μετ' εὐχῶν δόντες τοῖς τε ἄλλοις ὅσοις μετὰ θεῶν πρέπει, πείθοντες καὶ προκαλούμενοι φίλους καὶ διαφόρους μαλακῶς τε καὶ πάντως, μὴ ἀποστῆτε πρὶν ἂν τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν λεχθέντα, οἷον ὀνείρατα θεῖα ἐπιστάντα ἐγρηγορόσιν, ἐναργῆ τε ἐξεργάσησθε τελεσθέντα καὶ εὐτυχῆ.

muni consilio deliberare et agere, atque ad hæc agenda omnes cohortari : quod si qui dissenserint, eos communi sententia hostes existimare. Neque vero hæc talia sunt, ut fieri nequeant. Quæ enim in duorum animis consistunt, atque his, qui consultando perquirunt optima, mox facileque occurrunt, ea qui impossibilia iudicat, non recte sentit. Dico autem duos, Hipparini scilicet, Dionysii filii, atque insuper mei filii animos. Arbitror enim, si hi consenserint, alios quoque Syracusanos et omnes, quibus patria curæ est, consensuros. Sed diis omnibus honores cum precibus offerentes, et aliis præterea, quibuscunque una cum diis vovere decet, præterea cohortantes invitantesque amicos et inimicos omnino atque benigne, nolite prius desistere quam ea, quæ a nobis nunc dicta sunt, quasi divina somnia vigilantibus supervenientia, perspicua quidem atque felicia perfectissime impleatis.

θ'. Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.

Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς οἱ περὶ Ἄρχιππον καὶ Φιλωνίδην, τήν τε ἐπιστολὴν φέροντες ἥν σὺ αὐτοῖς ἔδωκας, καὶ ἀπαγγέλλοντες τὰ παρὰ σοῦ. τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν οὐ χαλεπῶς διεπράξαντο, καὶ γὰρ οὐδὲ παντελῶς ἦν ἐργώδη· τὰ δὲ παρὰ σοῦ διῆλθον ἡμῖν, λέγοντες ὑποδυσφορεῖν σε ὅτι οὐ δύνασαι τῆς περὶ τὰ κοινὰ ἀσχολίας ἀπολυθῆναι. ὅτι μὲν οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ (358) τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν οἷα καὶ σύ, σχεδὸν παντὶ δῆλον· ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι. καλούσης δὲ τῆς πατρίδος αὐτῆς πρὸς τὰ κοινά, ἄτοπον ἴσως τὸ μὴ ὑπακούειν· ἅμα γὰρ ξυμβαίνει καὶ χώραν καταλιμπάνειν φαύλοις ἀνθρώποις, οἳ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου πρὸς τὰ κοινὰ προσέρχονται. περὶ τούτων μὲν οὖν ἱκανῶς, Ἐχεκράτους δὲ καὶ νῦν ἐπιμέλειαν ἔχομεν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἕξομεν καὶ διὰ σὲ καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ Φρυνίωνα καὶ δι' αὐτὸν τὸν νεανίσκον.

IX. Plato Archytæ Tarentino bene agere.

Venerunt ad nos Archippi Philonidisque familiares, ferentes epistolam quam iis dederas, ac de rebus tuis quæ oportuit nuntiantes. Publica quidem civitatis negotia absque difficultate peregerunt : neque enim admodum laboriosa erant. Te vero narraverunt permoleste ferre, quod a publicis civitatis occupationibus te liberare non valeas. Quod igitur dulcissimum vitæ genus sit agere sua, præsertim si quis talia elegerit facienda, (358) qualia tu, omnibus ferme est manifestum. Sed illud quoque te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse : sed ortus nostri partem sibi patriam vindicare, partem parentes, partem amicos : multa insuper pro temporum diversitate nobis accidere, quibus nostra vita occupata est. Vocante igitur te patria ipsa ad rempublicam gubernandam absurdum forsan esset non parere : præsertim cum simul accidat, ut aditus pravis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius, quod optimum est, ratione proficiscuntur ad publica. De his ergo iam satis. Echecratis autem curam habemus in præsentia, habebimusque in posterum, et tui gratia et patris eius Phrynionis et propter ipsum adolescentem.

ι'. Πλάτων Ἀριστοδώρῳ εὖ πράττειν.

Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα ἑταῖρον εἶναί τέ σε νῦν καὶ γεγονέναι διὰ παντός, τὸ σοφώτατον ἦθος τῶν εἰς φιλοσοφίαν παρεχόμενον· τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγώ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν, τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν. ἀλλ' ἔρρωσό τε καὶ μένε ἐν τοῖς ἤθεσιν οἷσπερ καὶ νῦν μένεις.

X. Plato Aristodoro bene agere.

Audio te ante alios et nunc esse familiarem Dionis, et per omne tempus sapientiam morum ad philosophiam spectantium inprimis exercuisse. Nam firmitatem, fidem, sinceritatem veram esse philosophiam existimo : alias vero et ad alia declinantes scientias et facultates, si quis ornamenta dixerit, recte, ut arbitror, appellabit. Sed vale iam et in præsentibus his persevera moribus.

ια'. Πλάτων Λαοδάμαντι εὖ πράττειν.

Ἐπέστειλα μέν σοι καὶ πρότερον, ὅτι πολὺ δια-

XI. Plato Laodamanti bene agere.

Scripsimus etiam prius ad te, referre multum ad ea

φέρει πρὸς ἅπαντα ἃ λέγεις αὐτὸν ἀφικέσθαι σε Ἀθήναζε· ἐπειδὴ δὲ σὺ φῂς ἀδύνατον εἶναι, μετὰ τοῦτο ἦν δεύτερον, εἰ δυνατὸν ἐμὲ ἀφικέσθαι ἢ Σωκράτη, ὥσπερ ἐπέστειλας. νῦν δὲ Σωκράτης μέν ἐστι περὶ ἀσθένειαν τὴν τῆς στραγγουρίας, ἐμὲ δὲ ἀφικόμενον ἐνταῦθα ἄσχημον ἂν εἴη μὴ διαπράξασθαι ἐφ' ἅπερ σὺ παρακαλεῖς. ἐγὼ δὲ ταῦτα γενέσθαι ἂν οὐ πολλὴν ἐλπίδα ἔχω. δι' ἃ δέ, μακρᾶς ἑτέρας δέοιτ' ἂν ἐπιστολῆς, εἴ τις πάντα διεξίοι· καὶ ἅμα οὐδὲ τῷ σώματι διὰ τὴν ἡλικίαν ἱκανῶς ἔχω πλανᾶσθαι καὶ κινδυνεύειν κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, οἷα ἀπαντᾷ καὶ νῦν πάντα κινδύνων ἐν ταῖς πορείαις ἐστὶ μεστά. συμβουλεῦσαι μέντοι ἔχω σοί τε καὶ τοῖς οἰκισταῖς, (359) ὃ εἰπόντος μὲν ἐμοῦ, φησὶν Ἡσίοδος, δόξαι ἂν εἶναι φαῦλον, χαλεπὸν δὲ νοῆσαι. εἰ γὰρ οἴονθ' ὑπὸ νόμων θέσεως καὶ ὧν τινῶν εὖ ποτὲ πόλιν ἂν κατασκευασθῆναι, ἄνευ τοῦ εἶναί τι κύριον ἐπιμελούμενον ἐν τῇ πόλει τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης, ὅπως ἂν ᾖ σώφρων τε καὶ ἀνδρικὴ δούλων τε καὶ ἐλευθέρων, οὐκ ὀρθῶς διανοοῦνται. τοῦτο δ' αὖ, εἰ μέν εἰσιν ἤδη ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἀρχῆς ταύτης, γένοιτ' ἄν· εἰ δ' ἐπὶ τὸ παιδεῦσαι δεῖ τινός, οὔτε ὁ παιδεύσων οὔτε οἱ παιδευθησόμενοι, ὡς ἐγὼ οἶμαι, εἰσὶν ὑμῖν, ἀλλὰ λοιπὸν τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι. καὶ γὰρ σχεδόν τι καὶ αἱ ἔμπροσθεν πόλεις οὕτω κατεσκευάσθησαν, καὶ ἔπειτα εὖ ᾤκησαν, ὑπὸ ξυμβάσεων πραγμάτων μεγάλων καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατὰ τὰς ἄλλας πράξεις γενομένων, ὅταν ἐν τοιούτοις καιροῖς ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἐγγένηται μεγάλην δύναμιν ἔχων. τὸ δ' ἔμπροσθεν αὐτὰ προθυμεῖσθαι μὲν χρὴ καὶ ἀνάγκη, διανοεῖσθαι μέντοι αὐτὰ οἷα λέγω, καὶ μὴ ἀνοηταίνειν οἰομένους τι ἑτοίμως διαπράξασθαι. εὐτύχει.

quæ dicis, omnia, ut Athenas ipse proficiscaris. Quoniam vero ais te venire non posse, secundo id loco foret, si vel ego vel Socrates, ut per tuas litteras significasti, istuc nos conferre possemus. Verum Socrates quidem hoc tempore morbo stranguriæ impeditur. Mihi vero istuc proficiscenti dedecus perficerentur foret, si illa quorum gratia me vocas, nequaquam, quæ quidem perfici posse haud admodum spero. Si quis autem ea omnia referre aggrediatur, quorum de causa ita diffidam, prolixa opus erit epistola. Præterea per ætatem non satis corpore valeo ad iter conficiendum, periculaque mari terraque obeunda, qualia iter solet obicere : præsertim vero per id tempus omnia iter agentibus plena periculis sunt. Consulere tamen tibi colonisque possum, (359) quod nunc me referente inquit Hesiodus, videri quidem leve quiddam esse, difficile vero intelligere. Nam si putant aliqui, legum quarumlibet positione civitatem bene quandoque constitui posse, nisi sit aliquis cum auctoritate præsidens civitati, quotidianæ omnium vitæ moderator, adeo ut sit temperata et fortis tam in servis quam in liberis, non recte putant. Proinde, si sint iam apud vos viri hac potestate digni, id fieret. Sin autem ad disciplinam opus sit aliquo, neque qui doceat, neque qui doceantur, ut opinor, apud vos sunt · reliquum est deos precari. Nam fere quæ ante hoc tempus civitates fuerunt, sic ab initio constitutæ sunt, ac postea bene excultæ, pro contingentia magnarum rerum, tum bello tum pace, quando in huiusmodi temporibus vir clarus et probus magnam adeptus fuerit potestatem. Prius autem ipsa promptissime curare oportet atque necesse est : considerare tamen ea, qualia dico ; neque temere aggredi, quasi leviter peragantur : cogitare vero, quid commode fieri possit. Vale felix.

ιβ. Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόνθ' ὑπομνήματα θαυμαστῶς ὡς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι ὁ ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν πάλαι προγόνων· λέγονται γὰρ δὴ οἱ ἄνδρες οὗτοι μύριοι εἶναι, οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα, περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει, ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα, ἀπέσταλκά σοι. περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν, ὥστ' οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι.

XII. Plato Archytæ Tarentino bene agere.

Mirum est, quam libenti animo commentaria abs te missa accepimus, eorumque auctoris ingenio delectati sumus. Visus quidem nobis est vir ipse dignus maioribus illis antiquis. Fertur autem eos virorum decem milia fuisse, qui ex numero Troianorum omnium, qui sub Laomedonte surrexere, ut fabula tradit, præstantissimi fuerunt. Commentaria vero, quæ tu per litteras a me petis, nondum absoluta sunt. Qualiacunque tamen sunt, ad te misi. De custodia vero idem sentimus ambo. Quapropter nihil cohortatione opus esse videtur.

ιγ. Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.

(360) Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω καὶ ἅμα ξύμβολον ὅτι παρ' ἐμοῦ ἐστί. τοὺς Λοκρούς ποθ' ἑστιῶν νεανίσκους, πόρρω κατακείμενος ἀπ' ἐμοῦ, ἀνέστης παρ' ἐμὲ καὶ φιλοφρονούμενος εἶπες εὖ τι ῥῆμα ἔχον, ὡς ἐμοί τε ἐδόκει καὶ τῷ παρακατακειμένῳ, ἦν δ' οὗτος τῶν καλῶν τις. ὃς τότε εἶπεν Ἦ που πολλά, ὦ Διονύσιε,

XIII. Plato Dionysio Syracusarum tyranno bene agere.

(360) Principium tibi epistolæ, simulque nota quod hæc epistola mea sit, hæc esto : Quum aliquando Locros iuvenes convivio excepisses, et procul a me discumberes, surrexisti, ad meque accessisti, et comiter humaniterque dixisti lepidum quiddam, ut et mihi et ei qui proxime assidebat visum est. Erat autem ille ex numero

εἰς σοφίαν ὠφελεῖ ὑπὸ Πλάτωνος. σὺ δ' εἶπες Καὶ εἰς ἄλλα πολλά, ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς μεταπέμψεως, ὅτι μετεπεμψάμην αὐτόν, δι' αὐτὸ τοῦτο εὐθὺς ὠφελήθην. τοῦτ' οὖν διασωστέον, ὅπως ἂν αὐξάνηται ἀεὶ ἡμῖν ἡ ἀπ' ἀλλήλων ὠφέλεια. καὶ ἐγὼ νῦν τοῦτ' αὐτὸ παρασκευάζων τῶν τε Πυθαγορείων πέμπω σοι καὶ τῶν διαιρέσεων, καὶ ἄνδρα, ὥσπερ ἐδόκει ἡμῖν τότε, ᾧ γε σὺ καὶ Ἀρχύτης, εἴπερ ἥκει παρά σε Ἀρχύτης, χρῆσθαι δύναισθ' ἄν. ἔστι δὲ ὄνομα μὲν Ἑλίκων, τὸ δὲ γένος ἐκ Κυζίκου, μαθητὴς δὲ Εὐδόξου καὶ περὶ πάντα τὰ ἐκείνου πάνυ χαριέντως ἔχων· ἔτι δὲ καὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν τῳ ξυγγέγονε καὶ Πολυξένῳ τῶν Βρύσωνός τινι ἑταίρων. ὃ δὲ σπάνιον ἐπὶ τούτοις, οὔτε ἄχαρίς ἐστιν ἐντυχεῖν οὔτε κακοήθει ἔοικεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλαφρὸς καὶ εὐήθης δόξειεν ἂν εἶναι. δεδιὼς δὲ λέγω ταῦτα, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φαύλου ζῴου, ἀλλ' εὐμεταβόλου, πλὴν πάνυ ὀλίγων τινῶν καὶ εἰς ὀλίγα· ἐπεὶ καὶ περὶ τούτου φοβούμενος καὶ ἀπιστῶν ἐσκόπουν αὐτός τε ἐντυγχάνων καὶ ἐπυνθανόμην τῶν πολιτῶν αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν φλαῦρον ἔλεγε τὸν ἄνδρα. σκόπει δὲ καὶ αὐτὸς καὶ εὐλαβοῦ. μάλιστα μὲν οὖν, ἂν καὶ ὁπωστιοῦν σχολάζῃς, μάνθανε παρ' αὐτοῦ καὶ τἄλλα φιλοσόφει· εἰ δὲ μή, ἐκδίδαξαί τινα, ἵνα κατὰ σχολὴν μανθάνων βελτίων γίγνῃ καὶ εὐδοξῇς, ὅπως τὸ δι' ἐμὲ ὠφελεῖσθαί σε μὴ ἀνιῇ. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

(361) Περὶ δὲ ὧν ἐπέστελλές μοι ἀποπέμπειν σοι, τὸν μὲν Ἀπόλλω ἐποιησάμην τε καὶ ἄγει σοι Λεπτίνης, νέου καὶ ἀγαθοῦ δημιουργοῦ· ὄνομα δ' ἔστιν αὐτῷ Λεωχάρης. ἕτερον δὲ παρ' αὐτῷ ἔργον ἦν πάνυ κομψόν, ὡς ἐδόκει. ἐπριάμην οὖν αὐτὸ βουλόμενός σου τῇ γυναικὶ δοῦναι, ὅτι μου ἐπεμελεῖτο καὶ ὑγιαίνοντος καὶ ἀσθενοῦντος ἀξίως ἐμοῦ τε καὶ σοῦ. δὸς οὖν αὐτῇ, ἂν μή τί σοι ἄλλο δόξῃ. πέμπω δὲ καὶ οἴνου γλυκέος δώδεκα σταμνία τοῖς παισὶ καὶ μέλιτος δύο. ἰσχάδων δὲ ὕστερον ἤλθομεν τῆς ἀποθέσεως, τὰ δὲ μύρτα ἀποτεθέντα κατεσάπη· ἀλλ' αὖθις βέλτιον ἐπιμελησόμεθα. περὶ δὲ φυτῶν Λεπτίνης σοι ἐρεῖ. ἀργύριον δ' εἰς ταῦτα ἕνεκά τε τούτων καὶ εἰσφορῶν τινῶν εἰς τὴν πόλιν ἔλαβον παρὰ Λεπτίνου, λέγων ἅ μοι ἐδόκει εὐσχημονέστατα ἡμῖν εἶναι καὶ ἀληθῆ λέγειν, ὅτι ἡμέτερον εἴη ὃ εἰς τὴν ναῦν ἀναλώσαμεν τὴν Λευκαδίαν, σχεδὸν ἑκκαίδεκα μναῖ. τοῦτ' οὖν ἔλαβον, καὶ λαβὼν αὐτός τε ἐχρησάμην καὶ ὑμῖν ταῦτα ἀπέπεμψα. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο περὶ χρημάτων ἄκουε ὥς σοι ἔχει, περί τε τὰ σὰ τὰ Ἀθήνησι καὶ περὶ τὰ ἐμά. ἐγὼ τοῖς σοῖς χρήμασιν, ὥσπερ τότε σοι ἔλεγον, χρήσομαι καθάπερ τοῖς τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων. χρῶμαι δὲ ὡς ἂν δύνωμαι ὀλιγίστοις, ὅσα ἀναγκαῖα ἢ δίκαια ἢ εὐσχήμονα ἐμοί τε δοκεῖ καὶ παρ' οὗ ἂν λαμβάνω. ἐμοὶ δὴ τοιοῦτον νῦν ξυμβέβηκεν. εἰσί μοι ἀδελφιδῶν θυγατέρες τῶν ἀποθανουσῶν τότε ὅτ' ἐγὼ οὐκ ἐστεφανούμην, σὺ δ' ἐκέλευες, τέτταρες, ἡ μὲν νῦν ἐπί-

urbanorum : qui tum, Maiorem sane in modum, inquit, o Dionysi, a Platone ad consequendam sapientiam adiuvaris. Cui tu, Multis etiam aliis in rebus, respondisti. Etenim ex quo eum accersiri iussi, repente ob eam ipsam causam quod eum accersiveram, emolumentum percepi. Itaque conservandum est hoc, ut hæc mutua utilitas perpetuo magis ac magis inter nos augescat. Nunc igitur hoc ipsum studens, mitto tibi ex Pythagoreis et ex divisionibus, et virum præterea cuius opera, quemadmodum tum nobis visum est, et tu et Archytas (si ipse ad te venit) uti possitis. Ei nomen est Helicon : patria Cyzicus, Eudoxi discipulus, cuius omni doctrina eleganter est institutus ; et usus ei intercessit cum quodam Isocratis discipulorum et Polyxeno, Brysonis sodali : quodque præterea rarum est, comis est et affabilis : neque malitiosus videtur, sed levius potius et candidus esse iudicaretur. Caute autem et timide loquor : quippe de homine sententiam exponens, non de perdito animali, sed quod mutari corrigique facile possit, nisi in quibusdam, iisque perpaucis. Præterea id veritus, ac diffidens, considerabam cum illo colloquens, ac de civibus ipsius percontabar, neque quisquam mihi quicquam de eo mali retulit. Considerato autem tu quoque, et cautionem adhibeto : accuratissimeque, quoties tibi otium erit, ex illo discito, aliisque in rebus philosophator : sin minus, doceto quempiam, ut per otium discens melior et illustrior evadas, neque a me iuvari desinas. Atque hæc quidem hactenus.

(361) Quod autem per litteras a me ut Apollinem tibi mitterem petiisti, id feci : Leptines tibi eum deportandum suscepit. Factus est ab erudito et præstanti artifice : cui nomen est Leochari. Erat apud eum opus aliud, sane egregium ut videbatur : quare illud sum mercatus, ut uxori tuæ dono darem : quoniam mei curam suscepit, et prospera et adversa valetudine utentis, quemadmodum utroque nostrum dignum erat. Quare illi dabis : nisi quid aliud videtur. Mitto etiam pueris vini dulcis duodecim amphoras, mellis duas Caricæ iam reconditæ fuerant, priusquam veniremus. Myrtorum baccæ conditæ putruerunt : sed posthac diligentius curabimus. De plantis Leptines tibi narrabit. Pecuniam autem ad istorum emptionem et tributum quoddam civitati pendendum a Leptine accepi : dicens quæ mihi et utrique nostrum honestissima et dictu vera videbantur. Pecunia quam in navem Leucadiam insumpsimus, fere est minarum XVI. Eam igitur accepi, atque ea in istis sum usus quæ ad vos misi. Iam de tuis pecuniis quæ sunt Athenis, itemque de meis quomodo res se habeat, audi : Ego tuis pecuniis quemadmodum olim tibi dixi, utar, quomodo aliorum amicorum facultatibus. Utor autem quam paucissimis possum ; in iis scilicet quæ necessaria, iusta et honesta videntur et mihi et ei a quo accipio. Cuiusmodi mihi quiddam hoc tempore accidit. Sunt mii fratris filiarum, quæ tum mortuæ sunt cum ego, te tamen iubente, non sum coronatus, filiæ quattuor : prima

γαμος, ἡ δὲ ὀκταέτις, ἡ δὲ σμικρὸν πρὸς τρισὶν ἔτεσιν, ἡ δὲ οὔπω ἐνιαυσία. ταύτας ἐκδοτέον ἐμοί ἐστι καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδείοις, αἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ· αἷς δ' ἂν μή, χαιρόντων. καὶ ὧν ἂν γένωνται οἱ πατέρες αὐτῶν ἐμοῦ πλουσιώτεροι, οὐκ ἐκδοτέον· τὰ δὲ νῦν ἐγὼ αὐτῶν εὐπορώτερος, καὶ τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα καὶ μετ' ἄλλων καὶ μετὰ Δίωνος. ἡ μὲν οὖν Σπευσίππῳ γαμεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ θυγάτηρ. δεῖ δὴ ταύτῃ οὐδὲν πλέον ἢ τριάκοντα μνῶν· μέτριαι γὰρ αὗται ἡμῖν προῖκες. ἔτι δὲ ἐὰν ἡ μήτηρ τελευτήσῃ ἡ ἐμή, οὐδὲν αὖ πλείονος ἢ δέκα μνῶν δέοι ἂν εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ τάφου. καὶ περὶ ταῦτα τὰ μὲν ἐμὰ ἀναγκαῖα σχεδόν τι ἐν τῷ νῦν ταῦτά ἐστιν· ἐὰν δέ τι ἄλλο γίγνηται ἴδιον ἢ δημόσιον ἀνάλωμα διὰ τὴν παρὰ σὲ ἄφιξιν, ὥσπερ τότε ἔλεγον δεῖ ποιεῖν, ἐμὲ μὲν διαμάχεσθαι, ὅπως ὡς ὀλίγιστον γένηται τὸ ἀνάλωμα· ὃ δ' ἂν μὴ δύνωμαι, σὴν εἶναι τὴν δαπάνην.

(362) Τὸ δὴ μετὰ ταῦτα λέγω περὶ τῶν σῶν αὖ χρημάτων τῶν Ἀθήνησι τῆς ἀναλώσεως, ὅτι πρῶτον μὲν ἐάν τι δέῃ ἐμὲ ἀναλίσκειν εἰς χορηγίαν ἤ τι τοιοῦτον, οὐκ ἔστι σοι ξένος οὐδεὶς ὅστις δώσει, ὡς ᾠόμεθα, ἐπεὶ καὶ ἄν τί σοι αὐτῷ διαφέρῃ μέγα, ὥστε ἀναλωθὲν μὲν ἤδη ὀνῆσαι, μὴ ἀναλωθὲν δὲ ἀλλ' ἐγχρονισθέν, ἕως ἄν τις παρὰ σοῦ ἔλθῃ, βλάψαι, πρὸς τῷ χαλεπῷ τὸ τοιοῦτόν σοί ἐστι καὶ αἰσχρόν. ἐγὼ γὰρ δὴ ταῦτά γε ἐξήτασα, παρ' Ἀνδρομήδη τὸν Αἰγινήτην πέμψας Ἔραστον, παρ' οὗ ἐκέλευες τοῦ ὑμετέρου ξένου, εἴ τι δεοίμην, λαμβάνειν, βουλόμενος καὶ ἄλλα μείζονα ἃ ἐπέστελλες πέμπειν. ὁ δὲ εἶπεν εἰκότα καὶ ἀνθρώπινα, ὅτι καὶ πρότερον ἀναλώσας τῷ πατρί σου μόλις κομίσαιτο, καὶ νῦν σμικρὰ μὲν δοίη ἄν, πλείω δὲ οὔ. οὕτω δὴ παρὰ Λεπτίνου ἔλαβον· καὶ τοῦτό γε ἄξιον ἐπαινέσαι Λεπτίνην, οὐχ ὅτι ἔδωκεν, ἀλλ' ὅτι προθύμως, καὶ τὰ ἄλλα περὶ σὲ καὶ λέγων καὶ πράττων ὅ τι οἷός τ' ἦν ἐπιτήδειος φανερὸς ἦν. χρὴ γὰρ δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τἀναντία τούτων ἐμὲ ἀπαγγέλλειν, ὁποῖός τις ἂν ἕκαστος ἐμοὶ φαίνηται περὶ σέ. τὸ δ' οὖν περὶ τῶν χρημάτων ἐγώ σοι παρρησιάσομαι· δίκαιον γάρ, καὶ ἅμα ἐμπείρως ἔχων τῶν παρὰ σοὶ λέγοιμ' ἄν. οἱ προσαγγέλλοντες ἑκάστοτέ σοι, ὅ τι ἂν οἴωνται ἀνάλωμα εἰσαγγέλλειν, οὐκ ἐθέλουσι προσαγγέλλειν, ὡς δὴ ἀπεχθησόμενοι. ἔθιζε οὖν αὐτοὺς καὶ ἀνάγκαζε φράζειν καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα· σὲ γὰρ δεῖ εἰδέναι τε τὰ πάντα κατὰ δύναμιν καὶ κριτὴν εἶναι καὶ μὴ φεύγειν τὸ εἰδέναι. πάντων γὰρ ἄριστόν σοι ἔσται πρὸς τὴν ἀρχήν· τὰ γὰρ ἀναλώματα ὀρθῶς ἀναλισκόμενα καὶ ὀρθῶς ἀποδιδόμενα πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν καὶ σὺ δὴ φῂς ἀγαθὸν εἶναι καὶ φήσεις. μὴ οὖν σε διαβαλλόντων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἱ κήδεσθαί σου φάσκοντες· τοῦτο γὰρ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε καλὸν πρὸς δόξαν σοι δοκεῖ ξύμβολον εἶναι.

Τὰ μετὰ ταῦτα περὶ Δίωνος λέγοιμ' ἄν. τὰ μὲν

est nubilis, altera annorum octo, tertia paulo amplius trium, quarta nondum est annicula. Iis autem quibus ego nubentibus superstes ero, tum a me tum a meis amicis dotes curandæ sunt : quibus non ero, eæ valeant Si patres earum ditiores me essent, dos curanda non esset. Nunc ipsis sum locupletior : et earum matres ego tum ab aliis, tum a Dione adiutus collocavi nuptum. Una igitur Speusippo traditur, eius ex sorore neptis. Opus est autem huic non amplius XXX minis. Honestæ siquidem et convenientes nobis sunt eiusmodi dotes. Deinde si mater mea moriatur, ad monimentum faciendum non opus fuerit amplius X minis. Atque hæc quidem mihi hoc tempore sunt necessaria. Quod si quis alius fiat sumptus aut privatim aut publice ob meam ad te profectionem, sicuti aliquando faciendum dicebam, meum erit contendere et pugnare ut sumptus fiat perexiguus : quod demere non potero, tibi expensum feretur.

(362) Sed deinceps commemoremus de impensis Atheniensis tuæ pecuniæ. Primum si quid mihi expendendum fuerit in choragium aut tale quidpiam, non est, nostra quidem sententia, hospes ullus, qui tibi eam reddat. Permagni autem tua refert, si quod impensum est, e re tua sit. Quod autem non impensum, sed usque eo dilatum dum abs te aliquis venerit, tibi damnum afferat : quum præterquam quod facile est, tibi etiam turpe sit futurum. Ego enim hæc tentavi apud Andromedem, eoque Æginetam Erastum misi, a quo iusseras, utpote ab hospite vestro, si quid opus esset, sumerem : quum maiora de quibus scripseras, cuperem mittere. Ille vero quod æquum et non ab homine alienum esset, respondit, se quæ antea patris nomine impendisset, ægre recepisse : ac nunc pauca quidem non recusaturum, multa vero maxime. Quapropter a Leptine sumpsi : qui laude dignus est, non tantum quia dedit, sed quia lubenter et prompte dedit, cæterisque in rebus tum dictis tum factis tibi amicus ac benevolus apparet. Hæc enim atque his contraria me tibi exponere oportet, quali quisque esse in te animo videatur. Quare de pecuniis tibi libere, id quod res est, aperiam. Æquum est enim : et simul domesticos tuos expertus, de iis quoque commemorabo. Qui tibi assidue pollicentur se de iis sumptibus quos faciendos arbitrantur, te admonituros, admonere tamen nolunt ne in offensionem tuam incurrant. Itaque illos tu assuefacias oportet, et cogas tum hæc tum alia tibi exponere. Debes enim tu, quoad poteris, omnia nosse, iudexque eorum esse, neque ullius rei notitiam fugere. Hæc enim est ad principatum tuendum conservandumque vel commodissima ratio. Siquidem si sumptus recte facies, si nomina recte dissolveris, cum ad alia omnia, tum ad opum possessionem conservationemque maximam iure dices esse opportunitatem. Providebis etiam ne te apud homines illi calumnientur qui se tui studiosos esse iactant. Hoc enim ad tuam existimationem minime conducere videtur.

Age, de Dione commemoremus. Cætera sane ne-

σοῦν ἀλλ' οὔπω ἔχω λέγειν, πρὶν ἂν παρὰ σοῦ ἔλθωσιν αἱ ἐπιστολαί, ὥσπερ ἔφης· περὶ μέντοι ἐκείνων ὧν οὐκ εἴας μεμνῆσθαι πρὸς αὐτόν, οὔτε ἐμνήσθην οὔτε διελέχθην, ἐξεπειρώμην δὲ εἴτε χαλεπῶς εἴτε ῥᾳδίως οἴσει γιγνομένων, καί μοι ἐδόκει οὐκ ἠρέμα ἂν ἄχθεσθαι εἰ γίγνοιτο. τὰ δὲ ἄλλα περὶ σὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ μέτριός μοι δοκεῖ εἶναι Δίων.

(363) Κρατίνῳ τῷ Τιμοθέου μὲν ἀδελφῷ ἐμῷ δ' ἑταίρῳ θώρακα δωρησόμεθα ὁπλιτικὸν τῶν μάλα καλῶν τῶν πεζῶν, καὶ ταῖς Κέβητος θυγατράσι χιτώνια τρία ἑπταπήχη, μὴ τῶν πολυτελῶν τῶν Ἀμοργίνων, ἀλλὰ τῶν Σικελικῶν τῶν λινῶν. ἐπιεικῶς δὲ γιγνώσκεις τοὔνομα Κέβητος· γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατείοις λόγοις μετὰ Σιμμίου Σωκράτει διαλεγόμενος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ, ἀνὴρ πᾶσιν ἡμῖν οἰκεῖός τε καὶ εὔνους.

Περὶ δὲ δὴ τοῦ ξυμβόλου τοῦ περὶ τὰς ἐπιστολάς, ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω σπουδῇ καὶ ὅσας ἂν μή, οἶμαι μέν σε μεμνῆσθαι, ὅμως δ' ἐννόει καὶ πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν· πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς διωθεῖσθαι. τῆς μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς θεὸς ἄρχει, θεοὶ δὲ τῆς ἧττον.

Οἱ πρέσβεις καὶ ἐδέοντο ἐπιστέλλειν σοι, καὶ εἰκός· πάνυ γὰρ προθύμως σὲ πανταχοῦ καὶ ἐμὲ ἐγκωμιάζουσι, καὶ οὐχ ἥκιστα Φίλαγρος, ὃς τότε τὴν χεῖρα ἠσθένει. καὶ Φιλαΐδης ὁ παρὰ βασιλέως ἥκων τοῦ μεγάλου ἔλεγε περὶ σοῦ· εἰ δὲ μὴ πάνυ μακρᾶς ἐπιστολῆς ἦν, ἔγραψα ἂν ἃ ἔλεγε.

Νῦν δὲ Λεπτίνου πυνθάνου ἂν τὸν θώρακα ἢ ἄλλο τι ὧν ἐπιστέλλω πέμπῃς, ἂν μὲν αὐτός τῳ βούλῃ, εἰ δὲ μή, Τηρίλλῳ δός· ἔστι δὲ τῶν ἀεὶ πλεόντων, ἡμέτερος ἐπιτήδειος καὶ τὰ ἄλλα καὶ περὶ φιλοσοφίαν χαρίεις. Τίσωνος δ' ἐστὶ κηδεστής, ὃς τότε θ' ἡμεῖς ἀπεπλέομεν ἐπολιανόμει.

Ἔρρωσο καὶ φιλοσόφει καὶ τοὺς ἄλλους προτρέπου τοὺς νεωτέρους, καὶ τοὺς συσφαιριστὰς ἀσπάζου ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ πρόσταττε τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ἀριστοκρίτῳ, ἐάν τις παρ' ἐμοῦ λόγος ἢ ἐπιστολὴ ἴῃ παρὰ σέ, ἐπιμελεῖσθαι ὅπως ὡς τάχιστα σὺ αἴσθῃ, καὶ ὑπομιμνήσκειν σε ἵνα ἐπιμελῇ τῶν ἐπισταλέντων. καὶ νῦν Λεπτίνῃ τῆς ἀποδόσεως τοῦ ἀργυρίου μὴ ἀμελήσῃς, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἀπόδος, ἵνα καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς τοῦτον ὁρῶντες προθυμότεροι ὦσιν ἡμῖν ὑπηρετεῖν.

Ἰατροκλῆς, ὁ μετὰ Μυρωνίδου τότε ἐλεύθερος ἀφεθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πλεῖ νῦν μετὰ τῶν πεμπομένων παρ' ἐμοῦ. ἔμμισθον οὖν που αὐτὸν κατάστησον ὡς ὄντα σοι εὔνουν, καὶ ἄν τι βούλῃ, αὐτῷ χρῶ. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἢ αὐτὴν ἢ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται, καὶ αὐτὸς ἴσθι.

ιδ'.

Γεώργιος, ᾧ τὴν ἐπιστολὴν δέδωκα, τῶν φίλων ἡμῖν ἐστὶ τῶν συνεσχολακότων χρόνον ἤδη πολύν, καὶ τὸ ἦθος, ὡς καὶ ἡμεῖς ὑπολαμβάνομεν, ὥσπερ τις

queo adhuc exponere, nisi prius tuæ quas dicis litteræ ad me allatæ sint. De iis autem de quibus me apud illum mentionem facere nolebas, neque mentionem feci, neque commemoravi. Exploravi tamen graviterne an facile, si ea fierent, toleraret : ac mihi visus est non leviter stomachaturus, si ea confierent. Cæterum mihi Dio visus est tum dictis tum factis æquo in te esse animo.

Cratino, Timothei (363) fratri, sodali meo, thoracem dabimus militarem ornatissimum, ex eo genere quo pedites uti solent. Cebetis filiabus tres tunicas, non pretiosas, ut sunt Amorginæ, sed ut Siculæ lineæ. Cebetis autem nomen tibi maxime notum est. Extat enim in Dialogis Socraticis, et in Dialogo de animo disputat simul cum Simmia adversus Socratem, vir omnibus nobis et familiaris et benevolus.

Notam autem epistolarum quas aut serio aut non serio scribo etsi opinor te meminisse, tamen attendito diligenter, animumque advertito. Complures enim iubent me scribere, quos non facile possum aperte repellere. Seriæ igitur epistolæ initium est deus : non seriæ, dii.

Legati quoque a me petebant ut tibi scriberem : neque iniuria. Admodum enim libenter te ubique ac me dilaudant. In his non minimum Philager, qui per id tempus ex manus dolore laborabat : item Philaïdes, a Dario rege magno veniens, de te verba faciebat : ac nisi valde prolixæ et verbosæ epistolæ opus esset, quæ ille dicebat, perscriberem.

Nunc ex Leptine percontare an thoracem aut aliud quidpiam eorum de quibus scribo, mittas : si tamen ei tu velis committere : sin minus, Terillo committito. Ex iis qui perpetuo navigant nobis est amicus, et cum aliis in rebus tum in philosophia minime ineptus. Tisonisque gener est eius qui quo tempore navigabamus, urbem regebat.

Vale et philosophare, aliosque adolescentes excita atque adhortare, meisque verbis tuos in pilæ ludo collusores saluta. Iube vero cum aliis, tum Aristocrito, siquid a me aut verbis aut litteris tibi nuntietur, det operam ut quamprimum ad te perferatur : tibique in memoriam revocet ea quæ tibi scripta erunt, ut ea curæ habeas. Nunc vero da operam ut Leptini sua pecunia primo quoque tempore persolvatur : ut alii in eum respicientes, promptius et alacrius nobis inserviant.

Iatrocles a me una cum Myronida libertate donatus, navigat nunc cum iis qui a me mittuntur. Huic dabis stipendium, utpote animum erga te benevolum gerenti, eiusque opera ubi voles uteris. Et epistolam aut ipsam, aut si ipsius exemplar servatur, tute cognosce.

XIV.

Georgius, cui epistolam dedi, iam dudum condiscipulus noster est, moribusque, ut nobis quidem videtur, si quis alius modestus. Unde una cum eo ad philoso-

ἄλλος ἐπιεικής. διὸ καὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν κεκοινωνήκαμεν αὐτῷ. τοῦτον οὖν ἐδόκει μοι καλῶς ἔχειν συστῆσαί σοι (τοὺς γὰρ χρηστοὺς εὖ οἶδα ὅτι βούλει γνωρίζειν), ἄλλως τ' ἐπεὶ καὶ γειτνιᾷ τῇ χώρᾳ· τυγχάνει γὰρ ὢν Κιεριεὺς καὶ μέλλει νῦν οἴκοι ποιεῖσθαι τὴν διατριβήν. ἔσται δὲ σύστασις ἄοχλός σοι καὶ ἄλυπος· εὐλαβής τε γάρ ἐστι πάνυ τῷ τρόπῳ, καὶ προῄρηται ζῆν ἀπραγμόνως. ἀλλὰ γνώριζε τὸν ἄνδρα, καὶ ἐπιμελοῦ ὡς τοιούτου καὶ οὕτως ἔχοντος πρὸς ἡμᾶς. δώσει δέ σοι καὶ τοὺς λόγους οὗτος οὓς ἀνέγνωμεν.

ιε'.

Καλλίμαχος, ὑπὲρ οὗ γέγραφα τὴν ἐπιστολήν, ἔστιν ἡμῖν τῶν συνεσχολακότων· συμβέβηκε δ' αὐτῷ συμπεπτωκέναι τύχῃ τινί, περὶ ἧς εὖ οἶδα ὅτι καὶ σὺ ἀκήκοας. ἀπῆκται γὰρ ὑπὸ τοῦ Δρομοκλείδου ἔκ τινος φιλονεικίας μειρακιώδους, καὶ ἔστιν ἐν τῷ οἰκήματι χρόνον ἤδη πολύν· ἀξιοῖ δὲ ἡμᾶς δικαίαν ἀξίωσιν καὶ ἣν ἂν φίλος ἀξιώσειεν, βοηθεῖν αὐτῷ. τὴν δὲ βοήθειαν οὔθ' ἡμεῖς ἔχομεν εἰς ἄλλον ἀνενεγκεῖν, ἐκεῖνός τε διαρρήδην λέγει καὶ οἴεται σοῦ βουληθέντος ῥᾳδίαν εἶναι τὴν σωτηρίαν αὐτῷ, οὔτ' ἀπέχθειαν οὐδεμίαν ἔχουσαν οὔτ' ἔχθραν· οὐδένα γὰρ εἶναι τὸν ἐναντιωθησόμενον. ὁ γὰρ αὖ Δρομοκλείδης ἀεὶ μὲν καὶ ἐν ἅπασιν, ὡς ἐγὼ κρίνω, χρηστός ἐστι καὶ εὐγνώμων, ἀτὰρ δὴ καὶ τὰ πράγματα πάλαι σπουδάζει διαλυθῆναι. καλῶς ἂν οὖν ποιοῖς καὶ ἡμῶν ἕνεκα καὶ αὐτοῦ, ποιησάμενός τινα ἐπιμέλειαν τοῦ ἀνδρός, ὅπως σωθῇ· τὰ γὰρ φιλάνθρωπα εὖ οἶσθ' ὅτι καὶ ἡμεῖς ἄν, εἰ βούλοιο, παραινέσαιμεν. ὥστε μὴ καταπροΐεσθαι μηδ' ἄλλῳ παριέναι τὸ συντελεῖν, ἀλλὰ ταῦτά γε ποιεῖν. ἔρρωσο.

phiam incubuimus. Hunc tibi commendare haud absonum mihi visum est (bene enim scio te probos homines cognoscere velle), præsertim cum agellus eius ædibus tuis proximus sit. Est enim Cieriensis, ac nunc domi vult commorari. Commendatio autem ista molestia carebit neque ægritudine animum tuum afficiet; maxime enim verecundus est litiumque expertem vitam agere constituit. Sed cognosce virum, eiusque curam gere, ut qui sit qualem dixi, summaque nos attingat necessitate. Dabit autem tibi ille etiam orationes, quas perlegimus.

XV.

Callimachus, cuius causa epistolam scripsi, in iisdem nobiscum versatus est scholis. Nactus autem est malum, quod bene scio te non ignorare. A Dromoclide enim ob litem quandam puerilem in carcerem deductus est, ibique diu tenetur. Poscit autem a nobis quod iure et ut amicus poscere posse videtur, ut sibi auxiliemur. Auxilium autem neque nos alii homini committere possumus, et vero ille diserte dicit et opinatur, te volente facile sibi salutem repertum iri, quæ neque offensionem habeat neque odium; neque enim quemquam fore, qui contradicat. Dromoclides enim me iudice cum semper et ubique probus est et æquus rerum æstimator, tum controversiam istam dudum gestit componi. Itaque nostra causa et illius recte feceris, si curam aliquam hominis egeris, ut liberetur custodia; non enim ignoras actiones humanas a nobis quoque, si velis, excitari. Unde noli hoc negotium e manibus dimittere neve alium designare qui exsequatur, sed ipse rem administra. Vale.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PROCOPII SOPHISTÆ EPISTOLÆ.

α'. Νηφαλίῳ.

Ἥσθην δεξάμενος τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν, εἰς ἔργον δὲ ταύτην ἀγαγεῖν βουλόμενος οὐκ ἔσχον ὑπουργοῦσαν τῇ προθυμίᾳ τὴν χρείαν. τὸ δ' αἴτιον τύχην μὲν οὐκ ἄν ποτε εἴποιμι, καὶ μάλιστα πρὸς ὑμᾶς, θεοῦ δὲ πάντως πρόνοιαν κυβερνῶσαν ὡς βούλεται τὰ ἡμέτερα.

β'. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν ἀρκεῖ μὲν εἰς σύστασιν φιλίας ὁ τρόπος· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀφορμὴν εἶναι προσήκει τινά, δι' ἧς δεῖ πρῶτον εἰς λόγους ἐλθεῖν, εἶτα πειραθέντας θαυμάζειν, τούτου χάριν ἐπέδωκα τῷ λογίῳ Θέωνι τὴν ἐπιστολήν. πρῶτον γὰρ διὰ ταύτην εὐμενῶς αὐτὸν ὄψει, ὕστερον δὲ περιττὰ νομίσας τὰ γράμματα δι' αὐτὸν οἶμαι θαυμάσεις τὸν ἄνδρα.

γ'. Καισαρείῳ καὶ Εὐβούλῳ.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ἀλλ' οὐδὲ τοῦτόν φασιν ὡς μέχρι παντὸς ἐτίμα σιγήν, ἀλλ' ὥριστο χρόνος αὐτῷ μεταβολὴν ἔχων ἐπὶ λόγους, καὶ μετεβάλλοντο. ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὃν ἐσιώπων χρόνον ἔδει δήπουθεν μηδὲν παρ' ἀλλήλων εἰδέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν γλῶτταν εἶχε σιγή, ἡ δὲ χεὶρ διηκονεῖτο τῇ γνώμῃ, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων πάλιν ἐφθέγγοντο. ὑμεῖς δὲ εἰ μὲν τὸν Πυθαγόραν ζηλοῦτε, καὶ δὴ πέρας ἔστω σιγῆς, λύσει γὰρ αὐτὴν εἰκότως ὁ χρόνος· εἰ δέ τι πλέον φέροντες ἥκετε, σκληροί τινες ὑμεῖς καὶ ἀντερᾶν οὐκ εἰδότες. καίτοι τὸν Ἀλφειὸν λόγος ποταμὸν ὄντα καὶ τοσοῦτον Ἀρεθούσης ἀπῳκισμένον μέχρι καὶ νῦν ἐκ Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν ὁρᾶν, καὶ διὰ μέσης θαλάττης ἀγόμενον σκοπεῖν ὅπως καλός τε ᾖ καὶ διαμένῃ γλυκὺς τῇ πηγῇ. ἡ δὲ δέχεται τὸν ἐραστὴν κεκμηκότα καὶ δίδωσιν ἑαυτήν, καὶ ἴδοις ἂν τότε ξένην ἀφροδίτην ποταμοῦ καὶ πηγῆς. ὑμεῖς δὲ οὔτε φοιτᾶτε πρὸς ἡμᾶς τοῖς λόγοις, οὔτε φοιτῶντας ἀμείβεσθε. ἀλλὰ γὰρ δοίητε τέλος ἐγκλημάτων ἡμῖν· εἰ δὲ μή, — ἀλλ' οὐ βούλομαί τι λέγειν, ἵνα μὴ λυπήσας ἀπέλθω.

δ'. Γερμανῷ.

Ὅσον οἱ ἀγαθοὶ λυποῦσιν ἄνδρες πεῖραν αὑτῶν παρέχοντες καὶ ἀφιστάμενοι τῶν ἐγνωκότων, νῦν

I. Nephalio.

Vestris litteris acceptis magno sum affectus gaudio, quum autem ad effectum perducere ipsas vellem, non habui ministrantem voluntati facultatem. Caussam vero non fortunam dixerim præsertim apud vos, sed omnino dei providentiam pro arbitrio res nostras gubernantem.

II. Philippo fratri.

Bonis viris sufficiunt ad amicitiam iungendam mores; sed quoniam necesse est, ut et occasio quædam offeratur, qua primum se in sermonem dent, deinde periculo facto invicem admirentur, hac de caussa erudito Theoni hanc tradidi epistolam. Primum enim ob hanc benevole eum videbis, postea supervacaneis habitis litteris propter ipsum opinor hominem miraberis.

III. Cæsario et Eubulo.

Ne Pythagoram quidem Samium aiunt in omne tempus silentium coluisse, sed præfinitum ab eo erat tempus, quod rursus loquendi daret facultatem, atque in viam tum redibant. Verum ne illo tempore quidem, quo silebant, nihil a se mutuo sciscitari oportebat, sed linguam continebat silentium, manus vero menti inserviebat, et rursus per litteras loquebantur. Vos si Pythagoram imitamini, sit etiam terminus silentii : merito enim tempus ipsum solvet. Sin vero plus quiddam adfertis, duri vos estis et redamare nescii. Atqui Alpheum fama est fluvium tantoque intervallo ab Arethusa disiunctum usque ad hoc tempus etiam ex Peloponneso Siciliam spectare, et per medium mare ductum videre ut pulcher sit et dulcis fonti conservetur. Illa vero amatorem recipit defessum et præbet se ipsam, ibique est videre miram fluvii atque fontis Venerem. Vos vero neque sermonibus ad nos acceditis, neque accedentibus parem gratiam refertis. At finem nobis criminationum faciatis, sin minus, — at non dicam, ne vobis offensis discedam.

IV. Germano.

Quantum dolorem afferant boni viri, si, postquam sui copiam fecerint, deinde eos, in quorum notitiam perve-

ἔργῳ μαθὼν διηγοῦμαι τοῖς ἄλλοις. ὑμᾶς γὰρ ᾔδειν μὲν καὶ πρὶν εἰς λόγους ἐλθεῖν· εἰ δὲ θαυμάζεις ὁπόθεν, διδασκάλους εἶχον ὅσοι πειραθέντες ἐθαύμαζον. ὡς δὲ κἀγὼ συμμίξας ἐμάνθανον, χάριν μὲν ὡμολόγουν τῇ τύχῃ, πάλιν δὲ ταύτην ἐμεμφόμην εἰ τοσούτου γεύσασα πράγματος ἄκρῳ δακτύλῳ φασὶν εἶτα τὴν ἡδονὴν ἀφαιρήσεται. καὶ οὐ τοσοῦτον ηὔφρανε τὸ παρόν, ὅσον αἱ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδες ἐλύπουν· ἐλογιζόμην γάρ, ὅτι δὴ θᾶττον ἡμᾶς οἰχήσῃ καταλιπών. τοῦτο δὲ καὶ γέγονε καὶ συμβὰν λυπεῖ, καὶ ἀποροῦμαι τῷ πράγματι, σὺ δὲ φιλονεικεῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον ἡμῖν ἐξάπτειν τὸν ἔρωτα καὶ πόρρω γενόμενος. τῇ γὰρ εἰς ἐμὲ σπουδῇ καὶ τὰς ἐμὰς ἐλπίδας ὑπερβάλλων ἐνίκας. ἀλλ' εἴθε γάρ τις θεῶν εὐμενὴς ἡμῖν γένοιτο καί σε θᾶττον ὡς ἡμᾶς αὖθις ἐνέγκοι.

nere, derelinquunt, re ipsa doctus reliquis iam enarro. Nimirum vos noram et ante quam sermonem tecum instituerem. Quod si miraris unde, præceptores habebam quotquot experti vos admirabantur. Quum vero et ipse tua usus consuetudine didicissem, gratias quidem agebam fortunæ, sed rursus eam reprehendebam, si tanta re gustata summo quod aiunt digito mihi ademptura voluptatem esset. Nec tanto me gaudio præsentia quanto futuri temporis exspectatio dolore afficiebat. Scilicet cogitabam, te brevi nobis relictis discessurum esse, idque et contigit et factum peperit dolorem. Atque ego quomodo hac ex re me expediam nescio, tu vero operam das, ut magis nobis amorem incendas etiam procul semotus. Tuo enim in me studio spem etiam meam longe superabas. Sed utinam deorum aliquis propitius nobis sit et te mox ad nos reducat.

ε'. Ἰωάννῃ.

Εἰ τῆς περὶ φίλους ὀλιγωρίας ἦσαν γραφαί, καί μέ τις εἰσῆγεν εἰς δικαστήριον αὐτὸ δὴ τοῦτο κατηγορῶν, ὡς ἀδικοίην οὐ μετρίως ἐν οὐδενὶ φίλον ποιούμενος, οὐκ ἂν ἄλλως τὴν νικῶσαν ᾤμην λαβεῖν ἢ σὲ παρεχόμενος μάρτυρα τὸν νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ὀφθέντα κατήγορον· οὕτω μοι παρ' ἐλπίδας ἐξέβη τὰ παρὰ σοῦ, εἰ βραχύ τί σε πρᾶγμα διστάζειν ἐπ' ἐμοὶ παρεσκεύασεν. ἐγὼ γὰρ οἶδα καὶ μὴ φίλους πυκνὰ δὴ τοῖς γράμμασι βάλλοντας, ὅταν λανθάνειν ἐθέλωσι, καὶ φίλους σιωπῶντας, ὁπότε τῇ μνήμῃ τῶν ἀπόντων ἀρκούμενοι πρὸς ἑτέρους ἠσχόληνται. οὐκοῦν οὔτε τὸ γράφειν εὐνοίας, οὔτε τὸ σιωπᾶν ἐγκλήματος, μὴ τῆς γνώμης βεβαιούσης ἑκάτερα. οὔκουν ταῦτα παρεὶς ἐκεῖνα δὴ σκόπει, εἰ μηδέν μοι τῶν ὑμετέρων δίδωσι λήθην, εἰ διὰ παντὸς ἄγω λόγου καὶ θαύματος ὥσπερ ἐπὶ τῇ μνήμῃ κοσμούμενος, εἰ τὸν Ἰωάννην εἰπὼν τὸν γλυκὺν πάντως τῷ λόγῳ προσέθηκα. ταῦτα σκοπῶν ἀγαπήσεις σιωπῶντα μᾶλλον ἢ φθεγγόμενον ἕτερον, εἰ καὶ τὸ Δωδώνης αὐτῷ χαλκεῖον ἐπὶ τῆς γλώττης ἠχεῖ. ἀλλ' ὅπως μὴ ταύτην ἀπολογίαν ἔχειν ἡγούμενος σιωπήσῃς· εἰ δὲ μή, τἀναντία φθεγξόμεθα.

V. Ioanni.

Si neglectorum amicorum essent actiones, meque quispiam in iudicium vocaret eo ipso nomine accusans, quod peccarem non mediocriter pro nihilo amicum ducens, non aliter me vincere caussam posse arbitror quam si te adhiberem testem, qui nescio quomodo nunc accusatoris partes suscepisti. Adeo præter exspectationem hoc mihi abs te contigit, si exigua quædam res te ut de me dubitares impulit. Ego enim scio, et qui non sunt amici frequenter telorum instar litteras conicere, si latere velint, et amicos silentium agere, si absentium memoria contenti negotiis cum aliis gerendis distineantur. Itaque neque scribere in benevolentia, neque tacere in crimine ponendum, nisi utrumque confirmet animi sententia. His igitur omissis illa iam reputa, an quicquam sit, quod meo in animo vestras res oblitteret, an omni te oratione colam, quasi tua memoria glorians, an Ioannem appellans eundem et suavem omnino cognominem. Hæc reputans magis me diliges tacentem quam loquentem alium, etiamsi Dodonæ ahenum in lingua ei sonet. Verum ne hanc te excusationem habere putans taceas, sin minus, dissonabimus.

ϛ'. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Μακρὸν ἡμῖν ἐσίγησας χρόνον καὶ τὸ πρᾶγμα φέρειν οὐκ ἔχομεν. σκόπει γάρ, χειμὼν ἦν καὶ οὐ μετρίως ἐφέρομεν, ὤφθησαν χελιδόνες καὶ οὐδὲ μετὰ τούτων ἐφθέγξω, καὶ νῦν ᾄδουσι τέττιγες καὶ παρ' ἐλπίδας ἡμῖν ἡ σιγή. εἰ μὲν οὖν πρὸς λύπην ταῦτα, ἀγνοῶ μὲν ὅ τι ποτὲ πράττων ἐλύπησα, ὅμως δ' οὐκ ἂν ὑμᾶς οἶμαι μείζω τιμωρίαν λαβεῖν· εἰ δὲ τῆς πάλαι σπουδῆς εἰς ῥᾳθυμίαν μετέστης, ἀδικεῖς μὲν συγγενείας νόμον, παραβαίνεις δὲ φιλίας θεσμόν. εἰ δὲ μὴ δυσχερὲς εἰπεῖν, τάχ' ἄν τίς σε φαίη καὶ σαυτοῦ γεγενῆσθαι κατήγορον· οἷς γὰρ ἡμῖν σιωπῶσιν ἐπέπληξας, τούτοις ὤφθης αὐτὸς ἁλισκόμενος. καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον τὸν πεπεικότα λαλεῖν τὴν τοῦ πεισθέντος με-

VI. Philippo fratri.

Per longum tempus nobis tacuisti, id quod ferre non possum. Vide enim, hiems erat et non mediocriter ferebamus, apparuerunt hirundines, neque cum his loquutus es, iamque cicadæ canunt et præter spem nobis tuum silentium est. Quod si facis iniuriam tibi factam putans, quo te læserimus, nescimus; tamen non credo maiores te a nobis pœnas repetere potuisse. Sin a pristino studio ad despicientiam discivisti, cognationis lædis legem et amicitiæ præcepta migras. Pace tua autem dixerim, tui ipsius quispiam dicat te accusatorem esse factum: quibus enim nos tacentes obiurgasti, his aperte iam ipse es obnoxius. Et quomodo non absurdum videatur, eum qui loqui iusserit, alterius, cui persuaserit, silentium in

ταλαμβάνειν σιωπήν; ἀλλ' ὥρα λοιπὸν καὶ σοφιστήν με καλεῖν καὶ παίζειν ἅμα τῷ λόγῳ. οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα πάντως, καὶ ὅ τι ἂν λέγῃς, οἴσω μετρίως, εἰ φθεγγομένου μόνον ἀκούσομαι.

ζ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡ μὲν λυποῦσα διὰ τὴν σιγὴν ὥρα καὶ δὴ πέρας ἔχει καὶ πέπαυται, ἐγὼ δέ τοι μέγα φρονεῖν ἐθέλων ἐλπίδι γραμμάτων τῶν παρὰ σοῦ, ἐμαυτοῦ τε γίνομαι καὶ μνήμην λαμβάνω τῶν παρελθόντων· ὅσον γὰρ τοὐπὶ σοὶ σιωπῶντι τὸ πᾶν ἡμῖν ἔτος ἐστὶ χειμών. μᾶλλον δὲ καὶ ποθεινότερον ἡμῖν τὸν ὄντως χειμῶνα ποιεῖς, ὅσον ἐν ἐκείνῳ μὲν φέρει παραμυθίαν τὸ τὴν σιγὴν ἀναφέρειν τῇ τῆς ὥρας ἀνάγκῃ, τοῦ δὲ θέρους λείπεται ἡμῖν δακρύειν ὅτι μηδεὶς παρὰ σοὶ λόγος τῶν ἐραστῶν· τὸ γὰρ ἀπεῖναι μὲν τὴν ἀνάγκην, σὲ δὲ πάλιν σιγᾶν, ἡμῖν τοῦ καταφρονεῖσθαι παρίστησι δόξαν. ἀλλ' ὦ πάντες Ἔρωτες, εἰς πεῖραν ἄγετε τοῦτον τῶν ἡμετέρων, ὅπως αἴσθησιν λάβῃ ποτέ, δεινὸν ὅσον ὑπῆρχεν ἐραστὴς παρορώμενος.

η'. Ζαχαρίᾳ.

Λῦσον ἡμῖν μετὰ τοῦ χειμῶνος τὴν σιωπήν· ἀμφότερα μὲν γὰρ ἐπαχθῆ· εἰ δὲ ἦν διὰ παντὸς σοῦ λαλοῦντος ἀκούειν, καὶ χειμὼν ἂν ἡμᾶς οὐδὲν ἐλύπει τοσοῦτον. ἀλλὰ γὰρ ὅλῳ ῥεύματι τὴν σὴν ἡμῖν ἐπάφες πηγήν. νικᾷ γὰρ αὐτὴ παρ' ἐμοὶ τὴν ἐκ τοῦ ἔαρος ἡδονήν, εἰ καὶ νέον ἐν τούτῳ τὸ φῶς, εἰ καὶ χελιδόνες ἐν τούτῳ πληροῦσι τὰς ἀκοὰς τῆς ᾠδῆς, ἐμοὶ δοκεῖν ὑμνοῦσαι τὴν ὥραν, καὶ τὰ ῥόδα τῆς κάλυκος ἀναδύντα μέσην τινὰ καὶ κεκραμένην παρέχει τὴν θέαν καὶ εἰς μνήμην ἄγει διηγημάτων ἀρχαίων, ὡς ἦν Ἄδωνις καλὸς καὶ Ἀφροδίτη τοῦτον ἐζήτει, καὶ ἡ τεκοῦσα τοὺς Ἔρωτας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐρᾶν ἐπαιδεύετο, τῶν δὲ παιδικῶν ἀποτυχοῦσα πλήττεταί τε τὸν πόδα καὶ φαίνει τὸ ῥόδον. ἀλλ' ἡμῶν ἐρώντων ὡς πρὸς τὴν σὴν φωνὴν μικρὰ ταῦτα νομίζεται.

θ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἰδού σοι καιρὸς πάλιν ἀπαιτῶν τὴν πρὸς τοὺς δεομένους ῥοπήν, ὁ δὲ τὴν ἀφορμὴν διδοὺς πάλιν ἐγώ, ὥστε διχόθεν εὖ οἶδ' ὅτι χάριν ὁμολογήσεις, ὅτιπερ εὖ ποιεῖν εὗρες καὶ ὅτι σοι τοῦτο γέγονε δι' ἐμέ. χαίρεις γὰρ ὄντως εὖ ποιῶν ἢ πάσχοντες ἕτεροι, καὶ τὸν τὴν ἀφορμὴν δεδωκότα κἂν εὐεργέτην προσείποις. ὡς τοίνυν σοι χάριν δώσων μᾶλλον ἢ ληψόμενος οὕτω σεμνύνομαι. ἀλλὰ τί τὸ πρᾶγμα; γελῶν εὖ οἶδ' ὅτι πυνθάνῃ. Ἀλέξανδρός τις παρ' ἡμῖν ἐπὶ ξύλοις τὴν ἐμπορίαν ποιεῖται, κἀντεῦθεν ἔχει τὸν βίον. οἷα δὲ εἰκὸς τοὺς τοιούτους, κοινωνόν τινα ποιεῖται τοῦ πράγματος (Εὐθύμιος αὐτῷ τοὔνομα), ὅπως ὁ μὲν πέμποι τὰ δοκοῦντα, ὁ δὲ μένων δέχοιτο, καὶ τὴν

se recipere? Sed tempus iam est, ut sophistam me appelles et huic voci iocos admisceas. Nil hoc omnino molestiæ nobis facesset, et quicquid dices, feram moderate, si te loquentem modo audiam.

VII. Eidem.

Tempus ob taciturnitatem molestum finem iam habet atque desiit, ego vero superbire volens spe tuarum litterarum iam resipisco et præteritorum repeto memoriam. Quam enim te silente totus nobis annus hiems est! Immo optatiorem etiam nobis veram reddis hiemem, siquidem in illa consolationem nobis affert, quod silentium temporis necessitati imputamus: æstate vero reliquum nobis est lamentari, quod nulla a te ratio ducitur amantium. Nam abesse necessitatem, at te tamen rursus tacere, suspicionem nobis inicit, ne contemtui esse credamus. Sed o amores universi, conscium hunc facite nostrarum rerum, ut sentiat aliquando, quam grave sit amantem negligi.

VIII. Zachariæ.

Rumpe nobis una cum hieme silentium: utrumque enim molestum est. At si semper loquentem audire te liceret, hiems non tantas molestias nobis crearet. Sed enim toto flumine tuum fontem nobis immitte: vincit enim iste apud me ex vere perceptam voluptatem, etiamsi novum in hoc sit lumen, etiamsi hirundines in hoc cantu suo aures impleant, ut mihi videtur temporis iucunditatem celebrantes, atque rosæ ex calyce prodeuntes medium quoddam et temperatum spectaculum exhibeant, fabularumque antiquarum memoriam recolant, ut Adonis erat formosus, eumque petebat Venus, et quæ pepererat Amores nescio quomodo amare discebat, frustrata autem amasio vulnerato pede edebat rosam. Sed nobis amantibus, si cum tua voce comparentur, exigua hæc putantur.

IX. Eidem.

En tibi iterum tempus indigentibus ferendum requirens auxilium, quique occasionem dat, iterum ego sum, ut gratias sine dubio utrimque habiturus sis, et quod de quo bene merearis invenisti et quod mea causa hoc tibi contigit. Gaudium enim revera ex conferendis beneficiis maius percipis quam ex accipiendis alii, atque eum, qui occasionem dederit, benefactorem adeo appellaveris. Quare ut magis daturus tibi quam accepturus beneficium ita glorior. Sed quid rei sit, sat scio ridens interrogabis. Alexander quidem apud nos lignis mercaturam facit et inde victum habet. Ut autem plerumque solent eiusmodi homines, socium negotii assumsit quendam Euthymium nomine, ea conditione ut alter mitteret, de qui-

ἐμπορίαν οὕτω ποιοῦνται. οὗτος τοίνυν τὴν τῶν Ῥοδίων οἰκεῖ παρ' ὑμῖν, ὦ Ζεῦ, καὶ ὅμως φησὶ μὴ δίκαια πάσχειν. τὸν δὲ ἀδικοῦντα Ῥωμαίων γλώττῃ κογκούσσωρα εἴποις· νομοθετεῖ γὰρ μὴ εἰωθότα καὶ καινοτέρου κέρδους ἀφορμὴν μηχανᾶται, ὥσπερ οὐχ ὑμῶν ἀρχόντων τῆς Ῥόδου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς εἰκὸς ὑμῶν οὐκ εἰδότων οὐκοῦν παυέσθω μαθόντων, ὅπως ἐγὼ μὲν σοὶ χάριν εἰδείην, ὁ δὲ τυχὼν τῶν δικαίων ἐμοί, διηγούμενος ὡς ἠδικεῖτο καὶ πέπαυται.

bus convenisset, alter manens acciperet, et ita mercaturam facerent. Hic igitur Rhodi apud vos habitat, o Iuppiter, et tamen sibi iniuriam fieri dicit. Auctorem autem iniuriæ Romanorum lingua *concussorem* dixeris : iubet enim fieri prorsus inaudita atque novi lucri occasionem machinatur, quasi non vos imperium Rhodi gereretis. Sed hæc, ut videtur, vobis nescientibus. Quamobrem coerceatur, postquam didiceritis, ut ego quidem tibi gratias habeam, ille vero in integrum restitutus mihi, quomodo iniuria affectus et exsolutus sit enarrans.

ι'. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Πάλιν γράμματα παρ' ἡμῶν καὶ πάλιν τῶν σιωπώντων ὑμεῖς. καὶ δέδοικα μὴ καὶ φλυαρίαν ἡμῶν τινὰ καταγνῷς· παντελῶς γὰρ σιγῶν καὶ τοὺς ὁπωσοῦν λαλοῦντας φλυάρους εἶναι δοκεῖς. εἰ δὲ σὺ τοὺς φίλους ἀπὼν παρορᾷς, πᾶσι τοῖς ἀποῦσι λείπεται τὸ σιγᾶν. οὐκοῦν γενοῦ πάλιν ἐκεῖνος καὶ φθέγγου πρὸς ἡμᾶς· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ μὴ τὸ προσῆκον ποιοῦντες παράδειγμα πρόκεινται τοῖς πλημμελεῖν βουλομένοις. σὲ δ' ἂν βουλοίμην καὶ γνώρισμα φέρειν ἀνδρὸς μηδ' ἂν εἴ τι γένοιτο τῶν προσηκόντων ὑπερορῶντος. πρὸς δὲ τὴν χρείαν τὴν ὑμῖν γραφεῖσαν οὕτω σπουδαίους ἑαυτοὺς ἐπιδείξατε, ὡς ἡμῖν ταύτην ἀνύοντες. ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν ὡς καὶ πλείονα τὴν προθυμίαν γενέσθαι βούλομαι παρ' ὑμῶν. ἀντὶ γὰρ πλείστων χαρίτων μίαν ταύτην ἐκτίνομεν τῷ δεομένῳ τῆς χρείας.

X. Philippo fratri.

Iterum litteræ a nobis atque iterum tacentes vos. Et vereor ne ineptiarum etiam nos damnes : prorsus enim tacens eos etiam, qui quomodocunque loquuntur, ineptos esse iudicas. Si vero tu absens amicos negligis, absentibus omnibus reliquum est ut taceant. Itaque fac ut rursus sis ille et nos alloquaris. Boni enim officium haud exsequentes exemplum propositi sunt delinquere volentibus, te vero velim et indolem præ te ferre hominis, qui nec si quid accidat quod æquum sit, negligat. Verum in negotio, de quo vobis scripsi, peragendo tam strenuos vos præbete ac si nobis illud peragatis. Dubito enim dicere, me velle ut maior etiam opera huc a vobis impendatur. Nimirum pro plurimis beneficiis hoc unum rependimus indigenti.

ια'. Στρατηγίῳ καὶ Ἰλασίῳ.

Πάλιν ὑμῖν ἐκ τῶν ἀμπέλων ἰχθῦς, καὶ ἀγροὶ τὰ τῆς θαλάττης, ὡς ἔοικε, χορηγοῦσι, καὶ ἅμα χωρία καὶ θάλατταν ὑμῖν ὑπάρχει τρυγᾶν καὶ πῇ μὲν βότρυς λαμβάνειν πῇ δὲ πάλιν ἰχθῦς. καὶ ἔοικεν ἡ θάλαττα τοὺς ὑμετέρους τρόπους μιμεῖσθαι· ὑμεῖς τε γὰρ προθύμως χορηγεῖτε, κἀκείνη πρὸς τὴν ὑμετέραν ὑπουργεῖν ἐθέλει φιλοτιμίαν. ἡ δὲ παρ' ἡμῖν θάλαττα ἴσα καὶ ἠπειρώτας ἡμᾶς ἀπεργάζεται, πλὴν ὅτι παρέχει τὰ κύματα καὶ χορηγεῖ τὴν ἐξ αὐτῆς ἀπειλὴν ἰχθύων χωρίς.

XI. Strategio et Ilasio.

Iterum vobis e vitibus pisces, et agri marinos fœtus, ut videtur, afferunt, ac prædia simul et mare vobis licet vindemiare et iam uvas accipere, alias rursum pisces. Et sane videtur mare vestros mores imitari : vos enim ad sumptum faciendum prompto estis animo, atque illud ad vestram liberalitatem sese vult acommodare. Nostrum vero mare idem et nobis facit continentem incolentibus, præterquam quod fluctus præbet ac minas suas absque piscibus perficit.

ιβ'. Ἰωάννῃ.

Ὁ λογιώτατος Διόδωρος λύσις ἡμῖν ἔστω τῆς πρὸς ἀλλήλους σιγῆς, καὶ σὲ γράφειν ἀπαιτῶν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν σοι διδούς. φίλος μὲν γὰρ οὗτος ἐμός, ἤδη δὲ πρὶν ἰδεῖν καὶ σὸς ἐτύγχανεν ἐραστής· οἱ γὰρ ἐξ ἡμῶν λόγοι τὰ περὶ σοῦ διηγούμενοι καὶ πρὸ τῆς θέας ἐποίουν τὸν ἔρωτα. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἐρωτικός ἐστι τῶν καλῶν καὶ πολυπραγμονεῖ τοὺς χρηστούς, ὥσπερ δεδιὼς μή ποτέ τις τοιοῦτος ὢν διαλάθῃ. καὶ τί σοι τὰ περὶ τούτου λέγειν με δεῖ; πάντως γὰρ τῇ πείρᾳ τοῦτον μαθὼν ἐλάττω νομίσεις τὸν ἔπαινον καὶ ἀσθενῆ με καλέσεις ῥήτορα, ὡς οὐδὲ τὰ προσήκοντα λέγειν δυνάμενον.

XII. Ioanni.

Eruditissimus Diodorus finem imponat mutuo inter nos silentio et abs te scripta flagitans et nostra tibi reddens. Scilicet amicus hic est meus, teque et antequam vidit cœpit diligere : nostri enim de te habiti sermones etiam ante adspectum excitaverunt amorem. Nimirum hic vir amans est bonorum, probosque curiose investigat, quasi metuens ne quis talis eum lateat. Sed quid est cur huius res tibi enarrem? Omnino enim usu eum cognosces et iusto minorem meam censebis laudem atque exsanguem me dices oratorem, qui ne iusta quidem verbis exprimere potuerim.

ιγʹ. Εὐσεβίῳ.

Εἰ τοὺς ποθοῦντας καὶ μία γηράσκειν ἡμέρα ποιεῖ, ἐξ ὅσου με χρόνου γεγηρακέναι δοκεῖς οὕτω μέν σου βληθέντα τῷ πόθῳ (τίς γὰρ πειραθεὶς οὐχ ἐρῶν ἀπαλλάττεται;), τοσοῦτον δὲ χρόνον ἐστερημένον τῆς θέας; ἀλλ' εὖ γε ποιῶν τοῖς γράμμασιν ἐπικουφίζεις τὰ δυσχερῆ, τοὺς σοφοὺς ζηλώσας τῶν ἰατρῶν, οἳ μὴ θεραπεύειν ἔχοντες μόνον παραμυθοῦνται τὸ πάθος. τοιοῦτος ἡμῖν γέγονας ἀντὶ σαυτοῦ παρέχων τὰ γράμματα. καὶ νῦν τοὺς σφοδροὺς μιμοῦμαι τῶν ἐραστῶν καὶ διὰ τῆς εἰκόνος παραμυθοῦμαι τὸν ἔρωτα. τῷ δὲ καλῷ Μεγάλῳ σὲ μὲν φύσις, ἐμὲ δὲ τέχνη πατέρα ποιεῖ, ὥστε δι' ἐμοῦ παρεῖναι νόμιζε τὸ παιδίον. εἰ δέ τι παραλείψω, τοῦτο νόμιζε μηδὲ δύνασθαί με ποιεῖν, καὶ μέμφομαι τὴν τύχην μὴ καὶ πάντα δυνάμενος, ἵνα σοι χαρίσωμαι τοσοῦτον ὅσον καὶ βούλομαι. ἀλλ' ὦ θεοί, μὴ διαμάρτοιμεν ἄμφω τῆς ἐλπίδος, ἣν ἐπὶ τῷ παιδὶ πεποιήμεθα.

XIII. Eusebio.

Si amantes vel una dies reddit senes, quam diu me iam consenuisse putas ita tui desiderio affectum (quis enim, te qui novit, non statim amore accenditur?), tamque diu tuo adspectu privatum? Sed recte facis quod litteris allevas molestiam, sapientes medicos imitatus, qui ubi sanare non possunt, satis habent mitigare morbum. Talem nobis te præbes pro te ipso exhibens litteras. Iam igitur vehementes amantes imitor, perque simulacrum consolor amorem. Optimo vero Megalo te quidem natura, me ars parentem fecit. Itaque per me præsto esse filium iudica. Si quid vero prætermiserim, hoc existima me nec facere potuisse, et vitupero fortunam, quod non possum omnia, quo tibi gratificarer tantum, quantum etiam vellem. Sed o dii, ne frustremur ambo spe, quam de puero concepimus.

ιδʹ. Ἰλασίῳ.

Εἰ τὰ τῶν φίλων κοινὰ παλαιὸς εἶναι βούλεται λόγος, ἐμοὶ δὲ φίλος ὁ λογιώτατος Πέτρος, καὶ σὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο. Εἰ δὲ δικαίως τοῦτον ἀσπάζομαι, δείξει μὲν πολλάκις ἡ πεῖρα, ἡ δὲ θέα σοι τέως μαρτυρήσει τὸν τρόπον. οὗτος ὑμῶν τι δεόμενος καὶ βουληθεὶς πάντως τυχεῖν ἐμὲ πρὸς ταύτην ἐκίνησε τὴν ἐπιστολήν, νομίζων τοσοῦτόν με δύνασθαι παρ' ὑμῖν ὡς μηδενὸς ἂν εἰκότως διαμαρτεῖν. ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθῆ νομίζει, βεβαίωσον ἔτι τὴν γνώμην· εἰ δὲ ψευδῆ, καὶ οὕτως ὑπούργησον, ἵνα μὴ δειχθῶμεν ἐν τοῖς ἄλλοις τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν πλαττόμενοι. ἔχει δὲ καὶ τὸ δίκαιον συμμαχοῦν, ὅπερ σοι καὶ μηδενὸς αἰτοῦντος καθέστηκε φίλον. τὸ δὲ δυνάμενον ἀδικίαν κωλῦσαι περιιδεῖν ἐν ἴσῳ καθέστηκε τῷ ποιεῖν, ὅπερ τῆς σῆς γνώμης ἀλλότριον. ἴσθι δὲ ὡς πάντως ἐπινεύσεις ἢ τοῖς γράμμασι τοῖς ἐμοῖς ἢ τῇ παρουσίᾳ πειθόμενος. ἓν μόνον λυπήσεις, ἀμβλυτέραν τῇ ἀναβολῇ τὴν ἀρετὴν ἐνδεικνύμενος.

XIV. Ilasio.

Si res amicorum communes esse vult vetus proverbium, mihique amicus eruditissimus Petrus est, tuus quoque merito censeatur. Quem an iure diligam, experientia fortasse monstrabit, interim tibi cultus eius habitusque quo sit ingenio probabit. Is vestræ quadam in re opis indigens et omnino voti compos volens fieri me ad hanc epistolam scribendam impulit, me tantum apud vos posse arbitratus, ut nunquam videar a vobis repulsam posse ferre. Iam si recte sic existimat, sententiam eius adhuc confirma, sin vero falso, sic etiam operam tuam commoda, ne vulgi existimatione mutuam inter nos amicitiam finxisse arguamur. Habet autem et iustitiam petitionis suæ adiutricem, quæ etiam nemine petente amica tibi est. Qui vero, quum arcere iniuriam possit, auxilium non fert, eadem est conditione quam qui committit ipse, id quod a tuo animo alienum est. Scito tamen, gratum te omnino facturum, sive litteris meis sive illius præsentia movearis, ingratum solum hoc, si tardiorem cunctando ostenderis virtutem.

ιεʹ. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Ὦ πόσα δύνανται καὶ μεταβάλλουσιν Ἔρωτες, καὶ βεβαιοῦσι τοῖς ἔργοις ὡς οὐδὲν αὐτῶν ἐκείνων μεῖζον ἰσχύει. ἐοίκασι δὲ λέγειν ὡς « μάλιστα πάντων μισοῦμεν ὑπεροψίαν. » κἂν τὴν ὀφρῦν τις ἀνασπάσῃ καὶ παρίδῃ λόγους ἐρῶντος, ἐνήλλαξαν οὗτοι τὴν τάξιν, καὶ ὁ σεμνὸς ἐκεῖνος ἐξαίφνης ἐρᾷ καὶ φθέγγεται ταπεινόν. ἀλλὰ τί μοι βούλεται ταῦτα; ἤδη μὲν πάντως ἐπίστασαι καὶ γελᾷς, ἀλλ' ὅμως τιμῆς ἕνεκα τῆς ἐκείνων εἰρήσεται. ἐμοὶ γὰρ ὁ σὸς πόθος ὅλῳ ῥεύματι προσβαλὼν εἷλκε τὸν λογισμὸν ἐφ' ἑαυτόν, καὶ δεινῶς ἠπόρουν καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ γένωμαι. μίαν τοίνυν ἐδόκουν εἶναι παραμυθίαν, εἴ τι λέξεις

XV. Philippo fratri.

O quantam vim habent et quantam mutationem afferunt amores, atque ipsis rebus nihil esse, quod se plus possit, probant. Videntur dicere « maxime omnium fastum odimus. » Iam si quis supercilium erigat et amantis contemnat sermones, mox ordinem illi mutant ac protinus magnificus ille amat et loquitur humiliter. Sed quid his mihi volo? iam tu quidem plane intelligis atque rides, at tamen honoris illorum caussa dicetur. Mihi enim tui desiderium toto impetu accidens omnem ad se rapuit cogitationem, ac summas in angustias adductus quid agerem non habebam. Unam igitur arbitrabar consolationem, si quid diceres absens et loquentem te sæpius au-

ἀπῶν καὶ φθεγγομένου πολλάκις ἀκούσω. ὡς οὖν ἔγνως τὸ πρᾶγμα, ξένον τι πέπονθας οἴμοι καὶ πρὸς ἀλαζονείαν ἐπήρθης. καὶ ἐγὼ μὲν ἤρων, σὺ δὲ παντάπασιν οὐ προσεῖχες. ἐδεόμην, καὶ ἦν μοι πλέον οὐδέν. προύφερον τὴν συγγένειαν, ἀδελφὸν προσεῖπον, ὑπέμνησα φιλίου Διός, σὺ δὲ καὶ πάλιν ἐσίγας. ἀμήχανον ἦν τὸ πρᾶγμα λοιπόν. τί οὖν καὶ γέγονεν; εἶπόν τι πρὸς τοὺς Ἔρωτας καὶ ἐδάκρυσα, καὶ παρεκάλουν ἐπὶ τὰ τόξα καὶ πείθονται, καὶ οἱ μὲν ἔβαλλον, σὺ δὲ πειραθεὶς μετεβάλλου, καὶ ὁ πρὶν ἡμῖν ἀλαζὼν ἤτεις με γενέσθαι φιλάνθρωπον, ὅπως μὴ τῶν αὐτῶν πειραθῇς παρ' ἡμῶν, ὧνπερ ἡμεῖς παρὰ σοῦ. ἀλλ' ὦ φίλοι Ἔρωτες, ἐγὼ μὲν πείθομαι καὶ πρὶν ἀμύνασθαι διαλλάττομαι· εἰ δέ τι πάλιν νεανιεύσεται, — ἀλλ' οὐκ ἂν οἶμαι τολμήσειε.

direm. Quum igitur intellexisses rem, heu mihi novum quid passus in superbiam es elatus. Atque ego quidem amabam, tu vero prorsus non curabas. Petebam, nec tamen quicquam hinc lucrabar. Proferebam cognationem, fratrem appellabam, amicalis Iovis admonebam, at tu rursus tacebas. Nulla supererat spes fore ut rem assequerer. Quid igitur accidit? Compellavi Amores lacrimans et ut tela caperent adhortabar. Morem gerunt. Et hi quidem iaculabantur, tu vero simul ac sensisti mutatus es, et qui ante superbus in nos fueras, iam misericordiam meam implorabas, ne idem tibi a nobis contingeret quod a te nobis. Sed o cari Amores, ego morem gero et antequam ulciscar in gratiam redeo: sin vero iterum superbiet, — at non audebit opinor.

ιϛ'. Ἠλίᾳ.

Τῆς ὑμετέρας δωρεᾶς ἡ μὲν πεῖρα τοὺς ἐγνωκότας, ἡ δὲ φήμη τοὺς ἄλλους εἰς θαῦμα κινεῖ, ἐμὲ δὲ ἀμφότερα πρὸς τὸ ἀνάγραπτον ἐσαεὶ τὴν ὑμετέραν ἔχειν εὐεργεσίαν. καὶ θαυμαζόμενος ἐφ' οἷς τοιούτων ἀγαθῶν γέγονα ὑπηρέτης τῇ πατρίδι, εἰς ὑμᾶς ἀνάγω τῇ μνήμῃ τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν. ὅθεν εἰ παρὰ τὸ προσῆκον παρρησιάζομαι τὰ μικρὰ προσάγων ὑμῖν, θαυμαστὸν οὐδέν· οὐδὲ γὰρ οἱ τοῖς θεοῖς λιβανωτὸν ἐπιθύοντες πρὸς ἀξίαν τὴν χάριν, πρὸς δὲ δύναμιν τὸ δοκεῖν εὐγνώμονες ἐπιδείκνυνται. καὶ ἐπὶ τῶν ὑμῖν προσαγομένων τὰ μέγιστα τοῖς ἐλαχίστοις τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν εὐεργεσίαν μετρούμενα.

XVI. Eliæ.

Vestræ liberalitatis eos qui cognoverunt experientia, reliquos fama in admirationem impellit, me vero utrumque adducit, ut vestram munificentiam nunquam non mandem litteris. Et si quibus ipse admirationi sum, quod talium bonorum extiterim auctor patriæ, vobis memoriâ bonorum caussam acceptam refero. Unde si præter decorum libere loquor, exigua licet vobis offeram, mirum non est; neque enim qui diis thure sacra faciunt, pro dignitate gratiam referunt, sed pro viribus gratum animum significant. Itaque in eis quoque, quæ vobis offeruntur, maxima eandem cum minimis habent vim ad beneficium æstimata.

ιζ'. Θωμᾷ.

Νῦν ὄντως ἡμῖν ἀνθοῦσι Δίκη καὶ Μοῦσαι καὶ σύνοικοι γίνονται τὴν σὴν εὑροῦσαι ψυχὴν μεριζομένην ψήφῳ δικαίᾳ καὶ λόγοις. σύνεισι τὰ νῦν ἀλλήλαις ὥσπερ εἰκὸς ἀδελφαί τε οὖσαι καὶ κοινὸν ἔχουσαι πατέρα τὸν Δία. ἐξ οὗ γὰρ ἀπέλιπες πάλαι δὲ χειρὸς οὐκ ἔχων ἔτι τὴν Καίσαρος, οἷα δήπου καὶ γέγονεν, ἀπέλιπον μὲν τὰς πόλεις ἡμῖν, ὑπερεωρᾶτο δὲ τὰ ἡμέτερα, ἦσαν δὲ παρὰ τῷ πατρὶ κατηγοροῦσαι τῶν ἐπὶ γῆς. ἀλλ' ἐπένευσε πάλιν, καὶ γέγονας παρ' ἡμῖν, καὶ νεάζει πάλιν τοῖς ὑπηκόοις ἡ τύχη. κἂν γὰρ ψῆφον ἐνέγκῃς, οὐκ ἀρνεῖται ταύτην ἡ Δίκη, κἂν λόγον εἴπῃς, ἐπαινοῦσι πάντως αἱ Μοῦσαι. ὃ δὲ μάλιστα τεθαύμακα λέξω. τὸ γὰρ τοσούτων προύχοντα μὴ τῶν ἐλαττόνων ὑπεριδεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγων ἄρχειν καὶ φιλίας μεμνῆσθαι καί τι καὶ λεγόντων ἐθέλειν ἀκούειν, σοὶ μὲν προσθήκη τοῦτο τοῦ θαύματος τὰ Σωκράτους οἶμαι φιλοσοφοῦντι, ἐμοὶ δὲ τὸ χρῆμα βαρὺ κατ' ἐμαυτὸν ὡς δύναμαι ζῶντι καὶ εὐχομένῳ λαθεῖν. καὶ εἰ μὴ κερδαίνειν ἐβουλόμην ἑτέραν αὖθις ἐπιστολήν, ἐσίγων ἂν ἀπορῶν ὅ τι φθέγξωμαι μετὰ σέ· νυνὶ δὲ καὶ γράφειν ἐρυθριῶ καὶ σιωπᾶν οὐκ ἀνέχομαι, τὴν σὴν ἐγείρων γλῶτταν μουσικὸν αὖθις ἠχῆσαι καὶ μικροῖς τὰ μεγάλα θηρώμενος. πολλὰ δὲ

XVII. Thomæ.

Nunc revera nobis florent Iustitia atque Musæ et sociæ factæ sunt tua inventa anima inter iustum suffragium et litteras divisa. Conversantur igitur, ut par est, quippe sorores quum sint et ex communi patre oriundæ Iove. Ex quo enim reliquisti pridem neque amplius administrasti urbem Cæsaris, qualia sane acciderunt, reliquerunt illæ civitates nostras, nostra vero neglecta iacebant instituta. Erant autem apud patrem quæ in terra fierent accusantes. Sed annuit iterum et iam apud nos es, iterumque iuvenescit subditis fortuna. Sive enim sententiam feras, non hanc improbat Iustitia, sive verba facias, laudant omnino Musæ. Quod vero maxime admirari soleo dicam. Scilicet quod, qui tot super homines excellas, inferiores minime contemnis, sed et colloquia ordiris et amicitiæ memor es et benignam loquentibus præbes aurem, tibi quidem additamentum hoc admirationis ex eo est, opinor, quod Socratis amplecteris philosophiam: mihi vero onus durum est, qui mecum ipse quantum possum vivo et latere cupio. Ac nisi aliam rursus epistolam lucrari vellem, tacerem non habens quid post te loquerer: nunc vero et scribere erubesco, nec ut taceam a me impetrare possum, tuam linguam ad musicam edendam excitans, parvisque captans magna. Optime sit ei, qui nostrarum

κἀγαθὰ γένοιτο τῷ τὰς πόλεις ἡμιν ἐπιτροπεύειν λαχόντι· δεῖξαι γὰρ πρὸ τῆς πείρας τὸ μέλλον βουλόμενος καὶ παλαιᾶς τύχης ἄγων εἰς μνήμην ὑμᾶς ἐκάλει συνεργοὺς καὶ πᾶσι τὸ μέλλον εὐθὺς ἐμαντεύετο. τὸν δὲ καλὸν Μέγαν ἠγάπων μὲν καὶ πρῴην ὥσπερ εἰκὸς καὶ ὅσον εἶχον ἐδίδουν (ὁ γὰρ τῆς τέχνης οὕτω βούλεται νόμος), ἀλλὰ καὶ πατὴρ ὑπάρχει καὶ κηδεστής, ἱκανοὶ δι' ἀρετὴν ἐμποιῆσαι καὶ τῷ ῥαθυμοῦντι σπουδήν. ὑμῶν δὲ νυνὶ προστεθέντων τῷ νέῳ εὔξομαι δικαίαν εὐχήν. Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δυναίμην τι μεῖζον ἢ πρότερον, καὶ ὄναιτο Μέγας ἡμῶν ὁπόσον ὁ κηδόμενος βούλεται.

ιη'. Στεφάνῳ.

Ἔτι παρὰ τὸν Νεῖλον οἰκεῖς; ἔτι ποθοῦντας ὑπερορᾷς; τί τοσοῦτον εἰπέ μοι παθών; εἰ μὲν γὰρ οἴει τὸ βράδος ἐπὶ πλέον ἡμῖν ἐξάπτειν τὸν ἔρωτα, ἴσθι δὴ καλῶς ὡς εἰς ἄκρον ἀφῖκται, καὶ οὐκ ἂν ἔχοις ὅ τι προσθήσεις ἔτι τῷ πράγματι· εἰ δέ σε τοῦ Μακεδόνος ἡ πόλις ἐφέλκεται χαρίτων ἕνεκα καὶ τοῦ δοκεῖν αὐτὸν ἔχειν ἤδη τὸν Ἑλικῶνα, ζήλου τὸν Ὀδυσσέα καὶ παρελθὼν τὰς Σειρῆνας μέμνησο τῆς Ἰθάκης. καὶ γάρ σε νῦν ἐπιθυμῶν ἀρχαίῳ σχήματι τεττιγοφόρον ἰδεῖν κέχηνα τῇ θαλάττῃ καὶ περισκοπῶ τὰς ὁλκάδας, εἴ ποτε παρόντα θεάσομαι. σὺ δέ μοι δοκεῖς τὸν Θησέως ἐκεῖνον ἐζηλωκέναι, καὶ ταῦτα τοῖς παισὶ καθηγούμενος, « νυμφίε Δημοφόων, ἄδικε ξένε », ὃς οὐδὲ παιδὸς θέλεις ἔτι μεμνῆσθαι καλοῦ τε ὄντος καὶ εἴ γε παρείης ἤδη σε δυναμένου πατέρα καλεῖν.

ιθ'. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Εἰ τοῖς γονεῦσι τὸ προσῆκον ἀποδιδόναι παλαιοί τε λόγοι καὶ ὁ τῆς φύσεως βούλεται νόμος, πόσον εἰκὸς πατρίδι χάριν ἐκτίνειν, ἐξ ἧς προῆλθε καὶ τοῖς γονεῦσιν ἀρχή; ἐπὶ ταύτην σε νῦν ὁ καιρὸς καλεῖ, καὶ δόκει τὴν ἐνεγκοῦσαν ταύτην σοι δι' ἐμοῦ φωνὴν ἀφιέναι· οὕτω γὰρ καὶ τὸ δέον ἔσῃ πεπληρωκὼς καὶ μνήμην ἡμῖν παράσχοις τοῦ πράγματος, ὅσῳ καὶ περὶ τῶν μεγίστων ἡ χρεία. βαρὺ δὲ προσδόκα μηδέν, ἀλλὰ σοὶ μὲν ῥᾷστον διδόναι, μέγα δὲ τοῖς λαβοῦσι τυχεῖν. βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως δεήσεις ἐπιδοθῆναι βουλόμεθα διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἀρχιερέως ἢ τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ, ἵνα τὸ τοῦ ἐπιδιδόντος ἀξίωμα λόγον τινὰ παράσχῃ τῷ διδομένῳ· ταῦτα γὰρ ποιῶν κοινὴν καταθήσει χάριν καὶ τοῖς αἰτήσασι καὶ τοῖς αἰτηθεῖσιν ἡμῖν.

κ'. Ζαχαρίᾳ.

Τὴν παρ' ὑμῶν ἐδεξάμην ἐπιστολήν, ὅπερ ἔδει μὲν καὶ πάλαι γενέσθαι, ὅμως δ' οὐδὲ νῦν γενόμενον ἀπήμβλυνέ τι τῆς χάριτος. τοιοῦτόν τι τὸ τῶν ἐρώντων πάθος· ἐπειδὰν μὲν ἀτυχῶσι, δυσχερὲς αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα δο-

civitatum præfecturam sortitus est: volens enim antequam experiremur quid futurum esset demonstrare et pristinæ fortunæ memoriam recolens vos adiutores vocabat ac de futuro statim vaticinabatur. Optimum vero Magnum et antea quantum par esset diligebam et quantum possem ei impertiebam: sic enim artis iubet lex. Verum et pater præsto ei est et affinis, qui sua virtute vel negligentem ad diligentiam excitare possunt. Nunc autem quum te iuveni propitium reddiderim, iustum votum nuncupo. Iuppiter aliique dii, utinam maius quid possem quam antea, ac tantum a nobis emolumenti Magnus percipiat, quantum vult, cuius curæ ille demandatus est.

XVIII. Stephano.

Etiamnum ad Nilum habitas? etiamnum amantes aspernaris? Quid, dic mihi, tantum passus es? Nam si cunctando magis nobis putas incendere amorem, probe scito iam ad extremum pervenisse, nec quicquam, quod rei addas, facile te habiturum: sin vero te Macedonis urbs ad se attrahit Gratiarum caussa et quod videatur ipsum iam habere Heliconem, Ulixem imitare et præteritis Sirenibus memento Ithacæ. Etenim cupiens te iam veterum habitu videre tettigophorum inhio mari et naves circumspicio, si forte te præsentem conspiciam. Tu vero videris mihi Thesei filium illum imitari, idque pueros instituens, Sponse Demophon, hospes inique, qui neque filii meminisse vis, qui et formosus est et, si adveneris, iam te patrem poterit appellare.

XIX. Philippo fratri.

Si parentibus officium præstare quum veterum dicta tum lex naturæ præcipit, quantam par est patriæ gratiam rependere, ex qua parentibus vivendi initium prodiit? Ad hanc te præsens vocat tempus, et istam puta, quæ te edidit, hanc per me vocem ad te mittere. Sic enim et officio satisfeceris et nobis rei dabis memoriam. Agitur etiam de gravissimis, quanquam grave puta nihil, sed tibi quidem facillimum est dare, magnum vero accipientibus consequi. Regi magno supplicia pro civitate facta per summum pontificem vestrum aut regis fratrem reddi volumus, ut reddentis dignitas momentum aliquod libello adiciat. Hæc enim si feceris, communem gratiam inibis quum ab eis qui rogarunt, tum a nobis qui rogati sumus.

XX. Zachariæ.

Accepi vestras litteras, quod quidem iam dudum fieri oportebat, quanquam neque nunc demum factum de gratia detraxit. Habet hoc amantium affectus: si quod volunt non assequuntur, molestum eis videtur et ferre ne-

κεῖ καὶ φέρειν οὐ δύνανται· ἡνίκα δὲ λάβωνται τοῦ ποθουμένου, ὡς μηδὲν παθόντες τῶν προλαβόντων πόνων ἐπιλανθάνονται. ἀλλ' ὅπως μὴ νῦν τοῦτο μαθὼν πρίν τι γράφειν αὖθις ἡμᾶς ἀνιάσῃς τῇ σιωπῇ· οὐδὲ γὰρ βουλοίμην ἔγωγε πολλὰ παθὼν εἶτα πάλιν εὐφραίνεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἂν οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτῶν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἕλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν Ἀπόλλωνος.

κα'. Θωμᾷ.

Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν εὐφραίνειν οἶδε καὶ χωρὶς θέας ἡ μνήμη, καὶ τότε μᾶλλον, ἡνίκα τοὺς πειραθέντας ὅλου πληρώσαντες ἔρωτος μηκέτι παρῶσι χορηγοῦντες ἀεὶ τῇ θέᾳ τὴν ἡδονήν. τότε γὰρ ἀποροῦντες οἵτινες γένωνται τὸν πόθον ἔχουσιν ἀντὶ τῆς θέας ἀεὶ χορηγοῦντα τὴν μνήμην· ἑαυτοῖς γὰρ ἀνατυποῦσι τοὺς ἀπελθόντας καὶ παρόντων σοφίζονται μίμημα. ταῦτα γνωμολογῶ τοιούτῳ πάθει περιπεσών, ἐξ οὗ καὶ πειραθεὶς ἐθαύμασα καὶ μὴ παρόντα πάλιν ζητῶ, καὶ τὴν τύχην προσεύχομαι μηχανᾶσθαί τι καινὸν καὶ συνάγειν ποτὲ τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας ἐραστάς.

κβ'. Κάστορι.

Τῷ φέροντι τὴν ἐπιστολὴν πολλὰ παρὰ σοῦ τὴν εὔνοιαν ἀπαιτεῖ, γένος συνάπτον ἐμοί, γάμος τὴν οἰκειότητα βεβαιῶν, καὶ τὸ δὴ μέγιστον ἡμέτερα γράμματα. καὶ οὐκ ἀλαζονείας ὁ λόγος, θαρροῦντος δὲ μᾶλλον, ὡς τἀμὰ μικρὰ μὲν τῇ φύσει, μεγάλα δὲ δύναται παρὰ σοί. δεῖται δὲ γλώττης δικαίας καὶ λόγων εὐροίας σβέσαι δυναμένης συκοφαντίαν. οἶδα τοίνυν ὡς τῆς ἐμῆς ἐλπίδος κρείττων γενήσῃ· φιλοτιμεῖ γὰρ ἀεὶ μεῖζον εἰς πεῖραν ἐλθεῖν ὧν ἄν τις ἐλπίσῃ παρὰ σοῦ. σὸν δ' ἂν εἴη λοιπὸν ἢ τὴν ἐμὴν ἐλπίδα νικῆσαι τοῖς ἔργοις ἢ μὴ ταύτης ἐλάττω δεῖξαι τὰ πράγματα.

κγ'. Νεστορίῳ.

Χρεμύλος πεπλούτηκεν ἐξαίφνης, ἡ κωμῳδία φησί. καὶ σὺ νῦν πλουτεῖν ἔοικας, οὐπώποτε τοῦτο μαθών, Ἴρου δὲ πτωχότερος ἀεὶ γεγονώς. ἐκεῖθεν ἄρα σοι ποθεινοτέρα γέγονεν ἡ πατρίς, ἣν πρότερον ἀπεκάλεις τῆς οἰκουμένης τὸ βάραθρον, ὅλος δὲ τῆς ὕλης γέγονας, τῇ φιλοσοφίᾳ χαίρειν εἰπών. τὸ δὲ πρᾶον ἐκεῖνο καὶ ἥμερον, ὅ σοι μόλις ἐνεποίησα τὸ πρότερον, καὶ τὰς ἐπὶ σοὶ τοῦ προκόψειν ἐλπίδας φροῦδα πάντα πεποίηκας. νῦν ὡς εἰκὸς ὄρειος γέγονας καὶ οἷον ὁ τῆς χώρας βούλεται νόμος. τοιαῦτα παρὰ τῆς τύχης ἀπέλαυσας ὁ παρὰ τὴν πενίαν πάλαι φιλοσοφῶν. ὅθεν ἐμφιλοχωρεῖς τῇ πατρίδι καὶ σκοπεῖς οὐχ ὅθεν ἔσῃ σοφώτερος, ἀλλ' ὅθεν ἂν ἴδοις κομῶντα τὰ λήια. ἐγὼ δέ σε ποθῶν τοὺς Ἔρωτας μέμφομαι, εἰ μὴ δύνανται ψυχὴν μίαν ἀντερᾶν ποιῆσαι τῶν οὕτω ποθούντων.

queunt; simul atque vero assequuti sunt, quasi nihil passi priorum laborum obliviscuntur. Sed ne iam hac re cognita priusquam aliquid scribas, iterum silentio ægre nobis facias : nolim enim equidem multa perpessus mox rursus gaudio affici. Neque enim Delphi prorsus a se abesse malint Pythium, quanquam, quotiens venit, solenniter celebrant præsentiam Apollinis.

XXI. Thomæ.

Bonorum virorum delectare potest etiam sine adspectu memoria, ac magis tum, quum expertis omni amore impletis non amplius coram adsint adspectu semper voluptatem suggerentes. Tum enim pæne desperantibus desiderium pro adspectu semper memoriam eis suggerit : nam sibi ipsis mente refingunt absentes et præsentium comminiscuntur imaginem. Has sententiolas loquor tali affectu captus, qui fecit, ut expertus amicum admirarer et non præsentem rursus quæram, precerque fortunam, ut novi quid moliatur ac tanto intervallo disiunctos amicos tandem aliquando coniungat.

XXIII. Castori.

Multa sunt, quæ ut hanc epistolam ferenti benevolentiam præstes postulant, generis inter nos communio, coniugium necessitatem confirmans, et quod maximum est, nostræ litteræ. Neque vanus hic est sermo, sed potius confidentis, res meas, licet exiguas natura, multum tamen apud te valere. Indiget autem ille lingua iusta et flumine orationis, quod possit diluere calumniam. Iam te spe mea superiorem fore scio : semper enim operam das, ut præstes maiora quam de te sperarit aliquis. Quod reliquum est, tuum erit aut meam spem opere superare, aut curare ut saltem spem meam facta æquiparent.

XXIII. Nestorio.

Chremylus subito dives factus est, inquit comœdia. Tu quoque nunc dives videris esse, quum nunquam hoc didiceris, sed Iro pauperior semper fueris. Hinc igitur carior tibi evasit patria, quam antea orbis terrarum nominabas barathrum. Omnino totus es in opibus, repudiata philosophia, comitatem autem illam et mansuetudinem, qua ægre antea te imbueram, et proficiendi de te conceptam spem, omnia irrita fecisti. Nunc, ut videtur, monticola evasisti et qualem esse vult terræ indoles. Talia a fortuna impetrasti, qui solebas olim in egestate philosophari. Hinc libenter in patria versaris spectasque non quo sapientior fias, sed quo lætas videas segetes. Ego vero te desiderans Amores vitupero, quod nequeunt efficere, ut animus unus tanto desiderio flagrantes redamet.

κδ'. Εὐσεβίῳ καὶ Ἡλίᾳ.

Ἐγὼ καὶ παρόντας ὑμᾶς ἡδέως ὁρῶν καὶ ἀπόντων ἀεὶ μεμνημένος οὐκ ᾠήθην δεῖν σιγῇ τὸν καιρὸν παρελθεῖν· ἀεὶ μὲν γὰρ ὑμῖν ἐπιστέλλειν ἡδύ, τὸν δὲ κοινὸν παῖδα μὴ μετὰ γραμμάτων προπέμπειν οὔτ' ἂν ὑμεῖς ἐπῃνέσατε, κἀγὼ ποιεῖν ᾐσχυνόμην. ἕως μὲν οὖν μοι παρῆν, σπουδῆς αὐτῷ χάριν ἐδόκουν καὶ φύσει γεγονέναι πατήρ, νυνὶ δὲ τὴν ἐξ ἡμῶν ἰόντι μόνον εὔχεσθαι δύναμαι διηγουμένων ἄλλων ἀκούειν, ὡς οἷον ἐβούλου τὸν νέον θεὸς ἐπένευσεν ἤδη καὶ γέγονεν. ἀλλὰ τίς γένοιτο τούτων τῶν λόγων πατήρ; εὔνους μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, κρείττων δὲ ἴσως.

κε'. Φαίδρῳ.

Ὄντως ἄρα τῆς ψυχῆς εἰκόνες ἦσαν οἱ λόγοι καὶ τοὺς ἀπόντας ἔδειξαν ὅπως ἔχουσι γνώμης, οὐχ ἧττον ἢ ζωγράφος ἅπερ ἂν ἐθέλῃ μιμεῖσθαι. τοῖς γὰρ ὑμετέροις γράμμασιν ἐντυχών, ὃν ἠγνόουν τῇ πείρᾳ, τοῦτον ἐκεῖνον ἔχειν ἐδόκουν, ὡς εἴ τις ἐξελὼν τὸ πρόγραμμα τὴν ἐπιστολὴν ἐπεδίδου, ᾤμην ἂν πατρὸς εἶναι φιλοστόργου πρὸς παῖδα τὰ γράμματα. τοιούτους ἡ ἀρετὴ τοὺς ἑαυτῆς ἔοικε τροφίμους δεικνύναι. τὸ γάρ σε μήτε ἰδόντα μήτε πεπειραμένον καὶ λόγου προκατάρχειν καὶ κοινὰ πρός με ποιεῖσθαι τὰ παρόντα τῶν ἀγαθῶν, τίνος εὐφημίας οὐκ ἂν τύχοι δικαίως; ἀλλ' ὅμως προῄρημαι μηδ' ἂν εἴ τι γένοιτο τὴν ἐμὴν Ἰθάκην ὑπεριδεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα διὰ ταῦτα ζηλῶ, ὅτι πάντα παριδὼν τὴν μικρὰν ἐπόθει νῆσον καὶ ἧς οὐκ ἄν τις ἐπὶ βελτίστοις ἐμνήσθη.

κϛ'. Ἱερωνύμῳ.

Πάλιν Αἴγυπτος καὶ τρυφή, καὶ πένητες ἡμεῖς παρὰ σοὶ καὶ λόγος ἀπόντων οὐδείς. οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα· γέλα μόνον χρυσῷ ῥέοντα τὸν Νεῖλον ὁρῶν. κἂν ἔτι μᾶλλον τὴν ὀφρὺν ἀνασπάσῃς, οἴσομεν πάντως ὑπερορώμενοι. ἔσσεται γὰρ ἦμαρ, ὅτε πάλιν ὄψει τὴν Ἐλοῦσαν, καὶ δακρύσεις ψάμμον μεθισταμένην τοῖς πνεύμασι καὶ γυμνοῦσαν εἰς ῥίζας τὴν ἄμπελον. ἔνθα καὶ νύμφαι ξέναι τινὲς καὶ θαλάττιαι καὶ Ζεὺς ὑέτιος οὐδαμοῦ. τότε γελάσω μὲν ἐγὼ καὶ κωμῳδήσω τὴν τύχην, σὺ δὲ νομιεῖς εὐδαίμονα τὸν νῦν ἀπερριμμένον ἐμέ. πλὴν ἐν ὅσῳ σοι δίδωσιν ὁ Νεῖλος τρυφᾶν, γράφε μόνον καὶ κάλει σμικροὺς ἡμᾶς καὶ χαμαί τινας ἐρχομένους· οὕτω γὰρ καὶ σοῦ γράφοντος ἀπολαύσομεν καὶ τὴν σὴν ἀλαζονείαν τῇ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδι παραμυθησόμεθα.

κζ'. Ἰλασίῳ.

Τὸ παρ' ὑμῖν χωρίον καρποὺς μὲν τίκτειν ἔοικεν ἀγαθούς, ἀντικεῖσθαι δὲ μόνοις τοῖς σώμασι· τοὺς μὲν γὰρ θαῦμα τοῖς ὁρῶσι παρέχει καὶ τὴν τῆς ὥρας βιά-

XXIII. Eusebio et Eliæ.

Ego quum et præsentes vos magna cum voluptate videam, et absentium vestrum immemor nunquam sim, non existimavi tempus oblatum silentio prætereundum. Semper enim vobis scribere iucundum est, communem autem filium litteris non prosequi neque vos laudaretis, et me committere pudet. Donec igitur mecum fuit, studii causa ei visus sum etiam natura parens, nunc vero ex disciplina mea egresso hoc solum optare possum, ut alios narrantes audiam, qualem voluisses esse iuvenem, talis ut iam esset deum dedisse. Sed quis huius sermonis pater existat? Non sane benevolentior me, sed melior fortasse.

XXV. Phædro.

Revera igitur animi imaginem refert sermo et qualem absentes habeant sententiam ostendit, non secus atque quæ pictori placuit imitari. Quum enim vestras litteras perlegissem, quem experientia non noveram, hunc ipsum tenere videbar, ut si quis inscriptione sublata epistolam tradidisset, patris benevoli litteras ad filium esse putassem. Tales suos alumnos virtus reddere solet. Nam quod tu, qui neque vidisti me unquam neque antea cognovisti, sermonis initium facis, quæque præsto tibi sunt bona mecum communicas, qua hoc non dignum habeatur laude? Nihilo minus constitui, quidcumque accidat, Ithacam meam non contemnere, sed et Homericum Ulixem propterea admiror, quod posthabitis omnibus parvam suam insulam amabat et de qua non facile quisquam dixerit honorifice.

XXVI. Hieronymo.

Iterum Ægyptus et luxus, nosque pauperes apud te, neque ulla absentium ratio. Nihil hoc refert: ride modo auro fluentem Nilum videns. Et si magis etiam supercilium contrahas, tolerabimus omnino nos contemni. Erit enim dios, ubi rursus videbis Elusan et arenam lugebis ventis dissipatam et nudatas ad radices usque vites. Ibi et fontes quidam insolentes et salsi atque Iupiter pluvius nusquam. Tum ego videbo et fortunæ insultabo, tu vero felicem existimabis me nunc abiectum. Attamen dum Nilus luxuriari tibi concedit, scribe modo et nos pusillos appella humique repentes: sic enim et tuis fruar scriptis et insolentiam tuam spe futuri mitigabo.

XXVII. Ilasio.

Vestrum prædium bonos progignere videtur fructus, solis vero corporibus adversari: illos enim miraculum videntibus exhibet, vimque facit naturæ tempestatis, hæ

ζεται φύσιν, τὰ δὲ λαβὸν ἐρρωμένα μικρὸν ὕστερον ἀπέδωκεν ὠχριῶντα. ὅθεν οὐκ ἂν ἑλοίμην ὀλίγων καρπῶν ἀπολαύσας νοσεῖν καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτώμενος αἰσχύνεσθαι καὶ σιγᾶν, ὃ δὴ ποιεῖν εἴωθας σιγῇ τὰ χωρία κοσμῶν. σὲ δὲ βούλομαι καὶ πλείστων ἀγαθῶν ἀπολαύειν καὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώσει τὴν τοῦ χωρίου φύσιν νικᾶν.

autem postquam robusta accepit, brevi reddit pallid. Hinc nolim ego, quo paucis fruerer fructibus, ægrotare et caussam rogatus erubescere ac tacere, id quod facere consuevisti fundos tuos silentio exornans. At te volo et plurimis bonis frui et corporis firmitate naturam loci vincere.

κη'. Διοδώρῳ.

Δέδεγμαί σου πάλιν ἐπιστολὴν τοῖς μὲν λόγοις σαφῆ καὶ λίαν καλήν, τοῖς δὲ γράμμασιν ἀσαφῆ καὶ τῶν λόγων τὴν χάριν καλύπτουσαν. δοκεῖς γάρ μοι δεδιώς, μή ποτε πρὸς λήθην ἔλθῃς τῆς φύσεως πρὸς τὸ σαφὲς αὐτὴν βιασάμενος, τῷ τύπῳ τῶν γραμμάτων παραμυθεῖσθαι τῶν ῥημάτων τὸ γνώριμον, ὅπως ἂν πάλιν ἐκ τῆς συνήθους ἀσαφείας ἔχῃς τὸ γνώρισμα. οὕτως σοι πλεονέκτημα τὸ πρᾶγμα φαίνεται, καὶ δεδιέναι μοι δοκεῖς ἐκπεσεῖν τοῦ προσρήματος. θάρρει τοίνυν ὡς οὔποτε μεταθείμην τῆς δόξης ἕτερα φρονῶν περὶ σοῦ, οὐδὲ ἑκὼν εἶναί σε τῆς θαυμαστῆς εὐκλείας στερήσαιμι. μόνον μή με ἀναγκάσῃς Πυθώδε φοιτᾶν καὶ δεικνύντα τὰ γράμματα « φράσον » λέγειν « ὦ μαντικὲ Πύθιε, τί ποτε λέγειν ὁ γράφων ἐβούλετο; » ταῦτα δέ μοι πεπαίχθω πρὸς σὲ τὴν ὑμετέραν χάριν ἐκμιμουμένῳ.

XXVIII. Diodoro.

Accepi iterum tuam epistolam verbis quidem perspicuam et perelegantem, litteris vero obscuram gratiamque verborum occultantem. Videris enim mihi metuens, ne in oblivionem naturæ tuæ venias, si ad perspicuitatem eam per vim adigas, litterarum figura verborum temperare claritudinem, ut rursus ex consueta obscuritate cognoscantur. Ita ex usu tuo rem esse censes. Quin timere mihi videris, ne salutatione excidas. Confide igitur, me quam de te concepi existimationem nunquam esse mutaturum aut aliter sensurum. Haud sane lubens præclara gloria te privaverim, modo ne me cogas Delphos proficisci et ostensis litteris « explica, » dicere « o vates Pythie, quid tandem dicere scriptor voluit? » Hæc ioci caussa ad vestram imitandam gratiam a me dicta sunto.

κθ'. Μακαρίῳ.

Τῆς περὶ ἡμᾶς εὐνοίας γλυκύ σου καθέστηκε καὶ τὸ σύμβολον, καὶ μιμεῖται τὴν γνώμην τὸ δῶρον τῷ μέλιτι συμπλεκόμενον. λόγων γὰρ γενόμενος ἐραστὴς καὶ τούτων ἐμφορηθεὶς ἔγνως ὡς μέγα δή τι χρῆμα φιλία συμπροϊοῦσα τῷ χρόνῳ καὶ μὴ τῇ διαστάσει δεχομένη τὴν λήθην. ὅθεν σε καὶ πρὶν ἐπαινῶν νῦν ἔτι πλέον τεθαύμακα, ὅτι καὶ μὴ παρὼν καθέστηκας παραπλήσιος. ἀλλά μοι πρᾶττε καλῶς καὶ τῶν νόμων ἐμφοροῦ καὶ γένοιο δὴ θᾶττον, ἵνα τι καὶ λέξω ποιητικόν,

πατρί τε σῷ μέγα χάρμα πόληΐ τε παντί τε δήμῳ.

XXIX. Macario.

Tuæ erga nos benevolentiæ gratum fuit signum atque animi tui sententiam repræsentat donum melle permixtum. Litterarum enim cultor eisque imbutus cognovisti, quam eximia res esset amicitia, quæ una cum tempore procederet, neque intervallo obnoxia fieret oblivioni. Quare quum antea iam te laudarim, nunc adhuc magis admiror, quod etiam absens tui te præbes similem. Sed tu mihi vale ac satiare legibus, brevique evade, ut ea versu utar,

patri tuo magnum gaudium et urbi et universo populo.

λ'. Στεφάνῳ.

Ἥσθην δεξάμενος τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν, ὃν ἡδόμην ἀεὶ τῇ μνήμῃ λαβών, τοῦτον διὰ τῶν γραμμάτων θεώμενος, εἴ γε τῆς ψυχῆς ὄντως εἰκόνες οἱ λόγοι. καὶ εἴ μοι δίδως εἰπεῖν μείζων ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐδόκουν γενέσθαι, σκοπῶν ὡς με φίλων ἐγκαταλέγεις χορῷ καὶ λόγος ἐμοῦ παρὰ σοὶ καὶ γραμμάτων ἄρχεις προκαλουμένων τὰ παραπλήσια. δι' ὧν δέ με θαυμάζειν ἐδόκεις, σαυτὸν ὁρᾶν παρεῖχες τοῖς γράμμασι, δι' ἐμοῦ μέσου τὰ σαυτοῦ διηγούμενος. ὥστε με μειδιῶντα λέγειν πρὸς ἐμαυτόν, « ὡς ἀληθεῖς οἱ λόγοι, νὴ τοὺς θεούς, εἰ περὶ τοῦ γεγραφότος ἐλέγοντο. » νυνὶ δὲ λέγων ἐλάνθανες οὐχ οἷος ἐγώ, ἀλλ' οἷον εἶναί με δεῖ

XXX. Stephano.

Epistola vestra allata magnopere lætatus sum, quum, cuius memoriam lætus semper colui, eundem per litteras iam conspicerem, siquidem animi imagines revera sunt sermones. Et si mihi permittis dicere, maior quam pro mea fortuna videbar esse, considerans te in amicorum numerum me referre, meique rationem a te haberi, atque litteras te mittere primum, quæ similes requirant. In quibus autem me admirari videbare, te ipsum conspiciendum præbuisti litteris, meo sub nomine enarrans tua, ut ego subridens ad me ipsum dicerem, « quam vera, per deos, hæc essent verba, si de ipso, qui scripsit, dicta essent. » Nunc vero te fugit, quod me non qualis essem, sed qualem oporteat esse, ut tales laudes merear, descripsisti.

τοιούτων ἐπαίνων τευξόμενον. πολλὰ δέ σοι κἀγαθὰ γένοιτο καὶ σπουδῆς ἕνεκα καὶ τρόπων πραότητος καὶ μνήμης εὐνοίας, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ μὴ παρὼν καθέστηκας παραπλήσιος.

λα'. Παγκρατίῳ.

Οἱ τὰς Σειρῆνάς ποτε παραπλέοντες καὶ τὰ μέλη ταῖς ἀκοαῖς ἀρυόμενοι οὐ πατρίδας ἐπόθουν, οὐ παίδων ἀνεμιμνήσκοντο, πάντα δὲ πάσχειν αὐτοῖς ἐδόκει καλὸν ἢ τούτων ἀπαίρειν, ὧν τῆς ἡδονῆς ἐπειράθησαν. ἡμεῖς δὲ τῆς σῆς μούσης ἄκρῳ φασὶ δακτύλῳ γευσάμενοι οὕτως ὅλῳ πόθῳ πρὸς αὐτὴν ἐβακχεύσαμεν, ὡς μηδὲ μικρὸν ἀπεῖναι ταύτης αἱρεῖσθαι, κἂν ἀνάγκη διεστάναι τοῖς σώμασιν. ἀναγομένοις δὲ ὑμῖν τῇ διανοίᾳ συνανηγόμεθα καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου νῦν οἰκοῦμεν, τὸ σὺν ὑμῖν εἶναι τῇ φαντασίᾳ πλαττόμενοι. τοιαύτην μοι γνώμην ἐναποτίκτουσιν Ἔρωτες. κἂν πρὸς ὀλίγον ἀνενεγκὼν ἐν ἐμαυτῷ πάλιν γένωμαι, τοῖς σοῖς ἐπεντρυφῶ διηγήμασι, καὶ πάντες ἀνὰ μέρος τὰ ὑμέτερα μνημονεύουσιν, ὁ μὲν τοῦ λόγου τὸ ἥμερον, ὁ δὲ τῶν τρόπων τὸ σεμνόν, ἄλλοι γλυκὺν προσωνόμασαν, ὁ δὲ τῆς γνώμης λέγει τὸ μέτριον, ὁ δέ σε φέρειν ἐπὶ τῆς γλώττης εἶπε τὰς Μούσας, καὶ πᾶς τις φιλονεικεῖ φθάσαι τοὺς ἄλλους μόνος τὰ σὰ διηγούμενος. σὺ δὲ γράφε τὴν ἀπουσίαν θεραπεύων τοῖς γράμμασι καὶ τὸν φέροντα τὴν ἐπιστολὴν ἡδέως ἰδεῖν καταξίωσον.

λβ'. Νηφαλίῳ.

Ὅσον ἡμῖν πάλαι τὸν θυμὸν ἐπαφῆκας τοῖς γράμμασι, τοσοῦτον νῦν χρηστότητι τὰς ἡμετέρας ἐλπίδας ἐνίκησας. τὸ γὰρ διορθοῦσθαι τὰ φθάσαντα καὶ παραμυθεῖσθαι τὸν εἰς φιλίαν ἀδικεῖσθαι πειθόμενον πῶς οὐ σοφοῦ τὴν γνώμην ἀνδρὸς καὶ τὸ λυποῦν θεραπεύειν εἰδότος; ἕν με μόνον τῶν ὑμετέρων ἠνίασεν, εἰ τοσοῦτον ἐμὲ πεπονθέναι δοκεῖς, ὡς καὶ δώρων δεῖσθαι μεταβαλλόντων τὴν γνώμην, ὥς που καὶ Ἀγαμέμνων τὸν Θετταλὸν στρατιώτην. πλὴν καὶ τὰ δῶρα δέχομαι προθύμως, οὐ ταῦτα ζηλώσας μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ πεπομφότος προαίρεσιν. ὁ δὲ φέρων τὴν ἐπιστολὴν τῆς ὑμετέρας εὐνοίας δεόμενος τυγχανέτω ταύτης ἐν οἷς αἰτῶν οὐ λυπεῖ.

λγ'. Ἰωάννῃ.

Δέδεγμαί σου τὴν φίλην καὶ γέμουσαν ὄντως ἀφροδίτης ἐπιστολήν, τῆς μὲν μακρᾶς σιωπῆς σωκρατικῶς αἰτιωμένην ἡμῖν τὸ δαιμόνιον, τὸν δὲ χαμαὶ κείμενον ἐμὲ καὶ πρὸς ὕψος ἀρετῆς ἀναβλέπειν οὐκ ἔχοντα καὶ τί γὰρ ἕτερον ἢ σοφιστήν, ὡς ἂν αὐτὸς ἐπισκώψειας, εἰς αὐτὴν φιλοσοφίαν τοῖς ἐπαίνοις ἀνάγουσαν, μᾶλλον δὲ τὴν ἀκοὴν ὑποσυρομένην, ὅπως κλαπεῖσα τοῖς μηδὲν προσήκουσιν ἐπαίνοις, ἀνάσχοιτο πρᾴως κατηγορουμένης ῥητορικῆς καὶ φέροι τὰ συν-

Sed multa tibi bona contingant quum propter studium tuum, tum propter morum suavitatem et amoris memoriam, quodque summum est, quod et absens tui te præbes similem.

XXXI. Pancratio.

Qui Sirenes præternavigabant, suisque ipsarum cantum hauriebant auribus, non patriæ desiderio tenebantur, non liberorum recordabantur, sed omnia pati malebant quam discedere ab eis, quarum voluptatem experti erant. Nos vero tua Musa summo quod aiunt digito gustata sic omni cupiditate ei inhiamus, ut ne paullulum quidem ab ipsa abesse velimus, etsi necesse sit corporibus distare. Itaque solventibus vobis cogitatione una solvebamus, et iam Alexandri urbem habitamus atque vobiscum esse mente fingimus. Talem mihi sententiam ingenerant amores. Et si paullisper relaxatus ad me ipsum redeam, eis quæ de te narrantur heluor, atque omnes ex ordine vestras res commemorant, alius sermonis facilitatem, alius morum gravitatem, alii suavem appellant, alius moderationem laudat animi, alius te Musas in lingua ferre dicit, et quivis reliquos studet antevertere, ut solus tuas res possit enarrare. Tu vero scribe absentiam tuam sanans litteris, atque eum, qui hanc fert epistolam, dignum habe quem benigne adspicias.

XXXII. Nephalio.

Quantum olim iræ per litteras in me coniecisti, tantum nunc probitate nostram exspectationem superasti. Nam præterita corrigere et consolari eum, qui pro benevolentia sua iniuria affectus sibi videtur, quomodo hoc non prudentia sit viri atque talis, qui curare sciat contumeliam? Hoc uno tantum ægre mihi fecisti, quod tantum me passum arbitraris, ut vel muneribus opus habeam, quæ in alium mentem me adducant, ut et Agamemno Thessalum militem. Nihilo minus oblata dona prompto animo accipio, non tanti hæc ipsa quam eius qui misit voluntatem faciens. Qui vero hanc fert epistolam vestræ benevolentiæ indigens, dum petitione sua non molestus sit, compos eius fiat.

XXXIII. Ioanni.

Accepi amicam tuam et plenam revera Veneris epistolam, quæ diuturni silentii Socratico more dæmonium nostrum accusat, me vero humi iacentem et ad virtutis sublimitatem respicere non valentem et quid aliud quam sophistam, ut ipse illudas, ad ipsam philosophiam laudibus adducit, immo aures fallit, quo laudibus elusæ nihil ad se pertinentibus moderate ferant rhetoricam accusare et consuetas illas tolerent cantilenas, politicæ partis si-

ἤθη ταῦτα δὴ τερετίσματα, τὸ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον καὶ τὸ δήμοις ὁμιλεῖν καὶ ὅσα δὴ παιζόντων ἐθέλουσι λόγοι· οὐ γὰρ εἴποιμι φθονούντων αἰδοῖ φιλοσοφίας καὶ Πλάτωνος. καὶ αὐτὸς δὲ οἶμαι περὶ τῆς τέχνης, ὦ σοφώτατε, τἀναντία φρονῶν σκωμμάτων ὡς ἔοικε χάριν ὄνου φασὶ σκιὰν ἐγκαλεῖς Θρασυμάχους ἡμῖν καὶ Πώλους ἐπεισκυκλῶν καὶ ὅσα δὴ Πλάτωνος ἀνεπλάσαντο χάριτες. ἀλλὰ παῦσαι λοιπόν, ὦ λῷστε, τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἀγορεύων κακῶς, εἰ δὲ μή, — ἀλλ' εἰς ἀμείνω καιρὸν ἐπέχω τὴν ἀπειλήν.

λδ'. Διοδώρῳ.

Τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐντυχὼν παλαιᾶς εὐδαιμονίας ἀφικόμην εἰς μνήμην, τὸν Νεῖλον ἐκεῖνον καὶ τὴν παρ' αὐτῷ τῆς ὑμετέρας θέας ἀπόλαυσιν τῇ διανοίᾳ τυπούμενος, καί μοι δακρύειν ἐπῆλθε τὴν τῆς τύχης ῥοπὴν ὡς ἄνω καὶ κάτω στρεφομένην. νῦν μὲν συνάγει τοὺς ἀνθρώπους ὡς οὐκ ἄν τις ἐλπίσειε, νῦν δὲ πάλιν διίστησιν οὓς παρ' ἐλπίδα συνήγαγεν. ἀλλὰ σοφόν τι πρὸς αὐτὴν ἐμηχανήσαντο φάρμακον, ἐπιστολαῖς ἀνακοινοῦντες τὸν πόθον καὶ τὴν παρουσίαν τρόπον τινὰ τοῖς γράμμασι μηχανώμενοι.

λε'. Τῷ αὐτῷ.

Τοῖς περὶ φιλίαν ἐσπουδακόσιν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι τὴν εὔνοιαν καὶ τὸ ταῖς τῶν συνήθων χρείαις ὑπουργεῖν ἑτοιμότερον, τὸ δὲ καὶ προσαναλίσκειν οἴκοθεν οὔτ' ἄλλως δίκαιον οὔτε τῷ δεξαμένῳ τὴν χάριν καλόν· ὁ γὰρ ἅπαξ ζημιωθεὶς περὶ δευτέραν χρείαν καθέστηκεν ὀκνηρότερος. ὅπερ εἰ καὶ μὴ πάθοιτε νόμῳ φιλίας ἀεὶ βεβαιούμενοι, ἀλλ' οὖν ἐγὼ τοῦ γράφειν ὑπὲρ τῶν δοκούντων ὑπ' αἰδοῦς ἀνακόπτομαι. ὅθεν εἴ με βούλεσθε τῇ πρὸς ὑμᾶς παρρησίᾳ χαίρειν ἀεί, οὐκ ὀκνήσετε χρέος λαβεῖν ὀφειλόμενον.

λϛ'. Σωσιανῷ καὶ Ἰουλίῳ.

Οἷά μοι συνέβη δεξαμένῳ τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν, οὐ χεῖρον πρὸς ὑμᾶς διηγήσασθαι. πρῴην γάρ τις τὰ οὐράνια σοφὸς εἶναι βουλόμενος καὶ τέχνην ἔχων, ὡς ἔλεγεν, ἐκ τῶν ἀστέρων προλέγειν τὰ μέλλοντα, περιτυχὼν ἐξαίφνης ἐμοὶ καὶ θεὶς ἐπὶ δακτύλων τὴν ψῆφον, « ὡς εὐτυχής » φησίν « ὑπάρχων ἐλάνθανες· μέγα τί σοι καὶ λαμπρὸν ὅσον οὔπω παρ' ἐλπίδα γενήσεται. » ἐγὼ δὲ τούτων ἀκούσας τὸν Πλοῦτον ἐφανταζόμην αὐτόν, ἀξιωμάτων ἔγεμον τὴν διάνοιαν καὶ τῆς ἐν ἐλπίσι τύχης σοβαρωτέραν εἶχον τὴν γνώμην. ὡς οὖν οὕτως ἔχοντί μοι προσιών τις ἐπεδίδου τὰ ὑμέτερα γράμματα, « τοῦτο » ἔφην « ἐκεῖνο, προῆλθεν εἰς ἔργον ὁ λόγος· χρηστὰ γάρ μοι μαθόντες μηνύειν πρὸ τῶν ἄλλων ἐπείγονται. τί γὰρ ἂν καὶ παθόντες οὕτω νῦν παρ' ἐλπίδας ἐπέστελλον; » ὡς δὲ τοῖς ἔνδον ἐντυχὼν κάλαμον ἀνέγνων ἀπόβλητον καὶ ἐμπορίαν ἀτιμοτάτην, « ἰοὺ ἰού » πρὸς ἐμαυτὸν ἔφην, « παρ' ἐλπίδας εὐτύχηκα.

mulacrum et cum populis commercium et quicquid sermones solent ludentium, ne dicam invidentium philosophiæ reverentia et Platonis. Et tu ipse, opinor, de arte licet, o sapientissime, aliter existimes, ioci ut videtur caussa asini, quod aiunt, umbram exprobras, Thrasymachos nobis atque Polos obiciens et quicquid Platonis finxere gratiæ. Sed desine in posterum, o bone, rerum maximis maledicere, sin minus, — at in opportunius tempus reservo minas.

XXXIV. Diodoro.

Quum vestras litteras legissem, in pristinæ felicitatis recordationem incidi, Nilum illum et apud ipsum vestri adspectus voluptatem animo recolens, nec facere potui quin fortunæ deplorarem vicissitudinem ut sursum ac deorsum inclinantem. Modo coniungit homines, quemadmodum nemo speraverit, modo disiungit quos præter spem coniunxerat. At sapiens aliquod in eam commenti sunt remedium, epistolis desiderium impertientes et præsentiam quodammodo litteris machinantes.

XXXV. Eidem.

Eis qui amicitiæ operam dant, sufficere arbitror benevolentiam et necessariis rebus inservire, insuper autem impendere de suis neque omnino iustum est, neque ei qui beneficium accipit honestum : nam qui semel damnum fecit, ad officium iterum præstandum tardior evadit. Quod etiamsi vobis non accidat amicitiæ lege semper confirmatis, attamen ego de eis quæ mihi videntur scribere pudore prohibeor. Quare si me vultis loquendi apud vos libertate semper gaudere, non dubitabitis æs alienum vobis debitum recipere.

XXXVI. Sosiano et Iulio.

Quæ vestra epistola allata mihi acciderint non abs re fuerit vobis enarrare. Nuper enim quidam cœlestium rerum peritus sibi visus et artem habens, ut aiebat, ex astris futura prædicendi, subito obviam mihi factus, perque digitos calculis subductis « quam sis fortunatus » inquit « nescis. Magnum quiddam et splendidum brevi spatio tibi præter spem continget. » Ego vero his auditis Plutum somniabam ipsum, honoribus videbar mihi abundare, animaque eram fortuna in spe posita insolentiore. Quum igitur mihi sic affecto vestras quidam litteras redderet, hoc aiebam illud : « ad effectum perducta est oratio. Fausta enim mihi nuntiare præ ceteris certiores facti properant. Quam enim aliam ob caussam nunc ita præter spem litteras mitterent ? » Quum vero inspectis ipsis arundinem invenissem abiectam et mercem vilissimam, « eheu » ad me ipsum dicebam, « præter spem secus res mihi cecidit; quod aiunt ab equis ab

τὸ δὴ λεγόμενον ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν. πάντα μὲν οἴμοι καινίζειν οἶδεν ἡ τύχη, ἀλλ' οὔποτ' ἂν ἤλπισα καλάμων γενέσθαι πατὴρ ὑπὸ καλύβῃ καθήμενος. ταῦτά μοι Ζεὺς ὡς ἔοικεν ἀνατέλλων χαρίζεται. » καὶ γέλως διὰ τῶν ἀκουόντων ἐπέτρεχεν ἐπ' ἐμοὶ καὶ « δέχου τὸν ἄνδρα » φησί « καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ. »

λζ'. Διοδώρῳ.

Σὺ μὲν ἡμῶν σκώπτεις τὴν σιωπήν, ἐγὼ δέ σου τὴν ἀλαζονείαν φέρειν οὐκ ἔχω, δι' ἣν ἴσως οἴει τις εἶναι σεμνός, ἣν ἡμῖν διὰ πλείστου φανῇς, καί που λόγον πολλάκις ἐμβάλῃς ἡμῖν. « πότε πρὸς ἡμᾶς ὁ καλός, ὁ τὴν θέαν ἡδύς, ὁ τὰς Σειρῆνας ἀποκρύπτων ταῖς ἡδοναῖς, ὁ τὴν πατρίδα παρορῶν, ἵνα σώσῃ τὴν Καίσαρος; » τοιαῦτα λογοποιεῖν ἡμᾶς ἡγῇ τῇ μελλήσει κατατείνων ἀεί, καὶ παρὰ σαυτῷ πάντως γνωμολογεῖς, ὡς τὸ σπάνιον ἀεὶ τοῖς ζητοῦσιν ἐπιτείνει τὸν πόθον. ὅθεν ἡμᾶς παρορᾷς, καὶ οὐ τοῦτο δεινόν, καίπερ ὂν τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὰς πατρίους πανηγύρεις ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιῇ. ἀλλὰ πολλάκις ἐμβαλὼν ἐλπίδας ὡς ἥξεις, εἶτα πάλιν ἀνέδυς καὶ διεψεύσμεθα. ὥστε δέδοκται καὶ πρεσβείαν πέμπειν ἡμᾶς καὶ καλεῖν τὸν εὐεργέτην· οὕτω γὰρ χαίρεις λεγόμενος. ἀλλὰ φάνηθι μόλις, ὦ λῷστε, τὴν μεθ' ἡμῶν ἐπιτελέσων πανήγυριν. εἰ δὲ τὴν πρεσβείαν περιμένεις, ὥρα σοι καταμένειν ἐκεῖ· τῶν γὰρ καλούντων οὐδείς.

λη'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Ὡς πικρὰ τὰ καθ' ἡμῶν τῆς τύχης βουλεύματα καὶ πρὸς δεινῆς ἀρκοῦντα τραγῳδίας ὑπόθεσιν. οὔπω παίδων οἰκτίστου τάφου πεπαύμεθα, καὶ τὴν τεκοῦσαν ἐξαίφνης ἐφέλκεται (ἐκείνῃ μὲν ἴσως δρῶσα καθ' ἡδονήν, εἰ παισὶ φιλτάτοις προσέθηκεν, ἡμῖν δὲ πάθη συνάπτουσα πάθεσι καὶ τάφῳ τάφον ἐργαζομένη βαρύτερον), καὶ τῆς μητρὸς ἀπεστέρησεν οἴμοι παιδάρια ἔτι τῆς μητρῴας ἐξηρτημένα θηλῆς. δακρύων ὄντως ταῦτα καὶ σκηνῆς ἐπέκεινα πάθη, καὶ οἷα βεβαιῶσαι μῦθον ὡς γυνὴ δυστυχὴς ἐξ ἀνθρώπου λίθος ἐγένετο· ἦν γάρ, ὡς ἔοικε, Φρυγία καὶ βάρβαρος, καὶ πρὸς τὸ τῆς τύχης πῶμα τοῖς ἐκ φιλοσοφίας φαρμάκοις οὐ προκατείληπτο τὴν ψυχήν. οἷα δὴ τὸν μέγαν ἐκεῖνον Ἀναξαγόραν λόγος, προσαγγείλαντος αὐτῷ τινὸς τοῦ παιδὸς τὴν ἄωρον τελευτήν, εἰπεῖν εὐθέως ὡς δὴ παρεσκευασμένον ἐκ πολλοῦ καὶ μηδὲν μέγα παθόντα πρὸς τῆς ἀκοῆς, ὡς « ᾔδειν κἀγὼ θνητὸν γεννήσας. » καὶ οἶμαί γε τοῖς εἰρημένοις τεκμαιρόμενος, ὡς, εἰ καὶ τὸ γύναιόν τις ἀπήγγειλεν ἐπὶ τῷ παιδὶ κεῖσθαι, πάντως ἂν προσέθηκεν ὡς « ᾔδειν καὶ θνητῇ συνοικῶν. » ὅθεν ἐπαινῶ τοὺς πρώτους τραγῳδίαν εὑρόντας, ὅτι καταμαθόντες τὴν τύχην ἄνω καὶ κάτω κυκῶν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα τὴν σκηνὴν ἡμῖν ἐπενόησαν, ἀλλοτρίοις εὖ μάλα κακοῖς τὰς τῶν οἰκείων προκαταλαμβάνοντες

asinos descendimus. In omnibus heu mihi ad res novas prona est fortuna, sed nunquam sperassem me arundinum patrem futurum, sub tugurio sedens. Hæc mihi Iuppiter, ut videtur, emittens largitur. Atque ab iis qui audiebant risus in me oriebatur et « accipe virum » dicebant « atque avem dei. »

XXXVII. Diodoro.

Tu nostrum silentium derides, ego vero tuam insolentiam ferre nequeo, qua fortasse gravem te videri putas, si nobis per longissima intervalla te conspiciendum præbes et loquendi de te interea sæpe numero nobis occasionem inicis. « Quando redibit ad nos formosus ille, adspectu suavis, qui Sirenes voluptatibus obscurat, qui patriam contemnit, ut servet urbem Cæsaris? » Eiusmodi sermones iactare nos existimas, cunctando usque nos torquens, et omnino sic apud animum tuum statuis, raritatem semper quærentibus desiderium augere. Hinc nos negligis, neque hoc est grave, licet eiusmodi sit, verum et patrios conventus prorsus nihil curas, sed spe sæpe facta, te venturum esse, mox iterum aufugis, nosque falsi sumus. Quare visum est etiam legationem mittere et bene meritum vocare : hoc enim gaudes nomine. Sed adsis tandem, o bone, ad conventum nobiscum celebrandum. Sin vero legationem exspectas, commodum ibi manebis : nemo enim vocabit.

XXXVIII. Gessio iatrosophistæ.

Quam acerba sunt in nos fortunæ consilia, quæ vel ad gravissimæ tragœdiæ sufficere possint argumentum. Nondum a puerorum miseranda sepultura requievimus, quum iam et matrem attrahit, illi fortasse gratum faciens, quod carissimis liberis apposuit, nobis vero dolorem dolore cumulans et sepulcro sepulcrum gravius superinstruens. Ac matre proh dolor infantes spoliavit adhuc a materna mamma dependentes. Lacrimas revera et scenam superantia hæc mala sunt, quæque fidem fabulæ faciant, qua mulier infelix ex homine sit in lapidem conversa : erat enim Phrygia, ut videtur, atque barbara, et adversus fortunæ potionem non philosophiæ remediis præmuniverat animum, quemadmodum magnum illum Anaxagoram, quum intempestivam filii ei mortem aliquis nuntiasset, tanquam multo ante præparatum nec vehementer commotum nuntio dixisse aiunt « sciebam etiam me mortalem genuisse. » Quibus ex verbis coniecturam faciens arbitror, si etiam uxorem nuntiasset aliquis post puerum iacere mortuam, omnino additurum eum fuisse, « sciebam me mortalem in matrimonium duxisse. » Quamobrem laudo eos, qui primi tragœdiam invenere, quod quum sursum deorsum versare humanas res fortunam cognovissent, scenam nobis excogitarunt, alienis malis pulcherrime domesticorum calamitatibus

συμφοράς. τί γὰρ δεινὸν ἐν ἡμῖν, ὃ μὴ φθάσας ὁ χρόνος ἀπέδειξε; τί δ' ἂν γένοιτο καινόν, ὃ μὴ πρὸς εἰκόνα παραπλησίαν ἀνάγεται; ἀλλ' εἴ γε φίλον ἡμῖν τῆς τύχης ὀφθῆναι κρείττοσι, πρὸς τὸν τῆς συνήθους φιλοσοφίας ὅρμον ὑποδραμούμεθα, τίνες τέ ἐσμεν σκοποῦντες καὶ πόθεν ἀφίγμεθα, καὶ τίνες ἄρα τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων οἱ λόγοι, καὶ ὡς δεθέντας λυθῆναι δεῖ πάντως, ὁπηνίκα δόξει τῷ δήσαντι, καὶ ἀποθέσθαι τὸ προσωπεῖον, ὅπερ ἡμῖν ὁ τοῦ μεγάλου δράματος περιτέθεικε ποιητής· τοῦτο γὰρ ὄντως ἡ τοῦ σαυτὸν γνῶθι παραίνεσις. τοῦτο σὸν ἔργον, ὦ σοφώτατε, καὶ τοὺς τῆς προνοίας ὡς οἶμαι λόγους συνεχῶς ἀνελίττοντος καὶ τοῖς σοφίας ἀμυήτοις καρτερίας σαυτὸν παρεχομένου παράδειγμα. ὅθεν εἰς ἑαυτοὺς ἐπανέλθωμεν, « ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι, λέγοντες καὶ τὸ « θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ. » ταῦτα γὰρ σκοπῶν σαυτοῦ τε δράσεις ἄξια καὶ τὸ θεῖον παρασκευάσεις εὐμενέσι ποτὲ τὰ καθ' ἡμᾶς ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς.

præludentes. Quid enim dirum est in nobis, quod non antea tempus iam ediderit, quidve novum accidat, quod non ad simile exemplum referatur? Sed si curæ nobis est, ut fortuna superiores esse videamur, ad solitæ philosophiæ portum confugiamus, et qui simus considerantes et unde venerimus et quæ sint rerum nostrarum rationes, et vinctos nos solvi omnino oportere, quum ei qui vinxit visum fuerit, et deponendam esse personam, quam nobis magni huius dramatis poeta induit. Hæc enim vera est vis præcepti illius, nosce te ipsum. Hoc tuum officium, sapientissime, ut providentiæ opinor rationes evolvas continenter et sapientiæ expertibus patientiæ exemplum te ipsum præbeas. Quare ad nos ipsos redeamus, « sed quid agamus » dicentes atque illud « deus ad finem perducit omnia. » Hæc enim considerans et te ipso dignum te præstabis et efficies, ut numen divinum benignis nostras res adspiciat oculis.

λθ'. Διοδώρῳ.

Δέδεγμαί σου τὰς καλὰς ἰσχάδας καὶ κρείττους οἶμαι τῶν Ἀττικῶν, δι' ἃς φασιν ὁ μέγας ἐκεκίνητο πόλεμος, ὅτε βασιλεὺς ἐπῄει γῆν ἐπεμβάλλων θαλάττῃ καὶ διατέμνων ὄρος εἰς θάλατταν, δέδεγμαι δὲ καὶ ὑποδήματα καὶ λίαν καλά. πλὴν ἀλλ' οὐ ξυμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμῶναι πρὸς ῥόδα· ἀσταφὶς γὰρ μακρὰ καὶ συμμέτρῳ στύψει τὴν ἐμφυτον παραμυθουμένη γλυκύτητα ποίων μὲν ἰσχάδων Ἀττικῶν ποίων δὲ πλακούντων, ἐφ' οὓς ἀεὶ τὴν γλῶτταν προτείνεις, οὐ κρείττων καθέστηκε; πέπομφα δὲ καὶ στρουθοὺς ἐξ ἅλμης ἀδηφάγου γαστρὸς παραμύθιον. ἆρ' οὐ κρείττω πολλῷ τὰ ἡμέτερα; πᾶς ἄν τις οἶμαι τένθης φήσειε δικαστής. πλὴν ἴσως τὰς μελλούσας βλαύτας ἐρεῖς. ἐγὼ δὲ κέχηνα μὲν πρὸς αὐτάς· ἐπειδὰν δὲ πέμψῃς, — ἀλλ' οὐ βούλομαι λέγειν οἷα δὴ καὶ σκώπτειν πειράσομαι.

XXXIX. Diodoro.

Accepi pulchras caricas et præstantiores opinor atticis, propter quas magnum bellum aiunt motum est, quum rex invasit terram iniciens mari et montem mari tenus intersecans. Accepi et calceos pulcherrimos ipsos quoque. At non conferri possunt rubus caninus neque anemona cum rosis. Nam passa uva longa et modica constrictione dulcedinem insitam temperans quibusnam caricis Atticis, quibusque placentis, quas tu exserta lingua liguris semper, non est præstantior? Misi et passeres de salsugine voracis ventris solatium. Sane nostra multo esse meliora quivis gulosus iudex opinor affirmabit, nisi forte de futuris crepidis dices. Ego vero his quidem impio, sed ubi miseris, — at nolo dicere, qualia iam propositum sit ludere.

μ'. Δωροθέῳ.

Ἦν ἄρα τοῖς ποθοῦσιν ἔαρ οὐ καιροῦ μεταβολὴ καὶ ὥρας λαμπρότης καὶ χελιδόνες ᾄδουσαι καὶ γῆ ποικιλλομένη τοῖς ἄνθεσιν, ἀλλὰ παιδικῶν φωνὴ χειμῶνα σιγῆς τῇ τῶν ἐρώντων ψυχῇ παρενοχλοῦντα πρὸς εὔδιον ἀκοὴν μεταβάλλουσα. τοιοῦτός τις πέφηνας κρείττω πάσης ἡδονῆς τὰ γράμματα χαρισάμενος. ὡς ὅ γε παριππεύσας χειμὼν ἐπῆλθε μὲν τῇ φύσει πολύς, σοῦ δὲ σιγῶντος ἔδοξε δυσχερέστερος.

XL. Dorotheo.

Est quidem amantibus ver non temporis vicissitudo et cœli splendor et hirundines canentes, terraque floribus ornata, verum amasii vox, silentii hiemem amantium animo molestam in serenam convertens auditionem. Talis visus es omni voluptate superioribus gratificandis litteris. Nam multa ingruit quæ modo præteriit natura sua hiems, te vero tacente visa est immanior.

μα'. Ὠρίωνι.

Τοὺς ἀγαθοὺς τῶν φίλων ἀπόντας μᾶλλον ἐλέγχειν οἶδεν ἡ πεῖρα. κρίσις γὰρ εὐνοίας οὐ τὰ παρόντα τιμᾶν· τοῦτο γὰρ ἔσθ' ὅτε ποιήσειεν ἄν τις, καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ὁ τῶν ἀγαθῶν τὸ πρόσωπον περικείμενος ὃ

XLI. Orioni.

Bonos amicos absentes magis probare solet usus; iudicari enim de benevolentia nequit, si præsentia colas. Nam hoc interdum faciat aliquis, velut in scena is, qui bonorum partes agit, id quod ipsi deest ementitur. Sin vero quis

μὴ πέφυκεν ὑποκρίνεται. εἰ δέ τις τῷ τόπῳ διεστὼς εἰς ἓν χωρεῖ τῇ σπουδῇ καὶ τῇ γνώμῃ συνάπτεται, οὗτος ἐκεῖνος ὁ φιλίας νόμον περιστέλλειν εἰδώς. τοιοῦτος ἡμῖν προῆλθες, ἀρετῇ τῶν δευτέρων τὰ φθάσαντα παρελθών. εἰ δὲ καὶ πατέρων εἰκόνες οἱ παῖδες, εἰκότως ἄρα με καὶ φήμη κομίζει μετάρσιον διὰ παιδὸς ἀγαθοῦ σμικρὸν πατέρα μείζω ποιοῦσα δοκεῖν καὶ πανταχοῦ, καθάπερ ἔφης, ταῖς πόλεσι παραπέμπουσα. ἀλλά μοι περιέποις τὴν ἀρετήν, ἣν παρ' ἐμοὶ τῶν λόγων, τὴν αὐτὴν ἔχειν περὶ τοὺς νόμους σπουδὴν καὶ φύσιν ἐπιδεικνύμενος.

loco disiunctus in unum studio tendit et animo conspirat, hic est ille qui amicitiæ legem novit conservare. Talis tu nobis prodiisti, qua nunc es virtute priora tua de me merita longe superans. Sed si patrum etiam imagines sunt liberi, merito sane me et fama sublimem fert, dum per filium probum maiorem exiguo patri auctoritatem conciliat et ubique eum, ut aiebas, civitatibus committit. Sed mihi hanc virtutem cole, eandem, quam apud me in dicendo, circa leges quoque præ te ferens diligentiam atque facultatem.

μβ'. Κυριακῷ.

Τὰ μὲν σὰ δῶρα τοιαῦτα, τὰ δὲ ἡμέτερα κἂν αὐτὸς ἐπαινέσειας οὕτω τῇ γαστρὶ χαριζόμενος. λίχνος γάρ τις ὢν καὶ τὸ γαστρίζεσθαι μελέτην πεποιημένος καὶ βρώμασι τὴν εὐδαιμονίαν μετρῶν, εἴ πού τι θηράσαις ἡδύ, προτείνεις εὐθέως τὴν γλῶτταν, καθάπερ τις Αἴας τὴν μεγάλην ἀσπίδα. καὶ μάρτυς ὁ καιρός, ἐν ᾧ πλακοῦντα παρ' ἑτέρων ὑφήρπασας, ὅλον εὐθὺς παραπέμψας τῷ στόματι.

XLII. Cyriaco.

Tua quidem dona eiusmodi, nostra vero et ipse laudes qui tantopere ventri es deditus. Etenim quum sis gulosus et curando ventri operam des, cupediisque metiaris felicitatis magnitudinem, si quid suave odoraris, linguam statim proicis velut Aiax aliquis magnum scutum. Testatur mihi tempus, quo quam placentam aliis surripuisti, totam repente in os tuum immisisti.

μγ'. Παγκρατίῳ.

Οὕτω παρορᾷς τοὺς ποθοῦντας; οὕτω τῆς γλώττης ἐπέχεις τὰ νάματα; ἀλλ' ἐμοὶ καὶ διαγράφει τὴν ὑμετέραν θέαν ὁ πόθος, καὶ νῦν ἔγνων ὀνειροπολεῖν ἐγρηγορότος τοῦ σώματος. ἀλλὰ δίδου σαυτὸν μέχρι γοῦν γραμμάτων ἡμῖν· τοῖς γὰρ ποθοῦσι παραμυθία τὸ καὶ σμικρόν τι σύμβολον τῶν ἐρωμένων ἰδεῖν. μέμνησο δὲ καὶ τῶν λόγων ἐκείνων, ἐν οἷς ὑποσχέσεις ἦσαν ἢ θᾶττον ἐλθεῖν ὡς ἡμᾶς ἢ γράμμασι πυκνοῖς ἀνεπαίσθητον τὴν ἀπουσίαν ποιεῖν. νυνὶ δὲ κινδυνεύω γράφεσθαί σε παρὰ ταῖς Μούσαις, ὡς ὁ σοφὸς Παγκράτιος δεινὸς ἦν λέγειν ἃ μὴ ποιεῖν ἐλογίζετο.

XLIII. Pancratio.

Itane amantes aspernaris? Itane linguæ contines scaturiges? At mihi vestrum adspectum adeo adumbrat amor et iam novi vigilante corpore somniare. Sed da te nobis litteris certe tenus: amantibus enim solatium etiam exiguum videre signum amatorum. Ceterum et sermonum illorum recordare, in quibus promissiones inerant, fore ut aut cito ad nos redires aut litterarum frequentia absentiæ tuæ sensum tolleres. Nunc autem parum abest quin in ius te vocem coram Musis, quod sapiens Pancratius confidenter promiserit, quæ non exsequi statutum cum animo haberet.

μδ'. Σωζομένῳ.

Οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν ἡδονὴν ἐνεποίησεν ὁ σοφὸς Καισάρειος τὴν σὴν σπουδὴν ἀφηγούμενος· οἷα γὰρ χρηστὸς ἀνὴρ καὶ τοῖς λόγοις συντεθραμμένος ἀνεπίφθονον ἡμῖν καὶ καθαρὸν ἐδίδου τὸν ἔπαινον, μειδιῶν τε ἅμα καὶ συνηδόμενος ἐμοὶ τῆς γονῆς. ἐγὼ δὲ σὲ μὲν ἐμακάρισα τῶν ἐπαίνων, ἐκεῖνον δὲ τῆς προαιρέσεως, ἐμαυτὸν δὲ τῆς τύχης, εἰ τοὺς παρ' ἡμᾶς φοιτῶντας εὐδοκιμεῖν ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐμαρτύρησεν. ἀλλ' ἐπιδίδου πρὸς ἀρετὴν τῇ σωφροσύνῃ κοσμούμενος καὶ μειζόνων ἐπαίνων ὑποθέσεις δίδου τοῖς ἀπαγγέλλουσιν.

XLIV. Sozomeno.

Non mediocri voluptate nos affecit sapiens Cæsareus tuum enarrans studium: nam utpote probus vir et litteris educatus citra invidiam nobis atque sinceram laudem tribuebat, subridens simul et communi mecum ob talem prolem elatus gaudio. Ego vero felicem prædicavi te ob laudes, illum ob consilium, me ipsum ob fortunam, quod eis, qui mea disciplina usi sunt, vir bonus dixit testimonium. Sed profice in virtute modestia ornatus et maiorum laudum argumenta præbe renuntiantibus.

με'. Ἠλίᾳ ἐπισκόπῳ.

Πολλῶν ὄντων εἰπεῖν ἐξ ὧν ἄν τις τὰ τῆς τύχης τραγῳδήσειε παίγνια, μεταποιούσης ἀεὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τὰ ἡμέτερα καὶ μηδὲν ἑστάναι συγχωρούσης ἐπὶ τοῦ

XLV. Eliæ episcopo.

Quum multa dici possint, quibus fortunæ ludibria tragice aliquis decantet, ad arbitrium semper res nostras commutantis, nec quicquam suo habitu consistere pa-

σχήματος, ταῦτα μὲν σιωπήσω πρὸς ἄνδρα πάλαι κατεγνωκότα τῶν ἐπὶ γῆς καὶ τὴν τύχην νικῶντα δι' ὧν ὑπερορᾷ, μηδὲν ἐκείνης θαυμάζειν ἐθέλων· τοσοῦτον δὲ μόνον ὑπομνήσω, ὡς οὐδὲν οὕτως ἡμέτερον ὡς ἡμεῖς ἑαυτῶν. τί δὲ ἡμεῖς; οὐ σῶμα δήπου τοῦτό γε τὸ ῥευστόν, οὐδὲ χρημάτων ὕθλος, οὐδ' ὅσα τὴν ἰσχὺν παρασκευάζει τῇ τύχῃ, ἀλλὰ ψυχὴ λογικὴ δι' οὕστινας δὴ λόγους πεπεδημένη τῷ σώματι. ὅθεν οἱ φρονεῖν ἐγνωκότες τὰ δέοντα πᾶν ὁτιοῦν παρὰ ταύτην ἀπεσκευάζοντο ὥσπερ ἄχθος ἀλλότριον, μηδὲν πρὸς ἰδίαν οὐσίαν ταῦτα τείνειν ἡγούμενοι, καὶ οὐδὲν ἐποιοῦντο τῆς γνώμης ἐμπόδιον, οὐ σώματος αἰκισμόν, οὐ χρημάτων ἀποβολήν, οὐ καιροῦ δυσκολίαν, ἀλλ' εἰς ἑαυτοὺς ἀνατρέχοντες ἐλεύθεροί τε ἦσαν καὶ μίαν ηὐλαβοῦντο ζημίαν τῆς ἀρετῆς ἐκπεσεῖν καὶ χρημάτων πόθῳ καὶ φειδοῖ τοῦ σώματος ἐν ἀνδραπόδου λόγῳ τετάχθαι, τὸ κρεῖττον ἀναξίως ὑποβαλόντες τῷ χείρονι καὶ θαυμάζοντες ἄνδρας ὑβριστὰς πάντα μᾶλλον πλουτοῦντας ἤπερ αὑτούς. ὅθεν ὁ μὲν ὡς ἀλλοτρίῳ κεχρημένος τῷ σώματι τὴν ἐλευθέραν ἐκείνην φωνὴν « πτίσσε » λέγων « πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ Ἀνάξαρχον οὔποτε πτίσσεις », ὁ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐκβολὴν αὐθαίρετον ποιησάμενος « Κράτης » ἔλεγε « Κράτητα ἐλευθεροῖ. » ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα γενναίας ὄντως ψυχῆς, ἥτις ἑαυτῆς ἐστι πατοῦσα τὰς ἡδονὰς καὶ τοῖς καιροῖς οὐκ οἶδε συμμετατίθεσθαι. μέμνησο τοίνυν, ὡς Ἐπικτήτῳ δοκεῖ, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος οὗ ἂν ἐθέλῃ ὁ ποιητής· καὶ Πλάτωνι δέ που δοκεῖ, ὡς ὁ σοφὸς εὐδαίμων, κἂν πάντα δὴ τὰ μὴ ἐπὶ τούτῳ πράττῃ κακῶς. ἡνίκα γὰρ τὰ ἐφ' ἡμῖν εὐπραγῇ, τῶν ἔξωθεν δήπουθεν ὀλίγη φροντίς· ἑτέρῳ γὰρ ἐκεῖνα φέρεται ῥεύματι.

μς'. Κληδονίῳ.

Εὖγε τῆς ἐν τοῖς γράμμασι χάριτος καὶ γλώττης ἀκωλύτως ῥεούσης καὶ λέγειν δυναμένης ὅσα καὶ βούλεται. ὅπου γὰρ ἐμὲ τὸν μικρὸν ἐν λόγοις καὶ τὴν τέχνην μέχρι τοῦ σχήματος περικείμενον τοσοῦτον ἦρας ἄνω, ὡς ἀπορεῖν με λοιπὸν μή ποτε πρὸς ἄλλους γράφων εἶτά μου κατὰ λήθην προσηγορίαν ἐπέγραψας, τί οὐκ ἂν ῥᾳδίως εἴποις βουλόμενος; καί μοι δοκεῖς τοσοῦτον κεκινηκέναι τὴν γλῶτταν, δηλῶσαι θέλων ὡς ἀπαιτήσεις παρ' ἐμοῦ τὸ παιδίον οὕτω λέγειν δυνάμενον. ὅθεν μοι καὶ τοσοῦτον ἀγῶνα πεποίηκας, ὥστε μικροῦ δεῖν καὶ τὴν τοῦ διδάξειν αὐτὸν ἀνεδυόμην ὑπόσχεσιν, εἰ μή με λογισμὸς εἰσῆλθεν, ὡς τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν λαχὼν ἐκ τῶν εἰκότων ὁ νέος νικήσει τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν, τὸ λεῖπον ἐκ ταύτης οἴκοθεν παρεχόμενος. ὥστε σοι καιρὸς μὴ παρ' ἐμοῦ τὸ πᾶν ζητεῖν, ἵνα μὴ πρὸς τὰς εὐθύνας ἀπορῶν σιωπήσωμαι. τὴν δὲ πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν τοσαύτην κατεπαγγέλλομαι, ὅσην ἂν αὐτὸς παρέσχες, εἰ διδάσκων ἐτύγχανες· προσεφέλκεται γάρ με πρὸς ταύ-

tientis, hæc quidem silentio præteribo apud virum, qui iam pridem terrena condemnavit et fortunam contemptu vincit, nihil quod ab ea proficiscitur volens admirari, sed hoc tantum commemorabo, nihil tam esse nostrum quam nos ipsos. Quid autem nos? Non corpus sane illud fluxum, neque pecuniarum sordes, neque quicquid robur comparat fortunæ, verum anima ratione prædita, quibuscunque rationibus ad corpus adstricta. Quare qui sentire quod rectum est decreverunt, quicquid præter hanc est abiciebant quasi onus alienum, nihil ad propriam substantiam pertinere arbitrantes, neque ullum mentis impedimentum admittebant, non corporis supplicium, non pecuniarum amissionem, non temporum difficultatem, sed ad se ipsos recurrentes liberi erant atque unam cavebant pœnam, ne virtute exciderent et pecuniarum cupiditate parcendoque corpori in mancipiorum numerum redigerentur, indigne quod melius est deteriori postponentes et homines admirantes iniustos, qui omnium rerum facilius quam sui ipsorum sibi compararent potestatem. Hinc alius quasi alieno usus corpore liberam illam vocem emisit, « tunde, tunde Anaxarchi vasculum, ipsum enim nunquam tundes Anaxarchum, » alius sponte divitiis abiectis « Crates » aiebat « Cratetem in libertatem vindicat. » Hæc et similia revera generosæ sunt animæ, quæ sui ipsius conculcat voluptates, neque una cum temporis vicibus mutari solet. Memento igitur, ut Epicteto videtur, actorem te e se eius fabulæ, cuius poeta te esse velit, et Platoni quoque videtur, sapientem esse felicem, etiamsi omnia, quæ non sint in eius potestate, male cedant. Quum enim quæ nostra sunt bene cedunt, externa sane parum sunt curanda: diverso enim illa feruntur fluxu.

XLVI. Cledonio.

Macte litterarum et linguæ libere fluentis, quæque eloqui potest quicquid in mentem venit. Nam quum me tam exigua dicendi facultate præditum et nil nisi speciem quandam artis præ me ferentem ita extuleris, ut iamiam dubitem an forte ad alios scribens deinde per oblivionem meum nomen inscripseris, quid tu non facile si velis dicas? et mihi videris tantopere movisse linguam, quo filium ita dicendi facultate instructum te a me repetiturum declarares. Hinc mihi tantam anxietatem iniecisti, ut parum abesset quin instituendi eius promissionem revocarem, nisi cogitatio subiisset, patris ingenium sortitum iuvenem meam disciplinam haud dubie superaturum esse, id quod huic deesset domo secum afferentem. Itaque noli a me repetere omnia, ne in rationibus reddendis quomodo me expediam nesciens taceam. Benevolentiam vero erga eum tantam promitto, quantam

την ὁ νέος τῇ φύσει τὴν σπουδὴν ἐφάμιλλον παρεχόμενος.

μζ'. Γεσσίῳ.

Τῆς μέχρι νῦν, ὦ λῷστε, πρὸς τὸ γράφειν ὁρμῆς σωκρατικῶς εἰπεῖν δαιμόνιόν τι πέφηνεν ἐναντίωμα νοσήμασιν ἡμᾶς ἐξ ἄλλων ἄλλοις περιβάλλον, οἷα δὴ συμβαίνει τῆς παρούσης ἡμᾶς ἀπολαύειν ζωῆς. μυρίων γὰρ ὄχλος κακῶν τὸν τῶν ἀνθρώπων οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκληρώσατο βίον· καὶ τὸν μὲν πενία παρενοχλεῖ, τὸν δὲ πάθη παρατείνει ψυχῆς, ἄλλῳ διάκειται τὸ σῶμα κακῶς, ἕτερος παιδίον οὐκ ἔχων θρηνεῖ, ὁ δὲ τοὺς ὄντας ὀδύρεται. καὶ τί δεῖ λέγειν γυναικῶν καὶ παίδων ἀποβολήν, ἅπερ ὑμῖν οὐχ ὡς ἔδει γνῶναι τῇ πείρᾳ παρέσχεν ἡ πεῖρα; καὶ μακρὸν ἂν εἴη τῷ λόγῳ περινοστεῖν ἃ πρόκειται τῇ θέᾳ καὶ δείκνυσιν ἡμῖν ἐπὶ τῶν ἔργων ὁ βίος, οὕτως ἄγοντος τοῦ θεοῦ τὰ ἡμέτερα, ἐμοὶ δοκεῖν, ὅπως ἀβουλήτων πλήθει περιπεσόντες τῶν ἐπὶ γῆς μηδαμῶς ἀντεχώμεθα μηδὲν ἐχόντων ἑστηκὸς καὶ ἀκίνητον, ἀλλὰ καταλιπόντες τῶν συμφορῶν τὸ χωρίον πρὸς ἑτέραν ζωὴν ἐπειγώμεθα, ἐπ' αὐτὸν ἀναπτάντες τῇ διανοίᾳ τὸν οὐρανόν, εἰ καὶ μένειν ἔτι τὸ σῶμα βιάζεται, μηδὲ θρηνῶμεν τὸν ἀπελθόντα τῶν ἐντεῦθεν δεσμῶν φανέντα μόγις ἐλεύθερον. ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰπόντα, ὅστις ποτὲ ἦν ὁ τοῦ λόγου τούτου πατήρ, ὡς « ἀρχῆθεν μὴ φῦναι τοῖς ἐπὶ γῆς ἄριστον, φύντα δ' ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. » ὅπερ ἡ σκηνὴ παρασπάσασα δεῖν ἡμᾶς φησὶν ἐπὶ σύλλογον ἰόντας « τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά. » τί οὖν ἔτι θρηνοῦμεν ἐκ τῆς τοῦ βίου ζάλης ἀσφαλῶς τοὺς φιλτάτους προπέμψαντες, πρὶν ἐν πείρᾳ γενέσθαι τῶν ἐντεῦθεν κακῶν, τί δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν ἡμῖν τὸ θεῖον εἶναι βουλόμεθα, δέον τοῦτο κρίνειν καλόν, ὅπερ ἂν ἐκείνῳ δοκῇ; τοιοῦτος ἦν ὄντως ὁ τὸν πολὺν ἐκεῖνον Πυθαγόραν ἐζηλωκώς, ὅστις γε δὴ πρὸς τὸν ἐν εὐχῆς εἰπόντα μέρει « δῴη σοι ὁ θεὸς ἅπερ ἂν τύχῃς βουλόμενος, » « εὐφήμει » φησίν, » ἀλλὰ βουλοίμην ἅ γε καὶ δίδωσι. » πολλὰ γὰρ ἡμῖν γενέσθαι πολλάκις εὐξάμενοι, εἶτα μὴ τυχόντες, ἔγνωμεν ἐκ τῶν ἔργων ὡς δεόντως οὐ γέγονε, πολλῶν δὲ καὶ κατὰ γνώμην δῆθεν τυχὼν μικρὸν ὕστερον ἐμεμψάμην τὴν τύχην ὅτι καὶ γέγονεν. οὕτως ἄρα πρὸς μικρὰ βλέποντες ἄνθρωποι τὴν φύσιν οὐκ ἔχουσι διαρκῆ, καὶ ἅπερ ἂν μέλλῃ καθάπαξ λυσιτελεῖν ἠγνοήκαμεν. τοιγαροῦν παραχωρεῖν ἀνάγκη τῷ κρείττονι σοφῶς ἄγοντι τὰ ἡμέτερα, κἂν ἡμῖν ἀγνοῆται τὰ δόγματα.

μη'. Μουσαίῳ.

Ὁ λογιώτατος Παλλάδιος χρυσὸν ὅλον ἧκεν ἄγων τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν, καὶ εἴγε μοι τὰ Κροίσου κεκόμικε τάλαντα, οὐκ ἂν οὕτως εὐμενέσιν εἶδον αὐτὸν ὀφθαλμοῖς. ἄλλοις μὲν γὰρ ἄλλος μέγα φρονεῖ, ὁ

tu ipse præstares, si doceres : impellit enim me ad hanc iuvenis ingenio par præ se ferens studium.

XLVII. Gessio.

Cupiditati meæ scribendi hactenus, ut Socratice loquar, dæmonium quoddam obstitit, morbis nos aliis post alios implicans, qualia contingunt, ut præsenti nos fruamur vita. Infinita enim malorum turba nescio quomodo vitam hominum sortita est. Atque alium quidem paupertas afficit molestia, alium animæ torquent affectiones, alii corpus male affectum est, alius quod filium non habet lamentatur, alius quos habet luget. Et quid opus est enarrare uxorum atque liberorum amissiones, quas vobis secus atque oportebat usu cognoscendas dedit experientia? Longum est oratione complecti, quæ sunt omnium oculis proposita, quæque in ipsis rebus ostendit nobis vita, sic nos agente deo, ut mihi quidem videtur, ut in adversarum rerum multitudinem incidentes nequaquam rebus terrestribus nos dedamus, quæ nihil habent constans et immotum, sed relicta calamitatum sede ad aliam vitam contendamus, in ipsum cœlum cogitatione evolantes, etiamsi manere adhuc corpus cogitur, neque lugeamus eum, qui ex his vinculis excessit, ægre visum liberum. Laudo enim eum, qui dixit, quicunque tandem huius dicti fuerit auctor, principio non nasci hominibus optimum, quum vero quis natus sit, quam celerrime orci intrare portas. Quo assumpto scena oportere nos dicit in conventum prodeuntes natum lugere, quod in tanta mala ingrediatur. Quid igitur adhuc lugemus ex hac vitæ tempestate in tutum locum carissimos dimissos ante quam usu hæc mala cognoverint? Quidque nobis morem gerere divinum numen volumus, quum hoc bonum sit iudicandum, quod illi visum fuerit, Talis erat revera, qui magnum illum Pythagoram imitatus ei, qui voluntatis significandæ caussa ipsi dixerat, « det tibi deus, quicquid volueris, » « bona verba, » respondit « at velim, quæ dat. » Multa enim sæpenumero ut nobis contingant optamus, at quum non impetravimus, tum demum ex eventu quam recte non contigerint cognoscimus, multis vero etiam secundum animi sententiam impetratis brevi quod et contigerint fortunam reprehendi. Sic igitur exiguis rebus intenti homines naturam non habent sufficientem, et quæ omnino profutura sint ignoramus. Quamobrem superiori numini cedendum est sapienter res nostras administranti, etiamsi rationes nos ignoremus.

XLVIII. Musæo.

Doctissimus Palladius aurum totum vestra attulit epistola, et si mihi Crœsi talenta apportasset, non tam benignis eum adspexissem oculis. Aliis enim rebus

Λυδὸς χρυσῷ, ὁ Σπαρτιάτης τῷ δόρατι, χορδαῖς Ἀρίων καὶ κρούσμασιν, ἐμοὶ δὲ σεμνολόγημα σή τε θέα καὶ γράμματα σὰ καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ὑμῶν ἀπολαύειν ἐξῇ, ὥστε τῷ νέῳ καὶ μισθὸν ἡμεῖς ἐκ τῶν δικαίων ὀφείλομεν, ὃν οὐκ ἀποδιδόντες εἰκότως ἂν αἰσχυνοίμεθα. ὁ δὲ μισθὸς οὐ μὰ Δία χρυσὸς οὐδὲ λίθοι τινὲς Ἰνδικαί (οὔτε γὰρ τούτων πλουτῶ, οὔτε τούτων θηρεύσων ὁ νέος ἀφῖκται), ἀλλ' οὐδὲ λόγων κάλλος (οὐ γὰρ Μουσῶν εὔφορος ἐγώ, οὐδέ γε τοῖς ἐξ Ἀττικῆς ἐναβρύνομαι, ταῦτα γὰρ εὐδαιμόνων εὐτύχησαν παῖδες), ἀλλ' εἰ τὴν ἐμὴν δόσιν ἥτις ἐστὶν ἐθέλεις σκοπεῖν, εὔνοιά γε καὶ προθυμία· τούτων γὰρ κύριος ἐγώ, Δημοσθένης φησίν, τῶν δὲ ἄλλων τύχη καὶ Μοῦσαι πρὸς τὸ δοκοῦν αὐταῖς τὴν δωρεὰν πρυτανεύουσαι.

alius gloriatur, Lydus auro, Spartiates hasta, fidibus Arion nervorumque cantu, mihi vero superbiendi caussam præbet adspectus tui et litteræ tuæ et quicquid a vobis percipere licet. Itaque nos mercedem iuveni iure debemus, quam non persolvere nos merito puderet. Merces autem non per Iovem aurum est neque gemmæ Indicæ (neque enim his abundo, neque horum caussa iuvenis advenit), sed neque orationis elegantia (non enim Musarum fertilis ego sum, neque Attici sermonis suavitatem iacto, quæ divitum tantum filiis contigere), at si meum donum quale sit considerare vis, benevolentia atque studium. Horum dominus ego sum, ait Demosthenes, reliquorum fortuna atque Musæ, ad suam voluntatem dona dispensantes.

μθ'. Μεγέθιος Προκοπίῳ.

Ὅτε πρῶτον εἰς μέσους ἡμᾶς τὸν ἐπιτάφιον λόγον παρῄγες, τοσοῦτον ἥσθην ταῖς Ἀττικαῖς σου μελίτταις, ὥστε καὶ ἡγούμην τὸν Μουσηγέτην αὐτὸν συνεργάσασθαί σοι μετὰ τῶν Χαρίτων τὸν λόγον. ἐφ' ἑκάστῳ μὲν οὖν τῶν ὀνομάτων ἐγώ τε καὶ ὅσοι τῶν ἀκροωμένων ἐνεπλήσαμεν τὸ θέατρον βοῶντες ἑκάστοτε στεντόρειον· ὡς δὲ κατὰ τὴν πόλιν γεγόναμεν, ἐντεῦθεν μᾶλλον ἐπετείνετό σοι τὸ θαῦμα, καὶ ἦν ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασι τὰ χρυσᾶ σου γεννήματα, κρινόντων μὲν ταῦτα πρὸς ἄλληλα τῷ μή τι παραπλήσιον εἶναι, ἀπορουμένων δὲ ποῖα δεῖ μᾶλλον τῶν ἄλλων στεφανῶσαι τοῦ κάλλους· ἴσαι γὰρ προσέβαλλον αἱ χάριτες. ἐπεὶ οὖν ὅσοις δι' ἀσχολίαν ἀνηκόοις γενέσθαι τοῦ λόγου συμβέβηκεν ἱκέτευον ἀπογεύσασθαι δι' ἐμοῦ τῆς Ἀττικῆς σου μελίττης, πέμπε τὸν λόγον, εὖ εἰδὼς ὡς μυρίοις αὖθις αὐτὸν καταστέψαντες τοῖς ἐγκωμίοις εἰσαῦθις ἀποστελοῦμεν.

XLIX. Megethius Procopio.

Quum primum coram nobis funebrem orationem recitans prodires, tantum Atticis tuis apibus delectatus sum, ut ipsum quoque Musarum ducem una cum Gratiis in elaboranda oratione præsto tibi fuisse arbitrarer. Ad singula igitur verba quum ego tum quotquot auditorum aderant theatrum implevimus stentorea voce singuli clamantes: quum autem in urbem venissemus, hinc magis tui augebatur admiratio, atque in omnium ore aurea tua erant verba, quum comparantium ista inter se, quoniam nihil in promptu erat simile, tum dubitantium, quænam præ ceteris ob elegantiam coronam mererentur, quia pares occurebant gratiæ. Quoniam igitur, quotquot negotiis distenti orationem non audiverunt, ut per me sibi Atticam tuam apem degustandi copia fieret petiverunt, mitte orationem, persuasum habens, nos infinitis iterum laudibus coronatam remissuros esse.

ν'. Προκόπιος Ἠλίᾳ.

Τὴν ὑμετέραν ἐπιστολὴν εἰς χεῖρας λαβὼν αὐτόν σε παρόντα βλέπειν ἐδόκουν (οὕτω σου τὴν χάριν ἐνέθηκας ὅλην τοῖς γράμμασι) καὶ τῇ ἐπιστολῇ προσεγέλων πυκνότερον, καὶ ὥσπερ ὅτε σ' ἔβλεπον ἐνεφορούμην τῆς ἡδονῆς. εἰ δὲ μέμνησαι τῶν φίλων ἀπόντων, θαυμαστὸν ἢ παρ' ἐλπίδας οὐδὲν ἀλλὰ τοῦτο γέγονεν, ὃ καὶ προλαβόντες ἠλπίσαμεν. ἐγὼ δὲ καὶ καθεύδων προσδιαλέγεσθαί σοι δοκῶ, καὶ πολλάκις ἀναστὰς ἠνιάθην ὅτιπερ ὄνειρος ἦν. τὸν δὲ ἑταῖρον Μέγαν, εἰ διδόναι ῥᾳδίως εἶχον ὅσον καὶ βούλομαι, πάντως ἂν αὐτὸν ἤδη καὶ τέλειον ἀπειλήφας καὶ ῥήτορα.

L. Procopius Eliæ.

Quum vestras litteras in manus cepissem, ipsum te præsentem spectare arbitrabar (ità tuam gratiam totam litteris adsperseras), et epistolæ arridebam crebrius, et quem admodum cum te vidi, percepi voluptatem. Quod autem amicorum absentium meministi, nihil mirum nec præter spem accidit, sed accidit quod antea speravimus. Ego vero dormiens etiam colloqui tecum videor, et sæpe consurgens dolui, quod fuerat somnium. Amicum Magnum, si dare facile tantum possim quantum volo, prorsus ipsum iam et perfectum accepisses et oratorem.

να'. Ζαχαρίᾳ.

Ὁ μὲν χειμὼν ἡμῖν καὶ δὴ πέρας ἔχει καὶ πέπαυται μεμφομένοις ἀμφότερα, καὶ τὴν σιγὴν καὶ τὴν ὥραν, τὸ δὲ ἔαρ ἀσμένοις ἀφῖκται καὶ μᾶλλον ἤπερ εἰώθει γέγονεν ἔαρ· οὐ γὰρ μόνον ᾄδουσιν αἱ χελιδόνες

LI. Zachariæ.

Hiems nobis iam finem habet atque utrumque reprehendentibus desiit, et silentium et tempestatis indolem, ver autem lubentibus advenit ac magis etiam quam consuevit ver exstitit. Nimirum non solum hirundines tem-

τὴν ὥραν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ σοὶ ψῆφον ἡ φήμη βοᾷ, ὡς ἐπὶ μέγα προῆλθες, ὡς εὐδαιμόνων ῥητόρων ἐγκατελέγης χορῷ. εἰ δὲ καὶ ὅσον βουλόμεθα προσετίθη, πάντως ἂν οὐδὲν εἰς εὐτυχίαν ἀπῆν. εἰ μὲν οὖν γέγονε ταῦτα, τὰ μείζω πάντως αἰτήσομαι· εἰ δὲ μέχρι τῶν λόγων ἡδόμεθα, τὴν μὲν φήμην ἐπαινῶ, τὰ δὲ ἔργα διὰ τὴν φήμην μαντεύομαι.

νβ'. Τῷ αὐτῷ.

Νῦν ὄντως ἔγνων, ὡς οὐκ ἦν ἄρα λόγος ἀλλ' ἔργον ἡ φήμη, καὶ θαυμάζω τάχα τὸν νόμον τὸν Ἀττικόν, ὃς ἐν θεοῖς καὶ ταύτην ἱδρύσατο. οὐ γὰρ δὴ μόνον Ἡσίοδος θεὸν αὐτὴν ἀνυμνεῖ, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην αὐθημερὸν ἐγνωκότες οὐκ ἀνεκτὸν ἔφασαν εἰ μὴ θεὸν ἡγοῖντο τὴν φήμην. εἰ μὲν οὖν πρὸς ἄλλον ὑπῆρχεν ὁ λόγος, εἶπον ἂν εὐθὺς ὡς ἀνασπάσεις ἡμῖν τὴν ὀφρὺν καὶ δεινὰ φήσεις πάσχειν, εἰ μή σέ τις πυκνῶς ἐπάρχων καλέσειε ῥήτορα, καὶ μεῖζον φρονήσεις ἢ Δημοσθένης ἐκεῖνος ἐπὶ βήματος Ἀττικοῦ· ὁ μὲν γὰρ μίαν ἦγε πόλιν δημηγορῶν, σὺ δὲ δικαστηρίου κρατήσεις, ἐξ οὗ προέρχεται τοῖς βασιλέως ὑπηκόοις ἡ δίκη. ταῦτα πρὸς ἄλλον ἂν εἰπὼν ἐπὶ σοῦ σιωπήσαιμι, ὃν ἐν ταῖς εὐτυχίαις μᾶλλον ὁρῶ μετριώτερον. ὅθεν ἀεὶ καὶ τὰ μείζω προσδέχομαι· τοῖς γὰρ τοιούτοις ἐπιμετρεῖται πάντως ἡ τύχη μηδὲν τῶν προλαβόντων βασκαίνουσα.

νγ'. Ἐπιφανίῳ.

Εἰ λαλούντων μὲν ἡμῶν σιωπᾷς, γράφεις δὲ σιωπώντων, δέδοικα γράφων εἴγε δέῃ πάντως ἢ λαλεῖν ἀφώνοις ἢ σιωπῶντας ἀκούειν. καίτοιγε τὸ ἐπιστέλλειν ὡς εἰκὸς ἐμηχανήσαντο ἄνθρωποι, ὅπως ἀποῦσι μίμημα σώζοιεν παρόντων καὶ λέγοιέν τι τοῖς γράμμασιν ὥσπερ ἂν εἰ καὶ συνόντες. ἐγὼ δέ σου τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς ὑφ' ἡδονῆς καὶ ἐδάκρυσα, καί σου παρόντος ὥσπερ εἰώθεις ἐδόκουν ἀκούειν, καὶ ἡδύ τι πνεύσας « τοῦτο » εἶπον « ἐκεῖνο, ἡ φιλτάτη φωνή. » ἀλλ' ὦ πρὸς ἔρωτος αὐτοῦ καὶ φιλίας ἐκείνης, εἴ που ταύτην ἔτι οἶσθα καὶ μέμνησαι, μή μοι τοῖς γράμμασιν ἀποδήμει, μηδὲ τὴν μόνην ἀφέλῃ παραμυθίαν, μή ποτε τάχα ζηλώσω τοὺς μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐρῶντας, οὓς μηδὲ συμβαίνει τοιαῦτα παθόντας ὀδύρεσθαι.

νδ'. Τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς.

Πάλιν ἥκει καιρὸς γράμματα πρὸς ὑμᾶς ἀπαιτῶν, καὶ πάλιν εὐτυχεῖν νενομίκαμεν. τίς γὰρ ἂν ἡμῖν γένοιτο βίος τοῦ λέγειν τι πρὸς ὑμᾶς καὶ γράφειν ἐστερημένοις; εἰ δὲ καὶ τῶν ὁμοίων τύχοιμεν παρ' ὑμῶν, Ἡράκλεις ὅσον ἡμεῖς εὐτυχήσομεν. οὐκοῦν μὴ μέλλετε πρὸς ἔργον ἄγειν τὸν πόθον, ἵνα μὴ νόμον ἔρωτος ἀτιμάσαντες τῶν ἐκείνου βελῶν πειραθῆτε· δεινὸς γὰρ

poris suavitatem canunt, verum etiam de te sententiam proclamat fama, quam longe profeceris, quodque in beatorum rhetorum numerum sis redactus. Quod si etiam quantum volumus adiecisset, nihil omnino ad felicitatem deesset. Si igitur hæc sunt facta, maiora omnino petam, sin vero rumore tenus tantum gaudemus, famam quidem laudo, eventum autem ex fama vaticinor.

LII. Eidem.

Nunc revera non rumorem tantum, sed factum etiam esse famam intellexi; et admiror sane legem Atticam, quæ hanc quoque in diis collocavit. Non enim Hesiodum solus divinis eam honoribus celebrat, sed etiam Athenienses quum pugnam ad Mycalen commissam eodem die cognovissent, iniquum iudicarunt famam non esse deam credere. Iam si cum alio mihi esset res, dicerem statim « contrahes nobis supercilium et iniuriam dices pati, si quis non crebro præfectorum oratorem te appellet, maioresque tibi quam in Attico suggestu Demosthenes ille sumes spiritus : hic enim unam concionando regebat civitatem, tu vero iudicio potieris, ex quo ius prodit regis subditis. » Hæc quidem ad alium dicerem, coram te tacebo, quem in rebus secundis video moderatiorem. Unde maiora semper expecto; eiusmodi enim hominibus semper fortuna tribuitur nihil rerum priorum invidiose fascinans.

LIII. Epiphanio.

Si loquentibus nobis taces, scribis tacentibus, nunc, dum scribo, vereor ne oporteat me omnino compellare mutos vel audire tacentes. Atqui epistolas aperte excogitaverunt homines, ut absentibus præsentium exemplum repræsentarent et litteris colloquerentur quasi coram præsentes. Ego vero lecta epistola tua præ gaudio lacrimavi et te præsentem, quemadmodum solebas, audire videbar atque suave quiddam spirans « hoc » aiebam « illud, carissima vox. » Sed per amorem ipsum et illam amicitiam, si quidem hanc adhuc nosti et memoria tenes, noli mihi litteris deesse, neque solam quæ restat auferre consolationem, ne forte æmuler ab amore omnino abstinentes, quibus nec contingit talia passis lamentari.

LIV. Fratribus suis.

Iterum venit tempus litteras ad vos flagitans atque iterum felices nos prædicandos putavimus. Quænam enim agenda nobis esset vita, si colloquendi vobiscum essemus aut scribendi ad vos potestate privati? iam si paria etiam nobis a vobis referantur, dii nisi quam præclare nobiscum agetur. Quare ne cunctemini ad effectum perducere desiderium, ne lege amoris spreta tela ipsius experiamini : peritus est enim deus et tela mu-

ὁ θεὸς καὶ βέλη κινεῖν καὶ τόξον αἴρειν, καὶ σκοπὸν ποιεῖται τοὺς ἀτιμάζοντας ἐραστήν.

νε'. Ἰωάννῃ.

Ἐζήλωκά σε τῆς γονῆς, εἰ τοιαῦτα τίκτειν ἐπίστασαι· εὐδαιμόνων γὰρ πατέρων παῖδας ἀποφαίνεις εὐδαίμονας, μουσικῷ τινὶ νάματι τὰ θεῖα σοφῶς προφερόμενος. τοιοῦτος ἡμῖν ὁ λογιώτατος ἀφῖκται Μουσήλιος, ὃν ἐπαινεῖν ἐθέλων καὶ τὰ προσόντα μὴ λέγειν δυνάμενος μόνην τὴν σιωπὴν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι πρὸς ἔπαινον. ἀλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, τὴν Ἀγαμέμνονος ἐπὶ σοὶ μεθαρμόσω φωνήν, βάλλ' οὕτω, φίλε Τεῦκρε, καὶ μὴ φείσῃ φθεγγόμενος.

νς'. Νεστορίῳ.

Διεψεύσθημεν ἐλπίδος μακρᾶς μὲν καὶ τῷ χρόνῳ λυπούσης, ὅτι μὴ τὸ πέρας ἐδέχετο, ηὔφραινε δὲ ὅμως καὶ μετριωτέρους ἐποίει· τὴν γὰρ σὴν ἐπιστολὴν εἰς μνήμην ἄγουσα παρεῖχεν ἐννοεῖν ὅτι δὴ θᾶττον ἡμῖν ἐπανέλθοις. νυνὶ δὲ καὶ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς ἐκπεσόντες πῶς ἂν ἔχοιμεν φέρειν μετρίως; ἀλλ' ὦ τύχη τύχη (τραγῳδήσω γάρ τι μικρὸν εἰς παραμυθίαν τῆς λύπης), τί σε τοσοῦτον εὐφραίνομεν ἀνιώμενοι; ὤφελες γὰρ ἢ μὴ συναγαγεῖν εἰς πόθον ἀνθρώπους ἢ γοῦν ἀπολαύειν ἀλλήλων ἐᾶν καὶ μὴ χωριζομένοις ἐφήδεσθαι. ἀλλὰ γὰρ ξένον οὐδέν, ὦ φίλε Νεστόριε, ἀνθρώπους ὄντας ἡμᾶς τοιούτων πειρᾶσθαι, ἀλλ' ὑποκύπτειν δεῖ τὸν αὐχένα καὶ ζυγὸν ἀνάγκης ὑπομένειν ἑκόντας· οἱ γὰρ ἑκούσιοι πόνοι τοῖς κάμνουσι μετριώτεροι.

νζ'. Ζαχαρίᾳ καὶ Φιλίππῳ.

Ὁ τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐπιδιδοὺς τῶν ἐς ἐμοῦ φοιτησάντων ἐστὶν ἀνήρ, χρόνον μὲν οὐ πολύν, ἀλλ' ὅμως ἱκανὸν ἡγεῖται πρὸς τὴν ἐξ ὑμῶν εὐποιίαν καὶ τὸ ψιλὴν ἐπιγράφεσθαί μου προσηγορίαν. εἰ δὲ δεόντως ἔγνωκε, διδάσκαλον ἀναμένει τὴν πεῖραν. οὐκοῦν ἀγὼν ὑμῖν κἀκεῖνον μὴ ψευσθῆναι τῆς γνώμης, κἀμὲ μὴ καταισχῦναι τοσοῦτον ἔχειν παρ' ὑμῖν νομιζόμενον.

νη'. Ζαχαρίᾳ.

Ὅσης με φιλοτιμίας ἐνέπλησας τὴν σμικρὰν ἐξάρας ἐπιστολὴν καὶ τὴν ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις Λακωνικήν. ἰδοὺ δή σοι καὶ σοβαρὸν ὁρῶ καὶ Σπαρτιάτης αὐτόχρημα γεγένημαι, καί μοι πάντα Λυκοῦργος, ὁ δὲ Σόλων οὐδέν. μικροῦ δεῖν καὶ Δωρικὴν ἀφῆκα φωνήν, τῆς Ἀττικῆς ἐκείνης εἰς λήθην ἐλθών. λυπεῖ δέ με καὶ πατρὶς ἐκ μέρους τετειχισμένη, ὅτι δὴ μὴ τῆς ἀτειχίστου Σπάρτης ἐστὶν εἰκών. τοιαῦτα δύναται ῥήτωρ ἀγαθὸς πρὸς πάθος ἕλκων οἷον καὶ βούλεται. εἰ δέ με πάλιν ὡς Ἀττικὸν ἐπαινέσεις, ὅρα μὴ τὴν Σπάρ-

vere et arcum intendere, scopumque sibi facit eos, qui amantem aspernantur.

LV. Ioanni.

Admiratus te sum ob prolem tuam, quod talia progenerare nosti: beatorum enim parentum beatos reddis liberos, musico quodam latice sapienter divina proferens. Talis ad nos venit doctissimus Muselius, quem quum laudare cupiam, nec tamen, quæ in ipso insunt, exprimere verbis possim, solum arbitror silentium sufficere ad laudandum. Sed si qua re me audis, Agamemnonis tibi accommodabo vocem : perge sic mittere tela, amice Teucre, neu loqui desine.

LVI. Nestorio.

Falsi sumus spe diuturna quidem et ipsa mora molesta, quod ad finem non perducta est, sed quæ nos exhilararet tamen et moderatiores redderet. Tuam enim epistolam in memoriam vocans occasionem præbebat cogitandi, te mox ad nos esse reversurum : nunc vero postquam ipsa spe excidimus, quomodo hoc moderate possimus ferre? Sed o fortuna fortuna (dicam enim paullo magnificentius ad leniendum dolorem), quid tantum gaudes nostra ægritudine? Debebas enim aut non in amorem homines pellicere, aut mutua certe consuetudine uti eos pati, neque lætari de disiunctis. Quanquam non mirum est, care Nestorie, nos, homines quum simus talia experiri, verum cervicem deflectere oportet et necessitatis ultro subire iugum : nam voluntarii labores tolerabiliores laborantibus.

LVII. Zachariæ et Philippo.

Qui epistolam vobis tradit, unus est ex meis discipulis, non longo quidem tempore, at satis tamen ad vestrum erga se excitandum studium esse arbitratur, si vel nudum meum nomen inscribatur. An vero recte senserit, magistram exspectat experientiam. Vestrum est igitur dare operam, ut neque illum fallat opinio, neque ego afficiar pudore, qui tantum apud vos valere censear.

LVIII. Zachariæ.

Quanta ambitione implevisti me brevi collaudata epistola et ut tu ipse dixeris Laconica. En tibi iam superbum tueor et revera Spartiata factus sum, atque omnia mihi Lycurgus, Solon vero nihil. Parum abest quin et Doricam emittam vocem, in oblivionem adducta mihi Attica. Male etiam patria me habet ex parte muro circumdata, quod carentis muris Spartæ simulacrum non est. Tantum potest orator bonus, ad quem vult addu-

τὴν αὖθις ἀρνήσωμαι· οὕτω τῷ πόθῳ τῶν σῶν γραμμάτων μεθέλκομαι. ἀλλ' ὅπως μὴ παίζειν ἐθέλων ἐπαινέσῃς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τῷ λόγῳ γενοίμην Αἰγύπτιος. οὐκοῦν φεῖσαι πρὸς Διός· οὐ γὰρ ἔχω μὴ θαυμάζειν ὁπόσα καὶ σύ.

cens affectum. Quod si me rursus ut Atticum laudaveris, vide ne continuo Spartam abnegem; adeo tuarum litterarum huc illuc trahor desiderio. Verum ne ioci caussa Ægyptum laudes et ego Ægyptius sermone fiam. Itaque parce, per Iovem: non enim possum non eadem quæ tu mirari.

νθ'. Νηφαλίῳ.

Σὺ μὲν ἐν πλήθει χρημάτων ἀπορίαν θρηνεῖς, ἐγὼ δὲ τὰ χρήματα καὶ τοὺς πλουτοῦντας περιφρονῶ, καίτοι πενίᾳ θαυμαστῇ συνεχόμενος. οὕτως ἄρα τὸ πένεσθαι καὶ πλουτεῖν ἡ γνώμη ποιεῖ, οὐ χρήματα παρὰ τῆς τύχης τῇδε κἀκεῖσε πλανώμενα. τοιγαροῦν παῦσαι μικροψύχως ἡμῖν ὀδυρόμενος, μηδὲν μέγα νομίζων, πλὴν εἰ μή τι φέροι πρὸς ἀρετήν· ὅ τι γὰρ μὴ τοιοῦτον, ἀλλότριόν τέ ἐστι καὶ πρὸς ἀπάτην ἐφέλκεται. ὅθεν οἱ φρονεῖν εἰδότες ὥσπερ τινὰ μέθην ταῦτα καὶ φλυαρίαν ἀποσεισάμενοι, τὴν γῆν καταλιπόντες τῇ γῇ μεταρσίῳ γνώμῃ περιπολοῦσι τὸν οὐρανόν, τὰς αἰσθήσεις καὶ τὴν ὕλην καὶ τὸ τῆς πλάνης χωρίον ὥσπερ τινὰ χαλεπὴν διανηξάμενοι θάλατταν.

LIX. Nephalio.

Tu quidem opibus affluens inopiam tuam lamentaris, ego vero opes et opulentos homines despicio, etsi mirifica premor egestate, adeo paupertatem et abundantiam mens efficit, non opes arbitrio fortunæ huc illuc vagantes. Itaque desine demisse lamentari, neu quicquam magni æstimes, nisi quod ad virtutem ducat. Quod enim non eiusmodi est, alienum est ac transversum agit. Unde qui sapere didicere, quasi temulentia quadam excussa missisque nugis terram terræ relinquerunt, et postquam sensus et materiam atque erroris sedem quasi sævum quoddam mare tranarunt, sublimi mente cœlum peragrant.

ξ'. Μουσαίῳ.

Δέδεγμαι τὴν βίβλον ποθεινοτέραν μοι γενομένην, ὅτι ταῖς ὑμετέραις ἀναληφθεῖσα χερσὶ τάχα τι καὶ μουσικὸν ἐπεσπάσατο, ὡς τὸν κεχρημένον λοιπὸν ὀξυτέρας οἶμαι τῆς διανοίας αἰσθάνεσθαι, οὐχ ἧττον ἢ Σωκράτης, ἡνίκα δὴ παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ἐκαθέζετο, ἔνθα καὶ νυμφῶν ἱερὸν καὶ Πανὸς ἐνδιαίτημα. ἀλλ' εἴθε μὴν καὶ τὰς ἄλλας βίβλους λαβὼν τοιαύτας ἐργάσαιο, ὥστε με κατὰ μέρος ἑκάστῃ προσβάλλοντα θειοτέρας ἀεὶ τῆς ἐπιπνοίας αἰσθάνεσθαι.

LX. Musæo.

Accepi librum eo mihi factum cariorem, quod vestris attrectatus manibus et musicum aliquid nisi fallor contraxit, ut qui utatur in posterum acriore opinor intelligentia usurus sit, non minus quam Socrates, quum ad Ilissum consideret, ubi et nympharum sacrum et Panis domicilium. Sed utinam reliquos quoque libros attingens tales reddas, quo singulos ex ordine volvens diviniorem semper sentiam afflatum.

ξα'. Ἐπιφανίῳ.

Καλῶς ἄρα ᾔδει τὸ τῶν ἐρώντων πάθος ἡ παροιμία. κἂν ἐπιορκεῖν ἐθέλωσι, συγγνώμην αὐτοῖς ἐκ θεῶν ἐπαγγέλλεται. ἰδοὺ γάρ σοι γέγραφα, καίτοι μὴ γράφειν ὑπεσχημένος. οὕτως ἀγόμεθα τῷ πόθῳ καὶ γίνομαι ψεύστης ἐρωτικός. ἀλλὰ γράφε πολλάκις καὶ δίδου τύπον γοῦν εἰκόνος ἀντὶ θέας τοῖς ἐρασταῖς.

LXI. Epiphanio.

Probe novit proverbium amantium affectum. Etiamsi peierare velint, veniam eis a diis promittit. Nam ecce tibi scripsi, quamvis non scripturum me pollicitus. Ita trahimur amore, et mendax evado amator. Sed scribe sæpius et simulacrum saltem imaginis pro adspectu amantibus concede.

ξβ'. Ἱερωνύμῳ.

Ἐγὼ μὲν ᾤμην σε τὸν Νεῖλον πάλαι κατειληφέναι, καὶ πολλάκις εἰς μνήμην λαμβάνων τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς ἐμοὶ « ὡς εὐδαίμονες » ἔλεγον « τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, πάλαι μὲν τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος, νυνὶ δὲ καὶ τὴν σὴν μοῦσαν προσειληφότες οὐδὲν ἀτιμοτέραν τοῦ Νείλου, παρ' ἐμοὶ δὲ κριτῇ τάχα καὶ μείζω. ὁ μὲν γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπιρρέων πλουτεῖν ἐπιτρέπει, σὺ δὲ ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς τὴν γλῶτταν ἐπαφιεὶς ἐπὶ τὸν τῆς ἐπιστή-

LXII. Hieronymo.

Ego te iam dudum ad Nilum venisse arbitrabar, eamque opinionem, cui iam adsueveram, animo volvens « o fortunatos Ægyptios » sæpius aiebam, « qui Nilum habeant iam pridem omnium rerum præbitorem, quas is afferre solet; sed nunc multo beatiores, qui Musa tua præterea fruantur, nihil inferiori Nilo, vel (ut ego sentio) fortassis etiam maiori. Ille enim terram eorum irrigando divites eos efficit, tu vero lingua tua mentes adolescentum excitando ad veras opes sapientiæ dirigis, non minus

μης πλοῦτον ἰθύνεις, οὐδὲν ἔλαττον ἢ ὁ πάλαι Πυθαγόρας αὐτοῖς ἐπιδημῶν καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ Πλάτων.» ταῦτα μὲν ἐλογιζόμην, σὺ δὲ οὐ μακρὰν ἀπέχων ἐλάνθανες. ὡς δὲ ἧκεν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδούς, τὸ μὲν πρῶτον θαυμάζων ἀπάτην ἡγούμην τὸ πρᾶγμα καὶ οὐκ ἐπειθόμην τοῖς ὀφθαλμοῖς· ὡς δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἐντυχὼν ἐπείσθην μὴ ἂν ὑπάρχειν ἄλλου τὰς χάριτας, ἥσθην πῶς δοκεῖς; ἐγγυτέρας γὰρ αὐτὰς ἐμοὶ τὰς τοῦ σε πάλιν ἰδεῖν ἡγούμην ἐλπίδας, καὶ συνέχαιρον εἰκότως εἰ τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτὴν μικρὸν γοῦν ἀπέφηνας χρόνον. σὺ δέ μοι δοκεῖς παίζων αὐτῆς κατηγορεῖν. ὅτι μὲν γὰρ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρα οἷον ἔφης εἶναι συμβαίνει, καὶ ὡς τὸ ὕδωρ τοὺς πίνοντας εἰς μνήμην ἄγει θαλάττης, καὶ ἄρτος ἡμῖν ἐκ κριθῆς εἰκῇ μεμιγμένος, οὐκ ἂν ἀρνηθείην, ἀλλὰ καὶ ἔλαττον τετραγῴδηταί σοι ταῦτα φειδοῖ τῆς πατρίδος· ἀλλ' ὅμως, ὦ βέλτιστε, χάριν ἐχρῆν εἰδέναι ταύτῃ πρὸς φιλοσοφίαν ἀσκούσῃ τὴν γνώμην, ὅπως ἂν εἰδείης ποτὲ τρυφῆς Αἰγυπτίας ὑπερορᾶν. Ὀδυσσέα δὲ τὸν σοφόν, νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην, οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι. ἀλλ' οὐδὲ Σπαρτιάτης οἶμαι τὴν οἴκοι δίαιταν ἐννοῶν τὴν Σπάρτην ἐμέμψατο. ἀλλ' οἶδα πόθεν ποτὲ κατηγορεῖν ἐπήρθης. φιλοχρημάτως ἔχεις, ὦ λῷστε. εἶτα βραχύ τι τοῦ λήμματος ἀποστὰς ἰοὺ ἰοὺ βοᾷς, καὶ τὸν Νεῖλον πολλάκις καὶ τὸν ἐκεῖθεν πλοῦτον ἀνακαλῇ. τοῦτό σέ που ξένον, ὡς αὐτὸς ἔφης, ποιεῖ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον ἔχειν. οἶμαι δέ σε καὶ νύμφης ἐρωτικῶς περιέχεσθαι καὶ πειρᾶσθαι μόλις ὁπόσα δύναται πόθος. ἀλλὰ γένοιτο ταῦθ' ὅπως Ἀφροδίτῃ φίλον καὶ Ἔρωσιν. ἔρρωσο, καί σε θᾶττον προσείποιμι καὶ παίδων πατέρα.

quam olim Pythagoras, cum ad eos se contulit, et post eum Plato. » Ergo hæc mecum tacitus disserebam, cum tu interea non longe absens nos lateres. Itaque ut mihi allatæ sunt litteræ tuæ, primum mirabar, dolumque esse suspicabar, neque satis meis oculis credebam: postea vero cum litteras perlegissem, tantamque suavitatem orationis non posse ab alio quam te prodire intelligerem, quanta me affectum lætitia fuisse putas? Videbam enim spem tui adventus appropinquare, saneque pro eo, ac debebam, lætabar, quod patriam tuam ad tempus certe aliquod felicem reddidisti. Quam tu quidem ludens mihi videris accusare. Quamvis enim negare non possim, cælum tale esse, quale prædicas, et aquam bibentibus maritimam videri, et panes fere hordeaceos eo afferri (quæ tu omnia, caritate patriæ impeditus, verbis non exaggerasti), attamen, heus vir optime, gratia est habenda huic, quæ tuum animum ad philosophiam excoluit, ut aliquando Ægyptiorum delicias contemnere posses. Sapientem illum Ulixem, cum parvam et asperam, denique Ithacam insulam incoleret, tamen neque Calypso, neque naturæ in deum commutatio inducere potuit, ut Ithacam hisce omnibus non anteponeret. Sed neque Spartiates, opinor, cum domesticum victum recordaretur, Spartam accusavit. Verum scio, quæ te res ad accusandum incitet. Pecuniæ cupidus es, o bone; cumque tantillum a lucro abes, heu heu exclamas et Nilum opesque illinc manantes requiris. Hæc res te, sicuti ais, peregrinum facit et ut corpore sis nihilo elegantiore quam Chærepho. Credo autem insuper te a nympha quapiam amica detineri tandemque ægre quantas vires amor habeat sentire. Sed hæc ita sint, ut Veneri gratum et Cupidinibus. Interea vale, atque utinam brevi te prolis quoque parentem salutemus.

ξγ'. Πυθίῳ.

Εἴ μοί τις προσελθὼν οὐ πρότερον τοῦτο ποιήσας ἠξίου μανθάνειν εἰ λύραν ἔχοιμι, καὶ περὶ ἁρμονίας λόγον ἐποίει, πάντως ἂν ᾐσθόμην τὸ πρᾶγμα, καὶ ὅτι μουσικὸς οὗτος εὐθὺς ἠπιστάμην· εἰ δὲ περὶ ὅπλων ἦσαν οἱ λόγοι, καὶ μάχας ἔλεγε καὶ πολέμου τύχας ἀεὶ διηγεῖτο, οὐκ ἔδει δήπουθεν Πυθώδε ἰέναι καὶ ὅτι στρατιώτης οὗτος ἀκούειν. ἀλλὰ τί μοι βούλεται ταῦτα; πάντως μὲν ἤδη μανθάνεις, οὐδὲν δὲ ἧττον ὅμως εἰρήσεται. ἐμοὶ δοκεῖς ὡς ἄρα τὴν σὴν ψυχὴν ὄντως οἰκοῦσιν αἱ Μοῦσαι· εἶτα κάτοχος ὢν ταῖς θεαῖς βίον ἔχεις αὐταῖς ἀνειμένον, καὶ οὐδέν σοι θαυμαστὸν ὅ τι μὴ βιβλία καὶ λόγοι καὶ ὅσα ψυχὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνάγει. ἐντεῦθεν ἡμῖν ἐπεξενώθης ἀρχὴν φιλίας ποιησάμενος πρέπουσαν οἶμαι σαυτῷ. ἀλλὰ γὰρ εἴθε μὴ τῆς ἐφ' ἡμῖν ἐλπίδος διήμαρτες, ἀλλ' ὅπερ αἰτεῖς βιβλίον, τοῦτο δὲ ἦν παρ' ἡμῖν· οὕτω γὰρ ἂν σὺ μὲν εἶχες ἀεὶ τὸ ποθούμενον, ἐμοὶ δὲ μέγιστον ἦν τὸ δοκεῖν ὑμῖν κεχαρίσθαι. νυνὶ δὲ ὃ-

LXIII. Pythio.

Si quis me primum conveniens a me sciscitaretur num lyram haberem et de harmonia sermonem faceret, quid rei esset utique perspexissem eumque esse musicum intellexissem; contra si de armis essent sermones, pugnasque enarraret et belli fortunas sine intermissione memoraret, non opus esset opinor Delphos adire indeque accipere, militem eum esse. Sed quorsum hæc? Procul dubio iam intellexisti, nihilominus tamen dicam. Revera mihi Musæ animam tuam habitare videntur; quarum ex consortio vitam agis remissam atque illis deditam, nec quidquam demiraris præter libros et sermones et si quid mentem meliorem efficit. Hinc hospes meus factus es et mecum iniisti amicitiam tibi, ut opinor, gratam. Sed utinam spes illa, quam in nobis posuisti, te non fefellisset! Volumen illud, quod a me petis, utinam mihi sub manibus esset! Habuisses enim tu quidem quod exoptabas, mihi autem pretiosissimum fuisset grati quid tibi præstitisse. Nunc

μνυμι οὐ τὴν πλάτανον τὴν Σωκράτους ἀλλὰ τοὺς λόγους αὐτούς, μήπω γε τετυχηκέναι τοῦ κτήματος, καίτοι πλεῖστον ἤδη χρόνον ἐρῶντα· μικρὸν δὲ ὕστερον (ἀλλὰ σὺν Ἑρμῇ καὶ Μούσαις εἰρήσθω) ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου κομισθήσεται· τοῦτο γὰρ ἐκεῖθεν ἡμῖν οἱ προσταχθέντες ἐπέστειλαν. ὅπερ εἰ πρὸς ἔργον ἐκβαίη, ὄψει με πάντως αὐτόματον ὑμῖν προσιόντα περὶ τοῦ μεταδοῦναι ὡς εἰ καὶ αὐτὸς λαβεῖν ἐβουλόμην.

autem non per Socratis platanum, sed per ipsos sermones iuro nondum me fuisse fruitum bono illo, quantumcunque ex longo inde tempore exoptato. Sed non multo post Mercurio iuvante et Musis Alexandria afferetur; hoc enim mihi inde quibus id negotii mandatum est rescripserunt. Quod si prospere nobis succedat, me videbis ad vos quam maxime ultro pergentem, ut munere te donem, quali et ipse affici velim.

ξδ'. Διοδώρῳ.

Ἡ περὶ τῆς σῆς παιδεύσεως φήμη ὁποίων ηὐχόμεθα λόγων τὰς ἡμετέρας ἐνέπλησεν ἀκοάς. ὁ μὲν γὰρ τὴν τῆς συνηγορίας ἀφηγεῖτο σπουδήν, ὁ δὲ τὸ ἐν τοῖς δικαστηρίοις εὔτονον ἀπεθαύμαζεν, ὁ δὲ τὴν περὶ τοὺς προσιόντας εὔνοιαν, πλὴν εἰ μή τις ἀδικήσας ἐτύγχανεν. οἶδα δὲ καὶ τόδε ἀκούσας, ὡς ὁρῶν τινὰς μέγα μὲν δυναμένους, θαυμάζοντας δὲ τῶν δικαίων μηδέν, πολὺς ἔπνευσας κατ' αὐτῶν καὶ λοιδορίαν ἐπαινουμένην κατέχεες. ἐγὼ δὲ τούτων ἀκούων, ἄλλων ἄλλα διηγουμένων, ὥσπερ ἔνθους ἐγενόμην ὑφ' ἡδονῆς καὶ μέγα τοῖς λόγοις φρονῶν ἐδόκουν αὐτὸς ἐπαινεῖσθαι, ἤδη δὲ καὶ χάριν ὡμολόγουν τοῖς ἀπαγγέλλουσιν, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τῶν αὐτοὺς ἐπαινούντων ἀκούοντες. οὕτω δὲ ἔχοντι καὶ λογιζομένῳ προσελθὼν ὁ καλὸς Ὠρίων τὴν παρ' ὑμῶν αὐτῷ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν ἐπεδίδου, καί μοι τῆς φιλίας συνέχαιρεν, ὥσπερ δεινὸν ἡγούμενος εἰ λανθάνεις παρ' ἐμοὶ τοιοῦτος ὑπάρχων· ἐγὼ δέ σε μετὰ τὴν φήμην τῇ πείρᾳ μαθὼν καὶ οἷος περὶ τοὺς δεομένους, κἂν μὴ παρῶσι, καθέστηκας, οὐδ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις ὅσον ἐθαύμασα, καὶ αὐτὸν ἀπεκάλουν εὐδαίμονα τὴν σὴν εὐτυχηκότα σπουδήν. ὡς δὲ καὶ γραμμάτων ἠξίου τυχεῖν παρ' ἐμοῦ τῇ τῆς φιλίας μνήμῃ τὴν σὴν προθυμίαν ἔτι μᾶλλον ἐγερούντων, εὐήθη τοῦτον ἐκάλουν· μὴ γὰρ ἄν σε πρὸς ἀρετὴν πεφυκότα καλῶς γραμμάτων δεῖσθαι πρὸς ταύτην παρακαλούντων. ἀλλ' ὅμως τοῦτον οὐκ ἔπειθον· ἐδόκει γάρ τι καὶ δίκαιον λέγειν ὡς « ὁ καθ' ἑαυτὸν τοιοῦτος τίς ἂν γένοιτο γραμμάτων τυχὼν παρὰ σοῦ; » οὐκοῦν γένοιο μὲν αὐτὸς ὁποῖος καὶ πρότερον, ἐπαινοίμην δὲ πάλιν τῆς φιλίας ἐγώ, μὴ διαμάρτοι δὲ τῆς ἐφ' ἡμῖν ἐλπίδος ὁ νέος, ἀλλὰ γνόντων οἱ τὰ μεγάλα δύνασθαι δοκοῦντες ὡς ἄρα τῶν δικαίων ἐστὶν εἰκότως ἡττᾶσθαι.

LXIV. Diodoro.

Solertiæ tuæ et humanitatis fama sermonibus iis quos optabamus aures nostras implevit; alius enim tuam in causis dicendis diligentiam narrabat, alius virium contentionem qua in iudiciis elaborare soles mirabatur, alius quod homines adeuntes te comiter admittis, nisi forte quis iniuste egit. Illud quoque auditione percepi, te, cum homines quosdam magno imperio præditos iura divina et humana obterere videres, graviter in eos exarsisse et maledictis eos collaudatis prosecutum esse. Hæc cum audirem, alia aliis narrantibus, quasi divino spiritu tactus sum ac verbis illis superbiens ipse laudari mihi videbar, iamque nuntiis grates agebam, quemadmodum qui se laudari audiunt facere consueverunt. Atque ita cum essem affectus animo omnesque in tui memoriam conferrem cogitationes, bonus Orio epistolam mihi a te sibi scriptam reddidit mihique amicitiam tuam gratulatus est, tanquam miratus, quod, cum talis esses, apud me delituisses; ego vero, cum re, non fama solum te cognovissem, et cum viderem qua esses mente erga petentes, etiamsi non adessent, verbis exprimere nequeo quanta me incesserit admiratio, meque felicem prædicabam, quod tuum mihi studium paravissem. Et cum literas quoque a me expeteret, quæ amicitiæ nostræ memoria benevolentiam tuam magis etiam excitarent, absurdum eum vocavi; neque enim tibi, qui virtutis gloria præstes literis opus esse, quibus ad illam impellereris. Nihilominus non persuasi; neque iniuria Orio « qualis ille » inquit « literis a te acceptis futurus est, cum sponte sua talem se præstiterit? » Tu igitur liberaliter eum habeto, ut adhuc fecisti; ego iterum laudes habere velim de amicitia mea; adolescens autem spe, quam in me collocavit, ne excidat; immo sciant homines qui habentur potentes efficiendi quæ velint, iure se a iustitia superari.

ξε'. Ἱερωνύμῳ.

Ἐγὼ μὲν τῆς ἀδελφῆς λανθάνειν ᾤμην τὸν γάμον, καὶ δὴ τοῖς προσοικοῦσι τὴν οἰκίαν πᾶσιν ἐγνῶσθαι, μή τι σοί, ὃν ᾤμην ἔτι παρὰ τῷ Νείλῳ καθῆσθαι· σὲ δὲ λανθάνειν ἔοικε τῶν εἰς τρυφὴν ἡκόντων οὐδέν, ἀλλ' ἅμα τέ τι δρᾶται καί σε προσβάλλει πόρρωθεν ἡ τῶν ἐπιτελουμένων ὀσμή, καί που τάχα τὸν Ὁμηρικὸν Δία

LXV. Hieronymo.

Ego quidem opinabar sororis nuptias in occulto esse ac sane vicinis nostris omnibus cognitam esse, non vero tibi, quem adhuc ad Nilum sedere credebam, te vero nihil latere videtur eorum quæ ad vitam lautiorem pertinent, sed eodem temporis puncto, quo solemnia nescio quæ celebrantur, odor eorum e longinquo nasum tuum ferit, ac fortasse Iovem Homericum exsuperas

νικᾶς λοιβῆς καὶ κνίσσης ἐρῶν ἑλισσομένης περὶ καπνῷ. ταῦτά σε Νεῖλος διέθηκε καὶ οἱ παρ' ἐκεῖνον εὐδαίμονες ἄνθρωποι, μεθ' ὧν τὴν Ἐλοῦσαν οἰκῶν ὀξυτέραν ἔχεις τὴν αἴσθησιν, εἴ που δὴ γῆς καπνὸς ἀναδίδοται. τὸν δὲ σὸν παῖδα μικροῦ δεῖν ὥρμησα διαθεῖναι κακῶς, ὅτι μὴ γράφειν εἰς πλάτος ἀφῆκέ σε τὴν ἐπιστολήν. ἀλλὰ παρὰ σοῦ δῶρα προσάγων μετέβαλέ τε τῇ θέᾳ καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως μοι διέλυσε τὸν θυμόν. οὐκ εἰς μακρὰν δέ σε τούτων ἀμείψομαι· ἢ γὰρ γέγονέ σοι θυγάτριον ἢ γενήσεται.

amore libationum et nidoris in fumo surgentis. Talem te effecit Nilus eiusque fortunati accolæ, inter quos Elusam habitans sagaciorem odoratum habes, si alicunde terrarum fumus evolvitur. Puerum autem tuum pæne male habui, quia uberiorem epistolam te scribere non passus est. Sed munera tua afferens gratissimo spectaculo totum me commutavit iramque meam nescio quomodo solvit. Ceterum brevi pari referam; aut enim iam nata tibi filia est aut nascetur.

ξϛ'. Ἀλύπῳ καὶ Στέγῳ γραμματικοῖς καὶ Ἱερίῳ Ῥωμαϊκῷ.

Σόλωνι τῷ νομοθέτῃ ἐπειδὴ νόμων ἕνεκα καλῶς ἔχειν ἡ πόλις ἐδόκει, δεινὸν ἡγούμενος μέχρι τῆς Ἀττικῆς αὐτῷ τῆς σοφίας ἑστάναι τὸ θαῦμα, ἐφοίτα μὲν παρ' Αἰγυπτίους καίπερ σοφωτέρους εἶναι τῶν ἄλλων αὐχοῦντας, ἐφοίτα δὲ καὶ παρὰ Κροῖσον ὡς ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῷ πλούτῳ κομῶντα· μεῖζον γὰρ ἐδόκει τῷ Σόλωνι σοφίᾳ τρυφᾶν ἢ χρυσῷ ῥέων ὁ Πακτωλὸς γῆν τὴν ὅσην ἐπῆλθεν ἐκεῖνος. καὶ οἱ μὲν ὁρῶντες ἐθαύμαζον, ὡς δὲ ἀπεφοίτα, πάλιν ἐπόθουν τὸν Σόλωνα· Ἀθηναῖοι δὲ παρ' οἷς τὴν κρηπῖδα τῶν μαθημάτων ἐβάλετο, τάχα καὶ τὴν Ἀθηνᾶν ηὔχοντο τὸν νομοθέτην αὖθις ἀποδοῦναι τῇ πόλει. εἰ δὲ καὶ τούτων ἕνεκα τὴν ἀποδημίαν ἐσοφίζετο, γνῶναι θέλων ὅπως ἔρωτος ἥκουσιν εἰς αὐτὸν Ἀθηναῖοι, οὐκ ἂν οἶμαι θαυμάσαιμι. πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς ἀπόντος ἐδάκρυσαν Ἀθηναῖοι, καίτοι σοφοὺς ὡς εἰκὸς εὐτυχοῦντες ἑτέρους· τίνες δ' ἂν γενοίμεθα τὸ κεφάλαιον ὅλον ἀφαιρούμενοι; καὶ ἣν ἄν τις ἐδίστασε πρότερον εἴτε τὴν Ἀττικὴν εἴτε τὴν Ἰταλίαν προσῆκεν εἰπεῖν, αὕτη σιγᾷ νῦν ἐξαίφνης καὶ τῶν γνωρισμάτων ἀφήρηται, καὶ ταὐτὰ πάσχειν ἔοικε τῷ Κιθαιρῶνι, ὃς πολὺν δεξάμενος τὸν θεόν, ἀπιόντος πάλιν ἐξαίφνης ἔρημος ἦν, καὶ ὁ Διόνυσος οὐδαμοῦ. ὅθεν καταβοήσομαι τοῦ Ἀπόλλωνος, ὃς παρ' ἑαυτὸν ἐκάλει τὰ ἡμέτερα παριδών. καὶ οἶμαι τούτῳ συνήδεσθαι τῆς εὐτυχίας τὰς Μούσας· ὑμεῖς δέ που καὶ παλαιῶν μυθολογημάτων ἐμπίπλασθε, παρ' αὐτὴν ἤδη τὴν Δάφνην λογιζόμενοι τοῦ θεοῦ τὸ πάθος, τῆς Δάφνης τὴν σωφροσύνην καὶ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ φυτὸν παραμυθούμενον ἐραστήν· καὶ παρ' ὑμῖν μόνοις τῶν δρωμένων ἡ θέα τῷ λόγῳ τὴν μαρτυρίαν χαρίζεται. εἰ δὲ καὶ κυπάριττοι πυκναὶ πρὸς χάριν ἀνεῖνται τῆς ἐρωμένης Ἀπόλλωνος καὶ ὕδωρ ἄφθονον, καὶ τέττιγες ᾄδουσι καὶ ὁδὸς τῇ πόᾳ μαλακῇ παρακέχυται, καὶ δένδρα ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις καὶ οἰκίαι τῷ τούτων ὕψει κατὰ μέσον κρυπτόμεναι, αὔρά τε μετρία καὶ ὀσμὴ συμμιγὴς καὶ σκιὰ τοῦ ἡλίου τὸ λυπηρὸν ἀποκλείουσα, ὑμέτερον ἢ ὡς τάχος ἀγγέλλειν ἢ διηγεῖσθαι τοῖς γράμμασι. πλὴν βουλοίμην ὡς ὑμᾶς ἐλθὼν ἰδεῖν, ἵνα πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ μαντευομένων ἀκούσωμαι· καὶ τοῦτο γὰρ ὑμῖν οἶμαι δεδωκέναι τὴν Δάφνην.

LXVI. Alypo et Stego grammaticis et Hierio Romano.

Solon legislator cum a legibus firma ei videretur esse respublica, sapientiæ suæ famam Græciæ finibus contineri iniquissimum iudicans, ad Ægyptios profectus est omnibus licet sapientiores se esse gloriantes, itemque ad Crœsum divitiis quasi dono divino superbientem. Antiquius autem Soloni esse videbatur sapientiæ aviditatem explere quam exsatiari auro, quod Pactolus diffundebat. Atque illi Solonem cum viderunt, admirati sunt; revocare cupiebant, cum discessisset; Athenienses, apud quos fundamenta præceptorum iecerat, ipsam Minervam, nisi fallor, precati sunt, ut redderet urbi legislatorem. Quod si propterea peregrinationem excogitavit, ut cognosceret quantum Athenienses in amore ipsius profecissent, non ego quidem miror. Sed absentiam unius hominis Athenienses deplorabant, etsi præterea alios favente fortuna sapientes habebant; nos vero quid agamus, quibus ademti sunt viri omnium gravissimi? Ni mirum illa terra. quæ utrum Attica an Italia appellanda esset dubitari prius poterat, nunc derepente tacet insignibus suis privata, idemque ei evenire videtur quod Cithæroni, qui postquam deum excepit tumultuantem, repente post eius discessum solus derelictus est ac desertus, neque usquam Bacchus auditur. Unde graviter accusabo Apollinem, qui nulla nostri habita ratione ad se vocavit nostra. Ac credo Musas ei fortunam gratulari, vosque nisi fallor veterum fabularum memoriam redintegrabitis, iuxta ipsam Daphnen reputantes quo animi motu deus fuerit perturbatus, quanta fuerit Daphnes sobrietas et humanitas, laurus quomodo amatorem permulserit. Scilicet apud vos solos rerum quibus ipsi interestis adspectus fabulari isti historiæ fidem facit. Num vero terra gratificata Apollinis deliciis crebras cupressos ediderit aquasque copiosas, canantque cicadæ et semita pateat mollissimo gramine spissa, sitque locus ille condensus cuiusvis generis arboribus ædificia cingentibus ac proceritate sua occultantibus, et auræ spirent tenues odorumque mistorum affletur suavitas, et umbra solis iniquitates prohibeat, vestrum est quam celerrime vel nuntiis ista vel literis significare. Sed velim vos convenire et videre res illas magnificas ac præterea vos audire vaticinantes; nam et hoc vobis a Daphne concessum esse opinor.

ξζ'. Παλλαδίῳ.

Τὴν τῶν μέγα δυναμένων ἀρετὴν μεγίστην οἶμαι τοῖς ἀδικουμένοις παραμυθίαν. δυνάμεως γὰρ εἰς ταὐτὸν ἐλθούσης καὶ γνώμης τιμώσης τὰ δίκαια, τί κωλύει πρὸς πέρας ἰέναι τὰ δοκοῦντα τοῖς νόμοις; ἀλλὰ τί μοι βούλεται τὸ προοίμιον; Ἰσίδωρος ὁ σχολαστικός, ὁ πάλαι μὲν φίλος ἡνίκα ἔζη, νῦν δὲ μέχρι τῆς μνήμης, οἷος μὲν ἦν τὸν βίον καὶ ὡς πανταχόθεν αὐτὸν παρεῖχε θαυμάζειν, κἂν ἑτέροις αὐτὸς διηγήσαιο. νυνὶ δὲ ἀπελθὼν ἐξ ἀνθρώπων ἔρημον συμμαχίας κατέλιπε τὴν οἰκίαν· ἡ μὲν γὰρ πάλαι μήτηρ νῦν ἄπαις ἐπὶ γήραος οὐδῷ καὶ μήτηρ οὐκέτι, ἡ δὲ σύνοικος χηρείας ὑποφέρει ζυγόν. τὰ δὲ παιδία τί δεῖ καὶ λέγειν; κόραι γὰρ αὗται μικρὰν ἄγουσαι τὴν ἡλικίαν καὶ ὀρφανίας τύχης πειρώμεναι. συνελόντι δὲ φάναι, πρόκεινται πᾶσι τοῖς ἀδικεῖν βουλομένοις, εἰ μὴ σὺ κωλύσεις, εἰς ὃν αἱ τούτων ὁρῶσιν ἐλπίδες. ὁ δεῖνα γὰρ φύσει μέν ἐστι πονηρός, ἐπ' ἀδείας δὲ γενόμενος καὶ τὴν ἐρημίαν ἰδὼν πέφηνε πονηρότερος· προσοικῶν γὰρ τὴν τούτων οἰκίαν καὶ τὸν ἐκ τοῦ γειτνιάζειν φθόνον λαβών, μίαν πεποίηται γνώμην ἄχρηστον αὐταῖς ἀποφῆναι τὴν οἴκησιν. ὅθεν οὔτε τῶν οἰκοδομούντων ἐννόμως κωλυομένων ἠνέσχετο, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους διὰ γραμμάτων συγκείμενα λῆρον ἡγούμενος κυριώτερον αὑτὸν ἀποφαίνει τῶν νόμων καὶ ὧν αὐτὸς ὡμολόγησεν. ἀλλὰ δικαστοῦ καὶ μισοῦντος τὰ φαῦλα γνώμην λαβὼν γενοῦ ταῖς κόραις πατὴρ καὶ τῇ μητρὶ παῖς καὶ τῇ γυναικὶ πάλιν ἴσα καὶ σύνοικος, ἡμῖν δὲ τοιοῦτος οἷον ἡ προλαβοῦσα πεῖρα πολλάκις ἀπέδειξε· καὶ γνώτω σαφῶς ὡς οὐκ ἔστιν ἔρημον εἶναι συμμαχίας, ἕως ἂν οἵ τε νόμοι σώζωνται καὶ ἄνδρες τιμῶντες τὰ δίκαια.

ξη'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Τὴν ὑμετέραν ἐπιστολὴν εἰς χεῖρας λαβὼν αὐτὰς ἔδοξα μόλις ἀπειληφέναι τὰς Μούσας, ἔνθους τε ἦν ὑφ' ἡδονῆς καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ γένωμαι, ὥσπερ οἱ Δελφοὶ ἐπειδὰν ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθόντος Ἀπόλλωνος τὸ πρὶν σιγῶντες πλήρεις ἐξαίφνης γένωνται τοῦ θεοῦ. τοιοῦτος ἦν τις ἐγώ, πάντα θαυμάζων, τῶν ὀνομάτων τὴν ὥραν, τὴν πρὸς ἄλληλα τούτων ἁρμονίαν, τὸ διὰ πάντων κάλλος ἐπιφαινόμενον, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, τοὺς ὑμετέρους τρόπους, ἐξ ὧν ἡμῖν προῆλθε τὰ γράμματα· καί σοι πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο τοιαύτην ἡμῖν ἀποδεδωκότι τὴν ἑορτήν. ἀλλὰ γὰρ μία χελιδὼν ἔαρ φασὶν οὐ ποιεῖ. οἷον δὲ καὶ ἡ προλαβοῦσα χελιδὼν εἰς ἔαρος ἤρκεσε χρείαν. εἰ δὲ καὶ δευτέραν προσθείης καὶ τρίτην εἶτα πολλάς, οὐδὲν ἂν εἴη παρ' ἡμῖν οὔτε Κροῖσος ἐκεῖνος οὔτε χρυσῷ ῥέων ὁ Πακτωλός. τοὺς δὲ ὑμετέρας παῖδας εἶδον ἡδέως καὶ ὥσπερ δι' εἰκόνος ἀνηγόμην πρὸς σέ. ὅθεν ηὐξάμην καὶ πλείους ἰδεῖν, καὶ εἰ δεῖ μεγάλα λέγειν, τοῦ πατρὸς ἀμείνους. ἀλλ' οὖν εὐχομένῳ ῥᾴδιον λέγειν ὅσα γε

LXVII. Palladio.

Hominum potentium virtutem maximum censeo esse oppressorum solatium. Nam cum potentia et recti voluntas consocientur, quid obstat quin perficiantur quæ legibus constituta sunt? Sed quorsum illud procemium? Isidorus scholasticus, quem olim, dum vivebat, in amicorum numero habebam, cuiusque nunc amicitiam recolo memoria, quam ab omni parte admirabilem se gesserit, ipse tu facile aliis narraveris. Nunc, cum e vita migravit, destitutam omni adiutorio domum reliquit. Nam eius quondam mater iam orba in ipso senectutis limine, neque amplius mater est, uxor viduitatis iugo premitur. De liberis vero quid dicam? Parvulæ sunt puellæ et orphanorum sortem expertæ, unoque verbo cuivis iniuriam inferre volenti obnoxiæ, tu nisi vetes, in quo spes earum vertitur. (5) Nam iste natura sua perversus est; augetur perversitate, cum in tuto se esse sentiat videatque illarum solitudinem. Nimirum domus eius illarum domum attingit; et in invidiam ille vocatus vicinitate omnes cogitationes in unam rem confert, ut scilicet illis domum suam inutilem reddat. Unde neque ædificationes legitime prohiberi passus est, et pacta mutua pro nihilo ducens legibus et stipulationibus quibus se ipse alligavit superiorem sese ostendit. (6) Iudicis igitur mentem indue et osoris pravitatum, ac puellis esto pater, matri filius, uxori mariti vicem præsta; nobis vero eum te exhibe, qualem superiorum annorum usu sæpe cognovimus. Ac probe sciat ille, non esse auxilii inopiam, donec leges et viri iustitiæ cultores stent incolumes.

LXVIII. Gessio iatrosophistæ.

Literis tuis redditis ipsas pæne Musas mihi visus sum accepisse, ac quasi deo agitante incalui, et vix constabam mente. Ac quemadmodum Delphii, ex Hyperboreis adventante Apolline, primum silent, tum pleni repente deo fiunt, ita ego omnia mirabar, verborum venustatem, concentum, elucentem undique ornatum, et quod maximum erat, indolem tuam, unde literæ nobis fluxerunt. Bene tibi eveniat, qui hæc mihi solemnia feceris. At hirundo una, inquiunt, ver non facit. Et tamen superior quædam hirundo nonne effecit, ut ver inciperet? Quodsi alteram addideris et tertiam et multas præterea, nihil profecto tribuemus Crœso illi vel Pactolo aurum vehenti. Liberos tuos lubenter vidi et quasi per imaginem ad tui memoriam revocatus sum; unde exoptavi et plures videre et, si magna dicere licet, patre meliores. Sed optanti facile est quæcunque velit dicere et

βούλεται, καὶ μιμεῖσθαι τὸν Ἕκτορα. τὸν δὲ ἑταῖρον Δωρόθεον αὐτόν με δοκεῖ παρόντα προσάγειν ὑμῖν· καὶ λέγειν ἄλλο μὲν οὐδέν, πληρῶσαι δὲ τούτῳ τὰς ἐλπίδας αὐτὸς παρέσχε τὰ ὑμέτερα διηγούμενος. εἰ δὲ καὶ δι' ἐμέ τι πλέον ἕξειν ἐλπίζει, ὑμέτερον ἂν εἴη μὴ ψευσθῆναι τοῦτον τῆς γνώμης. συστήσει δὲ τὸν νέον ὑμῖν καὶ τρόπος ὁμοίως καὶ σπουδή, ἅπερ εἰ ἦν αὐτὸν ἅμα τῇ θέᾳ παραστῆσαι σαφῆ, οὐδὲν ἂν ἴσως ἔδει τῶν ἡμετέρων γραμμάτων. νῦν δὲ δι' ἐμὲ τὰ πρῶτα τιμήσας, ὕστερον οἶμαι θαυμάσεις καὶ δι' αὐτόν. οἶμαι δὲ καὶ τὸν ἑταῖρον Ἀναστάσιον εὐμενέσιν ὑμᾶς ἰδεῖν ὀφθαλμοῖς, ὃς τὸ ἡμέτερον ἐπιγράφεται γένος. τί γὰρ δεῖ πλέον εἰπεῖν πρὸς ἄνδρα πάλαι τε φίλον καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον εὐνοεῖν ᾑρημένον;

Hectorem imitari. Dorotheum amicum præsens tibi commendare constitui, sed humanitatem tuam narrans ipse in causa fuit, ut nihil adderem sed simpliciter spes eius explerem. Quodsi per me commodi aliquid se habiturum esse sperat, tuum erit efficere, spe ne excidat. Commendabunt autem iuvenem mores ac studium acre; quæ si fieri posset ut ipso adspectu coarguerentur, meis literis fortasse non opus esset; nunc eum primo mea causa cohonestabis, postea, credo, propter ipsum miraberis. Puto te Anastasium quoque amicum meum, qui propinquitate mecum coniunctus est, benignis oculis adspicere. Quid enim amplius dici oportet homini iam pridem sodali et cui nunc placuit non minus benevolenti esse?

ξθ'. Ζαχαρίᾳ ἀδελφῷ.

Ὡς ἔοικεν, ὦ λῷστε, τῶν εἰς ἡμᾶς σκωμμάτων οὔποτε παύσῃ. μηδέ γε παύσαιο τούτων, ὦ πάντες θεοί· ὡς ἐγὼ λεγομένων ἀκούων προσγελῶ τε τοῖς γράμμασι, καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνοῦμαι τῇ διανοίᾳ, καὶ λέγειν τι δοκῶ πρὸς ὑμᾶς καὶ λεγόντων ἀκούειν. ὥστ' εἴ σοι μέλει τῆς ἐν τοῖς γράμμασι χάριτος (μέλει δὲ πάντως), βάλλ' οὕτω καὶ μείζονα χαρίζεσθαι δόξεις, ἢ εἴ μοι παρεῖχες Κροίσῳ γενέσθαι. κάλει δὲ πάλιν σοφιστήν, καὶ λέγε κρότων ἐρᾶν, ὀφρύν τε προστίθει καὶ τῦφον καὶ πᾶν ὅ τι σοι φίλον. πολλάκις δὲ καὶ σοφιστὴν εἰπὼν ἀπηλλάγης, ὡς ταὐτὸν ὂν τοῦτο εἰπεῖν καὶ ἀλαζόνα καλέσαι. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἐμὴν τέχνην οὐκ ἂν ἀρνησαίμην· εἰ δὲ ταύτης ἴδιον τὸ πρὸς ἀλαζονείαν ἐπαίρειν, καὶ σοί που μέτεστιν ἄγαν τῆς τέχνης, ὥστε δέδοικα μὴ ὅσον ταύτης μετέχεις, — ἀλλὰ γὰρ αἰδοῖ τῇ πρὸς σὲ σιωπήσομαι. ἴσως δὲ θαυμάζεις εἰ σοφιστὴς ὢν καὶ τὸ ἔαρ ἤδη θεώμενος, δέον ἐμπομπεῦσαι τῷ λόγῳ, εἶτα παρῆλθον σιγῇ· καί που ζητεῖς ἐν τοῖς γράμμασιν ἄνθη καὶ χελιδόνας καὶ θαλάττης μεταβολὴν ἥμερον, τόν τε Ἄδωνιν τὸν καλὸν καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἐκείνην τὴν παραδόξως ἐρῶσαν, καὶ ὅτι μὴ τὸ ῥόδον ἀκούεις καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ χάριν πάλιν θαυμάζεις. ἐγὼ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἂν εἴποιμι καὶ μάλιστά γε πρὸς σέ, μήποτε πάλιν γελάσας ἀπειρόκαλόν με καὶ σοφιστὴν ὀνομάσῃς.

LXIX. Zachariæ fratri.

Τίς ἂν γενοίμην ἐραστὴν καὶ ἀδελφὸν κατηγοροῦντα λαβών, καὶ μηδὲν ἔχειν οἰόμενον ὅ τι καὶ λέξωμεν; τί γὰρ δὴ φής; ῥήτορες ὑμεῖς καὶ θυγατέρων πατέρες πολλῶν· τὰς γὰρ ἐπιστολὰς οὕτως ὀνομάζειν ἐδόκει. ἀλλ' ἦν, φής, πάλαι ταῦτα, νῦν γὰρ οὐκέτι, ἀλλ' ὑβρισταί τινες ὑμεῖς καὶ θεσμὸν ἀτιμάζοντες ἔρωτος. ἀλλ' εἰ μὲν ἦν τις ποιητικός, τὸν Ἀπόλλω δήπου καὶ τὰς Μούσας ἐκάλουν, « δοίητέ μοι » λέγων « εἰπεῖν καὶ πεῖσαι καὶ μὴ ἄδικα φανῆναι τὰ παιδικά· » νυνὶ δὲ μιμήσομαι γοῦν τι ποιητικὸν καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυρες ἔστων, μὴ οὕτως ἔχειν τὰ καθ' ἡμᾶς ὥς που καὶ λέγεται, ἀλλὰ γὰρ ἔτι φιλίας ἡμῶν αἰδὼς καὶ μνήμη φιλτάτων. τίς οὖν, φής, ἡ σιγή; δέδοικα μή τις ἄδικος τύχη ταῖς ἐμαῖς ἐπικωμάζῃ γοναῖς, καὶ πρὸς σὲ τὰς ἐμὰς παῖδας ἐπειγομένας ἄλλην ἄλλοτε φέρῃ· καί που ξένων ταύτας ἠνέγκαντο χεῖρες, ἀγνοούντων τίνες αὗται καὶ πόθεν. ἀλλὰ γὰρ ἀτυχῶν ἐπὶ ταύταις καὶ ἀγνώμων ἐδόκουν καὶ κρίνομαι. τὰς μὲν οὖν ἄλλας τί ἄν τις ἰῷτο λέγων; ἀλλὰ χθές που καὶ πρῴην ἐστάλη τις ὡς σέ, τοὺς ἐμοὺς ἀγῶνας διηγουμένη, καὶ νῦν, ὡς ἔοικε, ξένη τις πλανᾶται καὶ ἔρημος. ἀλλ' ἥκοι ποτὲ χεῖρας εἰς σάς, καὶ εὐφραινοίμην ἀκούσας. τὰ δὲ σὰ ῥόδα

XCIII. Zachariæ fratri.

Quid de me fiet, cum in amatoris et fratris reprehensionem incucurrerim, et qui credat nihil me habere quod excusem? Quid enim ais? Rhetor es multasque filias progenuisti. Ita enim epistolas appellare libuit. Sed hæc, inquis, pridem fuerunt, nunc abierunt, immo insolens es neque amoris legibus honorem habes. Ego si poeta essem, Apollinem et Musas nescio an vocarem, « efficite » inquiens « ut loquar et persuadeam et fidum me præstem amasium. » Nunc vero poetarum saltem more dicam « magna voce verissimum iurabo iusiurandum, diique testes sunto » res nostras aliter habere quam vulgo dicitur; nam adhuc verecundiam habemus amicitiæ et memoriam deliciarum nostrarum. Sed quid hoc silentii est? ais. Vereor ne perfida fortuna natis meis insultet et filias meas ad te contendentes aliam alio abripiat, ac fortasse manibus traditæ sunt hospitum, ignorantium quæ illæ et unde essent. Sed hoc malum nactus iniquus visus sum et in iudicium adducor. Nolo autem detrimentum resarcire ceteras commemorando; nuper tamen epistola ad te missa est, in qua certamina mea narrabam; sed nunc, ut videtur, peregre vagatur et hominum fugit consuetudinem. Quæ utinam in manus tuas veniat nuntiusque mihi eius rei exoptatus afferatur. Rosis tuis

λαβὼν ἥσθην ἐπὶ τούτοις· οὐχ ἧττον ἢ Ὀδυσσεὺς τὴν Ἀλκίνου φιλοτιμίαν ὁρῶν· ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ λαβεῖν εἶχε μόνον τὴν ἡδονήν, παρ' ἡμῖν δὲ ἄμφω, ὅτι σὺ μὲν δίδως, ἐγὼ δὲ λαμβάνω.

summopere delectatus sum, non minus quam Ulixes, cum Alcinoi largitionem videret. Ille tamen ex sola acceptione voluptatem cepit; nos bifariam delectati sumus, tu dando, ego accipiendo.

ϟδ'. Ἐπιφανίῳ.

Ἔτι σιγᾷς; ἔτι τῶν ἀπερριμμένων ἡμεῖς, οὐδέ σε παλαιῶν ἐρώτων ὑπεισῆλθεν οὐδέν; νηλεὴς σύ γέ τις καὶ ἀμείλιχος. ἀνάλαβέ μοι τὴν μνήμην, ὡς οὐχ ἐπὶ τοιαύταις ἡμῶν ἀπῆρας ἐλπίσιν, ἀλλ' ἐδάκρυες μὲν οἴμοι καὶ μόλις ἀπήρχου, γράψειν δὲ ὡμολόγεις μικροῦ δεῖν καὶ πρὶν ἐπιβῆναι τῆς γῆς. νυνὶ δὲ οἴχεται μὲν ἐκεῖνα, σιωπᾷς δὲ μόνον, ἡμῶν δὲ λόγος οὐδείς. εἰ δὲ σιωπήσεις ἔτι, ἀναβοήσομαί τι τραγικόν, « ἰὼ Ζεῦ » λέγων, « καὶ Φιλία καὶ Λόγοι, ἠδίκησθε μὲν ὑμεῖς, ἠδίκημαι δὲ ἐγώ. ὁ δὲ ἀδικῶν ἦν ὅτε φίλον ἐκάλει· νῦν γὰρ οὐκέτι. »

XCIV. Epiphanio.

Adhuc siles? adhuc abiecti numeramur? non te antiquorum amorum subit recordatio? Crudelis tu et implacabilis. Illud memento, te ad alias me, cum abires, spes erexisse, teque proh dolor lacrimas fudisse et vix a me discessisse, ac prope fuisse, ut pollicereris te literas ad me daturum vel prius quam in terram exisses. Nunc finem illa habuere, ac tu siles nostrique rationem habes nullam. Quod si perseverabis in silentio, exclamabo tragice « o Iuppiter et Amicitia et Verba, et vobis iniuria illata fuit et mihi; ni mirum iniuriam qui fecit, tum fecit, cum me amicum vocabat; nunc enim vocare desiit. »

ϟε'. Ἰωάννῃ.

Εἰ τὴν φιλίαν ἐψευσμένην δείκνυσι τὸ σιγᾶν, ἀνάγκη μέχρι λόγων αὐτὴν ἀεὶ συνεστάναι, εἴ γε τούτων ἀπόντων ἐλέγχεται. οὐκοῦν λείπεται καὶ τὸν δυσμενῆ φίλον ἡγεῖσθαι, μόνον εἰ φθέγγοιτο. ἀλλὰ μὴ τοιοῦτοι κριταὶ φιλίας ἡμεῖς· τί γὰρ κωλύει καὶ σιωπῶντα τῇ μνήμῃ τοὺς φίλους ὁρᾶν; ὅπερ ἡμῖν καὶ νῦν ἐστὶ καὶ οὔποτε παύσεται. λογισώμεθα δὲ μᾶλλον ὡς οὐ δέδοται πάντα πράττειν ὡς ἕκαστος βούλεται, αἱ ἔξωθεν δὲ φροντίδες τοῦ βίου καὶ τὸ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον ἐπικρατοῦσιν ἔσθ' ὅτε τοῦ λογισμοῦ, καὶ τὰ μὲν ἄγει, ὁ δὲ δουλεύει καὶ πείθεται. κἀμοὶ τοίνυν, ἐπειδὴ τοῦ διδάσκειν ἐπέβην, ἀγῶνές τε συνεχεῖς καὶ αἱ περὶ τούτων φροντίδες ἐξ ἀρχῆς τε ἐπέθεντο καὶ μέχρι νῦν οὐκ ἀπέλιπον. ταῦτα μᾶλλον ἐχρῆν ἐνθυμεῖσθαι ἢ ἐπὶ μικροῖς ὑποπτεύειν ὡς ἦμεν ἀγαθοί ποτε πρὸς φιλίαν καὶ νῦν ἤδη πεπαύμεθα. ἀλλ', ὦ Ζεῦ καὶ Ἔρωτες καὶ ὅσοι φιλίας ἐπόπται, πείθοιτε τοὺς ἐμοὺς κατηγόρους, ὡς οὔποτε πρὸς λήθην αὐτῶν ἀφικόμην, ἀλλὰ σύνειμι τῷ λογισμῷ καὶ λέγειν τι δοκῶ καὶ λεγόντων ἀκούειν, καὶ ὡς εἰ τούτους ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι.

XCV. Ioanni.

Si silentium demonstrat vanos esse amicos, tales tibi para, qui nunquam confabulari desinant, quandoquidem sermonum intermissione comprobatur vanitas. Relinquitur autem, ut et inimicum, modo loquatur, amicum putare liceat. Nos ne tales amicitiæ iudices simus cavebimus; quid enim impedit quominus amicos, dum ipsi taceamus, memoria adiuvante quasi oculis cernamus? quam artem nunc exercemus neque unquam abiciemus. Reputemus potius, non omnia nos peragere posse ad arbitrium nostrum, sed passim externas vitæ curas et res futuras, quippe incertas, rationi vim adhibere, ut illæ præeant viam, hæc servæ instar sequatur. Me quoque, ex quo doctoris partes egi, crebra certamina et curæ inde natæ ab initio presserunt necdum discesserunt. Hæc potius respicere debebas neque propter pusillas quasdam causas suspicari me olim ad amicitiam proclivem fuisse, nunc vero alienum esse ab illa. O Iuppiter et Cupidines ceterique amicitiæ præsides, persuadete accusatoribus meis, nunquam me memoriam eorum deposuisse; imo amplector eos cogitatione, et mihi videor colloqui cum iis et audire loquentes. Certe horum si fuerim immemor, ipsum me credam dedisse oblivioni.

ϟς'. Ζαχαρίᾳ καὶ Φιλίππῳ ἀδελφοῖς.

Ὅσῳ τῷ περὶ ὑμᾶς κεκράτημαι πόθῳ, πῶς ἂν δυναίμην παραστῆσαι τῷ λόγῳ, πλὴν εἰ μή που παραπλήσια τυγχάνετε πεπονθότες; ὁ γὰρ πεπονθὼς τὰ περὶ τούτου κρίνειν ἐπίσταται. πέπεισμαι δὲ τοιούτους εἶναι, καὶ νόμον διασώζειν φιλίας ἅμα καὶ φύσεως ἐξ ὧν καὶ γράφετε καὶ παραμυθεῖσθε τοῖς γράμμασιν. ἐμοὶ δ' οὖν ὅμως ἠπορημένῳ τῷ πάθει καὶ τοιοῦτό τι πολλάκις ἐπῆλθεν εἰπεῖν. εἴθε γενοίμην Περσεὺς καὶ φανείην ὑπόπτερος τὸν ἀέρα τέμνων καὶ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης φερόμενος, ὅπως ἂν ἅμα τε δοκῇ καὶ γί-

XCVI. Zachariæ et Philippo fratribus.

Quanto vestri desiderio tenear, verbis ostendere vobis nequeo, nisi forte similia experti estis. Qui enim expertus est, verissimum de ea re iudicium habet. Tales autem vos existimo esse et legem amicitiæ et naturæ servare eo quod scribitis et per literas me consolamini. Sed tamen vehementiore animi motu perturbatus sæpe deducor ut in hunc fere modum loquar. « Utinam Perseus essem liceretque pennato æra scindere et mare supervolare, ut cogitatione citius ad vos pervenirem et amore vestro fruerer. » . . . .

νωμαι παρ' ὑμῖν καὶ ἀποναίμην τοῦ ἔρωτος. παρὰ φύσιν μὲν ἀλλ' οὐ πόρρω ποθούντων ἡ γνώμη πλανᾶσθαί τε ῥαδίως καὶ ὀνειροπολεῖν ἃ πέφυκε γίνεσθαι. εἰ δέ μου πάλιν μυθολογοῦντος ἀνάσχοιο, ἤδη καὶ τὸν Ἄβαριν πολλάκις ἐζήλωσα, Σκύθην μὲν ὄντα καὶ βάρβαρον, σοφὸν δὲ ἄλλως, εἰ δὲ θέλεις, εὐδαίμονα, ὅτι τὸν οἰστὸν ἔχων ὑπηρετοῦντα τῇ γνώμῃ παρ' οὓς ἤθελεν ἤγετο, καὶ ὁδοῦ μῆκος οὐδὲν παρελύπει τὸν Ἄβαριν. ἀλλὰ τί μοι τὰ πόρρω παρὰ φύσιν ζητεῖν; μόνον ἡμῖν λείπεται πρὸς παραμυθίαν τὰ γράμματα, Περσεὺς δὲ καὶ Ἄβαρις ποιηταῖς δεδόσθων καὶ μύθοις.

. . . .

Si per te iterum mihi fabulari licet, iam et Abari sæpe invidi, Scythæ quidem et barbaro, sed alias sapienti et, pace quod dixerim tua, felici; quippe vectus sagitta voluntatis ministra adibat quoscunque volebat, neque itineris longitudinem graviter ferebat Abaris. Sed quid ego quæro quæ multum a natura discrepant? Sola nobis relinquitur ex literis consolatio, Perseus autem et Abaris ad poetas reiciantur et fabulas.

ϟζ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Τὸν δεῖνα φθάσας ὑμῖν συνέστησα διὰ τῆς προτέρας ἐπιστολῆς, οὐκ εἰς ἀκριβὲς ἐκεῖνον εἰδώς, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπλάττετο τοῦτον ἡγούμενος ὅπερ οὐκ ἦν· ἐλάνθανε γὰρ προσχήματι μὲν καλῷ κεχρημένος, ὢν δὲ τοιοῦτος οἷον ὑπέδειξε τοῦτον ἡ πεῖρα. ἀπὸ γὰρ τῆς Γαζαίων ὁρμώμενος καὶ μέλλων ἀνάγεσθαι, κατέλυε μὲν παρά τινι τῶν ἐπιτηδείων, ὥσπερ εἰκός, μέχρι πλοῦς γένηται· πιστευθεὶς δὲ νόμῳ φιλίας καὶ πρὸς πολλαῖς ἑτέραις καὶ ταύτην τὴν χάριν λαβών, τοῦ ὑποδεξαμένου διώρυξε τὴν οἰκίαν, καὶ ὧν εἶχε χρημάτων τοῦτον ἐγύμνωσε. καὶ ἵνα λάθῃ τὰ τῆς ὑποψίας, κλεὶς μὲν ἦν αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν εὐτρεπής· ταύτῃ δὲ διανοίξας καὶ ἅπερ εὗρε λαβών, πάλιν τῷ κιβωτίῳ τὸ παλαιὸν ἐπέθηκε σχῆμα. ὡς δὲ μόλις αὐτὸς ἀνήχθη, καὶ πρὸς τὰ δοκοῦντα κεῖσθαι χρεία τὸν κεκτημένον ἐκάλει, ἦλθε τὸ δρᾶμα πρὸς ἔλεγχον, καὶ τοῖς τεκμηρίοις ἀντιλέγειν οὐκ ἦν. τοιούτων καὶ Μενέλαος τῶν ξενίων ἀπέλαυσεν, ἀντ' ἀμοιβῆς τινὸς τὴν Ἑλένην ἀφῃρημένος. τοιαῦτα γράφειν ἐπήρθην, ἵνα μὴ δι' ὑμῶν πιστευθεὶς ἕτερα τοιαῦτα τὸν πιστεύσαντα δράσῃ, καὶ μέμψηται μὲν ὑμᾶς ὁ παθών, ἐμὲ δὲ πάντως ὑμεῖς.

XCVII. Iisdem.

Commendavi vobis istum nuper per superiores literas, non penitus quidem cognitum et inspectum, sed quem ex iis quæ simulabat iudicarem. Sed totum contra erat; speciem enim virtutis commendabilem præ se ferebat, reapse vero is erat, qualem me usus edocuit. Gaza enim profectus cum iam in eo esset ut navem conscenderet, apud quendam ex amicis, ut par erat, diversatus est, dum idoneum ventum nancisceretur; cumque fides ei haberetur ex lege amicitiæ et cum præter multas alias hæc quoque gratificatio in eo posita esset, eius qui eum ad se receperat perfregit domum, et pecuniis quas habebat illum spoliavit. Et ne in suspicionem incurreret, clavem habebat ad furtum accommodatam, cuius ope cum aperuisset repertaque in marsupio condidisset, veterem scrinio formam reddidit. Vix autem ipse vela fecit, cum ecce rerum necessitate possessor ad ea quæ in tuto esse videbantur adducitur. Unde res patefacta est neque testimonia refelli poterant. Huiusmodi xenia Menelaus percepit, cum in hospitii remunerationem Helenam amitteret. Ad hæc scribenda commotus sum, ne fidem vestram consecutus iste similia committat, ac de vobis queratur qui iacturam fecerit, de me autem vos.

ϟη'. Ἀθηνοδώρῳ.

Δεξάμενος τὸ βιβλίον ὑμῖν μὲν χάριν ὡμολόγουν εἰκότως, ἐμαυτῷ δὲ συνηδόμην εἰ τοιούτους ὑμᾶς ὄντας πρὸς φιλίαν ηὐτύχησα, καὶ μή με βαλέτω λίθῳ τραχεῖ φθόνος, ὡς τῷ Πινδάρῳ δοκεῖ. ηὐχόμην δὲ καὶ τῇ τύχῃ δύνασθαί μέ ποτε πρέπουσαν ὑμῖν ἀνταποδοῦναι τὴν χάριν. ἡ δὲ ταχέως δίδωσι τὸν καιρόν, οἷον σύ τε ἐβούλου κἀγὼ πάλαι ζητῶν νῦν μόλις ἐτύγχανον· τὸν γὰρ ἔχοντα τὴν καθόλου πέπεικα τοῦτό σοι τὸ μέρος ἀποδόσθαι, οὗ καὶ τυγχάνεις δεόμενος. εἰ μὲν οὖν ἔλθοις ὡς ἡμᾶς, θᾶττον ἂν λάβοις τὸ κτῆμα περὶ τῆς τιμῆς τὰ μὲν πείσας τὰ δὲ πεισθείς, ὡς ὁ τῆς ἐμπορίας βούλεται νόμος· εἰ δὲ μή, αὐτὸς ἥξει πρὸς σὲ καιροῦ καλοῦντος, ὥς ἡμῖν ἐπηγγείλατο.

XCVIII. Athenodoro.

Cum literas tuas accepissem vobis quidem gratias persolvebam merito, mihi autem gratulabar quod mihi contigerit complecti vos familiaritate cum tales essetis; neve me feriat aspero lapide invidia, ut Pindaro videtur. Precabar autem fortunam ut tandem mihi liceret dignas vobis rependere gratias. Quæ quidem subito præbuit occasionem qualem et tu volebas et ego iam diu quærens nunc tandem obviam habui; nam qui universitatem tenet, hunc ego hortatus sum, ut eam tibi traderet partem qua indiges. Itaque ad nos si veneris, statim accipies mercem, et de pretio tibi cum illo conveniet, ita ut et persuadeas ipse et persuaderi tibi patiaris; sic enim vetere consuetudine negotia conficiuntur. Si non veneris, ipse ad te veniet in tempore, ut mihi pollicitus est.

ϟθ'. Σοσιανῷ.

Ὁ θαυμαστὸς Ἀλφαῖος ἀπήγγειλέ μοι τοιοῦτόν σε περὶ αὐτὸν γεγενῆσθαι, οἷον αὐτὸς μὲν ἐβούλετο, ἐγὼ δὲ προσεδόκων, σὲ δὲ προσῆκεν ὀφθῆναι. ἐγὼ δὲ τούτων ἀκούσας ἥσθην μέν (πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον;) οὐ μὴν ἤδη μοι καὶ θαυμαστὸν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα· εἰ δὲ βούλει, καὶ προλαβὼν διηγούμην ὑπογράφων οἷος περὶ τοῦτον ἐγένου, ὡς ἐκεῖνον ἀποροῦντα λοιπὸν ὅ τι καὶ λέγοι ἅμα γέλωτι σιωπᾶν καὶ εὐδαίμονά με τῆς φιλίας ἀποκαλεῖν. ἀλλ' ὅπως τὴν ἴσην σπουδὴν εἰσενέγκῃς περὶ ὧν ὑμῶν ἐδεήθη παρών, ὅπως αὐτὸς μέν μοι χάριν εἰδείη, ἀμφότεροι δὲ πάλιν ὑμῖν.

ρ'. Νηφαλίῳ.

Εἰς ὅσον ἥκει τῆς ἀπορίας ὁ Στέφανος, οὐδ' ὑμᾶς οἶμαι λανθάνειν, καὶ ὅτι μηδ' ἐν ταῖς χερσὶ δύναται ποιεῖσθαι τὴν ἐλπίδα τοῦ βίου μικροῦ δεῖν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τῆς τύχης ἀφῃρημένος. ὅθεν θεραπείαν τινὰ πρὸς τὴν ἔνδειαν σοφιζόμενος εἰς διακόνων ἐνήλλακται σχῆμα. κινδυνεύει δὲ μηδὲν αὐτὸν ὀνῆσαι τὸ σόφισμα, πλὴν εἰ μὴ τῆς ἐπικουρίας τύχοι τῆς παρὰ σοῦ, ἣν καὶ πᾶσι προκεῖσθαι πείθομαι τοῖς βουλομένοις τυχεῖν· ὑμῶν γὰρ αἰτούντων ἐπινεύσει τις οἶμαι τῶν παρ' ὑμῖν ἐπισκόπων ἢ λειτουργοῦντα τοῦτον ἕξειν ἢ καὶ μόνον τρεφόμενον. ἴστε δὲ ὡς καὶ μηδὲν ὠφελούμενος οὐ παύεται φλυαρῶν· εἰ δὲ τύχοι τινὸς εὐεργεσίας, ποῦ τοῦτον οὐκ εἰκὸς ἀνακηρῦξαι τὴν χάριν; ἀναλώσει γάρ, οἶμαι, τὴν ἔμφυτον φλυαρίαν εἰς τὸ μεμνῆσθαι τῆς χάριτος.

ρα'. Παλλαδίῳ.

Ἡ τῆς ὑμετέρας σοφίας ἐπιστολὴ ὁρωμένη μὲν πᾶσιν ἐκίνει συνήθως τὴν ἡδονήν· ὡς δὲ καὶ μανθάνειν ἔδει τὰ γεγραμμένα, μικροῦ δεῖν καὶ δακρύων αὐτὴν ἐπληρώσαμεν. ὧν γὰρ αἱ εὐπραγίαι κοιναί, τούτους καὶ εἴ τι λυπεῖ μετέχειν πάντως ἀνάγκη. ἀλλ' ὅρα πρὸς θεῶν, ὁπόσον ἡ τύχη νεανιεύεται, μηδὲν ἐθέλουσα διακρίνειν, εἰ βάλλειν ἐπείγεται πονηρούς, εἰ κατὰ σπουδαίων ἀφίησι τὰ τοξεύματα. εἰ γὰρ ἦν ἀρετῇ μετρεῖσθαι τὰ πράγματα, οὐκ ἂν εὖ ἴσθι τῆς ἀδίκου τύχης πεπείρασο· νυνὶ δὲ γυναῖκα θρηνεῖς, σώφρονα μέν, ὡς εἰκός, καὶ οἵαν ἔπρεπεν ἀνδρὶ σοφῷ συνοικεῖν, τὸ δὲ δεινότατον, παίδων μητέρα, καὶ τούτων ἔτι δεομένων μητρός. ταῦτα τίς μὲν ἀκούων οὐκ ἂν δακρύσειε, τίς δὲ παθὼν καρτεροίη μὴ γνώμην εὐτυχήσας τὴν σήν; πέπεισμαι γὰρ ὡς Ἰσοκράτει πειθόμενος, πρίν τι παθεῖν, αὐτὸς ἐνεγυμνάσω τοῖς πράγμασι, πολλὰ μὲν ὁρῶν τοιαῦτα, πολλὰ δὲ διηγουμένων ἀκούων. τί γὰρ τῶν χαλεπῶν ἡμῖν οὐκ ἄγει τὸν βίον; τί δὲ θαλάττης δείκνυσιν ἡμερώτερον; ὁ μὲν αἴρεται μέγας, ὁ δὲ πρὸς ὕψος ἐλθὼν προδιδοῦσαν ἔσχε τὴν τύχην καὶ πέπτωκε· καὶ ὁ μὲν γηρᾷ τὸν θάνατον

XCIX. Sosiano.

Alphæus admirabilis mihi nuntiavit, te talem erga eum te præstitisse, qualem ipse voluisset, ego speravissem, te decuisset. Quibus auditis fieri non potuit quin gauderem, non tamen mihi res admiratione digna videbatur; vel potius præcepi eius narrationem et depinxi ea ipsa, quibus eum affecisti, ut iam dubius esset quid dicturus esset ridensque obmutesceret meque felicem prædicaret, cui tali amico uti liceret. At vide ne minus acre studium ad ea conferas, quæ præsens a te petiit, ut ipse gratias persolvat mihi, tibi uterque nostrum.

C. Nephalio.

In quantas angustias devenerit Stephanus, ne vobis quidem, opinor, incompertum est, neque ignoratis eum ne in manibus quidem spem quæritandi victum ponere posse cum prope abfuerit, ut et oculis casu privaretur. Unde ministerium aliquod propter necessitatem ementitus diaconorum speciem induit. At periculum est ne nihil commodi ex hac arte percipiat, nisi tuum ei præsidium feratur, quod quin omnibus qui uti eo velint præsto adsit, plane non dubito. Vos enim si pro illo rogaveritis, episcoporum vestrorum fortasse aliquis adducetur, ut aut ministerio eius uti velit aut certe mensis suis eum adhibeat. Scitote autem eum vel destitutum auxilio finem nugarum non facere; si beneficio aliquo auctus fuerit, ecquis est locus, in quo non cumulatissime gratiam acturus sit? Consumet enim, opinor, nativam garrulitatem eo, ut memori mente gratias tibi agat immortales.

CI. Palladio.

Sapientiæ vestræ epistola, ut in conspectum nostrum venit, omnibus consueto more movit lætitiam; sed cum summam eius cognosci oportuit, parum abfuit quin et lacrimis eam impleremus. Quorum enim gaudia communia sunt, hos etiam casum luctumque una dolere necesse est. Sed vide per deos quanta mobilitate se gerat fortuna, cum promiscue malos feriat et in probos tela iaculetur. Nam si ex virtute res ponderarentur, non profecto iniustam fortunam expertus esses; nunc vero uxorem deploras, prudentem sane, ut par est, et qualem decebat viro sapienti consociari; sed quod maxime acerbum, matrem filiorum, qui adhuc matre indigent. Hæc qui audit, nonne in lacrimas effundat dolorem? Quis vero, cuius eadem causa est, de statu suo non deiciatur, nisi cui animi sedatio obtigerit qualis in te est? Credo enim te Isocratis præcepta secutum, priusquam aliquid paterer is, sponte tua te rerum humanarum varietatem ita expertum esse, ut multos eius generis casus videres multorumque audires narrationes. Quæ enim vexationes sunt, quibus non agitetur vita nostra? vel quid eam mansuetiorem esse fluctibus demonstrat? Ille certis pedibus

εἰς παραμυθίαν αἰτῶν, ὁ δὲ πρὸ τῆς ἥβης ἀνήρπασται· γαμεῖ τις ἕτερος, ὁ δὲ τὴν συνοικοῦσαν ὀδύρεται. ταῦτα τὸν βίον πληροῖ, καὶ τὴν Ὁμήρου βεβαιοῦν ἐπείγεται γνώμην, ὡς οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο· πανταχόθεν γὰρ ψηφίζεται τὸ δαιμόνιον μηδὲν μένειν οἷον καὶ γέγονεν, ἀλλ' εἴ τι κατὰ νοῦν ἐστὶν ἀνθρώποις, « μικρόν » φησίν « ἀνάμεινον, καὶ πάντως οἰχήσεται. » τὸ μὲν οὖν παθεῖν θεοῦ προνοίᾳ δεδόσθω καὶ νεύματι πάντως καλῶς ἄγοντι τὰ ἡμέτερα, τὸ δὲ φέρειν ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως, νικᾶν ἐστὶν ἀρετῇ καὶ μὴ πάντα διδόναι τῇ τύχῃ· τοῦτο γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ἐγκαλλώπισμα, τὸ μὴ τὴν γνώμην συμμεταπίπτειν τοῖς πράγμασιν. οὐκοῦν ἅλις ἔστω δακρύων, οὐ γάρ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθῃσθα· τοῖς δὲ παισὶν αὐτὸς καὶ μήτηρ γενήσῃ, καὶ θεὸς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας εἰς ἔργον ἄξει τῷ νεύματι.

ad summos dignitatis et fortunæ gradus pervenit, ille ad summitatem provectus a fortuna proditur ac deicitur; alius senescit, mortem ut solatium postulans, alius ante tempus conficitur; uxorem ducit alius, alius consortem lamentatur. Hæc replent vitam ac propere confirmant Homeri sententiam, *terram nihil vilius nutrire homine*; nam quovis temporis momento numen divinum nihil esse perpetuum declarat nihilque stabile, sed si quid ex sententia procedit hominibus, « mane paulisper » inquit, « et evanescent omnia. » Atque illud quidem concedimus, providentiam divinam ac numen bene utique nostra moderans calamitates nobis infligere; contra si fortiter feramus quicquid divinitus nobis acciderit, victoriam virtute nostra reportasse neque omnia fortunæ permisisse videbimur. Illud enim probos homines iactare fas est, non se exanimari rerum vicissitudinibus. Hinc satis tibi esto lacrimarum; *neque enim illam surgere facies; prius enim facile aliam acceperis calamitatem.* Filiis autem ipse tu et mater eris, et deus spem, quam in iis collocas, nutu et arbitrio suo explebit.

ρβ'. Νεστορίῳ.

Ἥσθην σου τῇ καλῇ καὶ λίαν ἐπιστολῇ, τὰ μὲν ἀπολογουμένῃ περὶ τῆς μακρᾶς σιωπῆς, ἥν, εἰ καὶ πολλάκις ἐγεγράφεις, ἐμοί γοῦν ἐσίγας, μέχρι τὰς ἐπιστολὰς ἐδεξάμην, τὰ δὲ καὶ λίαν ἐπιτιμώσῃ, ὅτι σοι τὴν ἀρχὴν ἐνεκάλουν σιγήν. ἥσθην ἄμφω ταῦτα, μὰ τοὺς θεούς· τὸ μὲν γὰρ οὐχ ἡμαρτηκότος ἦν περὶ φίλους, τὸ δὲ μηδὲ βουλομένου τοιοῦτον δοκεῖν. ἥττημαι τοίνυν σιωπὴν ἐγκαλέσας, καὶ βουλοίμην ἂν διὰ παντὸς ἐν τούτῳ νικᾶσθαι. δέδεγμαι δέ σου τὰς ἐπιστολὰς χρόνῳ καὶ μόλις, καὶ ἥγε παρὰ σοῦ πρώτη πρὸς ἡμᾶς ἀφῖκται δευτέρα. σὸν δ' ἂν εἴη σκοπεῖν ὡς εἰ δοκῶν ἀδικεῖσθαι τοσοῦτον κατηγορῶ, τίς ἂν γενοίμην ὄντως παθών.

CII. Nestorio.

Ex venustissima tua epistola magnum gaudium cepi, cum et excusationem afferret diuturni silentii (nam etsi sæpe ad alios scripsisti, ad me certe nihil literarum dedisti, donec has accepi) et vero vituperaret me, quod omnino silentii te postulassem. Magnam hercle ex utraque re voluptatem cepi; nam apparebat et nihil te commisisse in amicos, et ne videri quidem velle. Victus igitur sum, cum silentii te postularem, et velim ita semper vinci. Accepi autem epistolas tuas sero et tardissime, et quæ prior a te missa fuit, posterior nobis reddita est. Iam ex eo, quod falso opinatus iniuriam mihi factam esse reum te fecerim, colligere potes, quam te severe habiturus fuissem, si literas ad te darem revera expertus iniuriam.

ργ'. Στεφάνῳ.

Σὺ μὲν ἔτι σιγᾷς, καὶ ταῦτα τὴν Δάφνην οἰκῶν, τὸ λάλον ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ μαντικόν, ἐγὼ δὲ πάλαι περισκοπῶ τὰς ὁλκάδας, μετέωρος ἀεὶ πρὸς τὸ μέλλον γινόμενος· αἳ δέ που καταίρουσι καὶ δευτέρα καὶ τρίτη, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς διελέγχουσιν ὡς μόνον ἦσαν ἐλπίδες. τὴν δὲ τῆς σιγῆς αἰτίαν σκοπῶ, καὶ πανταχόθεν ἠπόρημαι. εἰ μὲν γάρ τι λελύπηκα καίτοι λυπήσας μηδέν, ταῦτα μὲν οἰχέσθω καὶ φέροιεν αὖραι, μείζω δ' οὖν ὅμως τῶν ἐγκλημάτων ὑφίσταμαι δίκην, εἰ μὴ λαλοῦντος ἀκούσομαι· εἰ δὲ τὴν ἄλλως ἀκκίζει μὴ δύνασθαι λέγων εἰς κάλλος εἰπεῖν, δικασταὶ τούτων ἡμεῖς, καὶ τὴν αἰτίαν μεμφόμεθα. ἀλλ' ἤδη που τάχα τὸ πρᾶγμα μαντεύομαι, μηδὲ τῆς ὑμετέρας Δάφνης πιών. ἐρυθριᾶν φήσεις ὡς παραβὰς τὴν ὑπόσχεσιν καὶ τὰς συνθήκας ὑπεριδὼν καὶ τὸ βιβλίον ἔχων τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτί, ὁ μηδὲ τρίτον μῆνα καθέξειν ἐπαγγειλάμενος. ταῦτα τοίνυν εἰ μὲν ἀχθόμενος ἐρεῖς, δείξεις μὴ πλείω χρόνον κρατήσας, καὶ τὴν σιωπὴν ἀποδεξάμενος τὸ σύμβολον τῆς αἰδοῦς τῇ ἀνάγ-

CIII. Stephano.

Tu quidem adhuc siles, etsi Daphnen accolis, aquam illam loquacem et fatidicam, ego vero erectus exspectatione celoces circumspicio, quæ nescio quomodo appelluntur altera et tertia, nihilque aliud ostendunt quam irritam fuisse spem nostram. Silentii tui causam dum exquiro, undique premor difficultate. Nam si, etsi vacuus a culpa, dolore te affeci, ultra istunc ventisque trade auferendum; certe nimis magnam pro scelere meo pœnam subeo, si tuis prohibeor sermonibus. Rursum si delicatulorum instar ineptiens eleganter te et persubtiliter scribere posse negas, penes me eius rei iudicium esto, neque laudo causam istam. Sed iam nisi fallor divinatione rem assequor, etsi Daphnen vestram non prægustavi. Dices erubescere te quod promisso non satisfeceris, et quod neglexeris quod pacto inter nos convenit, et quod tertius hic sit annus quartusve ex quo librum habes, quem vel ante tertium mensem te redditurum esse pollicitus es. Hæc num te non sine pœnitentia fassurum esse vere coniecerim, eo ostendes, ut non longius illum retineas, atque ego silentium tuum pudoris symbolum esse ratus necessitatis rationem habebo, etsi librum manibus tuis tradidi, cuius pre-

κη τὸ πρᾶγμα λογίζομαι, καίτοι βιβλίον ὑμῖν δεδωκώς, οὗ τὴν τιμὴν οὐδέπω καὶ νῦν καταβέβληκα, ἀλλ' ἄδηλον εἴτε τοῦ πιπράσκοντός ἐστιν εἴτε τοῦ δεδωκότος ἐμοῦ. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἐμποδὼν τῇ σῇ χρείᾳ πεποίημαι, οὐ τὸ τοῦ κτήματος ἄδηλον, οὐ τὸ δεῖν ἐξ αὐτοῦ τι μαθεῖν, ἀλλὰ πάντα παριδὼν μετὰ πολλῶν ἄν σοι παρέσχον, εἰ καὶ τοῦτο ποιεῖν συνεχώρησας. ὅμως οὐδὲν δεινὸν εἰ μέχρι τοῦ νῦν ὁρίζεις τὸ βράδος· εἰ δὲ προσθήσεις ἔτι, τοσοῦτον ἀπολαύσω τοῦ πράγματος ὅτι δὴ πάντας ἀπίστους ἡγήσομαι· τί γὰρ ἂν ἐλπίσαιμι, παρὰ σοῦ τοιαῦτα παθών; ἀλλ' οὐχ ὅ γε σοφώτατος Ἰωάννης τοιοῦτος, ὃς ἓν λαβὼν παρ' ἐμοῦ μετ' οὐ πολὺν χρόνον δεύτερον προσαπέστειλεν· οὕτως εὐγνώμων δοκεῖν ἤθελε μᾶλλον ἢ κεκτῆσθαι βιβλίον. καὶ μή μοι λέγε ὡς « οὐκ ἀποστερεῖν ἐθέλων κατέσχον »· τοῦτο μὲν γὰρ τυγχάνω πεπεισμένος, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. ἀλλ' οὐκ ἔδει παρατεῖναι τῷ βράδει, ὅπου γε καὶ ἴσον δύναται τῷ ἀποστερεῖν τὸ χρόνῳ καὶ μόλις ἀποδιδόναι. ἀλλὰ πρὸς Φιλίου μὴ ἀναμείνῃς ἔτι ἕτερα γράμματα μηδὲ πλοῖον ἕτερον ἢ τὸ κομίζον σοι τὴν ἐπιστολήν.

tium nondum solveram, ut dubitari possit, sitne ille eius, qui vendidit, an meus, qui tradidi. Nihilominus impedimento tibi esse nolui, quominus satiares desiderium; unde neque incertam commemoravi possessionem neque doctrinam inde mihi repetendam, immo, si per te licuisset, haud cunctanter cum aliis multis librum tibi istum tradidissem. Sed iam non male mecum agitur, si cessationem tuam huius temporis finibus descripseris; si iterum diem distuleris, illud certe documentum inde cepero, neminem esse, cui fides possit haberi. Quid enim spei relictum est, te cum talem expertus sim? Aliter certe doctissimus Ioannes, qui cum unum librum a me accepisset, non ita multo post alterum insuper ad me transmisit; adeo ille comis videri quam librum possidere maluit. Neve dicas te, cum retineres, exturbare me possessione noluisse; nam illud quidem ut credam facile adducor, ac iusiurandum iuro verissimum pulcherimumque; sed non debebas tempus ducere cessando, quandoquidem nihil interest surripiasne aliquid an longo tempore interiecto reddas. At per Iovem amicitiæ præsidem, ne secundas literas exspectes neve aliam navem nisi quæ hanc ad te perfert epistolam.

ρδ'. Διοδώρῳ.

Ὁ φέρων σοι τὴν ἐπιστολὴν οὐ νῦν πρῶτον πειραθήσεται τῆς εὐνοίας τῆς σῆς, ἀλλ' ἔτι τὴν πρώτην διηγούμενος δευτέραν λήψεται πεῖραν, ὡς δὲ δοκῶ, τάχα καὶ μείζονα· ἐκείνης μὲν γὰρ ἀπέλαυσε κηδεστὴς καλεῖσθαι μέλλων ἡμέτερος, ταύτην δὲ λήψεται καὶ δὴ πρὸς ἔργον ἐλθών. ὁ δέ γε μέλλοντα τοῦτον τιμήσας τίς ἂν εἴης γεγενημένον ἰδών; οἶμαι γὰρ ὡς τῶν νόμων εὐθὺς τὰ ταμιεῖα κινήσεις, καὶ παραθήξας τὴν γλῶτταν κατὰ τῶν ἀδικούντων λόγων ἐπαφήσεις πηγάς, καὶ τί γὰρ ἕτερον ἢ βήματος Ἀττικοῦ πρὸς μνήμην ἄξεις τὸν θεατήν; ταῦτα λέγειν ἔχω, ταῦτα πάρεστιν ἐλπίζων ὁ νέος· καὶ οὔτ' ἐγὼ ψευδολογίας ἁλώσομαι, οὔτε μάτην ἐλπίσας ἐκεῖνος.

CIV. Diodoro.

Qui hanc tibi reddit epistolam, non nunc primum benevolentiam tuam perspectam habebit, sed alterum eius specimen, et maius quidem, opinor, capiet, dum prioris memoriam repetit; nuper enim ei, cum in eo esset ut gener fieret meus, officium tuum probasti; nunc probabis, cum iam pervenit eo quo voluit. Tu vero, qui honorasti eum quippe futurum generum meum, quid eo facies, cum factus gener sit? Credo enim te confestim legum thesauros reclusurum esse et, cum linguam exacueris, argumentorum tuorum flumina in obtrectatores immissurum. Atque hoc agens nonne Attici suggesti memoriam apud spectatores redintegrabis? Hæc habui quæ dicerem, hæc sperans adolescens adest; ac neque ego falsæ convincar coniecturæ, neque ille futilis exspectationis.

ρε'. Ζαχαρίᾳ καὶ Φιλίππῳ ἀδελφοῖς.

Τὰ ὑμέτερα γράμματα καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς εὔνοιαν ἐδήλου καὶ γνώμης οὐκ ἀπήλλακτο σώφρονος, ἑκάτερον δὲ τῇ τοῦ ἑτέρου προσθήκῃ καθαρὸν ὑπεφαίνετο· οὔτε γὰρ ὡς ποθοῦντες ἁπλῶς οὕτως ἔχειν ἡμᾶς ἐβουλήθητε, ἀλλ', εἰ μὴ καὶ τὸ συμφέρον προσείη, περιττὴν ἡγεῖσθε τὴν θέαν, οὔτε τῷ τοῦ μέλλοντος ἀδήλῳ περιδεεῖς γεγονότες τὴν πρὸς ὑμᾶς ἰέναι πάλιν ἀπηγορεύσατε, ἀλλ' ἦν καινὸς ὁ τρόπος τῆς συμβουλῆς καὶ ῥητορικῇ πρέπων ἐννοίᾳ, οὔτε τὸ καλοῦν ἔχων θρασύ, καὶ τὴν ἀποτροπὴν ὑφορώμενος. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ κόμπου καὶ πραγμάτων ἐρᾶν καὶ τὴν ἑτέρων εὐδαιμονίαν ζηλοῦν, ὥστε καίπερ οὐ κατὰ νοῦν πράξας ἐνταῦθα, τοσοῦτον ὅμως ἐκαρτέρησα χρόνον. καὶ νῦν ἐπειδήπερ ἐπαγγέλλονταί μοι ποιήσειν τὰ μέτρια, οὐχ

CV. Zachariæ et Philippo fratribus.

Epistolæ vestræ et benevolentiam in nos vestram monstrabant, et ab animi moderatione non abhorrebant, utriusque autem epistolæ summam assecutus sum, cum alteram alteri apposuissem. Nam neque, qui mos est amatorum, habere nos simpliciter gestiebatis, verum, nisi simul lucri aliquid inde perciperetur, supervacaneum adspectum nostrum putabatis, neque futuri temporis caligine perterriti aditu ad vos patente mihi interdixistis, sed erat novum consilii genus et quod honestet mentem rhetorica arte excultam; nam disertis verbis vocare me non audebatis et repellere metuebatis. Ego vero tantum abest ut laudibus et negotiis inhiem, aliorumque felicitati invideam, ut, etsi hic loci haud ita præclare mecum actum est, tamen tam diu manserim. Et nunc, cum promittant sese liberaliter me habituros esse, parum

ἕρμαιον ἡγοῦμαι κούφαις ἁπλῶς ἐλπίσι βασιλέως πόλιν ἰδεῖν, καὶ ταῦτα τῆς ἡσυχίας ἐρῶν καὶ μίαν ταύτην εὐδαιμονίαν ἡγούμενος καὶ τοῦ Βυζαντίου πρὸς ἔννοιαν ὅλως ἐλθών, ὅπως ἐφόδιον εὕροιμι τοῦ ποτὲ πραγμάτων ἔξω γενέσθαι καὶ θειοτέρας ἀπολαῦσαι ζωῆς. πλὴν οὐκ ἐρῶν τῶν πραγμάτων τίθεμαι τὸ δοκοῦν· οὐδὲν γὰρ αἱρετὸν ὃ μὴ θεοῦ δέχεται νεῦμα, καὶ μὴ γινόμενον ἕκαστον τὸ μὴ θεὸν ἔχειν ἐπαινοῦντα δηλοῖ, ὥσπερ κἂν τι γένηται μὴ πάθει συνεζευγμένον, θεῷ πάντως ἐδόκει καὶ γέγονε. καὶ οὔτε τι μὴ δοκοῦν ἐστὶ γενέσθαι οὔτε γεγενημένον μὴ δοκεῖν, ὥστε εἴ τι τῶν ἐπηγγελμένων προβαίη, μένειν ὡς ἔοικε δεῖ, καὶ ἀντιλέγειν οὐκ ἔχω. εἰ δὲ λόγοι ταῦτα καὶ οἴχεται ἡ τῶν μὴ γενομένων ἀνάγκη, τὴν τοῦ θεοῦ δείκνυσι ψῆφον ὡς ὑμᾶς ἰέναι κελεύουσαν. εἰ γὰρ μή, ταῦτα πάντως ἂν ὑπῆρξεν ἐφ' οἷς με μένειν ἐχρῆν.

ρς'. Διοδώρῳ.

Ὤμην σε τὴν τῶν μαρτύρων παρ' ἡμῖν ἐπιτελέσαι πανήγυριν καὶ διδόναι μόλις ἡμῖν εὐτυχῆσαι τῇ θέᾳ, σὺ δὲ κἂν ὄναρ ἴδῃς τὸν Μαϊουμᾶν, ὡς ἔοικε, δυσχεραίνεις καὶ τὸν οἰωνὸν δεδιὼς ἀποφράδα τὴν ἡμέραν καλεῖς. οὕτω σοι πάλαι καὶ πόρρωθεν τὸ μῖσος ἐνέστακται, ὡς διὰ τοῦτο μηδὲ τοὺς φίλους ἐθέλειν ὁρᾶν, καὶ διελέγχεις τὸν χρόνον αὔξειν τὸν θυμὸν μᾶλλον ἢ διελέγχειν εἰδότα. ταῦτα προύλεγον ἀεί, ταῦτα καὶ γέγονεν· ὁρῶν γάρ σε διὰ τοὺς λυποῦντας καὶ τὸν τόπον ἀποστρεφόμενον, « ἰοὺ ἰού » πολλάκις ἔφην, ὡς « ἅπαξ ἡμῶν ἀπαλλαγεὶς οὐκ ἐθελήσεις αὖθις ὁρᾶν. » ἀλλ' οὐδὲ Ἀχιλλεὺς τοσοῦτον χρόνον ἐθυμοῦτο τοῖς Ἀχαιοῖς, ἀλλὰ λυπήσας ἀπὼν εἶξεν αὖθις ὡς ἔδει καὶ μετεβάλετο. χάριν δ' οὖν ὅμως οἶδα τῇ τύχῃ ὅτι μὴ Θέτιν ἔχεις μητέρα· πάλαι γὰρ ἂν ηὔξω καὶ ἀπωλώλειμεν.

ρζ'. Εἰρηναίῳ.

Τοῖς περὶ Ζωναῖον τὴν ἐμὴν εὔνοιαν ἐνεποιεῖτε τὸ μὲν πρῶτον ὑμεῖς, μετὰ δὲ τὴν πεῖραν τῶν νέων ἡ φύσις· καὶ τῶν πρώτων διὰ σὲ τυχόντες, τὸ τελευταῖον οὕτω μοι δι' αὐτοὺς ἐνεποίουν τὸν ἔρωτα· κοσμεῖ γὰρ αὐτῶν τὸν μὲν τρόπον σπουδή, τὴν δὲ σπουδὴν οὐκ ἐλέγχειν οἶδεν ἡ φύσις, ὥστε εἰ μὴ προμηνύσας ἔτυχες, ἴσως ἂν ἐμαντευσάμην ὡς πρὸς σὲ τὸ γένος ἀνάπτουσι, τῷ χαρακτῆρι τῆς φύσεως στοχασάμενος. ἀλλ' εὖ γε τοῦ σοῦ γένους εἰ τὰ τοιαῦτα τίκτειν ἐπίσταται. τὴν μὲν οὖν ἐμὴν γνώμην ἐπτερωμένην ἴσθι τοῖς νέοις· εἰ δὲ καὶ δύναμιν ὑπουργοῦσαν ἔχω τῇ προθυμίᾳ, θεῶν ἐν γούνασι κεῖσθω.

ρη'. Ζαχαρίᾳ καὶ Φιλίππῳ.

Ὁ καλὸς Ἰωάννης κἂκ τοῦ γένους ὑμᾶς ἀπαιτήσει τὴν εὔνοιαν, κἂκ τῆς παρ' ἐμοὶ συμφοιτήσεως· ἔστι γὰρ Λεοντίου παῖς, εἰ Διονύσιον ἴστε τῆς ἡμετέρας

opportunum duco vana spe regalem videre urbem, ut qui tranquillitatem amem solamque hanc felicitatem esse existimem, cumque propterea solum Byzantium in mentem meam induxerim, ut viam invenirem removendi me tandem a negotiis fruendique diviniore vita. Ego cum negotiorum parum amans sim, sequor id, quod deo placuerit; neque enim quidquam eligendum est quod dei nutu non adprobatum sit, et singula quæque, quæ non evenerunt, dei probatione carere apparet, quemadmodum etiam si quid evenerit ab animi perturbationibus seiunctum deo placuisse et auctore eo evenisse in promtu est. Neque fieri potest, ut, quod deo non placuerit, eveniat, neque ut, si quid evenerit, non placeat deo, ita ut si quid promissorum evenerit, manendum esse putem, neque sit quod obloquar. Quodsi nihil illa nisi verba fuere, neque amplius vinculis ac necessitate circumdamur eorum, quæ non evenerunt, dei sententiam tenemus viam ad vos monstrantem. Sin minus, ea procul dubio mihi suppeterent, quorum causa manendum foret.

CVI. Diodoro.

Opinabar te martyrum festum nobiscum celebraturum ac tandem nobis ut adspectu tuo frueremur concessurum esse; sed tu, nisi fallor, si vel in somniis Maiumam conspicias, stomacharis omenque reformidans diem vocas nefastum. Ac tantum odium longo abhinc tempore suscepisti, ut neque amicos visere velis: ostendis igitur, tempus non tam ad explodendam iram quam ad augendam valere. Hoc eventurum esse semper prædixi, iamque evenit; nam cum te propter eos, qui iniuria te lacessiverant, vel locum detestari viderem, sæpius exclamavi: « eheu, semel cum a nobis discesserit, revisere nolet. » At neque Achilles tantum temporis Græcis irascebatur, verum cum læsisset eos absentia sua, voluntati eorum, ut decebat, morem gessit et immutatus est. Ceterum gratiam refero fortunæ, quod non Thetin matrem habeas; nam dudum eam obtestatus esses et periissemus.

CVII. Irenæo.

Zonæo eiusque comitibus ut faverem primum tuæ effecerunt literæ, deinde, cum in conspectum meum venissent adolescentes, indoles eorum atque natura; et cum tua causa iis primitias benevolentiæ meæ dedissem, ad extremum eos simpliciter ipsorum gratia amare cœpi. Summum enim in iis studium conspicuum est, neque id dissolvitur eorum indole, ita ut, nisi prænuntiasses, haud scio an ex tua stirpe oriundos esse divinassem indolis characterem testificatus. Felicem te, ex cuius genere talia nascantur. Ac menti quidem meæ quasi alas addiderunt adolescentes; num etiam vires habiturus sim voluntati opitulantes, in deorum sinu reconditum est.

CVIII. Zachariæ et Philippo.

Bonus Ioannes et propter originem suam benevolentiam vestram consectabitur et quod scholam meam frequentavit; est enim Leontii filius, si Dionysium nostis, ma-

τηθῆς τὸν ἄνδρα. τούτου πέφυκεν ἀδελφὸς ὁ τούτου πατήρ, ἵνα καίπερ εἰδότας ὑπομνήσω τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ καὶ μὴ ταῦτα προσῆν, πάντως ἂν οἰκεῖον ἡγήσασθε θιασώτην ἡμέτερον καὶ τὸν παρ' ἐμοὶ χορὸν ἐκπληρώσαντα. οὐκοῦν μὴ μέλλετε τὸν νέον εὖ ποιεῖν ἔχοντα πανταχόθεν ὀφειλομένην τὴν εὔνοιαν· σιωπῶ γὰρ λέγειν ὡς καὶ τῷ τρόπῳ τοὺς ὁρῶντας ἐπάγεται, ἐρυθριᾶν εἰδὼς πρίν τι καὶ λέγειν, καὶ φθέγγεσθαι μέτρια, τῷ καιρῷ τοὺς λόγους μετρῶν καὶ τὸν νοῦν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν κτησάμενος. ὁ δὲ μιαρὸς Θεόδωρος τὸν πλοῦν ἡμῖν ἐπανατείνας πάλιν ἀνέδυ, τάχα καταγνοὺς ἑαυτοῦ εἴπερ τι προειπὼν ἀληθεύσειε καὶ πρὸς πέρας ἐνέγκοι τὸν λόγον.

ρθ'. Τοῖς αὐτοῖς.

Πάλιν ὑμῖν ἐπιστολὴ καὶ πάλιν ἕτερος ὄχλος· ἔοικα γάρ που τοῦ αἰτεῖν μὴ τάχα μέτρον εἰδέναι ἀλλὰ φθάνειν ἀεὶ τοῖς δευτέροις τὰ προλαβόντα .... γελᾶν τε ἀλλήλοις καὶ λέγειν ὡς κρείττων ἦν σιωπῶν ἢ πυκνοῖς βάλλων τοῖς γράμμασιν. ἀλλ' ὅμως κἂν διατριβὴν ὑμῖν παρέχω καὶ γέλωτα, σιωπᾶν οὐκ ἀνέξομαι, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, τέχνης ἀεὶ τὸ λαλεῖν παρὰ τῆς τύχης λαχών, καὶ ταῦτα τοῦ νυνὶ πράγματος εἰς ἡμετέραν χρείαν ὁρῶντος. οἱ γὰρ παρ' ἡμῖν λογάδες ψηφίσματι κοινῷ τὴν μεγίστην ἀξιοῦσιν ἀρχὴν ῥᾴδιον ἐπινεῦσαι πρᾶγμα, πλοῖον ἀτελὲς σιτηρέσιόν μοι χορηγῆσαι δυνάμενον· αἰτοῦσι δὲ καὶ παλαιὰς συντάξεις βεβαιωθῆναι τοῖς διαδεξαμένοις καὶ ψιλὴν μεταθεῖναι προσηγορίαν. ταῦτα τὴν ὑμετέραν ἀναμένει σπουδήν, ταῦτα πρὸς πέρας ἐνεγκόντες κἀμοὶ χαριεῖσθε καὶ τοῖς αἰτήσασιν ὑμᾶς δι' ἐμοῦ. εἰ δὲ ταῦτα παρίδοιτε, διπλᾶ μοι συμβαίνει παθεῖν, καὶ τὸ μὴ τυχεῖν τῆς ἐλπίδος καὶ τὸ δι' ὑμῶν μὴ τυχεῖν, ὧν τὸ μὲν αἰσχύνην τὸ δὲ ζημίαν ἐργάζεται. ἀλλ' εὐτυχήσομεν πάντως, θεοῦ μὲν ἄνωθεν ἐπινεύοντος, ὑμῶν δὲ διακονούντων τῇ χρείᾳ, ψηφιζομένης δὲ τῆς μεγίστης ἀρχῆς.

ρι'. Τοῖς αὐτοῖς.

Τοσοῦτον ἡμᾶς τὸ τάχος κατέπληξε τῆς ὑμετέρας σπουδῆς, ὡς τὰς ἡμέρας ἀριθμεῖν ἐξ οὗ πεπόμφαμεν τὰ ψηφίσματα, καὶ μικροῦ δεῖν ὑμᾶς νικῶντας τὸν χρόνον εὑρεῖν. τοσοῦτόν ἐστιν ἀγαθῶν ἀδελφῶν περιέχεσθαι σπουδῇ, κέρδος ἡγουμένων ἅπερ ἂν ἀλλήλοις πρὸς εὐθυμίαν πορίσωνται. τὸ δὲ καὶ νικῆσαι τῶν αἰτηθέντων τὴν χρείαν καὶ πλείω παρασχεῖν ἢ ὁ αἰτήσας ἐβούλετο, πόσην οὐκ ἐμφαίνει τὴν εὔνοιαν; μήτ' οὖν ὑμεῖς παύσησθε ταῦτα ποιοῦντες, μήτε μέγα φρονῶν ἐπὶ τούτοις ἐγώ.

ρια'. Ἱερωνύμῳ.

Σὲ μέν, ὦ βέλτιστε, τὸν ἐξ ἡμῶν ἀπάραντα κατάρχειν ἔδει γραμμάτων καὶ διδάσκειν εἰδέναι πο-

ritum aviæ vestræ. Huius frater est pater illius, ut rem vobis non ignotam in memoriam reducam. Verum etiam si aliter esset comparatus, in familiarium numerum utique vobis recipiendus esset, cum disciplinæ nostræ addictus sit et chorum expleat sectatorum nostrorum. Itaque ne cunctemini beneficia conferre in adolescentem, cui non uno nomine licet expetere benevolentiam vestram; omitto enim vel moribus eum suis animos spectantium sibi conciliare, ut qui, priusquam initium faciat dicendi, erubescere sciat. Idem verecundus in dicendo est, verbaque sua occasione modulatur ac mente ætatem superat. Improbus Theodorus, cum navigationem nobis pollicitus esset, iam pedem retulit, perinde ac si pœnituisset eum stare promissis datamque fidem exsolvere.

CIX. Iisdem.

Ecce iterum ad te epistola perfertur, atque iterum tibi oneri sumus; videor enim non nosse petendi modum, sed semper secundis prævenire priora. Credo autem vos risum edere et dicere, tacentem me præstantiorem fuisse quam cum crebras epistolas telorum instar in vos conicerem. Verum tamen etsi molestiam vobis facesso et risum moveo, non eo adducar, ut silentium teneam, cum (sic vos diceretis) artis garritum a fortuna nactus sim, præsertim cum nunc agatur de re ad meum fructum spectante. Nam homines apud nos haud spernendi communi suffragio summum magistratum volunt adnuere rem facilem, naviculam, quæ alimenta nobis immunia portorii advehere possit; postulant præterea ut successoribus veteres pactiones confirmentur utque nudum nomen transcribatur. Hoc vestram exspectat voluntatem, hoc si ad finem perduxeritis, et mihi gratificabimini et iis qui per me vos rogaverunt. Si neglexeritis, duplicem in hac re iacturam faciam; nam spe frustrabor, et per vos frustrabor, quorum hoc mihi ruborem, illud damnum affert. Sed rem bene geremus, deo nobis e cælo adnuente, vobis quæ postulamus concedentibus, summo magistratu adiuvante nos suffragio suo.

CX. Iisdem.

Tanta voluntatis incitatione mihi operam vestram præstitistis, ut admiratione commotus numerarem dies, ex quo suffragia misi, nec multum abesset, quin vos prævenisse tempus illud reperirem. Ita animum percutit bonorum fratrum alacritas, qui in lucro ponunt, si officiis mutuo respondeant. At si excedant rogationis ambitum ac plura præbeant quam quæ rogaveris, nonne summam ostendunt voluntatem? Itaque diligenter videbitis, ut nec ipsi talia facere cessetis neve ego de iis gloriari.

CXI. Hieronymo.

Tu, carissime, ut qui a nobis discesseris, literarum initium facere debebas nosque docere scire cupientes, num-

θοῦντας εἴ σοι γέγονεν εὐμενὴς ὁ Ποσειδῶν καὶ τῇ νηὶ τὴν θάλατταν ὑπεστόρεσεν, εἰ τὰ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου γέγονεν εὐμενῆ, εἰ τὸν πολὺν Νεῖλον ἀνέπλευσας εὐτυχῶς, εἰ τὰ τῆς διατριβῆς εὐθαλῆ, καί σοι λοιπὸν ἐν μυριάσι τὸ νόμισμα, καὶ τὸν οἶκον ἔχεις Αἰγυπτίοις πλήθοντα δώροις. ταῦτα γράφειν ἐχρῆν καὶ τὰς ὑποσχέσεις πληροῦν, ἐν αἷς πολλαὶ μὲν ἐπιστολαί, λήθη δὲ τῶν φίλων οὐκ ἦν. σὺ δὲ καὶ ἐπιστέλλοντα παρορᾷς, οὐκ ἐθέλων ἀμείβεσθαι γράμμασι. τοιγαροῦν ἤδη καὶ δευτέραν ἐπέστειλα, κἂν ἔτι σιγήσῃς, τάχα καὶ τρίτην προσθήσομεν, ἕως σέ τις ἐπεισέλθῃ τῶν δρωμένων αἰδώς, καὶ τὴν σὴν φωνὴν εὐτυχήσωμεν.

ριβ'. Ἀγαπήτῳ.

Δεινὸς ἄρα τις ἦσθα κατηγορίαν ὑφαρπάζειν ἐλπιζομένην καὶ ταῦτα προφέρειν τοῖς ἄλλοις οἷς ἄν τις δικαίως ἐχρήσατο κατὰ σοῦ. πάλαι μὲν γὰρ εἶχες τὴν Ἀλεξάνδρου, καὶ ταύτην ἀπολιπὼν ἐσίγας, καὶ τὸ σὸν μέρος ἐλάνθανες καὶ παρών. ἀλλ' εὖ γε τῆς φήμης, ἣ τῶν ἀρίστων ἐᾷ λανθάνειν οὐδέν. αὕτη σε παρόντα μεμήνυκε, καὶ θαυμάζειν εἶχον ἀνθ' ὅτου δὴ καὶ σιγᾷς. « εἰ μὲν σεμνὸν τοῦτο καὶ Πυθαγόρου νομίζει, ἀλλ' οὐ ῥήτορος » ἔλεγον « ἡ σιγή· εἰ δὲ τὴν Ἐλοῦσαν ὡς θεοῖς ἐχθρὰν καὶ βάραθρον ἐδυσχέραινεν, ἐχρῆν παρὰ τῶν φίλων παραμυθίαν αἰτεῖν. » ὅθεν τούτων μὲν οὐδέν, ἔλεγον δὲ μᾶλλον ὡς πολὺς ἤρθης καὶ τοὺς πάλαι φιλτάτους λῆρον εἶναι δοκεῖς, καὶ ταῦτα τὴν Ἐλοῦσαν οἰκῶν καὶ μικροῦ δεῖν ὑπ' ἀδελφῷ μὴ γελῶντι παιδαγωγούμενος. ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν ἐννοῶν οὐκ ἂν ἤλπικά σε κατήγορον ἐξαίφνης ἰδεῖν. ὅθεν προσεγέλων τὰ γράμματα, καὶ τὴν ῥητορικὴν ἐθαύμαζον τοσαύτην χορηγοῦσαν τὴν ἐξουσίαν, δι' ἣν ἀπολογίαν ἐζήτουν ὁ πάλαι τῷ λόγῳ κατηγορῶν. ταῦτα τῆς σοφιστικῆς τὰ σεμνά, καὶ οὐδὲ τῶν ὁμοτέχνων ἐφείσατο, γλαῦκάς φασιν Ἀθήναζε παραπέμπουσα. οἱ δὲ ἐμοὶ παῖδες (οὕτως γὰρ ἐκάλεις τοὺς λόγους) πρὸς σὲ φοιτᾶν ἐρυθριῶσι, διελέγχειν εἰδότα καὶ λανθάνουσαν ἀμορφίαν.

ριγ'. Δωροθέῳ.

Ἤδη με μέλλοντα πρὸς τὴν προτέραν γράφειν ἐπιστολὴν φθάσας αὐτὸς καὶ δευτέραν ἐπέθηκας· οὕτω κἂν τοῖς γράμμασιν ἐπείγῃ νικᾶν. ἀλλὰ τίς ὁ χρόνος ἐρεῖς καὶ ἡ τοῦ μὴ γράφειν ἀναβολή; οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον ὄντα πράττειν ὅσα τις βούλεται, ἀλλ' ἀνάγκη παρέπεσθαι καὶ δουλεύειν τῇ χρείᾳ καὶ πείθεσθαι τῷ καιρῷ. ὁ δὲ δίδωσιν οὐχ ὅσα τις ἐθέλει, ἀλλ' ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἀνάγκη μετρεῖ. ταῦτ' ἄρα μέχρι καὶ νῦν ἄκων μέν, σιωπῶν δ' οὖν ὅμως ἠχθόμην, καίτοι θαυμάζειν ἔχων τὴν ὅτε παρ' ἡμῖν ἦσθα σπουδήν, τὴν ἐπειδὴ πάλιν ἀνήχθης ἔτι μοι διαμένουσαν εὔνοιαν, τὸν κατὰ σοῦ συστάντα φθόνον καὶ τὴν πάλαι τῆς τύχης

quid propitius tibi fuerit Neptunus navique mare substraverit, num Alexandriæ tibi res prospere processerint, num prægrandi Nilo feliciter subvectus sis, num vita tua sit opulenta, num tandem nummorum milia in crumenam condas, domumque habeas Ægyptiis donis repletam. Hæc te nobiscum communicare oportebat et exsolvere promissa; nam propositum tibi erat multas scribere epistolas, neque de obliviscendis amicis cogitabas. At tu adeo eum negligis, qui literas ad te dederit, neque ei vis rescribere. Hinc iam alteram epistolam ad te misi, eique, si pergas silentium tenere, facile et tertiam adiungam, donec te subeat pudor eorum, quæ perpetravisti, nobisque contingat, ut vocem tuam audiamus.

CXII. Agapeto.

Scienter surripis accusationem quam extimescere debebas, aliisque ea exprobras quæ ipsi tibi crimini dari poterant. Dudum enim est quod Alexandriam habitasti, quod hac relicta tacuisti et quantum in te erat vel præsens nos latuisti. Sed bene factum, quod fama hominum illustrium neminem latere patitur. Hæc enim præsentiam tuam prodidit, et erat quod causam silentii tui mirarer. Non tamen mihi persuadebam, tacuisse te, ut rem mirificam et Pythagora dignam faceres; nam nimium quantum ab arte tua defecisses; vel quia Elusam ut invisam diis et exitialem indignareris; tum enim solatium ab amicis repetendum erat. His igitur missis dicebam te magnos tibi sumpsisse spiritus et nauci facere veteres amicos, præsertim cum Elusam habites et pæne a fratre non ridente erudiaris. Hæc mecum reputans non exspectabam te repente accusatoris partes acturum esse. Unde risi epistolam tuam, et rhetoricen admiratus sum, quod tantam tibi detulerit potestatem, ut, qui dudum accusatorie locutus essem, iam quærerem excusationem. Tam singularis ac pæne divina vis est artis sophisticæ, neque illa, cum noctuas, ut in proverbio est, Athenas apportaret, iis pepercit, qui eandem artem profitentur. Liberi autem mei (ita enim orationes meas vocabas) non sine pudore ad te accedunt, quippe qui scite vel latentem deformitatem nudare soleas.

CXIII. Dorotheo.

Cum iam in eo essem ut ad priorem tibi epistolam responderem, missâ alterâ me prævenisti. Ita in literarum adeo sermone palmam ferre eniteris. Sed « quæ hæc cunctatio est » inquies, « et cur literas iste in longinquum tempus distulit? Hominem se esse scito neque licere sibi facere quæ velit, sed aliorum arbitrio se permittere fas esse et necessitati servire et opportunitati parere. Ista vero non præbet quæ quis velit, sed omnia necessitate metitur. » Nempe hæc ad hunc usque diem invitum quidem sed tacentem me pupugerunt, etsi, dum apud me esses, admirari licebat amabilitatem tuam, etsi benevolentiam, quam mihi post discessum semper præstitisti,

ἐπιβουλήν, καὶ ὡς σώφρων ἀνήγου τὸν λογον γινόμενος καὶ τῇ περὶ ταῦτα φλυαρίᾳ χαίρειν εἰπών, αἱρησάμενος τοῖς πᾶσιν ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον, ἵνα κερδάνῃς τὰς μούσας. ἀλλ' ὄναιο θᾶττον ἔρωτος μουσικοῦ, καὶ τοσοῦτον λάβοις ὁπόσον ἐθέλεις, καὶ γένοιο τῆς προλαβούσης διαβολῆς, εἰ μὲν ἀληθὴς ἦν, σωφρονέστερος, εἰ δὲ ψευδής, εὐτυχέστερος, ὅπως ὁ μετὰ ταῦτα βίος μηδὲ ψευδῆ διαβολὴν ἔτι δέξηται, ἀλλὰ φανείης πάλιν ἐκεῖνος ὁ πρότερον. οὕτω γὰρ ἂν ἑνωθέντων τῶν ἄκρων διόλλυται τὸ μέσον ἑκατέρῳ μέρει βαλλόμενον.

etsi invidiam contra te coortam et veteres fortunæ insidias, et quod profectus es moderato usus sermone et nugis vale dixisti, ac maluisti omnium rerum facere iacturam, ut Musas lucrifaceres. At utinam quantocius bene tibi eveniat Musarum iste tuus amor, et tantum capias quantum voles, reddasque te superiore calumnia, si vera fuit, prudentiorem, sin falsa, feliciorem, ut tua deinceps vita iam falsam non subeat accusationem, sed idem iterum videaris esse qui fuisti antea. Sic enim unitis duobus extremis medium perimitur ab utraque parte percussum

ριδ'. Στεφάνῳ.

Ἔτι σιγᾷς; ἔτι τῶν ἠμελημένων ἡμεῖς; καὶ μὴν πάλαι γε πυκνοῖς ἡμᾶς εἶχες τοῖς γράμμασιν, καὶ ἦν ἥδιστόν τι χρῆμα φθεγγομένου πολλάκις ἀκούειν. ἀλλὰ νῦν ἐξαίφνης σιγᾷς καὶ τῆς ἡδονῆς ἐστερήμεθα. τοιαῦτα τῶν χρηστῶν βιβλίων ἀπέλαυσα· ζητῶν γὰρ ἐκεῖνα καὶ τὸν πάντων μοι φίλτατον προσαπολέσαι δοκῶ· σὺ δὲ μάλιστα μὲν καὶ τὸ βιβλίον ἀπόστειλον καὶ τῆς πρὶν εὐνοίας ἀπολίπῃς μηδέν· εἰ δὲ μή, τὸ γοῦν φίλους εἶναι διαμενέτω· δόξω γὰρ οὕτω πεπονθέναι μηδέν. δήλωσον δέ μοι καὶ ὅπως ὑμῖν ἔχει τὸ φροντιστήριον, καὶ εἰ πλῆθος ὁμιλητῶν σοι περιφράττει τὸ θέατρον, καί, τὸ δὴ μέγιστον, εἰ πλούτῳ κομᾷς καί σοί τις Πακτωλὸς τὴν οἰκίαν ἐπέκλυσε. ταῦτά σοι γινέσθω, καὶ τὸ βιβλίον ἐσχήκαμεν καί σοι λοιπὸν εἰς χιλιάδας ἀριθμεῖται τὸ νόμισμα.

CXIV. Stephano.

Adhuc taces, adhuc sumus ex neglectis. Et tamen olim nos devinciebas crebris epistolis tuis eratque mira quædam tuorum sermonum suavitas. Nunc repente taces et gaudio nos deiecisti. Id igitur lucri ex egregio isto libro percepi; poposci eum et insuper hominem mihi amicissimum amisi. Tu ante omnia et librum mihi redde et nihil de solita benevolentia remitte; quod si non reddideris, illud saltem maneat, amicos nos esse; ita enim mihi nihil passus esse videbor. Præterea narra mihi de statu auditorii tui, num discipulorum multitudo suggestum obsepiat, num quod maximum est, divitiis affluas et Pactolus aliquis domum tuam inundaverit. Hæc tibi velim eveniant. Tum certe ego librum mihi reciperasse videbor iamque tu, quotienscunque summam feceris mercedum, milenos nummos congesseris.

ριε'. Σαβίνῳ.

Εἰ τοῖς ἐρῶσιν ἡμέρα μία πρὸς γῆρας ἀρκεῖ, οὐκ ἂν φθάνοις ἀριθμῶν ὁπόσα δὴ γεγηράκαμεν. πάλαι μὲν γὰρ ἦμεν εὐδαίμονες σέ τε ὁρῶντες καὶ τῶν σῶν ἀντεχόμενοι· καὶ ἦν ἡμῖν πάντα χρηστά, ὄψις ἡδίστη, λόγοι κατακηλοῦντες τὴν ἀκοήν, γνώμη χορηγοῦσα τὴν εὔνοιαν· καὶ ὅ τι τις ἐπόθει καλόν, ἤρκει πρὸς σὲ μόνον ἰδεῖν. ἀλλὰ νῦν ἐξαίφνης ἔρημοι πάντων ἡμεῖς, ὅθεν ἠπόρημαι, καὶ τὸν μῦθον ἐρῶ καὶ Περσεὺς ἐκεῖνος εὐξαίμην γενέσθαι· τάχα γὰρ ἂν ἐξείη μοι μικρὸν ἀναπτομένῳ παραμυθεῖσθαι τὸν ἔρωτα. ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; ἰδοὺ γάρ με καὶ πτεροῖς ὁ πόθος ἀνέπλασε καὶ Περσεὺς καὶ μῦθος γεγένημαι καὶ ὅσα γε ποθοῦσα διάνοια ῥᾳδίως ἀναπλάττειν ἐθέλει. ἤδη δέ σε καὶ ὄναρ ἥσθην ἰδών, καὶ ἀναστὰς εὐθὺς παρεμυθούμην τῇ θέᾳ. εὖ δὲ ποιῶν τὸν φέροντα τὴν ἐπιστολὴν ἐμοί τε χαριῇ καὶ βεβαιώσεις ἣν ἔχων ἐτύγχανε γνώμην, ὡς εἰ δέξαιο γράμματα παρ' ἡμῶν, οὐδὲν ὅ τι μὴ ῥᾳδίως ποιήσεις.

CXV. Sabino.

Si amantibus vel una dies sufficit ad consenescendum, exputa, si me amas, quantum adhuc senectutis explevérimus. Olim felix eram cum te viderem tibique operam meam præstarem; egregia omnia habebam, adspectum suavissimum, sermones aurium delenimenta, mentem benevolentiæ largitorem, ac si delicias nescio quas desiderabam, abunde mihi erat, ut in te oculos converterem. At nunc omnibus destitutus sum, atque inops consilii hæreo. Quid si fabularem historiam in auxilium vocem? Perseus utinam fiam, ut mihi vel tantillum in aërem sublato amorem lenire liceat. Sed quid hæc cogitatio subiit animum? Ecce et pennas mihi affinxit desiderium. Perseus et fabula factus sum et quicquid mens desiderio æstuans procreare solet; iamque in quiete te vidi et gavisus sum, cumque surrexissem, ex visu illo solatium petii. Quod si eum qui tibi reddit epistolam beneficio affeceris, et mihi gratificaberis et confirmabis quam de te ille habebat opinionem, scilicet nihil esse quod ubi literas nostras accepisses non prompto animo facturus esses.

ρις'. Ἱερωνύμῳ.

Ὅσης σου τῆς κατηγορίας ἀπελαύσαμεν οἱ ἀλαζόνες ἡμεῖς καὶ λίαν σοφισταὶ καὶ νοσοῦντες ὑπεροψίαν

CXVI. Hieronymo.

In quantas tuas accusationes incucurri ego, homo fastuosus et nimium quantum sophista et ex superbia labo-

ἐν μετρίῳ τῷ σχήματι. καὶ οὐκ ἂν ἔχοιμι λέγειν ὅσα καθ' ἡμῶν συνεφόρησας, ὥσπερ καιρὸν πάλαι ζητῶν ἐφ' ἡμῖν ἐγεῖραι τὴν γλῶτταν. ὅθεν οὐδὲ πρόφασιν δικαίαν λαβὼν εἰς μέσον ἄγεις ἃ πάλαι κρύπτων ἐλάνθανες. τί γάρ, εἰπέ μοι, δεινὸν εἰ πρὸς σὲ γράφων Προκόπιος Ἱερωνύμῳ χαίρειν ἐπέγραφον; ὡς μὲν γὰρ ἀρχαῖος ὁ νόμος, ἔχω δήπουθεν ὁμολογοῦντα ἂν καὶ σέ. ἀλλ' οὐδὲν δεῖ, φής, τὴν νῦν ἐπιπολάζουσαν ἐκβῆναι συνήθειαν. οὐκοῦν κατηγόρει, κἂν εἰ τὴν νῦν κρατοῦσαν τρυφὴν εἰς σεμνότητά τις τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγειν ἐθέλῃ, κἂν εἰ τὴν μουσικὴν ἐκπεσοῦσαν εἰς ὕθλους μελῶν καὶ δημοτικὴν φλυαρίαν εἰς τὴν Τερπάνδρου μοῦσαν αὖθις ἐνέγκοι. αὐτὸς δὲ πόθεν ἡμῖν, πρὸς Φιλίου, σεμνὸς εἶναι δοκεῖς, εἴ τι ῥῆμα φθέγξαιο τῶν Ἀττικῶν, καὶ τύχοις τῶν ἐπαινούντων ὡς ἀρχαῖον καθέστηκε, παρὸν ἐμφορεῖσθαι τῶν ἐκ τριόδου ῥημάτων καὶ ταῦτα φέρειν ἐπὶ τοῦ βήματος; ἢ τί δῆτα τῶν μειρακίων προκαθεζόμενος οἴει τι μέγα φρονεῖν Ἀριστείδου τοῦ πάνυ πρὸς ἔπαινον, εἰ λέγοις ὡς αὐτός; ἢ Πολέμων τῆς Ἀσιανῆς τερατείας τὴν ἀρχαίαν ῥητορικὴν ἐκάθηρεν; εἰ δὲ σοὶ τότε γενέσθαι παρέσχεν ἡ τύχη, τάχ' ἄν μοι καὶ γραφὴν ἐπενέγκασθαι κατ' ἐκείνου δοκεῖς, ὅτι τὰ συνήθη παριδὼν ἀλαζὼν εἶναι βούλεται, πρὸς ἀρχαίαν ἀναγόμενος μοῦσαν. εἴθε δὲ καὶ τράπεζα νῦν αὖθις ἐκράτει Λακωνική, καὶ ἦν ἡμῖν ὁ βίος ὡς πάλαι τοῖς Πέρσαις μᾶζα καὶ ὕδωρ καὶ κάρδαμα. ταῦτα δὲ καὶ νῦν ἐν Ἐλούσῃ τις ἴδοι κρατοῦντα τῇ σῇ, οὐ διὰ καρτερίας ὑπερβολήν, ἀλλ' ὅτι τοσαῦτα μόλις χορηγεῖ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἡ γῆ. ἀλλ' ὅμως αὐτὸς τρυφὴν Αἰγυπτίαν μαθὼν ἀπεδύσω τὰ πάτρια, ὁ φυλάττειν τὰ συνήθη νομοθετῶν, κἂν ἔξω τοῦ πρέποντος ᾖ. τὸ δὲ καὶ ἀλαζόνα με καλεῖν, ὅτι σε μετὰ τὴν ἐμαυτοῦ προσηγορίαν φέρων ὑπέταξα, ἔοικεν οὐ λίαν εἰδότος, ὡς οὐ τὸ πρῶτον τῇ τάξει καὶ τῆς τιμῆς ἔχει πάντως τὰ πρῶτα, οὐδὲ τὰ Δημοσθένους εἰδέναι ποιουμένου, ἅπερ μελετᾶν εἴωθε τὰ παιδάρια, ὡς ἄρα τὸ πράττειν, τοῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕστερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐστιν. εἰ δὲ πάντως ἀλαζονείαν ταῦτα κατηγορεῖς, καιρὸς καὶ τοὺς πάλαι κεχρημένους τῷ νόμῳ τῆς τοιαύτης ἐπιγραφῆς ὑπεροψίας σὺν ἐμοὶ περιβάλλειν νοσήματι, ὧν τοὺς ἄλλους παρεὶς Σωκράτην λέγω καὶ Πλάτωνα τοὺς ἄνω τὴν φιλοσοφίαν ἐξάραντας. ἀλλὰ περὶ ἀλαζονείας αὐτόθεν κατέλαβες, καὶ μὴ κίνει κατὰ σαυτοῦ τῆς παροιμίας τὴν μάχαιραν. ἢ οὖσα δήπου πάλαι ταῦτα καθέστηκεν, ὡς ἅμα σε τῆς ὁλκάδος ἐκβάντα προὔπεμπον δὴ σὺν βοῇ τινὶ βαρβάρῳ τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, καὶ πανήγυρις ἦν οὐχ ἧττον ἢ ὅτε πάλαι φορά τις αὐτοῖς εὐμενὴς ἐδίδου τὸν Ἆπιν, καὶ ὡς ἐπὶ τούτοις ὕψοῦ τῆς διανοίας ἀρθεὶς ἐμὲ μὲν μικρὰν οἰκοῦντα πόλιν φαῦλον ἐκάλεις, ἀπόρριπτος δὲ παρὰ σοὶ πατρίς τε καὶ γυνὴ καὶ τὸ παιδίον αὐτό. καί πού με φιλοσοφοῦντα λῆρον ἐδόκεις, ὅτι με μὴ κρότος εἶχε πολύς, ἐξ ἀσήμου φωνῆς, ὦ Ζεῦ, καὶ βαρβάρου γλώττης ὤν· καί, τὸ δὴ μέγιστον, εὐδαί-

rans specie verecundiæ! Vix dicere possum, quot crimina in me congesseris, quasi dudum occasionem exspectasses linguam contra me vibrandi. Unde neque iusto usus prætextu in medium profers quæ a longo inde tempore occultabas. Nam quid tandem est, quod epistolæ ad te datæ inscripsi *Procopius Hieronymo salutem?* Nam legem esse antiquam, ne tu quidem infitias ibis. At, inquis, non oportet deflectere a consuetudine hodie obtinente. I nunc, et querimoniam habe, si quis huius ætatis luxuriem ad pristinam simplicitatem revocare velit, vel si quis musicam in modorum loquacitatem et plebeias nugas delapsam ad Terpandri Musam redire iubeat. Atque ipsum te, per Iovem amicitiæ præsidem, num arrogantiæ incusabimus, si, cum tibi liceat ingurgitari formulis ex trivio arreptis easque in suggestum transferre, Attico usus fueris vocabulo contigeritque tibi laudari propter eius antiquitatem? Vel cum discipulorum tuorum studiis præsideas et Aristides tibi laudandus sit vir primarius, num superbies, si eadem dialecto usus fueris atque ille? Polemo nonne portenta verborum Asiaticorum ex vetere rhetorice exturbavit? Quod si tibi tum temporis in lucem edi contigisset, litem, opinor, ei intendisses, quod quotidianis verbis prætermittendis et priscæ musæ memoria repetenda gloriosus esse voluerit. Vellem iterum nunc obtineret mensa Laconica victusque nobis esset maza et aqua et nasturtia. Quanquam hæc ipsa fortasse in Elusa tua obtinent, non propter nimiam civium abstinentiam, sed quia eiusmodi epulas incolentibus terra ægre suppeditat. Nihilominus ipse tu luxurie Ægyptiorum initiatus a vetere tua consuetudine recessisti, etsi legem scripseras tenendos esse mores patrios, vel si turpes essent. Quod autem arrogantem me dicis, qui in literarum mearum præscriptione tuum nomen subiecerim meo, non satis scire mihi videris, non utique quod ordine prius sit, et dignitate prius esse; nec profiteris Demosthenis illud, quod pueruli recitare solent, actionem, etsi, si ordinem spectas, posterior sit dictione et suffragiorum latione, robore priorem esse viribusque pollentiorem. Quod si omnino hanc rem arrogantiæ nomine nuncupas, tempus est, ut etiam ceteris, qui dudum eiusmodi usi sunt præscriptione recepto inter veteres more (ex quibus, ut alios omittam, Socratem commemorabo et Platonem, qui philosophiam ad fastigium erexerunt), una mecum insolentiæ morbum incutias. Sed ad arrogantiam quod attinet, temere me incessivisti, neve gladium, ut in proverbio est, in te ipsum retorqueas. Nam illud dudum est quod rescivimus, e navicula vectoria egressum te ab Ægyptiis barbaro quodam clamore domum esse deductum, eumque diem inter festos relatum esse, haud aliter ac quo natura olim benigne luxurians Apin iis præbuit. Neque ignoro, te gloriatum de ea re humilem me vocasse, quippe qui parvam habitarem urbem; estque abiecta te iudice patria et uxor et ipse puerulus. Ac fortasse me, quem philosophari scires, nugatorem vocasti, quod mihi non acclamarent

μονα σαυτον ..κάλεις, εἰ σίτου σοι καὶ κρεῶν πλήρη τὴν οἰκίαν ἀπέδειξαν. ὁρᾷς ὅσον ἐπὶ σμικροῖς ἐπήρθης, ὁ νῦν ἀλαζονείας γραφόμενος; καὶ ταῦτά φημι, μὰ τοὺς θεούς, οὐκ ἀμύνασθαί σε τῶν ῥημάτων ἐθέλων (οὐ γὰρ πρὸς τῆς ἐμῆς τοῦτο κρίνω φιλοσοφίας), ἀλλ', εἴ πως δυναίμην, μετριωτέραν σοι τὴν γλῶτταν ἀποδεῖξαι βουλόμενος. ἀλλ' ὅπως μὴ τὴν δύναμιν τῶν ἐμῶν λόγων καταπλαγεὶς πόρρω γένῃ τοῦ τὰ τοιαῦτα γράφειν ἡμῖν· μὰ γὰρ τὸν σὸν Νεῖλον καὶ τὰς παρούσας σοὶ Χάριτας, θέατρον λογικὸν τὴν σὴν παρέσχον ἐπιστολήν, κἀν τῇ Γάζῃ μέσῃ πρὸς πάντας ἐλέγετο. κἀγὼ μὲν ἀλαζὼν ᾐδούμην ὑπὸ τῶν σῶν γραμμάτων καλούμενος, ἐγέλα δὲ τὸ θέατρον ἐπ' ἐμοί· σὺ δὲ τῶν λόγων εὐδαίμων ἐδόκεις.

linguæ inexplanatæ et barbaræ, et, quod summum erat, felicem te prædicabas, cum cibo et carne domum tuam replevissent. Videsne te, qui nunc me insolentiæ arguis, elatum fuisse rebus minutis? Atque hæc, per deos, non dico, ut pro verbis istis pœnam a te repetam (nam non meæ id esse philosophiæ arbitror), sed ut linguæ tuæ procacitatem, si fieri possit, coerceam. Sed cave desistas verborum meorum robore deterritus talia ad me scribere; nam, proh Nilum tuum Gratiasque tibi faventes, spectaculum edidi verborum, literas tuas in media Gaza coram omnibus recitans. Atque ego quidem, quem literæ insolentem vocabant, pudore suffundebar et risum movebam auditoribus; tu autem beatus iis videbaris, quod talia verba fecisses.

ριζ'. Ὠρίωνι.

Ἀεί σε φέρων τῇ μνήμῃ μικροῦ μοι καὶ παρεῖναι δοκῶ καὶ τὰ πάντα παρεῖναι σοφίζομαι. καί μοι μεμνημένῳ πάντα πρὸς ἡδονὴν συνεισέρχεται, τὸ τῶν τρόπων εὐσταθές, ἡ περὶ τοὺς λόγους σπουδή, τῆς διανοίας τὸ μέτριον καί, τὸ δὴ μέγιστον, σωφροσύνη νεότητος ἀλόγους ὁρμὰς ἀνακόπτουσα. καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔσθ' ὅτε λογίζομαι ὡς ὁ πάντων ἡμῶν ὁρώντων τοιοῦτος φανεὶς τίς ἂν γένοιτο καθ' ἑαυτὸν γεγονώς· νικήσει γάρ, οἶμαι, τὰ φθάσαντα πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος, ὅπως ἂν δείξῃ τοῖς ἀποῦσιν ἡμῖν ὡς ἄρα δι' αὐτὴν ἐτίμα τὴν ἀρετήν, οὐχ ἡμᾶς τοὺς ὁρῶντας αἰδούμενος. εἰ δὲ καὶ πόλιν ἔχει τρυφῶσαν, καὶ πολλὰ τῆς ἀσελγείας τὰ παραδείγματα, τοῦτο φιλοτιμότερον αὐτὸν ἀντιτάξει ταῖς ἡδοναῖς· τίς γὰρ ἀθλητὴς ἐπὶ τῷ νικᾶν σεμνυνόμενος εἰς Ὀλυμπίαν ἐλθὼν τοῦ ἀγῶνος τὸ μέγεθος καιρὸν ῥᾳστώνης ἡγήσεται, ἀλλ' οὐκ ἐπιτενεῖ μὲν αὐτίκα τὴν ἄσκησιν, βεβαιώσει δὲ τὰς προλαβούσας τῇ μείζονι; καὶ σὺ δὴ μύσας τὰς αἰσθήσεις, ἀκλινὴς πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν καὶ θέαν γενόμενος, δείξεις ὡς οὐχ ἡ τῶν κακῶν εὐπορία τὴν σωφροσύνην οἶδε νικᾶν, ἀλλ' ἔνθα τῶν σεμνοτέρων ὁ πόθος, κἂν τὰς Σειρῆνας εἴπῃς, κἂν τὴν πάντα μεταβάλλουσαν Κίρκην, νικήσει πάλιν Ὀδυσσεύς, νῦν μὲν τὸ μῶλυ δεικνὺς λόγον, οἶμαι, τοῦτον ὃν οὗτος ἐδωρήσατο, νυνὶ δὲ περιδήσας ἑαυτὸν ἀρετῇ, καὶ πολλὰ βοώσας οἶμαι παραπλέων τὰς ἡδονάς.

CXVII. Orioni.

Semper in memoria te habens vix me contineo quin credam te præsentem esse, et ab omni parte te præsentem esse imaginer. Et dum memoria te comprehendo, magno cum meo gaudio simul omnia recursant menti, animi firmitas, opera, quam arti rhetoricæ tribuisti, ingenium lene, et, quod maximum est, temperantia iuvenilium cupiditatum insaniam cohibens. Et interdum cum videam te talem factum esse spectantibus nobis omnibus, reputo mecum, qualis remotus ab arbitris evasurus sis. Scilicet priores virtutes superabis concertans cum te ipso, ut absentibus nobis demonstres, per se ipsam te diligere virtutem, non, quod nostræ te puduerit præsentiæ. Quod si diffluunt luxuria quibuscum vivis et exempla produnt vitæ dissolutæ, eo acrius te obicies voluptatibus. Nam quis athleta, Olympiam profectus victoriarum laude florens magnitudine certaminis negligentiæ sibi occasionem dari opinabitur? Immo statim augebit exercitia, ac priores victorias maiore confirmabit. Haud aliter tu obductis sensibus, invictus ab iis omnibus, quæ oculis et auribus percipiuntur, non vinci vitiorum ubertate temperantiam ostendes, sed, ubi sanctitatis studium est, etsi Sirenes obluctantur et Circe omnia transfigurans, iterum Ulixes victor discedet, modo moly monstrans (dicendi artem dico, quam Mercurius tradidit) modo virtute quasi thorace indutus et prætervehens voluptates variis vocibus eum compellantes.

ριη'. Ἀπολλωνίῳ.

Ὁ εὐλαβέστατος Μαρτύριος, πλουτῶν μὲν ἀρετῇ, τῇ δὲ τύχῃ πενόμενος, δεῖται τῆς ὑμετέρας ῥοπῆς, πλείστην ἔχων, ὥς φησιν, ἐκ τῶν φθασάντων τὴν πεῖραν, καί με ῥᾳδίως ἔπειθεν ἐπιστάμενον ὡς πᾶσι χεῖρα προτείνεις τοῖς ὀρθοῦσθαι δεομένοις καὶ πρὸς ἐπικουρίαν καλοῦσι· τοσαῦτα γὰρ ἔχων παρ' ἡμῖν ὅσα μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, εἰς ὑμᾶς ὁρᾷ, λύσιν εἶναι κακῶν τὸ τοιοῦτον ἡγούμενος. ἀλλ' ἀν-

CXVIII. Apollonio

Martyrius reverendissimus, virtute copiosus, sed casu inops, auctoritate tua indiget, quam iam antea non semel se expertum esse dicit, mihique facile eam rem persuasit, quippe qui non ignorem, omnibus te dextram tendere qui allevari velint petantque auxilium; nam cum tantum a me acceperit, ut nec vires reficere nec animam exhalare possit, te oculis prosequitur, quem e miseriis se vindicaturum esse arbitratur. Itaque libenter ei ope-

τέχου προθύμως, ὄμμα διδοὺς εὐμενὲς καὶ διὰ σαυτὸν καὶ δι' ἐμὲ καὶ διὰ τὸν ἐν χρείᾳ καθεστηκότα· καὶ γὰρ θαρρῶν ἔλεγεν ὡς ἐὰν δέξῃ γράμματα παρ' ἐμοῦ, οὐδὲν ὅ τι μὴ ῥᾳδίως ποιήσεις. ἐμοῦ δὲ μειδιῶντος καὶ ὁπόθεν οἶδεν ἀνερομένου, καὶ κατεγγυᾶσθαι τὸ μέλλον ἕτοιμος ἦν. οὐκοῦν πλήρωσον αὐτῷ τὰς ἐλπίδας, ἵνα μὴ χρείας αὖθις καλούσης κατεγγυᾶται τὸ μέλλον ὡς οὐδὲν ἀνύσαιμι παρ' ὑμῖν.

ram præsta, ac frontem remitte propter ipsum te et mea causa et propter illum qui difficultatibus affectus est. Nam confidenter dicebat nihil esse, quod, ubi literas nostras accepisses, non promto animo facturus esses. Et cum subridens ego unde sciret quærerem, exitum ille præstare paratus erat. Itaque spem eius noli infringere, ne iterum urgente necessitate ita exitum præstet, ut nihil me a te impetrare posse contendat.

ριθ'. Νηφαλίῳ.

Τὰ μὲν ἐξ ὑμῶν γράμματα πρὸς τὴν πανήγυριν ἤδη καλεῖ, καὶ τὸν οἶκον ἡμῖν προτιθέναι φησί, κοινά τε τὰ παρόντα ποιεῖ, καὶ τὸ τοῦ λόγου ἡμῖν ἀγαθὸν ἐπαγγέλλεται· ἐγὼ δὲ τῆς μὲν εὐνοίας ὑμᾶς ὑπεράγαμαι, καὶ δή μοι κεχληρῶσθαι δοκῶ τὴν πανήγυριν ἐπιστολῆς ὑμετέρας τυχών. πρὸς δὲ τὴν ἐντεῦθεν ὁδὸν πολλά μοι καθέστηκε τὰ κωλύματα. σὺ δέ μοι καὶ πρᾶττε καλῶς καὶ νίκα τὰ λυποῦντα καὶ μέμνησο μὴ μόνων παρόντων. εἰ δὲ καὶ γράμμασιν ἀθυμοῦντας ἀνάγοις, τοῦτό μοι τῆς Πολυκράτους εὐτυχίας σεμνότερον· πολλὰ γὰρ οἱ χρηστοὶ τὰς ἡμετέρας διέσεισαν ἀκοάς, ὡς πέπραχέ τι δεινόν (σὲ δὴ λέγοντες), ὡς ἥλω πράττων, ὡς γέγονεν ἀφανής. ταῦτα λογοποιοῦντες μάρτυρας παρῆγον, οὓς ἐκεῖθεν ἥκειν διισχυρίζοντο, καὶ ἄλλος ἄλλῳ διηγεῖτο, καὶ διὰ πάντων ἡ φήμη. ὡς δὲ τὴν παρ' ὑμῶν ἐδεξάμην ἐπιστολὴν τοσοῦτον ἀπέχουσαν τῆς ἀδίκου φήμης, ὡς καὶ πρὸς πανήγυριν τοὺς φίλους καλεῖν, εὐθὺς ἐγενόμην περιχαρής, καὶ τοῦ ψεύδους ἔχων τὸν ἔλεγχον πανταχοῦ ταύτην ἐκήρυττον, ὥστε τοὺς πάλαι θρασεῖς μόλις ἐρυθριᾶν καὶ κύπτειν εἰς γῆν καὶ τῆς τύχης οἶμαι καταβοᾶν ὅτι μὴ πλείω χρόνον ἐλάνθανον.

CXIX. Nephalio.

Iam literæ tuæ ad solemnia nos vocant, et domum tuam arbitrio nostro permissam esse nuntiant et penum omnem in usum nostrum tradunt, nobisque bonorum quidvis pollicentur; ego vero benevolentiam tuam demiror iamque agitare mihi tua solemnia videor dum literas tuas manibus teneo. Sed quominus iter ingrediar, multa sunt quæ obstant. Tu interea vale, sisque vacuus a molestiis neve solummodo hominum præsentium memento; quod si contristatos recreaveris literis, rem feceris Polycratis fortuna præstantiorem; nam crebris sermonibus boni illi viri aures meas verberabant, cum dicerent maleficium eum admisisse (ni mirum de te narrabatur fabula), in proditione deprehensum esse, ex conspectu evolasse. Hæc commenti proferebant testes, quos illinc venire contendebant, et alter alteri narrabat, famaque per omnes dilata est. At ubi epistolam tuam accepi ab improbo isto rumore in tantum remotam, ut ad solemnia adeo amicos vocares, confestim exsultavi lætitia et quam iam tenebam epistolam, mendacii documentum, nusquam non divulgavi, ita ut qui impudentem antea monstraverant frontem, tandem erubescerent oculosque in terram deicerent et accusarent fortunam quod non longius sibi latere licuisset.

ρκ'. Σιλανῷ.

Ὁ καλὸς Μακάριος σπουδῆς ἕνεκα καὶ τρόπων τῆς ἐμῆς ἀπολαύων εὐνοίας ἐπέδωκέ μοι φέρων τὴν ὑμετέραν ἐπιστολήν, ἐγὼ δὲ τοὺς τύπους ἐπιγνοὺς ἅμα τῇ θέᾳ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀσπασάμενος, εὐθὺς μελλήσας οὐδὲν τῶν γεγραμμένων εἴσω γεγένημαι, καὶ ὁ μὲν κύκνος εὐθὺς ἐνήχει ταῖς ἀκοαῖς, καὶ ὥσπερ τῷ ζεφύρῳ τὸ πτερὸν ἀνεὶς ὅλος ἀνέκειτο ταῖς ᾠδαῖς καὶ μουσικώτερος ἦν, τὴν δὲ σὴν ἀηδόνα νῦν ὄντως ἔγνων ὡς οὐ μῦθος ἦν Ἀττικός, ἀλλ' ἐξ Ἀθηνῶν ὑπῆρχεν ἡ κόρη, καὶ γέγονεν ὄρνις, καὶ τὴν Ἀττικὴν φυλάττει τοῖς μέλεσι· τοιοῦτον αὐτῆς τὸ σχῆμα τῆς ἐπιστολῆς δημιουργοῦσιν οἱ λόγοι. ἐγὼ δὲ τούτοις ἡσθεὶς ἀνέπνευσά τε μέγα καὶ παλαιᾶς εὐδαιμονίας ἀνηγόμην εἰς μνήμην, ὡς συνῆμεν ἀλλήλοις παρὰ τὸν Νεῖλον, ὡς ἀδεῶς ἐμφορεῖσθαί σου παρεῖχεν ἡ τύχη, ὡς στερηθεὶς ἠχθόμην, ὡς χαίρω νῦν κομισάμενος· καὶ γάρ σε διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔχειν ἤδη δοκῶ. καὶ χάριν ὡμολόγουν τῷ ταύτην ἐμοὶ δεδωκότι, καὶ « ὡς εὐδαίμων » ἔφην « ὦ παῖ τοῦ γένους ὑπάρχεις, » καὶ ἐμεμφόμην ὅτι

CXX. Silano.

Bonus Macarius qui propter studium moresque suos benevolentiam sibi protinus meam conciliavit mihi epistolam tuam reddidit; ego agnitis primo obtutu literarum ductibus et præscriptionem exosculatus, statim sine mora in interiorem epistolam me insinuavi, ac confestim cygnus aurem personabat, et, quasi zephyro alas permisisset perstringendas, totus cantui se dabat et vocalior evadebat; lusciniam autem tuam nunc reapse intellexi non fabulam Atticam esse, sed Athenis oriundam virginem, et in avem mutatam esse, et modis suis Atticam custodire; in tantum eius imaginem epistolæ verba effingunt. Ego vero his lætatus altum spiritum traxi et in pristinæ felicitatis memoriam adductus sum, ut una eramus ad Nili ripas, ut consuetudine tua libere perfrui per fortunam licebat, ut destitutus illa lugebam, ut diffundor, cum te recuperaverim; nam per epistolam te iam manibus tenere mihi videor, et gratias agebam ei, qui attulerat, et generis felicem dicebam, mihique irascebar, quod nescivissem eum propinquitate tecum

σοι προσήκων ἐλάνθανε. τίς οὖν γένωμαι; πόθεν ἂν δυναίμην αὐτῷ παρέχειν ὁπόσα καὶ βούλομαι; εἰ δὲ μετρήσεις τῇ προθυμίᾳ τὴν χάριν, οὐδέν ἐστιν ὅ τι μὴ λήψεται παρ' ἡμῶν. ἀκούσας δέ σε καὶ γάμου φέρειν ζυγόν, εὐξαίμην σου καὶ παῖδας ἰδεῖν τοῖς ὁρῶσι τὸν πατέρα κηρύττοντας.

coniunctum esse. Quid faciam? Unde ei præbere potero singula omnia, quæ gestio? Quod si voluntate metieris gratiam, nihil est quod a nobis non sit accepturus. Certior factus de matrimonio tuo precor a diis ut et filios e te videam imaginem tuam oculis spectantium proponentes.

ρκα'. Διοδώρῳ.

Τί τοῦτο πέπονθας ὁ πολὺς τὴν γλῶτταν, καὶ μέγα πνέων κατὰ τῶν σιωπώντων; ἑάλως οἷς ἐνεκάλεις, καὶ σεαυτοῦ κατηγορήσας ἐλάνθανες, καὶ τοῖς σεαυτοῦ δικτύοις ἑάλως σαγηνευθείς. ἃ γὰρ ἐμέμψω δράσας οἴκοθεν ἔχεις τὸν ἔλεγχον καὶ τοῖς σεαυτοῦ πτεροῖς ἑάλως, τὴν παροιμίαν παθών. ὥστ' εἴ τι τῶν προσηκόντων ἐγίνετο, τὴν σὴν ἄν σοι πάντως ἐπιστολὴν ἀντεπέθηκα· τάχα γὰρ ἂν ἔγνως ἐπιτιμήσας μὲν ὡς οὐκ ἂν ἁμαρτών, πλημμελῶν δὲ νῦν ὡς κατηγορήσας οὐδέν. καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι φιλοτιμησάμενος ὑποδήματα καλά τε λίαν καὶ περὶ πόδα μᾶλλον, ὡς τῇ κωμῳδίᾳ δοκεῖ, καὶ ταῦτα γραμμάτων ἔρημα πέπομφας, μήτε τὸ δεῖξαι μήτε τὸ χαίρειν εἰπών. καίτοι μεῖζον, ὡς εἰκός, ἐπὶ τούτοις ἐφρόνησας ἢ Κροῖσος ἐκεῖνος τὰς θαυμαστὰς δὴ πλίνθους τῷ Πυθίῳ δωρούμενος. δηλοῖ δὲ τὸ πάλαι σε ταῦτα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ κομισάμενον μέλλειν ἀεὶ καὶ καταστοχάζεσθαι τοῦ καιροῦ, ὅπως ἂν ἐρχομένης τῆς πανηγύρεως ταῦτα λαβὼν προέλθω τοῖς ὁρῶσι τὴν φιλοτιμίαν βοῶν. ὅθεν σου τὸ πάθος μαθὼν προῄειν κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Αἴαντα μακρὰ βιβάς, καὶ κατεκρότουν τὴν γῆν ἐπιστρέφων πρὸς τοὺς πόδας τὸν θεατήν, καὶ εἴ τις ὁρᾶν οὐκ ἐβούλετο, ὑβριστὴν τοῦτον ἐδόκουν καὶ τέλος ὁρᾶν κατηνάγκαζον, καὶ μηδενὸς ἐρωτῶντος ὁπόθεν ἔχω λαβών, « Διόδωρος ὁ δούς » ἀνεκήρυττον. καὶ διὰ πάντων ὑπῆρχεν ἐπ' ἐμοὶ μὲν ἀπειροκαλίας γέλως, ἐπὶ σοὶ δὲ τῆς εὐνοίας ἡ φήμη. τοιαῦτά σοι τῶν καλῶν ὑποδημάτων ἀπέλαυσα, μικροῦ δεῖν ἐπὶ κεφαλὴν βαδίσας, ὅπως ἐν καλῷ τῆς θέας ἔσται τὸ δῶρον.

XI. Diodoro.

Tibine hoc accidisse, qui promtus lingua es et sævis in homines scribendi negligentes? Deprehensus es in eadem re, quam nobis exprobrabas; ipsi tibi te periculum creavisse nesciebas, tuisque ipsius laqueis irretitum comprehendimus. Nam cum quæ nobis vitio vertisti ipse perpetraveris, ipse contra te testis exsistis tuisque ipsius, ut est in proverbio, pennis captus es, ita ut, si facta essent quæ fieri debuerant, tuam tibi utique epistolam remisissem; nam fortasse intellexisses te obiurgasse me quasi nunquam peccaturus fuisses, deliquisse autem, quasi nihil mihi obiecisses. Et quod maximum est, largitate tentatus calceos mihi, quales comœdia describit, pulcherrimos et aptissime ad pedes convenientes, nec ipsos verbis ornatos misisti, ut qui me nec monstrare eos nec salvere iussisses. Et tamen ob eos sublationis eras animi quam Crœsus, cum Pythio mirificos scilicet lateres illos offerret. Cuius res documento est quod, cum dudum eas a sutore asportasses, non sine magna cunctatione tempori insidiatus es, ut eos appetente die festo induerem oculisque spectantium proponerem clamans liberalitatem tuam. Itaque cum intellexissem te ita animo affectum esse, prodibam Aiantis instar Homerici ingenti gradu tendens, terramque pulsavi et hominum oculos in pedes meos converti, et si quis averteret oculos, iniuriam mihi illatam esse putabam, et ad extremum adduxi, ut aspiceret, et cum nemo ex me quæreret unde illas haberem, ultro Diodorum muneris auctorem proclamabam. Ac ridebar ego usque ob insulsitatem, tu autem ad benevolentiæ famam provehebaris. Hanc igitur ex bellis tuis calceis cepi voluptatem, ac vix me continebam, quin capite graderer, ut munusculum tuum magis etiam in promtu ponerem.

ρκβ'. Ἐπιφανίῳ.

Οἶμαί σε ποιεῖσθαι λίαν ἐν θαύματι τί δῆτα νῦν παθὼν ἤδη καὶ γραμμάτων κατάρχομαι. τούτου δὲ τὴν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν, Στρατήγιος τοῖς λόγοις στρατεύεται κατὰ σοῦ, καὶ πολὺς μὲν ταῖς λοιδορίαις χωρεῖ, μακρὰν δὲ κατατείνει κατηγορίαν, καὶ δικαστήριόν μοι τὴν οἰκίαν πεποίηται. τὸ δὲ μέγιστον, ὥσπερ γὰρ οἱ δεινοὶ τῶν ῥητόρων, οὐκ ἀρκεῖται τοῖς παροῦσι μόνον ἐγκλήμασιν, ἀλλὰ μίγνυσι παλαιὰ καινοῖς, καὶ μύθους ἀρχαίους ἀνακινεῖ, καὶ μάρτυρα κατὰ σοῦ πόλιν ὅλην τὴν Ἀλεξάνδρου παρέχεται, θέας ἱππικὰς διηγούμενος καὶ κύβων σπουδὴν καὶ διαλόγους περὶ τῶν ἵππων δημοτικοὺς καὶ ἅττ' ἄν ποτε τούτῳ λέγειν ἐπέλθῃ. ἀλλὰ καὶ νῦν σε τοῖς ἵπποις ἀνακεῖσθαί φησι καὶ τοῖς τρέφειν δυναμένοις παρεδρεύειν ἀεὶ καὶ

CXXII. Epiphanio.

Credo ego te valde mirari, quæ tandem me ceperit libido, ut iam literas quoque scribere inchoaverim. Huius igitur rei causam accipe. Strategius verbis in te invehitur, vim conviciorum profundit, longius accusationem producit, domum meam in iudicium commutavit. Et quod maximum est, rhetorum solertium instar non acquiescit in præsentibus criminationibus, verum veteres recentibus admiscet, et priscas fabulas excitat, et testem contra te universam Alexandri urbem profert, spectacula equestria narrans et alearum studium et sermones de equis plebeios et quicquid ei in buccam venit. Verum etiam nunc te equorum studiosissimum esse et semper adsidere iis, qui te alere possint, et parasitarum artem ascivisse ventri deditum. Non facile paucis comprehenderim quæ sæpe ille auribus meis in-

τέχνην σε κολάκων ἐπανῃρῆσθαι τῇ γαστρὶ χαριζόμενον. οὐκ ἂν δυναίμην εἰς ἅπαξ εἰπεῖν ὅσα δὴ πολλάκις ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς ἐπαντλεῖ. τὸ δὲ αἴτιον, « γυμνός » φησί « τὸ τούτου μέρος ἐγώ. ἓν μόνον μοι ἱμάτιον ὑπελείπετο πρὸς ταφήν, καὶ διὰ τοῦτον ἀνάλωται. λίνον γάρ » φησίν « εἰργασμένον λαβών, ὡς δὴ ταῖς χερσὶ τῶν αὐτοῦ θεραπαινίδων ἀποδείξων ἱμάτιον, Ἴρου με παρεῖχε γυμνότερον, χρόνος πολύς » φησί, « καὶ παρατέταμαι ταῖς ἐλπίσιν. » εἰ τοίνυν σοι μέλει τὴν ἐκείνου γλῶτταν πραοτέραν ἐργάσασθαι καὶ τὰς ἐμὰς ἐλευθεροῦν ἀκοάς, ὡς τάχος πέμπε θοἰμάτιον· εἰ δὲ μή, — ἀλλ' οὐ φέρω λέγειν ὅσα καὶ λέξειεν ὃς καὶ μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν φλυαρίαν τὸν βίον πεποίηται· εἰ δὲ καὶ προσλάβοι τι δίκαιον, εἴποις ἂν αὐτοῦ τῇ γλώττῃ τὸν θυμὸν ἐνοικεῖν.

culcavit. Ni mirum in caussa hoc est. « Nudus ego sum » inquit, « quantum per hunc stat. Quod enim solum mihi relictum erat amiculum, tunicæ funebris vices olim expleturum, propter hunc absumtum est. Nam cum linum textum, ut scilicet ancillarum suarum manibus in amiculum converteret, secum abstulisset, diu est quod neglexit me, qui Irum nuditate exsuperabam, at certum nescio. Quod si tua interest illius compescere linguam measque aures restituere in libertatem, quantocius vestem mitte; si non feceris, mea certe lingua non sufficiet verbis eius recoquendis. Nempe vel si nullam accusandi causam habet, vitam suam consumit in rumusculis; si potestatem accusandi adeptus sit, iram linguæ eius insidere dixeris.

ρκγ'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Ἥσθην ὅτι τὸν καλὸν Δωρόθεον, ὃν ὑμῖν διὰ γραμμάτων συνέστησα πρότερον, τοῦτον ἐκ μεταβολῆς αὐτοί μοι συνιστῶντες ἐγράψατε. τί γὰρ ἂν εἴη μεῖζον τεκμήριον τοῦ κατ' ἐλπίδας ἡμῖν χωρῆσαι τὰ γράμματα; ἐλθὼν δὲ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν ἤθελε λέγειν ὅ τι μὴ σοὶ κἀμοὶ χαριεῖσθαι θέλων καὶ τῇ μνήμῃ τῶν σῶν εὐφραινόμενος, καί σε πολὺν ἐπὶ στόματος ἦγεν ὡς εὔνουν ὡς ἀγαθὸν ὡς γλώττῃ καὶ χειρὶ τὸν Ἀσκληπιὸν περικείμενον, καὶ ὅτι δὴ τὸ τῆς ἰατρικῆς αὐστηρὸν αἱ τῆς ὑμετέρας γλώττης παρεμυθήσαντο χάριτες. ταῦτα λέγοντος προυλάμβανον τοὺς ἐπαίνους ἐγὼ πρὶν ἀκοῦσαι τὰ σὰ διηγούμενος, καί « γλαῦκα φέρεις Ἀθήναζε » πρὸς τοῦτον ἔλεγον μειδιῶν· ὁ δὲ φιλονικότερος ἦν, καὶ δοκῶν τι καινὸν ἐπάγειν, πάλαι κείμενον εὕρισκε παρ' ἐμοί, καὶ μεθ' ἡδονῆς ἐσίγα λοιπόν, χάριν εἰπὼν ἔχειν τοῖς θεοῖς εἰ τοιοῦτον εὐτύχησε διδάσκαλον, περὶ οὗ καὶ πάντα λέγειν ἐστὶ καὶ καινὸν ἐπαγγέλλειν οὐδέν. ἀλλὰ σαυτὸν ὅλον φέρων ἐπίδος τῷ νέῳ, ὅς, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, μεμνῆσθαι γοῦν οἶδε τῶν εὖ ποιούντων.

CXXIII. Gessio iatrosophistæ.

Lætatus sum quod bonum Dorotheum, quem vobis per literas olim commendaveram, e contrario ipsi literis mihi commendatis. Nonne enim firmissimo hoc argumento demonstratur, non irritas fuisse literas nostras? Ex quo nos adiit, nunquam verbum fecit, quod non et mihi et tibi gratum et acceptum esset; exsultabat memoria tui, ac semper te in ore habebat, ut qui sis benevolus et bonus, et in cuius lingua et manibus vigeat Æsculapius, atque artis medicæ austeritatem linguæ tuæ gratiis delenitam esse. Hæc cum dicebat, ego laudes præcepi tuas, res tuas narrans priusquam audirem, et « noctuas Athenas fers » inquiebam subridens; ille vero, cum victor discedere vellet, novi quid afferre sibi visus est, verum id ipsum dudum in mea fide depositum esse intellexit, et lætus tandem reticuit, gratiam se diis referre inquiens, quod talem sibi habere contigisset magistrum, de quo et omnia loqui et novi nihil quidquam nuntiare liceret. Sed totum te trade iuveni, qui, si non aliud, at certe novit meminisse eorum qui præclare de se meriti sunt.

ρκδ'. Ἀντιόχῳ.

Ὅσης ἐπὶ σοὶ τῆς ἐλπίδος διήμαρτον. ᾤμην γάρ σε μόλις ἰατρικῆς ὕλης ἀπηλλαγμένον πρὸς ἡμᾶς ἰέναι λοιπόν, εἴτε φιλοσοφήσοντα κατὰ τὰς πρὶν ὑποσχέσεις, εἴτε καὶ μόνον ὀψόμενον· σὺ δὲ κατατείνεις ἡμᾶς τὴν Ἀλεξάνδρου ποθῶν καὶ ὥσπερ Λωτοφάγων γῆς ἀντεχόμενος. ἀλλ' ἐμοῦ μὲν ἕνεκα νικάτω χάρισι πολλαῖς τοῦ Μακεδόνος ἡ πόλις, καὶ Νείλου καὶ θαλάττης ἐχέτω καλῶς· εἰ δὲ καὶ Μοῦσαι ταύτην οἰκοῦσιν, ἔχεις ἐπαινοῦντα κἀμέ. ἀλλὰ ταῦτα πρὸς τὴν παρ' ἡμῖν ἡσυχίαν καὶ τὴν σὴν φιλοσοφίαν ἣν πολλάκις ἠλπίκαμεν. οὐκοῦν τἄλλα καθάπερ τινὰ φλυαρίαν ἀποσεισάμενος μιμοῦ τὸν Ὀδυσσέα πρὸς τὴν ὄντως Ἰθάκην ὁρῶν, καὶ μηδέν σε κωλυέτω, μὴ λωτὸς μὴ

CXXIV. Antiocho.

Quanta tui opinione deiectus sum. Credebam enim tandem te relicta materia medica ad nos venturum esse, sive ut philosophareris quemadmodum olim pollicitus es, sive ut solummodo viseres; tu vero cruciaris nos Alexandriæ amore detentus eique ut Lotophagorum terræ adhærens. Ac per me licet Macedonis oppidum lenociniis suis victoriam reportet ac bene fecerit quod Nilum sibi prospexit et mare; sin autem et Musæ in eo habitant, et ipse laudem tribuo. Atque hæc de vita apud nos tranquilla et de philosophia tua dicta sunto, quam sæpe speravimus. Reliqua nugas puta, hisque excussis Ulixen imitare et in veram Ithacam prospice; neve quidquam te coerceat, non lotus, non Circe, non Calypso, sed tanto

Κίρκη μὴ Καλυψώ, ἀλλ' ὅσῳ περὶ μειζόνων ἐπείγῃ τῶν ἄθλων, τοσοῦτον τὸν Λαέρτου νικήσομεν.

ρκε'. Στεφάνῳ.

Οὐδὲν ὡς ἔοικεν ὅ τι μὴ χρυσίον ὁρᾷς, ἄγει δέ σε αὐτὸ καὶ ποιεῖ μετάρσιον, καὶ χρυσῶν εἰδώλων ἀνέπλησέ σου τὸν νοῦν. ἐμοῦ γάρ σοι περὶ σχολῆς γεγραφότος ὡς οὐ πάντα δίδωσιν ἡμῖν ὁ καιρός, ἀλλ' ὅσα πρὸς τὴν χρείαν ἀνάγκη μετρεῖ, καὶ χρείαν εἰπόντος οὐ τὴν τῶν χρημάτων ἔνδειαν, ἀλλ' ἐφ' ὃ παρὰ τῆς τύχης ἀγόμεθα, σὺ πρὸς τὸ χρυσίον ὅλως ὥρμησας καὶ συνάχθεσθαί μοι ἐδόκεις ἠπορημένῳ, καὶ παραμυθίαν ἐζήτεις, τὴν φιλοσοφίαν ἀντιτάττων τοῖς χρήμασιν, ὡς ἐμοῦ δὴ στένοντος ὅτι μὴ τοῖς Κροίσου ταλάντοις ἀβρύνομαι· οὕτω περιβομβεῖ σου τὰ ὦτα, καὶ πάντων δοκεῖς χρυσίον λεγόντων ἀκούειν. τί γάρ σε πρὸς Διὸς ἐπὶ ταύτην ἐπῆγε τὴν εὔνοιαν; ἢ πῶς ἂν ἀπελογούμην περὶ τοῦ μὴ γράφειν ἐπιστολὰς χρημάτων ἔνδειαν προβαλλόμενος, ὡς δέον πολλῷ καταρρεῖσθαι χρυσίῳ τὸν ἐπιστέλλοντα; καὶ μήν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, τὸ γράφειν αὐτόνομόν τέ ἐστι καὶ τῆς ἐκ τοῦ πλούτου δυναστείας ἐλεύθερον. οὕτω σοι τὰ τῆς διανοίας ὑπὸ τοῦ πάθους ἐλέγχεται· ῥέψασα γὰρ ἐνταῦθα πάντα πρὸς τοῦτο μεταποιεῖ, καὶ συναπατωμένην ἔχει τὴν ἀκοήν. καὶ δέδοικα μὴ κἂν λύραν εἴπω κἂν ἵππον ὀνομάσω, πάλιν δόξῃς χρυσίον ἀκούειν, καὶ τοὺς ἄλλους παραμυθούμενος αὐτὸς δεήσῃ τοῦ θεραπεύοντος. ταῦτα παίζειν ὑπήχθην πρός σε καὶ τοῖς γράμμασιν ἐνθεῖναι τὸν γέλωτα, ὃν ὑπέστην ἀναγινώσκων σου τὴν ἐπιστολήν· σὺ δὲ μικρὸν τοῦ πάθους ἐνδοὺς γράφε λοιπὸν σωφρονοῦσαν ἐπιστολήν.

ρκς'. Διοδώρῳ.

Τὸν εὐλαβέστατον Τιμόθεον τὸ μὲν σχῆμα πρὸς ἡσυχίαν καλεῖ, τὰ δὲ τῆς τύχης λυπηρὰ τὴν ἀνάγκην ἐπάγοντα καὶ τὴν πρὸς ὑμᾶς ὁδὸν κελεύει. τούτῳ γάρ ἐστι πατὴρ ἐκ μεταβολῆς ἀπορῶν, ἀδελφοὶ δὲ πλήθει καὶ χρόνῳ λυποῦντες· πολλοὶ γὰρ ὄντες καὶ τὴν ἡλικίαν βραχεῖς εἰς τὰς τοῦ πατρὸς χεῖρας ὁρῶσιν. ἐντεῦθεν χρῆσται μὲν πολλοί, ἀλλὰ πλὴν ἑνὸς πάντες φιλάνθρωποι· οὗτος δὲ τῇ τύχῃ συνεπιτίθεται. ἣν γὰρ μόλις αὐτοῖς οἰκίαν ὁ δαίμων κατέλιπε τοσούτοις χρήσταις ὑποκειμένην, ταύτην μόνος λαβεῖν ἀξιοῖ νικῶσαν τούτου τὸ χρέος, δέον ἢ τὸν ὠνούμενον ἄγειν καὶ τοῦ παντὸς τιμήματος τὸ προσῆκον λαβεῖν, ἢ δέχεσθαι ταύτης μέρος ὃ τοῦ χρέους ἀναπληρώσει τὸ μέτρον. ὁ δὲ τὴν τῶν ὠνουμένων πρὸς τὸ παρὸν ἀπορίαν ἕρμαιον ἡγεῖται καὶ τῆς τύχης ἐστὶ πικρότερος. ἀλλὰ δίδου τῷ δεομένῳ πρὸς συμμαχίαν τὴν γλῶτταν, τὸν δικαστὴν αὐτῷ παρασκευάζων φιλάνθρωπον· ὁ δὲ λυπῶν αὐτὸν πειράσθω δικαίας ἀνάγκης καὶ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἡμερωτέρας, ἢ περιμένειν τὸν ὠνησόμενον ἢ τῆς οἰκίας μέρος ὅσον ἀπαι-

præsta Laertæ filium virtute, quanto antecedis illum tuorum certaminum gravitate.

CXXV. Stephano.

Nihil nisi aurum tibi ob oculos versari videtur; studio eius traheris et alte assurgis et mentem aureis simulacris repletam habes. Ego enim cum de otio scripsissem, non omnia nobis tribuere opportunitatem, sed, quantum usus quotidianus poscat, necessitatem nobis suggerere, cumque usum quotidianum non pecuniarum inopiam dixissem, sed id, ad quod a fortuna ducimur, tu, recto cursu aurum petiisti atque adeo misereri egentem videbaris et solatium quærebas, philosophiam cum opibus committens, quasi conquestus essem quod Crœsi talentis heluari mihi non liceret. Ita aures tuæ circumstrepuntur auro, omnesque de auro verba facere putas. Quid enim te per Iovem ad istam benevolentiam adduxit? aut qui ego, ut epistolarum intermissionem excusarem, penuriam argentariam caussatus essem, quasi auro affluere oporteat eum, qui literas scribat? immo, si quid aliud, scriptio sui iuris et a divitiarum potestate libera est. Ita mens tua cupiditate convincitur; nam cum illuc vergat, omnia ad aurum refert simulque aures decipit, ac vereor ne si lyram vel equum nominem, auri nomen etiam tum audire tibi videaris et, dum alios consolaris, ipsi medente opus sit. Talia ut per iocum tibi dicerem impulsus sum utque in literas meas risum transfunderem, quem epistolam tuam legens edidi. Tu vide ut aliquantum ex cupidine remittas, et in posterum literas scribe sanas.

CXXVI. Diodoro.

Reverendissimum Timotheum quiescere vestis iubet, at fortunæ miseries necessitatem ei imponit ingrediendi viam quæ ad te ducit. Habet enim patrem fortunæ commutatione ad inopiam redactum et fratres numero et ætate molestos; etenim cum multi sint et parvuli, a patris manibus omnia exspectant. Hinc creditores multi, etsi præter unum humani omnes; is vero eum pariter ac fortuna insequitur. Nam quam fatum vix iis reliquit domum tot creditoribus oppigneratam, hanc unus ille ac solus occupaturus est, etiamsi eius pretium summam illi debitam superet, cum potius aut emptorem adducere et pretii partem ipsi debitam auferre aut partem domus accipere debuisset quæ debitum adæquaret. Ille autem peropportune sibi accidisse censet, quod magna in præsenti emptorum est penuria, et ipso fato atrocior est. Itaque petenti linguam tuam præbe adiutricem, et iudicem ad humanitatem commove; malorum autem iste artifex vim experiatur iudicialem et sententiam sua mitiorem, quæ aut emptorem exspectare eum iubeat aut partem domus,

τεῖ τὸ χρέος λαβεῖν, ὅπως θαυμάσωμεν καὶ σὲ τῆς συμμαχίας καὶ τῆς ψήφου τὸν δικαστήν.

ρκζ'. Νόννῳ.

Σὺ μὲν ἡμῖν τὴν ἐρωμένην ἠρνήσω, τὰ μείζω ποθῶν καὶ πρὸς ἱερωσύνην κατεπειγόμενος, ἐγὼ δέ σου τὴν καλὴν κόμην θαυμάσας ἀεί, νῦν δέδοικα μή σου παρεμποδὼν γένηται τῇ προθυμίᾳ. ἐπειδὰν γὰρ ἴδῃς παρόντα τὸν καιρὸν καὶ τὰς ᾀδομένας τρίχας μελλούσας πεσεῖν, δακρύσας, οἶμαι, τὸ πάθος οἰχήσῃ φυγών, καὶ ζητήσεις ἀνθ' ἱερέως νυμφίος ὀφθῆναι καλός. καὶ πάλιν, ἂν οὕτω τύχῃ, μνηστεύσεις κόρην, καὶ τοῦ γάμου παρόντος πρὸς ἱερωσύνην σχήσεις μεταπηδῶντα τὸν ἔρωτα. ἀλλὰ παῦσαί ποτε κύκλῳ φερόμενος, τὴν πεῖραν ἔχων διδάσκαλον, ἵνα μὴ πάλιν μὴ γνῶν ὑποβόλων καὶ σῶν σπαλίκων ἀκούσω καὶ ὅσα νῦν ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν.

ρκη'. Ἱερωνύμῳ καὶ Θεοδώρῳ.

Τὴν ὑμετέραν σοφίαν ἔγνων μὲν καὶ πάλαι πανταχοῦ τῷ λόγῳ προλάμπουσαν, καὶ ὃν ἡ θέα μὴ παρέσχεν, ἥ γε φήμη χαρίζεται, κοινῷ βοῶσα κηρύγματι τὸν πάππον ὑφηγήσει νόμων ἐπιγραφόμενον, τὸν πατέρα γλώττης χάριτι πρὸς τὴν τῶν νόμων αὐστηρίαν τὴν ἀκοὴν ὑποσύροντα, καὶ ἐκ τούτων ὑμᾶς πάντα φέροντας, ἅπερ ἐκεῖνοι προλαβόντες ἐκ μέρους ἐνείμαντο. ὃν οὖν ἔγνων πρῶτον τῷ λόγῳ, νῦν τῇ πείρᾳ μαθὼν « εὐδαίμων » ἔφην « ἡ πόλις, ἐν ᾗ γένος οὕτω σεμνὸν καὶ παῖς ἐκ πατρὸς τὴν ἀρχὴν διαδέχεται· εὐδαιμόνων δὲ πατέρων παῖδες, ὅσοι τοῦ βίου τὰς ἐλπίδας ἐφ' ὑμῖν ἐποιήσαντο. » ἀλλ' εἴθεπερ ἐδυνάμην συνεῖναι καὶ τῆς σῆς ἐμφορεῖσθαι παιδεύσεως. ἀλλὰ μέγα τοῖς ἀνθρώποις εἰς πόθον ἐστὶν ἡ πατρίς, καὶ μάρτυς Ὀδυσσεὺς τὴν Καλυψὼ παριδών, ἵνα τὴν Ἰθάκην θεάσηται· πρὸς δὲ οὐ θεμιτὸν εἶναί μοι δοκεῖ τόπον ἀλλότριον παρὰ τὸν τοῦ δικαίου σφετερίσασθαι λόγον. τοιγαροῦν σώζοισθέ μοι τὰ συνήθη παρ' ἐμοῦ προσκυνούμενοι.

ρκθ'. Ἑρμείᾳ.

Τὸ ὑμέτερον μέγεθος διὰ τῶν πρὸς ἐμὲ γραμμάτων ἰδὼν ὑμᾶς μὲν εἰκότως τῆς γνώμης ἐθαύμασα, τῇ δὲ Βηρυτίων συνήδομαι πόλει εἰ τοιοῦτον ἔχει προβεβλημένον, ὡς ἀρετῆς καὶ λόγων ποιεῖσθαι φροντίδα, καὶ ταῦτα τοῦ καιροῦ τὴν ἐναντίαν ἐλαύνοντος. ἀλλ' ὄναιο καὶ σὺ σαυτοῦ καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ πόλις, ἐμοὶ δὲ βαρὺ πατρίδος ὑπερορᾶν ἐξ ὑμῶν λαβόντι παράδειγμα. εἰ γὰρ ὑμεῖς πάντα μηχανᾶσθε κοσμεῖν τὴν ἐνεγκοῦσαν οἰόμενοι, πῶς ἂν ἔχοι καλῶς ἐμοὶ μὴ ταῦτα ποιεῖν ἐφ' οἷς ὑμᾶς ἐπῄνεσα πράττοντας; ἀλλὰ καὶ εἰσποιεῖν ἐμαυτὸν εἰς τόπον ὃν εὐτύχησεν ἕτερος, τῆς λογικῆς καταστάσεως ἀλλότριον εἶναι δοκῶ. ἀλλ'

qua sibi satisfacere possit, accipere, ut et te propter opem et iudicem propter iudicium admiremur.

CXXVII. Nonno.

Tu dilectam te habere negasti, altiores spiritus gerens et contento cursu sacerdotis ordinem petens; ego autem, cum semper comam tuam pulchram admiratus essem, nunc vereor ne desiderio tuo impedimento sit. Nam cum tempus adesse videbis et instabit comarum præcisio omnium ore celebratarum, malum, quod perpessurus es, lacrimas tibi excutiet et in fugam te dabis, et conaberis ex sacerdote evadere sponsus formosus. Et rursus fortasse puellam tibi despondebis, et, cum adfuerint nuptiarum solemnia, amor tuus transfugiet ad sacerdotium. At desine tandem in orbem circumagi, et experimentis te erudiri patere. . . . .
. . . .

CXXVIII. Hieronymo et Theodoro.

Elucere sapientiam vestram iam dudum me aliorum undique sermones docuerant, et qui oculis subiectus non erat, hunc fama nobis gratificata est, præconio suo publicitus declarans avum principem esse eorum, qui legibus interpretandis operam navant, patrem in summa legum austeritate linguæ dulcedine auditores rapere, utrumque vestrum ab his universitatem legum accipere, cuius illi antea nonnisi partes possederant. Itaque, cum quem fama et auditione cognoveram, iam usu pernossem, « beata urbs » inquam, « in qua genus tam venerabile est filiusque a patre principatum suscipit. Beatorum parentum filii, qui spem vitæ in vobis positam habent. » Utinam tecum esse possem tuaque institutione heluari. Sed magno homines patriæ desiderio tenemur, eiusque rei testis est Ulixes, qui Calypso negligebat, ut Ithacam conspiceret. Præterea nefas esse mihi videtur locum iniuste usurpare. Itaque valere vos iubeo, solitum vobis cultum tribuens.

CXXIX. Hermeæ.

Magnitudinem tuam cum ex literis ad me datis cognovissem, mentem, ut par erat, admiratus sum, Berytiorum autem urbi congratulor quod talem virum præsidio sibi esse voluerit ita, ut virtuti et eloquentiæ prospicere possit, etsi nostræ ætatis homines in contrariam partem abire soleant. Itaque et tu naturæ tuæ fructum capias et providentiæ tuæ civitas; mihi, qui vestram sequor auctoritatem, grave est nihil curare patriam. Nam vos si existimastis omnia tentanda esse ut patria vestra ornaretur, nonne mihi facere convenit eadem, ob quæ vos laudavi? Sed inferre me in locum, quem forte fortuna occupavit alius, a sana mente alienum esse puto. Itaque bene tibi

εὐτυχοίης, ὦ ἄριστε, τῆς εἰς ἐμὲ καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν προαιρέσεως.

eveniat, vir optime, pro tua in me et in ipsam urbem voluntate.

ρλ'. Ὠρίωνι.

Περιττὸν οἶμαι γράφειν πρὸς ἄνδρα τὴν πρὸς ἡμᾶς λοιπὸν ὀνειροπολοῦντα καταγωγήν, ὅπως ᾄσῃ τὸν ὑμέναιον καὶ γένηται νυμφίος παρθένου καλῆς· δίκαιον γὰρ ἐρῶντι χαρίσασθαι τῆς ἐρωμένης τὸν ἔπαινον, δι' ἣν ἀπὼν τῷ σώματι ἐρωτικὰ τῇ καρδίᾳ πηδᾷς καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀνεπτόησαι, καὶ τὰ παρόντα σοὶ μικρὰ τῆς παρ' ἀνθρώποις εὐδαιμονίας ὄντα γνωρίσματα, μόνη δέ σοι πόλις τῶν σῶν παιδικῶν χωρίον εἶναι δοκεῖ καὶ τοῦ Βυζαντίου τάχα σεμνότερον. καὶ δέδοικα μὴ τοῦ πόθου πολλοῦ ῥεύσαντος μηδὲ τοῖς φίλοις χαίρειν εἰπὼν ἐξαίφνης στέλλῃ πρὸς ἡμᾶς, τοῦ πλοῦ τὸ μῆκος μεμφόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιζόντων, ἐπανήκοις δέ ποτε σώφρονι λογισμῷ πρὸς παίδων γονὴν ἐπειγόμενος.

CXXX. Orioni.

Inutile puto literas dare ad virum, qui in somnis sibi iam devertere ad nos videtur, ut hymenæum canat et sponsus fiat virginis pulchræ; decet enim amanti tibi gratificari laudes dilectæ puellæ, ob quam, absens corpore, amatorio pectoris motu trepidas et ad nos traheris, omniaque, quæ circa te sunt, ex tua sententia pusilla felicitatis humanæ insignia, et sola tibi urbs, in qua deliciolæ tuæ habitant, locus esse videtur vel Byzantio nobilior. Ac vereor, ne effusissime exsultans amore insalutatos relinquas amicos ac repente ad nos proficiscaris, navigationis diuturnitatem indignatus. Sed hæc quidem lusimus; tu tandem redeas velim, temperantius ad liberorum procreationem properans.

ρλα'. Ἀνατολίῳ.

Πολλά μοι καὶ λαμπρὰ τὰ συνιστῶντα τὸν νέον. πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τὰ γράμματα, εἶτα πατὴρ ἀγαθός, ἐκ πρώτης πείρας πρὸς εὔνοιαν ἐφελκόμενος· πρὸς δὲ τούτοις τῆς τέχνης ὁ νόμος, εὐθύνας ἀπειλῶν ἀκριβεῖς εἴ τι τῶν προσηκόντων παρίδοιμι· τάχα δὲ καὶ ἡ τοῦ νέου σπουδὴ μοῖράν μοι οὐκ ἐλαχίστην παρέξεται. λοιπὸν ἡμῖν αἰτεῖσθαι τὴν ἐκ τοῦ θείου ῥοπήν, μεθ' ἧς καὶ μόνης ἐστὶ πρὸς πέρας ἐλθεῖν τὴν προαίρεσιν.

CXXXI. Anatolio.

Multa et præclara sunt quæ adolescentem commendent. Ac primum quidem et maximum est epistola pietatis tuæ, alterum pater bonus, ab initio statim ad benevolentiam abripiens; porro artis lex haud levem castigationem minatur si quid eorum quæ me decent neglexerim; fortasse etiam adolescentis alacritas ansam mihi vel maxime præbebit. Restat ut numinis divini nutum et auctoritatem imploremus, cuius solius ope consilium licet exsequi.

ρλϐ'. Δωροθέῳ.

Δεινὸς ἄρα τις ἦσθα πτερὰ περιβάλλειν ᾧπερ ἂν ἐθέλῃς, καὶ δεικνύναι μετάρσιον. σοῖς γὰρ γράμμασι πτερωθεὶς πανταχοῦ μὲν ἐδόκουν εἶναι, καθάπερ ἔφης, τῇ φήμῃ, περιεπόλουν δὲ πόλεις ὁπόσας ἄνθρωποι νέμονται, καὶ μέχρι τῶν βαρβάρων διήειν κούφῃ διανοίᾳ φερόμενος, καὶ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τοῖς λόγοις ἐδόκει με στεφανοῦν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν διὰ τὴν σὴν ἐπιστολὴν ἠγνόουν ὅ τι καὶ γένωμαι, ἕως μέ τις θεῶν τῶν σῶν ἀνήρπασε πτερῶν. καὶ τῆς πλάνης μόλις παυσάμενος « τί ταῦτα πάσχω »; φημί. « σκόπει τὸν γράψαντα καὶ λογίζου τὴν εὔνοιαν, καὶ θαυμάσεις ὅσα πείθειν οἶδε τῆς φιλίας ὁ πόθος. καὶ τὰ μὴ ὄντα γὰρ ἡγεῖσθαι ποιεῖ καὶ τὰ ψευδῆ τιμᾶν ὡς ἀλήθειαν. » ἐντεῦθεν οἶμαι τῶν ἐπαίνων ἀπλήστως ἔχεις, καὶ πάντα λέγων εὐχερῶς καὶ ταῦτα δοκεῖς τῶν ὑπαρχόντων ἐλάττονα. μέτρον δέ σοι τῶν ἐπαίνων ἡ γνώμη, μηδὲν ἀρκεῖν ἡγουμένη πρὸς ἔπαινον. ἀλλ' ἐπίσχες πρὸς Φιλίου τοιαῦτα γράφων πρὸς ἄνδρα μικρὸν εἰς ἑαυτὸν ὁρῶντα καὶ τοῖς γράμμασιν αἰσχυνόμενον.

CXXXII. Dorotheo.

Peritissimus es alas addere cuivis et in altum levare. Nam cum literis tuis quasi penniger evasissem, in tanta famæ quam tu mihi movebas celebritate ubique esse opinabar, et peragrabam civitates quascunque homines incolunt et usque ad barbaros deveni animi levitate actus, omnesque nationes me propter eloquentiam coronare videbantur, et, ut verbo dicam, tuarum literarum ergo omnibus exsultabam gaudiis, donec deorum nescio quis pennis tuis spoliavit. « Quid hoc rei est? » inquam. « Respice eum qui scripsit epistolam eiusque benevolentiam reputa, et miraberis quanta sint quæ persuadere sciat amicitia. Nam vel quæ non sunt ut credantur efficit itemque ut pro veris habeantur falsa. » Hinc nisi fallor evenit ut laudibus satiari nequeas, utque, dum nil reliqueris indictum, vel ita longissime a veritate tibi abesse videaris. Voluntate enim laudes metiris, qua in amicos es, neque unquam satis te laudes cumulasse arbitraris. Itaque per Iovem amicitiæ præsidem desine literas dare ad virum qui parum sibi tribuit et quem pudet literarum tuarum.

ρλγ'. Παγκρατίῳ.

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλε φησὶν Αἰσχύλος, ἐπαινεῖν τινὰ προελόμενος. τοιοῦτος ἡμῖν ἀνεφάνης, οὐ τοῦτο δὴ τὸ κοινὸν μέχρι τοῦ παρεῖναι φιλίαν ἐπιδεικνύς, οὐδὲ μετρῶν τῷ τόπῳ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ ἢ κρείττων εἶναι καὶ σαυτὸν νικᾶν ἐπειγόμενος. εἰκότως ἄρα σε τῆς ἐμῆς διανοίας οὐκ οἶδεν ὑποκλέπτειν ἡ λήθη, ἀλλ' ἔπεισί τί μοι Σωκρατικὸν ἀεὶ λέγειν, ὡς εἰ ἐγὼ Παγκράτιον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, οὗ χορεύει μὲν ἡ γλῶττα ταῖς Μούσαις, ἀρετὴ δὲ καθάπερ τέμενος ἄβατον κακίᾳ τὴν ἱερὰν ψυχὴν ᾠκειώσατο. τοιγαροῦν εὐδαίμων μὲν αὐτὸς τοιαῦτα φέρων γνωρίσματα, καὶ πόλιν οἰκεῖς τὴν κοινὴν τῶν λόγων μητέρα, ἣν ὧραι ποθοῦσαι κατὰ ταύτην ἀλλήλαις ἐσπείσαντο, ἣν προσκλύζει πράως ἡ θάλασσα, καὶ Νεῖλος ἐναγκαλίζεται καθάπερ ἐρωμένῃ περιχυθείς, καὶ πανταχόθεν ἄλση καὶ δένδρα καὶ λήια, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ποικίλαι προσβάλλουσι χάριτες. ἀλλ' ὑμῖν μὲν τὴν εὐδαιμονίαν θεὸς ἐπαυξήσει, καὶ μισθὸν τῆς ἀρετῆς δωρησάμενος· μετάδος δὲ φίλοισι σοῖσι σῆς εὐπραξίας, τοῖς ἐκ γλώττης ἀγαθοῖς εὐφραίνων ἡμᾶς, καὶ πέμπων οἴκοθεν οἴκαδε πρὸς ἡμᾶς τὰ ποιήματα· οὐ γὰρ δίκαιον λανθάνειν ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιδειχθέντα πλείστην οἴσει τὴν ὄνησιν.

CXXXIII. Pancratio.

Non ut specie tantum, sed ut vere optimus sis enitendum esse Æschylus dicit, cum laudes nescio cuius susceperit. Talis tu nobis evasisti, cum non, qui vulgi mos est, præsentia tantum tua amicitiam nobis significares nec eam finibus locorum circumscriberes, sed ut melior fieres teque ipse superare contenderes. Hinc factum est, ut memoriam tui abicere nequeam, verum semper subeat dicere assumtis verbis Socraticis, *ipsum me dedisse me oblivioni*, *cum* Pancratii *oblitus fuerim*, cuius lingua Musis choreas agit, cuiusque sanctam animam Virtus ut delubrum Pravitati inaccessum suam esse et a se possideri voluit. Itaque beatus es cum talia præ te feras, et urbem habitas communem eloquentiæ parentem, cuius captæ amore Horæ concorditer vivunt, quam placidum mare alluit Nilusque tanquam virginem dilectam artissime amplexatur, et arbores ubique ac sata, oculisque cuiusvis generis amœnitates subiciuntur. Sed prosperam tibi sortem deus in maius augebit, insuper soluto pretio virtutis; velim tamen *amicis tuis felicitatem impertias*, ita ut bonis ex lingua tua redundantibus nos ollectes et domo domum ad nos opera tua mittas; neque enim convenit recondita esse quæ aliis cum monstrentur magnam afferre possint utilitatem.

ρλδ'. Γεσσίῳ ἰατροσοφιστῇ.

Ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδοὺς ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ τραφεὶς καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν αἰτιώμενος, ὅμως οὐχ ὑπὸ νεότητος ἐπαρθεὶς οὐδ' ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ πράττειν ὅ τι θέλοι γενόμενος πρὸς ῥαθυμίαν ἀπέκλινεν, ἀλλ' ἐπανορθοῦσθαι τὴν τύχην ἐθέλων καὶ λόγων ἐρᾷ καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν γλῶτταν ἐπείγεται, ἀρκοῦσαν ἀφορμὴν πρὸς εὐσχήμονα βίον ἐξ αὐτῆς ἀρυσόμενος καί, ὡς ἀρκοῦν ἐς ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ τῶν λυπούντων ἔχειν τὴν λύσιν, τῇ παρ' ὑμῶν διδασκαλίᾳ τὰς πρὸς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἐπανορθούμενος. ὅθεν τὴν ὑμετέραν γνώμην εἰδὼς καὶ ὡς πρόκεισθε τοῖς εὖ παθεῖν δεομένοις, θαρρῶν ὑμῖν προσάγω τὸν νέον, ἀντὶ μεγάλης δωρεᾶς ὕλην ὑμῖν χορηγῶν τοῦ πάλιν δύνασθαι γεωργῆσαι.

CXXXIV. Gessio iatrosophistæ.

Qui literas nostras tibi reddit, etiamsi a matre vidua educatus est et a summa mendicitate excusationem habere possit, tamen neque iuventute sua ad temeritatem adductus est nec, cum sui iuris factus esset, ad vanitatem inclinavit, sed fortunæ amplificandæ causa eloquentiæ studet et omni contentione linguam petit tuam, ut idoneam inde vitæ honestæ ansam habeat et a te institutus meliore quam antea conditione utatur, quippe cui satis sit te intueri, ut omni miseria liberetur. Itaque cum non ignorem voluntatem tuam, neque sim nescius ultro te operam tuam inopibus obferre, confidenter tibi adolescentem commendo pro magno munere materiam tibi præbens, in qua iterum possis elaborare.

ρλε'. Φιλίππῳ ἀδελφῷ.

Μόλις ἡμᾶς ἀμηχανοῦντας μετέβαλες, γράψας ὡς ᾄδειν ἐθέλεις ὑμέναιον καὶ παίδων γενέσθαι πατήρ· πολλὴ γὰρ ἐπιδραμοῦσα φήμη ἄλλους ἀλλαχόθεν ἐπήγετο λόγους, καὶ πάντων διηγουμένων σιωπῶντες ἡμεῖς ἠκροώμεθα, τῶν ὑμετέρων ἀγνοοῦντες τὰ μέγιστα καὶ τοῖς πυνθανομένοις παίζειν δοκοῦντες, ὡς ἀγνοεῖν ἐπίτηδες προσποιούμενοι. νυνὶ δὲ τοῖς γραφεῖσιν ἡσθείς, ἡδέως ἂν εὐθὺς Περσεὺς ἐγενόμην ὑπόπτερος, καὶ τοῦ πελάγους ὑπερπτὰς καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀφικόμενος παστάδα κατεῖδον ἱερὰν καὶ τὸ πάντων ἥδιστον θέαμα, νυμφίον ἐκ φιλοσοφίας ἐρωτικὸν κἂν ὑλικόν τις αὐτὸν

CXXXV. Philippo fratri.

Tandem nos conturbatos et incertos ad sanitatem reduxisti, cum scriberes velle te hymenæum canere et liberorum patrem fieri; magna enim fama urbem nostram peragrans cuiusvis generis fabulas undique acceptas differebat, et cum narrarent omnes, nos silentium tenentes auscultabamus; ignorabamus enim rerum tuarum longe gravissimam. Unde pro ludibrio videbamur habere homines curiosos, quasi de industria simularemus ignorantiam. Nunc literis tuis exsultans libenter illico Perseus evasissem pennatus et mare transvolassem et ad vos venissem ac vidissem sanctissimum torum et, qui longe iucundissimus aspectus est, sponsum propter philosophiam amori

ὀνομάζῃ, φιλοσόφως ἀποκρινόμενον ὡς κοσμεῖν ἔδει τὴν γένεσιν, ἔρανον ἀνθ' ἑαυτοῦ χορηγοῦντα, καὶ τὰ εἰκότα πρὸς ταύτην ἀφοσιούμενον. ἑάλως δ' οὖν ὅμως, ὦ βέλτιστε, καὶ ὀψέ ποτε τὰ τῶν Ἐρώτων μανθάνεις τοξεύματα, ἥ τε νύμφη καλή, φασί, νὴ τὰς Χάριτας, καὶ ἱκανὴ φιλοσοφίας παρατρέψαι τὸν ἐραστήν. πατὴρ μόνον γίνου παίδων ἐπ' ἀρότῳ γνησίων, ἡ κωμῳδία φησί, καὶ θᾶττον ἐξ ὑμῶν ἴδοιμι παῖδα διὰ τῆς θέας τὸν πατέρα κηρύττοντα, μᾶλλον δὲ πρᾳότητι καὶ μεγαλοψυχίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς παραπλήσιον.

deditum et si materialem forte eum dicat aliquis, philosophice respondentem generationem ornandam fuisse, se in partem impensæ venire ac debitum illi officium præstare. Nihilominus captus es, optime, ac tandem *Cupidinum expertus es sagittas*, et sponsam, per Gratias, pulchram esse clamant et satis aptam quæ a philosophia avertat amantem. Pater dummodo evadas, *ut*, quemadmodum comœdia dicit, *legitimos filios procrees*, et quam maturrime liberos e vobis videre concupisco, qui specie sua patrem repræsentent, vel potius lenitate et magnanimitate ceterisque virtutibus æquiparent.

ρλϛ'. Ἱερωνύμῳ.

Ὡς μεγάλα τῷ Νείλῳ φρονεῖς, καὶ ἀντεξάγεις ἡμῖν εἰς μέσον ἄγων τὴν Αἴγυπτον, ὥσπερ Ἐλούσης τῆς φιλτάτης εἰς λήθην ἐλθών. ὡς δὲ καὶ σοφιστικά σου τὰ γράμματα, καὶ τὸν Γοργίου τῦφον ἐδόκουν ὁρᾶν· ὕειν γὰρ τὸν Νεῖλον ἔφης ἐκ γῆς, εἴ τί με μὴ τῶν ῥημάτων παρέλαθε, καὶ πλωτὴν ποιεῖν τὴν πάλαι βατήν. τί δέ γε τοῦτο πρὸς σὲ τὴν Ἑρμοῦ κατοικοῦντα, ἣν οὔτε Ζεὺς ὑέτιος ἐφορᾷ καὶ παρατρέχων ὁ Νεῖλος εἰς ἑτέραν ἐπείγεται; τί δὲ καὶ ψευδῶς ὀπωρίζεσθαι φής; πλὴν εἰ μὴ τοὺς ὄφεις ὀπώραν καλεῖς καὶ σκορπίων ὅσον γε πλῆθος. ὑφ' ὧν τινὸς ὡς ἔοικε πάλαι πληγεὶς καὶ ἰοὺ ἰού φασι κεκραγώς, εἶτα μεταξὺ τράπεζαν τρυφῶσαν ἰδών, ὅλος ἐπ' αὐτὴν ἐφέρου, τῷ σκορπίῳ χαίρειν λέξας, τουτὶ τάχα που τὸ κωμικὸν πρὸς τοῦτον εἰπών « μήτε γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην. » ταῦτα γράφειν ἐχρῆν, οὐκ ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς ὡραΐζεσθαι. ἀλλὰ καὶ σιωπῆς με γράφῃ, μηδὲν ἡμῖν τὸ παράπαν φθεγγόμενος. ἦ γὰρ ἂν πλείω λέγοντας εὗρες, καὶ οὐκ ἂν ἡμῖν τὸν Κοθωκίδην ἔφης τὸ τῶν αὐλῶν πάθος τοῖς σοφισταῖς ἐπισκώπτοντα. ἔρρωσο, καὶ τὸ παιδίον καὶ ἡ γυνή. καὶ τῷ παιδίῳ Ἀλεξάνδρῳ μὴ βαρὺς ἐπίκεισο, νέαν ἡλικίαν ἐπὶ πολὺ βιαζόμενος.

CXXXVI. Hieronymo.

Quantum te Nilus inflavit, qui proficisceris contra nos educta in expeditionem Ægypto, quasi dilectissimæ Elusæ oblivio te ceperit. Et quam sunt sophisticæ literæ tuæ. Ipsius Gorgiæ fastum cernere mihi videbar; effundi enim ex terra Nilum aiebas, nisi quid verborum me fugit, et navigabilem reddere in quam olim pedem figere licuerit. Sed quid hoc ad te, qui Mercurii urbem habitas, quam neque Iuppiter Pluvius adspicit et Nilus prætercurrit, ut alio contendat? quid porro mendaciter de te prædicas pomis te vesci? nisi forte poma dicis serpentes et scorpionum multitudinem. Ab horum aliquo, ut videtur, dudum ictus et exsecratus eum, tum mensam opipare instructam conspicatus, totus in eam irruisti, valere iubens scorpioni, ac fortasse Comici illud addidisti : *ne post mortem quidem velim a te separari*. Hæc te scribere oportebat neque te exornare bonis alienis. Verum et silentii me arguis, qui nihil omnino literarum ad nos dederis. Profecto plura scribentem reperisses, neque citasses Cothocidam, qui tibiarum naturam sophistis per ludibrium tribuebat. Vale, itemque et filius et uxor. Alexandro filio ne nimiam severitatem adhibeas, neve eum præter ætatem facere cogas.

ρλζ'. Διοδώρῳ.

Τὸ πολυθρύλητον δεξάμενος πρόσταγμα, περὶ οὗ πάλαι πάσας ἀφῆκα φωνάς, σιωπὴν ἦγον, οὐ μετὰ τὸ τυχεῖν ἀμνημονεύσας τῆς χάριτος, οὐδὲ τῆς Γεροντίου μούσης κληρονόμον· μόνοις γὰρ ὑμῖν τὸ πλεονέκτημα παρέσχεν ἡ τύχη. καὶ τίς μὴ ἐκεῖνον ἰδὼν δι' ὑμῶν ἀποπληρώσει τὸν πόθον; ὥσπερ δι' ἀκριβοῦς εἰκόνος πρὸς τὸ παράδειγμα καλῶς ἀναγόμενος, σιωπῇ τὴν χάριν ἐτίμων, ἵνα μὴ λέγων ἔλαττον οὗ βούλομαι τύχω φθεγξάμενος. καί σοι κείσεται χάρις ἀνάγραπτος παρ' ἐμοὶ μᾶλλον ἢ παρὰ Πέρσῃ βασιλεῖ τιμᾶν εἰδότι προδοσίαν καὶ Παυσανίαν μηδίζοντα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τυχεῖν πάντως ἐθέλων, ὦ βέλτιστε, καὶ πρὸς ἔργον ἐνέγκας τὴν γνώμην, ἐλεεινὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀφῆκας φωνὴν καὶ πόρρω λίαν ἡμετέρου φρονήματος· παρὰ γὰρ αὐτῷ τῷ δικαστῇ πτωχοὺς

CXXXVII. Diodoro.

Postquam famosum accepi decretum, quod ad ravim usque poposceram, conticui, non quod referendæ post acceptum beneficium gratiæ fuissem immemor, nec quod Gerontii musa mihi obtigerit; solis enim hanc virtutem vobis præbuit sors. Et quis illum cum viderit, per vos non satiabit desiderium? Tanquam per imaginem fidelem ad archetypum pulchre deductus tacendo gratiam honestavi, ne forte pauciora verba facerem quam vellem. Et manebit tibi gratia in memoriam meam accuratius relata quam quæ referri solebat in acta regis Persarum, qui proditionem honorare sciebat et Pausaniam Medorum partes sequentem, etsi, vir optime, cum victoriam sectareris et ad exitum perduceres quod in animo erat, miserabilem mea causa vocem emisisti et quæ a spiritu

ἡμᾶς ἀπεκάλεις. ἐφ' οἷς ἠγανάκτησα μάλιστα, εἰ τοσοῦτον κέχηνας πρὸς τὴν ὕλην, φιλοσοφίας ὕψους ἀποπεσών, ὡς χρημάτων χάριν ἀγεννῆ καὶ ταπεινὰ προσφθέγγεσθαι ῥήματα, καὶ μήτε τὴν ἐμὴν ἀξίαν σκοπεῖν μήτε τὸν σοφώτατον Διογένην, ὃν ἐν ψιλῇ τῇ πήρᾳ τὸν μέγιστον πλοῦτον ὡρίζετο. ἀλλὰ γενοῦ μόλις ἐλεύθερος, σμικρόν τι χρῆμα πρὸς τὴν ἀρετὴν τὴν οἰκουμένην ἡγούμενος.

meo longe abesset; nam apud ipsum iudicem vocasti me mendicum. Unde exarsi ira; tu enim ita materiæ inhias, ut e philosophiæ excelsitate deiectus vilibus humilibusque verbis divitiarum causa me insecteris, et neque dignitatem meam respicias neque sapientissimum Diogenem, qui nuda pera maximas divitias complexus est. Sed tandem in libertatem te vindica, ac persuade tibi, orbem universum cum virtute collatum perparum valere.

ρλη'. Μαρκέλλῳ.

Τῶν παρόντων γραμμάτων οὐ θράσος αἴτιον, οὐδὲ τὸ μὴ μένειν ἐπὶ τῶν οἰκείων ὅρων εἰδέναι, ἀλλ' ἀνὴρ θεῷ τε φίλος καὶ πάσης ἀνάπλεως ἀρετῆς, ὃν οὐ πέπεικε τὰς πρὸς ὑμᾶς ὑποσχέσεις ὑπερορᾶν οὐ τὸ νῦν ἐξ Αἰγύπτου μόλις ἐλθεῖν, οὐ φροντιστήριον εὐπρεπές, οὐ χειμὼν ἀπειλούμενος, οὐ πέλαγος ἐμποδὼν, οὐχ ὁδοιπορία μακρά, ἀρετὴν δὲ μίαν εἰδὼς τὸ πληροῦν ἔργῳ τὰς ὑποσχέσεις καὶ πρὸς ἅπαντας ὁμοίως γίνεσθαι παραπλήσιον, ὅλος ὁρᾷ πρὸς ὑμᾶς. ἀλλὰ καὶ θᾶττον ἰέναι παρ' ἡμᾶς καταγγέλλεται, καὶ πέπεισμαι ῥᾳδίως, ἐκ τῶν πρὸς ὑμᾶς ὑποσχέσεων τὴν πεῖραν λαβών. ὑπόλοιπον τοίνυν ὑμῖν κρατεῖσθαι, καὶ πρέπον ἂν εἴη μὴ κρατεῖν ἐθέλειν ἄνδρα μηδὲν οὕτω δεινὸν ἡγούμενον, ὡς τὴν τοῦ παραβαίνειν ἀνάγκην ἅπερ ἐπήγγελται. πέμπε τοίνυν τάχος τὸν ἄνδρα τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν πρὸς ἡμᾶς ἀφηγούμενον.

CXXXVIII. Marcello.

Nec protervitas in causa est, cur hæ literæ ad te dentur, nec quod nesciam meis me finibus continere, sed vir deo carus omnique virtute exornatus, qui quominus staret promissis suis non eo retardari voluit quod vix ex Ægypto rediit vel quod auditorium decorum habet vel quod hiems imminet vel quod mare obstat et longum iter, sed unam illam virtutem se exercere professus, re exsolvere promissa ita, ut omnibus se æquabilem se præbeat, totus in vos oculos convertit. Sed quam maturrime ad nos quoque venturum se nuntiavit, et facile ei fidem habeo, quem ex pollicitationibus, quas tibi fecit, penitus cognoverim. Iam superest ut te ipsum in potestate habeas; convenerit enim non retinere velle virum, qui nihil magis reformidat quam impediri necessitatem quominus promissis satisfaciat. Itaque quam citissime eum ad nos mittas velim, ut humanitatem tuam mihi narrare possit.

ρλθ'. Σαβίνῳ.

συνέβη μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον. ἐνέστην οὖν καὶ εἶπον « ἄνδρες, οὔ μοι δοκεῖ ταύτην πορεύεσθαι· τοῦ γὰρ δαιμονίου μοι ἡ φωνὴ γέγονεν. » οἱ μὲν οὖν πλείους πρὸς ὀργὴν ὡσπερεὶ παίζοντος ἐμοῦ ἐν οὐκ ἐπιτηδείῳ καιρῷ ὁρμήσαντες εὐθεῖαν ἐβάδιζον, ὀλίγοι δέ τινες ἐπείσθησαν καὶ τὴν ἐναντίαν ἐμοὶ συναπετράποντο. καὶ οἴκαδε πορευόμενοι διεσώθημεν, τοὺς δ' ἄλλους ἥκων τις ἐξ αὐτῶν πάντας ἔφη ἀπολωλέναι· εἰς γὰρ τοὺς ἱππέας ἐμπεσεῖν τῶν πολεμίων ἐπανιόντας ἀπὸ τῆς διώξεως. πρὸς οὓς τὸ μὲν πρῶτον μάχεσθαι, ὕστερον δὲ περικλειομένους ὑπ' αὐτῶν πλειόνων ὄντων ἐγκλίναντας καὶ περικαταλήπτους γενομένους πάντας ἀπολέσθαι. αὐτὸς δὲ ὁ ταῦτα ἀπαγγέλλων τραυματίας ἀφῖκτο, μόνην τὴν ἀσπίδα σώζων. (10) πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ προηγόρευσα ἐνίοις τῶν ἀποβησομένων διδάσκοντος τοῦ θεοῦ. σὺ δὲ καὶ τῆς βασιλείας ἔφησας μέρος διδόναι καὶ παρακαλεῖς μὴ ὡς ἀρξόμενον βαδίζειν, ἀλλ' ὡς τοὐναντίον ἄρξοντα καὶ τῶν ἄλλων καὶ σοῦ αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ μεμαθηκέναι ἄρχειν οὔ φημι, μὴ εἰδὼς δὲ οὐκ ἂν δεξαίμην μᾶλλον βασιλεύειν ἢ κυβερνᾶν μὴ ἐπιστάμενος. οἶδα δὲ ὅτι, εἰ καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι ὁμοίως διέκειντο, ἧττονα ἂν ἦν κακὰ ἐν τῷ βίῳ. νῦν δ' ἡ τῶν μὴ ἐπισταμένων τόλμα ἐπιχειροῦσα οἷς μὴ ἴσασιν εἰς τοῦτο ταραχῆς αὐτοὺς προάγει. ὅθεν καὶ τὴν τύχην ἔτι μείζω πεποίηκε, τῇ ἐκείνων ἀνοίᾳ τὴν ταύτης ἐξουσίαν αὐξάνουσα. (11) καὶ μέντοι οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ, ὅτι ἐνδοξότερον εἶναι καὶ περιβλέπεσθαι μᾶλλον εἰκὸς ἰδιώτου βασιλέα ὄντα. ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲ ἐφ' ἵππον ἂν εἱλόμην καθίζεσθαι ἄπειρος ὢν ἱππικῆς, ἀλλ' ἐλυσιτέλει μοι πεζῷ εἶναι, κἂν εἰ ταπεινότερος πολὺ τοῦ ἱππέως ἦν, οὕτω καὶ περὶ βασιλείας καὶ ἰδιωτείας φρονῶ, καὶ οὐκ ἂν ὑπὸ ἐπιθυμίας τῶν μειζόνων ἐξαρθεὶς ἐπιφανεστέρων ὀρεχθείην συμφορῶν. ἐοίκασι δὲ καὶ οἱ πρῶτοι μυθολογήσαντες τὰ περὶ τὸν Βελλεροφόντην τούτῳ τι παραπλήσιον αἰνίξασθαι. (12) οὐ γὰρ ὅτι, οἶμαι, τόπου ὑψηλοτέρου ἐπεθύμησεν, ἀλλ' ὅτι πραγμάτων μειζόνων ἢ καθ' ἑαυτὸν ὠρέχθη, μετὰ ταῦτα αὐτῷ συμφοραὶ ἐγένοντο· καταπεσὼν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως τὸν λοιπὸν ἔζη βίον, διὰ τοὺς ἐφυβρίζοντας ἐν τοῖς ἄστεσιν ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἐξεληλυθὼς καὶ τὰς βάσεις ἀπολωλεκώς, οὐχ ἅσπερ ἡμεῖς εἰθίσμεθα λέγειν, ἀλλὰ τὴν παρρησίαν, ἐφ' ἧς ὀρθοῦται ὁ ἑκάστου βίος. ταῦτα μὲν οὖν ὅπῃ τοῖς ποιηταῖς φίλα, ταύτῃ ὑπονοείσθω· τὸ δ' ἐμὸν δεύτερον ἤδη ἀκούεις, ὅτι οὐκ ἀλλάττομαι τῶν ἐκεῖ τἀνθάδε, ἀμείνω δοκῶν. ἀλλ' οὐδὲ τῷ θεῷ συναρέσκει, ᾧ μέχρι νῦν συμβούλῳ τε καὶ ἐπιτρόπῳ ἐμαυτοῦ χρῶμαι.

Obstiti itaque atque dixi « non hac via, viri, eundum mihi videtur : dæmonii enim vox oborta mihi est ». Plurimi igitur quasi intempestive luderem irati recta pergebant, pauci obsequuti uno mecum adverso itinere incolumes domum rediere, reliquos unus eorum redux factus omnes nuntiavit interiisse : nam in hostis equitatum incidisse a persequendo redeuntem, quo cum primum quidem dimicasse, deinde vero a maiore hostium numero circumclusos pedem retulisse et interceptos omnes periisse. Et ipse, qui hæc nuntiavit, vulnere accepto cum solo scuto evaserat. (10) Multa privatim quoque nonnullis de futuro rerum eventu præcipiente deo prædixi. Tu vero et regni partem offers et ad iter faciendum me excitas, non tanquam sub imperio futurum, sed ex contrario et aliis et tibi ipsi imperaturum. At ego imperare me non didicisse fateor, nescius autem regis officio fungi non magis vellem quam, quum non didicerim, navis gubernaculum regere. Prætereaque persuasum habeo, si et reliqui homines similiter affecti essent, minora hac in vita futura fuisse mala. Nunc vero imprudentium hominum audacia eas res quas ipsi ignorant aggressa eo turbarum eos provehit. Hinc et fortunam in maius auxit, illorum imprudentia huius potentiam amplificans. (11) Ceterum neque hoc ignoro, illustriorem videri ac magis circumspici privato homine regem : sed uti equo insidere nollem equitandi artis ignarus, verum satis haberem equite licet multo inferiorem esse peditem, sic et de rege et de privato iudico, neque maiora habendi cupiditate elatus illustriores expetiverim calamitates. Videntur etiam qui Bellerophontis res in fabulam primi retulere simile quid significasse. (12) Non enim, opinor, quod editiorem locum concupiverit, sed quod res affectaverit suis viribus maiores, in calamitates posthac incidit : nam spe deiectus turpiter quod reliquum erat vitæ agebat et ignominiose, propter civium contumeliam in solitudinem digressus, tramitibus perditis, non quos nos ita vocare consuevimus, sed libera agendi ratione, qua uniuscuiusque vita nititur. Et hæc quidem qua poetis placet ratione percipiantur, quod autem ad me attinet, iam iterum audis, tuis mea, quæ potiora duco, me non permutaturum, sed neque deo placet, quo consilii auctore rerumque mearum tutore etiamnum utor.

β'. Σωκράτης Ξενοφῶντι.

Χαιρεφῶν ὃν τρόπον ὑφ' ἡμῶν σπουδάζεται οὐκ ἀγνοεῖς, ᾑρημένος δὲ ὑπὸ τῆς πόλεως πρεσβευτὴς εἰς Πελοπόννησον τάχ' ἂν καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀφίκοιτο. τὰ

II. Socrates Xenophonti.

Chærephontem quo modo colam non ignoras. Legatus in Peloponnesum a civitate missus fortasse et ad vos perveniet. Hospitalia itaque facile suppeditabunt viro

μὲν οὖν τῶν ξενίων εὐπόριστα ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, τὰ δὲ τῆς πορείας ἐπισφαλῆ καὶ μάλιστα διὰ τὰς αὐτόθι νῦν ταραχὰς ὑπαρχούσας. ὧν ἐπιμεληθεὶς ἐκεῖνόν τε σώσεις ἄνδρα φίλον καὶ ἡμῖν τὰ μάλιστα χαριῇ.

philosopho, periculosum vero iter est, ob turbas maxime illic motas. His si provideris, virum amicum conservabis nobisque feceris gratissimum.

γ'. Σωκράτους.

Μνήσων ὁ Ἀμφιπολίτης ἐν Ποτιδαίᾳ μοι συνεστάθη. οὗτος νῦν Ἀθήναζε ἔρχεται πρὸς τὸν δῆμον, ἐκπεσὼν ὑπὸ τῶν οἴκοι· τὰ γὰρ ἐκεῖ κεκίνηται μὲν ἤδη, οὔπω δ' ἐστὶ φανερά, οἶμαι μέντοι οὐ πολλοῦ αὐτὰ δεήσειν χρόνου. τούτῳ συλλαβόμενος αὐτόν τε ἄξιον ὄντα ποιήσεις εὖ καὶ τὰς πόλεις ἀμφοτέρας ὠφελήσεις, τὴν μὲν τῶν Ἀμφιπολιτῶν, ἵνα μὴ ἀποστᾶσα ἀνήκεστόν τι κινδυνεύσῃ παθεῖν, τὴν δ' ἡμετέραν, ὅπως μὴ καὶ περὶ ἐκείνης πράγματα ἔχῃ, ὡς νῦν γε περὶ Ποτιδαίας μικροῦ δέομεν ἀπειρηκέναι.

III. Socratis.

Mneso Amphipolita Potidææ mihi commendatus Athenas nunc venit populi auxilium imploraturus, a civibus suis patria expulsus. Res enim ibi turbatæ adhuc latent quidem, sed brevi opinor erupturas esse. Hinc si opem tuleris, in haud indignum conferes beneficium et de ambabus bene mereberis civitatibus, de Amphipolitana, ne facta defectione in summum discrimen veniat, de nostra, ne ob illam molestias subeat, quemadmodum de Potidæa parum iam abest quin desperemus.

δ'. Σωκράτους.

Κριτοβούλῳ μὲν ἐντυχὼν παρεκάλουν πρὸς φιλοσοφίαν αὐτόν, ὁ δέ μοι δοκεῖ διανενοῆσθαι μᾶλλον ἐξορμήσεσθαι πρὸς τὰ πολιτικά. αἱρήσεται οὖν τὴν πρὸς ἐκεῖνα ἁρμόττουσαν παιδείαν καὶ τὸν ὑφηγησόμενον ἐκλέξεται τῶν ὄντων τὸν κράτιστον. σχεδὸν δὲ νῦν ἐπιδημοῦσιν οἱ δοκιμώτατοι Ἀθήνησι, καὶ πολλοὶ αὐτῶν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔχουσιν οἰκείως. τὰ μὲν οὖν ἐκείνου ταῦτα, τῶν δ' ἐμῶν Ξανθίππη μὲν καὶ τὰ παιδάρια ἔρρωται, αὐτὸς δὲ ὥσπερ καὶ παρόντος σου πράττω.

IV. Socratis.

Critobulum obviam mihi factum ad philosophiam revocavi, is vero videtur mihi consilium cepisse ad rempublicam potius accedendi. Eliget igitur rebus illis convenientem disciplinam, ducemque ad illam sibi comparabit omnium optimum. Nunc enim fere clarissimi quique Athenis versantur et multi eorum nobiscum quoque necessitate iuncti sunt. Atque hæc quidem de illo; ad meas res quod attinet, Xanthippe et pueruli valent, ego vero quemadmodum quum præsens eras ago.

ε'. Σωκράτης Ξενοφῶντι.

Σὲ μὲν ἐν Θήβαις ἡμῖν γενέσθαι ἀπηγγέλλετο, Πρόξενον δὲ καταλαβεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν ὡς Κῦρον ὡρμηκότα. εἰ μὲν οὖν εὐτυχῶν ἐφίεσαι πραγμάτων, θεὸς οἶδεν, ὡς ἤδη γέ τινες τῶν ἐνταῦθα καταμέμφεσθαι αὐτὰ ἐπιχειροῦσιν· οὐ γὰρ ἄξιόν φασιν εἶναι Κύρῳ βοηθεῖν Ἀθηναίους, δι' ὃν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀφῃρέθησαν, οὐδ' αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκείνου πολεμεῖν καταπολεμηθέντας δι' ἐκεῖνον. οὐκ ἂν οὖν θαυμάσαιμι εἰ μεταπεσούσης τῆς πολιτείας συκοφαντεῖν σέ τινες ἀφ' ἑαυτῶν ἐπιχειρήσουσιν, ἀλλ' ὅσῳ λαμπρότερον τἀκεῖ χωρήσειν ὑπολαμβάνω, τοσούτῳ σφοδρότερον ἐπικεῖσθαι τούτους ἡγοῦμαι· τὰς γὰρ ἐνίων φύσεις οὐκ ἀγνοῶ. (2) ἡμεῖς δ' ἐπείπερ ἅπαξ εἰς τοῦτο ἑαυτοὺς ἔδομεν, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενώμεθα, τῶν τε ἄλλων ἃ περὶ ἀρετῆς εἰώθειμεν λέγειν ἀναμιμνησκόμενοι καὶ τὸ μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν ἐν τοῖς ἄριστα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι τιθέντες. Ἴσθι δὲ ὡς δυοῖν τούτοιν μάλιστα προσδεῖται πόλεμος, καρτερίας τε καὶ ἀφιλοχρηματίας· διὰ ταύτην μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις φίλοι, διὰ καρτερίαν δὲ φοβεροὶ τοῖς ἀντιπάλοις γινόμεθα. ὧν ἀμφοτέρων οἰκεῖα ἔχεις τὰ παραδείγματα.

V. Socrates Xenophonti.

Thebis te esse nobis nuntiabatur et Proxenum Asiam petiisse, ut ad Cyrum proficisceretur. Res, quas agis, an sint tibi successuræ deus scit; iam enim apud nonnullos ex nostris in reprehensionem incurrunt : indignum enim esse, auxilium ferre Cyro Athenienses, ob quem imperio ipsi a Lacedæmoniis privati, ipsosque pro eo suscipere bellum, ob quem debellati sint. Non igitur mirabor, si in deterius conversa republica, sponte nonnulli te calumniari conabuntur, certe quo splendidius tibi res illic puto successuras, eo magis opinor te prement calumniis : scio enim, quæ sit quorundam indoles. (2) Nos vero postquam semel hanc provinciam suscepimus, viri fortes simus, et quæ ceteroqui de virtute disserere consuevimus memoria recolentes, et illud « paternum genus non esse dedecorandum » in optime a poeta dictis recensentes. Scias autem, his duobus maxime bellum indigere, tolerantia et pecuniarum contemptu : hoc enim familiaribus cari, illa terribiles sumus adversariis. Utriusque domestica præsto tibi sunt exempla.

ς'. Σωκράτους.

Τοῖν μὲν ξένοιν ἐπεμελήθην ὡς παρεκάλεις, καὶ τὸν ἐν τῷ δήμῳ συναγορεύσοντα αὐτοῖν ἐσκεψάμην τῶν ἡμετέρων τινὰ ἑταίρων, ὃς ὑπηρετήσειν ἔφη προθυμότερον διὰ τὸ καὶ σοὶ χαρίζεσθαι ἐθέλειν. περὶ δὲ τοῦ χρηματισμοῦ καὶ περὶ ὧν προσπαίζων ἔγραφες τὸ μὲν ἐπιπλήττειν ἐνίους οὐδὲν ἴσως ἄτοπον, εἰ πρῶτον μὲν ἐσπουδακότων τῶν ἄλλων περὶ πλοῦτον ἐγὼ πένης αἱροῦμαι βιοῦν, ἔπειτα ἐξόν μοι παρὰ πολλῶν πολλὰ λαμβάνειν οὐ τὰς παρὰ ζώντων μόνον δωρεὰς τῶν φίλων ἀλλὰ καὶ ὅσα ἂν τελευτῶντές μοι ἀφῶσιν ἑκὼν παραιτοῦμαι· τὸν δ' οὕτω διακείμενον οὐδὲν θαυμαστὸν μαινόμενον παρὰ τοῖς ἄλλοις νομίζεσθαι. (2) χρὴ δὲ μὴ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον ἡμῶν προσεπιθεωρεῖν βίον, καὶ εἰ περὶ τὴν χρῆσιν τῶν χρημάτων διαφέροντες φανούμεθα, μὴ θαυμάζειν ὅτι καὶ περὶ τὸν πορισμὸν διεστήκαμεν. ἐμοὶ μὲν τοίνυν ἀπαρκεῖ τροφῇ τε χρῆσθαι τῇ λιτοτάτῃ καὶ ἐσθῆτι θέρους τε καὶ χειμῶνος τῇ αὐτῇ, ὑποδήμασι δὲ πάμπαν οὐ χρῶμαι, οὐδὲ πολιτικῆς ἐφίεμαι δόξης πλὴν ὅσον ἐκ τοῦ σώφρων εἶναι καὶ δίκαιος· οἳ δὲ πολυτελείας μὲν τῆς περὶ τὴν δίαιταν οὐδὲν ἀπολείπουσιν, ἐσθῆτας δὲ διαφόρους οὐχ ὅτι γε ἔτους τοῦ αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἀμφιέννυσθαι ζητοῦσι, πολλὰ δὲ χαρίζονται καὶ ταῖς ἀπορρήτοις ἡδοναῖς. (3) καὶ ὃν τρόπον οἱ τὴν κατὰ φύσιν χρόαν διεφθορότες ἐπακτοῖς χρώμασι κοσμοῦνται, κἀκεῖνοι τὴν ἐξ ἀρετῆς ἀληθινὴν δόξαν ἀπολωλεκότες, ἣν εἰκὸς περιγίνεσθαι ἑκάστῳ, εἰς τὴν ἐκ τῆς ἀρεσκείας καταφεύγουσι, διανομαῖς καὶ ἑστιάσεσι πανδήμοις τὴν παρὰ τῶν πληθῶν εὐφημίαν παρακαλούμενοι. ὅθεν εἰκότως οἶμαι πολλῶν αὐτοῖς δεῖσθαι συμβαίνει· οὔτε γὰρ αὐτοὶ ζῆν δύνανται ἀπ' ὀλίγων, οἵ τε πλησίον ἀποδέχεσθαι αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσι, μὴ μισθὸν τῆς εὐλογίας φερόμενοι. ἐμοὶ μὲν πρὸς ἄμφω ταῦτα καλῶς ἔχει ὁ βίος. καὶ εἰ μέν τί με τῶν ἀληθῶν ἐκφεύγει, οὐκ ἂν ἰσχυρισαίμην· ὅτι μέντοι ταῦτα μὲν οἱ κρείττους φασὶν εἶναι βελτίω, ἐκεῖνα δὲ οἱ πολλοί, σαφῶς οἶδα. (4) πολλάκις δὲ καὶ περὶ τοῦ θεοῦ κατ' ἐμαυτὸν ἐννοούμενος καθ' ὅ τι εὐδαίμων εἴη καὶ μακάριος, ὁρῶ τῷ μηδενὸς δεῖσθαι αὐτὸν ὑπερβάλλοντα ἡμᾶς· φύσεως γὰρ λαμπροτάτης ἐκεῖνο ἦν, οὐ τὸ πολλῶν δεόμενον ἑτοίμως ἔχειν ἀπολαύειν. καίτοι σοφώτερόν τε εἶναι εἰκὸς ὅστις ἑαυτὸν ἀπεικάζει τῷ σοφωτάτῳ, καὶ μακαριώτερον ὑπάρχειν ὃς ἂν ὅτι μάλιστα ἐξομοιωθῇ τῷ μακαριωτάτῳ. τοῦτο δὲ εἰ μὲν πλοῦτος ποιεῖν ἐδύνατο, πλοῦτόν γ' ἂν ἐχρῆν αἱρεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ ἀρετὴ μόνη φαίνεται παρασκευάζειν, εὔηθες ἀφέντας τὸ ὂν ἀγαθὸν τὸ δοκοῦν μεταδιώκειν. (5) ὡς μὲν οὖν τἀμὰ οὐχ οὕτω βέλτιον ἔχει, οὐκ ἄν μέ τις ῥᾳδίως μεταπείσειε· περὶ δὲ τῶν παίδων ὅπερ ἔφησθα δεῖν προνοεῖσθαι, ἣ διανοοῦμαι περὶ αὐτῶν, μαθεῖν ἔξεστι πᾶσιν ἀνθρώποις. μίαν ἀρχὴν εὐδαιμονίας ἐγὼ νομίζω φρονεῖν εὖ, τὸν δὲ νοῦ μὲν μὴ μετειλη-

VI. Socratis.

Quæ de amicis mihi commendabas, procuravi et ex sodalibus nostris unum, qui apud populum caussam eorum diceret, conquisivi, qui, quod et tibi gratum facere vellet, promptius hoc se officium promisit esse præstiturum. Sed quod ad quæstum atque ad ea attinet, quæ ludens scribebas, nonnullos reprehendere me forlasse mirum non est, quod primum, anxie reliquis divitias persequentibus, ego pauper velim vivere, deinde quod, multa licet a multis acquirere possim, non solum a viventibus oblata munera, verum etiam a morientibus legata ultro repudiem, nec mirum sic affectum a reliquis mente captum iudicari. (2) Verum non hoc solum, sed et reliqua nostra vita exploranda est, et si in consumendis divitiis ab aliis recedimus, nec quod in acquirendis differimus mirandum. Sufficit mihi cibus frugalissimus et idem vestitus æstate atque hieme, calceis autem prorsus non utor, nec gloriam affecto ex rebus publicis comparandam, præterquam quod temperans et iuxtus esse cupio. Qui vero in sumptuosam vivendi rationem se iniciunt, variisque vestibus non quoque anno tantum, sed et quotidie ornari gestiunt atque nefandis indulgent voluptatibus, (3) ii, quemadmodum qui naturali colore corrupto extrinsecus accitis coloribus ornantur, sic et ipsi vera virtutis gloria, quæ unum quemque decet, amissa ad eam, quæ pendet ex adulatione, confugiunt, largitionibus publicisque epulis plebis captantes plausum. Hinc fieri nequit, opinor, quin multis indigeant: neque ipsi enim paucis vivere possunt, neque ceteri plaudere ipsis volunt, nisi plausus mercede ante numerata. Mihi vero ad hæc ambo recte vita habet, et si qua re a vero aberraverim, non perstiterim, sed ista a melioribus ut potiora probari, illa a pluribus sat scio. (4) Sæpe numero etiam de deo mecum considerans, qua re felix ille et beatus esset, eo quod nulla re indigeret nos ipsum superare intellexi. Naturæ enim excellentissimæ hoc est, non plurimis indigentem ad quasvis voluptates paratum esse. Atqui sapientiorem esse consentaneum est eum, qui ad sapientissimum se informet, et beatissimum, qui ad beatum quam proxime accedat. Hoc si divitiæ efficere possunt, divitiæ sane appetendæ essent, sed quoniam aperte sola virtus hoc parare potest, ineptum est, vero bono repudiato commenticium aucupari. (5) Res igitur meas sic non melius habere non facile quisquam mihi persuadébit. Sed de filiis et quod eorum curam habendam esse dixisti, quomodo existimem cognoscere licet omnibus. Unum beate vivendi principium ego censeo, bene sapere; qui vero mentis compos non sit, sed auro confidat et argento primum illud quod sibi videatur possidere bonum non ha-

φότα, χρυσίῳ δὲ πιστεύοντα καὶ ἀργυρίῳ πρῶτον μὲν ὅπερ οἴεται κεκτῆσθαι ἀγαθὸν οὐκ ἔχειν, ἔπειτα τοσοῦτον ὑπάρχειν ἀθλιώτερον τῶν ἄλλων, ὅσον ὁ μὲν ἀναγκασθεὶς ὑπὸ πενίας, εἰ καὶ μὴ νῦν, αὖθίς ποτε φρονήσει, ὁ δὲ τὰ μὲν ὑπ' οἰήσεως τοῦ εἶναι μακάριος τῆς ἀληθινῆς ὠφελείας ἀμελῶν, τὰ δὲ ὑπὸ χορηγίας διαφθειρόμενος, πρὸς οἷς ἠτύχει ἤδη καὶ τῶν ὄντως ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν προσαπεστέρηται τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων χρηστὴν ἐλπίδα. (6) οὐδὲ γὰρ σωθῆναι οἷόν τέ ἐστι τῷ τοιούτῳ πρὸς ἀρετήν, κατεχομένῳ μὲν ὑπὸ κολακείας ἀνθρώπων ὁμιλῆσαι δεινῶν, κατεχομένῳ δὲ ὑπὸ γοητείας ἡδονῶν, αἳ κατὰ πᾶν αἰσθητήριον προσβάλλουσαι τῇ ψυχῇ πᾶν ὅ τι καλὸν ἢ σωφρονικὸν ἐν αὐτῇ ἠρέμα ἐξελαύνουσι. τίς οὖν ἀνάγκη παισὶν αἰτίαν καταλιπεῖν ἀφροσύνης μᾶλλον ἢ παιδεύσεως, οὐ λόγοις μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργοις δηλώσαντας ὅτι ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὰς ἀπ' αὐτῶν ἔχουσιν ἐλπίδας καὶ μὴ γενομένοις ἀγαθοῖς οὐδὲ ζῆν καταλείπεται, ἀλλὰ λιμῷ φθαρέντες οἰκτρῶς τελευτήσουσι, πρέπουσαν ἀργίᾳ δίκην ἐκτίνοντες; (7) καίτοιγε ὁ νόμος μέχρι ἥβης κελεύει παῖδα ἐκτρέφεσθαι ὑπὸ γονέων. ὑμεῖς δ', ἴσως εἴποι τις ἂν ἀνὴρ πολιτικὸς ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ υἱεῖς κληρονομεῖν ἐπιθυμοῦντας, οὐδὲ τελευτῶντος ἀφέξεσθαί μου διανοεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τελευτῶντα τροφὰς οἱ ζῶντες αἰτήσετε καὶ οὐκ αἰσχυνεῖσθε θανάτου ζωὴν ἀπρακτοτέραν βιοῦντες; ἀλλὰ τὰ μὲν ἐμὰ περιττεύειν καὶ μετὰ θάνατον ἀξιοῦτε ἑτέροις, τὰ δ' ὑμέτερα ὑμῖν οὐδ' εἰς τὸ ζῆν ἐξαρκέσει. (8) ἐκεῖνος μὲν οὖν σκαιοῖς ἴσως πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας χρήσεται τοῖς λόγοις, πατρικὴν ἅμα πολιτικῇ παρρησίαν ἄγων, τὰ δ' ἐμὰ λόγου μὲν ἕνεκα ἐπιεικέστερα ὄντα τυγχάνει, ἔργῳ δὲ οὐ πόρρω φαίνεται πλουτούντων ἀποστατεῖν. ὅθεν ἐγὼ χρυσίον μὲν οὐ καταλείψω τοῖς ἐμαυτοῦ παισί, τοῦ δὲ χρυσοῦ κτῆμα τιμιώτερον φίλους ἐπιεικεῖς, οὓς φυλάττοντες μὲν οὐδενὸς ἐλλειφθήσονται τῶν ἀναγκαίων, κακῶς δὲ τὰ περὶ τοὺς φίλους μεταχειρίσαντες εὔδηλον ὡς τά γε χρήματα πολὺ κάκιον διοικήσουσιν. (9) εἰ δέ σοι τὰς ἐνίων ὀλιγωρίας ὁρῶντι φαύλως δόξω βεβουλεῦσθαι, πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι οὐ πάντες ἄνθρωποι ὁμοίως ἔχουσι πρὸς τοὺς φίλους (εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τετελευτηκότων αὐτῶν προνοοῦσιν), ἔπειθ' ὅτι τοὺς ἡμετέρους τοιούτους εἰκὸς εἶναι, οὐ φορτικῶς ἡμῖν συνεληλυθότας, οὐδὲ νῦν μόνον ἀλλὰ καὶ τότε τῆς παρ' ἡμῶν οὐχ ἧττον ὠφελείας ἀπολαύοντας. τῆς μὲν οὖν ὀλιγοχρονίου χάριτος εἰκὸς καὶ τὰς ἀμοιβὰς εἶναι βραχείας, αἱ πολυχρόνιοι δὲ τῶν εὐεργεσιῶν ἴσην τῇ ὠφελείᾳ τίκτουσι τὴν ἀμοιβήν. (10) τὰ δ' ἐμὰ μαντεύομαι προκόπτουσι τοῖς ἑταίροις καλλίω φανεῖσθαι. διόπερ οὐδὲ μισθοὺς αὐτοὺς εἰσπράττομαι, ὅτι οὐδὲν ἔχω πρέπον ἀντικατάλλαγμα φιλοσοφίας ἄλλο πλὴν φιλίαν, καὶ ὅτι οὐχ ὥσπερ οἱ σοφισταὶ κἀγὼ δέδοικα περὶ τῶν ἰδίων· παλαιούμενα γὰρ νέα γίνεται καὶ πρὸς τὸ γῆρας μᾶλλον ἀναζωπυρεῖσθαι φιλεῖ, ὅθεν αὐτά τε μάλιστα ὑπὸ τῶν μαθόντων

bere, deinde tanto aliis miseriorem esse, quod qui pauperie premitur, licet nunc desipiat, aliquando tamen resipiscere possit; qui vero falsa beatitudinis opinione deceptus veram utilitatem negligit rerumque affluentia corrumpi sese patitur, præter vera illa humani generis quæ iam amisit bona spem quoque futuræ felicitatis perdidit. (6) Non potest enim fieri, ut ad virtutem incolumis perveniat, qui hominum in familiaribus colloquiis callidorum adulatione voluptatumque illecebris captus teneatur, quæ per omnes sensus in animum se insinuant sensimque quicquid honestum ac prudens in eo est exterminant. Quid est igitur quod cogat nos imprudentiæ potius quam humanitatis relinquere exemplum filiis, præsertim quum ipsi non verbis modo, sed etiam factis declaraverimus, spes eorum in ipsis esse positas, nec si non boni fuerint ut vivant fieri posse, sed fame oppressos misere esse perituros condignis inertiæ pœnis persolutis? (7) Lex quidem ad pubertatem usque filium a parentibus ali iubet. Vos vero, dixerit aliquis homo civilis filiis suis hereditati inhiantibus indignabundus, neque a mortuo manus abstinebitis, sed et alimenta vivi poscetis a defuncto, nec vitam agere verebimini morte inertiorem? Vos res meas etiam post mortem aliis suppetere vultis, vestræ autem vobis ne ad vitam sustentandam quidem sufficient. (8) Sic ille rustice fortasse filios suos compellabit, dicendi libertate usus tum parenti quam viro civili digna; res vero meæ, si hominum sermones audias, modicæ admodum sunt, re ipsa non longe videntur distare ab opulentis. Quare ego aurum filiis meis non relinquam, sed auro pretiosius patrimonium amicos sobrios; quos si servaverint, necessariarum rerum nulla destituentur, si vero male tractaverint amicos, non dubium est quin multo peius et pecuniis usuri sint. (9) Iam vero si tibi incuriam quorundam contemplanti non recte hæc statuisse videar, hoc primum dicam, non omnes similiter homines erga amicos affectos esse; sunt enim qui et mortuorum eorum curam habeant, deinde nostros certe ex horum esse numero, ut qui non importune nobiscum versati sint, neque nunc tantum, sed iam pridem a nobis capiendo fructu perfruentur. Brevis itaque beneficii præmia quoque decet esse brevia, at diuturna beneficia utilitati æquale pariunt præmium. (10) Meas autem res sodalibus, dum proficiunt, meliores visuras præsagio; quare nec mercedem ab eis exigo, quod nullum philosophiæ conveniens nisi amicitiam habes pretium, quodque non ut sophistæ et ego de meis rebus timeo. Enim revirescunt et appropinquante senectute resuscitantur: quare ipsa tunc maxime a discipulis diliguntur, quique ea progenuit pater desideratur. Superstes

στεργεται τότε, καὶ ὁ γεννήσας αὐτὰ πατὴρ ἐπιποθεῖται. περιὼν μὲν οὖν τιμῆς τυγχάνει, τελευτήσας δὲ μνήμης ἀξιοῦται· κἂν τῶν οἰκείων τινὰ καταλελοιπὼς ᾖ, τοῦδε ὡς υἱέος ἢ ἀδελφοῦ κήδονται, πᾶσαν εὔνοιαν εἰς αὐτὸν ἐνδεικνύμενοι, τρόπον τινὰ ἕτερον συγγενείας τῆς κατὰ φύσιν συνανηρτημένοι αὐτῷ. (11) οὔκουν δύνανται, οὐδ' εἰ βούλοιντο, κακῶς πράττοντα αὐτὸν παρεξιέναι, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς κατὰ γένος προσήκοντας ὑπερορᾶν οἷοί τέ ἐσμεν. τὸ γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ συγγενὲς ἅτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς ἀδελφὸν γεγενημένον ἀναγκάζει σφᾶς βοηθεῖν τῷ τοῦ τετελευτηκότος υἱεῖ, ὑπομιμνῆσκον τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἐκείνου ὀλιγωρίαν σφετέραν ἀτιμίαν τιθέμενον. ὅρα οὖν, εἴ σοι δόξω ἔτι ἢ τἀμαυτοῦ κακῶς οἰκονομεῖν ἢ τῶν παιδίων ὅπως μηδὲν ὑστερήσωσι τῶν ἀναγκαίων ἐμοῦ τελευτήσαντος ὀλιγωρεῖν, ὃς οὐδὲ χρήματα αὐτοῖς ἀλλὰ τοὺς τῶν χρημάτων καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἐπιμελησομένους καταλείπω. (12) καίτοι ὑπὸ μὲν ἀργυρίου οὐδεὶς βελτίων εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην ἱστορεῖται γενόμενος, ὁ δὲ δόκιμος φίλος καὶ ταύτῃ αἱρετώτερος τυγχάνει τοῦ δοκίμου χρυσίου, ὅτι οὐ πᾶσι τοῖς ὀρεγομένοις ἀλλὰ τοῖς βελτίοσι τῶν φίλων ὑπηρετεῖ, οὐδὲ τὰς τοῦ βίου χρείας μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ κεκτημένου ψυχὴν θεραπεύει καὶ εἰς ἀρετῆς λόγον, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἀνθρωπίνων ὀνίνησι, πλεῖστα συμβάλλεται. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς τούτων πέρι καὶ κατ' ὄψιν ἐντυχόντες ἀλλήλοις ἐπισκεψόμεθα· πρὸς ἃ δὲ ἐπιζητεῖς νῦν, ἀρκεῖ καὶ διὰ τῶν εἰρημένων ἀποκεκρίσθαι μετρίως.

itaque consequitur honorem, mortuus autem memoria colitur, et si quem ex necessariis reliquerit, hunc velut filium curant atque fratrem, omnem illi benevolentiam præstantes, alio necessitatis cum illo quam naturali coniuncti vinculo. (11) Non igitur possunt, etiamsi velint, malo eum laborantem negligere, sicut nec genere coniunctis deesse possumus. Nam animi cognatio, quasi ex eodem essent patre orti, ad mortui filio opem ferendam eos compellit, dum patris memoriam refricat, illiusque despectum propriam infamiam ducit. Vide igitur, an adhuc tibi videar vel res meas male administrare vel filios negligere, ut me defuncto nulla qua opus est re indigeant, qui non pecunias relinquo ipsis, sed eos qui pecuniarum et ipsorum illorum curam gerent. (12) Iam pecunia ad hunc usque diem sanior nemo quisquam factus traditur, probatus autem amicus propterea quoque probato auro magis eligendus est, quod non omnibus appetentibus, sed probioribus ex amicis præsto est, nec vitæ usus tantum necessarios, verum et ipsius possessoris curat animum, et ad virtutem, sine qua nihil in rebus humanis utilitatem affert, assequendam confert plurimum. Sed accuratius hæc, cum una erimus, considerabimus, ad ea tamen, quæ nunc in quæstionem vocavisti, satis est per hæc modice respondisse.

ζ'. Σωκράτους.

Σὲ μὲν οὐ θαυμαστὸν ἐπιστέλλειν ὑπὲρ ὧν γράφεις, τὴν γὰρ αὐτὴν ὑπολαμβάνεις γνώμην ἣν παρόντος σου πρὸς ἡμᾶς εἶχον καὶ νῦν ἀπόντος φυλάττειν ἔτι τοὺς τριάκοντα· ἐμοὶ δὲ συνέβη μετὰ τὴν σὴν ἀποχώρησιν εὐθέως ὑποπτευθῆναι, καί τις λόγος ἐν αὐτοῖς διῆλθεν ὡς οὐ χωρὶς Σωκράτους ταῦτ' εἴη πεπραγμένα. ἡμέραις δ' οὐ πολλαῖς ὕστερον ἀνακαλεσάμενοί με εἰς τὴν θόλον ἦγον καὶ περὶ τούτων ἐμέμφοντο, καὶ ἐμοῦ ἀπολογουμένου ἰέναι με ἐκέλευον εἰς Πειραιᾶ καὶ Λέοντα συλλαμβάνειν. ἦν δὲ ἡ γνώμη αὐτῶν ἐκεῖνον μὲν ἀποκτιννύναι καὶ τὰ χρήματα αὐτοὺς ἔχειν, ἐμὲ δὲ κοινωνὸν ποιεῖσθαι τοῦ ἀδικήματος. (2) παραιτουμένου δέ μου καί τι τοιοῦτον εἰπόντος, ὡς οὐκ ἂν ἑκών ποτε ἔργῳ ἐπιγραφείην ἀδίκῳ, παρὼν ὁ Χαρικλῆς καὶ ἰδίᾳ ἀγανακτήσας « ἦπου οὐδέν, ὦ Σώκρατες, » ἔφη « ἡγῇ κακὸν δύνασθαι παθεῖν οὕτως αὐθαδῶς διαλεγόμενος; » κἀγὼ « μυρία μὲν οὖν, νὴ Δί' » εἶπον, « ὦ Χαρίκλεις, οὐ μέντοι τοσοῦτόν γε οὐδέν, ὁπηλίκον εἰ ἀδικήσω. » ἀπεκρίνατο μὲν οὖν οὐκέτι οὐδὲ εἷς αὐτῶν, δοκοῦσι δέ μοι οὐχ ὁμοίως ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διακεῖσθαι. (3) περὶ δὲ ὑμῶν οἱ παρόντες διήγγελλον κατὰ γνώμην ἄχρι νῦν χωρεῖν τὰ πράγματα· ἔλεγον γὰρ ὅτι οἱ Θηβαῖοι καταφυγόντας ὑμᾶς ἀσμένως ἀπεδέξαντο καὶ κατιοῦσι πάσῃ προθυμίᾳ

VII. Socratis.

Non miror epistolæ tuæ argumentum : eodem enim, quo te præsente erga nos fuerunt, absente quoque etiamnum triginta viros putas esse animo. Ego vero statim post discessum tuum in suspicionem veni, et inter se ipsos hæc non sine Socratis ope patrata esse dictitabant. Paucis post diebus vocatum me in tholum ducebant deque hisce criminabantur, et quum me excusarem, in Piræum me pergere Leonemque comprehendere iubebant. Propositum eis erat, illum quidem interficere eiusque potiri bonis, me vero nefarii istius facinoris sibi socium adiungere. (2) Quod quum recusarem ac nunquam me volentem iniusto operi subscripturum declararem, præsens Charicles, privatim mihi infestus « anne, Socrates, » inquit « ita omni malo superiorem te existimas, qui petulanter adeo loquaris? » Tum ego « infinitis, per Iovem, » inquam « obnoxius sum malis, at nullum tantum est, quam si iniuste fecerim ». Obmutuere ad hæc omnes et non eodem dehinc erga me videntur esse animo. (3) Res autem vestræ, ut quidam hic præsentes nuntiabant, ex sententia procedunt; dicebant enim, Thebanos vos profugos libenter excepisse, vobisque domum redeuntibus promptissime laturos esse opem. Conturba-

συλλαμβάνειν οἷοί τέ εἰσιν. ἐταράττοντο δὲ καὶ τῶν ἐνθάδε τινὲς τοῖς λόγοις τούτοις καὶ ὅτι καὶ τὰ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος δυσελπιστότερα ἠγγέλλετο. ἔλεγον γὰρ οἱ μετὰ τῶν πρέσβεων ἐκεῖθεν ἥκοντες πολέμους τε καταλαβεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους συνεστηκότας μεγάλους, καὶ τοὺς ἐφόρους περὶ τῆς ἐνθάδε ταραχῆς ἀκούοντας ἀγανακτεῖν, οὐκ ἐπ' ὀλέθρῳ λέγοντας αὐτοῖς παραδεδωκέναι τὴν πόλιν τοὺς Λακεδαιμονίους (τοῦτο μὲν γὰρ ἐξεῖναι σφίσι κρατήσασι πεποιηκέναι, εἰ ἐβούλοντο, τῶν συμμάχων Κορινθίων καὶ Θηβαίων τότε ἐναγόντων), ἀλλ' ὅπως αὐτοὶ πολιτεύσωνται ἐπιτηδείως ὀλιγαρχούμενοι καὶ τὰ κοινὰ διοικοῦντες βέλτιον ἢ ἐπὶ τῆς δημοκρατίας. (4) εἰ οὖν οὗτοι ἀληθῆ ταῦτα ἀπαγγέλλουσι καὶ τὰ ὑμέτερα οὕτως ὥς φασιν ἔχει, πολλὴ ἐλπὶς ὑμῶν μετὰ Θηβαίων ἀφικομένων, ἐκείνοις δὲ μὴ βοηθησάντων Λακεδαιμονίων ῥᾳδίως καταστήσεσθαι τὰ ἐνθάδε. ὁμοῦ δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων πολλοὶ νῦν μὲν διὰ τὸ δεδοικέναι ἄγουσιν ἡσυχίαν· εἰ δὲ τῶν ὑμετέρων τι ἀλλαχόθεν παραφαίνεται βέβαιον, ἄσμενοι καταλείψουσι τὰ ἐνθάδε. ὅλως γὰρ οὐδὲν ὑγιὲς τῆς πολιτείας αὐτοῖς καταλείπεται, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν καὶ συνεχῶν ἀδικημάτων πάντα διέφθαρται. καὶ τὸ μὲν ἤδη παράπαν τὸ καθ' ὑμᾶς μέρος ἀπέρρηκται, τὸ δέ, εἰ μικρᾶς ἔξωθεν ἀφορμῆς ἐπιλάβοιτο, ταὐτὸ πείσεται τῷ ὑμετέρῳ, ὥστε, εἴπερ σοί ποτε ἄλλοτε, καὶ νῦν γέγονε δῆλον, ὅτι πάντων μέγιστον κακὸν ταῖς πόλεσίν ἐστιν ἡ τῶν ἀρχόντων πονηρία. (5) οὗτοι γοῦν οὕτως ἐοίκασιν ἐξηπατῆσθαι περὶ τὸ συμφέρον, ὥστε οὐδὲ διαφθειρόμενα ὁρῶντες τὰ πράγματα παύσασθαι ἐθέλειν, ἀλλ' οἷς ἐταράχθη πρότερον, τοῖς αὐτοῖς οἴονται καταστήσειν αὐτά, φυγὰς καὶ δημεύσεις οὐσιῶν καὶ θανάτους ἀκρίτους ποιούμενοι. καὶ οὐχ ὁρῶσιν ὅτι νοσημάτων πονηρὸς ἂν εἴη ἰατρὸς ὁ τὴν αὐτὴν τῷ συνεστηκότι αἰτίῳ ποιούμενος θεραπείαν. ἀλλὰ τὰ μὲν τούτων ἀνιάτως ἔχει, σὺ δὲ τῶν σαυτοῦ ἐπιμελόμενος ὀρθῶς ποιήσεις· μία γὰρ καὶ τοῖς ἐνθάδε ἐλπὶς ἦν, ἂν ὑμεῖς πράξητε κατὰ νοῦν, βαρείας πάνυ καὶ χαλεπῆς ἀπηλλάχθαι δεσποτείας.

ζ'*. Σωκράτης Πλάτωνι.

Πολύς ἐστι Κρίτων παραινῶν ἡμῖν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι· οὕτω πολλοῦ ἄξιον τὸ ζῆν ὑπείληφεν εἶναι, ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἡμᾶς ἀξιοῖ κακῶς ζῆν, εἶτα δεδεμένον ὁρῶν με σχετλιάζει, ὡς τὸ δεδέσθαι ἡμᾶς ἡμῶν ἔργον ὄν, καὶ οὐχ ἐκείνων ἀδίκημα τῶν δεδεκότων. ἄμεινον μέντοι τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασιν ἀποθανεῖν ἢ τοῖς ἰδίοις σωθῆναι.

η'. Ἀντισθένης Ἀριστίππῳ.

Οὐκ ἔστι τοῦτο φιλοσοφεῖν τὸ παρὰ τυράννοις ἀνδράσιν εἶναι καὶ Σικελικαῖς προσανέχειν τραπέζαις, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ἐν τῇ ἰδίᾳ τῶν αὐτάρκων ἐφίεσθαι. σὺ δ' οἴει ταύτην εἶναι πλεονεξίαν τοῦ σπου-

bantur et ex civibus nonnulli hoc nuntio, prætereaque quod magis etiam spem infringeret ex Lacedæmone allatus nuntius. Dicebant enim, qui cum legatis hinc redierant, magnis periculis se deprehendisse Lacedæmonios implicatos, ephorosque accepto de nostris turbis nuntio ægre ferre, non evertendam dicentes urbem eis Lacedæmonios commisisse (hoc enim et sibi, si voluissent, reportata victoria licuisse, præsertim Corinthiis et Thebanis tunc urgentibus), sed ut et ipsi accommodate paucorum sub dominatu rempublicam gererent et melius quam sub plebis dominatione administraretur civitas. (4) Quare si vera hi nuntiant, resque vestræ ita habent, ut illi tradunt, magna spes est fore ut, si vos una cum Thebanis accesseritis, illis autem auxilium non tulerint Lacedæmonii, facili negotio res nostræ meliorem in statum redeant. Simul etiam multi civium nunc quidem præ timore quietem agunt, sin autem certa quædam ex vestris rebus spes affulserit, lubenter illorum partes deserent. Omnino enim sanum eis nihil in republica relictum est, sed crebris continuisque maleficiis infecta sunt omnia, atque altera quidem pars iam tota ad vos defecit, altera, si vel minimam nacta fuerit aliunde occasionem, idem faciet, ita ut, si unquam tibi, nunc certe manifestum sit, omnium maximum civitati malum esse principum pravitatem. (5) Hi ergo adeo videntur lucro faciendo occæcati, ut ne pessumdatam quidem ante oculos habentes civitatem scelerum velint finem facere, sed quibus modo perturbata est, eisdem artibus eam sustinendam existimant, exilia et bonorum publicationes mortisque supplicia contra ius fasque irrogantes. Nec animadvertunt, malum esse medicum, qui idem cum morbo grassante remedium usurpet. Sed horum res conclamatæ sunt, tu vero tuis incumbens recte feceris : nostris enim civibus hæc una reliqua facta est spes, si res ex sententia cesserit, se gravi admodum atrocique imperio esse liberandos.

VII b. Socrates Platoni.

Multus est Crito hortando nos, ut fuga salutem capessamus : tanti vitam æstimandam esse censet, ut, dum vivamus, male nos velit vivere, tum vinctum me videns lamentetur, quasi nostra culpa in vinculis simus, nec vero eorum crimine, qui nos vincierunt. Præstat autem alienis vitiis perire quam servari suis.

VIII. Antisthenes Aristippo.

Non est philosophi apud tyrannos commorari et Siculis inhiare epulis, sed potius paucis in patria vivere contentum. Tu vero hoc putas virtutis esse commodum, ut multas quis opes acquirere possit, amicosque habeat

δαίου, τὸ δύνασθαι κτᾶσθαι χρήματα μὲν πολλά, τοὺς δὲ δυνατωτάτους ἔχειν φίλους. οὔτε γὰρ τὰ χρήματα ἀναγκαῖά ἐστιν, οὔτ', εἰ ἀναγκαῖα ἦν, οὕτω ποριζόμενα καλά· οὔτε φίλοι γένοιντο ἂν οἱ πολλοὶ ἀμαθεῖς ὄντες, καὶ ταῦτα τύραννοι. ὥστε σοι συμβουλεύσαιμ' ἂν ἀπιέναι Συρακουσῶν τε καὶ Σικελίας. εἰ δ', ὥς φασί τινες, ἡδονὴν θαυμάζεις καὶ τούτων ἀντέχῃ ὧν μὴ προσήκει τοὺς φρονίμους ἀνθρώπους, ἄπιθι εἰς Ἀντίκυραν καὶ ὠφελήσει σε ὁ ἐλλέβορος ποθεὶς πολύς· κρείττων γάρ ἐστιν οὗτος τοῦ παρὰ Διονυσίου οἴνου. ἐκεῖνος μὲν γὰρ μανίαν ποιεῖ πολλήν, οὗτος δὲ ἀποπαύει. ὁπόσον οὖν ὑγίειά τε καὶ φρόνησις νόσου τε καὶ ἀφροσύνης διαφέρει, τοσοῦτον ἂν καὶ σὺ διενέγκαις πρὸς τὰ νῦν σοὶ ὄντα. ἔρρωσο.

θ'. Ἀρίστιππος Ἀντισθένει.

Κακοδαιμονοῦμεν, ὦ Ἀντίσθενες, οὐ μετρίως. πῶς γὰρ οὐ μέλλομεν κακοδαιμονεῖν, ὄντες παρὰ τυράννῳ καὶ ὁσημέραι ἐσθίοντες καὶ πίνοντες πολυτελέα καὶ ἀλειφόμενοί τινι τῶν εὐωδεστάτων μύρων καὶ σύροντες ἐσθῆτας μαλακὰς ἐκ Τάραντος; καὶ οὐδείς με ἐξαιρήσεται τῆς Διονυσίου ὠμότητος, ὅς μ' ὥς τινα ἐνεχύριον οὐκ ἀγνῶτα, ἀλλὰ καὶ λόγων ἐπιμελητὰν τῶν Σωκρατικῶν κατέχει, οἷάπερ ἔφην σιτίζων καὶ ἀλείφων καὶ ἀμφιεννύς, καὶ οὔτε δίκαν φοβεῖται τὰν θεῶν, οὔτ' ἄνθρωπον αἰδεῖται ὅστις με τοιαῦτα διατίθεται. νῦν δ' αὖ καὶ τὸ κακὸν εἰς τὸ δεινότερον οἴχεται, ὅπου δεδώρηται γυναῖκας Σικελικὰς τρεῖς ἀναλέκτους τὸ κάλλος καὶ ἀργύρια πάμπολλα. (2) καὶ πότε παύσεται ἄνθρωπος οὗτος τοιαῦτα ποιέων οὐκ οἶδα. εὖ οὖν ποιεῖς ἀχθόμενος ἐπὶ τᾷ κακοδαιμονίᾳ τῶν ἄλλων, κἀγὼ δὲ ἐπὶ τᾷ σᾷ εὐδαιμονίᾳ ἅδομαι, ἵνα σοι τὰ αὐτὰ δόξω ποιεῖν τε καὶ ἀποτίνειν τὰς χάριτας. ἔρρωσο. τῶν τε ἰσχάδων ἀποτίθεσο ἵν' ἔχῃς εἰς τὸ χεῖμα, καὶ τῶν ἀλφίτων τῶν ἔχεις Κρητικῶν (ταῦτα γὰρ δοκέει ἀμείνω τοῦ χράματος εἶναι), καὶ ἀπὸ τᾶς Ἐννεακρούνω λούου τε καὶ πῖνε καὶ τὸν αὐτὸν τρίβωνα θέρους τε καὶ χειμῶνος ἔχε ῥυπόωντα, ὡς πρέπει ἐλεύθερον καὶ ζῶντα ἐν Ἀθήναις δαμοκρατικῶς. (3) ἐγὼ μὲν γὰρ ἐξ οὗ εἰς τυραννουμένην ἧκον πόλιν τε καὶ νᾶσον, ᾔδειν ὅτι κακοδαιμονήσω ταῦτα πάσχων, καθάπερ σύ μοι γράφεις. νῦν δὲ ἐλεοῦντές με περιβλέποντι Συρακούσιοι καὶ Ἀκραγαντίνων οἱ ἐπιδημοῦντες καὶ Γελώων καὶ οἱ ἄλλοι Σικελιῶται. τᾶς δὲ μανίας ἇς ἐμάνην εἰς ταῦτα ἐλθὼν ἀβούλως τὰ ἀτοπήματα, ἐπαρῶμαι ἀρὰν κατ' ἐμαυτοῦ, ἇς ἄξιός εἰμι, μὴ ἐκλιπεῖν με τὰ κακὰ ταῦτα, ὁπότε ἐγὼ γεγονὼς ἔτη τοσαῦτα καὶ φρονεῖν δοκέων πεινῆν καὶ ῥιγοῦν καὶ ἀδοξεῖν οὐκ ἠθέλησα, οὐδὲ πώγωνα τρέφειν μέγαν. (4) πέμψω δέ σοι τῶν θέρμων τὼς μεγάλως τε καὶ λευκώς, ἵν' ἔχῃς μετὰ τὸ ἐπιδείξασθαι τὸν Ἡρακλέα τοῖς νέοις ὑποτραγεῖν· αἰσχρὸν γὰρ οὐ φαντί σοι περὶ τοιούτων λέγειν ἢ γράφειν. Διονυσίῳ γὰρ ἐάν τις λέγῃ περὶ

potentissimos. Neque enim bona sunt necessaria, neque, si essent, ita comparata honesta, neque amici fuerint vulgus profanum, idque tyranni. Quamobrem hortor ut Syracusis decedas et Sicilia. Si tamen, quod nonnulli aiunt, voluptatem sectaris, iisque animum intendis, quæ haudquaquam decent prudentes homines, Anticyram abi, medebiturque tibi ellebori larga potio: multo enim hoc est Dionysii vino præstantius. Hoc enim insaniam accendit multam, illud exstinguit. Quanto igitur sanitas et prudentia morbo præstat atque insania, tanto qua nunc es conditione præstabis qua futurus es. Vale.

IX. Aristippus Antistheni.

Mirum quantum miseri sumus, Antisthenes. Qui enim miseri non simus, qui apud tyrannum commoramur et cibi potusque quotidie lautitiis implemur et unguentis diffluimus odoratissimis et Tarento advectas molles vestes trahimus? nec Dionysii crudelitati quisquam me eripiet, qui me non rudem, verum Socratis sapientia tinctum quasi pignoris loco datum detinet, ut dixi, cibos, unguenta, vestes subministrans; nec deorum timet iudicium, nec hominem veretur, qui tali me esse statu voluit. Nunc vero miseriis meis et cumulus accessit, quum Siculas tres mihi donaverit puellas formæ spectatissimæ et vasa argentea plurima. (2) Nec novi quando his rebus iste finem sit facturus. Recte igitur facis, quod aliorum miseria doleas, ego vero felicitate tua gaudeo, quo eadem tecum faciens iustas tibi rependere videar gratias. Vale. De ficubus repone, ut habeas quo hieme fruare, farinamque compara Cretensem (omnibus enim ista opibus præstant), et Enneacruno lavare atque bibe, idemque æstate et hieme pallium gesta sordidum, ut decet ingenuum hominem in libera civitate viventem. (3) Ego enim ex quo in urbem insulamque tyranno obnoxiam delatus sum, ea, de quibus tu scribis, mala me perpessurum noveram, iamque me Syracusani et Agrigentinorum qui adsunt Geloorumque et quicquid est Siculorum miserantes contemplantur. Sed ad furorem coercendum, quo correptus in hæce improvidus me immisi scelera, ipse mihi, ut par est, ne unquam his ex malis evadam, imprecor, quandoquidem ego ad id ætatis provectus ac sapere visus famem tamen atque frigus subire, barbamque promittere nolui. (4) Ceterum mittam tibi grandes candidosque lupinos, quo Herculem repræsentans adolescentibus habeas quo vescaris: iam enim, ut aiunt, nequaquam dedecus putas, si quis de talibus rebus ore vel scripto agat tecum. Dionysio vero si quis loquatur de lu-

θέρμων, αἴσχρον γε οἶμαι διὰ τὼς τῶν τυράννων νόμως. τὰ λοιπὰ δὲ παρὰ Σίμωνα τὸν σκυτοτόμον βάδιζε διαλεγόμενος, οὗ μεῖζον ἐν σοφίᾳ οὐδ' ἔστιν οὐδ' ἂν γένοιτο. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἀπηγόρευται τοῖς χειροτέχναις προσιέναι, ἐπειδὴ ὑφ' ἑτέρων ἐξουσίᾳ εἰμί.

ι'. Αἰσχίνης Ἀριστίππῳ.

Ἔγραψα μὲν καὶ Πλάτωνι παρακαλῶν ὅπως διαπράξησθε σωθῆναι τοὺς Λοκροὺς νεανίσκους, καὶ σοὶ δὲ τὰ αὐτὰ ἐπιστέλλων οὐχ ἁμαρτάνειν οἶμαι· ποιήσεις γὰρ ἄσμενος. οἶσθα δὲ τὴν πρὸς αὐτούς μοι ἑταιρείαν, καὶ ὅτι Διονύσιος ἐξηπάτηται, ὡς ἀδικούντων αὐτῶν ἔχων δόξαν. ἤδη πειρῶ τοῦτο ποιῆσαι θᾶττον. ἔρρωσο.

ια'. Ἀρίστιππος Αἰσχίνῃ.

Λυθήσονται τᾶς φυλακᾶς οἱ νεανίσκοι περὶ ὧν μοι γράφεις οἱ Λοκροί, καὶ οὐ τεθνάξονται οὐδὲ ἀπολοῦντί τι τῶν χρημάτων, ἥκοντές γε παραυτὰ τοῦ θανεῖν. ταῦτα δὲ Ἀντισθένει μὴ λέξῃς, εἰ σέσωκα τοὺς φίλους· οὐ γὰρ αὐτῷ ἀρέσκει τυράννοις φίλοις χρῆσθαι, ἀλλὰ τὼς ἀλφιτοπώλας καὶ τὼς καπήλως ἀναζητεῖν, οἵτινες δικαίως τὰ ἄλφιτα καὶ τὸν οἶνον πωλοῦσιν ἐν Ἀθήναις καὶ τὰς ἐξωμίδας μισθοῦσι τὰς παχείας, ὁπόταν οἱ σκίρωνες πνέωντι, καὶ τὸν Σίμωνα θεραπεύειν. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι χρᾶμα.

ιβ'. Σίμων Ἀριστίππῳ.

Ἀκούω σε τωθάζειν ἡμᾶς τῆς σοφίας παρὰ Διονυσίῳ. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ εἶναι σκυτοτόμος καὶ ἐργάζεσθαι τοιαῦτα, καὶ ἕτοιμος, εἰ δέοι, σκύτη τέμνειν αὖ πάλιν εἰς νουθεσίαν ἀνθρώπων ἀφρόνων καὶ οὕτω μετὰ πολλῆς χλιδῆς οἰομένων ζῆν παρὰ τὴν Σωκράτους βουλήν. ἔσται δὲ ὁ σωφρονιστὴς τῶν ἀφρόνων ὑμῶν παιδιῶν Ἀντισθένης· γράφεις γὰρ αὐτῷ κωμῳδῶν ἡμῶν τὰς διατριβάς. ἀλλὰ τούτων μέν, ὦ θεία φρήν, ἅλις πεπαίχθω πρὸς σέ μοι. μέμνησο μέντοι λιμοῦ καὶ δίψης· ταῦτα γὰρ δύναται μεγάλα τοῖς σωφροσύνην διώκουσιν.

ιγ'. Ἀρίστιππος Σίμωνι.

Οὐκ ἐγώ σε κωμῳδῶ, ἀλλὰ Φαίδων, λέγων γεγονέναι σε κρείσσω καὶ σοφώτερον Προδίκω τῶ Κείω, ὅς ἔφα ἀπελέγξαι σε αὐτὸν περὶ τὸ ἐγκώμιον τὸ εἰς τὸν Ἡρακλέα γενόμενον αὐτῷ. θαυμάζω μέντοι σε καὶ ἐπαινῶ, εἰ σκυτικὸς ὢν σοφίας ἐμπλησθεὶς καὶ πάλαι μὲν Σωκράταν ἔπειθες καὶ τὼς καλλίστως τῶν νέων καὶ εὐγενεστάτως παρὰ σὲ καθέζεσθαι, οἷον Ἀλκιβιάδαν τε τὸν Κλεινίου καὶ Φαῖδρον τὸν Μυρρινούσιον καὶ Εὐθύδαμον τὸν Γλαύκωνος καὶ τῶν τὰ κοινὰ πραττόντων Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον καὶ Εὐρυπτόλεμον καὶ τὼς ἄλλως, ὡς εἰ καὶ Περικλεῖ γε τῷ Ξανθίππω μὴ

pinis, dedecori habitum iri puto propter leges tyrannorum. Quod reliquum est, Simonem sutorem adi, quocum sermones conferas, quo grandius in sapientia nihil quicquam est nec erit unquam : mihi enim, quoniam aliorum in potestate sum, non licet convenire operarios.

X. Æschines Aristippo.

Litteras et ad Platonem dedi vestram implorans opem, ut ad servandos Locros iuvenes omni opera enitamini, et eadem tibi scribens culpam, opinor, non commisi : lubens enim facies. Nosti autem, quæ mihi cum eis intercedat familiaritas, falsumque esse Dionysium, quod ita de eis censeat, quasi scelera perpetraverint. Iam cito hoc ad effectum adducere conare. Vale.

XI. Aristippus Æschini.

Custodia exsolventur quos mihi commendasti Locri iuvenes, nec capitis supplicium nec mulctam subituri, licet ad mortem iam proxime accesserint. Noli tamen Antistheni hoc dicere, mea cura servatos amicos esse : non enim tyrannis uti vult amicis, verum pistores sectari cauponesque, qui farinam Athenis et vinum sine fraude vendunt, tunicasque densas hieme locant flantibus scironibus, et Simonem suum colere Hic enim opes nullæ.

XII. Simon Aristippo.

Nostram te apud Dionysium philosophiam audio deridere. Ego autem sutorem me esse fateor et philosophiæ dare operam, pariterque, si opus fuerit, coria cædere ad castigandos insanos homines, quique præter Socratis exemplum sic putant mollitie diffluentem agendam sibi esse vitam. Erit autem ineptorum vestrorum iocorum castigator Antisthenes : huic enim res meas proscindens scribis. Verum de his, divina anima, satis et ioco mihi ad te dictum sit : sis tamen famis atque sitis memor, plurimum enim hæc prosunt iis, qui sanæ mentis esse cupiunt.

XIII. Aristippus Simoni.

Non ego te perstringo, sed Phædo, superiorem te dicens sapientioremque esse Prodico Ceo, qui a se compositam Herculis laudationem a te confutatam esse ait. Sed admiror te et laudo, quod, sutor licet sis, qua polles sapientia iam dudum Socratem pulcherrimosque iuvenes et nobilissimos ut te audituri considerent adduxisti, ut Alcibiadem, Cliniæ filium, et Phædrum Myrrhinusium et Euthydemum Glyconis, et ex eis qui rempublicam gerunt Epicratem Sacesphorum et Euryptolemum atque ceteros, quin et Pericles Xanthippi, nisi bellis gerendis

αἱ στρατηγίαι ἦσαν καὶ ὁ πόλεμος τότε, κἂν οὗτος οἶμαι ἦν παρὰ σέ. καὶ νῦν ἴσμεν ὁποῖος εἶ· Ἀντισθένας γὰρ παρὰ σὲ φοιτᾷ. δύνῃ δὲ καὶ ἐν Συρακούσαις φιλοσοφεῖν· οἱ γὰρ ἱμάντες τίμιοί εἰσι καὶ τὰ σκύτη. (2) καὶ οὐκ οἶσθα, ὡς ἐγὼ μὲν τῶν ὑποδημάτων χρώμενος παρ' ἕκαστα τὰν τέχναν σου θαυμασίαν τινὰ ποιῶ, Ἀντισθένας δὲ γυμνοποδῶν τί γὰρ ἄλλο πράττει ἢ σοὶ ἀργίαν καὶ ἀμισθίαν εἰσάγει, πείθων τὼς νέως καὶ ἅπαντας Ἀθηναίως γυμνοποδεῖν; σκόπει οὖν ὁπόσον σοι ἐγὼ φίλος ὁ ῥαστώναν καὶ τὰν ἁδονὰν ἀποδεχόμενος. σὺ δὲ ὁμολογῶν εὐλόγως ἐρωτᾶν Πρόδικον, τὸ ἀκόλουθον οὐκ ἔγνως ἐπὶ σαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἐμὲ μὲν ἐθαύμαζες, τὼς δὲ ἔχοντας βαθεῖς τὼς πώγωνας καὶ τὼς σκίπωνας ἐγέλασας τᾶς ἀλαζονείας, ῥυπῶντάς τε καὶ φθειριῶντας καὶ ὄνυχας ὥσπερ τὰ θηρία μακρὼς περικειμένως καὶ ἐναντίας σου τᾶς τέχνας ὑποτιθεμένως ὑποθήκας.

exercitibusque ducendis distentus tum fuisset, ad te opinor advolasset. Nunc quis sis novimus : Antisthenes enim te frequentat. Poteris tamen et Syracusis philosophari : coria enim atque pelles magno ibi veneunt. (2) Nec nosti me, qui calceis utor, quotidie efficere, ut ars tua admiranda esse videatur, Antisthenes vero discalceatus quid tandem aliud facit, quam quod otium tibi suggerit et mercede te fraudat, dum adolescentibus atque universis Atheniensibus ut sine calceis incedant persuadet? Vide igitur, quanto ego tibi præstem amicus, qui vitam tranquillam amplector atque voluptatem. Tu vero, qui callidis interrogatiunculis Prodicum te pungere ais, quæ hinc in te redundent non nosti : tunc enim me laudares et hos tuos promissarum barbarum cultores baculorumque gestatores ob fastum rideres, sordidos homines et pediculosos, unguibusque velut beluæ prægrandibus armatos, et adversa tuæ arti præcepta proponentes.

ιδ'. Αἰσχίνης Ξενοφῶντι.

Ἤδη μὲν οἱ περὶ Γρύλλον τὸν παῖδά σου τὸν Γέταν παρὰ σὲ ἐπεπόμφεσαν ἅπαντα ἀπαγγελοῦντα τὰ περὶ Σωκράτην, ἃ ἐγένετο ἔν τε τῇ δίκῃ καὶ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ. ἔδει μέντοι καὶ ὧδε τὴν τύχην κωλύμην τινὰ ποιήσασθαι, ὥστε μηδὲ σὲ τυχεῖν Ἀθήνησιν, εἶναι δὲ περὶ Λακεδαίμονα. πῶς ἂν οὖν, ὦ Ξενοφῶν, τὴν μιαρίαν τοῦ βυρσοδέψου Ἀνύτου γράφοιμι, τήν τε Μελήτου τόλμαν καὶ τὸ θράσος αὐτοῖν; τούτω γὰρ τὼ μιαρωτάτω ἄνδρε μέχρι τῆς τελευτῆς τῶν πραγμάτων παρεμεινάτην πονηρώ, καὶ ἡμῶν οἰομένων αὐτοὺς τὰς τέχνας αὐτοῖν αἰσχυνθέντας καταθέσθαι ἔτι μᾶλλον ἐχώρησαν τοῦ κακὰ ἡμῖν παρέχειν. (2) καὶ εἴπερ Μέλητος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὐδὲν ἴδιον εἶχε**, κακοδαίμων ἦν ἄνθρωπος. ἦν μὲν γὰρ ἡ ῥίζα τῆς γραφῆς Ἄνυτος δι' ὧν Σωκράτης ἔλεγεν αὐτὸς ἐν τοῖς νέοις ἄρρητα εἶναι τὰ περὶ βύρσας, ὁπότε διαλέγοιτο καὶ κατασκευάζοι περὶ τοῦ ἐπιστήμην ἔχοντας προσιέναι τούτοις τοῖς πράγμασιν οἷς προσίασιν. οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι ὁτιοῦν πράττειν * * ἀκούομεν τὸν μαθόντα τὰ ἰατρικὰ καὶ τὰ μουσικὰ Δάμωνά τε καὶ Κόννον τὸν Μητροβίου. οὐ γὰρ ᾔδειτο, οἶμαι, ὡς μὴ ἐργασάμενος αὐτά, ὁπόταν οἱ υἱεῖς αὐτοῦ ἀκροασάμενοι Σωκράτους * * ἄχρι νῦν οὔτε τὸ βῆμα αὐτὸν τρέφειν * * οὐ κατατετόλμηται * * καὶ δὴ ἐξηρτήσατο ἑαυτοῦ ἄλλην τέχνην * * κἂν πολλάκις περικρύπτηται περιθέμενος τὴν Ἄδου κυνῆν ἢ τὸν Γύγου δακτύλιον καὶ δίκας γράφηται τοῖς ἐν τῇ πόλει· ζῇ γὰρ ἀπὸ βυρσοδεψικῆς. (3) τὸ μὲν οὖν ὄνομα, ὥσπερ ἔφην, ἦν Μελήτου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ διακόνου ἅμα· οὗτος γὰρ ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ ὑπεκρίνατο Μενοικέα τὸν φιλόσοφον, ἀφ' οὗ ἠγανάκτει, ὡς ἡ πόλις ἀδικοῖτο ὑπὸ τούτων αὐτή. ὁ δὲ λόγος ὁ ἄθλιος ἤθελέ σε εἶναι ἐνθάδε, καὶ ἐγέλασας ἂν ἐν ταῖς συμφοραῖς. ἦν δὲ Πολυκράτους τοῦ λογογράφου, ὃν ἐκεῖνος, ὥσπερ

XIV. Æschines Xenophonti.

Gryllus tuus puerum Getam ad te iam miserat, quæ Socrati et in iudicio et morienti contigere nuntiaturum. Sed quoniam fortunæ impedimento esse placuit, ut Athenis non esses, sed Lacedæmone, quomodo tandem, Xenophon, scelestum tibi describam Anyti coriarii facinus et impudentiam Meleti et utriusque viri contumaciam? profligatissimi enim isti homines ad finem usque rei in scelere perstiterunt, et quum nos pudore perfusos eos malignas suas artes deposuisse putabamus, maiore adhuc impetu sævire in nos cœperunt. (2) Et Meletus si in iudicio proprii nihil protulit, * misellus homuncio fuit. Erat enim radix accusationis Anytus, propterea quod indecoram esse artem coriariam coram iuvenibus dixerat Socrates, quotienscunque disserebat et ut earum rerum, quas aggredi vellent, magistros peritissimos adirent auctor erat. Ita qui profitentur aliquid facere. . . . .
. . . . Acumenum magistrum in rebus medicis et in musicis Damonem atque Connum, Metrobii filium. . . .
. . . .
. . . .
licet sæpenumero abscondat se Orci galeam induens vel Gygis anulum et lites intendat civibus : vivit enim arte coriaria. (3) Nomen igitur, uti dixi, Meleti erat discipuli eius et ministri simul : hic enim velut in tragœdia Menœceum agebat philosophum, cuius ad exemplum universam urbem male ab istis haberi dolebat. Misera vero oratio ut hic adesses postulabat, et in ipsis calamitatibus risum tenere non potuisses. Erat autem Polycratis, qui aliis orationes scribere solet. Hunc ille, velut in schola

ἐν διδασκάλου παῖδες τὰς ῥήσεις λέγοντες, ἀναβὰς ὁπότε κατηγόρει, ἐδεδίει τε καὶ ἀπεστρέφετο καὶ ἐπελανθάνετο, καὶ ἄλλοι αὐτῷ ὑπέβαλλον, καθότι καὶ Καλλιππίδῃ τῷ ὑποκριτῇ, καὶ κακὸν κακῶς ἄνω τε καὶ κάτω αὐτόν τε καὶ τὸ σύγγραμμα ἐπιτρίψας κατέβη. (4) Σωκράτης δὲ πάντα μᾶλλον ἐνενοήθη τότε ἢ ἀγῶνα ὅτι ἀγωνίζοιτο τοσοῦτον, καί, ὁποῖον γὰρ αὐτὸς οἶδας, μειδιάσας βλοσυρόν τε καὶ μεμιγμένον γέλωτι ἐκεῖνα εἶπεν, ἅ σοι οἱ υἱεῖς γράψαντες ἔπεμψαν· οἵ τε δικασταὶ τότε μὲν κρατούμενοι ὑπὸ τοῦ ἐργαστηρίου παντὸς τοῦ ἔξωθεν περιεστῶτος ὅμως ὑποτιμήσασθαι ἔλεγον, ὁ δὲ μάλα θαρραλέως « τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως ὑποτιμῶμαι ταύτην τὴν δίκην » φησίν. οἱ δὲ ἐπέφυσαν τότε δὴ μᾶλλον· καὶ γὰρ ἀπολογουμένου δέος ἐποιοῦντο μὴ ἀποφύγοι. κἂν ἀπέφυγε Σωκράτης. νῦν δὲ οὔτε κολακείαν οὔτε δέησιν ᾤετο δεῖν προσάγειν τινὰ αὐτοῖς, ἀλλὰ τἀληθῆ καὶ δίκαια λέγειν· οὕτω γὰρ ἀπολογούμενος εἰ ἑάλω, μὴ αὐτὸς ᾤετο ἀδικήσειν, τοὺς μέντοι καταψηφισαμένους αὐτοῦ. (5) εἰ μέντοιγε ποιήσας καὶ εἰπὼν ἀνάξια ἑαυτοῦ καὶ φιλοσοφίας ἀπολυθείη, ἀνδραπόδου βίον ἔφη βιώσειν ἐπαράτου, ἄλλως τε καὶ γῆρας αὐτῷ ἔφη ὑποκεῖσθαι καὶ τὸ ζῆν μὴ κρεῖττον αὐτῷ ἔσεσθαι τὸ ἔπειτα, ἀλλὰ κάκιον. κἂν εἰ ἀπολυθείη, οὔτε κρεῖττον ἰδεῖν ἢ ἀκοῦσαι ἔτι δύναιτο, ὥστε κατὰ θεὸν αὐτῷ ἐδόκει ἤδη παρεῖναι ὁ θάνατος. καὶ καταψηφισθεὶς γελῶν ἐξῄει καὶ τὸν χρόνον τὸν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μᾶλλον ἥδετο ἡμῖν διαλεγόμενος ἢ ὁπότε οὐδέπω αὐτὸν ἐγέγραπτο Μέλητος, οὐδὲ ἐνεπεπτώκει εἰς τὸ δεσμωτήριον. ἔλεγε δὲ διότι τὸ οἴκημα, ἔνθα ἦν, καὶ τοὺς δεσμοὺς ἀναγκάζειν αὐτὸν φιλοσοφεῖν· « ἀεὶ μὲν γάρ τοι πρός τινων » ἔφασκεν « ἐν ἀγορᾷ περιειλκόμην. » (6) καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα καὶ οὕτως ἡμῖν διελέγετο, ὥστε ἐπιλανθάνεσθαι πολλάκις ὅτι ἐνεπεπτώκει, καὶ προσπίπτειν λόγοις καὶ φωναῖς τοιαύταις, αἳ οὐκ ἂν λεχθεῖεν ἐν συμφοραῖς, εἶτα ἀναμιμνησκομένους εἰς αὐτοὺς ἐπιτιμᾶν ἡμῖν αὐταῖς τῆς ἀμνημοσύνης ἕκαστον ἑκάστῳ τῶν παρόντων, τὸν δὲ ὑποτοπάζοντα τὸ γινόμενον ἡμῖν πάθος διασκοπεῖν καὶ λέγειν, ὡς οὐ μέλει ἡμῖν εἰ αὐτίκα τεθνήξοιτο, ὅτι οὕτω γελῶμεν. καὶ ἐπιλαβόμενος αὖ Κρίτωνος « ὦ μῶρε » ἔφη, « νῦν γὰρ θάνε Ὀλύμπια καὶ πᾶσα πανήγυρις, ἐπειδὴ ἀποδημεῖν μέλλομεν εἴς τι χωρίον κρεῖττον καὶ τούτου τεθανατωμένοι ὡς πρὸς τὴν ἀλήθειαν. » (7) ἑτέρους τε λόγους καὶ πολλοὺς καὶ καλοὺς πρὸς Κέβητα καὶ Σιμμίαν τὼ Θηβαίω διελέχθη, ὅτι εἴη ἡ ψυχὴ ἀθάνατος καὶ ὅτι οἱ τῆς φρονήσεως ἐπιμεληθέντες εἰς χῶρον τῶν θεῶν ἀπίασι καὶ οὐδὲν δεινὸν ἐν τῷ λεγομένῳ θανάτῳ πάσχουσιν, ὥσθ' ἡμᾶς μὴ οἷον κλαίειν Σωκράτην ὅτι μέλλει ἀποθνήσκειν ἀλλὰ φθονεῖν αὐτῷ, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς κλαίειν ὅτι ζῶμεν τητώμενοι τοσούτου ἀγαθοῦ τῇ ἀληθείᾳ. ἀποδημίαν γὰρ ἔλεγε τὸ χρῆμα τοῦτο, καὶ Εὐηνὸν τὸν ποιητὴν παρεκάλει δι' ἡμῶν, εἰ εὖ γινώσκοι, ἰέναι θᾶττον παρ' αὐτόν, ἐπειδὴ φιλό-

pueri sententiunculas recitantes, timens, quum in suggestu litem orabat, hæsitabat et memoria labebatur, aliique ei, ut et Callippidi histrioni, verba suggerebant, tandem improbus semetipso et declamatiuncula sua susque deque male habita descendit. (4) Socrates autem omnia alia tunc animo fingebat quam tantum certamen sibi esse ineundum, itaque acriter, nosti ipse quomodoi subridens, nec sine hilaritate tamen, ea loquutus est. quæ scripta tibi misit filius. Ac iudices quidem, timefacti licet opificum turba extrinsecus circumstantium, tamen ut ipse pœnam, quam meruisset, æstimaret postulabant, ille vero confidenter admodum ut victus sibi publice in prytaneo præberetur respondit meruisse. Hinc illi magis in eum invecti sunt : nam si defenderet se, ne litem effugeret metuebant. Et effugisset sane Socrates, nunc vero nec blanditiis nec precibus illos existimavit adeundos, sed vera et iusta in medium proferenda : sic enim se defendens si caussa cecidisset, non se, sed eos, qui ipsum damnavissent, iniuriam facere censuit. (5) Sin autem qua re se ipso atque philosophia indigna commissa sive dicta absolveretur, miserrimam servitutem se aiebat servîturum, prætereaque iam senectam sibi imminere, nec vitæ quod restaret præstantius esse, sed deterius, quin etiam, si absolutus esset, nec acutius visurum se vel auditurum esse, ut iam deo auspice instare sibi videretur mors. Tum condemnatus ridens exiit, et quo tempore in vinculis erat nobiscum colloquens multo lætior apparuit quam quo nondum a Meleto accusatus in vincula coniectus erat. Scilicet aiebat eam, in qua erat, custodiam et vincula ad philosophandum ipsum compellere : « semper enim » inquit « in foro huc illuc distrahebar. » (6) Hæc et similia loquebatur, adeo ut in vinculis eum esse interdum obliivisceremus, atque in eiusmodi sermones incideremus, qui tantis non convenirent calamitatibus, deinde ad nos reversi ob oblivionem obiurgaremus alter alterum, ille vero quid rei esset suspicans animi nostri affectu perspecto diceret, nihil nos curare, si brevi sibi esset moriendum, quod ita rideremus. Tum Critonem apprehendens « o miser » inquit « valeant nunc Olympia et quivis sollemnis conventus, quoniam ad loca iam hisce multo altiora profecturi sumus mortem passi, ad ipsam veritatem dico. (7) Multa etiam egregie cum Cebete et Simmia Thebanis confabulatus est, animum scilicet esse immortalem, eosque, qui sapientiæ operam dederint, ad sedem deorum proficisci, nec quicquam mali in morte, quæ dicatur, perpeti, ut Socratem nos moriturum non modo non deploraremus, sed ipsi invideremus, nos vero, ut quibus a tam vero bono procul vivendum esset, ipsos lugeremus. Peregrinationem enim hanc rem dicebat esse, iubebatque Euenum nos poetam invitare, ut, si saperet, quam primum ad ipsum properaret : est enim propter poesin philoso-

σοφός ἐστι διὰ τὴν ποίησιν. (8) τὸν γὰρ φιλόσοφον μηδὲν ἄλλο ποιεῖν ἢ θανατᾶν, ἐπειδὴ τῶν τοῦ σώματος αἰτημάτων καταφρονεῖ, μὴ δουλούμενος ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, τοῦτο δὲ μηδὲν ἕτερον εἶναι ἢ ψυχῆς ἀπόστασιν ἀπὸ σώματος, τὸν δὲ θάνατον μηδὲν ἕτερον εἶναι ἢ ψυχῆς αὖ πάλιν ἀπὸ σώματος ἀπόστασιν. τούτῳ γὰρ δὴ καὶ μάλα τις πειθήνιος ἐγίνετο· ἐξηπάτα γὰρ ἡμᾶς τούτοις τοῖς λόγοις, οἶμαι, ἵνα μὴ κλαίωμεν ὡς ἐν κακῷ ἐσομένου αὐτοῦ, σχεδὸν δέ τι καὶ ἀληθεῖς ἦσαν οἱ λόγοι. εἶτα δὴ ἐτελεύτα ποιήσας ἡμέρας τριάκοντα διὰ τὸ πλοῖον τὸ εἰς Δῆλον πεμπόμενον κατ' ἔτος· οὐ γὰρ ἀφῖκτο ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ οὐκ ἦν τινὰ τελευτᾶν δημοσίᾳ, ὥσπερ οἶσθα· ἱεραὶ γὰρ ἦσαν. (9) τῶν δὲ φίλων παρῆμεν αὐτῷ τελευτῶντι ἐγὼ καὶ Τερψίων καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Φαίδων καὶ Ἀντισθένης καὶ Ἑρμογένης καὶ Κτήσιππος, Πλάτων δὲ καὶ Κλεόμβροτος καὶ Ἀρίστιππος ὑστέρουν· ὁ μὲν γὰρ Πλάτων ἐνόσει, τὼ ἑτέρω δὲ περὶ Αἴγιναν ἤστην. ὡς δ' ἔπιε τὸ φάρμακον, ἐπέστελλεν ἡμῖν τῷ Ἀσκληπιῷ θῦσαι ἀλεκτρυόνα· ὀφείλειν γὰρ αὐτῷ κατ' εὐχήν τινα, ὁπότε ἠσθένει ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς ἐπὶ Δηλίῳ μάχης. δακρύσαντες οὖν μετά τινος θαυμασμοῦ ἐκκομίζοντες αὐτὸν κατεθάπτομεν, ὡς τότε ὁ καιρὸς ἐδίδου καὶ αὐτὸς ἐβούλετο· (10) οὐδὲ γὰρ πρόνοιάν τινα ἡμῖν ἐπέστειλε ποιήσασθαι τοῦ σώματος, εἶναι γὰρ αὐτὸ ἄτιμον καὶ μηκέτι χρήσιμον τῆς ψυχῆς αὐτὸ ἐγκαταλιπούσης. ὅμως δ' οὖν ἡμεῖς εἰς τὸ δυνατὸν καὶ τῆς συμφορᾶς ὑπερείδομεν καὶ τῶν λόγων παρηκούσαμεν καὶ ὡς οἷόν τ' ἦν ἐκαλλωπίσαμεν αὐτὸν λούσαντες καὶ τοῖς τριβωνίοις ἀμπίσχοντες καὶ πρεπόντως θάψαντες ἀπῆμεν. ταῦτ' ἦν τὰ περὶ Σωκράτην καὶ ἡμᾶς, ὦ Ξενοφῶν. καὶ σοὶ δὲ ἡ στρατεία ἦν μέγα ἐμπόδιον, ἐπεὶ ἦσθα ἂν σὺν ἡμῖν θεραπεύων Σωκράτην ζῶντά τε καὶ τελευτῶντα.

ιε'. Ξενοφῶν τοῖς Σωκράτους ἑταίροις.

Καὶ οἱ περὶ Γρύλλον τὸν υἱέα μου ἐποίουν ὅπερ ἦν εἰκὸς αὐτοὺς ποιεῖν, καὶ ὑμεῖς δὲ εὖ πράττετε γράψαντες ἡμῖν τὰ περὶ Σωκράτους. δεῖ μέντοι γε ἡμᾶς ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι κἀκεῖνον μὲν ἐπαινεῖν ὧν ἐβίωσε σωφρόνως καὶ ὁσίως καὶ εὐσεβῶς, αἰτιᾶσθαι δὲ καὶ ψέγειν τὴν τύχην καὶ τοὺς ἐπισυστάντας αὐτῷ, οἳ οὐκ εἰς μακρὰν τίσουσι δίκην. δεινὸν δὲ ποιοῦνται καὶ Λακεδαιμόνιοι (τὸ γὰρ πάθος ἤδη ἄχρι καὶ δεῦρο διῖκται) καὶ κακίζουσι τὸν δῆμον ἡμῶν, λέγοντες ὡς πάλιν ἀφραίνει, ἐπεὶ τὸν σοφώτατον καὶ παρὰ τῆς Πυθίας μαρτυρηθέντα σωφρονέστατον ἐπείσθησαν ἀποκτιννύναι. (2) εἴ του δέοιντο οἱ Σωκράτους ἑταῖροι ὧν ἐπέμψαμεν, σημαινέτόν μοι· ἐπικουρήσομεν γάρ, ἐπειδὴ τοῦτο καλὸν καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν. εὖ ποιεῖτε τὸν Αἰσχίνην ἔχοντες ἐν αὐτοῖς, ὥστε γράφειν μοι· δοκεῖ μέντοι χρῆναι ἡμᾶς συγγράφειν ἅ ποτε εἶπεν ἀνὴρ καὶ ἔπραξε, καὶ αὕτη ἀπολογία γένοιτ' ἂν

phus. (8) Nam aliud nihil philosophum expetere quam mortem, quoniam corporis voluptatibus minime obnoxius eiusdem aversetur appetitus, idque nihil aliud esse quam animæ a corpore separationem, neque aliud quam animæ a corpore separationem mortem quoque esse. His non paucos ad suam adduxit sententiam : his nempe sermonibus fefellit nos, opinor, ne, quasi ipsi malum immineret, in lacrimas effunderemur : sed fortasse et ex animi sententia hæc proferebat. Animam demum post triginta dies exhalabat, quod navis, quæ Delum mittitur quotannis, non ante rediit, nec licet, ut nosti, his diebus publice quenquam capite mulctari; sacræ sunt enim. (9) Ex familiaribus ipsi morienti aderamus ego et Terpsio et Apollodorus et Phædo et Antisthenes et Hermogenes et Ctesippus, Plato vero et Cleombrotus et Aristippus non veniebant : Plato enim ægrotabat, reliqui duo Æginæ erant. Postquam venenum hausit, ut Æsculapio gallum sacrificaremus nobis demandabat, quippe voto debitum, quod ex Delia pugna redux quum ægrotaret nuncupaverat. Illacrimati itaque non sine admiratione elatum pro tempore et ut ipse iusserat sepelivimus. (10) Iusserat enim nullam corpori curam adhibendam, quod anima destitutum iam nihili esset et prorsus inutile. Nos nihilominus, quantum fieri potuit, et calamitatem contempsimus, nec obedivimus mandatis, sed totum quam maxime ornavimus et palliolis coopertum decore sepelivimus. Hæc sunt Socratis et res nostræ, Xenophon. Ac tibi magnum expeditio illa fuit impedimentum; nam una nobiscum viventem Socratem ac morientem coluisses.

XV. Xenophon amicis Socratis.

Et filius meus Gryllus fecit quod par erat eum facere, et vos bene facitis, quod quæ Socrati evenere ad me scripsistis. Oportet autem nos probos esse viros et illum ob caste et pie et sancte actam vitam admirari, fortunam autem incusare et reprehendere eosque, qui una eum aggressi sunt, pœnam brevi daturos. Lacedæmonii quoque indignantur (iam enim et eo usque perlata fama est), populumque nostrum maledictis incessunt, ut qui insaniat prorsus, quod, quem sapientissimum Pythia ac moderatissimum testimonio suo iudicaverit, interfecerit. (2) Si quis ex Socratis familiaribus opus habeat eis, quæ misi, indicate mihi : opem feremus enim, quoniam hoc est bonum et necessarium. Opportune cecidit, quod Æschinem vobiscum habetis, qui scribere mihi possit, sed me quoque impellit animus. ut viri illius dicta atque

αὐτοῦ βελτίστη εἰς τὸ νῦν τε καὶ εἰς τὸ ἔπειτα, οὐκ ἐν δικαστηρίῳ ἀγωνιζομένων ἡμῶν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον παρατιθέντων τὴν ἀρετὴν τἀνδρός. καί φημι δὴ ἀδικήσειν τὴν κοινὴν ἑταιρείαν καί, ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, τὴν ἀλήθειαν, εἰ μὴ ἄσμενοι γράψαιμεν. (3) ἤδη δέ μοι καὶ Πλάτωνος περιέπεσε σύγγραμμα τοιοῦτον, ὅπου τοὔνομα ἦν τὸ Σωκράτους καὶ διάλεξίς τις οὐ φαύλη πρός τινας. οἶμαι τοίνυν περὶ Μέγαρα ἀνέγνων * * ὡς λέγεταί τινα τῶν Μεγαρέων τῶν τοιούτων. ἡμεῖς μέντοι φαμέν, οὐχ ὅτι τοιαῦτα οὐκ ἀκηκόαμεν, ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα οὐ δυνάμεθα ἀπομνημονεύειν· οὐδὲ γὰρ ἐσμὲν ποιηταί, ὥσπερ καὶ αὐτός, κἂν πάνυ ἀπαρνῆται ποιητικήν. θρυπτόμενος γὰρ πρὸς τοὺς καλούς φησι μηδὲν εἶναι ποίημα αὐτοῦ, Σωκράτους μέντοι νέου καὶ καλοῦ ὄντος. ἔρρωσθόν μοι ὡς ἁρμονιωδεστάτω ἄνδρε.

gesta litteris consignem, quæ optima fuerit et impræsentiarum et in futurum tempus non coram iudicibus concertantium, sed in omnium memoriam virtutem viri proponentium defensio. Ac sane communem nostram familiaritatem ipsamque, ut aiebat ille, veritatem, si non lubentes scriberemus, iniuria afficeremus. (3) Iam mihi Platonis etiam in manus venit eiusmodi commentarius, in quo nomen erat Socratis colloquiumque non ingratum cum quibusdam. Et ni fallor legi Megaris . . . . . . nos tamen nec tale quid nos audivisse nec litteris mandare posse affirmamus: neque enim poetæ sumus, sicut ille, etiamsi procul poeticam se habere dicat: superbiens enim in pulchros aliquod suum exstare poema negat, sed Socratis esse ait iuvenis adhuc atque pulchri. Valete mihi viri longe carissimi.

ιϛ. Ἀριστίππου.

Τὰ περὶ τᾶς τελευτᾶς Σωκράτους ἐμάθομεν ἐγώ τε καὶ Κλεόμβροτος, καὶ ὅτι οὐδὲ παρέμενος ὑπὸ τῶν ἕνδεκα διαδρᾶναι ὑπέμεινε, λέγων ὅτι οὐδὲ νῦν μέλλει διδράσκειν, εἰ μὴ καὶ πρότερον παρὰ τὼς νόμως ἐσώθη· οὕτω γὰρ ἂν ἁ πατρὶς αὐτῷ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ καταπροδοθείη. ἐμοὶ δὲ ἐδόκει ἀδίκως αὐτὸν ἐμπεσόντα ὁτῳδήποτε τρόπῳ σώζεσθαι. δοκῶ μέντοι πάντα τὰ ἐκείνῳ πρασσόμενα καὶ κακὰ καὶ ἄφρονα δίκαια εἶναι, ὥστε ταῦτα πάλιν μὴ ἐπιμέμφεσθαι ἀμέτρως γεγονέναι. ἐπέστειλας δέ μοι πῶς ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, δεδιότες μή τι καὶ ἐφ' ὑμᾶς ἔλθοι τῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐποιεῖτε φλαύρως. καὶ ἁμὲς οὖν, ὡς ἔχομεν, ἐν Αἰγίνᾳ διατελέομες ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἶτα δὲ παρ' ὑμᾶς ἀφιξόμεθα καὶ εἴ τι ἔχομες βέλτιον ποιέειν ποιήσομες.

XVI. Aristippi.

De Socratis morte certiores facti sumus ego et Cleombrotus, accepimusque nec profugiendi ab undecimviris oblata occasione ut uteretur impetrare a se potuisse, dicentem nolle fugere, nisi prius absolutus fuerit legitime: alioquin enim patriam suam, quantum in ipso esset, prodi. Mihi vero videbatur, quum præter ius in custodiam incidisset, quovis modo servandus, atque omnia, quæ eius in salutem fierent, quantumvis mala et insana licet sint, habenda esse iusta, ut vituperandum non esset, si quis modum hac in re excederet. Scripsisti mihi, Socratis omnes amatores et philosophos Athenis excessisse, timentes quippe ne tale quid vobis etiam contingeret, et recte hoc fecistis. Nos vero, ut nunc sumus, Æginæ commoramur, mox veniemus ad vos, et si quid poterimus in rem vestram conferre, conferemus.

ιζ'.

Εἰδὼς ὅπως εἶχες πρὸς Σωκρατην ζῶντα καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἐκείνου φίλους, καὶ ὅτι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐθαύμασάς τε καὶ ἐσχετλίασας εἰ ὁ πρὸς σέ τε καὶ τὸν Κεῖον Πρόδικον καὶ Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην διαμαχόμενος περὶ ἀρετῆς, ᾗ ἂν γένοιτο καὶ ὅπως ἂν γένοιτο καὶ ὅτι χρὴ ταύτης πάντας ἐφίεσθαι, οὗτος ὡς πονηρότατος καὶ ἀμαθέστατος τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ δικαίου πρός τε θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους τοῖς ἕνδεκα δόξαν ἀνῃρέθη, ἔγραψά σοι πυθόμενος ὅτι οἴκοι εἴης ἐν Χίῳ, περὶ τῶν ἔπειτα, ἵνα ἡσθείης. (2) Ἀθηναῖοι γὰρ ἤδη ποτὲ ἀφυπνώσαντες Ἄνυτόν τε καὶ Μέλητον ὡς ἀνοσιουργοὺς προσκαλεσάμενοι ἀπέκτειναν ὅτι αἴτιοι τῇ πόλει ἐγένοντο τοσούτου κακοῦ. προφάσεις δὲ αὗται κατ' αὐτοῖν εὑρέθησαν· κατηφεῖς μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι περιῄεσαν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ παρὰ πάντων εὐθυνόμενοι τῶν γενομένων, ὅτι ἄρα οὐκ ἐχρῆν οὐκ ἀδικοῦντα αὐτὸν κατηγορηθῆναι, μὴ ὅτι ἀποκτιννύ-

XVII.

Quo fueris erga Socratem vivum animo et erga nos illius amicos probe sciens, atque admiratum te esse indignatumque, quod is, qui tecum et cum Prodico Ceo et Protagora Abderita de virtute, qualis sit et quomodo acquiri possit et ut omnibus expetenda sit, concertavit, quasi improbissimus omnisque honestatis ac iuris inter deos ac homines imperitissimus undecim virorum decreto interfectus sit, litteras ad te dedi Chium, ut audivi, reducem, quo oblectarere, de rebus quæ insequutæ sunt. (2) Iam enim Athenienses ex somno, quo oppressi iacebant, tandem excitati sunt. (2) Anytum atque Meletum in iudicium vocatos tanquam impios occiderunt, quod tanti mali auctores civitati exstitere. Et hæ quidem fictæ in eos caussæ sunt, veræ erant . . . . . . quod Athenienses post illius necem apud omnes ob ea, quæ gesserant, reprehensionem incurrebant: nihil iniusti

ναι. τί γὰρ εἰ τὴν πλάτανον ἢ τὸν κύνα ὤμνυε; τί δὲ εἰ ἀνηρώτα ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντας ἀνθρώπους, ὅτι οὐδὲν εἰδεῖεν οὔτε δίκαιον οὔτε καλόν; εἶτα δὲ οἱ νέοι πάντες εἰς ἀκρασίαν καὶ ἀκοσμίαν ἐτρέποντο ἐν τῇ πόλει· ἀεὶ γὰρ τοῦτον καθοσονοῦν ᾐσχύνοντο. (3) ἐκίνησε δὲ αὐτοὺς μάλιστα καὶ τὸ τοῦ νεανίσκου τοῦ Λακεδαιμονίου πάθος. ἧκε γάρ τις κατ' ἔρωτα Σωκράτους συγγενέσθαι αὐτῷ, μὴ προειδὼς Σωκράτην, ἀλλ' ἀκούων περὶ αὐτοῦ. ὡς δὲ ἡδομένῳ αὐτῷ τῆς ἀφίξεως ὄντι ἤδη περὶ τὰς πύλας τοῦ ἄστεος προσηγγέλθη ὅτι Σωκράτης, πρὸς ὃν ἐληλύθοι, τεθνήκοι, ἐς μὲν τὴν πύλην οὐκέτι εἰσῆλθε, διαπυθόμενος δὲ ὅπου εἴη ὁ τάφος, προσελθὼν διελέγετο τῇ στήλῃ καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἐπειδὴ νὺξ κατέλαβεν αὐτόν, κοιμηθεὶς ἐπὶ τοῦ τάφου, ὄρθρου πολλοῦ φιλήσας τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ κόνιν, πολλὰ δὲ περιασπασάμενος πάσῃ φιλότητι ᾤχετο ἀπιὼν Μέγαράδε. (4) ᾔσθοντο οὖν καὶ τοῦτο Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι μέλλοιεν Λακεδαιμονίοις διαβάλλεσθαι ἐπὶ τοῖς δεινοτάτοις, εἰ ἐκείνων μὲν οἱ υἱεῖς τοὺς παρ' αὐτοῖς σοφοὺς δι' ἔρωτος ποιοῦνται, αὐτοὶ δὲ ἀποκτιννύασι, καὶ οἱ μὲν τοσοῦτον διάστημα ἀφικνοῦνται ἰδεῖν Σωκράτην, οἱ δὲ οὐχ ὑπομένουσι παρ' αὐτοῖς ἔχοντες αὐτὸν φυλάξαι. χαλεπηνάμενοι οὖν μόνον οὐ διέφαγον τὼ πονηρὼ ἄνδρε ἐκείνω, ὥστε τὴν μὲν πόλιν ἀπολελογῆσθαι ὅτι αὐτὴ τούτων οὐδὲν δρᾷ, τοὺς δ' αἰτίους τεθνάναι. ἐκριφέντες οὖν οἷόν τι κοινὸν ἄγος τῶν Ἑλλήνων, μᾶλλον δὲ πάντων ἀνθρώπων, ὤνησαν μὲν ἡμᾶς, ὤνησαν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ταῦτα παθόντες. πάλιν οὖν συνελευσόμεθα Ἀθήναζε οἱ ἀναξίως ἀνασεσοβημένοι ὡς τὸ πρόσθεν.

enim committentem ne accusandum quidem fuisse, nedum interficiendum. Quid enim, si per platanum iurabat sive canem? quid si interrogando privatim atque publice convicit omnes, quod nihil neque iusti nossent neque honesti? prætereaque iuvenes intemperantiæ ac vitæ dissolutæ in civitate omnes se dederunt, semper enim hunc reveriti erant aliquatenus. (3) Maxime vero adolescentis Lacedæmonii eos commovit casus. Hic enim venit amore tractus Socratis, quem nunquam antea viderat, sed auditione tantum cognoverat, ut eius familiaritate uteretur. Cui quum ob adventum læto ad urbis portas Socratem, ad quem venisset, obiisse nuntiatum esset, ipsam portam non intravit, verum sepulcrum ubi esset sciscitatus huc accedens cum cippo sermones conferebat et lacrimas fundebat, quumque nox intervenisset somno penes sepulcrum capto summo mane adiacentem illi pulverem osculatus, locoque cum omni pietate consalutato Megaram pedem referebat. (4) Hoc igitur Athenienses persensere et quod gravissima sibi a Lacedæmoniis criminatio imminebat, si filii illorum qui Athenis essent sapientes amore amplecterentur, iique Socratis videndi caussa tantum emetirentur intervallum, ipsi vero quem apud se haberent non possent conservare. Itaque indignati tantum non devorarunt improbos illos viros, atque hac civitas defensione declaravit, nihil eorum se ipsam commisisse, et criminis auctores morte mulctavisse. Proiecti igitur velut commune Græcorum, immo omnium hominum piaculum aliquod et nobis et reliquis hoc supplicio commodum attulere. Rursus itaque nos, qui præter dignitatem exules oberravimus, Athenas conveniemus.

ιη'. Ξενοφῶν τοῖς Σωκράτους ἑταίροις.

Ἄγοντες τὴν ἔτειον ἑορτὴν τῇ Ἀρτέμιδι τῇ ὑφ' ἡμῶν καθιδρυμένῃ περὶ τὴν Λακωνικὴν ἐπέμψαμεν παρ' ὑμᾶς ἵνα ἥκοισθε, καλὸν μέν, εἰ πάντες, εἰ δὲ μὴ οἷόν τε, συνθύτας τινὰς ἐξ ὑμῶν πέμψαιτε· τοῦτο γὰρ κεχαρισμένον ἡμῖν ἐστίν. ἐγένετο δὲ Ἀρίστιππος ἐνθάδε καὶ ἔτι πρότερον Φαίδων, καὶ ἐγανύσκοντο τοῦ τόπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας τῶν οἰκοδομιῶν καὶ τῶν φυτῶν, ἅτινα αὐτὸς ταῖς ἐμαυτοῦ χερσὶν ἐφυτευσάμην. ἔχει γὰρ ὁ τόπος καὶ θήραν, ὥστε ἔνι ἡμῖν καὶ κυνηγετεῖν, ἵνα μετ' ἀνδρείας, ὅπερ καὶ φίλον τῇ θεῷ, θαλίας ἄγωμεν καὶ χάριν εἰδῶμεν αὐτῇ ὅτι με ἀνεσώσατο ἄρα ἀπὸ βασιλέως τοῦ βαρβάρου καὶ τῶν ἔπειτα περί τε τὸν Πόντον καὶ τὴν Θράκην κακῶν σχεδόν τι μειζόνων, ὅτε δὴ ἐδοκοῦμεν ἤδη σεσῶσθαι ἀπὸ τῆς τοσαύτης πολεμίας γῆς. (2) εἰ δὲ μὴ ἴητε, ἡμῖν μὲν ἦν ἀναγκαῖον γράφειν ὑμῖν. πεποίημαι δέ τινα ἀπομνημονεύματα Σωκράτους. ὅταν οὖν μοι δόξῃ εὖ ἔχειν παντελῶς, διαπέμψομαι αὐτὰ καὶ ὑμῖν· Ἀριστίππῳ μὲν γὰρ καὶ Φαίδωνι ἐδόκει ἁρμόδιά τινα εἶναι. προσαγορεύσατε Σίμωνα τὸν σκυτοτόμον καὶ ἐπαινέσατε αὐτόν, ὅτι διατελεῖ προσέχων τοῖς Σωκράτους λόγοις

XVIII. Xenophon amicis Socratis.

Festum Dianæ, cuius nos sacrum in Laconica exstruximus, annuum agentes litteris vos invitavimus, ut veniretis si fieri possit omnes, sin minus, ut quosdam certe consortes mitteretis sacrificii. Hoc enim gratum nobis fuerit. Aristippus hic fuit eoque prior Phædo, qui natura loci et ædificiorum arte et plantis, quas ego hisce meis plantavi manibus, gaudebant. Etenim feras quoque locus alit, quare et venatum ire licet, quo forti animo, id quod gratum deæ est, festum concelebremus, eique gratias referamus, quod me a barbari regis manibus, malisque circa Pontum atque Thraciam fere maioribus, quum iam ex tam vasta et hostili terra erepti videbamur, incolumem servavit. (2) Quod si non veneritis, scribatis oportet nobis. Ego vero quosdam Socratis commentarios litteris mandavi, quos, ubi omni numero absoluti mihi videbuntur, vobis quoque mittam. Aristippo enim et Phædoni haud inepti illi quidem videbantur. Salutate Simonem sutorem meo nomine, eumque laudate, quod Socratis præcepta non desinit tueri, quodque nec paupertatis nec

καὶ οὔτε πενίαν οὔτε τὴν τέχνην πρόφασιν ποιεῖται τοῦ μὴ φιλοσοφεῖν, καθάπερ τινὲς τῶν ἄλλων μὴ βουλόμενοι λόγους καὶ τὰ ἐν λόγοις ἐξειδέναι τε καὶ θαυμάζειν.

artis suæ prætextu a philosophando se detineri patitur, id quod de ceteris nonnullis contigit, qui sapientiam quæque in ipsa continentur neque cognoscere volunt neque admirari.

ιθ'. Τοῦ αὐτοῦ.

Ἧκε, θαυμασιώτατε, παρ' ἡμᾶς· πεποίηται γὰρ ἡμῖν ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος μάλα ἀριπρεπές, καὶ περίφυτος ὁ χῶρος καὶ ἀνεῖται ἱερὸς εἶναι. καὶ τὰ ὄντα ἡμᾶς διαβοσκήσει· ὡς γὰρ Σωκράτης ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀρκέσει ἡμῖν ταῦτα, ἡμεῖς αὐτοῖς ἀρκέσομεν. ἔγραψα δὲ καὶ Γρύλλῳ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἑταίρῳ, εἴ του δέοιο, παρέχειν σοι. Γρύλλῳ δ' ἔγραψα, ἐπειδὴ ἀπὸ νέου ἔτι κομιδὴν εἰς αὐτὸν ἐδάλλου καὶ φιλεῖν ἔλεγες. ἔρρωσο.

XIX. Eiusdem.

Veni ad nos, vir dilectissime : iam enim fanum Dianæ ereximus admodum spectabile. Arboribus consitus est locus et sacris publicis dicatus. Quæ præsto nobis sunt, abunde nos pascent : namque ut Socrates aiebat, si illa nobis satis non fuerint, nos erimus illis satis. Scripsi et Gryllo filio et familiari, ut tibi, si quid opus est, exhibeant. Gryllo autem scripsi, quoniam a tenera admodum ætate propenso in eum eras animo eumque amare te dicebas. Vale.

κ'.

Τὴν μὲν σὴν καρτερίαν καὶ πάλαι ᾔδειν καὶ σφόδρα θαυμάζω, διότι διατελεῖς παντὸς ὢν ἐπάνω πλούτου καὶ δόξης καὶ ἐξ ὧν βιοῖς οἷον ἀπεικόνισμά τι Σωκράτους περίει Ἀθήνησιν. ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοὶ ἐπιμελούμεθα νέων ἐν Θήβαις, παραδιδόντες αὐτοῖς οὓς ἠκούσαμεν λόγους παρὰ Σωκράτους. ἔστι τε τοῦτο καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς συνοῦσι κεχαρισμένον.

XX.

Tolerantiam tuam iam pridem novi, nec admirari desino, quod divitiis omnibus omnique gloria maior vitam agis et hac tua vitæ ratione Socratis veluti simulacrum aliquod superstes es Athenis. Nos vero et ipsi Thebis iuvenes instituimus tradendis ipsis quos a Socrate accepimus sermonibus, id quod et nobis et familiaribus gratum est.

κα . Ξενοφῶν Ξανθίππῃ.

Εὔφρονι τῷ Μεγαρεῖ ἔδωκα ἀλφίτων χοίνικας ἓξ καὶ δραχμὰς ὀκτὼ καὶ ἐξωμίδα καινήν, τὸ χεῖμά σοι διαγαγεῖν. ταῦτα οὖν λάβε καὶ ἴσθι Εὐκλείδην καὶ Τερψίωνα πάνυ καλώ τε κἀγαθὼ ἄνδρε καὶ σοί τε καὶ Σωκράτει εὔνω. ἡνίκα δ' ἂν οἱ παῖδες ἐθέλοιεν παρ' ἡμᾶς ἰέναι, μὴ κώλυε· οὐ γὰρ πόρρω ἐστὶν ἰέναι εἰς Μέγαρα. τῶν δὲ πολλῶν σοι δακρύων, ὦ 'γαθή, ἅλις· ὀνήσει γὰρ οὐδέν, σχεδὸν δέ τι καὶ βλάψει. ἀναμιμνήσκου γὰρ ὧν ἔλεγε Σωκράτης, καὶ τοῖς ἤθεσιν αὐτοῦ καὶ τοῖς λόγοις πειρῶ ἀκολουθεῖν, ἐπεὶ λυπουμένη παρ' ἕκαστα καὶ σεαυτὴν ἀδικήσεις ὅτι μάλιστα καὶ τοὺς παῖδας. (2) οὗτοι γὰρ οἱονεὶ νεοττοί εἰσι Σωκράτους, οὓς δεῖ οὐ μόνον τρέφειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς αὐτοῖς πειρᾶσθαι παραμένειν. ὡς εἰ σὺ ἢ ἐγὼ ἢ ἄλλος τις, ὅτῳ μέλει τελευτήσαντος Σωκράτους τῶν παίδων, ἀποθάνοι, ἀδικήσονται οὗτοι ἔρημοι γενόμενοι τοῦ βοηθήσοντος καὶ θρέψοντος ὁμολογουμένως. ὅθεν πειρῶ ζῆν αὐτοῖς. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο, εἰ μὴ τὰ πρὸς τὸ ζῆν αὑτῇ παρέχοις. λύπη δὲ δοκεῖ τῶν ἐναντίων ζωῇ εἶναι, ὅπου βλάπτονται ὑπ' αὐτῆς οἱ ζῶντες. (3) Ἀπολλόδωρος ὁ μαλακὸς ἐπικαλούμενος καὶ Δίων ἐπαινοῦσί σε, διότι παρ' οὐδενὸς οὐδὲν λαμβάνεις, φὴς δὲ πλουτεῖν. καὶ εὖ ποιεῖς· εἰς ὅσον γὰρ ἐγώ τε καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι ἰσχύομεν ἐπικουρεῖν σοι, δεήσει οὐδενός. θάρρει οὖν, ὦ Ξανθίππη, καὶ μηδὲν καταβάλῃς τῶν Σωκράτους καλῶν, εἰδυῖα ὡς

XXI. Xenophon Xanthippæ.

Euphroni Megarensi farinæ chœnices sex et drachmas octo et tunicam novam tradidi, ut hiemem transigeres. Hæc igitur accipe, scitoque Euclidem et Terpsionem optimos esse viros et tibi atque Socrati deditos. Filios vero, si ad nos accedere velint, noli impedire : non enim longum est Megara usque iter. Lacrimarum autem, o bona, fudisti quantum satis est. Proderunt enim nihil, immo parum abest quin detrimentum afferant. In mentem revoca, quæ Socrates disserebat, eiusque moribus et sermonibus fac ut te accommodes : ægro enim omnia ferens animo et te ipsam maxime et filios iniuria afficies. (2) Scilicet non tantum hos tanquam pullos Socratis alere debemus, sed etiam nos ipsos pro viribus illis conservare; nam si tu vel ego vel quivis alius, qui Socrate exstincto Socratis filiorum curam gerit, vita decesserit, iniuriam illi patientur, quum qui ipsos iuvet ac sustentet non sint habituri. Quare fac ut ipsis vivas, id quod fieri nequit, nisi quæ vitam conservant tibi ipsi exhibeas. Mœror vero, ut videtur, ex eis est quæ vitæ adversantur, quum damnum ab eo viventibus inferatur. (3) Apollodorus, quem mollem cognominant, et Dio laudant te, quod nihil a quoquam accipis, dicisque divitiis te abundare. Optimum factum. Dum enim ego et reliqui amici opem ferre tibi possumus, nulla re indigebis. Bono itaque esto animo, Xanthippe, neve ex Socratis

μέγα τι ἡμῖν ἐγένετο οὗτος ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐπινόει αὐτὸν ὁποῖα ἔζησε καὶ ὁποῖα ἐτελεύτησεν. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ μέγαν τε καὶ καλὸν γεγονέναι, εἰ δή τις, καθὸ χρὴ σκοπεῖν, σκοποίη. ἔρρωσο.

bonis quicquam dimittas, quanti nobis vir iste fuerit probe sciens, qui qualis et in vita et in morte fuerit considera. Ego enim censeo et mortem eius, siquidem recte quis consideraverit, præclaram atque pulchram accidisse. Vale.

κβʹ. Ξενοφῶν Κέβητι καὶ Σιμμίᾳ.

Ἦν λόγος ὅτι πένητος πλουσιώτερον οὐδὲν εἴη. κινδυνεύω γάρ, ὡς ὁρῶ, μὴ πολλὰ ἔχων πολλὰ κεκτῆσθαι δι' ὑμᾶς τοὺς φίλους, οἵτινες ἐπιμελεῖσθε ἡμῶν. ποιοῖτε δ' ἂν εὖ, εἰ, ὅταν ὑμῖν περί του γράφω, πέμποιτέ μοι. τῶν δὲ συγγραμμάτων οὔπω τι εἶχον τοιοῦτον, ὥστε καὶ ἄλλοις θαρρεῖν δεικνύναι δίχα ἐμοῦ, ὡς παροῦσιν ὑμῖν ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ, ἔνθα Εὐκλείδης κατέκειτο, ἀσμένως ἐλέσχαινον. οἴδατον δὲ δή, ὦ φίλοι, ὡς οὐχ οἷόν τε ἀναλαβεῖν ἐστὶ τὸ ἅπαξ ἐλθὸν εἰς τοὺς πολλοὺς γράμμα. (2) Πλάτων μὲν γὰρ δύναταί τι μέγα καὶ ἀπὼν τοῖς λόγοις, ὅθεν ἤδη καὶ περὶ Ἰταλίαν θαυμάζεται καὶ περὶ Σικελίαν πᾶσαν, ἡμεῖς δὲ μόλις οἶμαι ἑαυτοὺς πείθομεν ὡς ἄξια ταῦτα σπουδῆς τινός. καὶ οὐχ ὅτι ἐμοὶ μέλει μὴ διαπίπτειν περὶ τῆς δόξης τῆς περὶ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ περὶ Σωκράτους φροντιστέον μὴ ἐν ἐμοὶ κινδυνευθῇ τὴν ἐκείνου ἀρετὴν κακῶς εἰπόντι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν. οὐδέν τε οἶμαι διαφέρειν ἢ βλασφημεῖν τινὰ ἢ μὴ ἄξια δοκεῖν συγγράφειν τῆς ἀρετῆς, περὶ ὅτου συγγράφει τις. τὸ δέος οὖν τοῦτό ἐστιν, ὅγε νῦν ἡμᾶς ἔχει, ὦ Κέβης τε καὶ Σιμμία, εἰ μή τι ἕτερον δόξει ὑμῖν αὖ πάλιν περὶ τούτων. ἔρρωσθον.

XXII. Xenophon Cebeti et Simmiæ

Sermone hominum tritum est, paupere nihil esse opulentius. Video enim hoc mihi imminere periculum, ut, qui pauca habeam, per vos amicos, qui mei curam geritis, multa possideam. Sed recte feceritis, si miseritis mihi demum per litteras petenti. Commentariorum autem nondum quenquam habebam talem, quem et aliis me absente confidenter traderem, ut præsentibus vobis in ipsis ædibus, ubi Euclides nobiscum accumbebat, ingenue profitebar. Scitote autem, amici, semel in vulgus elapsam scriptionem non posse retrahi. (2) Platonis quidem etiam absentis magna ob scripta est auctoritas, quare circa Italiam et Siciliam universam sui movit admirationem, nos vero vix nobis persuademus ea tanti esse, ut studio aliquo digna habeantur. Neque solum id ago, ne sapientiæ opinione excidam, verum hoc curandum mihi est, ne mea culpa, si parum recte in commentariis scribendis versatus sim, Socratis virtus in periculum adducatur. Nec quicquam differt, opinor, calumnieris aliquem an haud digna virtute eius, de quo scribis, scribere videaris. Hic igitur timor nunc quidem nos occupat, Cebes et Simmia, nisi aliter de his vobis videbitur esse statuendum. Valete.

κγʹ. Αἰσχίνης Φαίδωνι.

Ὁπότε ἐγενόμην ἐν Συρακούσαις, εὐθέως κατὰ τὴν ἀγορὰν Ἀριστίππῳ ἐνέτυχον, ὃ δὲ λαβόμενός μου τῆς δεξιᾶς παραχρῆμα μηδὲν μελλήσας εἰσάγει πρὸς Διονύσιον, καί φησιν αὐτῷ « ὦ Διονύσιε, εἴ τις ἀφίκοιτο παρὰ σέ, ἵνα σε ἄφρονα ποιήσειεν, ἆρ' οὗτος οὐχὶ κακά σε ἐργάζεται; » εὐθέως ὡμολόγει ὁ Διονύσιος. « τί οὖν » ἔφη ὁ Ἀρίστιππος « σὺ τοῦτον ἂν ἐργάσαιο; » « τὰ κάκιστά γε » ἔφη. « τί δ' εἴ τις » ἔφη « ἀφίκοιτο φρόνιμόν σε ποιῆσαι, ἆρά γε οὐχὶ οὗτος ἂν ἀγαθά σε ἐργάζοιτο; » πάλιν ὁμολογήσαντος τοῦ Διονυσίου « καὶ μήν » ἔφη « οὗτος Αἰσχίνης τῶν Σωκράτους γνωρίμων ἥκει φρόνιμόν σε ποιῆσαι, ὥστε καὶ ἀγαθά σε ἐργάζοιτο ἄν· εἰ δὲ ταῦτα δικαιοῖς, ἅτινα ὡμολόγησάς μοι ἐν τῷ λόγῳ, Αἰσχίνην εὖ ποιήσεις. » (2) κἀγὼ ὑπολαβὼν ἔφην « ὦ Διονύσιε, ἑταιρικόν τι καὶ θαυμαστὸν ποιεῖ Ἀρίστιππος οὗτος συλλαμβάνων μοι· ἡμῖν δὲ οὐ τοσαύτη ἐστὶ σοφία, ἀλλ' ὁπόση μὴ ἀδικῆσαί τινα ἐν τῇ συνουσίᾳ. » ἀγάμενος δέ με τοῦ εἰρημένου ἔφη ὁ Διονύσιος καὶ Ἀρίστιππον ἐπαινεῖν [τῶν εἰρημένων] καὶ ἐμὲ εὖ ποιήσειν ἅτινα ὡμολόγησεν ἐν τῷ πρὸς Ἀρίστιππον λόγῳ. οὗτος οὖν ἤκουσεν ἡμῶν τοῦ Ἀλ-

XXIII. Æschines Phædoni.

Quum primum Syracusas delatus sum, in foro obviam mihi factus Aristippus manu prehensum statim ad Dionysium me adduxit. In hunc conversus « o Dionysi » inquit « si quis ad te veniret, ut insanum te redderet, hic nonne malo te afficit? » Statim concedebat Dionysius. « Quid igitur » inquit Aristippus « huic tu faceres? » « Pessima sane » respondit. « Quid autem » inquit « si quis veniret prudentem te redditurus, hic nonne beneficio omnino te afficeret? » Hoc quoque concedente Dionysio « atqui » inquit « hic Æschines ex Socratis discipulis venit prudentem te redditurus. Multum igitur tibi proderit. Tu vero si æqua censes quæ mihi roganti concessisti, in Æschinem beneficia conferas. » (2) Tum ego « multum, » inquam « Dionysi, amoris hac commendatione testatus est Aristippus. At nobis non tanta est sapientiæ copia, verum quanta satis sit, ut ne temere ad alios disseramus. » Hæc admiratus Dionysius et Aristippi verba se probare et quæ illi concesisset beneficia in me esse collaturum affirmavit. Hic igitur quum Alcibiadem me recitantem audivissem delectatus, ut vi-

χιβιάδου καὶ ἥσθείς, ὡς ἐφαίνετο, παρεκάλει καὶ εἴ τινες ἄλλοι εἰσὶν ἡμῖν τῶν διαλόγων ἀναπέμψαι. ὑπισχνούμεθα οὖν ταῦτα ἡμεῖς, ὦ ἄνδρε φίλω τε καὶ ἑταίρω, ἀφιξόμεθά τε διὰ ταχέων. ἀναγινώσκοντος δέ μου παρῆν Πλάτων (ὀλίγου δεῖν ἔλαθον γράψαι ὑμῖν), καὶ ἐδόκει αὐτῷ ἰδίᾳ περὶ ἐμοῦ διαλέγεσθαι διὰ τὸν Ἀρίστιππον. (3) ἔφη γάρ μοι, ὡς τοῦ Διονυσίου ἀπηλλάγη, « ὦ Αἰσχίνη, τούτου παρόντος τοῦ ἀνθρώπου » (ἔλεγε τὸν Ἀρίστιππον) « οὐδὲν οὐδαμῇ ἔγωγε ῥᾳδίως ἐθέλω λαλεῖν, Διονύσιος μέντοι μαρτυρήσει μοι ἅτινα ἐγὼ εἶπον περὶ σοῦ. » καὶ ὁ Διονύσιος τῇ ὑστεραίᾳ ἐν τῷ κήπῳ πόλλ' ἄττα ἐμαρτύρει τῷ Πλάτωνι ὡς εἰρηκότι περὶ ἐμοῦ. τῆς μέντοι παιδιᾶς τῆς πρὸς ἀλλήλους (παιδιὰν γὰρ αὐτὸ χρὴ λέγειν) παρεκάλουν αὐτοὺς παύσασθαι, τόν τε Ἀρίστιππον καὶ τὸν Πλάτωνα, διὰ τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς δόξαν· οὐ γὰρ καταγελαστότερον ἔτι ἔχοιμεν ἂν ἄλλ' ἄττα πράττοντες ἢ τοιαῦτα ἐπιδεικνύμενοι.

κδ'. Πλάτωνος.

Οὔπω μὲν εἶχον τούτων τι πέμπειν εἰς Συρακούσας, ὧν ἔφης Ἀρχύταν δεηθῆναι λαβεῖν παρὰ σοῦ, θᾶττον δὲ καὶ οὐ διὰ μακροῦ πέμψομέν σοι. ἐμοὶ δὲ φιλοσοφία οὐχ οἶδ' ὅ τι ποτὲ χρῆμα γέγονεν, ἆρά γε φλαῦρον ἢ καλόν, ὁπότε ἐγὼ μισῶ νῦν συνεῖναι τοῖς πολλοῖς. οἶμαι μὲν οὖν ὡς δικαίως διάκειμαι, ἀμαθαίνουσι δὲ κατ' ἰδέαν πᾶσαν ἀφροσύνης οἵ τε ἰδίᾳ τι πονοῦντες καὶ οἱ τὰ κοινὰ πράττοντες. εἰ δὲ ἀλόγως τοῦτο πάσχω, οὕτω γε ἴσθι, ὅτι μόλις ἂν οὕτως ἐγένετό μοι ζῆν, ἄλλως δὲ οὐκ ἔνι μοι ψυχῆς λαμβάνειν. (2) διὸ δὴ ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπηλλάγην ὥσπερ εἱρκτῆς θηρίων, διατρίβω μέντοι οὐ μακρὰν Ἰφιστιαδῶν· κἀκ τούτων τῶν χωρίων συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν, ὅθεν καθ' ἑαυτὸν καὶ μόνος διεβίου. κινδυνεύω δὲ τυχὸν ἴσως μηδὲ ἐκείνως εὖ λογίζεσθαι. σὺ δὲ ἐκδέχου ὅπως βούλει· ἐμοὶ γὰρ ὧδε τὰ τῆς γνώμης ἔχει, ἄποθεν εἶναι τοῦ ἄστεος εἴς τε νῦν καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον, ὅντινα ἂν ζῆν ὁ θεὸς ἡμῖν διδῷ.

κε'. Τοῦ αὐτοῦ.

Κρῖνις, ᾧ δέδωκα τὴν ἐπιστολήν, ἔστι μὲν πάλαι καὶ σοὶ φίλος, ἐπεὶ δὲ ἡ ἀρχὴ τῆς γνώσεως ἀφ' ἡμῶν γέγονε, καλῶς ἔχειν οἶμαι καὶ νῦν, ὥσπερ ἑτέραν ἀρχὴν ποιούμενος συστάσεως, παρακαλέσαι σε πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτοῦ. τυγχάνει γὰρ βουλόμενος στρατεύεσθαι καὶ πράττειν τι τῶν κατ' ἀξίαν αὐτοῦ. σχεδὸν δὲ βραχὺς ὁ μετὰ ταῦτα λόγος· οὔτε γὰρ ἡμᾶς ἀγνοεῖς πῶς ἔχομεν πρὸς Παράμονον καὶ Κρῖνιν, οὔτε τὸν νεανίσκον ὅτι σώφρων καὶ μέτριος καὶ εἰς πᾶσαν ὁμιλίαν ὡς εἰπεῖν καὶ χρείαν ἀσφαλής.

debatur, si quos alios dialogos haberem, hos ad se mittere iubebat. Nos promisimus, o viri amici atque socii, ideoque brevi sumus redituri. Recitanti mihi adstabat Plato (parum abfuit quin hoc silentio transirem) ac de me privatim cum illo colloqui videbatur propter Aristippum. (3) Nam quum a Dionysio secessisset, « nunquam ego, » inquit, o Æschines, hoc præsente homine » (dicebat Aristippum) « libere loqui soleo : verum de te quid dixerim, testabitur ipse Dionysius. » Ac postero die in horto Dionysius Platonis de me dicta testimonio suo abunde confirmabat. Iocis tamen mutuis (iocus enim res dicenda est) ut finem facerent, Aristippum et Platonem adhortabar propter ipsorum in vulgus diffusam gloriam : non enim ulla in re magis risum moveamus quam si talia præ nobis feramus.

XXIV. Platonis.

Nihil eorum, ut Syracusas mitterem, ad manus fuit, quæ per te Archytam sibi curari velle dicis, mittam tamen, quam primum id fieri poterit. Mihi vero ex philosophia nescio quid acciderit, pravum an bonum, quum ego consuetudinem cum vulgo hominum nunc abhorream. Ac merito quidem ita animatus esse mihi videor quoniam omni stultitiæ genere ineptiunt et qui privata et qui publica obeunt negotia. Sin vero temere hoc patior, hoc scias, vix me ita vivere, alia tamen conditione ducere non posse animam vitalem. (2) Quare ex urbe tanquam bestiarum carcere secessi, domicilio non longe ab Iphistiadis et vicinis locis posito, Timonemque intellexi non homines odisse, sed quum homines non invenisset, bestias amare non potuisse : quapropter secum atque solus vitam degit. Quanquam ne sic quidem fortasse periculum evitavi, ne rebus meis male consulerem. Tu vero, ut visum fuerit, accipies : mihi enim præpositum est vivere longe ab urbe remotum et nunc et per omne tempus, quod ad vivendum mihi deus concesserit.

XXV. Eiusdem.

Crinis, cui litteras tradidi, aperte tibi quoque amicus est, sed quoniam familiaritatis initium a me profectum est, æquum esse existimavi, ut alterum quasi commendationis exordium faciens te ad eum curandum provocarem. Militiam enim sequi cupit, ac rem agere se ipso minime indignam. Reliqua paucis transigere licet : neque enim ignoras, quo simus erga Paramonum et Crinim animo, neque qua adolescens iste prudentia et modestia, quaque in omni conversatione et rebus agendis fide. Aiunt enim de

δεῖν γάρ φασι τεκμαίρεσθαι τὰ μέλλοντα τοῖς γεγονόσι, καὶ μάλιστα τῇ ἰδίᾳ φύσει καὶ προαιρέσει. τοῦτον δὲ πάντες ὁμολογουμένως ἐπαινοῦσιν. ὡς οὖν ὄντος καὶ τοιούτου καὶ ἡμετέρου καὶ σοῦ φίλου πειρῶ τὴν ἐνδεχομένην περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι σπουδήν· ἄξιοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι χάριτος.

κς'. Τοῦ αὐτοῦ.

Πολλάκις ἀναγγέλλοντος τοῦ Ἀθηνοδώρου τὴν ὑμετέραν προαίρεσιν, ἐδοκίμαζον γράψας πρὸς ὑμᾶς ἀσπάσασθαί τε καὶ προσαγορεῦσαι καὶ διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ συνήθειαν ἧς φαίνεσθε μνημονεύειν, καὶ διότι περὶ Διονύσιον ὅμοιοι διαμένετε ταῖς εὐνοίαις. ἤθους γὰρ κρίσιν οὐδεμίαν ἀκριβεστέραν ἡγοῦμαι τῆς ἐν φιλίᾳ βεβαιότητος, ἧς ὑμᾶς αἰσθάνομαι καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμελουμένους. ὡς οὖν καὶ διὰ ταῦτα καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐπιείκειαν ὑμῶν, ἣν πυνθάνομαι πολὺ μᾶλλον νῦν ἢ πρώην, ἀπερχομένου μου πειρᾶσθε καὶ τὸν ὑπόλοιπον χρόνον εἶναι τοιοῦτοι, νομίζοντες ἐλευθεριωτάτην ἐπικαρπίαν εἶναι τῆς τοιαύτης διαθέσεως τὴν παρὰ τῶν εὖ ζώντων εὐφημίαν.

κζ'. Φαῖδρος Πλάτωνι.

Γράφεις μοι ὡς λυπεῖν με μὴ θέλων ἀπεκρύψω ὅτι μέλλεις ἄρα πορρωτέρω ἀποδημεῖν, καὶ αὐτὸς δὲ ἄρχομαι ποθεῖν σε νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον. ἀλλὰ πρὸς Διὸς φιλίου τε καὶ ἑταιρείου, ὦ Πλάτων, καὶ τοῦ εἴτε κατὰ γῆν ἐν εὐσεβῶν χώρῳ ὄντος εἴτε κατ' ἄστρα (ὅπερ καὶ μάλα πείθομαι) Σωκράτους, μὴ περιίδῃς ἡμᾶς ἀπαιδεύτους εἰς τέλεον γενομένους, ἀλλ' ἵνα ἥντινα προκοπὴν ἔσχομεν ἐπ' ἐκείνου τοῦ δαιμονίου ἀνθρώπου, ταύτην σὺ σώσας ἐπί τι ἀγάγῃς τέλος. (2) ἐμοὶ γὰρ ἥδιον φιλοσοφίας οὐδὲν καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων· ἐτιθηνήθην γὰρ ἐκ νέου ἔτι παιδὸς Σωκρατικοῖς ὡς ἂν τις εἴποι βαυκαλήμασιν ἐν παντὶ ἁρμοδίῳ καὶ ἱερῷ τόπῳ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ ἀκαδημείᾳ, τοῦτο δὲ ἐν Λυκείῳ τε καὶ Ἰλισσῷ ὑπὸ τῇ θείᾳ πλατάνῳ ἱσταμένης μεσημβρίας, ἵνα Λυσίας ὁ Κεφάλου τὰ περὶ ἔρωτος διωρθοῦτο. ἐν οὖν τοῖς τοιούτοις χωρίοις περιάγων τε καὶ περιαγόμενος ἀρετῆς τῆς ἀφ' ὑμῶν ἐπιμπλάμην καὶ ἦν ἐπίφθονος Ἀλκιβιάδῃ τε τῷ Κλεινίου καί τισιν ἄλλοις τῶν νέων, οἳ μᾶλλον ἐβούλοντο ἐμοῦ προεδρίας ἀξιοῦσθαι παρ' ὑμῖν τοῖς σοφοῖς, καὶ οὐδέποτέ με καταπροέδοτε, τῷ ὄντι ἐνεθίσαντες φιλοσοφίᾳ, ἧς ἐδίψων εἰς τὸ πάμπαν.

κη'. Πλάτωνι.

Οἱ ἀπ' Αἰγύπτου ἀφικόμενοι ἀγαθοὶ ἄνδρες ἀπήγγελλον ἡμῖν ὅτι τὴν πᾶσαν Αἴγυπτον περισκεψάμενος νῦν διατρίβεις περὶ τὸν Σαϊτικὸν νομὸν λεγόμενον, ἐκπυνθανόμενος τῶν κεῖθι σοφῶν ὅ τι αὐτοῖς φαίνεται περὶ τοῦ σύμπαντος, ὅπως ἐγένετο καὶ ᾧ λόγῳ νῦν

futuris ex præteritis fieri oportere coniecturam, maxime vero ex propria cuique indole et consilio. Hunc vero omnes uno ore laudant. Quum itaque et talis sit et noster amicus tuusque, fac ut quantum poteris curæ in eum impendas: digni enim tales sunt favore.

XXVI. Eiusdem.

Quum sæpe numero de animi vestri sententia certiorem me fecisset Athenodorus, visum est litteris vos salutare atque compellare quum propter consuetudinem mecum habitam, cuius memores etiamnum videmini, tum quod eandem semper Dionysio benevolentiam servatis. Vix enim accuratius mores cuiusquam diiudicari posse existimo, quam ex amicitiæ constantia, in qua tuenda vel ætatem vos superare sentio. Ob hæc igitur et ob reliquam vestram animi moderationem, de qua audio, nunc magis etiam quam antea, quum a vobis discederem, eo enitamini, ut in posterum quoque tales vos præstetis, honestissimum scilicet huius studii præmium existimantes bonam apud bene viventes famam.

XXVII. Phædrus Platoni.

Scribis mihi, quod me nolens mœrore afficere iter a te in remotiora loca suscipiendum reticueris, et ipse quoque per Iovem Olympium tui desiderio iamiam teneor. Sed per Iovem amicalem et socialem, Plato, perque Socratem, sive ille sub terris in piorum agris sit sive, quod maxime mihi persuadeo, inter sidera versetur, noli committere ut institutionis beneficio prorsus careamus, sed fac ut, si quid per divinum illum virum profecimus, hoc conserves et ad finem aliquem perducas. (2) Mihi sane dulcius nihil philosophia et in ea versantibus sermonibus: nam a prima iuventa iam pridem Socraticis lenimentis, quasi nutricum cantiunculis, in omni apto sacroque loco, partim Academia, partim in Lyceo et ad Ilissum sub divina illa platano urgente meridie, ubi Lysias Cephali filius suos de amore commentarios corrigebat, enutritus sum. In eiusmodi igitur locis me circumagens et circumlatus virtute a vobis promanante adimplebar, invidiamque movebam Alcibiadi Cliniæ filio aliisque nonnullis iuvenum, qui apud vos sapientes me cupidius primam sedem affectabant; nec tamen vos me prodidistis, reapse me initiantes philosophiæ, cuius ego ardebam siti flagrantissima.

XXVIII. Platoni.

Qui venerunt ex Ægypto, probi viri, nuntiaverunt nobis, te Ægypto universa perlustrata nunc in Saitica præfectura commorari, ex sapientibus qui illic sunt sciscitantem, quid ipsis videretur de rerum universitate,

τὴν πᾶσαν κίνησιν ἔχει κατά μέρος καὶ κατὰ τὸ ὅλον. δυσκόλως δέ φασιν αὐτοὺς τοῖς Ἕλλησι διαλέγεσθαι, ὅτῳ δήποτε οὖν παθήματι χρωμένους, εἰ μὴ ὅσον Πυθαγόρᾳ ἐκοινώνησαν τοὺς λόγους τοὺς περὶ φύσεως καὶ γεωμετρίας καὶ τοῦ ἀριθμοῦ οἱ περὶ Ἡλιούπολιν. καὶ τούτῳ γε οἶμαι τερατευσαμένῳ αὐτούς, ὥς τινες ἱστοροῦσι (ἐμέμνηντο γὰρ τῶν μύθων τῶν περὶ Πυθαγόραν, ἡνίκα τὰ περὶ Αἴγυπτον διηγοῦντο ἡμῖν, Τίμαιός τε καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος), ἢ καὶ ἄλλως ἐπελθὸν αὐτοῖς οἰκειωθῆναι. (2) εἰ δὲ καὶ σοὶ νῦν, καὶ τὰ οἴκοι Ἀθήνησι πάντα κατὰ θεὸν ἔχει. ἐπίστελλε δὲ ἡμῖν καὶ πάλιν σὺ ὅπως διάκεισαι τοῦ σώματος, ὡς τά γε τῆς ψυχῆς ἑκάστοτε ἴσμεν ὑγιᾶ διά τε φρόνησιν καὶ ἀρετήν. καὶ εἴ του δέοιο τῶν σῶν, γράφε ἡμῖν· τὰ γὰρ ἐμά, ὦ Πλάτων, σά φημι εἶναι δίκῃ ἁπάσῃ, ὥσπερ καὶ Σωκράτους ἦν. σημανεῖς δ' ἡμῖν περὶ τῶν ἐγχωρίων θεαμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα μεγαλουργίας, τομάς τε λίθων εἰς ἄπλετόν τι μέγεθος ἐγηγερμένας καὶ ἐργασίας αὐτῶν ἀνδρεικέλους τε καὶ εἰς τὰ ἄλλα ζῷα ἀπεσχηματισμένας τέχνῃ τε παλαιᾷ καὶ οὐκ εἰς τὸν τρόπον τὸν Ἑλληνικόν, καὶ ἃ τῶν ἄλλων πάλιν τεχνημάτων πολυμόρφων ζῳδίων ἐπιδείκνυται τὴν ἰδίαν φύσιν καὶ ἄσκησιν ἀκεκτονοίαν τῆς ἐπινοίας τῆς ἐν τοῖς γενομένοις. (3) ἄσμενος δ' ἂν καὶ αὐτὸς τῶν πυραμίδων κατεῖδον τὸ μέγεθος καὶ τὴν Μέμφιν, καὶ αὐτήκοος ἐγενόμην τοῦ ἱεροῦ λόγου καὶ τῆς παγκάλης τοῦ Νείλου θέας αἱ διερχομένου δὲ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπισχόμενα τῇ πλημμυρίδι κατὰ τὴν ἑτέραν ὥραν καὶ τὴν εἰς τοὔμπαλιν ἀπόρροιαν αὐτοῦ. ταῦτα γὰρ πάντα εἰς τὸ ἄπιστον λεχθῆναι νομίζω, ἃ παρὰ τοῖς πολλοῖς οὕτω μεγάλα ἐστὶ καὶ ἀξιέραστα τῆς ὄψεως.

quemadmodum fuerit creata et qui fiat ut una sui parte itemque tota motum habeat omnem ratione constitutum. Tradunt autem, non facile illos cum Græcis in sermonem venire, nescio qua ratione adductos, nisi quod sermones de natura et geometria et numero Heliopoli Pythagoræ tradiderunt. Et hunc illi, opinor, monstrosis eius figmentis perculsi, ut nonnulli referunt (fabularum enim quæ de Pythagora traduntur, mentionem fecerunt Ægyptias res nobis exponentes Timæus atque Theodorus Cyrenæus), vel quod forte iis placuerit ita in suam amicitiam admiserunt. (2) Bene autem et tuæ nunc et Atheniensium res omnes domi iuvante deo succedunt. Tu vero rursum quomodo corpore valeas certiores nos fac litteris: nam animo te propter prudentiam et virtutem bene valere probe scimus. Et si qua rerum tuarum indiges, scribe nobis: mea enim, Plato, omni iure tua esse fateor, quemadmodum et erant Socratis. Scribas nobis et de locorum, in quibus commoraris, spectaculis, horumque exponas magnificentiam, saxorum glebas et in immensam molem coniunctas, eorumque formas, sive homines sive alia animalia vetusta arte, nec tamen Græcorum modo referentes, quæque præterea artificia multiformium animalium propriam naturam produnt et exercitium .... .. in repræsentandis rebus inventionis. (3) Libenter et ipse pyramidum adspicerem magnitudinem atque Memphim, et sacrum sermonem auribus perciperem, oculisque perpulchrum Nili spectaculum, qui Ægyptum permeat et æstu suo altera anni tempestate inundat, eiusque fluctus rursum recedentes. Hæc enim omnia supra omnem fidem dicta existimo, quæ multorum iudicio tam magna sunt et adspectu desiderabilia.

κθ'. Ἀρίστιππος τῇ * *.

Ἐκομισάμην παρὰ σοῦ γράμματά μοι πεμφθέντα διὰ τέλους, ἐν οἷς ἐδέου με παραγενέσθαι ὡς τάχιστα εἰς Κυρήνην, λέγουσα οὐκ εὖ σοι ἀπαντᾶσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἐπισκόπων, οὔτε ἱκανὸν εἶναι οἰκονομῆσαι τὸν ἄνδρα αἰδῶ τε ἔχοντα καὶ θορύβων πολιτικῶν ζῆν μακρὰν εἰθισμένον. ἐγὼ δὲ πειρώμενος ὡς ἂν ἀφεθείην ὑπὸ τοῦ Διονυσίου πλεῦσαι πρὸς σέ, ἐμποδὼν μοι τοῦ χρεὼν στάντος ἐν Λιπάραις μαλακῶς ἔσχον, ὅτε δὴ καὶ τοὺς περὶ Σώνικον ἄριστά μοι προσφερομένους ἐνόησα τημελοῦντάς με γνησίως καὶ ὡς ἂν εἰ..... ἀρκεῖταί τις ζῆν τῶν διάθεσιν φιλικήν. (2) περὶ ὧν δὲ ἔκρινας τίνα ἕξεις τιμὴν ὑπ' ἐμοῦ ἠλευθερωμένοις, οἳ καὶ ἔλεγον Ἀριστίππου μὴ ἀποχωρήσειν, ἕως ἂν αὐτοῖς ᾖ δύναμις ἀρέσκειν ἐκείνῳ τε καὶ σοί, πάντ' οὖν αὐτοῖς πίστευε· περιέσται γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς ἐμῆς βιοτῆς μὴ εἶναι κακοῖς. ὑποτίθεμαι δέ σοι τὰ πρὸς ἄρχοντας οἰκονομεῖν, ὥστε τὸ ἐμὸν συμβούλευμα τοῦτο συμφέρον. τοῦτο δὲ ἦν μὴ τοῦ πλείονος ὀριγνᾶσθαι· ῥᾷστα γὰρ ἂν οὕτως ἐξάγοις τὰ κατὰ τὸν βίον,

XXIX. Aristippus ..... filiæ.

Litteras tuas recepi continuo transmissas, quibus me rogasti, ut quam citissime Cyrenen pervenirem, quia nec præfecti bene te haberent, neque maritus præ verecundia sua, quodque longe a civilibus turbis vitam agere consuevisset, idoneus esset ad res domesticas administrandas. Ego vero quum venia a Dionysio impetrata ad te navigare instituissem, naturæ necessitate impeditus in Lipara insula morbo afflictatus sum. Tum etiam sensi Sonicum et familiares mihi deditissimos, qui ingenue me curarunt, ... (2) Iam quod quæris, quem honorem habeas eis, qui a me liberi facti sunt, quique aiebant Aristippum se nunquam deserturos, donec probari possent et illi et tibi, his igitur in rebus omnibus fidem habe: hoc enim habebunt ex mea vivendi ratione, ut nunquam evadant mali. Hortor autem ut cum præfectis quæ agenda sunt sic agas, uti meo quidem consilio profuturum est. Id quod hoc sibi vult, ut ne nimium

ὑπεροπτικὴ παντὸς οὖσα τοῦ πλέονος. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνοι τοσοῦτόν σε ἀδικήσαιεν ἄν, ὥστε σε ἐνδεᾶ γενέσθαι. οἱ δύο μὲν γάρ σοι κῆποι μένουσιν ἱκανοὶ ὄντες καὶ πολυτελεῖ βίῳ, τὸ δ' ἐν τῇ Βερενίκῃ κτῆμα καὶ μόνον καταλειφθὲν πρὸς ἀρίστην διαγωγὴν οὐχ ὑπολείψει. (3) τῶν μικρῶν ὑμᾶς οὐ παρακελεύομαι καταφρονεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μικροῖς ταράττεσθαι ἔνθα οὐδὲ ἐπὶ μεγάλοις καλὸν ἡ ὀργή. εἰ δέ μου διαλυθέντος ὑπὸ τῆς φύσεως ποιῆσαι ἐμὸν βούλημα ζητεῖς, ὡς ὅτι κράτιστα παιδεύσασα τὸν Ἀρίστιππον Ἀθήναζε χώρει, Ξανθίππην τε καὶ Μυρτὼ πρὸ παντὸς ποιουμένη, αἵ με πολλάκις ἐλιπάρουν ἐπὶ μυστήριά σε ἄγειν. τὸ οὖν ἡδὺ βιότευμα μετὰ τούτων ἔχουσα κατάλιπε τοῖς ἐν Κυρήνῃ ἐπισκόποις ὅ τι ποτ' ἂν ἐθέλωσιν ἀδικεῖν (σὲ γὰρ οὐχ εἰς τὸ φυσικὸν τέλος ἀδικήσουσι), πειρῶ δὲ μετὰ Ξανθίππης καὶ Μυρτοῦς ζῆν, ὡς ἐμοὶ φίλον μετὰ Σωκράτους, πλέον διὰ τὴν ἐκείνων φιλίαν σεαυτὴν στέλλουσα· κεῖθι γὰρ τὸ σοβαρὸν οὐκ ἐπιχώριον. (4) εἰ δ' ἔλθοι θᾶττον ἅμα Λαμπροκλῆς εἰς Κυρήνην ὁ Σωκράτους, ὃς ἐν Μεγάροις ὡμίλει μοι, ποιήσεις ἄριστα κοινουμένη τὸν βίον αὐτῷ καὶ μηδὲν διαφορώτερον τοῦ τέκνου τιμῶσα. θῆλυ δὲ τέκνον εἰ μηκέτι τρέφειν βούλει διὰ τὸ πολλάκις ἀνιᾶσθαι ἐπὶ παιδοτροφίᾳ τὸ τῆς Εὐβοΐδος θυγάτριον * *, ὃ δὴ ἐλευθέρως ἦγες, ἐμοί τε χαρίζεσθαι βουλομένης ἐπὶ τῷ τῆς ἐμῆς μητρὸς ὀνόματι· καὶ γὰρ ἐγὼ πολλάκις Μίκαν αὐτὸ προσηγόρευσα. πρὸ παντὸς δὲ ἐπισκήπτω σοι τοῦ μικροῦ Ἀριστίππου ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἄξιος ἡμῶν καὶ φιλοσοφίας· ταύτην γὰρ αὐτῷ καταλείπω τὴν ὄντως κληρονομίαν· τἆλλα μὲν γὰρ τοῦ βίου καὶ τοὺς ἐν Κυρήνῃ ἄρχοντας ἔχει πολεμίους. (5) περὶ φιλοσοφίας δὲ οὐδὲ ἕν μοι γέγραφας, ὅτι ταύτην σού τις ἀφήρηται. μέγα οὖν, ὦ ἀγαθὴ γύναι, χαῖρε ἐπὶ τῷ πλουτεῖν πλοῦτον τὸν ὑπὸ σοὶ κείμενον καὶ κτηματίτην ποίει τούτου τὸν υἱόν, ὃν ἐβουλόμην μὲν αὐτὸς ἤδη ἐμὸν υἱὸν εἶναι· ἐπειδὴ δὲ ἀναλύω μὴ ἐμπλησθεὶς αὐτοῦ, πέποιθα καὶ σοί, διότι τὴν αὐτὴν ἄξεις πορείαν τὴν συνήθη ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. ἔρρωσο καὶ περὶ ἡμῶν μὴ ἀγανάκτει.

cupias : sic enim vitam commodissime transiges, si omne supervacaneum contemnas. Neque enim adeo in te iniusti erunt, ut penitus labores egestate. Duo certe manebunt tibi viridaria, ad vitam vel splendidam agendam sufficientes. Qui autem Berenicæ est fundus vel solus relictus abunde vitæ commoda subministrabit. (3) Non iubeo exiguas res despicere, sed ob exiguas non turbari, ubi ne ob magnas quidem irasci decet. Iam si voles, ubi naturæ cessero, consilium meum exsequi, filio Aristippo quam fieri potest optime instructo Athenas pete, ibique præ omnibus Xanthippen cole atque Myrto, quæ sæpe numero me, ut ad mysteria te adducerem, rogabant. Hoc itaque dulci vitæ modo cum iis utens, præfectis Cyrenæis concede, ut quantum volent iniuste agant : non enim in fine bonorum naturali iniuria te afficient. Conare autem cum Xanthippe atque Myrto ea ratione vivere, qua mihi cum Socrate vivere moris erat, de fastu tuo earum gratia remittens : procul enim hic abest fastus (4) Simul atque vero Lamprocles, Socratis filius, Cyrenen venerit, qui mecum Megaris vivebat, optime feceris, si victus consortem habueris eumque æque atque filium tuum colueris. Filiolam autem si non amplius vis alere ob molestias, quas ex educandis liberis percepisti, filiam Euboidis, quam liberaliter tractasti et meam in gratiam matris meæ nomine appellavisti, nam et ipse sæpius Micam eam nominavi, huic officio adhibe. Ante omnia parvulum Aristippum velim cures, quo nobis dignus evadat et philosophia : hoc enim verum ei relinquo patrimonium. Namque reliquam vitam et præfectos Cyrenæos habet adversarios. (5) De philosophia vero ne verbum quidem scripsisti, quod eam aliquis tibi eripuerit. Summopere igitur, o bona, gaude quas possides divitiis tuis, earumque filium tuum fac participem, quem vellem ipse iam meum esse filium : sed quoniam, antequam eo uti possim, decedendum mihi est, confido te quoque illum ducturam esse ea via, quam boni viri solent ingredi. Vale ac de nobis sollicita esse noli.

λ'. Φιλίππῳ.

Ἀντίπατρος ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν τὸ μὲν γένος ἐστὶ Μάγνης, γράφει δὲ Ἀθήνησι πάλαι τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις, ἀδικεῖσθαι δέ φησιν ὑπό τινος ἐν Μαγνησίᾳ. διάκουσον οὖν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα καὶ βοήθησον ὡς ἂν δύνῃ προθυμότατα. δικαίως δ' ἂν αὐτῷ βοηθοίης διὰ πολλὰ καὶ διότι παρ' ἡμῖν ἀναγνωσθέντος ἐν διατριβῇ τοῦ σοὶ πεμφθέντος ὑπὸ Ἰσοκράτους λόγου τότε τὴν μὲν ὑπόθεσιν ἐπῄνεσε, τὸ δὲ παραλιπεῖν τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑμῶν ἐνεκάλεσε. πειράσομαι δ' αὐτῶν εἰπεῖν ὀλίγας. (2) Ἰσοκράτης μὲν γὰρ οὔτε τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ὑπὸ σοῦ καὶ τῶν σῶν προγόνων

XXX. Philippo.

Antipater, qui hanc fert epistolam, genere Magnes, Athenis iam diu res Græcorum gestas scribit, ait autem iniuria se affici ab aliquo Magnesiæ. Huic igitur benignam præbe aurem et opem fer pro viribus et promptissime. Multis enim nominibus merito ei opem feras, maxime vero quod, quum in familiarium cœtu nostro oratio ad te ab Isocrate missa perlustrata esset, argumentum quidem eius laudavit, sed in Græciam a vobis collata beneficia prætermissa esse reprehendit. Quorum quædam iam, ut potero, in medium proferam. (2) Scilicet Isocrates neque in Græcos a te atque maioribus tuis

δεδήλωκεν, οὔτε τὰς ὑπό τινων κατὰ σοῦ γεγενημένας διαβολὰς λέλυκεν, οὔτε Πλάτωνος ἐν τοῖς πρός σε πεμφθεῖσι λόγοις ἀπέσχηται. καίτοι χρῆν πρῶτον μὲν τὴν ὑπάρχουσαν οἰκειότητα πρὸς τὴν ἡμετέραν πόλιν αὐτὸν μὴ λαθεῖν, ἀλλὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς ἀπὸ σοῦ γενομένοις φανεράν· Ἡρακλῆς γάρ, ὄντος νόμου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι, βουληθεὶς μυεῖσθαι γίνεται Πυλίου θετὸς υἱός. (3) τούτου δὲ ὄντος τοιούτου τοὺς λόγους ἐξῆν Ἰσοκράτει λέγειν ὡς πρὸς πολίτην, ἐπειδὴ τὸ γένος ὑμῶν ἐστὶν ἀφ' Ἡρακλέους, μετὰ δὲ ταῦτα τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ σοῦ προγόνου καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν. νυνὶ δὲ ὥσπερ ἀπορρήτους συμφορὰς κατασεσιώπηκεν· Ξέρξου γὰρ πρέσβεις ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πέμψαντος γῆν καὶ ὕδωρ αἰτήσοντας Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν πρέσβεις ἀπέκτεινεν, ὕστερον δὲ στασιαζόντων τῶν βαρβάρων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ἡμέτερον Ἡράκλειον ἀπήντησαν, Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν Ἀλεύου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. (4) καίτοι τούτων χρὴ μὴ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάστην μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν ταῖς τέχναις ἀποφαινόμενον ἐκ τοῦ τῶν προγόνων ἐπαίνου εὔνους δεῖν ποιῆσαι τοὺς ἀκροατάς. προσῆκε δὲ καὶ τὴν Πλαταιᾶσιν ἐπὶ Μαρδονίου γενομένην δηλῶσαι καὶ τὰς ἑξῆς τοσαύτας τῶν σῶν προγόνων εὐεργεσίας· οὕτω γὰρ ἂν ὁ περὶ σοῦ γραφεὶς λόγος τῆς παρὰ τῶν Ἑλλήνων εὐνοίας ἔτυχε μᾶλλον ἢ μηδὲν ἀγαθὸν περὶ τῆς ὑμετέρας βασιλείας εἰπόντος. ἦν δὲ καὶ τὰ παλαιὰ διαλεχθῆναι τῆς Ἰσοκράτους ἡλικίας, τὸ δὲ εὐθαλῶς, ὥς φησιν αὐτός, ἀνθούσης τῆς διανοίας. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς διαβολὰς ἐνῆν λῦσαι τὰς τὸ πλεῖστον ὑπ' Ὀλυνθίων γινομένας. (5) τίς γὰρ ἂν οὕτως εὐήθη σε νομίσειεν, ὥστε σοι πολεμούντων Ἰλλυριῶν καὶ Θρακῶν, ἔτι δὲ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, πόλεμον πρὸς Ὀλυνθίους ἐξενεγκεῖν; ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐν ἐπιστολῇ πρὸς σὲ μηκυντέον, ἃ δέ ἐστιν οὐκ ἐμποδὼν τοῖς τυχοῦσιν εἰπεῖν, ἐκ πολλοῦ τε χρόνου τοῖς πᾶσι κατασεσιώπηται, συμφέρει δέ σοι πυθέσθαι, ταῦτά μοι δοκεῖ φράσειν καὶ τούτων ἀξιώσειν εὐαγγελίᾳ δικαίαν χάριν Ἀντιπάτρῳ παρὰ σοῦ δοθῆναι. περὶ γὰρ τῆς γινομένης Ὀλυνθίοις χώρας, ὡς ἔστι τὸ παλαιὸν Ἡρακλειδῶν ἀλλ' οὐ Χαλκιδέων, ὁ φέρων τὴν ἐπιστολὴν μόνος καὶ πρῶτος ἀξιοπίστους μύθους εἴρηκε. (6) τὸν αὐτὸν γάρ φησι τρόπον Νηλέα μὲν ἐν Μεσσήνῃ, Συλέα δὲ περὶ τὸν Ἀμφιπολιτικὸν τόπον ὑφ' Ἡρακλέους ὑβριστὰς ὄντας ἀπολέσθαι, καὶ δοθῆναι παρακαταθήκην φυλάττειν Νέστορι μὲν τῷ Νηλέως Μεσσήνην, Δικαίῳ δὲ τῷ Νηλέως ἀδελφῷ τὴν Φυλλίδα χώραν, καὶ Μεσσήνην μὲν ὕστερον πολλαῖς γενεαῖς Κρεσφόντην κομίσασθαι, τὴν δὲ Ἀμφιπολῖτιν Ἡρακλειδῶν οὖσαν Ἀθηναίους καὶ Χαλκιδεῖς λαβεῖν. ὡς δ' αὔτως ὑφ' Ἡρακλέους ἀναιρε-

collata beneficia exposuit, neque probra a nonnullis in te coniecta diluit, neque a Platone in scriptione ad te data criminando se continuit. Atqui primum, quæ tibi cum nostra civitate intercedit necessitudo non celanda erat, sed posteris etiam tuis aperta facienda. Hercules enim, quum lege pridem prohibitum esset peregrinum quenquam initiari, initiari cupiens adoptatus est a Pylio. (3) Quod quum ita sit, ad te velut civem orationem convertere poterat Isocrates, quoniam ab Hercule deducis genus, deinde Alexandri, proavi tui, et reliquorum in Græciam collata beneficia enarrare : nihilominus vero tanquam infanda mala silentio transiit. Xerxis enim legatos in Græciam missos, qui terram et aquam poscerent, Alexander interfecit, deinde vero tumultuantibus barbaris Græci ad nostrum Heracleum convenere, quumque Alexander Aleuadarum Thessalorumque proditionem Græcis indicasset, per ipsum Græci redeuntes conservati sunt. (4) Quorum beneficiorum non solum Herodotum et Damasten memores esse oportebat, sed eum etiam, qui in arte sua rhetorica e maiorum laude auditorum benevolentiam oratori esse conciliandam præcipit. Verum et quod præsente Mardonio Platæis factum est et reliqua præterea maiorum tuorum beneficia enarranda erant. Sic enim scripta de te oratio Græcorum animos ad benevolentiam allexisset magis quam si nihil boni de vestro regno proferat. Ad hoc antiquarum quoque rerum enarratio ab Isocratis ætate haud aliena erat, præsertim quum, ut ait ipse, animo vigeret. At et criminationes refellere poterat, quæ ab Olynthiis maxime inferuntur. (5) Quis enim tam stultum te existimet, ut, dum Illyrii atque Thraces, prætereaque Athenienses et Lacedæmonii aliique Græci atque barbari tecum pugnent, Olynthiis te bellum inferre credat? sed de his pluribus in epistola ad te data agere non decet. Quæ vero in promptu non solent esse oratoribus, ac diu iam ab omnibus silentio occultantur, tua autem scire interest, hæc iam exponam et hoc pro bono nuntio ut meritam Antipatro gratiam referas rogo. Scilicet terram, quam tenent Olynthii, antiquis temporibus Heraclidarum, nec vero Chalcidensium fuisse, ipse, qui fert epistolam, solus atque primus fabulis fide dignis comprobavit. (6) Eadem enim ratione tradit Neleum apud Messenios, Syleum in regione Amphipolitana ab Hercule ut iniurios esse trucidatos ac loco depositi datam ad conservandum Nestori, Nelei filio, Messenen, Dicæo, Sylei fratri, Phyllidem regionem, et Messenen quidem multis ætatibus post ad Cresphontem pervenisse, Amphipolitidem autem, quæ Heraclidarum esset, Athenienses atque Chalcidenses occupasse. Eodem modo ab

Τούτους ἑλίττων τοὺς λογισμοὺς ὁρῶ τοὺς στρατιώτας ἅπαντας ἐσπασμένους τὰς μαχαίρας, καὶ πυθόμενος ἐμάνθανον παρ' αὐτῶν ὡς καλὸν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὄντας ἔτι πρὸς τὸν ἀέρα τὴν ψυχὴν ἐρυγεῖν, ἀλλὰ μὴ πρὸς κῦμα χανόντας. τούτους αὐτοφυεῖς Ὁμηρίδας ἐνόμισα καὶ ἐθέμην τῷ δόγματι. εἶτα κηρύττει τις ἐξαρτᾶσθαι χρυσίον οἷς ἐστί· καὶ οἷς ἦν ἐξήρτητο, καὶ χρυσίον καὶ ὅ τι ἄξιον χρυσίου. καὶ αἱ γυναῖκες αὐταί τε ἐσκευάζοντο καὶ τοῖς δεο- b μένοις ἀρπεδόνας διένεμον, πάλαι καταδεδειγμένον τοῦτο ποιεῖν, νοῦν δὲ ἔχει τοιοῦτον. φέρειν δεῖ τιμὴν ἐντάφιον τὸν ἐκ ναυαγίου νεκρόν. ὁ γὰρ προστυχὼν καὶ κερδάνας νόμους Ἀδραστείας αἰδέσεται, μὴ οὐχὶ μικρόν τι μέρος ἀποδάσασθαι τῷ χαρισαμένῳ τὸ πολλαπλάσιον. καὶ οἱ μὲν ἦσαν πρὸς τούτοις, ἐγὼ δὲ παρακαθήμενος τὸ παλαμναῖον βαλάντιον, τὴν παρακαταθήκην τοῦ ξένου, ἔκλαον, ὡς οἶδεν ὁ Ξένιος, οὐκ εἰ τεθνηξοίμην, ἀλλ' εἰ ὁ Θρᾷξ ἀποστερήσοιτο τῶν χρημάτων, ὃν καὶ ἀποθανὼν ἂν ᾐσχυνόμην. ἐνταῦθα c μέν γε τὸ ἐξαπολωλέναι κέρδος ἦν καὶ συναπολωλέναι καὶ ἀποδρᾶναι τὴν αἴσθησιν. ὃ δὲ ἐποίει παρὰ πόδας τὸν κίνδυνον, οὐχ ἕτερον ἦν ἀλλ' ὅτι πᾶσιν ἱστίοις ἡ ναῦς ἐφέρετο, ὑποτεμέσθαι δὲ οὐκ ἦν, ἀλλὰ πολλάκις ἐπιχειρήσαντες τοῖς καλωδίοις ἀπηγορεύκειμεν, τῶν τροχῶν ἐνδακόντων, καὶ ὑφώρμει δέος οὐκ ἔλαττον, εἰ καὶ διαγενοίμεθα ἐκ τοῦ κλύδωνος, οὕτως ἔχοντας ἐν νυκτὶ πελάζειν τῇ γῇ. φθάνει δὲ ἡμέρα, καὶ ὁρῶμεν τὸν ἥλιον ὡς οὐκ οἶδ' εἴ ποτε ἥδιον. τὸ δὲ d πνεῦμα ῥᾷον ἐγίνετο τῆς ἀλέας ἐπιδιδούσης, καὶ ἡ δρόσος ἐξισταμένη παρεῖχεν ἡμῖν κεχρῆσθαι τοῖς καλωδίοις καὶ τὸ ἱστίον μεταχειρίζεσθαι. ὑπαλλάττειν μὲν οὖν ἱστίον ἕτερον νόθον οὐκ εἴχομεν, ἠνεχυρίαστο γάρ· ἀνελαμβάνομεν δὲ αὐτὸ καθάπερ τῶν χιτώνων τοὺς κόλπους, καὶ πρὶν ὥρας εἶναι τέτταρας, ἀποβαίνομεν οἱ τὸ τεθνάναι προσδοκήσαντες ἐν ἐσχατιᾷ τινὶ πανερήμῳ καὶ οὔτε πόλιν οὔτε ἀγρὸν ἐχούσῃ γείτονα, σταδίους ἑκατόν που πρὸς τοῖς τριάκοντα κατόπιν ἀγροῦ. ἡ μὲν οὖν ναῦς ἐσάλευεν ἐπὶ μετεώρου (λιμὴν γὰρ ὁ τόπος οὐκ (164) ἦν) καὶ ἐσάλευεν ἐπ' ἀγ- a κύρας μιᾶς· ἡ ἑτέρα γὰρ ἀπημπόλητο, τρίτην δὲ ἄγκυραν Ἀμάραντος οὐκ ἐκτήσατο. ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ

illud Homericum turrebat, ne forte verum esset, mortem in aquis præfocatorum etiam animæ esse ipsius interitum. Ait enim alicubi,

interiit salsis epotis fluctibus Aiax,

ut letum, quod in mari accidit, summum omnium exitium esse significet. Idcirco neminem interiisse ait, sed unusquisque *moriens delapsus ad Orcum est.* Ac propterea in duabus inferiis minor Aiax nusquam toto dramate inducitur, quasi apud inferos eius anima non esset. Quin etiam Achilles ille fortissimus et in (163) periculis subeundis audacissimus, mortem nihilominus in aquis perhorrescit, quam exitialem etiam nuncupat.

Hæc cum animo meo revolvens, ecce tibi milites omnes strictis gladiis astare video, ac sciscitatus ab illis audio, optimum esse, quamdiu in foris adhuc stant, animam in aerem profundere, non in fluctus, oscitantes. Hos ego sponte factos ac nativos Homeri sectatores arbitrabar, eique sententiæ favebam. Tum proclamatum est a quopiam, suspenderent e collo, quibuscunque auri aliquid esset. Quibus erat, suspensum est, non aurum modo, sed quidquid auro æstimari poterat. Mulieres cum ipsæ adornabant sese, tum funiculos iis quibus opus erat distribuebant, pridem ad id faciendum edoctis omnibus. Huius autem rei gratia sit: sepulturæ pretium conferri a naufragis convenit. Qui enim in eos inciderit et id lucri fecerit, Adrastiæ leges verebitur, ne non exiguam ei partem aspergat, qui tanto plura largitus fuerit. Atque illi quidem iis rebus occupabantur, at ego sedens infelix illud marsupium, depositum hospitis, deflebam. Novit hospitum præses deus, non quod moriendum mihi esset, sed quod concreditis pecuniis Thrax ille defraudandus, quem vel mortuus erubescerem. Hic igitur et emori lucrum erat et simul emori et moriendi sensum effugere. Quod vero discrimen adeo in proximo faciebat, nihil erat aliud quam quod passis velis navigium ferebatur. Contrahere autem non licebat. Nam cum sæpius rudentes aggrederemur, fatigati eramus, mordacibus retinentibus trochleis; nec levior angebat metus, ne vel e tempestate emersi ita comparatis omnibus per noctem ad litus appelleremus. Commodum interea dies exoritur, solemque conspicimus haud scio an unquam in vita iucundius. Remittere deinceps tepore crescente ventus incepit, atque ita siccato rore paulatim moliri rudentes ac vela tractare permissum est. Cæterum subdititium alterius loco velum supponere minime potuimus; nam oppigneratum erat. Refecimus ergo istud ipsum, perinde ac tunicarum sinus: ac citra horas quatuor qui morituros esse nos hactenus putabamus ad desertam quamdam solitudinem appellimus, cui neque ager in propinquo neque oppidum fuit, centum enim fere et triginta ab agro stadiis erat dissita. Ac navis quidem in alto fluctuabat (nam locus ille importuosus erat), et una (164) in ancora fluctuabat: altera enim erat distracta: tertiam porro anchoram Amarantus non habuit.

τῆς φιλτάτης ἡψάμεθα γῆς, περιεβάλομεν ὥσπερ ἔμψυχον οὖσαν μητέρα, καὶ ἀποθύσαντες ὕμνους τῷ θεῷ χαριστηρίους ὥσπερ εἰώθειμεν, προσεθήκαμεν αὐτοῖς καὶ τὴν ἔναγχος τύχην ὑφ' ἧς παρὰ δόξαν ἐσώθημεν, δύο ἑξῆς ἐπιμείναντες ἡμέρας, ἕως ἂν ἀφυβρίσῃ τὸ πέλαγος. ἐπεὶ δὲ ἄπορον ἦν ὁδῷ χρήσασθαι, μηδενὸς ἀνθρώπων ὁρωμένου, πάλιν ἐπετολμήσαμεν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἄραντες εὐθὺς ἀρχομένης ἡμέρας ἐπλέομεν ἐκ πρύμνης ἀνέμῳ πᾶσαν αὐτὴν καὶ τὴν b ἐπιγινομένην ἡμέραν, ἧς ἤδη ληγούσης τὸ πνεῦμα ἀπέλιπεν ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ἠνιάθημεν. ἐμέλλομεν δὲ ἄρα ποθήσειν γαλήνην. ἦν μὲν οὖν τρισκαιδεκάτη φθίνοντος, ἐπῃωρημένου δὲ τοσούτου κινδύνου, μελλούσης εἰς ταὐτὸ συνδραμεῖσθαι τῆς τε συνόδου τῶν ἄστρων καὶ τῶν πολυθρυλήτων τυχαίων, ἃ μηδείς ποτέ φασι πλέων ἐθάρσησε, καὶ δέον ἡμᾶς ἐλλιμενίζειν, οἱ δ' ἐλελήθειμεν αὖθις ἀναδεδραμηκότες ἐπὶ τὸ πέλαγος. ἡ δὲ στάσις ἤρξατο μὲν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν πνευμάτων, καὶ ὗσέ γε πολλὰ κατὰ τὴν συνοδικὴν c νύκτα. ἔπειτα ἠκόσμει τὰ πνεύματα, καὶ ἡ θάλαττα μυκεῶν ἐγεγόνει. τὰ δὲ περὶ ἡμᾶς, οἷα εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις, ἵνα μὴ πάθῃ παραπλήσια δὶς ἀφηγώμεθα, ὤνησέ τι τὸ μέγεθος τοῦ χειμῶνος. τὸ κέρας ἐτετρίγει, καὶ ἡμεῖς ᾠόμεθα προτονίζειν τὴν ναῦν. εἶτα κατεαγὸς μέσον ἐγγὺς μὲν ἦλθεν ἀπολέσαι πάντας ἡμᾶς· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀπώλεσεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ περιέσωσεν· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως ἐνέγκαι τὴν βίαν τοῦ πνεύματος, πάλιν δὲ δυσπειθὲς ἦν τὸ ἱστίον καὶ d οὐκ εὔτροχον εἰς καθαίρεσιν. οὕτως οὖν παρὰ δόξαν ἀποφορτισάμενοι τὴν ἀπληστίαν τῆς βιαίας φορᾶς ἡμέραν ἑξῆς καὶ νύκτα ἠνέχθημεν, ἧς ἤδη περὶ δευτέραν οὔσης ὀρνίθων ᾠδήν, ἐλάθομεν ἐγχρίμψαντες ἀκαρῆ πέτρᾳ προβεβλημένῃ τῆς γῆς ὅσον εἶναι βραχεῖαν χερρόνησον. βοῆς δὲ γενομένης ἐπειδή τις παρηγγύησεν αὐτῇ γῇ πελάσαι, θροῦς ἤρθη πολὺς καὶ ἥκιστα ξύμφωνος, τῶν μὲν ναυτῶν πεφρικότων, ἡμῶν δὲ ἐξ ἀπειρίας τὼ χεῖρ' ἐπικροτούντων, καὶ περιβαλλόντων ἀλλήλους καὶ οὐκ ἐχόντων ὅπως χρησώμεθα τῷ πλήθει τῆς χαρᾶς. ἐλέγετο δὲ ὁ μέγιστος (165) αὐτὸς a εἶναι τῶν περιστάντων ἡμᾶς κινδύνων. ἤδη δὲ ὑποφαινομένης ἡμέρας κατασείει τις ἄνθρωπος χωριτικῶς ἐσταλμένος, καὶ δείκνυσι τῇ χειρὶ τόπους ὑπόπτους καὶ ἑτέρους οὓς ἔδει θαρρῆσαι. καὶ τέλος ἧκεν ἐπὶ κελητίου δισκάλμου, ὅπερ ἐξάψας τοῦ πλοίου μεταχειρίζεται τὸ πηδάλιον, ὁ δὲ Σύρος ἄσμενος ἐξέστη τῆς προεδρίας. ἀναλύσας δὲ σταδίους οὐ πλεῖν ἢ πεντήκοντα τήν τε ναῦν ἐνορμίζει λιμενισκίῳ χαρίεντι (Ἀζάριον οἶμαι καλοῦσιν αὐτό), καὶ ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ᾐόνος ἀπεβίβασε, σωτὴρ καὶ δαίμων ἀγαθὸς ἀποκαλούμενος. καὶ μετὰ μικρὸν ἑτέραν ὁλκάδα εἰσήλασε, b καὶ πάλιν ἄλλην, καὶ πρὶν ἑσπέραν εἶναι, πέντε γεγόναμεν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου πρεσβύτου περισωθεῖσαι φορτίδες, πρᾶγμα ἐναντιώτατον τῷ Ναυπλίῳ ποιοῦντος· καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἐκεῖνος τοὺς ἀπὸ χειμῶ-

Itaque simul optatissimam tellurem attigimus, amplecti veluti spirantem matrem cœpimus, hymnosque deo gratulatorios de more concinentes adiecimus et recentem illum casum, e quo præter opinionem servati fuimus, biduum in eo loco commorati, dum mare desæviret. Sed cum iter facere nusquam possemus, nemine comparente mortalium, rursum mari nos commisimus, statimque prima luce solventes, secundo vento tota illa et insequenti die navigavimus; qua inclinante, una et flatus defecit, magnoque in mœrore fuimus. Optari vero a nobis denuo tranquillitatem oportebat. Erat tunc exeuntis mensis tertius decimus dies. Tanto autem impendente discrimine, cum in idem siderum coitus et famosa illa..... concursura essent, quibus, ut aiunt, nemo securus unquam se mari commisit, cumque in portu consistere oporteret, imprudentes rursum in altum evecti sumus. Ipsa porro tempestas a septentrionalibus ventis initium habuit, plurimumque ea interlunii nocte pluit; tum venti perbacchari ac misceri ex imo mare cœpit. Quod ad nos attinet, ita nos habebamus, ut in talibus usu venire solet, ne bis eosdem casus recenseam. Ac tum ipsa nonnihil tempestatis magnitudo profuit. Itaque primum ex antenna fragor auditus est. Cumque intentis rudentibus firmare navem institissemus, subinde media illa confracta prope nobis omnibus exitio fuit. Sed cum exitio non fuisset, hoc ipsum nobis salutem attulit. Neque enim alio modo ventorum vis sustineri poterat. Rursum autem tractatu difficile velum erat, nec ad contrahendum volubile. Hunc fere in modum, imminuto præter opinionem violentioris cursus impetu, diem noctemque continuo ferebamur. Eadem nocte, secundo circiter gallicinio, subinde ad prominentem quamdam e terra rupem, quæ brevem cherronesum faciebat, nec opinato navem appulimus. Ad hoc clamore sublato, cum propius terram subire nos quidam admoneret, ingens coorta vociferatio est minimeque consentiens, nautis quidem horrescentibus, nobis vero præ inscitia manus applaudentibus et invicem complexis, neque gaudii magnitudinem animo capientibus. Aiebant summum (165) hoc omnium quæ hactenus contigerant fuisse discrimen. Cum iam diluxisset, homo quidam rustico habitu nobis innuit, manuque infida loca demonstrat et alia quibus nos tuto committere possemus. Tandem et ipse binorum scalmorum celoce est advectus, qua ad navem alligata gubernaculum accipit, nec ægre Syrus hoc illi honore cessit. Qui cum non plura quinquaginta stadiis relegisset, navem vix ad exiguum quemdam, sed amœnum portum appellit (Azarium opinor vocant), et nos ad littus exponit, servator ac genius bonus ore omnium acclamatus. Brevique postea eodem actuariam subduxit ac rursus aliam. Ita ante vesperam quinque fuimus ab divino illo sene servatæ onerariæ naves, contra quam Nauplius quondam ille fecit; neque enim similiter ab tempestate ille iactatos excepit. Postridie alii delati sunt, inter quos nonnulli uno ante nos die Alexandria

νος ἐδέξατο. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἄλλοι κατῆραν, ὧν ἔνιοι τῶν προλαβόντων ἡμᾶς ἦσαν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἡμέραν. καὶ νῦν ὁλόκληρός ἐσμεν στόλος ἐν νεωρίῳ μικρῷ. ἐπεὶ δὲ ἡμῖν ἤδη καὶ τὰ ἐφόδια κατεδήδοτο (οὐ γὰρ ὄντες ἐθάδες ἀτυχεῖν οὐδ' ἐλπίσαντες ἂν ὑπερήμεροι γενέσθαι μέτριά γε ἐνετιθέμεθα, καὶ c οὐδὲ τούτοις μετρίως ἐχρώμεθα), ὁ πρεσβύτης καὶ τοῦτο ἠκέσατο, δοὺς μὲν οὐδέν (οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅμοιος ἦν ἔχοντι), δείξας δὲ πέτρας, ἐν αἷς ἄριστον ἔφη καὶ δεῖπνον ἑκάστης ἡμέρας κεκρύφθαι τοῖς βουλομένοις πονεῖν. ἐντεῦθεν ἰχθυώμενοι ζῶμεν ἡμέραν ἑβδόμην ἤδη, οἱ μὲν ἐντελεῖς μυραίνας τε καὶ καράβους εὐμεγέθεις αἱροῦντες, τὰ δὲ μειράκια κωβιοὺς εὐτυχεῖ καὶ ἰούλους. ἐγὼ δὲ καὶ ὁ θρησκευτὴς ὁ Ῥωμαῖος ἐπὶ ταῖς λεπάσι ῥωννύμεθα. ἡ δὲ λεπὰς ὄστρεόν ἐστι κοῖλον, ὅπερ ἐπειδὰν ἐπιλάβηται πέτρας, ἀπισχυρίζεται. d τὰ μὲν οὖν πρῶτα γλίσχρως ἐζῶμεν ἀπὸ τῆς θήρας, περιεχόμενος ἕκαστος ὅτου καὶ λάβοιτο, ἐδίδου δὲ δῶρα οὐδεὶς οὐδενί· νυνὶ δὲ ἐν ἀφθονωτέροις ἅπαντες ἀπὸ τοιᾶσδε αἰτίας. αἱ γυναῖκες ταῖς γυναιξίν, αἱ Λίβυσσαι ταῖς πλεούσαις, βούλοιντο μεντἂν καὶ τὸ ὀρνίθων γάλα παρασχεῖν. παρέχουσι γοῦν ὅσα αὐταῖς ἀήρ τε φέρει καὶ γῆ, τυρούς, ἄλευρα, πέμματα ἐκ κριθῶν, κρέα ἄρνεια, ἀλεκτορίδας, ᾠὰ ἀλεκτόρεια. ἤδη δέ τις καὶ ὠτίδα ἔδωκεν, ὄρνεον ἐκτόπως ἡδύ· ἰδὼν ἂν ἄγροικος ἐπείποι ταῶν. (166) αὗται δὴ κα- a τακομίζουσιν ἐπὶ τὴν ναῦν τὰ δῶρα, αἱ δὲ δεχόμεναι κοινοῦνται τοῖς βουλομένοις. οἱ δὲ ἡμῖν ἤδη τὰ ἀπὸ τῆς θήρας δωροῦνται, καὶ ἥκει τις ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, παῖς ἐπ' ἀνδρὶ καὶ ἀνὴρ ἐπὶ παιδί, φέρων ἀεί τί μοι ξένιον, ὁ μὲν ἠγκιστρωμένον ἰχθύδιον, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι, πάντως ἕν γέ τι ἀγαθὸν ὧν φέρουσι πέτραι. ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστι βουλομένῳ τὰ παρὰ τῶν γυναικῶν δέχεσθαι, σὴν χάριν καὶ τοῦτο, ἵνα μή τις ἐκεχειρία μοι πρὸς αὐτὰς γένηται, κᾆτα ἐπειδὰν ἐξόμνυσθαι δέῃ, διαποροίην ἀρνούμενος. ἐπεὶ τί ἐκώλυε τό γε ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδείοις τρυφᾶν; οὕτω πολλὰ πολλαχόθεν b συρρεῖ. σὺ μὲν οὖν ἀρετὴν λογιῇ τὴν φιλοφροσύνην τῶν ἐγχωρίων ἣν εἰς τὰς ἐπιξενουμένας ἐνδείκνυνται· τὸ δὲ ἑτεροῖόν ἐστιν, οἷον ἄξιον εἶναι καὶ διηγήσασθαι, καὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς νῦν ἐμοὶ παρούσης σχολῆς. μήνιμα Ἀφροδίτης, ὡς εἰκάσαι, κατέχει τὴν χώραν· δυστυχοῦσι γὰρ ὅπερ αἱ Λήμνιαι. καὶ γὰρ ὑπερμαζῶσι καὶ ἀσυμμέτρως ἔχουσι τῶν στέρνων, ὥστε τὰ βρέφη μὴ διὰ μάλης ἀλλὰ διὰ τῶν ὤμων σπᾶν τῆς θηλῆς ἀναβεβλημένης. εἰ μή τις εἴποι τὸν Ἄμμωνα καὶ τὴν Ἄμμωνος γῆν οὐ μᾶλλον εἶναι μηλοτρόφον ἢ κουροτρόφον ἀγαθήν, ἀνεῖναι δὲ τὴν φύσιν ἀνθρώποις ὁμοίως c καὶ κτήνεσι δαψιλεστέρας καὶ ἀδροτέρας τὰς τοῦ γάλακτος πίδακας, καὶ εἰς τοῦτο δεῖν ἀδροτέρων οὐθάτων τε καὶ θυλάκων. μανθάνουσαι δὴ παρὰ τῶν ἀνδρῶν, οἷστισι συμβόλαιον γέγονε πρὸς ἄνθρωπον ὑπερόριον, ὅτι μὴ πᾶν τὸ θῆλυ τοιοῦτόν ἐστιν, ἀπιστοῦσι· καὶ ἐπειδὰν λάβωνται γυναικὸς ξένης, φιλοφρονοῦνται καὶ

solverant. Nunc iusta classis sumus in angusta admodum statione. Sed cum iam cibaria defecissent (quippe nondum eiusmodi casibus assueti, nec nos præstitutum tempus excessuros rati, modicos commeatus imposueramus, nec iis modice tamen utebamur), huic malo remedium idem ille senex adhibuit, non ut erogaret aliquid (nam nec alioquin habenti similis erat) sed scopulos indicans, inter quos latitare prandium iis cœnamque dixit qui laborare vellent. Inde nos piscatu septimum iam diem vitam toleramus; robustiores murænas et locustas ingentes capiunt, adolescentes gobiorum et iulorum copia beatos se putant, ego vero et Romanus ille monachus conchis, quas lepadas vocant, corpus firmamus. Est autem lepas ostreum concavum, quod ubi saxum apprehenderit, adhærescit. Atque initio sane eo venatu parce admodum vivebamus, cum quod quisque cepisset, id sibi cupide retineret, nec alteri quidquam alter impertiretur. Nunc maiori omnes in copia versamur, quod ea de causa contigit. Mulieres Libycæ mulieribus quæ nobiscum navigant vel gallinarum lac libenter præbuerint. Præbent vero quidquid cœlo illo terraque gignitur, caseum, farinam, liba hordeacea, vervecinas carnes, gallinas, ova gallinacea. Iam et otidem nonnulla obtulit, avem suavitate imprimis exquisitam: quam si quis rusticus videat, pavonem esse dixerit. (166) Illæ igitur id genus munuscula ad naves deferunt, eæ vero quæ acceperint cum omnibus communicant. Quin etiam de venatu suo iam nobis offerunt aliusque super alium venit, super virum puer, super puerum vir, munus ad me identidem aliquod ferens: hic hamo captum pisciculum, alius aliud: omnino boni saltem aliquid ex iis quæ in saxis inveniuntur. Neque enim libet mihi a mulieribus quidquam accipere, tuaque hoc ipsum causa, ne cum iis fœdus ullum habeam, ut postea, cum id iureiurando inficiandum erit, in negando hæream. Alioqui quid præsentibus uti deliciis prohibet? adeo multa undique circumfluunt. Ac tu quidem virtuti hanc incolarum liberalitatem tribues, quam in hospites præ se ferunt; hoc autem longe aliud est, quod nec memoratu indignum fuerit, in tanta præsertim otii copia. Veneris ira, quantum conici potest, in ea regione versatur. Parem certe cum Lemniadibus calamitatem experiuntur. Mammæ feminis supra modum assurgunt, nec earum proportione sunt pectora, adeo ut infantes non per axillam, sed ex humeris sublatam papillam exsugant. Nisi forte dixerit quispiam Hammonem et Hammonis terram non magis ovium quam puerorum nutricem esse; commodam proinde hominibus iuxta ac pecudibus largiores et ampliores lactis fontes a natura esse datos, ad idque capaciora ubera seu vasa necessaria fuisse. Itaque quando de viris audiunt, quibus aliquod cum externis commercium fuit, non eam esse universi sexus conditionem, haud temere fidem adhibent; simul vero ac peregrinam in mulierem inciderint, humaniter excipiunt, nihilque non faciunt donec sinum perscru-

πάντα δρῶσιν, ἔστ' ἂν τὰς ἀγκάλας διερευνήσωνται. ἡ δὲ ἰδοῦσα λέγει πρὸς ἄλλην, καὶ καλοῦσιν ἀλλήλας d ὥσπερ οἱ Κίκονες· αἳ δὲ συμφοιτῶσιν ἐπὶ τὴν θέαν, κἀπὶ τούτῳ δωροφοροῦσιν. ἡμῖν δὲ ἦν τι καὶ τῶν ἐκ τοῦ Πόντου θεραπαινίδιον, ὃ συνελθοῦσαι τέχνη καὶ φύσις ὑπὲρ τοὺς μύρμηκας ἔντομον ἔδειξαν. ἀμφὶ τοῦτο ἦν ἅπασα σπουδή, καὶ τοῦτο παρὰ τῶν γυναικῶν ἐνεπορεύετο, καὶ μετεπέμποντο αὐτὸ πρότριτα ἄλλη παρ' ἄλλης γυναῖκες τῶν ἀγρογειτόνων εὐδαίμονες· τὸ δὲ οὕτω τι σφόδρα ἰταμὸν ἦν ὥστε καὶ ἀποδύσασθαι. τοῦτό σοι δρᾶμα ἐκ τραγικοῦ κωμικὸν ὅ τε δαίμων ἡμῖν ἐνήρμοσε (167) κἀγὼ τοῖς πρὸς σὲ γράμμασι. καὶ οἶδα a μὲν ἐκτείνας τὴν ἐπιστολὴν εἰς μῆκος τοῦ μετρίου μεῖζον, ἀλλ' ὥσπερ τοῦ συνεῖναί σοι κατὰ πρόσωπον, οὕτω καὶ τοῦ γράφειν ἀπλήστως ἔχω· ἅμα δὲ οὐδὲ ἐλπίσας ἔτι σοι διαλέξεσθαι, νῦν ἐπειδὴ ἐξόν, ἐμφοροῦμαι. ἀλλὰ κἂν ταῖς ἐφημερίσι, περὶ ἃς ἐσπούδακα, τὴν ἐπιστολὴν ἐναρμόσας ὡς συχνῶν ἡμερῶν ἔχοιμ' ἂν ὑπομνήματα. ἔρρωσο, καὶ τὸν υἱὸν Διόσκορον κέλευε μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῆς τήθης, ἃς ἐγὼ καὶ φιλῶ καὶ ἐν ἀδελφαῖς ἄγω. ἄσπασαι τὴν θεοφιλεστάτην καὶ σεβασμιωτάτην φιλόσοφον, καὶ τὸν εὐ- b δαίμονα χορὸν τὸν ἀπολαύοντα τῆς θεσπεσίας αὐδῆς, ἐκ πάντων δὲ μάλιστα τὸν ἱερώτατον πατέρα Θεότεκνον καὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Ἀθανάσιον. τὸν δὲ ὁμοψυχότατον ἡμῖν Γάϊον εὖ οἶδ' ὅτι φρονῶν ὅσα ἐγὼ μετὰ τῶν συγγενῶν τάττεις. μετ' ἐκείνων οὖν προσειρήσθω καὶ ὁ θαυμάσιος γραμματικὸς Θεοδόσιος, ὃς εἰ καὶ μάντις ὢν ἔκρυπτεν ἡμᾶς (προγνοὺς γὰρ ἐν οἷς ἐσόμαι, κατέβαλε τὴν προθυμίαν τῆς σὺν ἡμῖν ἀποδημίας), ἀλλ' οὖν ἔγωγε αὐτὸν καὶ φιλῶ καὶ ἀσπάζομαι. c σὺ δὲ μηδέποτε πλεύσειας. εἰ δέ ποτε πάντως δεήσει, ἀλλὰ μή τι φθίνοντός γε μηνός.

tentur. Quæ porro cognoverit, alteri statim dicit, seque invicem advocant, quemadmodum Cicones fecerunt. Illæ ad spectaculum frequentes concurrunt, ob idque munera secum afferunt. Commodum vero nobis ancillula ex Ponto quædam erat, quam natura cum arte consentiens supra formicas uberibus incisam et contractam effinxerat. Circa illam studium omne mulierum erat, plurimumque ab his compendii faciebat, adeo ut triduo ante finitimæ opulentioresque feminæ illam ad sese ex alterius domo vicissim accerserent. Illa usque eo procax erat, ut etiam corpus nudaret. Hoc tibi drama comicum ex tragico cum nobis deus ipse temperavit, (167) tum idem meis ad te litteris facio. Scio me longius quam par est epistolam produxisse, sed quemadmodum coram tecum agendo, sic et scribendo expleri nequeo. Præterea cum tecum amplius collocuturum me esse diffidam, nunc, quatenus licet, desiderio meo facio satis. Quanquam si epistolam hanc ad ephemeridas meas accommodare vellem, quas cum studio confeci, plurimarum dierum commentarios haberem. Vale, et filium Dioscorum cum matre et avia, quas ego amo et sororum loco habeo, valere a me iubeto, necnon reverendæ ac deo carissimæ philosophiæ magistræ felicique illi choro, qui divina voce fruitur, salutem plurimam dicito, inter cæteros vero sanctissimo imprimis patri Theotecno et sodali Athanasio. Caium vero animo nobis coniunctissimum non dubito te idem quod ego sentientem inter cognatos nostros ascribere. Hunc tu ergo cum illis salvere iubeas, necnon egregium illum grammaticum Theodosium, qui quidem vates cum esset, celare de eo nos voluit. Cum enim quæ nobis eventura essent prævideret, nobiscum proficiscendi consilium abiecit. Nihilominus illum ego et amo, et saluto. Tu vero cave unquam mari tete commiseris; sin omnino necesse aliquando fuerit, at non exeunte saltem mense istud feceris.

ε'. Τοῖς πρεσβυτέροις.

Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. ἀλλὰ τοὺς ἐκ τῆς ἀθεωτάτης αἱρέσεως Εὐνομίου πυνθάνομαι, Κυντιανὸν ὄνομα καὶ τὴν ἐπὶ στρατοπέδου θρυλουμένην ὑπ' αὐτῶν δυναστείαν προστησαμένους, μοιχᾶν πάλιν τὴν ἐκκλησίαν καὶ ψευδοδιδασκάλους τινὰς ἐφιστάναι παγίδα ταῖς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχαῖς, οὓς ἔναγχος οἱ παρὰ d Κυντιανοῦ σταλέντες ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καταπεπλεύκασιν ἄγοντες. ἡ γὰρ δίκη πρόσχημα τῆς ἀσεβείας ἐστί, μᾶλλον δὲ ἀγὼν ὑπὲρ ἀσεβείας. οὗτοι τοίνυν οἱ νόθοι πρεσβύτεροι, οἱ νεήλυδες ἀπόστολοι τοῦ διαβόλου τε καὶ Κυντιανοῦ, μὴ λάθωσιν ὑμᾶς ἐμπηδήσαντες ᾧ ποιμαίνετε ποιμνίῳ, μὴ λάθωσιν ὑμᾶς τῷ σίτῳ τὸ ζιζάνιον παρασπείροντες. κατάδηλοι πᾶσίν εἰσιν αἱ τούτων καταφυγαί. ἴστε τίνες ἀγροὶ δέξαιντ' ἂν αὐτούς, ἴστε τίνες οἰκίαι τοῖς λησταῖς ἀνεῴγασι. (168) a μετέλθετε τοὺς φῶρας ῥινηλατοῦντες, ζηλωταὶ γενέσθε τῆς εὐλογίας τῆς Μωσαϊκῆς, ἣν εὐλόγησε τοὺς ἄνδρας,

V. Sacerdotibus.

Melius est confidere in domino quam confidere in homine. Sed eos audio, qui ex impia Eunomii secta sunt, Quintianum nescio quem illamque in comitatu potentiam, quam identidem iactant, præ se ferentes, rursum adulterare ecclesiam et falsos doctores simpliciorum animis laqueos prætendere, quos qui ab Quintiano nuper ad hoc destinati sunt, secum advexerunt. Nam lis illa, quam prætexunt, impietatis color est sive potius pro impietate certamen. Quamobrem videte ne adulterini isti presbyteri novique apostoli diaboli et Quintiani clam vobis in eum cui præestis gregem insiliant, neve clam cum tritico lolium serant. Nota omnibus sunt illorum perfugia. Scitis quinam illos agri suscipiant; scitis quænam ædes latronibus pateant (168), sagaci fures odoratu perscrutamini : Mosaicam illam benedictionem consectamini, qua eos benedixit qui adversus sceleris reos in castris animum manusque moverunt. Illud vero par est ad vos usurpare, fratres. Honesta fiant

οἱ κατὰ τῶν ἠσεβηκότων ἐν τῇ παρεμβολῇ καὶ γνώμην καὶ χεῖρας ἐκίνησαν. ἐκεῖνο δὲ εἰπεῖν ἄξιον πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί. τὰ καλὰ καλῶς γινέσθω, ἡ ὑπὲρ κέρδους ἔρις ἀνῃρήσθω, ἅπαντα διὰ τὸν θεὸν ἐγχειρείσθω. οὐ δεῖ τὴν αὐτὴν ἀρετῆς εἶναι καὶ πονηρίας ὑπόθεσιν. ὑπὲρ εὐσεβείας ὁ δρόμος, ὑπὲρ ψυχῶν ἀγωνιστέον, μή τινας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας συλήσωσιν, ὅπερ ἔθος ἤδη πεποίηνται. ὃς δ' ἂν τὴν ἐκκλησίαν προστησάμενος αὔξῃ βαλάντιον, καὶ διὰ τοῦ δοκεῖν b εἶναι χρήσιμος ἐν καιροῖς ἀπαιτοῦσι δριμύτητα δυναστείαν ἑαυτῷ κατεργάζηται, οὗτός ἐστιν ὃν ἡμεῖς συνόδου Χριστιανῶν ἐκκηρύττομεν. οὐκ ἐποίησεν ὁ θεὸς ἀτελῆ τὴν ἀρετήν, οὐ δεῖται πονηρίας συμμάχου, οὐκ ἐπιλείψουσι στρατιῶται τῷ θεῷ πρέποντες ἐκκλησίαις· εὑρήσει συμμάχους ἐνταῦθα μὲν ἀμίσθους, ἐν οὐρανῷ δὲ ἐντελομίσθους. ὑμεῖς οὗτοι γίνεσθε· καλὸν μὲν γὰρ καὶ κατορθοῦσι συνεύξασθαι, καλὸν δὲ καὶ παραβαίνουσιν ἐπαράσασθαι. ὅστις ἂν οὖν μαλακίσηται καὶ προδῷ, καὶ ὅστις ἂν ἐπεξέλθῃ μὲν ἁρπάσῃ δέ τι c τῶν ἀλλοτρίων, μὴ ἀναίτιος γένοιτο τῷ θεῷ. ἓν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε, καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας περιενέγκατε· πᾶσι ποιήσατε καταφανεῖς οἵτινές εἰσι. καθ' οὕτως ἄτιμοι τῶν Πτολεμαΐδος ὅρων ἀπεληλάσθωσαν, ὅ τι σὺν αὐτοῖς ἥκει χρῆμα πᾶν ἀμειαγώγητον ἀποφέροντες. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν ἐπάρατος τῷ θεῷ. ὅστις ἀσεβῆ σύνοδον ἰδὼν παρεῖδεν ἢ ἀκούσας παρήκουσεν ἢ κέρδει παρ' d αὐτῶν ἐμολύνατο, τούτους ἡμεῖς Ἀμαληκίτας εἶναι διαταττόμεθα, παρ' ὧν οὐκ ἔξεστι κομίσασθαι λάφυρον. περὶ δὲ τοῦ λαβόντος φησὶν ὁ θεὸς μεταμεμέλημαι ὅτι ἐβασίλευσα τὸν Σαούλ. ἀλλ' ὑμῶν ἐπὶ μηδενὶ μεταμέλοιτο, ἀλλὰ μέλοι μὲν ὑμῶν τῷ θεῷ, μέλοι δὲ ὑμῖν τοῦ θεοῦ.

honeste; amputetur omnis de lucro contentio; omnia dei causa suscipiantur. Non eamdem esse virtutis atque nequitiæ materiem oportet. Cursus ille pro pietate est: pro animabus certandum, ne quas ab ecclesia prædentur, quod iam in consuetudinem illis abiit. Quisquis autem per ecclesiæ tuendæ speciem marsupium auget, atque hoc ipso, quod iis temporibus utilis esse videatur quæ b animi vim efflagitant, sibi potestatem conciliat, is est quem nos extra Christianum consortium amandatum volumus. Non mancam virtutem fecit deus; non illa societate nequitiæ indiget, non deo milites deerunt ecclesiis idonei: commilitones inveniet, hic quidem mercedis expertes, sed in cœlo plena mercede donandos. Eiusmodi vos sitis: honestum est enim et iis bene precari, qui strenue sese gerunt, et iis qui secus, imprecari. Quicunque igitur mollius egerit ac rem prodiderit, aut qui persecutus quidem fuerit, sed alienorum aliquid rapuerit, is c apud deum minime sit innoxius. Hoc ipsum duntaxat in medium adducite, ac pravos illos argentarios qui divinum dogma nummi instar adulterant circumducite: date operam, ut cuiusmodi isti sint, omnes intelligant. Ad hunc modum infames illi Ptolemaidis finibus expellantur, ac quidquid rei cum iis importatum est, secum non appensum auferant. Qui secus faxit, apud deum exsecratus esto. Quisquis nefarium conventum videns negligit aut audiens audire dissimulat aut lucri ab iis contagione infectus est, hos pro Amalecitis haberi præcipimus, a quibus nihil auferri manubiarum licet. De eo d qui acceperit, illa dei vox est: *Pœnitet me quod regem constituerim Saul.* Sed vestri nulla illum in re pœniteat, verum et curæ vos deo sitis et vobis vicissim deus.

ϛ'. Ἀνυσίῳ.

Ὁ δὲ Καρνᾶς ἔτι μέλλει, καὶ οὔθ' ἑκὼν οὔθ' ὑπ' ἀνάγκης γίνεται δίκαιος. (169) χρὴ δὲ ἥκειν αὐτὸν ὡς a ἡμᾶς ἵν' εἰδῶμεν ὅ τι καὶ λέγει, καὶ οἷστισιν ὀφθαλμοῖς ἡμᾶς ἀντιβλέψεται, παρ' ὧν ἠξίωσε καὶ ἀκόντων ὃν κέκλοφεν ἵππον ὠνήσασθαι, ἵνα μὴ στρατιώτης, φησίν, ἄνιππος ᾖ. προτείνει δὲ κομιδῇ σμικρὸν ἀργυρίδιον καὶ μὴ ἀποδομένοις οὐκ ἀποδίδωσιν, ἀλλ' οἴεται σὺν δίκῃ τὸν ἵππον ἔχειν, καὶ ταῦτα οὐκ ὢν Ἀγαθοκλῆς ἢ Διονύσιος, οἷς αἱ τυραννίδες ἐπέτρεπον οὕτω πάνυ πονηροῖς εἶναι, ἀλλὰ Καρνᾶς ὁ Καπφαροδίτης, ὃν οὐ χαλεπὸν ἐπαναγαγεῖν εἰς τοὺς νόμους. ἂν οὖν διαγάγῃ τις αὐτὸν ὡς σέ, μηδὲ ἡμεῖς ἀγνοήσωμεν, ἵνα τοὺς κατὰ πρόσωπον ἐξελέγξοντας αὐτὸν ἀπὸ b Κυρήνης καλέσωμεν.

VI. Anysio

At Carnas etiamnum cunctatur, nec vel sponte vel a necessitate fit iustus. (169) Porro venire illum oportet, ut sciamus quid tandem allegare possit, quibusque nos oculis aspiciet, a quibus vel invitis quem erat equum furatus emere voluit, ne, ut aiebat, absque equo miles esset. Offert vero pretium sane quam exiguum, neque vendere detrectantibus reddit, sed iure habere se equum illum arbitratur præsertim cum nec Agathocles aliquis nec Dionysius sit, quibus tyrannica imperia tam extremæ improbitatis impunitatem fecerant, sed Carnas Capphароdita, quem revocare ad leges non sit difficile. Quare si quis eum ad te deducat, fac istud intelligamus, ut e b Cyrene qui coram illum convincant evocare possimus.

ζ'. Θεοδώρῳ καὶ τῇ ἀδελφῇ.

Πῶς δοκεῖτε δέδηγμαι τὴν καρδίαν ἐκδεδομένου λό-

VII. Theodoro et sorori.

Quantum me animo dolorem cepisse creditis, cum per

γου κατὰ τὴν πόλιν ὅτι δεινῇ τινὶ καὶ πέρα δεινῆς ὀφθαλμίᾳ παλαίεις, ἀπειλούσῃ ταῖς ὄψεσι κίνδυνον; ἔπειτα πέφηνεν ὁ λόγος ψευδής, καὶ οἶμαί τις παμπόνηρος ἄνθρωπος προφάσεως εἰλημμένος τοῦ τῆς ὀφθαλμίας ὀνόματος ἦρεν ἐπὶ μέγα τὴν φήμην, καὶ ἐτραγῴδησε. τράποιτο μὲν οὖν εἰς ἐκεῖνον αὐτὸν ἅττα ὑμῶν κατεψεύσατο, τῷ δὲ θεῷ χάρις ὅτι παρέσχεν ἡμῖν ἀκοῦ- c σαι καλλίονα. χρῆν δὲ μή, τὸ λεγόμενον, ἄστροις τὰ καθ' ὑμᾶς σημαίνεσθαι μηδὲ τί λέγει φήμη πυνθάνεσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἔχειν συνόντας· εἰ δὲ μή, γράμμασιν ὑμετέροις ἐντυγχάνειν καὶ παρ' ὑμῶν τὰ περὶ ὑμῶν εἰδέναι. ἀλλ' ὑμεῖς ἡμῶν λίαν ἀμελεῖτε, ὥσπερ ἴσως ὁ θεὸς βούλεται.

urbem fama nuntiasset, te gravi et plus quam gravi oculorum ægritudine affici, quæ visui periculum intentaret? Postea vanus ille rumor apparuit, ac pessimus, opinor, aliquis occasionem de ocularis morbi vocabulo nactus adiecit famæ plurimum, et cum ingenti commiseratione narravit. Sed vertant in eius caput omnia, quæ de vobis mentitus est : deo autem gratiæ sint, quoniam de vobis audire meliora concessit. Non oportebat vero res vestras astris, quod aiunt, metiri, neque sciscitari quid fama ferret, sed maxime quidem præsentibus vobis frui; sin minus, vestras certe litteras accipere, et de rebus vestris certiores a vobis ipsis fieri. Sed vos nimium profecto nos negligitis, quod ita fortasse deo visum fuerit.

η'. Τῷ ἀδελφῷ.

Οὐ μὴ ἐρεῖς ὡς ἔλαθεν ὑμᾶς ὁ διακομιστὴς τῶν d πανηγυρικῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἰδόντες παρεοράκατε, καὶ οὐκ ἔδοξεν ὑμῖν ἄξιον εἶναι τὸν ἀδελφὸν ἐν μνήμῃ ποιήσασθαι, καὶ ἐπιθεῖναι πρὸς αὐτὸν γράμμα μηνῦον ὅπως ἔχετε καὶ ἐν τίσιν ἐστέ· ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἀμελές ἐστιν εἰδέναι τὰ περὶ ὑμῶν, ἀλλ' ἐπείπερ ἐν ἅπασι λυποῦμαι τοῖς ἐμαυτοῦ, βουλοίμην ἂν ἐν τοῖς ὑμετέροις εὐφραίνεσθαι. ὑμεῖς δὲ καὶ ταύτης με τῆς παραμυθίας ἀφῄρησθε. χρῆν δὲ οὐχί· καὶ γὰρ εἰ μὴ γεγόναμεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ τροφαὶ κοιναὶ καὶ παιδεῖαι κοιναὶ (170) καὶ τί γὰρ οὐχὶ κοινόν; πάντα διὰ πάν- a των ἡμᾶς ἀλλήλοις ᾠκείωσεν. ἀλλὰ γάρ ἐστιν, ὥσπερ λέγεται, δυσημερία πρᾶγμα δεινόν· καὶ ὅταν ἥκῃ τινὶ χρόνος ἀντίξους, ἐνταῦθα τά τε ἄλλα πάντα καὶ ἀδελφῶν γνῶμαι καὶ φίλων ἐλέγχονται. ἐμοὶ δὲ ἀποχρήσει καὶ παρ' ἑτέρων πυνθάνεσθαι τὰ περὶ ὑμῶν. μόνον ὁ θεὸς ἀγαθῶν εἴη νομεύς· τοιούτου γὰρ ἐρῶμεν ὑπὲρ ὑμῶν ἀκροάματος.

VIII. Fratri.

Non tu istud causaberis, latuisse vos eum qui Paschales litteras portabat. Quin vos potius cum eum vidissetis, negligendum putastis; neque vobis satis digna visa res est, fratris recordari et ad eum litteras dare, quibus valetudinis ac rerum vestrarum statum exponeretis. Non enim quæ ad vos pertinent parvi facio cognoscere, sed quoniam ex omnibus meis rebus mœrorem capio, de vestris gaudere plurimum vellem. At vos eo me solatio privastis : quod nihil attinebat facere. Nam etsi non iisdem parentibus nati sumus, at communis tamen educatio, disciplinæ communes, (170) et quid tandem non commune cæterorum? omnia nos omnino conciliarunt invicem. Verum enim vero grave est, ut aiunt, adversis rebus uti : cumque difficile alicui tempus acciderit, ibi cum alia omnia, tum et fratrum et amicorum perspiciuntur animi. Mihi vero satis erit vel ab aliis aliquid de vobis accipere. Sit modo bonorum largitor deus. Eiusmodi enim de vobis nuntium audire cupio.

θ'. Θεοφίλῳ ἀρχιεπισκόπῳ.

Βαθύ σε γῆρας καὶ λιπαρὸν περιμείνειεν, ἁγιώτατε b καὶ σοφώτατε· τά τε γὰρ ἄλλα τῷ βίῳ κέρδος ἂν εἴης σωζόμενος, καὶ μεγίστη προσθήκη τῷ διδασκαλείῳ τοῦ Χριστοῦ γίνεται ὁ τῶν πανηγυρικῶν βιβλίων ἀριθμὸς τοῖς ἐνιαυτοῖς συναυξανόμενος. ὡς ὅ γε τῆτες καταπεμφθεὶς λόγος καὶ ἦσε τὰς πόλεις καὶ ὤνησε, τὸ μὲν τῷ μεγέθει τῶν νοημάτων, τὸ δὲ τῶν ὀνομάτων τῇ χάριτι.

IX. Theophilo archiepiscopo.

Longa te ac felix senectus maneat, sanctissime ac sapientissime vir. Nam et alioqui ingens vitæ superstes commodum eris, et summam Christi ad scholam accessionem facit Paschalium libellorum numerus una cum annis excrescens. Nam qui hoc anno missus est, et voluptatem pariter et utilitatem civitatibus attulit partim sententiarum gravitate partim suavitate verborum.

ι'. Τῇ φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ.

Αὐτήν τέ σε καὶ διὰ σοῦ τοὺς μακαριωτάτους ἑταίρους ἀσπάζομαι, δέσποινα σεβασμία, πάλαι μὲν ἂν ἐγκαλέσας ἐφ' οἷς οὐκ ἀξιοῦμαι γραμμάτων, νῦν δὲ οἶδα παρεορaμένος ὑφ' ἁπάντων ὑμῶν ἐφ' οἷς ἀδικῶ μὲν οὐδὲν ἀτυχῶ δὲ πολλὰ καὶ ὅσα ἄνθρωπος ἀτυχῆ- c σαι δύναται. ἀλλ' εἴπερ εἶχον ἐντυγχάνειν ὑμετέραις ἐπιστολαῖς καὶ μανθάνειν ἐν οἷς διατρίβετε (πάντως δὲ

X. Philosophiæ magistræ Hypatiæ.

Tibi ipsi ac per te beatissimis sodalibus salutem dico, veneranda domina, iamdudum quidem accusare gestiens, quod nullas litteras acceperim; nunc autem video me a vobis omnibus contemni pro eo quod nihil quidem mali facio, in plerisque vero infortunatus sum et quantum infortunatus quisquam esse potest. Verum si vestras litteras licuisset accipere et quo sint in statu res vestræ cogno-

ἐν ἀμείνοσίν ἐστε καὶ καλλίονος πειρᾶσθε τοῦ δαίμονος), ἐξ ἡμισείας ἂν ἔπραττον πονήρως ἐν ὑμῖν εὐτυχῶν· νυνὶ δὲ ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν χαλεπῶν ἐστιν ἅ με κατείληφεν. ἀπεστέρημαι μετὰ τῶν παιδίων καὶ τῶν φίλων καὶ τῆς παρὰ πάντων εὐνοίας, καὶ τὸ μέγιστον, τῆς θειοτάτης σου ψυχῆς, ἣν ἐγὼ μόνην d ἐμαυτῷ ἐμμενεῖν ἤλπισα κρείττω καὶ δαιμονίας ἐπηρείας καὶ τῶν ἐξ εἱμαρμένης ῥευμάτων.

scere (omnino autem propitiore fortuna et commodiore genio uti vos arbitror), dimidia ex parte duntaxat adversis premerer, si in vobis essem beatus. Nunc unum illud in malis meis numero. Non enim solum liberis meis, sed etiam amicis et omnium benevolentia sum orbatus, et, quod caput est, divinissimæ animæ tuæ, quam ego mihi solam permansuram speraveram cum hac fortunæ iniuria tum istis fatorum fluctibus superiorem.

ια'. Τοῖς πρεσβυτέροις.

Οὔτε πρότερον ὑμῶν ἐγὼ περιῆν, ἁπάσῃ ῥώμῃ καὶ μηχαναῖς ἐκκλίνας ἱερωσύνην, οὔτε νῦν ὑμεῖς ἐμοῦ κεκρατήκατε, ἀλλὰ θεῖον ἄρα ἦν καὶ τὸ μήπω τότε καὶ τὸ νῦν ἤδη. ἐγὼ δὲ πολλοὺς ἂν θανάτους ἀντὶ τῆσδε τῆς λειτουργίας εἱλόμην· (171) οὐ γὰρ κατ' a ἐμαυτὸν εἶναι τὸν ὄγκον ἐλογιζόμην τοῦ πράγματος. τοῦ θεοῦ δὲ ἐπενεγκόντος οὐχ ὅπερ ᾔτουν ἀλλ' ὅπερ ἐβούλετο, εὔχομαι τὸν γενόμενον νομέα τοῦ βίου γενέσθαι καὶ τοῦ νεμηθέντος προστάτην. ὁ γὰρ ἐννεάσας τῇ κατὰ φιλοσοφίαν σχολῇ καὶ θεωρίᾳ τῶν ὄντων ἀπράγμονι, καὶ τοσοῦτον ὁμιλήσας φροντίσιν ὅσον ἀφοσιώσασθαι τῷ μετὰ σώματος βίῳ καὶ τῷ πολίτης γεγονέναι πόλεως, πῶς ἀρκέσω μερίμναις ἐχούσαις συνέχειαν; ἢ πῶς ἐμαυτὸν ἐπιδοὺς ὄχλῳ πραγμάτων b ἔτι προσβαλῶ τοῖς νοῦ κάλλεσιν, ἃ μόνης ἐστὶ καρποῦσθαι τῆς μακαρίας σχολῆς; ἧς χωρὶς ἐμοὶ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐμοὶ πᾶς ὁ βίος ἀβίωτος; ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἰδείην. τῷ θεῷ δέ, φασί, πάντα δυνατά, καὶ τὰ ἀδύνατα. αὐτοί τε οὖν ὑπὲρ ἐμοῦ χεῖρας ἱκέτιδας ἄρατε πρὸς θεόν, καὶ τῷ τε ἐν ἄστει δήμῳ καὶ ὅσοι κατ' ἀγροὺς ἢ κωμητικὰς ἐκκλησίας αὐλίζονται τὰς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχὰς καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕνα πᾶσι παρεγγυήσατε. εἰ γὰρ μὴ ἔρημος ἀπολειφθείην θεοῦ, τότε γνώσομαι τὴν ἱερωσύνην οὐκ ἀπόβασιν οὖσαν φιλοσοφίας ἀλλ' εἰς αὐτὴν ἐπανάβασιν.

XI. Presbyteris.

Neque vobis antea superior esse potui, cum totis viribus et adhibitis machinis omnibus sacerdotium detrectarem, neque me vos modo superastis, sed divinitus profecto contigit, ut et nondum tunc et nunc primum ita sit factum. Equidem non unam mortem eius vitandæ functionis causa subissem. (171) Neque enim satis idoneum me putabam, qui negotii molem sustinerem. Sed quoniam mihi deus non quod cuperem sed quod ipse vellet imposuit, eumdem illum precor, qui vitæ gubernator exstitit, eius, quod in gubernando contulit, esse moderatorem. Qui enim in philosophiæ otio ac minime negotiosa rerum contemplatione ætatem contrivi, tantumque vitæ curis ac molestiis tribui, quantum ad eam quæ in hoc corpore degitur vitam ac civile in rebus publicis officium satis esset, qui continuis illis curis possum sufficere? Aut qui meipsum negotiorum turbis implicans in eas mentis pulchritudines animum possum intendere, quibus frui beati cuiusdam est otii? Sine quibus mihi ac mei similibus vita universa vitalis esse non potest. Equidem assequi minime possum. Deo vero omnia, ut aiunt, possibilia, etiam quæ fieri non possunt. Vos igitur ipsi supplices pro me ad deum manus tendite, atque et urbanæ multitudini et quæcunque in agris aut in paganis ecclesiis degit, meo nomine preces publice privatimque universis indicite. Nam si a deo derelictus non fuero, tum agnoscam sacerdotium non descensum esse a philosophia, sed ascensum.

ιβ'. Κυρίλλῳ.

Ἴθι παρὰ τὴν μητέρα τὴν ἐκκλησίαν, ἀδελφὲ Κύ- c ριλλε, ἧς οὐκ ἀπεκόπης ἀλλ' εἰς καιρὸν ἐχωρίσθης, ὃς ταῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαις διώρισται. δοκῶ γὰρ εἰδέναι σαφῶς ὅτι τοῦτ' ἂν πάλαι καὶ ὁ κοινὸς ἡμῶν πατὴρ ὁ τῆς ὁσίας μνήμης ἐποίησεν, εἰ μὴ τὸ χρεὼν ἔφθασε· τὸ γὰρ ἐν μέτρῳ τάξαι τὴν τιμωρίαν γνώμης ἦν εὐθὺς ὑπισχνουμένης συγγνώμην. αὐτὸν οὖν ἐκεῖνον τὸν ὅσιον ἱερέα νόμιζέ σοι δεδωκέναι τὴν κάθοδον, d καὶ πρόσελθε τῷ θεῷ καθαρευούσῃ πάθους ψυχῇ καὶ ἀμνηστίαν ἐχούσῃ κακῶν. ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης εὐφήμου μνήμης ἄγε τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον καὶ θεοφιλῆ πρεσβύτην, τὸν ἀποδείξαντά σε πρόεδρον δήμου. πάντως σοι τοῦτο οὐκ ἀποθύμιον.

XII. Cyrillo.

Vade ad matrem ecclesiam, Cyrille frater, a qua minime abscissus sed ad tempus separatus es, quod pro criminum merito definiri solet. Hoc enim certo scire videor, id ipsum olim communem quoque nostrum ac sanctæ memoriæ patrem fuisse facturum, nisi eum fatalis hora prævenisset. Nam quod pœnæ modum aliquem constituit, hoc ipso animi indicium dedit statim veniam repræsentare cupientis. Itaque sanctum illum sacerdotem tibi reditum concessisse puta, et ad deum accede vacuo pravis affectibus animo et malorum priorum oblito. Sed et plena prædicationis memoria prosequere sacrum illum et deo carum senem, qui te populo præfecit. Prorsus hoc ab illo tibi non iniucundum accidit.

ιγ'. Πέτρῳ πρεσβυτέρῳ.

Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου. τὸν δὲ δια-

XIII. Petro presbytero.

Initium operis omnis ac sermonis deus esto. Solemnium

κομιστὴν τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων, ἃ καταγγέλλει τὴν κυρίαν τῆς ἑορτῆς ἡμέραν ἐννεακαιδεκάτην τοῦ Φαρμουθὶ μηνός, ὡς τῆς (172) ἐπὶ ταύτην ἀγούσης a νυκτὸς τὸ ἀναστάσιμον ἐχούσης μυστήριον, τοῦτον καὶ προσιόντα καὶ ἐπανιόντα φιλανθρωπίας ἁπάσης ἀξιώσατε καὶ ἀμοιβῇ ζώων ἐφ' ἑκάτερα πέμψατε, ὅστις ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι ταῖς ἐκκλησίαις ἐκλιπὲς ἔθος ἀρχαῖον καὶ πάτριον μέσοις ἑαυτὸν τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις ἐπέδωκεν, ὑποστὰς ὁδοιπορῆσαι δι' ὑπόπτου τῆς χώρας. ταῦτα καὶ πείθει τὴν πόλιν ὑπὲρ ἡμῶν εὔχεσθαι· δεῖ γὰρ αὐτὴν ἐντεῦθεν ἤδη τὴν τῆς ἐφ' ἡμῖν ἀβουλίας αἴσθησιν δέξασθαι, ἥτις ἐκάλεσεν εἰς ἱερωσύνην οὐχ ᾧ παρρησία τίς ἐστι πρὸς θεὸν ὅλου b δήμου διαβάντι προεύξασθαι, ἀλλ' ὅστις αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ σωθῆναι δεῖται γενέσθαι δημαίτητος. ἐπεὶ καὶ τῆς ἐνθάδε συνόδου (πλῆθος δὲ συχνῶν ἱερέων) συντυχία τις ἦν, ἣν ὁ νῦν καιρὸς ἤθροισεν, ἐπιθεμένῳ μοι γράψαι πρὸς ὑμᾶς. εἰ δὲ μηδὲν ἔσχον εἰπεῖν οἷον ἀκούειν εἰώθατε, συγγνώμη μὲν ἐμοὶ τοῦτο, ἔγκλημα δὲ ὑμῖν, ὅτι τὸν οὐκ εἰδότα τὰ λόγια τοῦ θεοῦ τῶν εἰδότων ἀνθείλεσθε.

litterarum latorem, quibus constituta festivæ celebritati dies indicitur ad diem decimum nonum mensis Pharmuthi, ita ut (172) quæ proxime illam antecedit nox, resurrectionis mysterio consecrata sit, hunc et adeuntem et redeuntem omni cum humanitate prosequimini, ac iumentorum mutatione in utramque partem dimittite, qui ut ne ecclesiis vetus et patria consuetudo intercideret, in media sese hostium arma commisit, per suspectam regionem iter suscipiens. Eædem litteræ civitati suadent ut pro nobis deum precetur. Iam enim inde eam oportet suæ erga me imprudentiæ sensum capere, quæ quidem ad sacerdotium evexit non eum cui ad deum adeundi ac pro universo populo supplicandi esset fiducia, sed qui ut servari ipse posset, populo deprecatore opus haberet. Præsertim cum in idem tempus inciderit coacta huc synodus, plurimorum scilicet sacerdotum concursus, quem præsentis status temporis convocavit, tum cum ad vos scribere sum aggressus. Quod si nihil eorum dicere potui, cuiusmodi audire soletis, mihi quidem ipsi condonandum erit, vobis autem culpæ tribuendum, quoniam divinarum scripturarum ignarum earumdem peritis anteposuistis.

ιδ'. Ἀνυσίῳ.

Οὕτως ἀμύνουσι γονεῦσι παῖδες. ἀπέχω τὴν χάριν. c Καρνᾶς ἱκέτης μου γέγονεν, οὗ τὴν ἱκεσίαν ὁ θεὸς αἰδεσιμωτέραν ἐποίησε· ποῦ γὰρ ἱερέως εἰς ἰδίαν ὑπόθεσιν περιιδεῖν ἀγώγιμον ἄνθρωπον ἐν νηστίμοις ἡμέραις; ὅστις οὖν ἦγεν αὐτόν, οὐκ ἀφῆκεν ἀλλ' ἀφῃρέθη τὸν ἄνθρωπον. ἂν οὖν ὑπὲρ τοῦ βεβιάσθαι σοι δῶ δίκην, περιέστημεν ἡμεῖς εἰς τὸ τοῖς μὲν ἠδικηκόσι γενέσθαι φιλάνθρωποι, αὐτοὺς δὲ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας d ἠδικηκέναι.

XIV. Anysio.

Sic parentes ulciscuntur filii. Acceptum habeo beneficium. Carnas supplex mihi fuit, cuius supplicationem sanctiorem deus ipse reddidit. Qui enim sacerdotis est, iudicatum ac prehensum hominem sua præsertim causa pati ieiunii tempore? Quamobrem qui illum adduxit, non dimisit, sed ereptus illi homo est. Quod si propter vim istam pœnas ab eo repetas, eo demum erimus adducti, ut iis humanitatem adhiberemus, qui nobis iniuriam fecissent, iis vero faceremus, qui nullam nobis intulissent.

ιε'. Τῇ φιλοσόφῳ.

Οὕτω πάνυ πέπραγα πονήρως, ὥστε ὑδροσκοπείου μοι δεῖ. ἐπίταξον αὐτὸ χαλκευθῆναί τε καὶ συνενωθῆναι. σωλήν ἐστι κυλινδρικός, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων. οὗτος ἐπὶ τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομάς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν ἐξετάζομεν· ἐπιπωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσην ἐγκείμενος, ὡς εἶναι κοινὴν βάσιν ἀμφοῖν, τοῦ τε κώνου καὶ (173) τοῦ σωλῆνος. αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστι τὸ βαρύλλιον. a ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῇς τὸν αὐλόν, ὀρθὸς ἑστήξει καὶ παρέξει σοι τὰς κατατομὰς ἀριθμεῖν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσι γνωρίσματα.

XV. Philosophiæ magistræ.

Eo sum infortunii redactus, ut hydroscopio opus habeam. Iube hoc mihi fabricari ac componi. Tubulus est cylindri figuram habens, tibiæ magnitudine atque forma. Hic in una recta linea incisiones habet, quibus aquarum libramentum cognoscimus. Obturat enim illum altera ex parte conus, æquabili positura insertus, ita ut communis sit amborum basis, coni videlicet atque (173) tubuli. Hoc ipsum est, quod baryllium appellant. Iam cum tubulum in aquam deposueris, erectus stabit, ut in eo incisiones facile numerare possis; ex quibus libramentum cognoscitur.

ις'. Τῇ αὐτῇ.

Κλινοπετὴς ὑπηγόρευσα τὴν ἐπιστολήν, ἣν ὑγιαίνουσα κομίσαιο, μῆτερ καὶ ἀδελφὴ καὶ διδάσκαλε καὶ διὰ πάντων τούτων εὐεργετικὴ καὶ πᾶν ὅ τι τίμιον καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. ἐμοὶ δὲ τὰ τῆς σωματικῆς ἀσθενείας ψυχικῆς αἰτίας ἐξῆπται. κατὰ μικρόν με b

XVI. Eidem.

Decumbens in lecto hanc epistolam dictavi, quam utinam incolumis accipias, mater ac soror et magistra beneque per hæc omnia de me merita et si qua est alia res appellatiove honorifica! Mihi vero corporis imbecillitas ex ægritudine animi dependet. Paulatim me mortuorum

δαπανᾷ τῶν παιδίων τῶν ἀπελθόντων ἡ μνήμη. μέχρις ἐκείνου ζῆν ἄξιον ἦν Συνέσιον, μέχρις ἦν ἄπειρος τῶν τοῦ βίου κακῶν. εἶτα ὥσπερ ῥεῦμα ἐπισχεθὲν ἄθρουν ἐρρύη, καὶ μετέβαλεν ἡ γλυκύτης τοῦ βίου. παυσαίμην ἢ ζῶν ἢ μεμνημένος τῶν υἱέων τοῦ τάφου. σὺ δὲ αὐτή τε ὑγιαίνοις καὶ ἄσπασαι τοὺς μακαρίους ἑταίρους, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Θεοτέκνου καὶ ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀθανασίου ἀρξαμένη, πάντας ἑξῆς· καὶ εἴ τις αὐτοῖς προσγέγονεν, ὡς εἶναί σοι καταθύμιος, ἐμὲ δὲ δεῖ χάριν ὀφείλειν αὐτῷ διότι σοι καταθύμιός ἐστι, κἀκεῖνον ὡς φίλον φίλτατον ἄσπασαι παρ' ἐμοῦ. τῶν ἐμῶν εἴ τί σοι μέλει, καλῶς ποιεῖς· καὶ εἰ μὴ μέλει, οὐδὲ ἐμοὶ τούτου μέλει.

liberorum recordatio conficit. Tamdiu vivere Synesium oportebat, quoad vitæ malorum expers erat. At velut cohibitus torrens uno impetu profluxit, mutataquæ vitæ omnis est iucunditas. Utinam aut vivere aut sepulcri liberorum meminisse desinam! Tu vero et ipsa valeas, et beatis sodalibus salutem a me dicito, initio a Theotecno patre et fatre Athanasio facto, deinceps universis, tum si quis ad eos accesserit, qui tibi ex animo sit cui gratiam debere me oportet hoc ipso quod tibi ex animo sit; hunc c tu quoque velut carissimum amicum, meo nomine salutes velim. Mearum rerum si quid tibi curæ est, recte facis: sin nihil curæ est, neque istud admodum curo.

ιζ'. Ἡλιοδώρῳ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο τῷ δεῖνι, δι' εὐφήμου μνήμης τὴν σὴν ἄγοντι σεμνοπρέπειαν καὶ τὰς ἁπάντων ἀκοὰς ἐμπεπληκότι τῶν ἐπαίνων τῶν κατὰ σοῦ, ὀφειλομένων τῇ χρυσῇ σου ψυχῇ τε καὶ γλώττῃ. πλὴν ἀλλὰ παρὰ πόδας ἀποδίδως τὴν χάριν τῆς εὐλογίας. ἀντευφημεῖται γὰρ ὑπὸ μυρίων ὅσων τῶν σῶν ἐραστῶν, οἷς ἅπασιν ἐγὼ τῶν πρωτείων ἀμφισβητῶ, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀμφισβητῶ· συγχωροῦσι γὰρ ἅπαντες.

XVII. Heliodoro.

Plurima illi bona contingant qui magnificentiam tuam sanctissima recordatione prosequitur, auresque omnium tuis laudibus implevit, quæ cum animæ tum linguæ aureæ tuæ merito debentur. Verumtamen subinde illi d collaudationis istius gratiam refers: vicissim enim innumerabilium tui amatorum prædicatione fertur, quibuscum omnibus de principatu contendo, vel non contendo potius, ultro enim mihi ab omnibus conceditur.

ιη'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ὁ δεῖνα βουλευτὴς μέν ἐστι πόλεως, ἐν ᾗ τοὺς παῖδας ἐγεννησάμην (τρόπον οὖν τινὰ πάντας Ἀλεξανδρέας ὡς πολίτας ὑφ' ἡμῶν τιμᾶσθαι (174) καὶ ὁρᾶσθαι προσήκει), τῷ δὲ ὑπάρχει συγγενεῖ τε εἶναι τοῦ μακαρίτου Θεοδώρου σφόδρα διὰ μνήμης ἡμῖν ἀνδρὸς γενομένου καὶ μηδὲν ἀμελεῖσθαι ἀξίῳ παρὰ τῶν τῇδε τὰ πρῶτα ἐχόντων ἐν τῷ πολιτεύεσθαι. οὗτοί μοι προσήγαγόν τε αὐτόν, χρυσίον ὡς ὑμᾶς νομὴν στρατιώταις κομίζοντα, καὶ ἐδεήθησαν ἐμοῖς ἐφοδίοις γράμμασι πρὸς ὑμᾶς παραπέμψαι, ἡγούμενοι πάντα καλῶς ἕξειν αὐτῷ, τυχόντι τοῦ παρ' ἐμοῦ σοί τε καὶ τῷ δεῖνι συστῆναι. ἐγὼ μὲν οὖν ὅπερ ᾔτησαν ἔδωκα· εἰ δὲ μὴ μάτην, ὑμεῖς δείξετε.

XVIII. Fratri.

Hic senator quidam urbis est, in qua liberos eius sustuli. Quare omnes quodammodo Alexandrinos tanquam a populares coli a nobis et (174) aspici convenit. Huic vero contingit cum beato Theodoro propinquitas, cuius apud nos imprimis viget memoria, tum ut aliquo in loco apud illos esset, qui hic sunt reipublicæ principes. Hi ad me illum deduxerunt, cum pecuniam ad vos in militum stipendia deferret, ac meis ad vos commendatitiis litteris ut eum prosequerer a me postularunt; prospere illi cessura omnia rati, si tibi et illi commendatus foret. Itaque quod a me illi flagitabant concessi: utrum frustra non fecerim, vestrum erit ostendere.

ιθ'. Ἡρώδῃ καὶ Μαρτυρίῳ.

Οὐκ ἐν αἰτίᾳ μοι δοκῶ πεποιῆσθαι τὴν κοινωνίαν τῆς ἐπιστολῆς, ἀλλ' εἰ διῴκισα γράμμασι τοὺς συνημμένους τῇ γνώμῃ, τοῦτ' ἂν ἦν τὸ ὑπαίτιον. προσείρησθε δή, θαυμάσιοι, καὶ τὸν ἐπιδιδόντα τὴν ἐπιστολήν, ὃς ἐπὶ χρυσίου διακομιδῇ παρ' ὑμᾶς ἐστάλη δημοσίαν ὁδόν, θάλψατε τὸν ἐνόντα τρόπον, ἐπειδή μοι παρὰ παντὸς συνέστη τοῦ βουλευτηρίου. καὶ βουλοίμην μὲν ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιος αὐτῷ γενέσθαι, οὐ μὴν οἶδα ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἑτέροις μέλειν ἄξιον ἡμῶν τε καὶ ὧν ἂν ἡμεῖς ἐπιβάλλωμεν.

XIX. Herodi et Martyrio.

b Non accusandus ob id mihi videor, quod epistolæ vos communione sociaverim, sed si animo coniunctos litteris disiunxissem, hoc ipsum mihi vitio vertendum fuisset. Salutem igitur a me habetote, præstantes viri, et eum qui epistolam hanc vobis dederit, quique auri portandi gratia publica ad vos via profectus est, quibus potestis obsequiis fovete. Hic enim ab universo mihi senatu commendatus est; ac velim equidem causa illi boni alicuius esse. Neque porro scio quibusnam aliis potius quam vobis et curæ esse nos et quæ a nobis suscepta fuerint oporteat.

κ. Διογένει

Ἕως ἔτι περιῆν ὁ μακαρίτης Θεόδωρος, κοινὸς μὲν c
ἦν ἁπάντων Πενταπολιτῶν πρόξενος, διαφερόντως δὲ τοὺς ἡμετέρους γονέας ἐξήρτητο τῇ τε εἰς ἅπαντα σπουδῇ καὶ τῇ τῆς γλώττης εὐστομίᾳ καὶ χάριτι. τῶν οὖν παρ' ἐκείνῳ πολλῶν καὶ ἡδίστων εἰς Ἀμμώνιον τὸν ἀνεψιὸν τὴν χάριν ἀπομνημονεύσωμεν. ἐγὼ μὲν οὖν τοὐμὸν μέρος ἀπέτισα. τί δὲ ἦν ἀπόντος ἔργον d
ἢ τοῖς παροῦσι τὸν ἄνδρα συστῆσαι; τὸ δὲ μὴ βαρεῖαν αὐτῷ τὴν αὐτόθι γενέσθαι διατριβὴν ὑμέτερον ἔργον.

XX. Diogeni.

Quamdiu beatæ memoriæ Theodorus vixit, fuit ille quidem communis Pentapolitarum hospes omnium, præ cæteris vero parentes sibi nostros devinxerat, cum singulari in omnibus studio, tum copia et suavitate dicendi. Quamobrem multorum illius iucundissimorum meritorum gratiam in consobrinum eius Ammonium conferre debemus. Ego vero quod mearum erat partium præstiti. Quod enim aliud absentis erat officium, quam præsentibus hominem commendare? Ut autem non sit illi gravis apud vos et molesta commoratio, vestrum est providere.

κα'. Τῷ ἡγεμόνι.

Εἰ τοῦ Θεοδώρου μνήμη παρὰ τῇ σεμνοπρεπείᾳ τῇ σῇ (πῶς δὲ οὐ μέλλει;), χάρισαι τοῖς εἰς τὸν ἀπελθόντα καθήκουσι τὴν εἰς τὸν ἀνεψιὸν τὸν ἐκείνου τιμήν. καὶ γὰρ ἄνδρα ἀγαθὸν (175) εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ a
καὶ τῷ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας βουλευτηρίῳ κεχαρισμένος· ὡς ἀθρόοι γενόμενοι προσαγηόχασιν ἐμοὶ τὸν ἄνδρα, καὶ ἐδεήθησαν ὄνασθαί τι τῶν ἡμετέρων γραμμάτων. τὸ μὲν οὖν δοῦναι τὰς ἐπιστολὰς ἡμέτερον ἦν, τὸ δὲ εἰς ὄνησιν αὐτῷ γενέσθαι παρ' ὑμῶν ἐπιζητεῖται

XXI. Duci.

Si apud magnificentiam vestram etiamnum manet Theodori memoria (qui autem non maneat?) in officiorum quæ illi debentur gratiam eiusdem consobrino honoris aliquid adhibeto. Nam et de optimo viro (175) bene eris meritus, et magnæ Alexandriæ senatum tibi hoc beneficio devinxeris; nam frequentes hominem ad me deduxerunt, meisque ut eum litteris iuvarem postularunt. Ut igitur litteras darem, fuit officii mei; ut autem non inutiles eæ sint, hoc a vobis requiritur.

κβ'. Ἀναστασίῳ.

Ἥσθην. ἀλλὰ πῶς οἴει; πάνυ μὲν οὖν ἀπὸ βαθείας τῆς γνώμης ἥσθην μαθὼν τὰ χρυσᾶ παιδία τῇ τοῦ b
βασιλέως φωνῇ νόμῳ σοι παιδία γενόμενα, μάλιστα μὲν ὅτι σε φιλῶ· τίνα γὰρ ἂν δικαιότερον; εἶθ' ὅτι πονηροὺς ἀνθρώπους μισῶ, ὧν τὰς ἐν σκότῳ καὶ γωνίαις ἐλπίδας ἡ χρηστὴ τύχη τῶν παιδίων ὑπετέμετο.

XXII. Anastasio.

Gavisus sum. Verum quantum putas? Plane vero intimo corde gavisus sum, posteaquam renuntiatum est aureos illos imperatoris appellatione liberos lege tuos esse liberos factos, imprimis quidem quod te amo; quem enim iustius? deinde quia pessimos homines odi, quorum tenebricosas et obscuras spes splendida puerorum fortuna succidit.

κγ'. Διογένει.

Τοιοῦτόν ἐστιν ἡ Σύρων τρυφή. καὶ συγγενῶν καὶ φίλων ἐπιλήσμονας ἀποδείκνυσι· μὴν γὰρ οὑτοσὶ πέμπτος, ἀφ' οὗ γράμμασιν ἡμᾶς οὐχ ἠσπάσω, καὶ ταῦτα δούσης σοι τῆς φύσεως οὐ μόνον πρὸς χρείαν c
ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔνδειξιν καὶ φιλοτιμίαν ὑπαγορεύειν ἐπιστολάς. ἀλλ' ἂν αὐτὸς ὑγιαίνῃς καὶ τὰ χρυσᾶ παιδία καὶ ἡ καλλίπαις μήτηρ αὐτῶν, ἡμῖν καὶ τοῦτο ἅλις ἔχει.

XXIII. Diogeni.

Eiusmodi Syrorum luxus est: et cognatorum et amicorum obliviosos facit. Quintus enim hic mensis agitur, ex quo nullis nos litteris salutasti, præsertim cum natura tibi non ad necessitatem tantum sed etiam ad ostentationem atque gloriam epistolas ut dictare posses tribuerit. Sed si et ipse vales et aurei pueri et felix ea prole mater illorum, vel istud nobis suffici'

κδ'. Σιμπλικίῳ.

Ἔδει μέντοι ταῖς τύχαις γνώμας μὴ συνεξαίρεσθαι, μηδὲ τὸ μεμνῆσθαι τῶν πάλαι φίλων ἔλαττον ἡγεῖσθαι τῆς παρούσης ἀξίας. σὺ δὲ ἡμῶν ἐπιλήσμων ἐγένου χρόνου συχνοῦ. χρῆν δὲ οὐχί, καίτοι σφοδρᾶς διαθέ- d
σεως συναψάσης ἡμᾶς ἀλλήλοις

XXIV. Simplicio.

Atqui cum fortuna nequaquam extolli animos oportebat, nec veterum amicorum meminisse infra præsentem dignitatem credere. Tu vero longo iam tempore nostri es oblitus; quod minime utique decebat, cum summa nos mutuo benevolentia coniunxerit.

κε'. Ἡλιοδώρῳ.

Ἐμοὶ μὲν συμπρόεισι τοῖς ἐνιαυτοῖς καὶ ἡ τοῦ φιλ-

XXV. Heliodoro.

Mihi quidem simul cum annorum cursu fit amoris ac-

τρου προσθήκη· σὺ δὲ εἰ μὲν ὁμοίως ἔχων οὐκ ἄγεις σχολὴν ὑπὸ τοῦ τῶν πραγμάτων ὄχλου γράμμασι τιμᾶν, ὡς εἰκός, ἅπαξ ποτὲ καὶ οὓς εἰκός, κλέψας σαυτὸν ἀπὸ τῶν δημοσίων χρόνον ὅσον ἀρκέσαι πρὸς μέτρον ἐπιστολῆς, (176) αὐτὸ τοῦτο μήνυσον. εἰ δὲ a ἐπιγινώσκεις ἀληθευομένην κατὰ σοῦ τὴν ὑποψίαν τῆς λήθης, διόρθωσαι μετανοίᾳ καὶ σαυτὸν ἡμῖν ἐπανάγαγε.

cessio. Tu vero si eodem affectus modo ob negotiorum magnitudinem ne tantillum quidem vacas, ut, quemadmodum par est, saltem semel et quos par est litteris honores tuis, sic ut publicis te rebus tanto tempore subtrahas, quantum ad scribendam epistolam sufficit, (176) hoc si, inquam, non potes, mihi significato; sin veram de te suspicionem hanc oblivionis agnoscis, pœnitendo corrige, ac teipsum nobis restitue.

κϛʹ. Τρωΐλῳ.

Ἀλλ' εἰ μήτε Κυρηναῖοι μήτε πόλεις ἀστυγειτόνων ἀποτίσουσί σοι χάριν ἀξίαν ἀνθ' ὧν ὁ θαυμάσιος Ἀναστάσιος αὐταῖς γράφει, πάντως γε ἡ τοῦ θεοῦ σοι προσέσται χάρις, ᾧ σαυτὸν οἰκειοῖς τῇ κοινωνίᾳ τῆς εὐεργετικῆς προαιρέσεως. εὐδαιμονοίης, ἄριστε φιλοσόφων· οὕτω γὰρ ἐμοί σε φίλον καλεῖν, ὥσπερ ὑπαγο- b ρεύει τὰ πράγματα.

XXVI. Troilo.

At si neque Cyrenenses neque vicinæ civitates dignam tibi gratiam referunt pro eo quod eximius Anastasius ad eas scribit, omnino divina tibi non deerit gratia, cui tete bene merendi voluntate concilias. Feliciter degas, philosophorum optime. Libet enim eo te compellare nomine, quod res ipsæ suggerunt.

κζʹ. Κωνσταντι.

Εἰ δὲ φιλοσοφίας τιμᾷς ἀρετήν, οὐ μόνον ἐν παροῦσι τοῖς μετασχοῦσιν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀποῦσι τιμήσεις. ὁ δὲ θεσπέσιος Ἀμυντιανὸς ὁ παρ' ἡμῖν ποτὲ τυχὼν ἀμείνονος λήξεως, ἐμοὶ δοκεῖ, πάρεστι καὶ ἀπεῖναι δοκῶν. τούτου συγγενῆ σφόδρα αὐτανέψιον ὁ παρ' ὑμῖν Σωτήριχος ἀδικεῖ. δεῖξον οὖν ὅτι κήδῃ Διονυσίου, καὶ πέπαυται Σωτήριχος ἀδικῶν. c

XXVII. Constanti.

Tu vero si in honore philosophiæ virtutem habes, non in præsentibus solum eaque præditis, sed in absentibus etiam honorabis. Divinus Amyntianus qui olim apud nos feliciorem ad sortem migravit, adest, ut mihi quidem videtur, etiamsi abesse videatur. Huius maxime propinquo consobrino Soterichus vester iniuriam facit. Ostende tibi curæ esse Dionysium, statimque ab iniuria Soterichus desistet.

κηʹ. Σιμπλικίῳ.

Ἀφιέναι φησὶ δεῖν ὁ θεὸς τὰ ὀφειλήματα. ὀφείλει δὲ ὁ μέν τις δάνεισμα χρυσίου, ὁ δὲ τὸ δοῦναι δίκην. ὁ τοῦ λαβεῖν οὖν δίκην ὑπεριδὼν ὑπήκουσε τοῦ θεοῦ.

XXVIII. Simplicio.

Dimittenda deus esse debita dicit. Porro hic quidem pecuniam mutuam, ille vero pœnas dependere debet. Igitur qui repetere ab eo pœnas contempserit, deo fuerit obsecutus.

κθʹ. Πενταδίῳ αὐγουσταλίῳ.

Τοῦ παρ' ἡμῶν ὄχλου καὶ τῶν πραγμάτων αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἰτιῶ· φιλοτιμηθεὶς γὰρ πᾶσι γενέσθαι κατα- d φανὴς ὅτι με διὰ πάσης ἄγεις τιμῆς, ἅπασι τοῖς καταπονουμένοις ἐπ' ἐμὲ τὸν δρόμον ἀνέῳξας. οἶσθ' οὖν ὅπως ποιήσεις, εἰ δεῖ ποτὲ πεπαῦσθαι κἀμὲ κοπτόμενον ὑπὸ πολλῶν καὶ σὲ περὶ πολλῶν ὑπ' ἐμοῦ· εἰ καὶ πάνυ δεῖται μετρίων καὶ φιλανθρώπων ὑπὲρ οὗ γράφω, καὶ τυχεῖν ἐστὶν ἀξιώτατος, ὡς ἅπαντες ἴσασιν, ἀποτυγχανέτω σου μηδὲν ἧττον ἢ εἰ παμπόνηρός τε ἦν καὶ παμπονήρων ἐδεῖτο πραγμάτων. τότε οὖν καὶ ὅταν ἀφίκωμαι παρὰ σὲ δῆθεν αἰτιασόμενος, πρόσταττε τοῖς ὑπηρέταις ἐπιζυγῶσαί μοι κατὰ τοῦ (177) προσώπου τὰς θύρας. ἂν τοῦτο γενόμενον οἱ μὲν a ἴδωσιν, οἱ δὲ τῶν ἰδόντων ἀκούσωσι, τοὐντεῦθεν ἐγώ τε καὶ σὺ βαθεῖαν εἰρήνην ἄξομεν, ὡς οὐδεὶς ἔτι τοῦ λοιποῦ προσδραμεῖταί μοι καὶ προσανακλαύσεται. εἰ δὲ ἀποδειλιάσεις καὶ οὐκ ἐθελήσεις ταὐτά σοι τοὺς ἀνθρώπους συγγνῶναι, ἀνέχου πολλάκις τῆς ἡμέρας

XXIX. Pentadio augustali.

Quod in interpellando te sum assiduus, tu tibi imputare debes. Cum enim manifestum omnibus esse voluisses, omni me apud te in honore ac pretio esse, cunctis ad me, qui in aliqua calamitate sunt, cursum patefecisti. Nosti igitur quemadmodum facturus sis, ut et ego a multis et de multis tu a me ne amplius sollicitteris. Quanquam moderata omnia cum primis et æqua postulat is pro quo scribimus, estque, ut omnes norunt, qui ea impetret dignissimus, abs te reiciatur ille perinde ac si et ipse pessimus esset et pessimis tecum de rebus ageret. Quin etiam cum ad te expostulaturus scilicet adiero, famulis tuis præcipe, mihi ut ob os (177) ianuam occludant. Postquam istud a te factum alii viderint, alii ab iis audierint, deinceps ego et tu magna in pace versabimur, quoniam nemo de cætero ad me confugiet, nec ærumnas suas apud me deplorabit. Quod si istud facere reformidaris, nec eiusmodi quicquam in te homines velis animadvertere, fac ut quotidie sæpius de hominibus bene

ἀγαθόν τι ποιεῖν ἀνθρώπους ἱκέτας σου γινομένους δι' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ θεοῦ. ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἀπαγορεύσεις εὖ ποιῶν. οὔκουν οὐδὲ ἐγώ, πρεπούσας ὑποθέσεις τῇ φύσει σου πορίζόμενος.

mereri sustineas tuis per me ac deum supplicibus. Verum, quod probe equidem scio, nequaquam tu bene merendo ac proinde nec ego consentaneas naturæ tuæ occasiones procurando fatigabimur.

λ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐγὼ καὶ σοῦ κήδομαι καὶ τοῦδε· σοῦ μέν, ὡς μὴ b ἀδικοίης, τοῦδε δέ, ὡς μὴ ἀδικοῖτο. εἰ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ μετὰ τοῦ Πλάτωνος τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον εἶναι κακόν, ἔοικά σοι μᾶλλον ἢ τῷδε χαρίζεσθαι, δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ πραττομένου δίκας ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐξήμαρτεν

XXX. Eidei

Ego et tui curam et illius habeo : tui, ne iniuriam facias; ne accipiat, illius. Iam si cum Platone sentis, iniuriam inferre quam accipere multo esse deterius, melius de te quam de illo mereri videor, cum pro illo deprecor, a quo pœnæ eius quod non commisit criminis repetuntur.

λα'. Αὐρηλιανῷ.

Εἴ τινές εἰσι ψυχαὶ τῶν πόλεων, ὥσπερ οὖν εἰσίν, c ἔφοροι θεῖαί τε καὶ δαιμόνιοι, πάσας ἡγοῦ σοι χάριν εἰδέναι καὶ ἀπομεμνῆσθαι τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐπὶ τῆς μεγάλης ἀρχῆς ἅπασιν ἔθνεσιν αἴτιος γέγονας. αὐτάς τε οὖν ταύτας παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους οἴου σοι παρεστάναι συνηγόρους τε καὶ συμμάχους, καὶ τοῦ κοινοῦ δεῖσθαι θεοῦ γενέσθαι σοι πρεπούσας ἀμοιβὰς τῆς ἐνδεχομένης ἐκείνου μιμήσεως· τὸ γὰρ εὖ ποιεῖν ἐν τοῦτο μόνον ἔχουσι κοινὸν ἔργον ἄνθρωπος καὶ θεός, ἡ δὲ μίμησις οἰκείωσίς ἐστι, καὶ συνάπτει πρὸς ὃ μιμεῖται τὸ μιμούμενον. διάκεισο τοίνυν ὡς ἀπειργα- d σμένος οἰκεῖος τῷ θεῷ τῇ κοινωνίᾳ τῆς εὐεργετικῆς προαιρέσεως, καὶ σύνεσο γλυκείαις ἐλπίσιν, ὁποῖαι τῇ τοιαύτῃ τῆς ψυχῆς διαθέσει προσήκουσιν, ὦ μεγαλοπρεπέστατε μόνος ἢ μετ' ὀλίγων σὺ μόνος δικαίως καλούμενε. ἀσπάζομαι διὰ τῆς σεμνοτάτης φωνῆς τοῦ πατρὸς τὸν νέον Ταῦρον τὰς ἀγαθὰς Ῥωμαίων ἐλπίδας.

XXXI. Aurelian

Si ullæ sunt civitatum animæ, ut revera sunt, præsides, divinæ et e geniorum numero, universas puta gratiam habere tibi, bonorumque esse omnium memores : quæ, cum summum magistratum gereres, in omnes gentes contulisti. Proinde illas ipsas singulis temporibus adesse tibi credito advocatas et socias, communemque pro te deum precari, uti meritis te præmiis compenset pro eo quod illum, quoad fieri potest, perfecte sis imitatus. Bene enim aliis facere hoc solum habent homines cum deo commune. Imitatio porro conciliatio quædam est, idque quod imitatur cum eo coniungit, quod imitandum proponitur. Quamobrem sic habeto, affinem te deo esse factum eiusdem beneficæ communione voluntatis, dulcissimaque te ipsum spe fove, cuiusmodi ei animi proposito consentanea est, o magnificentissime solus aut cum paucis merito solus appellande. Iuvenem Taurum, præclaras Romanorum spes, per gravissimam parentis vocem saluto.

β'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ὁ καὶ τοὔνομα δοῦλος καὶ τὴν προαίρεσιν, ὃν ἀγνοήσας ὡς παιδοτρίβην παρὰ (178) τῶν Θεοδώρου κλη- a ρονόμων ἐώνημαι, πάλαι μέν ἐστι πονηρός (καὶ γὰρ ἔφυ καὶ τέθραπται κακῶς, καὶ ἀγωγῆς οὐκ ἀπέτυχεν ἀξίας τῆς φύσεως, ἐκ παιδὸς ἐν τηλίᾳ καὶ κύβοις καὶ καπηλείοις καλινδηθείς), ἀλλὰ νῦν, Λυσίας ἂν εἶπεν, ἐξείργασται καὶ τέλος ἔχει, καὶ πέρας ἀηδίας ἐστίν. Ἑρμῇ μὲν γὰρ καὶ Ἡρακλεῖ τοῖς παλαίστρας ἐφόροις οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει, Κότυϊ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς κονισάλοις νεωκορεῖ, καὶ εἰ δή τινές εἰσι τούτου τοῦ κόμματος ἕτεροι δαίμονες, ἅπασιν αὐτοῦ μέλει καὶ πάντων αὐτῷ. δίκην μὲν οὖν ἑτέραν οὐκ ἂν λά- b βοιμι παρ' αὐτοῦ, ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ· δοκιμασθεὶς δ' ἀνεπιτήδειος εἶναι συμβιοτεύειν φιλοσόφοις δεσπόταις, ὧν οἰκουρούντων αἰσχύνη περινοστεῖ, φευγέτω τὴν ἔχουσαν ἡμᾶς πόλιν. ὁ γὰρ ἰδὼν τὸν πορνότριβα σοβοῦντα διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐν στεφάνῳ καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα καὶ πάσης ἀκολασίας καταπιμπλάμενον καὶ ᾠδὰς ᾄδοντα πρε-

XXII. Fratri

Qui et nomine et animo servus est, quem ignorans tanquam pædotribam (178) de Theodori hæredibus emeram, iam dudum est nequam (nam et male natus est et educatus, nec abhorrentem ab indole naturaque institutionem nactus est, iam tum a puero in coturnicum lusu et alea ac popinis volutatus); verum nunc, ut Lysias dixerit, actum de eo, finem habet molestiæque terminus est. Siquidem cum Mercurio et Hercule palæstræ præsidibus ne minimum quidem habet commercii, Cotyis vero aliorumque Atticorum Priapeorum æedituus est; ac si qui alii sunt huiusce notæ dæmones, omnibus curæ ipse est, ipsique omnes. Cæterum pœnas quidem ex ipso nullas alias sumpserim; sua enim cuique nequitia sufficiens est pœna. Sed cum experientia minime idoneus probatus sit qui cum heris philosophis vivat quorum domi manentium infamia vagatur, exeat ex urbe nostra. Nam qui scortatorem hunc superbe toto foro volitantem conspexerit, cum corona et unguentis ebrium atque comissantem nulloque non libidinis genere refertum

πούσας τῷ βίῳ, ἐπὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν τὴν αἰτίαν ἀνήγαγεν. ὅπως οὖν αὐτὸν παραδοὺς τῷ ναυκλήρῳ πλεῖν ἀναγκάσεις εὐθὺ τῆς ἐνεγκούσης αὐτόν· ἐκείνη c γὰρ ἂν αὐτοῦ καὶ ἀνάσχοιτο δικαιότερον. πλείτω δὲ δεδεμένος ἐπὶ τοῦ καταστρώματος· μὴ γὰρ εἰς κοίλην ναῦν καταβαίη, ἐπεὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ συχνὰ τῶν κεραμίων ἡμιδεῆ σοι ποιήσει. εἰ δὲ ὁ πλοῦς παρατείνοιτο, καὶ μέχρι τρυγὸς ἂν ἐκροφοίη τὸν ἀνθοσμίαν, καὶ τοὺς ναύτας δ' ἂν αὐτὰ ταῦτα ποιεῖν ἀναπείσειε· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ πιθανώτατον τὸ κακὸν εἰς ἀπολαύσεις ἡγήσασθαι. καὶ τίς οὕτως ἐμβριθής ἐστι τῶν μισθοῦ πλεόντων τὴν θάλατταν, ὡς μὴ διαχυθῆναι τοῦ καθάρματος κορδακίσαντος ἐν τῇ τοῦ ποτηρίου d περιφορᾷ; καὶ ἄλλα πολλὰ βωμολοχεύεται, πρὸς ἃ δεῖ πεφράχθαι τὸν ναύκληρον. ὁ μὲν οὖν Ὀδυσσεύς, ἵνα μὴ ὑφ' ἡδονῆς διαφθαρείη, τὴν Σειρήνων ἀκτὴν δεδεμένος παρήμειβεν· οὑτοσὶ δέ, ἵνα μὴ τοὺς πλέοντας ἡδονῇ διαφθείρῃ, ἂν ἐκεῖνοι σωφρονῶσι, δεδήσεται.

atque cantilenas vitæ consentaneas canentem, crimen omne in illius heros transtulerit. Quamobrem vide, quæso, uti illum nauclero committens recta in patriam navigare compellas; hæc enim iustius illum toleraverit. Sed vinctus in transtris naviget, minime vero in interiorem navem descendat. Alioqui noli mirari si plures amphoras dimidia ex parte inanes reliquerit. Quod si longior sit navigatio, vel ad fæcem usque odoratum vinum exsorbeat, necnon ad idem faciendum navales socios inducat. Nam præter cætera cumprimis blandum scelus est, ut ad voluptates aliis præeat. Ecquis vero adeo truculentus est ex mercenariis vectoribus, qui non hilaritate gestiat, cum perditum illum in circumlatione poculi restim agentem ac subsultantem viderit? Multa et alia scurriliter facit, ad quæ munitum esse nauclerum oporteat. Atque Ulixes quidem, ne voluptatis illecebris periret, vinctus Sirenum littora prætergressus est; at is, ne vectores voluptatis lenocinio corrumpat, si sapiant illi, vincietur

λγ'. Τῇ φιλοσόφῳ

Ἠχοῦς ἔοικα πρᾶγμα ποιεῖν. ἃς παρείληφα (179) φωνὰς ἀντιδίδωμι, τὸν θαυμαστὸν Ἀλέξανδρον ἐπαι- a νῶν παρὰ σοί.

XXXIII. Philosophæ.

Videor iam facere quod echo solet. (179) Quas voces accepi, refero, dum egregium illum Alexandrum apud te prædico.

λδ'. Αὐρηλιανῷ.

Οὔπω τῇ προνοίᾳ μέλει Ῥωμαίων ἀλλὰ μελήσει ποτέ, καὶ οὐκ εἰς ἅπαν οἰκουρήσουσιν οἱ τὰ κοινὰ σώζειν δυνάμενοι. ἀλλὰ τῷ γε ῥήτορι τῷ συντρόφῳ καὶ ἡ παροῦσά σοι δύναμις ἀρκεῖ πρὸς ὅ τι τυγχάνει δεόμενος. ἀπολαυέτω δὴ νῦν μὲν αὐτὸς μόνος ταύτης, ἔπειτα μετὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κἀκείνης. b

XXXIV. Aureliano.

Nondum divina providentia curam Romanorum gerit. Sed geret aliquando, nec perpetuo domi otiosi manebunt qui rempublicam servare possunt. Sed contubernali oratori vel ea auctoritas, quæ penes te nunc est, ad id satis est, quo ille opus habet. Nunc igitur hac quidem solus perfruatur, postea vero altera etiam illa, una cum nationibus universis.

λε'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ἐπιτομωτάτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ πλουτεῖν ἐβάδισεν Ἀθανάσιος. ἔγνωκεν ὁμόσε ἰτέον εἶναι τοῖς ἀποθνήσκουσι, καὶ πρακτέον αὐτοὺς πειθοῖ καὶ βίᾳ πᾶν ὅ τι ἂν δύναιτο. οὐκ ἂν οὖν αὐτὸν λάθοι δημόσιος ἐπὶ διαθήκῃ καλούμενος, ἀλλὰ συνεισάλλεται.

XXXV. Fratri.

Compendiosissimam ditandi sui viam iniit Athanasius. Confligendum enim esse decrevit sibi cum moribundis, illisque quidquid posset quo iure qua iniuria faciendum. Itaque nemo illum latet publicus scriba ad testamentum accersitus, sed simul irrumpit.

λς'. Τῷ αὐτῷ.

Ἑκκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀθὺρ ὁ μακαρίτης Καστρί- c κιος αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο, φάσμα χαλεπὸν ἰδών τε καὶ διηγησάμενος.

XXXVI. Eidem.

Sexta decima mensis Athyr beatus Castricius hoc ipsum, beatus scilicet, factus est, cum horribile prius visum intuitus esset ac narrasset.

λζ'. Ἀνυσίῳ.

Ἰωάννης, ὃν ὅτι σε φιλεῖ δι' αὐτὸ τοῦτο φιλῶ, νόσῳ χαλεπῇ προσεπάλαισεν. ἦν δὲ αὐτῷ δεινὸν οὐχ ἡ νόσος ἀλλὰ τό σου τῆς ἱερᾶς ἀπεῖναι κεφαλῆς, ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν τοῖς ὁμοίοις ἐστί. τούτῳ δέ τι καὶ τρίτον προσὸν χαλεπωτέραν τὴν νόσον ποιεῖ. ἐρᾷ τοῦ τι d ποιεῖν στρατιώτῃ πρέπον, καὶ δυσκόλως ἔχει πρὸς τὴν ἐξ ἀνάγκης ἀργίαν.

XXXVII. Anysio.

Ioannes, quem quidem ideo quod te amat diligo, difficili morbo conflictatus est. Ac non tam molestus ei morbus erat, quam quod sacro abs tuo capite remotus esset; nam et nunc eodem hæret in statu. Iam tertium illud molestiorem et ægritudinem facit. Etenim milite dignum aliquod facinus gestit edere. Quare necessariam istam cessationem iniquo animo patitur.

λη'. Αὐρηλιανῷ.

Οἶμαί σου τὴν θεσπεσίαν ψυχὴν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο καταπεμφθεῖσαν, ἐφ' ᾧ κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώπων εἶναι, καὶ χάριν εἰδέναι τοῖς συνιστᾶσι τοὺς δεομένους δικαίων, ὅτι σου πρεπούσας ὑποθέσεις τῇ φύσει πορίζονται. οὐ γὰρ a (180) ὅτι συγγενής ἐστιν Ἡρώδης ἐμός, ἀλλ' ὅτι δεῖται δικαίων, διὰ τοῦτό σοι τὸν νεανίσκον συνίστημι, ὅστις ἐκ προγόνων λαμπρότατος ὢν καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος, ἐπειδὴ γέγονεν ἡγεμών, ἀξιοῦται συντελεῖν ὥσπερ οἱ νεόβουλοι καὶ γενέσθαι διπλοῦς λειτουργός, τὸ μέν τι διὰ τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ δι' ἣν ἦρξεν ἀρχήν.

XXXVIII. Aureliano.

Divinam tuam animam arbitror ad nos ideo esse demissam, ut commune esset hominum bonum, et illis gratiam haberet, qui eos commendarent qui iusta peterent, quod consentaneam naturæ tuæ materiam suppeditent. Non enim (180) propterea quod cognatus meus est Herodes, sed quia ius postulat, idcirco tibi adolescentem commendo, qui cum clarissimis maioribus natus sit, agrosque paternos senatui vectigales iure hæreditario acceperit, posteaquam dux factus est, eadem tamen ab illo quæ ab recens in senatum ascriptis tributa petuntur, duplicem ut functionem obeat, alteram fortunarum suarum, alteram eius, quem gessit, magistratus nomine.

λθ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ἕλκει με παρὰ σὲ πόθος καὶ χρεία. πυνθάνομαι b τοίνυν εἰ περιμένεις ἥξοντα.

XXXIX. Fratri.

Trahit me ad te desiderium non minus quam necessitas. Quæro igitur ecquid venientem me sis exspectaturus.

μ'. Οὐρανίῳ.

Ἔπεμψά σοι δῶρον ἵππον ἀκροφυέστατον εἰς ἅπασαν ἀρετὴν ἵππῳ προσήκουσαν, ᾧ χρήσῃ μὲν ἐν ἁμίλλαις δρόμων, χρήσῃ δὲ ὅταν ἐπὶ θήραν ἐξάγῃς, καὶ ἐν ἀγῶσι πολεμικοῖς καὶ ὅταν κατάγῃς ἐπὶ τῷ c Λιβυκῷ τροπαίῳ πομπὴν ἐπινίκιον· οὐ γὰρ οἶδα ὅ τι μᾶλλόν ἐστι, κυνηγέτης ἢ κέλης ἐναγώνιος ἢ πομπεὺς ἢ πολεμιστήριος. εἰ δὲ Νισαίων ἵππων ἰδεῖν ἐστιν ἀειδέστερος, ὀχθώδης τε ὢν τὸ κρανίον καὶ λιπόσαρκος τὴν ὀσφῦν, τάχα μὲν οὐδὲ τοῖς ἵπποις, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις, ἅμα πάντα δίδωσιν ὁ θεός. μήποτε δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἐκείνας αὐτῷ τὰς ἀρετὰς συντελεῖ, εἰ τὰ μαλακὰ τῶν σκληρῶν ἐλάττω παρὰ τῆς φύσεως ἐκληρώσατο. πρός γέ τοι τοὺς πόνους ὀστᾶ σαρκῶν οἶδα διαρκέστερα. οἱ μὲν οὖν παρ' ὑμῖν ἵπποι ταῖς σαρξὶ πλείους εἰσίν, οἱ δὲ ἡμέτεροι τοῖς ὀστοῖς. d

XL. Uranio.

Equum ad te dono misi ad omnem equi virtutem in primis a natura factum, quo uteris tu quidem in curulibus certaminibus, uteris et cum venatum proficisceris atque in bellicis conflictibus, sed et cum Libycam ob victoriam triumphabis; neque enim scio utrum potius sit venator an in ludis desultorius, pompæ magis, an bellis idoneus. Quod si Nisæis equis deformior est, quod tumenti cranio modicaque cir ilia carne sit, non omnia simul equis fortasse deus, uti neque hominibus, concedit. Tum haud scio an istud ipsum ad eas quas recensui, illi conferat, quod duris mollia minora sit a natura sortitus. Equidem ossa carnibus ad labores scio durabiliora. Quare vestrates sane equi carne superant, nostrates ossibus.

μα'. Ἑταίρῳ.

Ἐμισθωσάμην σοι ναῦν ἀνθρώπων εὐγενῶν καὶ πλεόντων τὴν θάλατταν μετὰ πλείονος τέχνης ἢ τύχης. ὡς αἵ γε Καρπαθίων ὁλκάδες φήμην ἔχουσι διανοίᾳ κεχρῆσθαι, καθάπερ αἱ Φαιάκων τῶν πάλαι, πρὶν ἐπὶ τὴν νῆσον γενέσθαι τὸ δαιμόνιον μήνιμα.

XLI. Sodali.

Navem tibi conduxi hominum nobilium ac maiori arte quam natura navigantium. Nam Carpathiorum onerarias ratione uti ferunt, ut illas Phæacum antiquorum, priusquam ad insulam deorum iracundia pervenerat.

μβ'. Κληδονίῳ.

Συγγενὴς ἐμὸς ἀδικεῖται, σὺ δὲ καὶ (181) φίλος εἶ a καὶ δικάζειν ἔλαχες. ἐκ μιᾶς οὖν προσοχῆς ὑπάρξει σοὶ κἀμοὶ καὶ τοῖς νόμοις χαρίσασθαι. ἐπανίτω τοίνυν Ἀσφάλιος εἰς τὸ δεσπότης εἶναι τῶν κεραμίων τῇ τοῦ πατρὸς διαθήκῃ προσλαβὼν τὴν ἀπόφασιν, τῆς κατηγορίας οὐκ ἐσομένης ἐμποδὼν τῷ παραυτίκα τῆς ἀκροάσεως. πότε γὰρ δεῖ δικαιοδοτεῖν ἢ τὸν χρόνον ἐν ᾧ μάλιστα τυγχάνομεν δεόμενοι τοῦ θεοῦ;

XLII. Cledonio.

Cognatus meus iniuriam patitur, tu vero (181) et amicus es et iudicia sortitus: eadem animi attentione mihi pariter ac legibus gratificari poteris. Redeat itaque Asphalius noster ad ius mancipiumque figlinorum, quod ei super patris testamentum tua sententia confirmet; nec impediat accusatio quominus ei statim audientiam tribuas. Quo enim potius tempore ius reddere oportet, quam quo deo maxime supplicamus?

μγ'. Ἀναστασίῳ.

Σωσηνᾶν τις ἔπεισεν ἢ θεὸς ἢ λογος ἢ δαίμων ὅτι b καὶ παρὰ τὰ χωρία τι γίνεται τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ τυγχάνειν τε καὶ ἀποτυγχάνειν εὐμενοῦς τοῦ θεοῦ. πράττων οὖν πονήρως παρ' ἡμῖν καὶ τῶν πατρῴων ἀκριβῶς ἐκκοπεὶς

ἔγνωκε πλεῖν εἰς τἀπὶ Θράκης χωρία,
ἐκεῖ διαλλαγησόμενος πρὸς τὴν τύχην.

εἰ δή σοι φίλα πρὸς τὴν δαίμονα, σύστησον αὐτῇ τὸν νεανίσκον, καὶ ἐξευρέτω τινὰ πόρον αὐτῷ χρημάτων. ῥᾴδιον δὲ βουλομένῃ· καὶ γὰρ τὰ Νόννου τοῦ Σωσηνᾶν φύσαντος οὐ χαλεπῶς εἰς ἑτέρους μετέθηκεν. ἀποφηνάτω δὴ καὶ Σωσηνᾶν κληρονόμον ἀλλοτρίου πατρός· γένοιτο γὰρ ἂν οὕτως ἐξ ἀδικίας τὸ δίκαιον. c

XLIII. Anastasio.

Sosenæ persuasit aliquis, sive deus sive ratio sive genius pro conditione locorum aliquid homini suppetere, quo favorem numinis aut acquirat aut ab eo excidat. Quare cum infeliciter apud nos ageret, patrimonioque prorsus exclusus esset,

statuit sibi in Thraciam navigandum,
quo illic cum fortuna reconcilietur.

Iam si tibi cum dea ulla necessitudo est, iuvenem ei commenda, uti pecuniarum conficiendarum rationem aliquam inveniat. Id vero volenti erit facile; nam et facile Nonni Sosenæ patris fortunas ad alios transtulit. Faciat igitur et Sosenam alieni patris hæredem. Ita enim ius ex iniuria fiet.

μδ'. Ἰωάννῃ.

Ὥσπερ ἄλλοτε πολλάκις ἐπὶ τῶν καιρῶν ἐγενόμην σοι χρήσιμος, καὶ παρεμυθησάμην δυσχέρειαν τύχης τὰ μὲν λέγων τὰ δὲ ποιῶν, ὡς ἑκάστοτε ἡ δύναμις ὑπηγόρευσε, καὶ νῦν περὶ τῶν καταλαβόντων σε πραγμάτων δοκεῖ μοι συνεισενέγκαι τινὰ γνώμην, ἐπειδὴ μὴ ἔργον δύναμαι· Συνέσιον γὰρ οὐ θέμις, ἕως ἐμπνεῖ τε καὶ δύναται, μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ d πρόθυμον εἶναι τοὺς φίλους ἀγαθόν τι ποιεῖν. ἄκουε τοίνυν ἅ μοι καλῶς ἔχει διαλεχθῆναι πρὸς σέ. εἰ μὲν θεός ἐστιν ἡ φήμη κατά τινα τῶν παρ' ἡμῖν ποιητῶν, σὺ διεχρήσω τὸν μακαρίτην Αἰμίλιον, οὐ πράξας ἀλλὰ βουλεύσας τὸν φόνον, καὶ βαρβαρικὸν μὲν δρᾶμα συνθείς, τὸν σφαγέα δὲ καθεὶς ἐκ τῶν σαυτοῦ λοχιτῶν τὸν ὠμότατον. λέγει μὲν γὰρ ἡ φήμη ταῦτα, ψεύδεσθαι δὲ οὐ θέμις, οὖσαν θεόν. εἰ δὲ Ἡσίοδος μὲν οὐδὲν λέγει, πολλὰ δὲ λέγεται μάτην, καὶ τοῦτο περὶ σοῦ τῶν (182) πολλῶν a ἐστὶν ἕν (ὡς ἔγωγε βουλοίμην ἄν· περὶ ἐλάττονος γὰρ ποιοῦμαι τὴν ἐν ἀργυρίῳ ζημίαν ἢ τὴν ἐν φίλῳ), καὶ νῦν ἂν οὐχ ὑπαίτιος ὢν ἀκούῃς κακῶς, ἀτυχεῖς μὲν ἄρα, ἀλλ' οὐκ ἀδικεῖς. ὡς ὤφελες μηδὲ ἀτυχεῖν. ἀλλ' ἐκείνως μὲν ἂν σοι μῖσος ὠφείλετο δίκαιον, οὕτω δὲ καὶ ἔλεος. ἐγὼ δέ μοι δοκῶ λίαν ὑπὸ συνηθείας ἁλώσιμος ὢν κἀκείνως ἂν τὴν μὲν πρᾶξιν μισεῖν, σὲ δὲ ὅμως ἐλεεῖν. τοῦ δὲ ἐλεοῦντός ἐστι βοηθεῖν ὅσῃ δύναμις, καὶ ἐξευρίσκειν ὅθεν ἂν οἴηται ὀνῆσαί τι. οὐκοῦν καθ' ἑκάτεράν μοι προσήκει συμβουλεῦσαί σοι τὸ φαινόμενον βέλτιον. b ἔοικε δὲ ταὐτὸν εἶναι συμφέρον αἰτίῳ τε ὄντι καὶ ἀναιτίῳ. ἴθι παρὰ τοὺς νόμους, καὶ σαυτὸν ἐπίδος τῷ δικαστῇ μετὰ ἀθρόων τῶν λοχιτῶν, εἴ τι κήδῃ κἀκείνων. καὶ εἰ μὲν ἐπράχθη τὸ δεινόν, δεήθητι καθικέτευσον ἀντιβόλησον, μὴ ἀνῇς προκαλινδούμενος, πρὶν ἂν διαπράξῃ τὸ παρὰ τῆς ψήφου συστῆναι τῷ δημίῳ καὶ δοῦναι τὴν δίκην. ἐν καλῷ σοι κείσεται παρὰ τοῖς κάτω δικαστηρίοις τὸ προκαθηράμενον ἀπελθεῖν, ἑταῖρε Ἰωάννη. μὴ λόγον ἄλλως οἰηθῇς τὴν παραίνεσιν, μηδὲ προσπαίζειν με νομίσῃς σαυτῷ· c

XLIV. Ioanni.

Cum et antea sæpe tuis me temporibus utilem tibi præbui, ac fortunæ difficultatem qua dicendo qua elaborando subinde pro mea virili parte sublevavi, tum in præsentia de iis quæ tibi evenerunt videor sententiam meam ac iudicium præstare debere, quoniam opus ipsum nequeo. Synesium enim nequaquam fas est, quamdiu spirat et potest, non omni ratione paratum esse, quo de amicis bene mereatur. Audi igitur quæ recte apud te disputanda mihi videntur. Si dea est fama, uti quidam ex nostris poetis asserit, tu beatum Æmilium interfecisti, non ut re ipsa parricidium sed ut consilio patraveris, ac barbarum quidem actum institueris, sicarium vero subornaris ex tuis manipularibus longe crudelissimum. Hæc enim fama testatur; mentiri vero ipsam nefas est, utpote deam. Sin est, ut nihil dicat Hesiodus ac multa temere proferantur, et hoc de te unum (182) est e multis: quod utinam ita sese habeat. Minoris enim pecuniæ iacturam quam amici facio. Igitur si huius innocens criminis male nihilominus audis, infelix tu quidem es, minime tamen iniustus; atque utinam ne infelix quidem esses. At in illo iustissimum mereris odium, in hoc vero misericordiam. Quanquam ego ita mihi necessitudine ac familiaritate capi posse videor, ut vel illo quidem modo factum utique sim detestaturus, tui vero nihilominus misertus. Est autem eius qui misereatur, opem ferre, quoad potest, atque id excogitare, quanam ratione prodesse posse arbitretur. Quamobrem utramque in partem tibi id me par est consilii dare, quod optimum iudico. At idem omnino sive criminis conscio sive innocenti conducere videtur. Itaque fac legibus te subicias, iudicique committas una cum manipularibus omnibus, si et horum curam geris aliquam. Quod si commissum abs te facinus est, ora supplica contende, nullum procumbendi finem facito, donec iudicis sententia tortori traditus fueris pœnasque persolveris. Percommode hoc tibi apud inferorum iudicia cesserit, amice Ioannes, si prius expiatus

οὕτω τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας ὀναίμην καὶ προσέτι τῶν
παιδίων τῶν ἐμαυτοῦ. οὐκ ἂν μὴ φιλτάτῳ σοι
τυγχάνοντι συνεβούλευσά τι τοιοῦτον, ὅ γε ἀπεύχομαι
τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς· καὶ μήποτε αὐτῶν ἐπὶ νοῦν
ἀναβαίη τὸ κάλλιον εἶναι τὸν ἀδικοῦντα δοῦναι τιμω-
ρίαν αὐθαίρετον, ἀλλὰ μηδὲ παύσαιντο εὐτυχοῦντες ἐν
οἷς ἀδικοῦσιν, ἵνα πλείω τε χρόνον εἶεν κακοὶ καὶ πάσας
ἐκεῖ τὰς δίκας ὀφείλοιεν. πρὸς σὲ δὲ διὰ φιλίαν κιν-
δυνεύω τι καὶ τῶν ἀπορρήτων εἰπεῖν, ὡς ἀνόμοιόν
ἐστιν ἐν παχεῖ σώματι καὶ ἐν εἰδώλῳ δοῦναι τὴν δί- d
κην. ἰσχυρότερον μὲν γὰρ ἀνθρώπου θεός, τοῦ δὲ
θείου παντὸς διακόσμου σκιὰ τὸ ἀνθρώπινον. ἀλλ'
ὅπερ εἰσὶν ἐν ταῖς πολιτείαις οἱ δήμιοι, χεῖρες τῶν
νόμων, τὴν αὐτὴν αἱ ποιναὶ χρείαν τῇ φύσει τοῦ κό-
σμου παρέχονται. δαίμονές εἰσι καθαρτήριοι, τέχνην
ἔχοντες ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς ἣν οἱ κναφεῖς ἐπὶ τοῖς ἱμα-
τίοις τοῖς πιναροῖς. ἀλλ' εἴ τις ἱματίοις αἴσθησις ἦν,
τί ἂν οἴει πάσχειν αὐτὰ λακτιζόμενα καὶ νιτρούμενα
καὶ πάντα τρόπον κναπτόμενα; διὰ πόσων δ' ἂν ὀδυ-
νῶν ἐκπεπλύσθαι κηλῖδας ἀρχαίας καὶ προστετηκότα
ὀμόργματα; (183) ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι πολλοῖς ὁ ῥύπος a
οὕτως ἐνέφυ σφόδρα διὰ τοῦ βάθους, ὡς ἀναπάλλα-
κτος εἶναι, καὶ φθάνει διαφθαρέντα πρὶν εἰς τὴν φύσιν
ἐπανελθεῖν, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις ἢ διὰ
χρόνου πλῆθος ἢ διὰ μέγεθος. οὕτω δὲ ἐχούσῃ ψυχῇ
καλῶς ἂν εἶχεν εἶναι φθαρτῇ. νῦν δὲ τὰ μὲν ἁμαρ-
τήματα λόγον ἔχει πρὸς τὰς ἀνεκπλύτους κηλῖδας, ἡ
ψυχὴ δὲ οὐκέτι πρὸς θοἰμάτιον ἐκεῖνο τὸ πιναρόν τε
καὶ οὐκ ἀντέχον, ἀλλ' ἀθάνατος οὖσα τίνει δίκην
ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρτῃ δευσοποιά τε καὶ ἀναπόνιπτα.
ἀλλ' ἐν ᾧ γάρ τις ἥμαρτε βίῳ δίκας διδούς, οὔπω πάνυ b
προστετηκὸς ἔχει καὶ προσιζῆσαν τὸ πάθος, ἀλλ', ὡς
ἂν εἴποι τις, ἀρτιβαφὴς οὖσα ψυχὴ τάχιστα πλύνεται.
διὸ δοτέον ἐστὶν ὡς ἔνι διὰ τάχους τὴν δίκην, καὶ τι-
μωροῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ μὴ δαίμοσι. λέγεται δέ τις
λόγος, ὅς με πείθει τοὺς ἠδικημένους κυρίους εἶναι
μακροτέρας τε ποιεῖν καὶ ἐπιτέμνειν τὰς τιμωρίας.
διὸ παραπλήσιόν ἐστιν ἕνα κακόν τι μέγα ἐργάσασθαι
καὶ πολλοὺς κατὰ μικρὸν ἀδικῆσαι· ἐπέξεισι γὰρ
ἕκαστος ἐν τῷ μέρει, καὶ δεῖ πᾶσιν ὑπηρετῆσαι τὴν
δίκην. ὅταν δέ τις ἰάσιμος ᾖ, μέγα παρὰ τῷ δικα- c
στῇ δύναται τὸ τοσαῦτα προπεπονθέναι τὴν ψυχήν, ὡς
ἤδη παρ' αὐτῶν τῶν ἠδικημένων ἔλεον εὑρέσθαι. πότε
τοίνυν εἰκός ἐστι τῆς μακαρίτιδος Αἰμιλίου ψυχῆς
συγγνωμονεστέρας τυχεῖν; ἐγὼ μὲν οὖν οἶμαι, μᾶλλον
δὲ οἶδα σαφῶς, ὡς ἅπας ἱκέτης αἰδέσιμος, ὅστις
ἑαυτὸν τετιμώρηται. καί τις ἤδη παρ' ἡμῖν εἰς ἀπο-
λογίαν ὑπὲρ ἁμαρτήματος καταστὰς αὐτῷ τῷ φθάσαι
τὴν αἰτίαν ὁμολογῆσαι καὶ φῆσαι κολάσεως ἄξιος εἶ-
ναι, τὴν κόλασιν ἐξεωνήσατο. τὸ δὲ ἐνευωχηθῆναι τοῖς d
δι' ἅ τις ἠδίκησεν, εἴτε χρήμασιν εἴτε σώμασι, βαρυ-
θυμότερον τὸν ἠδικημένον καθίστησι. καὶ τίς ἂν γέ-
νοιο τοῦ σώματος ἐξελθών, εἶθ' ὑπὸ βιαίας δίκης εἴτε
ἕτερον τρόπον, κἄπειτα αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ τῇ

decesseris. Neu tu nihil præter verba hanc esse adhortationem duxeris, neve me tibi illudere putaveris. Ita me sacra philosophia iuvet liberique insuper mei, ut, nisi tu mihi amicissimus fores, nihil eiusmodi suasurus fuerim, quod inimicis meis deprecor. Atque utinam nunquam istud illis in animum veniat, melius esse ei, qui iniuriam fecerit, voluntarias pœnas dependere; sed in iis quæ iniuste perpetrant, perpetuam quamdam felicitatem habeant, ut et longiori tempore scelerati sint et omnibus illic suppliciis obnoxii. Tibi vero ob singularem amicitiam ausim arcana quædam patefacere: non idem scilicet esse in crasso corpore atque in simulacro idoloque pœnas luere. Homine quippe fortior deus est, ac divinæ omnis administrationis velut umbra sunt humanæ res. Et quem in rebuspublicis usum habent carnifices, ut legum veluti manus sint, idem universæ naturæ officium præstant vindices diræ. Dæmones quidam expiandis sceleribus præsunt, eamdem in animis hominum artem exercentes, quam in sordidis vestibus fullones instituunt. Quod si quis vestibus sensus inesset, quid eas demum facturas arbitraris, cum et calcibus subiguntur et nitro perfricantur et omni ratione depectuntur? Quantis vero cum cruciatibus veteres sordes et insitas penitus maculas elutum iri? (183) Nondum hoc dico, plerisque sordes illas tam penitus adhærescere, difficile ut exui possint ac prius corrupte laceratæque diffluant quam ad nativum statum revocari potuerint, propterea quod vitium in naturam transit, sive id temporis longinquitas sive vitii magnitude fecerit. Hoc vero modo affectæ animæ corruptionis capaci esse conduceret. Iam vero ut peccata maculis eiusmodi, quæ elui nequeant, proportione respondeant, anima tamen obsoletæ illi vesti nec lotionem sustinenti non perinde similis est, sed cum immortalis sit, pœnas immortales luit, quoties hærente penitus et illutibili noxa semet obstringit. At enim si in qua quis deliquerit vita in ea puniatur, non plane insitum et inolitum hunc affectum gerit, sed recens infectus, ut ita dicam, animus cito abluitur. Ideo celerrime, quoad possumus, pœna subeunda est, sic ut homines, non dæmones carnifices experiamur. Præterea quorundam sermone celebratum est, facileque persuadeor, eos qui iniuriam acceperint pœnarum arbitros esse et eas vel productiores vel breviores facere. Idcirco perinde est uni ingens aliquod malum inferre ac pluribus mediocrem iniuriam facere. Ulciscitur enim invicem unusquisque, et universis in pœnas erogari necesse est. Verum quando aliquis eiusmodi est ut sanari possit, multum apud iudicem valet, tanta iam animum antea perpessum esse ut vel apud affectos iniuria misericordiam obtineat. Quandonam igitur verisimile est beatos Æmilii manes placatiores futuros? Equidem sic existimo, vel certo potius mihi persuadeo, supplici omni reverentiam haberi, qui in se ipsum animadverterit. Et apud nos interdum qui ad purgandum crimen producebatur, hoc ipso quod noxam fateretur seque supplicio dignum diceret, supplicio est exemptus. At in iis etiam gloriari ac velut epulari, ob quæ iniuste fecerit,

ψυχῇ θεασάμενος, οὐκ οὔσης ἀρνεῖσθαί σοι γλώττης
ἀλλ' ἐγκεκολαμμένον ἔχων τοὐπίσημον τὸ τῆς πρά-
ξεως; οὐκ ἰλιγγιάσεις; οὐκ ἀπορήσεις; ἕλξῃ σιγῶν
καὶ ἐκκείσῃ τῇ δίκῃ, καὶ σὺ κἀγὼ καὶ πᾶς ὃν οὐ
προκαθαίρει δημοσιευθεῖσα μετάνοια. ἀλλ' ἀνδριστέον,
ὦ γενναῖε, γενναῖος γὰρ εἴης, καὶ τῶν μὲν ἡδονῶν
ὑπεροπτέον (184) ἃς ἀδικοῦντες ἐπορισάμεθα· τοὺς δὲ a
ἀνθρώπους οὐκ αἰσχυντέον, ἀλλὰ τῷ δικαστῇ μὲν ὁμο-
λογητέον τὴν πρᾶξιν, ἐξιλαστέον δὲ τῇ παραυτίκα τί-
σει τὰς κάτω ποινάς. μεγίστου γὰρ ὄντος ἀγαθοῦ τοῦ
μὴ ἁμαρτεῖν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι. ὅστις
δὲ χρόνον πολὺν ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ
νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον, οὗ μήτε θεὸς μήτ' ἄνθρω-
πος κήδεται. σκόπει γὰρ καὶ ταύτῃ. τὸ ἀκόλαστον
εἶναι πρὸς κακοῦ καὶ λέγεται καὶ ἀκούεται. οὐκοῦν τὸ
κεκολάσθαι πρὸς ἀγαθοῦ· τῷ γὰρ ἐναντίῳ τὸ ἐναν- b
τίον ὁ λόγος νέμει. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ παρὼν ἐτύγχανον,
οὐδὲν ἂν ἔδει σε πρᾶγμα σχεῖν ἀπερυθριῶντα καὶ σαυ-
τὸν καταγγέλλοντα, ἀλλ' ἐμαυτὸν ἂν ἔταξα συνηγο-
ρήσοντά σοι, καὶ προσήγαγον ἄν σε καθάπερ ἰατροῖς
τοῖς νόμοις. ἀνόητος μὲν γὰρ ἄν τις εἶπεν ὡς Συνέ-
σιος Ἰωάννου κατηγορεῖ, σὺ δ' ἂν ἠπίστασο τἀληθὲς
ὅτι φειδοῖ καὶ κηδεμονίᾳ τῇ σῇ τὴν κατηγορίαν εἱλό-
μην, ἵν' ὡς ἐν κακοῖς ἄμεινον πράξειας. ἀλλὰ ταῦτα
μέν, εἰ τἀδίκημα γέγονεν, ὃ μὴ γένοιτο σοῦ τε ἕνεκα c
καὶ τῆς πόλεως· ἅπασα γὰρ ἂν εἴη μιαρὰ τῷ φόνῳ,
τολμηθέντος αἵματος ὁμογνίου. εἰ δὲ σὺ καθαρὸς καὶ
χεῖρα καὶ γνώμην (εἴη δὲ οὕτως), ἐπάρατοι μὲν οἱ
ταῦτα συνθέντες ἐπὶ σοί, κἀκείνους δὲ περιμένει τὰ
κατὰ γῆς κολαστήρια, ὡς οὐχ ἕτερος οὕτω τρόπος θεο-
μισὴς ὡς ὁ λογοποιὸς ὁ τιτρώσκων ἐξ ἀφανοῦς· ἀγεν-
νέστατος γὰρ ὢν μέγιστα κακὰ διαπράττεται, καὶ d
λέγεταί τις αὐτοῖς μοῖρα κιναίδων προσκεῖσθαι, καὶ
τῶν ἐν τῇ τέχνῃ τοῦτ' εἶναι τὸ κράτιστον, ἐπεὶ καὶ
πρὸς ἄλλα πολλὰ σοφισταὶ γίνονται καὶ εὐμήχανοι.
ὥστε ἄν τις ἁλῷ φήμας ἐπὶ τοῖς οὐκ οὖσι ποιῶν, τοῦτο
ἐκεῖνο, μὴ ἐπανέρῃ μηδὲ διστάσῃς, ἀλλὰ κἂν στε-
ρεώτατος εἶναι δοκῇ, θαρρῶν ἀποφαίνου τὸν ἄνδρα
ἡμίγυνον, αὐτόχρημα θιασώτην τῆς Κότυος. σοὶ δὲ
ἔξεστιν ἀπὸ τῶν λόγων τούτων ἀποφῆναι συκοφαντοῦ-
σαν τὴν δόξαν, εἰ σαυτόν τε καὶ τοὺς σοὺς ἐπιδοίης
τῇ δίκῃ. εἰπὲ γὰρ εἰσελθὼν ὡς Ἐμοῦ κατήγοροί τινές
εἰσιν ἀφανεῖς, οἳ προκατεγνωκότες αὑτῶν ἀξιοῦσι
λανθάνειν, (185) κατηγοροῦσι δὲ ὅμως πολλὰ καὶ χα- a
λεπά, καὶ κινδυνεύουσι πείθειν ἐνίους· οὕτως εἰσὶν
ἐπίβουλοι καὶ δεινοὶ παραδοῦναι λόγον τῇ φήμῃ. κᾆτα
διεξελθὼν τὰς αἰτίας ἐφ' αἷς ἀκούεις κακῶς, γάμον καὶ
φόνον ἀνόσιον, ἐπειδὴ σπάταλον οἶμαί τινά φασι
ὑπὸ σοῦ κάθετον ἐξειργάσθαι τὸν φόνον, τοῦτον ἅμα
προσάγων δεήθητι τοῦ δικαστηρίου λιπαρῶν καὶ προσ-
πίπτων μὴ ἀνεξέταστος ἀπελθεῖν μηδὲ ἐρήμην ἁλῶ-
ναι. οὐ γὰρ δή, κράτιστε τῶν ἡγεμόνων, ἐρεῖς, διότι
γραφὴν εἰς τοὐμφανὲς οὐδεὶς ἀπηνέγκατο, παρὰ τοῦτό
σε δεῖ ποιήσασθαι τὸ μὴ διὰ πάσης ἐλθεῖν βασάνου, b

sive eæ opes sint, sive corpora, offensiorem eum reddit, qui iniuria sit affectus. Quonam vero tete vertes, posteaquam corpore excesseris, sive violenta aliqua pœna sive alia quavis ratione, cum tu animam ipsam anima ipsa coram intueberis, neque ad inficiandum futura lingua sit, sed recens adhuc sceleris vestigium expressum atque insculptum præ se ferens? Non vertigine tum corripieris? non hærebis? Tacens scilicet attraheris, ac iudicio sisteris tu et ego pariter et quemcunque publica pœnitentia non prius expiarit. Sed constantem esse oportet, fortis ac generose vir (talem enim te esse cupio), ac voluptates negligendæ (184), quas per facinus quæsivimus; neque hominum pudere nos debet, sed iudici confitendum crimen est et subita pœna vindices leniendæ furiæ. Nam cum nihil omnino peccare maximum omnium bonorum est, tum ad iustitiam revocari secundum in bonis locum obtinet. Quisquis autem longo tempore iniuriam faciens pœnæ expers manet, eum par est infelicissimum haberi, qui neque deo neque homini curæ sit. Ita enim considerare debes. Impunitum esse tam dictu quam auditu ipso malum quidpiam est. Igitur punitum esse in bonis censebitur. Nam contraria contrariis esse tribuenda, persuadet ratio. Equidem si tibi præsens adessem, nihil te necesse foret molestiam hanc capere, ut pudore omni deposito te ipsum deferres; me enim ultro tibi advocatum præberem, teque ad leges tanquam ad medicos adducerem. Nam etsi forte stultus aliquis diceret, Ioannem a Synesio accusari, tu tamen rei utilitatem intelligeres, a me, ut tibi parcerem tuique curam gererem, hanc esse accusandi provinciam susceptam, ut, quantum in malis beatiori esses in statu. Atque hæc quidem ita demum facienda censeo, si admissum facinus est; quod et tui ipsius et urbis gratia factum esse minime velim. Hæc enim, cognata cæde perpetrata, tota illius parricidii piaculo contaminata videbitur. Sin tu et manu et animo innocens es (quod utinam ita sit), detestandi quidem ii sunt qui ea adversus te comminiscuntur, et illos quoque inferorum illa manent supplicia, quoniam nullius perinde mores deo exsecrabiles sunt ac famigeratoris qui ex obscuro vulnus infligit. Nam cum sit ignavissimus, ingentia mala consciscit, ac nescio quod iis inesse fatum dicitur, ut cinædi fiant, atque hoc ipsum genus hominum in illa arte principatum tenere. Sunt enim aliis in multis callidi ac solertes. Quare si quis rumores falsis de rebus spargere deprehendatur, de hoc homine neque tu amplius interrogaveris, nec omnino dubitaveris, sed quamlibet firmus et constans esse videatur, audacter hominem pronuntia semimarem esse ac purum putum Cotyis asseclam. Tibi vero summa facultas ex iis rumoribus datur convincendæ calumniæ, si te tuosque iudicio permiseris. Ita enim omnium in conspectum prodiens loqueris: nonnulli sunt occulti mei calumniatores, qui cum sua iam opinione damnati sint, latere nihilominus (185) volunt. Sed multa tamen eaque peracerba nobis obiciunt, quæ aliquibus etiam probaturi videntur: adeo versuti sunt et ad disseminandos rumores instructi. Tum crimina percensens, ob quæ male audieris, nuptias scilicet et exsecrandum parricidium, quoniam spatalum quemdam apud te esse dicunt, qui abs te subornatus eam cædem fecerit. Eumdem ipsum sistens ab iudicibus supplex omnique ope contendito, ne sine quæstione di-

μετιόντα καὶ θηρώμενον τὴν ἀλήθειαν. ὁ βεβοημένος σπάταλός ἐστιν οὗτος. ἔχεις τὸν ἄνδρα· χρῶ τῷ σώματι. τοῦτον, εἴ τι γέγονε, τήμερον ἀναφανῆναί γε δεῖ κατήγορον αὐτοῦ τε κἀμοῦ. κἂν μὲν οὕτω σοῦ λέγοντος μὴ πείθηταί σοι, καὶ τοῦθ' ἅλις ἔχει πρός γε ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους· εἰ δὲ φιλάνθρωπός τε εἴη καὶ χαρίσαιτό σοι τὴν περὶ τούτων ἀκρόασιν, ἅπαν ἐνταῦθά ἐστι τὸ λαμπρῶς ἀπολογήσασθαι καὶ τοὺς λογοποιοὺς καταισχῦναί τε καὶ κατασιγάσαι. τὸν γὰρ δὴ σπάταλον τοῦτον οὐ δεήσει τρυφᾶν, ἀλλὰ καὶ δεδήσεται καὶ κρεμήσεται καὶ τὼ πλευρὼ διορυγήσεται· δεινοὶ γὰρ ἐξελέγξαι προσποίησιν οἱ βασανισταί, καί τινες αὐτοῖς ὄνυχές εἰσιν ἐξηυρημένοι, συλλογισμῶν ἐπιστημονικῶν ἔχοντες δύναμιν, ὥσθ' ὅ τι ἂν ἐκείνων κρατούντων ἀναφανῇ, τοῦτ' ἔστιν αὐτὸ τἀληθές. ἂν οὕτως ἀπολυθῇς μηδὲν ἀδικῶν, ἄπει τοῦ δικαστηρίου νενικηκὼς καὶ γαῦρος, εὐαγής ὤν τε καὶ δοκῶν. εἰ δὲ ἐγὼ μὲν εἰσηγησάμην ἅττα σοι λυσιτελεῖν οἶμαι, σὺ δὲ οὐ ποιήσεις οὐδὲ πρὸς τὸν δικαστὴν πρόσει, τὸ μὲν ἀληθὲς εἶδέ τε καὶ οἶδεν ἡ Δίκη. πάντως ὁ διὰ πάντων ἥκων ὀφθαλμὸς τῆς θεᾶς καὶ Λιβύην ἑώρα καὶ φάραγγα ἐκείνην καὶ θροῦν ἐκεῖνον, εἴτε τὸν ὄντα εἴτε τὸν ἐπιποίητον, καὶ τὸν Αἰμιλίου δρόμον καὶ ὅ τι πέπονθε καὶ ὑφ' οὗ καὶ ὅ τι εἶπε καὶ ὅ τι ἤκουσεν, εἰ δή τι καὶ εἶπε καὶ ἤκουσε. καὶ οἶδεν ὅτι εἰ καὶ τύχοις μὲν ἀναίτιος σὺ καὶ καθαρὸς τῷ θεῷ, μήτε πράξας μήτε βουλεύσας ἔργον ἐξάγιστον, ἀλλ' ἡμῖν γε τοῖς ἀνθρώποις οὔπω καθαρός, ἕως ἂν (186) ἀναπολόγητος ᾖς. οὐδὲ ἐμβαλοῦμέν σοι δεξιάν, οὐδὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτησόμεθα· τοὺς Αἰμιλίου γὰρ ἀλάστορας δέδιμεν, εἰ θιγγάνων ἡμῶν ἐναπομόρξῃ τὴν προστροπήν. εἰσὶ καὶ ἡμῖν οἰκεῖαι κηλῖδες· οὐ δεῖ καὶ προσερανίζεσθαι.

mittatur, neve indicta causa damnetur. Neque enim, ducum optime (dices eum alloquens), tametsi nemo aperte accusationem hanc intenderit, ideo tibi committendum omne est, ut non quæstionum genus adhibeas ad vestigandam explorandamque rei veritatem. En ille ipse spatalus est, de quo omnes loquuntur. Hominem tenes, utere eius corpore: hunc, si quid sceleris admissum est, hodie sui pariter ac mei accusatorem oportet fieri. Quod si iudex ita te obtestantem non audiat, hoc ipsum satis superque erit nobis hominibus. Sin et humanum se præbeat et tui gratia causam illam velit cognoscere, tum vero operæ pretium erit egregie crimen diluere et famigeratores illos pudore afficere ac compescere. Nam spatalum istum nequaquam agere delicias oportebit, sed et vincietur et suspendetur et latera fodietur. Mirifici enim ad convincendam simulationem sunt carnifices, et ungues quidam ab illis excogitati sunt, eadem vi præditi, quam habent scientiæ proprii syllogismi. Unde quicquid iis vincentibus expressum fuerit, ea certissima veritas est habenda. Hunc in modum si absolutus eris, recipies e iudicio te victor ac triumphans et tam re ipsa quam opinione hominum purus et innocens. Verum si et ego illa suggessi quæ in rem tuam esse videntur, et tu nihil horum facies neque te sistes iudici, rei quidem veritatem vidit novitque Iustitia. Prorsus ille cuncta penetrans oculus et tunc Libyam aspexit et convallem illam et rumorem illum seu verum sive confictum, et Æmilii cursum quæque is et a quo perpessus est; quid dixerit ipse, quidve audierit; si quid aut dixerit aut audierit. Et hoc insuper novit, quamlibet apud deum innocens sis et sceleris expers, ut exsecrandum hoc facinus neque factis neque consiliis admiseris; nondum te tamen apud nos homines innocentem (186) videri, quamdiu purgatus non eris. Itaque nec dextram tecum iungemus, nec ex eadem mensa vescemur, nam Æmilii ultrices furias exhorrescimus, ne contagione tua idem in nobis piaculum exprimas. Non desunt nobis domesticæ labes, ut alienas conciliare nihil necesse sit.

με'. Ὀλυμπίῳ.

Λυποῦσι τὴν ἐκκλησίαν ἀλλότριοι πονηροί. διάβηθι κατ' αὐτῶν· οἱ πάτταλοι γὰρ πατταλοῖς ἐκκρούονται.

XLV. Olympio.

Molesti ecclesiæ sunt alieni quidam homines nequam. Fac illis obsistas: clavus enim clavo pellitur.

μς'. Ἀναστασίῳ.

Οὐδὲ Ἄμασις μὲν καλός, φυλαξάμενος ἐπιδακρῦσαι τοῦ Πολυκράτους ταῖς συμφοραῖς, ἃς ἐσομένας προείδετο, ἀλλ' οἷς εὐτυχοῦντι κήρυκα πέμψας τὴν φιλίαν ἀπείπατο, δῆλον ἐποίησεν ὅτι κἂν ἐδάκρυσεν, εἰ προὔλαβεν ἡ συμφορὰ τὴν ἀπόρρησιν. σὺ δὲ ἡμῖν ἕως μὲν οὐ προσεκόπτομεν τῇ τύχῃ συνέμεινας, ἔπειτα συναπῆρας αὐτῇ· λέγει γὰρ ἡ φήμη διὰ τῶν ἀπὸ Θρᾴκης ἡκόντων οὐδὲν οὔτε φρονεῖν σε περὶ ἡμῶν οὔτε λέγειν ἐπιεικές. τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅλως φιλίαν ἀπειπεῖν ἀλλ' ἔχθραν ἀνειπεῖν, ἤρκει δέ, εἴπερ ἄρα, τὸ μὴ συνανιᾶσθαι· τὸ δὲ καὶ προσανιᾶσαι πόρρω δεινῶν καὶ οὔτε Ἀμάσιδος οὔτε ὅλως ἀνθρώπινον. ἀλλὰ σοὶ γὰρ ἴσως ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων ἔσκεπται κάλλιον. ποίει τὸ ποιητέον, μόνον εἰ χαίρων ποιεῖς· ἥμισυ γὰρ ἂν εἴη κακόν, εἰ καὶ οἷς πάσχω κακῶς ἡδὺς εἴην τοῖς φίλοις.

XLVI. Anastasio.

Nec Amasis quidem probandus, qui ne Polycratis calamitatibus, quas futuras providebat, illacrimaretur cavendum sibi putavit. Verumtamen quod ei adhuc integra felicitate per præconem renuntiavit amicitiam, non obscure declaravit lacrimaturum fuisse se, si renuntiationem illam calamitas antecessisset. Tu vero, quamdiu adversa fortuna non fuit, nobiscum perseverasti; inde una cum illa recessisti. Sic enim ab iis qui e Thracia venere nuntiatum est, nihil te de nobis sentire aut loqui moderate. Atqui hoc ipsum non plane renuntiare amicitiam est, sed inimicitiam denuntiare. Satis fuerat (si quidem id erat committendum), non mecum dolere; at dolorem afferre insuper acerbitatem omnem superat, neque vel Amasidis est vel hominis omnino. Verum tu forsitan rebus tuis melius consulueris. Fac igitur quod faciendum est. Tantum ut fortunatus lætusque facias; dimidium enim mali mihi contigerit, si vel his ipsis ærumnis quas patior amicis voluptatem conciliem.

μζ'. Θεοτίμῳ.

Ἀρίθμει καὶ Πέτρον ὀργὴν Πενταπόλεως ἄνθρωπον d οὐ τέχνῃ μετιόντα τὸ λύειν τοὺς νόμους. καίτοι καὶ τὸν οὕτω μετιόντα μισῶ, καὶ ὁ θεὸς σύνοιδε καὶ ὁ Διοσκορίδης. ἀλλ' οὗτός ἐστι νεανικώτερος ἐκείνου τἀνδρός· ὅτου γὰρ ἐπιθυμήσει χρήματος, πρῶτον ἁρπάσας καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, ἔπειτα πράττει τὴν δίκην κἂν ἁλῷ τῇ ψήφῳ, κρατεῖ τῇ χειρί. οὕτως ἐποίησε. πρῶτον ἥρπασε κεράμιον. ἐγράψατό τις αὐτόν. ὁ μὲν ἤλεγξεν, ὁ δὲ οὐκ ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ προσηπείλησε τοῖς δημίοις πληγάς. (187) πρὸς ὃ νεμεσή- a σας ἐγὼ καὶ νομίσας οὐκ εἶναι βιώσιμον ὅπου τινὲς ἰδιῶται χεῖρας ἔχουσι μείζους τῶν νόμων, παρεσκεύασα λαμπροτάτους ἄνδρας εἴξαντας ἀποφάσει βοηθῆσαι τῇ καταστάσει τῆς πολιτείας· εἰ γὰρ προυχώρησεν αὐτῷ, πολλοὺς ἂν ἐντὸς ὀλίγου Πέτρους ἐθεασάμεθα. ἐν ᾧ χάριν ἔχω τῷ θαυμαστῷ Μαρτυρίῳ, καὶ συνηγανακτηκότι μάλιστα καὶ προθυμότατα πάντων ὑπηρετήσαντι. ἀνθ' ὧν ἀγαθὸν αὐτῷ τι γένοιτο παρὰ τοῦ θεοῦ. παρὰ δὲ Ἀνθεμίου καλῶς ἂν ἔχοι τὸ μὴ κακόν τι λαβεῖν, εἰ Πέτρος αὐτόν, ὥσπερ ἠπείλησεν, ἀπαιτήσειεν. ἀλλ' ἵνα μὴ γένηται τοῦτο, δέομαι σοῦ τε b αὐτοῦ καὶ διὰ σοῦ τοῦ θαυμασίου ἀνδρὸς καὶ φιλοσόφου Τρωΐλου, κωλύσατε τὸν ἀλιτήριον ἄνθρωπον τὴν διὰ τῶν νόμων ἐπὶ τοὺς νόμους ἐλθεῖν. ἐμοὶ καὶ Πενταπόλεως μέλει καὶ τοῦ μὴ γεγονέναι φίλῳ συμφορᾶς αἴτιον· τὸ δὲ πῶς ἂν συκοφάντης ἀνακοπείη, οὐκ ἐμὸν εὑρεῖν, ἀλλὰ σόν, ὦ πρὸς τὰ καλὰ πάντων σὺ ποριμώτατε.

XLVII. Theotimo.

Ad eorum numerum quibus irata Pentapolis est, Petrum ascribito, hominem ad leges corrumpendas sine fuco fallaciaque grassantem. Tametsi et eum oderim, qui sic ambiat : testis huius rei deus est et Dioscorides. Sed is homine isto longe impudentior est. Quidquid enim concupiverit, ubi primum rapuerit et in suam potestatem averterit, postmodum iudicio permittit. Si sententia iudicis vincatur, manu superior est. Sic igitur fecit : primum amphoram rapuit : idcirco dies illi a quodam dicitur. Hic cum eum convicisset, neque reddidit ille, et apparitoribus insuper (187) verbera comminatus est. Contra quem indignatione commotus, nec ibi vitalem mihi esse vitam ratus, ubi privati quidam manus haberent legibus potentiores, feci ut splendidissimi homines decreti auctoritate adducti reipublicæ statui opitularentur. Si enim hoc ei processisset, multos brevi Petros vidissemus. In quo clarissimo viro Martyrio magnam habeo gratiam, qui cum maxime hoc nostro casu doluit, tum omnium fuit in ope ferenda promptissimus. Propter quæ boni aliquid a deo consequatur. Sed optimum tamen erit apud Anthemium rem illam fraudi ei non esse, si ab illo Petrus, quemadmodum minatus est, repetierit. Sed ne hoc contingat, te etiam atque etiam obtestor, ac per te admirabilem illum ac sapientem Troilum : prohibete importunam illam pestem, ne legum adversus leges præsidio se confirmet. Ego vero et Pentapolis curam gero et huius præterea, ne amico homini calamitatem attulerim. Quemadmodum autem sycophanta coerceatur, non meum est invenire, sed tuum potius, o vir ad honesta omnia excogitanda solertissime.

μη'. Πυλαιμένει.

Καλῶς ποιεῖς εἰς τὴν ἔχουσαν τὸν βασιλέα πόλιν c ἐπανελθών· εἰ γὰρ κἂν τοῖς Ἰσαύρων ὄρεσιν ἡ ἀγαθή σοι τύχη συνῆν, ἀλλ' ἔστιν εὐτυχία παρὰ τὸν τόπον ἀτυχεστέρα. ἐμοὶ δέ τι καὶ ἰδίᾳ διαφέρει τὸ παρ' αὐτά σε πράττειν εὖ τὰ βασίλεια, οὗ διατρίβων καὶ λήψῃ καὶ πέμψεις ἐπιστολάς, τὸ τιμαλφέστατον ἐμοὶ τῶν ἀπὸ Θρᾴκης ἀγωγίμων.

XLVIII. Pylæmeni.

Quod ad regiam te civitatem confers, bene facis. Tametsi enim vel inter Isaurorum montes prospera fortuna utereris, nihilominus felicitas ipsa propter locum infelicior est. Mea autem non nihil privatim interest, in ipsa te regia commode haberi, ubi commorans accipies et dabis litteras, quæ mihi sunt omnium, quæ e Thracia exportantur, merces pretiosissimæ.

μθ'. Θεοτίμῳ.

Πλείω καλὰ τῆς Σιμωνίδου συνουσίας Ἱέρων ἀπέ- d λαυσεν ἢ Σιμωνίδης Ἱέρωνος. καὶ ναὶ μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, οὔ σε πλέον ἐμακάρισα τῆς Ἀνθεμίου τοῦ μεγάλου φιλίας ἢ τῆς σῆς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν μέγαν Ἀνθέμιον· ἀνδρὶ γὰρ ἔχοντι δύναμιν τί κτῆμα κάλλιον ἢ φίλος ἦθος ἀκαπήλευτον παρεχόμενος; οἷον ἐγὼ Θεότιμον οἶδα, τὴν πραοτάτην καὶ θεοφιλῆ κεφαλήν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν σὺ Σιμωνίδου πλέον ποιεῖς (Σιμωνίδης γὰρ (188) αὐτὸς ὡμολόγει πρὸς ἀργύ- a ριον διαλέγεσθαι), ἐκεῖνο δὲ κοινόν, ὅτι καὶ Σιμωνίδης Ἱέρωνα τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου συνέστησε, καὶ διὰ τὰς Θεοτίμου ποιήσεις ἔστ' ἂν Ἕλληνες ὦσι πολὺς

XLIX. Theotimo.

Plura ex Simonidis familiaritate commoda Hiero consecutus est, quam ex Hieronis Simonides. Ac deum testor amicitiæ nostræ præsidem, non te beatiorem de magni illius Anthemii familiaritate prædicavi, quam de tua magnum eumdem Anthemium. Homini enim potestate prædito quæ melior est possessio quam amicus, qui sinceris sit minimeque fucatis moribus? qualem ego Theotimum novi, mitissimum ac deo carissimum caput. At hoc Simonide amplius facis. Nam Simonides (188) ipse pretio adduci se ad disserendum fatebatur. Hoc ambobus commune est, quod et Simonides Hieronem posteris temporibus commendavit, et Theotimi poetices beneficio, quamdiu Græci durabunt, Anthemius erit omnium litterarum monimentis celeberrimus. Verum res ille quidem

Ἀνθέμιος ἐν ταῖς τῶν λόγων διατριβαῖς. ἀλλὰ τὰ μὲν Ῥωμαίων ἐκεῖνος αὔξοι, σὺ δὲ ἐκείνου τὸ ὄνομα· ποιητικῇ γὰρ ἔδωκεν ὁ θεὸς ταμιεύειν τὴν εὔκλειαν, ἧς τὸ καλὸν εἰς σὲ περιήκει.

Romanas amplificet, tu illius nomen atque memoriam Hoc enim poeticæ a deo concessum est, ut gloriam hominum famamque dispenset, cuius in te splendor omnis b ac decus redundat.

ν'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ἀπέκτονε, φησί τις, Ἰωάννης Αἰμίλιον, ἕτερος δέ τις τοὺς πολιτευομένους ἐχθροὺς ἐπ' αὐτῷ ταῦτα συμπλάσαι. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς οἶδεν ἡ Δίκη, καὶ ὁ χρόνος εὑρήσει, ἐγὼ δὲ καίπερ ἀδήλου τοῦ πράγματος ὄντος οἶμαι δεῖν ἅπαντας ἑξῆς ἀποτροπιάζεσθαι, τὸν μέν, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν, ὥστ' εἰ καὶ μὴ πεποίηκεν, ἀλλ' ἐποίησεν ἂν καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις πρέπουσαν αἰτίαν ἐδέξατο· τοὺς δὲ καὶ μὴ πλάσαντας, ὅτι συνέπλασαν ἄν, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ ἐγχείρημα. ὡς ἔστιν ἦθος ἀνοίκειον ὑποψίας τινί, κἂν εἰ συνωμόται πολλοὶ c μαρτυροῖεν, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον εἰς πίστιν. οἷον εἴ τις ἑταιρήσεως διώκοι τὸν Αἴαντα, γέλως ἂν εἴη πλατύς. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, εἰ μὴ θῆλυς, ἀλλὰ θηλυδρίας γε ἦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐχώρει. τὸν Σίσυφον δὲ καὶ τὸν Ὀδυσσέα μισῶ. καὶ γὰρ εἴ τι καὶ λέγοιεν ἀληθές, ἀλλὰ τοιοῦτοί γε ἦσαν οἷοι τὰ πλεῖστα ψεύδεσθαι. ἐγὼ δὲ οἷς ἀτυχῶ, λίαν εὐτυχῶ, πολιτῶν τοιούτων ἐχθρῶν καὶ φίλων στερόμενος. διατετειχίσθω μοι τὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲν ἐμοὶ πρὸς ἐκείνων οὐ- d δένα. ξένος ἐν ξένοις βιῴην. ὁ τρόπος ἡμᾶς πρὸ τοῦ τόπου διῴκισεν. ὀδύρομαι δὲ τὸ κλεινὸν ἔδαφος τῆς Κυρήνης, ὃ πάλαι μὲν εἶχον Καρνεάδαι τε καὶ Ἀρίστιπποι, νυνὶ δὲ Ἰωάνναι τε καὶ Ἰούλιοι, μεθ' ὧν οὐκ εὐκαίρως γενόμενος εὐκαίρως ἀποδημῶ. σὺ δὲ ἀλλὰ μηδὲ γράφειν ἔτι μοι περὶ τῶν ἐκεῖθεν πραγμάτων τινός· μηδὲ συνιστάναι τοὺς ἔχοντας δίκας· οὐ γὰρ ἂν ἐπιδοίην ἐμαυτὸν ἔτι τούτων τινί. ἀτυχέστατος μεντἂν εἴην, εἰ τῶν μὲν ἀγαθῶν τῆς φιλτάτης πατρίδος (189) στεροίμην, μετέχοιμι δὲ ἀντιλογιῶν καὶ a πραγμάτων ἀφελκόντων με τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ ῥαστώνης, καὶ πενίαν ἐξ ἀπραξίας ὡς κέρδος ἑλόμενος, τἀλλότρια κακὰ προῖκα περιεργάσομαι.

L. F.

Ioannes, ait iste, Æmilium occidit, alius vero hæc ab inimicis eius, qui rempublicam gerunt, conficta esse dicit. Quamobrem rei quidem veritatem novit Iustitia, tempusque deprehendet. Ego vero, quamvis adhuc incerta re, omnes ad unum detestandos puto: illum quidem, quoniam eiusmodi est, ut, licet hoc non commiserit, at commissurus certe fuisset, nec abhorrentem a suis moribus criminationem sustineat: hos autem, vel si minime confinxerint, quoniam erant conficturi, atque illorum ingenio consentaneum hoc facinus est. Nam cum cuiuspiam vitæ ratio abhorret ab aliqua suspicione, quamlibet multi coniurati testimonium dicant, nihilo magis probaverint. Veluti si quis tanquam cinædum accuset Aiacem, risu omnium obruetur. Alexander vero, ut cinædus non esset, at effeminatus erat et ad hanc criminationem idoneus. Sisyphum porro et Ulixem odi, quod, etsi aliquid veri dicerent, eiusmodi tamen essent, ut sæpius mentirentur. Ego vero in hac ipsa mea calamitate sum fortunatissimus, dum id genus inimicis atque amicis careo. Interclusum mihi sit cum omnibus commercium, nec sit cum istorum ullo commune quidquam. Peregrinus inter peregrinos degam. Mores ipsi nos ante, quam locus, separarunt. Equidem Cyrenes illustre solum deploro, quod Carneadæ olim habebant et Aristippi, nunc Ioannes et Iulii, quibuscum opportune non vivens opportune peregrinor. At tu ne scribito quidem ad me ulla de re quæ illic geritur, nec eos qui litem habent commendato; non enim amplius me cuiquam eorum tradiderim. Profecto enim infelicissimus forem, si carissimæ patriæ bonis carerem (189), controversiarum vero ac negotiorum particeps essem, quæ me ab otio revocarent philosophiæ, et cum paupertatem ex cessatione tanquam ingens lucrum adamarim, gratis alienis commodis servirem.

να'. Τῷ αὐτῷ.

Ἄραντες ἐκ Φυκοῦντος ἀρχομένης ἕω, δείλης ὀψίας τῷ κατ' Ἐρυθρὰν κόλπῳ προσέσχομεν· ἐνδιατρίψαντες δὲ ὅσον ὕδωρ πιεῖν καὶ ὑδρεύσασθαι (πηγαὶ δὲ ἐπ' αὐτὴν ἐκδιδόασι τὴν ἠόνα καθαροῦ καὶ b ἡδίστου νάματος), ἐπισπευδόντων τῶν Καρπαθίων αὖθις ἀνήχθημεν· πνεύματι δὲ χρησάμενοι μετρίῳ μὲν ἀλλ' ἐκ πρύμνης ἀεί, καὶ μέγα οὐδὲν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας ἀνύειν ἐλπίσαντες, ἐλάθομεν ἐξηνυκότες ὅσον ἔδει. καὶ πεμπταῖοι τὸν φρυκτὸν ἰδόντες, ὃν αἴρουσιν ἀπὸ πύργου τοῖς καταγομένοις σύνθημα, θᾶττον ἢ λόγος ἀποβιβασθέντες ἦμεν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ. λυπρὰ δὲ ἡ νῆσος, ἐν ᾗ μήτε δάσος ἐστὶν αὐτοφυὲς c μήτε καρπός, ἀλλ' ἅλες τινές.

LI. Eidem.

E Phycunte diluculo solventes sub vesperam ad Erythræ sinum appulimus; ubi tantulum moræ facientes, quantum ad bibendum et aquandum necesse fuit (fontes enim puri et suavissimi laticis in ipsum littus erumpunt) Carpathiis profectionem urgentibus rursus in altum evecti sumus. Cum autem vento uteremur moderato alioqui, sed ad puppim perpetuo spirante, nec multum quolibet die spatii confecturos nos esse putaremus, quantum satis esset, imprudentes confecimus. Quinto inde die facem eminus conspicati, quam e turri appellentibus nautis in signum erigunt, dicto citius exscendentes in insula Pharo fuimus. Insula ipsa sterilis est, in qua neque nativæ silvæ quidquam neque frugis est, sed salis duntaxat aliquantulum.

νβ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἥκειν τις Ἀθήνηθεν λέγεται κρηπιδοπώλης ἄνθρωπος, παρ' οὗ μοι δοκεῖς καὶ πέρυσιν ἐωνῆσθαι τὰς ἀνατρήτους ἐμβάδας. νῦν δέ φασιν αὐτὸν ἐπὶ μεῖζον ἐμπορεύεσθαι, κομίζοντα στολὰς ἀττικουργεῖς, σοί τε θερίστρια πρέποντα καὶ ἡμῖν ἀναβολὰς εἰς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους. πρὶν ἂν οὖν ἁπάσας φθάσειεν ἀποδόμενος ἢ τὰς τῆς καλλίονος ἐργασίας (οἱ γὰρ προεντυγχάνοντες οὐχ ὑπὲρ τῶν κατόπιν ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτῶν δήπουθεν ἀξιοῦσι βουλεύεσθαι), εἰσκάλει τὸν ξένον d καὶ πρίω μοι τρεῖς ἢ τέτταρας τῶν ἀναβολῶν. πάντως ὅ τι ἂν ὑπὲρ τῆς τιμῆς κατάθῃ, παρ' ἐμοί σοι πολλαπλάσιον κείσεται.

LII. Eidem.

Venire nescio quis Athenis dicitur crepidarum institor, de quo mihi videris anno superiore pertusa illa calceamenta coëmisse. Nunc vero aiunt illum ampliorem institutam aggredi, Atticas stolas comportantem et theristra tibi et mihi ad æstivum anni tempus accommodata. Quare priusquam omnia vendiderit, aut quæ exquisitioris erunt operis (qui enim primi incidunt, non posterioribus, sed sibi utique consulere volunt), hospitem ad te vocato, mihique tres aut quatuor vestes emito. Omnino quidquid in pretium persolveris, cum fenore tibi a me rependetur.

νγ'. Τῷ αὐτῷ.

Μῆκος ἐπιστολῆς ἀνοικειότητα κατηγορεῖ τοῦ διακομίζοντος. ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Ἀκάκιος οἶδε μὲν ὅσα κἀγώ, ἐρεῖ δὲ καὶ ὧν οἶδε πλείονα τῷ τε σὸς ἐραστὴς εἶναι καὶ τὴν γλῶτταν ἔχειν (190) νικῶσαν τὰ a πράγματα, ὥστε τὴν ἐπιστολὴν τῷ νόμῳ τοῦ προσειπεῖν σε πλέον ἢ τῇ χρείᾳ χαρίζομαι. τὸ δὲ ἀπαγγεῖλαί σοι περὶ τοῦ υἱοῦ Διοσκορίου τοῦτο μὲν ὡς ὑγιαίνει τοῦτο δ' ὡς ἀναγινώσκει καὶ πρόσκειται τοῖς βιβλίοις, τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς αὐτῆς ὑπαρχέτω τιμή. ἡμεῖς δὲ αὐτῷ συμμορίαν ἀδελφῶν παρεσχόμεθα προσθέντες Ἡσυχίῳ ζεῦγος ἀδελφῶν ἀρρένων, οὓς εὐτυχεῖς ποιήσειεν ὁ θεὸς αὐτοῖς τε καὶ ἀδελφοῖς καὶ γονέων οἴκῳ καὶ τῷ λοιπῷ γένει καὶ ταῖς πατρίοις πόλεσιν. b

LIII. Eidem.

Epistolarum prolixitas argumento est eum a quo perferuntur alienum esse. Cæterum præclarus Acacius eadem quidem novit quæ ego, plura autem quam quæ noverit, dicet, partim quia summo te amore prosequitur, partim (190) quia linguam habet res ipsas superantem. Ideo hanc epistolam magis salutandi tui officio ac legi quam necessitati tribui. Hoc vero habeat honoris epistola, ut de filio Dioscurio quemadmodum recte se habeat ac quemadmodum legat et libris sit deditus renuntiet. Nos autem fratrum illi turbam dedimus, Hesychio masculorum fratrum par adiungentes. Quos utinam beatos esse velit deus, tum sui ipsorum gratia, tum fratrum et parentum familiæ et reliqui generis ac civitatum patriarum.

νδ'. Τῷ αὐτῷ.

Συχνοὶ παρ' ἡμῖν καὶ ἰδιῶται καὶ ἱερεῖς, πλαττόμενοί τινας ὀνείρους οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἀποκαλύψεις, ἐοίκασιν ὕπαρ μοι δώσειν κακόν, ἂν μὴ τάχιστα τὰς ἱερὰς Ἀθήνας καταλαβεῖν μοι γένηται. ὁσάκις ἂν οὖν ἐντυχεῖν σοι γένηται ναυκλήρῳ Πειραϊκῷ, γράφε πρὸς ἡμᾶς· ἐκεῖ γὰρ ἐντευξόμεθα ταῖς ἐπιστολαῖς. ὀνήσομαι δὲ οὐ μόνον τοῦτο τῆς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ὁδοῦ, τὸ τῶν παρόντων ἀπηλλάχθαι δεινῶν, ἀλλὰ καὶ τὸ μηκέτι τοὺς ἐκεῖθεν ἥκοντας ἐπὶ λόγοις προσκυνεῖν, οἳ μηδὲν μὲν ἡμῶν τῶν θνητῶν διαφέρουσιν (οὔκουν εἰς σύνεσίν γε τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος), ἀνα- c στρέφονται δὲ ἐν ἡμῖν ὥσπερ ἐν ἡμιόνοις ἡμίθεοι, διότι τεθέανται τὴν ἀκαδήμειάν τε καὶ τὸ Λύκειον καὶ τὴν ἐν ᾗ Ζήνων ἐφιλοσόφει Ποικίλην, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην· ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, ἔπειτα ἐκώλυσεν αὐτοὺς ἐπὶ σοφίᾳ μεῖζον φρονεῖν.

LIV. Eidem.

Plerique apud nos tam privati quam sacerdotes, somnia quædam comminiscentes quas ipsi revelationes appellant, vigilanti mihi malum allaturi videntur, nisi propediem sacras Athenas pervenire contigerit. Quotiens igitur in Piræicum nauarcham incideris, ad nos scribito; illic enim tuas litteras accipiemus. Non solum autem ex ea profectione id utilitatis consequar, quod præsentibus me malis exsolvam, sed quod deinceps non amplius illinc venientes eruditionis nomine venerabor, qui cum nihil a mortalibus nobis discrepent (haud sane quantum ad Aristotelis Platonisve intellegentiam attinet), nihilominus inter nos, perinde atque inter mulos semidei versantur, quod academiam et Lycæum viderunt et variam illam Porticum, ubi Zeno philosophabatur : quæ nunc varia esse destitit. Proconsul enim asseres ademit. Inde ob sapientiam arrogantiores eos esse prohibuit.

νε'. Τῷ αὐτῷ.

Ἔλυσας τὸ πρυμνήσιον, κἀγὼ τὰς ἡμιόνους ἔστησα παρὰ τὴν ζεφυρῖτιν ἠόνα· τῆς ἀπήνης δὲ ἀποβαίνοντος ἤδη σοι τὸ ἱστίον ἦρτο, καὶ κατὰ πρύμναν ὁ ἄνεμος. ἀλλὰ τοῖς τε ὀφθαλμοῖς ὑμᾶς ἐφ' ὅσον ἐξικνοῦντο πρου- d

LV. Eidem.

Commodum rudentem solveras cum ego mulas ad Zephyrium littus admovi; cumque e vehiculo descenderem, velum iam tibi sublatum erat, et ad puppim ventus spirabat. Verum oculis, quoad pertingere poteram, sum

πεμψα, καὶ πολλὰ τοῖς ἀνέμοις ὑπὲρ τῆς ἐρωμένης ψυχῆς διείλεγμαι, συνιστὰς αὐτοῖς τὸ σκάφος, ὅτι μοι τὸ τιμαλφέστατον φορτίον ἐπεπίστευτο· οἳ δέ (οὐ γάρ εἰσιν ἀνέραστοι τῶν καλῶν) ὑπέσχοντό μοι τὴν σὴν κομιδήν τε καὶ ἀνακομιδήν. οὗτοι μὲν οὖν ἀγαθοὶ δαίμονες ὄντες οὐκ ἄν ποτε ψεύσαιντο, σὺ δὲ ὥσπερ αὐτῶν ἐδεήθης, (191) ἐντεῦθεν ἐκεῖσε πορθμεύων δεή- a θητι, κἀκεῖθεν ἐνθάδε· πολὺ γὰρ ἂν ἡδίους τότε σοι παραγένοιντο.

νς'. Τῷ αὐτῷ.

Ἀδικεῖς με, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, ψυχὴν ἁπλῆν καὶ ὑπὸ συνηθείας ἁλώσιμον ἐνσείσας μὲν εἰς τὸ διαφερόντως ἀγαπᾶν σέ τε καὶ τὴν ἀδελφιδῆν, ἀφελόμενος δὲ σαυτοῦ τε καὶ τῆς ἀδελφιδῆς. ἐκείνην μὲν οὖν ἔχων διπλῆν ἐθεώμην εἰκόνα, καὶ παρῆν μοι διὰ τῆς νεάνιδος ὁ θεῖος αὐτῆς· νῦν δὲ ἅπαντα τὰ b φίλα φροῦδα, καὶ μέμφομαι τῇ φύσει διὰ τὴν ἀμετρίαν τῆς εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι ῥοπῆς. καὶ εἴ τι φιλοσοφίας ὄφελος, εἰς τὸ ἀρρενωπότερον ἀναχθήσομαι, καὶ τοῦ λοιποῦ σφενδαμνίνῳ μοι καὶ ἀκλινεστέρῳ συνέσεσθε.

νζ'. Κατὰ Ἀνδρονίκου.

Αἱ κακοποιοὶ δυνάμεις ἐν κόσμῳ συντελοῦσι μὲν τῇ χρείᾳ τῆς προνοίας (κολάζουσι γὰρ τοὺς ἀξίους κολάζεσθαι), εἰσὶ δὲ ὅμως θεομισεῖς τε καὶ ἀποτρόπαιοι· ἐγερῶ γάρ φησιν ἔθνος ἐφ' ὑμᾶς, ὑφ' οὗ πείσεσθε c τόσα καὶ τόσα. καὶ τελευτῶν αὐτοῖς ἐκείνοις οἷς ἐπιστρατεύει φησὶν ἐπεξελεύσεσθαι, ὅτι παραλαβόντες ὑμᾶς οὐκ ἠλέησαν οὐδὲ ἀνθρωπίνως ἐχρήσαντο. αὐτὰς μὲν οὖν οὐκ ἐξεμελέτησα τὰς ἱερὰς συλλαβάς, ἰσχυρίζομαι δὲ ὡς ἔστιν οὗ τῶν βιβλίων ὁ θεὸς ταῦτα λέγων πεποίηται. καὶ οὐκ εἶπε μὲν οὕτως, οὐκ ἐποίησε δέ, ἀλλ' ὁ Βαβυλώνιος βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ μὲν τὴν πόλιν κατέσκαψε, τὸ δὲ ἔθνος ἠνδραποδίσατο. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος οὐκ εἰς μακρὰν ἐμεμήνει, καὶ γέγονε δίκῃ θεοῦ ἐξερημωθῆναι τὴν πόλιν, ὡς εἰ καὶ γέγονεν ἐν τῷ τόπῳ d πόλις ἀπιστηθῆναι. ἆρα τολμήσει τις ἐρέσθαι θεὸν διὰ τί σὺ μὲν ἀνίστης ἄνδρας ἐπὶ τοὺς ἡμαρτηκότας σοι τιμωρούς, ὅταν δὲ ὑπηρετήσωσι τῷ θείῳ βουλήματι, καὶ γένωνται δήμιοι τούτοις ἐφ' οὓς καταπέμπονται, δέον ἐκτῖσαι χάριν τῆς ὑπουργίας, τότε δὴ μάλιστα καὶ κολάζονται; ἀλλ' ἢ κεκίνηκεν ἡμᾶς εἰς ἀπόκρισιν ὧν αὐτοῦ πυνθανόμεθα; ἐπειδὴ γὰρ βεβλαμμένου τῇδε τοῦ θείου νόμου (192) παρῆλθεν εἰς ἀνθρώπους a τὰ κακά (τὰ δὲ κακοποιὰ διαφερόντως κακά· περιουσίᾳ γὰρ φύσεως καὶ δραστήρια γίνεται), ἐπειδὴ δ' οὖν ἅπαξ γέγονε τὰ κακά (τῆς γὰρ θείας σοφίας καὶ ἀρετῆς καὶ δυνάμεως ἔργον ἐστὶν οὐ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν (φύσις γάρ, ὡς εἰπεῖν, αὕτη θεοῦ, ὡς τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν), ἀλλὰ κἀκεῖνο μάλιστα, τὸ διὰ κακῶν ἐπινοηθέντων πρός τινων ἀγαθόν τι καὶ χρηστὸν

vos consecutus, multaque pro carissima mihi anima cum ventis collocutus sum, navem illis eam commendans, cui pretiosissimam mihi onus concreditum erat. At illi (neque enim pulchrorum amoris expertes sunt) vectionem ac revectionem tuam mihi sunt polliciti. Et ii quidem boni cum sint dæmones, nunquam fidem suam fefellerint; tu vero quemadmodum (191) hinc illuc traiciens illos precatus es, ita, huc illinc rediturus precare. Tunc enim multo tibi libentius aderunt.

LVI. Eidem.

Iniuriam facis, o divinum sacrumque caput, qui cum simplicem animum et consuetudine ipsa captu facilem in mirificum tui ac fratris filiæ amorem impuleris, eum tamen abs te et fratris filia seiunxeris. Atqui cum eam intuerer, duplex ob oculos imago versabatur, mihique in puella patruus illius adesse videbatur. Nunc autem quidquid amicum erat, abiit penitus, atque ego naturam interdum meam accuso, quod ad iniuriam accipiendam immoderate proclivis esse videatur. Quod si qua philosophiæ utilitas est, in virilem me statum confirmabo, rigidioremque me de cætero ac contumaciorem experiemini.

LVII. Adversus Andronicum.

Quæ in mundo sunt maleficæ virtutes, etiamsi ex usu divinæ providentiæ sint, cum ab illis pœnas repetant qui eas commiserint, sunt illæ tamen et invisæ deo et exsecrabiles. *Suscitabo* inquit *gentem adversum vos*, a qua hæc et illa patiemini; ac tandem illos ipsos, quos tanquam milites armat, puniturum se esse dicit, quoniam cum in suam vos potestatem accepissent, non sunt miserti, neque humaniter tractarunt. Etenim sacra ipsa verba memoria non teneo, certo autem asseveraverim alicubi in sacris voluminibus deum hæc loquentem induci. Neque vero ita cum dixisset, aliter re ipsa gessit. Quippe Babylonius rex Ierosolymorum evertit urbem, ac gentem ipsam in servitutem redegit. At is ipse non multo post furore correptus est, divinaque animadversione factum ut illius urbs vastitate ac solitudine damnaretur; adeo ut urbem unquam in eo fuisse loco incredibile videretur. Ecquid ergo sciscitari de deo hunc in modum nos audebimus? Quid tu homines adversus delinquentes tui ultores excitas qui postquam divinæ voluntati tuæ operam navaverint, iisque se carnifices præbuerint ad quos mittuntur, cum iis operæ suæ mercedem ac gratiam rependere oporteret, tunc vel maxime puniuntur? An et ille nobis ad respondendum huic interrogationi ista suggessit? Cum hic violata divina (192) lege in homines mala pervenissent (in malorum vero genere principatum tenent quæ malefica sunt; hæc enim naturæ quadam abundantia efficiendi vim habent): postquam igitur mala semel exstiterunt (divinæ enim sapientiæ et virtutis et facultatis est non modo bonum facere (natura enim, ut ita loquar, hæc dei est, vel

τέλος ἀποτελεῖν καὶ ὠφελίμως τοῖς δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι), σοφίας ἐστὶν εὐμηχάνου καὶ τοῖς κακοῖς ἐν δέοντι χρήσασθαι. ὅταν οὖν δέηται κολαστῶν, χρῆται νῦν μὲν ἀγελάρχαις ἀκρίδων δαίμοσι, νῦν δὲ ὧν ἔργα λοιμοί· καὶ νῦν μὲν ἔθνει βαρβάρῳ, νῦν δὲ ἄρχοντι πονηρῷ· καὶ καθάπαξ εἰπεῖν, ταῖς ἐπιτηδείοις εἰς τὸ ποιῆσαι κακὰ δημόσια φύσεσι. μισεῖ δ' ὅμως αὐτάς, ὅτι πρὸς τοῦτο γεγόνασιν ἐπιτήδειοι· οὐ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς ὄργανα συμφορῶν, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτῶν εἰς τοῦτο ταχθεῖσιν ἑτοίμως ἐχρήσατο. καὶ διότι πρὸς τοῦτο σὺ γέγονας χρήσιμος, αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶν ὅ σε παντάπασιν ἀποκόπτει θεοῦ. οὕτω καὶ σκεῦος τὸ μὲν ἄτιμον, τὸ δὲ τίμιόν ἐστί τε καὶ νομίζεται· κρίνεται γὰρ ἑκάτερον πρὸς ἥντινα τὴν χρείαν παρέχεται. τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φίλιός τε καὶ ξένιος, καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἡ φιλοξενία θεοῦ πεποίηκεν ἑστιάτορα· μάστιξ δὲ ἀποτρόπαιον, θυμῷ γὰρ ὑπηρετεῖται; καί τις ἤδη χρησάμενος αὐτῇ μετενόησε. τῶν μέντοι κολαζομένων θεὸς κήδεται· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο μικρόν, ἐπισκοπῆς ἀξιωθῆναι θεοῦ καὶ καθήρασθαι διὰ δίκης τὰ ἁμαρτήματα. αἱ δὲ τιμωροὶ φύσεις εἰσὶ παντάπασιν ἀπόστροφοι τοῦ θεοῦ· τὸ γὰρ ἀφανιστικὸν τῷ δημιουργικῷ δήπου πολέμιον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ διάκειται τὴν γνώμην ὁ τιμωρὸς ἢ δαίμων ἢ ἄνθρωπος ὡς λειτουργίαν τινὰ ταύτην εἰσφέρων θεῷ, ἀλλὰ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς φύσεως χαριζόμενος ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς ἐπεξέρχεται. οὐ τοίνυν ἐπειδὴ δυστυχεῖν ἔδει τὴν πόλιν, σὺ δὲ τοῦτ' εἰργάσω, παρὰ τοῦτό σε δεῖ διαδρᾶναι τὴν δίκην· ταύτην γὰρ ἂν τὴν ἀπολογίαν καὶ Ἰούδας ἀπελογήσατο, ἔδει γὰρ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἁμαρτίας σταυρωθῆναι Χριστόν. ἀλλ' ἔδει μέν, φησίν, (193) *οὐαὶ δὲ δι' οὗ γέγονε, καὶ καλὸν ἦν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ εἰ μὴ ἐγένετο.* οὐκοῦν τὸ μὲν δρώμενον ἀγχόνη τὴν προδοσίαν αὐτοῦ διεδέξατο, τὸ δὲ οὐχ ὁρώμενον οὐδ' ἂν ἐπινοήσειέ τις. οὐ γάρ ἐστιν ἐπίνοιαν ἀνθρώπου χωρῆσαι τίνα γένοιτ' ἂν τῷ Χριστοῦ προδότῃ τὰ κολαστήρια· τὸ γὰρ ᾗ δεῖ γενέσθαι ὑπηρετῆσαι τῷ χρεὼν οὐχ ἀστείας ἀπολογίας ἐστί. δεῖ τοίνυν ὅσον οὐδέπω καὶ Αὐσουριανοὺς καὶ Ἀνδρόνικον ὑπὲρ ὧν εἰς ἡμᾶς εἰργάσαντο δίκην ἀξίαν κομίσασθαι· καὶ γὰρ τὴν ἀκρίδα τὴν λυμηναμένην ἡμῶν τοὺς καρποὺς καὶ μέχρι μὲν καλάμης τὸ λήιον μέχρι δὲ φλοιοῦ τὰ φυτὰ δαπανήσασαν καταποντιστὴς ἄνεμος ἄρας ὦσεν εἰς μέσον τὸ πέλαγος. ταύτῃ μὲν οὖν τῇ πληγῇ τὸν νότον ἀντέταξεν ὁ θεός, καὶ ἐπ' Αὐσουριανοὺς ἤδη τις ᾕρηται παρ' αὐτοῦ στρατηγός. ὡς εἴη γε τοῦτον ἡμῖν εἶναι τῶν παρ' αὐτοῦ πώποτε στρατηγῶν εὐσεβέστατόν τε καὶ δικαιότατον. τοῦτον ἐπὶ τῷ κατ' αὐτῶν τροπαίῳ μακαρίσαι μοι γένοιτο. *μακάριός* φησιν *ὃς ἀνταποδώσει τὸ ἀνταπόδομα αὐτοῖς, μακάριος ὃς ἐδαφιεῖ τὰ νήπια αὐτῶν πρὸς τὴν πέτραν.* τίς δὲ ἄρα, τίς ὄλεθρος περιμενεῖ τὸν παλαμναῖον τῆς χώρας Ἀνδρόνικον; τίς ἀξία γένοιτ' ἂν δίκη ψυχῆς κακεργέ-

ut ignis calefacere vel lucere locis), sed illud imprimis, per mala ipsa, quæ a nonnullis excogitata fuerint, bonum
b aliquem et commodum finem efficere et utiliter his uti quæ mala videantur) solertis hoc est sapientiæ, vel malis ipsis opportune uti posse. Quotiens itaque pœnarum exactoribus indiget, interdum locustarum agmini præfectis dæmonibus utetur, nonnunquam iis, quorum munus est pestilentia; alias barbara aliqua natione, alias nefario principe, et, ut uno verbo dicam, publicis velut administris naturis quæ ad malefaciendum idoneæ sunt. Nihilominus tamen eas odio prosequitur, quod ad id idoneæ reperiantur. Non enim calamitatum instrumenta molitur deus, sed suapte sponte ad hoc officium accom-
c modata in promptu habet. Et quoniam tu ad id idoneus redditus es, hoc ipsum est, quod te a deo penitus abscindit. Ita vas aliud inhonoratum, aliud pretiosum et est, et esse creditur. Unumquodque enim ex eo usu, quem præstat, diiudicatur. Exempli gratia mensa sacrum est aliquid, per quam deus honoratur amicorum hospitumve præses. Hinc Abrahamum illa in hospites humanitas dei convivatorem reddidit. At flagellum e contrario detestandum est; nam iræ ministrat, et non-
d nunquam qui eo usus est pœnitentia ducitur. Sed eorum, qui pœnæ subiciuntur, curam habet deus. Non enim profecto, non illud exiguum est, divina providentia dignum haberi et perpessione pœnæ ab sceleribus repurgari. Verum pœnarum administræ naturæ a deo sunt prorsus aversæ. Etenim quod destruendi vim habet, conditori haud dubie repugnat. Sed nec ita est affectus animo vindex, sive dæmon sive homo, quasi munus hoc deo præstet, sed naturæ improbitati serviens communes calamitates persequitur. Non igitur, quoniam verbi causa ærumnis conflictari civitatem oportebat, tuâ est vero id operâ perfectum, ideo meritas pœnas effugies. Alioqui
a eadem defensione et Iudas uti poterat. Oportebat enim pro peccatis omnium in crucem tolli Christum dominum. Sed oportebat quidem, inquit (193), *Væ autem ei, per quem istud sit*, et *Bonum esset huic homini, si non esse natus.* Quamobrem, quod quidem videri poterat, proditionem illius suspendium est consecutum; quod autem videri non potest, nemo cogitatione comprehendere possit. Neque enim id animus hominum capere potest, proditori Christi quanta sint supplicia constituta. Hoc enim, quod fato ac necessitati, quatenus accidere opor-
b tebat, ministratum sit, non habet probabilem excusationem. Quamobrem tam Ausurianos quam Andronicum pro eo quo in nos commiserunt par est dignas pœnas exsolvere. Nam et locustam, quæ fruges nostras vastaverat, quæque ad culmen usque segetes, stirpes ad corticem adederat, depressor ventus attollens medium in mare præcipitavit. Atque ut ei plagæ austrum deus opposuit, sic adversus Ausurianos aliquis iam ab eo dux electus est; qui utinam nobis omnium, qui unquam ab eo submissi sunt, ducum religiosissimus sic ac iustissimus! Utinam hunc mihi aliquando fas sit, ob reportatum de illis triumphum, prædicare beatum! *Beatus enim* ait *qui retribuet retributionem ipsi. Beatus qui*
c *allidet infantes eorum ad petram.* Quænam ergo tandem pernicies Andronicum provinciæ pestem atque exitium exspectat? Quænam digna malefica anima pœna esse po-

τιδος; ὡς ἐμοὶ τῶν πληγῶν ἁπασῶν, αἷς μετῆλθεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας ὁ θεός, Ἀνδρόνικός ἐστι μακρῷ πάντων βαρύτερος· πρὸς γὰρ ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς οὗτος ἐμόν ἐστι κακὸν ἴδιον. διὰ τούτου μέτεισιν ὁ πειράζων, ἵνα δραπετεύσω τοῦ θυσιαστηρίου τὴν λειτουργίαν. ἐπαναχτέον δέ μοι μικρὸν ἄνω τὸν λόγον, ἵν' οἷς ἴστε προσθεὶς ἃ μὴ πάντες γινώσκετε, ἀκόλουθον ὑμῖν τὴν διδασκαλίαν τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων d ποιήσωμαι· καὶ γὰρ πρὸς τὰ μετὰ ταῦτά μοι καλῶς ἔχει τούτων ὑμᾶς ἀκροατάς μοι γενέσθαι.

Ἐμοὶ παιδόθεν παρέστη θεῖον ἀγαθὸν εἶναι σχολὴ καὶ τοῦ ζῆν εὐμάρεια, τοῦθ' ὃ ταῖς θείαις φύσεσι προσήκειν τις ἔφη· αὐτὸ τοῦτ' εἶναι τὸ τὸν νοῦν ἐκτρέφειν καὶ συνιστᾶν τῷ θεῷ τὸν ἔχοντά τε αὐτὴν καὶ καρπούμενον. ὅσα δὴ παισίν ἐστιν ἢ γίνεται πράγματα, τούτων ὡς ἐλαχίστων ἐγὼ μετέσχον, καὶ ὅσα μειρακίοις καὶ ὅσα νέοις. καὶ εἰς ἄνδρα παραγγείλας (191) οὐδέν τι a παιδαρίου πρὸς ἀπραγμοσύνην παρήλλαξα, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πανηγύρει σεμνῇ διεξάγων τὸν βίον διὰ πάσης ἡλικίας ἵλεων καὶ ἀκύμαντον τῆς ψυχῆς ἐτήρησα τὴν διάθεσιν. οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀνθρώποις ἀσυντελῆ με πεποίηκεν ὁ θεός, ἀλλὰ πολλάκις ἡμῖν καὶ ἰδιῶται καὶ πόλεις εἰς δέον ἐχρήσαντο· ἐδίδου γὰρ ὁ θεὸς δύνασθαί τε τὰ μέγιστα καὶ τὰ κάλλιστα βούλεσθαι. τούτων οὐδὲν ἐμὲ φιλοσοφίας ἀφεῖλκεν, οὐδὲ τὴν εὐδαίμονά μοι σχολὴν ὑπετέμνετο· τὸ γὰρ ὠθισμῷ καὶ μόχθῳ καὶ μόλις ποιεῖν, τοῦτ' ἐστὶν ὃ δαπανᾷ τὸν b χρόνον, καὶ τὴν ψυχὴν ἐμβαπτίζει μερίμναις πραγμάτων. ὅτῳ δὲ εἰπεῖν μόνον καθήκει, ἡ πειθὼ δὲ ἕπεται, καὶ ὁ λόγος ἀνυσιμώτατός ἐστι παρὰ τοῖς ἀκούουσι, τίς φειδὼ ῥημάτων, ἵνα δυστυχίας τις ἐλευθερωθῇ; τίμιον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· τίμιον γάρ, εἰ δι' αὐτὸν ἐσταυρώθη Χριστός. ἐμοὶ δὴ τὸ πείθειν ἀνθρώπους εἰς τὸν μέχρι τοῦ παρόντος ἐνιαυτὸν τάχα μὲν θεῖος κλῆρος ἐγένετο, τάχα δὲ μόλις πραγμάτων ἁπτόμενος ἐπετύγχανον. νῦν γὰρ δὴ τὸ πρᾶγμα ἔοικεν ἐξελέγχεσθαι μετὰ πολλῶν ἅτινα σαφῶς ἦν c τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦτ' ἀνετίθην αὐτῷ, καὶ ἔζων μετ' ἀγαθῶν τῶν ἐλπίδων, ὥσπερ ἐν ἱερῷ περιβόλῳ τῷ κόσμῳ, ζῶον ἄφετον ἀνειμένον, εὐχῇ καὶ βιβλίῳ καὶ θήρᾳ μερίζων τὸν βίον· ἵνα γὰρ ὑγιαίνῃ ψυχή τε καὶ σῶμα, τὸ μέν τι δεῖ πονεῖν, τὸ δὲ αἰτεῖν τὸν θεόν. μετὰ τοιαύτης εὐμαρείας εἵλκυσα τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς μέχρι τῆς ἱερωσύνης αἱρέσεως, πρὸς ἣν ἐγὼ παρὰ τοὺς πώποτε δειλότατος γέγονα. μαρτύρομαι τὸν ἐπὶ d πᾶσι θεόν, οὗ δι' ὑμᾶς ἐγὼ τὰς ἀπορρήτους ἐβάστασα τελετάς, δίχα τῶν ἀνθρωπίνων περιόδων τε καὶ σπουδῶν αὐτῷ κατὰ μόνας ἐν πολλοῖς καιροῖς τε καὶ τόποις προσῆλθον θεῷ, καὶ πρηνὴς καὶ γονυπετὴς ἱκέτης γενόμενος θάνατον ἀνθ' ἱερωσύνης ᾐρούμην. αἰδὼς γάρ τίς με καὶ φιλία κατεῖχε τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ σχολῆς, ὑπὲρ ἧς ἅπαντα δεῖν ᾤμην ποιεῖν τε καὶ λέγειν. ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐκράτουν, τοῦ θεοῦ δὲ ἡττώμην, ὡς κοινὴ φήμη τὸν ἀξιούμενον εἶναι γνώρι-

terit? Mihi enim plagis omnibus, quibus vindex deus peccata nostra persecutus est, longe atrocior esse videtur Andronicus. Nam præter communes acerbitates, is præcipuum mihi est ac peculiare malum. Per eum tentator id molitur, ut altaris munus defugiam. Sed mihi altius paulo repetenda oratio est, ut iis, quæ comperta vobis sunt, addens ea, quæ non omnibus sunt cognita, ea ordine vobis exponam quæ mihi contigerunt. Etenim ad illa, quæ postea dicturus sum intelligenda optimum erit vos ita a me prius accepisse.

Mihi iam inde ab ineunte ætate statui divinum quoddam esse bonum otium vivendique facilitatem; id quod divinis ingeniis convenire quidam dixit : idque esse, mentem alere ac deo conciliare illum, qui eam possideat et ea perfruatur. Quæcunque ergo pueris inesse aut usu venire solent, minimum ego eorum particeps fui, ut et eorum quæ in adolescentulis et quæ in iuvenibus cernuntur. Cumque iam virilem ætatem attigissem (194), nihil a puerulo, quantum spectat ad quietem et vitæ tranquillitatem, discrepavi, sed perinde ut in festiva aliqua celebritate ætatem exigens, pacatum ac nullis perturbatum fluctibus statum animi mei servare studui. Neque tamen ideo me deus hominibus inutilem fecit, sed plerumque tam privati quam civitates opera mea ad summas opportunitates usi sunt. Hoc enim mihi divinitus tributum fuerat, ut cum ego auctoritate plurimum possem, tum optima quæque vellem. Nihil me istarum occupationum a philosophia seiunxit, neque felici exemit otio. Tum demum enim, cum violenter atque ægre nec sine labore aliquid facias, tempus consumitur, atque infinitis negotiorum molestiis animus immergitur. Quicunque vero verbo solo fungitur, quo et dicente statim persuasio sequitur, et est maxima apud audientes sermonis illius efficacitas, quis est quod sermoni suo parcat, uti quispiam a calamitate revocetur? Magni est homo pretii animal : magni, inquam, pretii, cum pro eo sit Christus in cruce suspensus. Mihi vero ut persuadere possem hominibus, ad hunc usque annum fortasse divina quadam sorte concessum est : fortassis etiam, quod ægre me negotiis implicarem, quæ vellem ad exitum perducebam. Iam vero res tota in irritum cessisse deprehenditur cum aliis plerisque, quæ haud obscura erant in me dei beneficia, quæ a deo manifesto erant attributa, inter quæ illud ei tribuebam; vivebamque optima cum spe in mundo, velut in religioso quodam septo solutum animal, libere degens, oratione et libris et venatione vitam distinguens. Etenim ut et animo et corpori sua sanitas constet, partim id laborandum, partim a deo postulandum est. In hac vivendi facilitate annos meos usque ad sacerdotii onus exegi, ad quod subeundum præ cæteris, qui hactenus fuerunt, timidissimus exstiti. Testor præsidem omnium deum cuius arcana mysteria vestri causa suscepi, citra humanas prensationes et studia ego ad ipsummet deum multis temporibus ac locis privatim adii, cum pronus flexisque genibus mortem præ sacerdotio supplex peterem. Tenebat enim me adversus philosophiæ tranquillitatem reverentia quædam atque amor, pro qua nihil non et agendum mihi et dicendum putabam. Sed postquam superatis hominibus a deo sum victus, ut communis fama fert eum qui honore illo dig-

μον θεοῦ, (195) ἔφερον, ἀλλὰ δυσηνιάστως τὴν καινοτομίαν a τοῦ βίου· δρασμῷ γὰρ ἐπιθέμενον ἐλπὶς ἀγαθῶν καὶ φόβος χειρόνων ἀνέκοψε. καὶ λεγόντων ἤκουσα γερόντων ἱερῶν ὅτι με θεὸς ποιμαίνει· καί τις ἐπὶ λέξεως εἶπεν ὡς ἱλαρόν ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἱλαρύνει τοὺς μετόχους αὐτοῦ. καὶ προσέθηκεν ὡς ἠμφισβήτησαν ἡμῶν πρὸς θεὸν δαίμονες, οὓς λυπῶ προσχωρήσας τῇ μερίδι τῇ κρείττονι. ἀλλὰ κἄν τι προσβάλωσι χαλεπόν, οὐκ ἀμελεῖται, φησί, φιλόσοφος ἱερωμένος. ἐγὼ μὲν οὖν (οὐ γὰρ ῥᾴδιός εἰμι χαυνωθῆναι καὶ λαμπρόν τι λογίσασθαι περὶ ἐμαυτοῦ) b τὴν ἀτυχίαν ᾐτιασάμην, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ φθόνου δαίμονος (οὐ γὰρ οἶμαί μοι προσήκειν ἀρετήν, ἥτις ἂν τοὺς βασκάνους ἐκίνησεν), ἀλλ' ἐφόβει με μᾶλλον δίκας ὀφλόντα παρ' ἀξίαν ἅψασθαι μυστηρίων θεοῦ. καὶ ταύτην τὴν ἀτυχίαν ἐμαντευόμην, εἰς ἣν οὐ κατὰ μικρὸν ὤλισθον· ἀλλ' ἅμα τε παρῆν ἐνθάδε καὶ τὰ δεινὰ πάντα παρῆν, καὶ χορηγὸς πάντων Ἀνδρόνικος, δαίμων ἀρήιος, ἄπληστος συμφορῶν, τῆς πόλεως τοῖς λειψάνοις ἐγκείμενος. ἔα, πανταχοῦ τῆς c ἀγορᾶς ἀνδρῶν οἰμωγαί, γυναικῶν ὀλολυγαί, παίδων ὀλοφυρμοί. σχῆμα πόλεως ἑαλωκυίας αὐτῇ περιτέθεικεν, ἧς τὸ κάλλιστον μέρος ἀποτεμόμενος τίσεως χωρίον ὀνομασθῆναι γέγονεν αἴτιος, τὴν στοὰν τὴν βασίλειον, τὸ πάλαι κριτήριον, ἀποδείξας βασανιστήριον. ταύτην δαίμοσι ποινίμοις, οἷς ἑαυτὸν ἄρα προσένειμε, βωμὸν καὶ τράπεζαν παρέθηκεν. ὢ πόσοις αὐτοὺς πολιτῶν εἱστίασε δάκρυσι. ποῖοι Ταυροσκύθαι, τίνες Λακεδαιμόνιοι τοσοῦτο τῷ διὰ τῶν μαστίγων αἵματι τὴν παρ' αὐτοῖς ἐτίμησαν Ἄρτεμιν; δρόμος ἁπάντων d εὐθὺς ἐπ' ἐμέ, καὶ πανταχόθεν εὐθὺς ἐβαλλόμην ἀκοῇ καὶ θέᾳ κακῶν. νουθετήσας οὐκ ἔπεισα, ἐπιτιμήσας ἠρέθισα. ὁ παρὼν καιρὸς ἤλεγξεν ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν, ἣν μέχρι νῦν ἔκρυψεν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων θεός· συγχωρουμένων γὰρ ἀεὶ τιμὴν καρπωσάμενος παρέσχον ὑποψίαν τῇ πατρίδι δυνάμεως. καὶ τοῦτο τὸ χαλεπώτατον τῶν συμβεβηκότων ἐστί μοι· πρὸς γὰρ τὴν ἐλπίδα τῶν ἠγνοηκότων με κρίνομαι. οὐδὲ γὰρ πείθω λέγων αὐτοῖς ὡς οὐ δύναμαι, ἀλλ' (196) ἀξιοῦμαι a πάντα τὰ δίκαια δύνασθαι. περίεστιν οὖν αἰσχύνεσθαι καὶ λυπεῖσθαι. πάθος εὐθὺς ἐν ψυχῇ, καὶ ποικιλία φροντίδων καὶ εἰδωλοποιία πραγμάτων καὶ μακρὰν ὁ θεός. εἰ δαιμόνων εἰσὶ προσβολαὶ τὰ γινόμενα δι' Ἀνδρονίκου, πᾶν ἐποίησαν ὅσον ἐβούλοντο. οὐκέτι τῆς συνήθους ἐν εὐχαῖς γλυκυθυμίας ᾐσθόμην, ἀλλὰ τὸ μὲν σχῆμα εὐχῆς, ἐγὼ δὲ περιηνέχθην ἁπανταχοῦ τῶν πραγμάτων ὀργῇ καὶ λύπῃ καὶ πᾶσι πάθεσι μεριζόμενος. καίτοι διὰ νοῦ τῷ θεῷ συγγινόμεθα, γλῶττα b δὲ ἀνθρώποις τὰ πρὸς ἀνθρώπους ὑπηρετεῖ. εἰ τοίνυν ἐν εὐχαῖς ἀπροσεξίαν ἠτύχηκα καὶ παρὰ πόδας ἡ πεῖρα, τῆς γέ τοι τοῦ βίου μεταβολῆς οὐ ταύτῃ μόνον εἰς κακὸν ἀπολέλαυκα, ἐξ ἀπροσεξίας εὑρόμενος πράγματα, ἀλλ' ἀπενθὴς τὸ μέχρι πρῴην διαγενόμενος, νεκρὸν ἐπεῖδον οὗ προαποθανεῖν ηὐχόμην· οὕτω πικροῖς

natus sit familiarem dei fieri (195), ferebam equidem, sed invitus ac repugnans novum hoc et insolens vitæ genus; ac iam iamque fugam meditantem bonorum spes ac deteriorum metus a proposito revocavit. Quin istud de sacris senibus audivi, me a deo gubernari. Et alius quidam his verbis usus est : hilarem esse spiritum sanctum et sui participes exhilarare, addiditque de me cum deo contendisse dæmonas, quibus meliorem in partem transiens mœrorem afferam. Ac tametsi molestiæ aliquid infligant, nunquam tamen, aiebat, philosophus deo consecratus negligitur. Ego vero, cum non facile insolescere ac de me magnifice aliquid cogitare soleam, infelicitatem accusavi meam, non tamen id invidia ulla dæmonis accidisse mihi statui. Non enim tantum mihi sumo virtutis, ut hæc invidiam movere possit. Sed hoc unum magis terrebat, ne cum pœnis ipse obnoxius essem, divina mysteria indigne tractarem. Eamque animo calamitatem præsagiebam, in quam haud paulatim ego sum delapsus, sed statim atque huc adfui, omnia mihi præsto fuere malorum genera, quorum præbitor est Andronicus, Martius dæmon, calamitatum insatiabilis, patriæ reliquias insectans. Heu heu, toto foro exaudiebatur. Virorum, inquam, gemitus, mulierum ululatus, puerorum planctus; patriæ denique speciem captæ urbis affinxit : cuius pulcherrimam partem eximens supplicii locum appellari fecit ac regiam porticum, ubi olim ius dicebatur, in carnificinam convertit. Hanc ille vindicibus dæmonibus, quorum se numero aggregavit, aram ac mensam apposuit. O quam multis ille eos civium lacrimis tanquam convivio excepit! Quinam Tauroscythæ aut qui Lacedæmonii tanto per verbera sanguine unquam suam Dianam coluerunt? Fit omnium illico concursus ad me, et undique statim impetebar auditu malorum ac spectaculo. Cum illum admonerem, persuadere non potui; cum increparem, irritavi. Præsens tempus imbecillitatem nostram coarguit, quam deus homines hucusque celaverat. Nam cum eorum, quæ mea opera obtinebantur, honor ad me perveniret, auctoritatis ac potentiæ de me opinionem patriæ præbui. Quod quidem mihi omnium, quæ acciderunt, longe est molestissimum. De me enim ex eorum qui me ignorant spe iudicium fertur. Neque quantumvis nihil posse me dicam, illis persuadeo (196); quin iusta omnia facere posse existimor. Superest itaque ut pudore ac mœrore suffundar. Hinc repentina in animo commotio, curarum ac sollicitudinum varietas, negotiorum imagines ac species, et longe deus abscedit. Quare si dæmonum incursiones sunt, quæ Andronicus molitur, quantum libuit illi perfecerunt. Nihil iam de solita in orando suavitate percepi, sed species ipsa quidem orationis est. Ego vero per omnes negotiorum partes cogitatione circumferor, ira, dolore omnique affectuum genere distractus. Atqui mente ipsa cum deo versamur. Lingua hominibus eorum, quæ ad homines pertinent, ministerio fungitur. Si igitur id mihi calamitatis accidit, ut inter orandum attentus esse nequeam, in promptu est rei huius experientia. Verum enim vero ex ea vitæ mutatione non id tantum mali cepi, ut ex mentis evagatione negotiis implicarer, sed, cum luctus funebris expers hactenus fuissem, mortuum vidi, quem morte prævenire cupiebam. Adeo asperis nos et molestis honorum initiis civitas excepit. Quandoquidem una

ἡμᾶς ἡ πόλις ἐπιβατηρίοις ἐξένισεν. ὡς ἅμα τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα νῦν μὲν ἄνω νῦν δὲ κάτω χωρεῖ, καὶ ῥοῦς ἥκει φέρων ἀθρόα πολλά, νῦν μὲν αἴσια νῦν δὲ ἀπαίσια. ἀλλ' ἐπειδή μοι συνέπεσεν ἀποβαλεῖν τῶν παιδίων τὸ φίλτατον, κἂν εἰργασάμην τι δεινὸν αὐτὸς ἐμαυτόν· οὕτως ἑαλώκειν τοῦ πάθους. ἔγωγέ τοι τὰ μὲν ἄλλα ἄρρην εἰμί (λέγω δὲ ἐν εἰδόσι), καὶ τὰ πολλὰ δουλεύω τῷ λόγῳ, συνηθείας δὲ οὕτω τι ἥττων ὡς ταύτῃ κρατεῖν τὴν ἀλογίαν τοῦ λόγου. οὔκουν οὐδὲ τοῖς ἐκ φιλοσοφίας δόγμασι τοῦ παρόντος πάθους ἐκράτησα, ἀλλὰ Ἀνδρόνικος ἀντιπεριήγαγε, καὶ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς τὸν νοῦν ἔχειν ἐποίησε. καὶ γεγόνασί μοι συμφοραὶ παραμυθίαι τῶν συμφορῶν, πρὸς ἑαυτὰς ἀνθέλκουσαι καὶ πάθει πάθος ἐκκρούουσαι. συνεπιτίθεται δή μοι τῇ πικρᾷ τῶν παρόντων αἰσθήσει μνήμη τῶν παρελθόντων ἀγαθῶν, ἐξ οἵων ἄρα ἐν οἵοις γεγόναμεν, καὶ ζῶ πονήρως, ἅμα πάντων ἀφῃρημένος. τὸ μὲν οὖν μέγιστον τῶν κακῶν, ὅ μοι καὶ δύσελπιν εἶναι τὸν βίον ποιεῖ, οὐκ εἰωθὼς ἀποτυγχάνειν ἐν ἱκετείαις θεοῦ, νῦν (107) πρῶτον οἶδα μάτην εὐξάμενος· ὃς τὴν μὲν οἰκίαν κακῶς πράττουσαν ὁρῶ, τὴν δὲ πατρίδα δυστυχοῦσαν οἰκεῖν ἀναγκάζομαι. πᾶσι δὲ ἐκκείμενος ἐφ' ᾧ προσαναχλάεσθαι καὶ τὰ καθ' αὑτὸν ἕκαστον ὀλοφύρεσθαι, ἔλεον αὐτοὺς ἀνόνητον ἐλεῶ. καὶ πρόσεστι τὸ αἰσχύνεσθαι ὅτι πολίτην ἄνδρα χρησάμενον συμφοραῖς καὶ κλαπέντα χρυσίον δημόσιον, ἀπαιτήσας στατῆρας ὑπὲρ μυρίους, ἔγνωκεν ἀναβολὴν μὴ διδοὺς ἀποκτεῖναι διὰ χιλίους, μᾶλλον δὲ δι' ἐμέ· δι' ἐμὲ γὰρ αὐτὸν ἔχει καθείρξας εἰς ἀνεπιχείρητον φρούριον, ἐν οἵῳ τοὺς Τιτᾶνας δεδέσθαι ποιητῶν παῖδες φαντάζονται. καὶ ἵνα μὴ ἀφαιρεθῇ, φησί, παρ' ἐμοῦ, δεῖ πέμπτην ταύτην ἡμέραν ἀπόσιτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, εἰσαγωγῆς ἄρτων ἀπηγορευμένης τοῖς δεσμοφύλαξιν. ἀλλὰ πρῴην αὐτοῦ κεκραγότος ἅπαντες ἤκουσαν ὡς ὠφελιμώτερος ἔσται τῶν χιλίων στατήρων ἀποθανὼν ὁ πολιτευόμενος. διὸ καὶ τοὺς προσιόντας αὐτῷ ἐπὶ τῇ τῶν χωρίων ὠνῇ φοβεῖ καὶ ταράττει καὶ πάντα τρόπον ἀφίστησιν· οὐ γάρ, οἶμαι, δεῖ τοῦ χρυσίου, τοῦ δὲ τεθνάναι τὸν ἄνθρωπον δεῖ. ἐγὼ δὲ οὔτε ἰσχυρός εἰμι πρὸς τὸ τείχεσιν ἐρυμνοῖς προσβαλεῖν, οὔτ' εὐμήχανος εἰσερπύσαι καὶ τῆς συμφορᾶς ἐξελέσθαι τὸν ἄνθρωπον. παρίησι δέ, φασί τινες, οὐδεὶς οὐδένα· οἱ γὰρ ὑπηρέται φύσει μέν εἰσιν οἵτινές εἰσι, νῦν δὲ καὶ πρὸς παράδειγμα ζῶσιν Ἀνδρόνικον, ὃς ἐπὶ τῷ τὴν ἐκκλησίαν ἀτιμοῦν προκαθέζεται. τῶν μὲν οὖν εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ λόγος οὐδείς· ὡς ἐγὼ κἂν χάριν εἰδείην αὐτῷ τὴν διὰ τὸν θεὸν ἀτιμίαν δεχόμενος ὡς μαρτύριον. ἀναμνήσθητε γὰρ ὑμεῖς τίς ἦν πρὸς ἐμὲ τὸν εἰ μηδὲν ἄλλο, ἐξ ἐκείνων γενόμενον, ὧν ἀπ' Εὐρυσθένους τοῦ καταγαγόντος Δωριέας εἰς Σπάρτην μέχρι τοὐμοῦ πατρὸς αἱ διαδοχαὶ ταῖς δημοσίαις ἐνεκολάφθησαν κύρβεσιν, ἄνθρωπος οὐκ ἔχων εἰπεῖν ὄνομα πάππου, ἀλλ' οὐδὲ πατρός, φασί, πλὴν ὅσον εἰκάσαι, ἀπὸ θυννοσκοπείου δὲ ἐπὶ τὴν

cum ipsis hominibus humanæ res susque deque versantur, ac multa confertim modo prospera modo adversa
c velut quidam affert aquarum fluor. Sed posteaquam contigit, ut liberorum mihi carissimum amitterem, parum abfuit quin mihi malum aliquod consciscerem : usque eo sum dolore superatus. Etenim cum cæteris in rebus virili animo esse soleam (quod apud conscios audacter profiteor), et in plerisque rationi obtemperem, ita tamen consuetudine vincor, ut ex hac parte ratio perturbatione superetur. Proinde nullis philosophiæ præceptis præsentem mœrorem expugnare potui. Sed contrariam me
d in partem Andronicus impulit, et ut communibus in ærumnis mentem occuparem coegit. Ita mihi calamitates factæ sunt calamitatum remedia, dum me ad sese ex adverso protrahunt, ac dolore dolorem repellunt. Igitur una cum molesto præsentium malorum sensu, præteritorum subit bonorum recordatio, reputantem ex quibus in quæ simus prolapsi. Sic insuavem vitam duco, omnibus eodem tempore spoliatus. Iam quod malorum omnium summum est, quodque desperatam mihi penitus vitam facit, cum hactenus precibus ad deum fusis repulsam minime pati
a solerem (197), nunc primum frustra orasse me sentio. Deinde infelicem domum video; patriam miseriis oppressam habitare compellor. Tum omnibus expositus, ut in sinum meum ærumnas suas deponant, et apud me singuli privata deplorent incommoda, inutili eos commiseratione prosequor. Quin illud me pudore afficit, quod civem quemdam calamitatibus oppressum, cui publicæ pecuniæ furto ereptæ sunt, postquam supra decem solidorum millia ab eo iam repetiit, absque dilatione, ob mille reliquos interficere constituit, vel propter me potius; nam propter me illum in castellum inexpugnabile conclusit, cuiusmodi illud fuit in quo vinctos esse Tita-
b nas poetæ fabulantur. Ac ne mea, inquit, opera extrahatur, quintum hunc diem homini cibo interdici oportet, prohibitis custodibus ne panem inferri sinant. Sed et nuper vociferantem illum omnes audierunt, utiliorem sibi mille solidis mortem futuram hominis publicam functionem obeuntis. Propterea iis qui se pro prædiorum licitatione adeunt, metum inicit, perterret omnique ratione revocat. Neque enim, opinor, auro opus est; sed hominis nece opus est. Ego vero neque adeo fortis sum, ut firmissimos in muros impetum faciam, neque ad irrependum hominemque ex ea calamitate detrahendum
c solers et industrius. Nullus autem, ut aiunt, a quoquam introducitur. Nam satellites natura quidem sunt, qualescunque tandem sunt, nunc vero ad Andronicum tanqam exemplum vitam suam accommodant, qui ad id præesse videtur, ut ecclesiæ ignominiam imponat. Verum quæ ille adversus me molitur facile contemno. Imo et gratiam ei insuper habeam, si propter deum illatam mihi infamiam tanquam martyrium accipiam. Mementote enim cuiusmodi erga me exstiterit, qui, ut nihil aliud, certe ab illis maioribus ortum duxeram, quorum ab Eury-
d sthene, qui Dorienses in Spartam deduxit, ad meum usque patrem generis successiones publicis tabulis inscriptæ sunt, is qui ne avi quidem nomen edere possit, imo neque parentis, ut aiunt, nisi quantum coniectura assequi potest, porro a piscatu ad præfecti currum sit evectus. Quare pudeat eum, qui splendorem illum in

ἡγεμονικὴν ἀπήνην ἁλάμενος. οὗτος οὖν τὴν ἐν τῇ πόλει λαμπρότητα τεθαυμακὼς αἰσχυνέσθω τοῖς ἐλλείμμασιν· ἀλλ' ἐγὼ τὸ μέχρι τῆς ἱερωσύνης καὶ τιμῆς ἐνεφορήθην καὶ ἀτιμίας (198) οὐκ ἀπεγευσάμην. νυνὶ δὲ a
οὔτ' ἂν ἡσθείην τιμώμενος, οὔτε καταφρονούμενος ἄχθομαι· οὐδέτερον γὰρ αὐτῶν ἔτι παρὰ τοῦ ποιοῦντος εἰς ἐμὲ δοκεῖ γίνεσθαι, ἀλλ' ἑκάτερον εἰς ἀναφορὰν τοῦ θεοῦ. διόπερ ὁ πάντα τολμῶν οὗτος ἄνθρωπος, ὡς οὐδὲν οὔτε λέγων οὔτε ποιῶν παρεκίνησεν, ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν αὐτῷ διακυρίττεται τῷ θεῷ, καὶ φωνὰς ἀφῆκεν ἐπὶ συνεστώτων καὶ περιεστώτων ἀνθρώπων, ἃς αὐτίκα τῆς πρὸς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἐκκλησίας ἐπιστολῆς ἀναγινωσκομένης ἀκούσεσθε. τοιοῦτόν ἐστι b
φύσις ἀπαίδευτος ἐπειλημμένη δυνάμεως· τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσειν ἐπιχειρεῖ. ἔστω, δυνάσθω, κεχρήσθω τῇ φύσει τῷ καιρῷ, ἀποκτιννύτω καὶ δείτω τῶν πολιτῶν ὅντινα βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀπόχρη μένουσιν ἐπὶ τῆς τάξεως ἐφ' ἧς ἡμᾶς ἔταξεν ὁ θεός, ἀπηλλάχθαι μὲν τῆς κοινωνίας τῶν πονηρῶν,

ἁγνεῦσαι δ' ἀκοὰς βλασφημοσύνης ἀλεγεινῆς,

ἀπογνῶναι δὲ προστασίας ἀδικουμένων, ἀπολελογημένοις ὑμῖν καὶ τῷ δήμῳ διὰ τῆς μάτην ἐπιχειρήσεως. ὃ c
νοῦ μέγεθος ἔχοντος ἦν καὶ πρὸ πείρας ποιῆσαι· νυνὶ δὲ περιεμείναμεν ὑμᾶς ἐκ τῶν πραγμάτων συμψήφους ποιήσασθαι, ὅτι πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα.

Ὁ πάλαι χρόνος ἤνεγκε τοὺς αὐτοὺς ἱερέας τε καὶ κριτάς· καὶ γὰρ Αἰγύπτιοι καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος χρόνον συχνὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν. εἶτ' ἐπειδή μοι δοκεῖ τὸ θεῖον ἔργον ἀνθρωπίνως ἐπράττετο, διῴκισεν ὁ θεὸς τοὺς βίους, καὶ ὁ μὲν ἱερὸς ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη· τοὺς μὲν γὰρ εἰς ὕλην ἐπέστρεψε, τοὺς δὲ d
συνέταξεν ἑαυτῷ. τετάχαται δὲ οἱ μὲν πρὸς τοῖς πράγμασιν ἡμεῖς δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι, τὸ δὲ καλὸν ἀπαιτεῖ παρ' ἀμφοῖν ὁ θεός. τί οὖν ἐπανάγεις; τί δὲ συνάπτειν πειρᾷ τὰ κεχωρισμένα παρὰ θεοῦ, ὃς οὐδὲ διοικεῖν ἡμᾶς ἀλλὰ παραδιοικεῖν ἀξιοῖς, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον; προστάτου σοι δεῖ; βάδιζε παρὰ τὸν ἐπιτροπεύοντα τῶν νόμων τῆς πολιτείας. τοῦ θεοῦ σοί τι δεῖ; ἴθι παρὰ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, οὐχ ὡς ἐνταῦθ' ἐνὸν τὸ πάντως ἐπιτυχεῖν, ἀλλ' (199) ὡς ἐγὼ a
προθυμήσομαι. ἂν δ' ἐπιτρέπῃ τις ἠρεμεῖν, τάχα ποτὲ καὶ δυνήσομαι· ἅμα γάρ τις ἀποστρέφεται τὴν ὕλην καὶ πρὸς θεὸν ἐπιστρέφεται. θεωρία τέλος ἐστὶν ἱερωσύνης μὴ ψευδομένης τὸ ὄνομα, θεωρία δὲ καὶ πρᾶξις οὐκ ἀξιοῦσι συγγίνεσθαι. ὁρμὴ μὲν γὰρ ἀρχὴ πράξεων, οὐδεμία δὲ ἀπαθής ἀλλὰ δεῖ κενὴν εἶναι παθῶν τὴν ψυχὴν τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι δοχεῖον θεοῦ· μὴ καθαρῷ γάρ φησι καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός. σχολῆς δεῖ τῷ μετὰ φιλοσοφίας ἱερατεύοντι. οὐ καταδικάζω b
τῶν ἐπισκόπων τοὺς ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐμαυτὸν εἰδὼς μόλις εἰς θάτερον ἐξικνούμενον ἄγαμαι τῶν δυ-

civitate suspiciat, obscuritatis illius atque defectus. Ego vero usque ad sacerdotium honore satiatus sum, neque quidquam infamiæ (198) degustavi. Nunc autem neque
a honore affectus gaudeo, neque contemptus moleste fero. Neutrum enim iam eorum ab eo, qui intulerit, in me committi videtur, sed utrumque ad deum pertinet. Idcirco homo iste proiectæ ad omne facinus audaciæ, cum neque dicendo neque faciendo me commoveret, altius se a nobis efferens, cum ipso deo congreditur, ac voces nonnullas edidit coram coactis et circumstantibus populis, quas lectis iis litteris audietis, quæ ad universam orbis terrarum ecclesiam sunt scriptæ. Tale quiddam
b est rude ac disciplinæ expers ingenium, cum potestatem adeptum est; cœlum ipsum, quod dicitur, capite tundere conatur. Esto, sit in potestate, utatur natura sua, tempore: occidat et vinciat quemcunque civium libuerit. Nobis quidem sufficit in eo ordine perseverantibus, in quo sumus a deo collocati, segregari a nefariorum hominum consortio,

et vacuas aures probris servare nefandis;

necnon de oppressorum patrocinio desperare, iustam ex
c irrito conatu apud populum excusationem nactos. Quod ante experimentum facere hominis erat excellenti quadam sapientia præditi; sed ex ipsis rebus sententiæ meæ suffragatores habere vos destinabam mecum ut agnosceretis, reipublicæ administrandæ vim cum sacerdotio coniungere perinde esse atque ea nere quæ nendo connecti nequeant.

Prisca tempora eosdem sacerdotes ac iudices tulerunt. Nam Ægyptii et Hebræi longo tempore sacerdotum imperio usi sunt. Deinde posteaquam, ut mihi videtur, divinum opus humano more fieri cœptum est, deus ambo vitæ genera separavit; unumque horum sacrum, alterum
d ad regimen atque imperium constitutum est. Alios enim ad infirmarum rerum fæcem convertit, alios sibi sociavit: illi in negotiis, nos in oratione collocati. Ab utrisque vero quod honestum et consentaneum est requirit deus. Quid tu igitur antiquum illud revocas? quid ea coniungere vis, quæ deus seiunxit? qui nos non administrare, sed administrando depravare postulas; quo quid infelicius esse potest? Patrono opus habes? Vade ad eum qui reipublicæ legibus præest. Deo quapiam in re indiges? Vade ad urbis antistitem; non quod istic penitus voti compo-
a tem fieri necesse sit, sed quod omnem ad id (199) operam sim adhibiturus. Sin quiescere uti possim mihi aliquis concesserit, forsitan aliquando istud potero: simul enim a rerum terrenarum fæce sacerdos avertitur et ad deum convertitur. Contemplatio sacerdoti finis est, si non falso id sibi nomen usurpet; contemplatio vero et actio nequaquam in unum conveniunt. Voluntatis enim impetus motus est in actionem: nullus autem sine affectu aliquo esse potest. At omnium expertem affectuum animam illam esse oportet, quæ dei receptaculum futura sit. Nam ei qui impurus sit, ait ille, quod purum est attin-
b gere nefas est. *Vacate enim et cognoscite quoniam ego sum deus.* Vacatione opus ei est, qui cum philosophiæ studio sacris operatur. Nec episcopos damno, qui nego-

ναμένων ἑκάτερα. ἐμοὶ δύναμις οὐκ ἔστι δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. εἰ δ' εἰσί τινες οἳ μηδ' ἀπὸ τῆς συγκαταβάσεως βλάπτονται, δύναιντ' ἂν καὶ ἱερᾶσθαι καὶ πόλεων προστατεῖν. ἀκτὶς ἡλίου κἂν ὁμιλήσῃ βορβόρῳ, μένει καθαρὰ καὶ ἀμόλυντος· ἐγὼ δὲ ταὐτὸ τοῦτο παθὼν πηγῶν καὶ θαλάττης δεήσομαι, καὶ εἰ δυνατὸν ἦν ἀγγέλῳ πλεῖν ἢ τριάκοντα ἐνιαυτοὺς ἐνανθρωπή- c σαντι μηδὲν ἀπολαῦσαι τῆς ὕλης κακὸν εἰς προσπάθειαν, τί ἔδει καταβῆναι τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ; ἀλλ' ἔστι περιουσία δυνάμεως ὁμιλοῦντα τοῖς χείροσι μένειν ἐπὶ τῆς φύσεως καὶ μηδένα τρόπον παθαίνεσθαι. τοῦτο θεοῦ μὲν ὕμνος ἐστίν, ἀνθρώπῳ δὲ παραίτησις γίνεται διευλαβουμένῳ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. κατὰ τούτους ὑμῖν ἐγὼ τοὺς ὅρους συνέσομαι. οὐ μὴν τό γε κρίνειν καιροὺς ἐμαυτὸν ἀφαιρήσομαι, ὡς ὅταν ἐξῇ d κατιόντα κατιέναι, τοῦτ' ἔστι διὰ τῆς τυχούσης ἐπιστροφῆς ἀγαθόν τι μέγα ποιεῖν. οὕτω καὶ ὁ θεὸς πολιτεύεται. τὸ προστετηκέναι δέ ἐστι τὸ δεινόν, οὗ μήτε θεοῦ φύσις ἀνέχεται, μήτε ὅστις ἑαυτὸν ἀπευθύνει πρὸς θεόν. εἰ γέγονα χρημάτων ἢ κτημάτων ἐπιμελητής, εἰ σύνιστέ μοι λογισμοὺς δεχομένῳ τῆς καθ' ἡμέραν ἢ τῆς κατ' ἔτος δαπάνης, εἶτα ἐν τοῖς ὑμετέροις τοῦ χρόνου φείδομαι, ἀλαζών εἰμι, καὶ (200) οὐκ ἀξιῶ a συγγινώσκεσθαι· εἰ δὲ ἀμελήσας τῶν οἴκοι πρότερον τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ συνέταξα τὴν ζωήν, τί δεινὸν εἰ τῶν ἴσων ὑμᾶς ἀξιῶ; ἀλλ' ἐπεὶ τούτοις ὑμᾶς οὐκ ἀρέσκομεν, ὡς ὄντων ἑτέρων οἳ δύνανται κατὰ ταὐτὸν ἐν ἀμφοῖν εὖ διαγίνεσθαι, ἔξεστι βουλεύσασθαι τὸ λῷον τῇ τε πόλει καὶ ταῖς ἐκκλησίαις κἀμοί. οὐκ ἐξομοῦμαι τὴν ἱερωσύνην· μήποτε δυνηθείη τοσοῦτον Ἀνδρόνικος. ἀλλ' ὥσπερ οὐδὲ φιλόσοφος ἐγενόμην δημόσιος, οὐδὲ b θεατροκοπίαις ἐπεθέμην, οὐδὲ διδασκαλεῖον ἤνοιξα (καὶ οὐδὲν ἧττον ἦν τε καὶ εἴην φιλόσοφος), οὕτως οὐδ' ἱερεὺς δημόσιος εἶναι βούλομαι. οὐχ ἅπας ἅπαντα δύναται. ἐγὼ συγγινόμενος ἐμαυτῷ καὶ διὰ νοῦ τῷ θεῷ, καταβὰς ἀπὸ θεωρίας δύναμαι συνουσίας ποιεῖσθαι οὐκ ἀχρήστους πρὸς ἕνα καὶ δύο· καὶ οὐδὲ τούτους ἀγελαίους, ἀλλ' οἵτινες εἶεν ἢ φύσεως λαχόντες ἢ ἀγωγῆς εὐτυχήσαντες, ὥστε νοῦν τεθαυμακέναι πρὸ σώματος. ἀλλὰ καὶ διὰ πολλοῦ πραγμάτων ἁπτόμενος μετὰ τῆς ἐμαυτοῦ ῥαστώνης, γενοίμην ἂν τῷ καιρῷ c χρήσιμος· καταχωννύμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐμαυτοῦ τε ἐπιλήσμων εἰμὶ καὶ τῶν πραγμάτων ζημίαν ποιῶ· οὐ γάρ ἔστι μισοῦντα καλῶς τι ποιεῖν. ἀλλ' ὁ μὴ πάσῃ τῇ γνώμῃ δεδογμένα ποιῶν ἄθυμος ἔρχεται πρὸς τὴν πρᾶξιν ἧς προστῆναι δεῖ· ὅστις δὲ πρὸς μὲν σχολὴν ἀνοικείως ἔχει, καὶ οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν τῷ σχολάζοντι χρήσαιτο, αὐτὸ δὲ τὸ πᾶν ὅπερ ἐστὶ δημωφελέστατος ἄνθρωπος πολυχωροτάτη ψυχὴ ταῖς ἁπάντων ἀρκοῦσα φροντίσιν, ὅστις δὴ πέφυκεν οὕτω καὶ βούλεται, ὁ τοιοῦτος κἂν χάριν εἰδείη ταῖς ἑλκούσαις αὐτὸν ἐφ' d ἑαυτὰς περιστάσεσιν· ὑποθέσεις γὰρ αὐτοῦ τῇ φύσει πορίζονται, καὶ μέγιστον εἰς τὸ κατορθοῦν ἐφόδιον ἡ φιλία τοῦ πράγματος. αἱρετέος οὖν ἅπασιν ἡμῖν ὁ

tiis detinentur; sed cum noverim vix me horum alterutrum assequi posse, qui utrumque præstare possint, eos admirari soleo. Non est id mearum virium, duobus ut dominis serviam. Sin aliqui reperiantur, quibus ne mentis quidem ad inferiora descensus detrimentum afferat, merito illi possunt sacerdotes fieri et præesse civitatibus. Solaris radius, quamvis cœnum contingat purus nec inquinatus manet; ego si idem fecero, fontibus ac mari opus habebo. Ac si angelus posset supra triginta annos cum hominibus ita consuescere, nulla ut ex materia contagio malorum in eum redundaret, quid necesse est descendere filium dei? Sed abundantia quædam virium est ita inter deteriora versari, ut in naturæ statu consistat nec ullo modo ab illis inficiatur. Dei ista laus ac prædicatio est. Homini vero deprecandum illud est, naturæ suæ imbecillitatem metuenti. His ego vobiscum legibus versabor. Non tamen temporum atque opportunitatum iudicium mihi adimam, ut, cum licebit, me ad inferiora demittam: hoc est levi cura et animadversione ingens aliquod bonum efficiam, quemadmodum deus se ipse gerere consuevit. Affici autem et adhærescere penitus, hoc demum malum est, quod neque natura dei sustinet, neque quisquis se ad dei exemplar exigit. Si pecuniarum ac possessionum curam et sollicitudinem admisi, si diurnorum et annuorum expensorum rationes accipere me cognoritis, postea in iis quæ ad vos pertinent tempori parco, vanus et arrogans sum (200), nec ignosci mihi postulo. Sin rei domesticæ prius ipse cura deposita in mentis actione vitam meam collocatam habeo, quid mirum est si et idem a vobis requiro? Quoniam autem ob hæc minus vobis placemus, quasi alii sint, qui eodem modo recte in utrisque versari possint, consilium vobis capere licet, quid et civitati et ecclesiis et mihi magis expediat. Non ego sacerdotium eiurabo. Nolo tantum habere potestatis Andronicum. Sed quemadmodum neque philosophus popularis fui, nec theatrorum plausum captavi, nec ludum aperui (nihilominus tamen eram tum et utinam sim philosophus!), ita neque popularis antistes esse volo. Non omnia omnes possunt. Ego mecum et mente cum deo versatus et a contemplatione descendens non absurda colloquia miscere possum cum uno vel altero, iisque non vulgaribus, sed si qui sint vel indolem nacti vel feliciter instituti, adeo ut corpori mentem præferant. Præterea longo intervallo ad negotia tractanda me conferens, quod commodo meo faciam, utilis in tempore esse possum. Sin iis opprimor, non modo mei obliviosus reddor, sed et negotiis ipsis detrimentum facio. Fieri enim non potest, ut quod quis oderit, recte et ex ordine conficiat. Sed qui non ex totius animi sui sententia aliquid facit, languidus ac tristis ad opus accedit, cui præesse illum convenit. Contra qui ab otio alienus est, nec ulla ratione vacuus esse et a negotiis feriari potest, sed quantus quantus est, populo utilissimus est, plurimarum rerum capax animus, omnium curæ sustinendæ sufficiens: qui quoniam ita a natura comparatus est, eiusmodi præstare sese studet: qui sic affectus est, etiam occupationibus ac negotiis gratiam habeat, quæ ipsum ad se pertrahant. Materiam enim naturæ suæ suppeditant; estque hoc maximum ad rem conficiendam adiumentum, amare id ipsum quod agitur. Quare seligendus nobis aliquis est, qui sit omnium utilissimus, nostroque in loco eligendus, qui ægre admodum

λυσιτελέστερος ἄνθρωπος, καὶ ἀνθαιρετέος ἡμῶν οἳ μόλις μόνοι σωζόμεθα. τί κεκράγατε; οὐ διότι μήπω γέγονεν, ἄξιόν ἐστι μηδὲ νῦν γενέσθαι; πολλὰ τῶν δεόντων ὁ χρόνος ἐξεῦρε καὶ κατωρθώσατο. οὐχ ἅπαντα πρὸς παράδειγμα γίνεται. καὶ τῶν γενομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε, καὶ πρὶν (201) γενέσθαι μήπω γενό- a
μενον ἦν. ἀξιώτερόν ἐστι προτιμηθῆναι τῆς συνηθείας τὸ χρήσιμον. ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἔθει βελτίονι. ἀνθαιρετέος οὖν ἡμῶν ἢ μεθ' ἡμῶν αἱρετέος, πάντως δὲ αἱρετέος ὁ ἄνθρωπος. ὅστις ἂν ᾖ, πάντως ἐμοῦ τὰ πολιτικὰ μακρῷ φανεῖται σοφώτερος, καὶ δυνήσεται τὰ δύστηνα ταῦτ' ἀνθρώπια ὑπὲρ ὑμῶν ἐξομιλεῖν καὶ μεταχειρίζεσθαι. οὐκοῦν εἰ μήπω δοκεῖ, τοῦτο μὲν ἐσαῦθις ἀναθώμεθα· ἔξεστι γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ κατὰ μόνας καὶ μετ' ἀλλήλων βουλεύσασθαι. νυνὶ δὲ οἷς τὸ συνέδριον μετῆλθε τὴν Ἀνδρονίκου μανίαν b
ἀκούσατε.

servari soli possumus. Quid exclamastis? Non quia nondum factum illud est, fieri idcircone nunc quidem convenit? Multa quæ necessaria erant, invenit tempus et emendavit. Non ad exemplum fiunt omnia: et unumquodque eorum, quæ facta sunt, initium habuit, et antequam (201) fieret, nondum erat factum. Consuetudini utilitatem anteferre præstat. Demus et nos initium meliori consuetudini. Pro nobis igitur eligendus: vel nobiscum eligendus omnino eligendus homo est. Quisquis ille fuerit, prorsus in civilibus rebus longe me ipso peritior videbitur, ac misellos istos homunciones vestri causa conciliare tractareque poterit. Itaque si nondum id vobis probatur, hoc in posterum differamus. Licebit enim ea de re privatim atque in commune consulere. Iam vero quibusnam pœnis de consilii sententia in Andronici furorem sit animadversum attendite.

νη'. Τοῖς ἐπισκόποις.

Ἀνδρόνικον τὸν Βερονικέα, τὸν κακῇ Πενταπόλεως μοίρᾳ καὶ φύντα καὶ τραφέντα καὶ αὐξηθέντα καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν ὠνησάμενον μήτε ἡγείσθω τις μήτε καλείτω Χριστιανόν, ἀλλ' ὡς ἀλιτήριος ὢν τοῦ θεοῦ πάσης ἐκκλησίας ἀπεληλάσθω πανέστιος, οὐ διότι γέγονε Πενταπόλεως ἐσχάτη πληγή, μετὰ σεισμὸν μετὰ ἀκρίδα μετὰ λοιμὸν μετὰ πῦρ μετὰ πόλεμον ἀκριβῶς ἐπεξελθὼν τοῖς ἐκείνων ἐγκαταλείμμασιν, ἄτοπα κολαστηρίων γένη καὶ σχήματα πρῶτος c
εἰς τὴν χώραν εἰσενεγκών (εἴη δὲ εἰπεῖν ὅτι καὶ μόνος χρησάμενος), δακτυλήθραν καὶ ποδοστράβην καὶ πιεστήριον καὶ ῥινολαβίδα καὶ ὠτάγραν καὶ χειλοστρόφιον, ὧν οἱ προλαβόντες τὴν πεῖράν τε καὶ θέαν καὶ τῷ πολέμῳ προαπολόμενοι παρὰ τῶν κακῶς περισωθέντων ἐμακαρίσθησαν, ἀλλ' ὅτι πρῶτος παρ' ἡμῖν καὶ μόνος ἔργῳ καὶ λόγῳ τὸν Χριστὸν ἐβλασφήμησεν· ἔργῳ μέν, ἀφ' οὗ τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας προσεπαττάλευσεν ἑαυτοῦ διατάγματα, τοῖς μὲν ὑπ' αὐτοῦ d
παρανομουμένοις τῆς ἀσύλου τραπέζης ἀποκλείων τὴν ἱκετείαν, ἀνατεινόμενος δὲ τοῖς ἱερεῦσι τοῦ θεοῦ ταῦτα ἃ κἂν Φάλαρις ὁ Ἀκραγαντῖνος κἂν Κεφρὴν ὁ Αἰγύπτιος κἂν Σεναχηρεὶμ ὁ Βαβυλώνιος ὤκνησεν, ὁ πέμψας εἰς Ἱερουσαλὴμ τοὺς ὀνειδιοῦντας Ἐζεκίᾳ καὶ τῷ θεῷ. ἐκείνην ἐγὼ τὴν ἡμέραν ἐνηνοχέναι φημὶ τὸν δεύτερον σταυρὸν τοῦ θεοῦ· ἐπὶ γὰρ ὀνειδισμῷ τοῦ Χριστοῦ τὸ λοίδορον ἐκεῖνο βιβλίον ἀπὸ τῆς ἱερᾶς θύρας ἐκρέματο. καὶ ταῦτα ἐπεῖδεν ἥλιος, καὶ ἀνέγνωσαν ἄνθρωποι, (202) οὐ Τιβερίου Κλαυδίου τῆς πο- a
λιτείας ἐπιτροπεύοντος, ὑφ' οὗ Πιλάτος ἐπὶ τὴν Ἰουδαίων ἡγεμονίαν ἐστάλη, ἀλλὰ τῆς εὐσεβοῦς Θεοδοσίου γενεᾶς τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων ἐχούσης, ἀφ' ἧς ἔλαθεν Ἀνδρόνικος ἑαυτῷ μνηστεύσας ἀρχὴν ὑπὸ τῷ Πιλάτου φρονήματι. γέλως ἦν τοῖς παριοῦσι τῶν ἑτεροδόξων τὰ γράμματα, καθάπερ Ἰουδαίοις τὰ

LVIII. Ad episcopos.

πολλὰ προσεξεῦρεν, ἐπιδαψιλευόμενος αὐτῷ πόρους, b ἀφ' ὧν ἄν τις προλήψει χαρίσαιτο. ὁ δὲ ταῦτα μὲν ὤκνει, ἠξίου δὲ ὑπεισελθεῖν αὐτὸς τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν Διόσκορον γενομένην ὠνήν, καὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἀντικαταστῆναι δεσπότης τοῦ κτήματος. ἐγένετο πρὸς τῷ λόφῳ καὶ τῶν ἀμπελώνων καὶ τῶν ἐλαιώνων ἐγκρατής. τῷ δὲ ἡ μεγαλοφροσύνη κτῆμα ἀντὶ κτήματος, μεῖζον ἀντ' ἐλάττονος περιγέγονε, καὶ τὸ εἴσω γενέσθαι τῶν νόμων τῶν εὐαγγελικῶν, οἳ συνεκτικωτάτην τῶν ἐντολῶν τὴν ἀγαπητικὴν διάθεσιν ἀπεφήναντο. ἓν τοῦτο μόνον ἔδει μνήμης ἀξιῶσαι μηνύ- c σαντα τῶν ἀδελφῶν τὰς συμβάσεις καὶ τὴν ὁμόνοιαν, τἀν μέσῳ δὲ παραλιπεῖν, εἴ τις ἐπίσκοπος ὢν ἥλω τι πταίσας. ἃ γὰρ οὐκ ἔδει πεπρᾶχθαι, ταῦτα καλῶς ἔχει διδόναι τῇ λήθῃ. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα ἐκ πάντων ὁ ἀδελφὸς Διόσκορος ἀποτυγχάνῃ, ταῖς αἰτήσεσιν αὐτοῦ δέδωκα τὸ πᾶσιν ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσειεν ἡ σὴ θεοσέβεια, ἣν οὐ παρὰ φαῦλον ἀλλ' ἀντὶ παντὸς ἐποιεῖτο πεισθῆναι διὰ τῶν ἀποβάντων ὅτι μὴ ἐπ' ἀδίκοις ἐφιλονείκησε. κἀγὼ d τὸν ἄνδρα τά τε ἄλλα ἐπαινῶ (πάνυ γάρ μοι πρὸς τρόπου) καὶ τῆς εἰς τὸν θρόνον ἐκεῖνον αἰδοῦς ὑπεράγαμαι. καὶ ναὶ μὰ τὴν φίλην σου καὶ σεβασμίαν κεφαλήν, πολλὴν οἶμαι χάριν ὀφείλειν αὐτῷ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμπτώχους, ὧν τοὺς ἀγροὺς ἐκπονεῖ, ταχὺ πανταχοῦ γινόμενος, καὶ ἐξ ἀπόρων φόρους ἐκλέγων καὶ τοῖς καιροῖς παριστάμενος.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν τῶν ἐπισκόπων στάσιν οὕτως ἐχώρησεν· ἐπίταγμα δὲ ἦν ὅπως ἀκούσομαι καὶ Ἰάσο- a νος, ὃς ἔφη πολλὰ καὶ ἄδικα (215) παρὰ συμπρεσβυτέρου παθεῖν. οὕτως οὖν ἔχει κἀκεῖνα. Λαμπωνιανὸν Ἰάσων εἷλεν ἀδικίας, ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος. καίτοι καὶ δάκρυον ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτὸν ἐξῃτήσατο. ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα, τοῦ δὲ λῦσαι τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. τοσοῦτον οὖν ἐμαυτῷ συνεχώρησα. εἰ προσπελάσει Λαμπωνιανῷ τὸ χρεὼν καὶ ἡ κυρία παρεῖναι δόξει, πᾶσιν ἐφῆκα τοῖς τότε παρεσομένοις πρεσβυτέροις κοινωνίας αὐτῷ μεταδοῦναι (μηδεὶς γὰρ b ἀποθάνοι δεδεμένος ἐμοί)· ἀναρρωσθεὶς δὲ πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόδικος ἔστω, καὶ παρὰ τῆς θεσπεσίας σου καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς περιμενέτω τῆς συγγνώμης τὸ σύνθημα. οὐδὲ γὰρ οὐδ' Ἰάσων πάντα ἀναίτιος ἑαυτῷ. προπετὴς ἄνθρωπος γλῶτταν ἐνέτυχεν ἀνδρὶ προπετεστέρῳ τὴν χεῖρα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, κουφοτάτου πράγματος λόγου βαρυτάτην τιμωρίαν ἐξέτισε.

Καὶ περὶ τῶν χρημάτων ἃ διείληφα, ταῦτα Λαμπωνιανὸς ἔχειν ὁμολογεῖ, καὶ οὐδὲν ἀξιοῖ παρὰ τῆς ναυαγίας ὠφελεῖσθαι τῆς ποιησάσης ἀφανὲς τὸ συμβό- c λαιον, ἀλλὰ καιρὸν αἰτεῖ τοὺς καρποὺς ὠνίους γενέσθαι· καὶ ἔφη πάντων ἀμελήσας ἑνὶ τούτῳ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὰ πτωχικὰ καταθεῖτο χρήματα. νο-

venditurum se dixit, et totam simul hanc possessionem cum alia re commutaturum, et alia excogitabat quam plurima, vias illi ac rationes abunde suppeditans, quibus qui eas proponere occuparet, alterum sibi demeretur. At is cæteras conditiones aspernabatur, cupiebat vero in eamdem emptionem ipse succedere, qua Dioscorus locum illum possederat, eiusque loco totius fundi dominus pari omnino iure constitui. Factus itaque est præter collem etiam vinearum et olivetorum dominus. At ille pro minori ista maiorem quamdam magnificentiæ possessionem adiit, nec non eius, ut intra evangelicas leges maneret, quæ præcepta omnia caritatis potissimum affectu contineri pronuntiant. Unum illud commemorare ac significare par erat, fratrum reconciliationem et concordiam : quæ autem interim accidissent, omittere, si in re quapiam offenderet convictusque esset episcopus. Nam quæ fieri minime decebat, ea oblivione deleri consultum videtur. Verum ne in omnibus inferiores partes haberet Dioscorus, dedi hoc eius postulationi, omnia ut accuratius exponerem, ne quid religionem tuam lateret : quam non parvi interesse, sed maximi momenti esse arbitrabatur, ex eventu ipso persuasum habere, non iniustis de causis hanc a se contentionem esse susceptam. Ego vero cum cæteris in rebus hominem laudo (nam valde cum meis moribus consentit), tum præsertim ob singularem erga sedem illam reverentiam complector. Testor tuum illud mihi carissimum et venerandum caput, plurimum illi debere mea quidem sententia Alexandrinos pauperes, quorum agros procurat : dum repente adest ubique, et ex rebus desperatis proventus colligit, neque temporum opportunitatibus deest. Quæ igitur ad episcoporum dissensiones attinebant, hunc exitum habuerunt.

Præterea mandatum a te mihi fuerat, ut et Iasonem audirem, qui multa et indigna (215) a presbytero collega passum se esse dicebat. Ad hunc ergo modum ista se habent. Lamponianum Iason iniuriarum convicit; ille convictionem confessione criminis antevertens pœnas luit, ab ecclesiastica communione separatus. Quanquam ex animi pœnitentia lacrimas fudit, et supplex eum populus condonari tibi petiit. Sed ego in iis perseveravi, quæ semel decreveram, solvendi porro ius et auctoritatem ad pontificiam sedem reieci. Unum hoc ergo mihi sumpsi, si Lamponiano fatalis necessitas immineret et præstituta mortis dies adesse videretur, tum omnibus, qui eo tempore adessent, presbyteris concessi, ut eum communioni restituerent (nemo enim, quantum in me erit, ecclesiasticis vinculis obstrictus moriatur); sin convaluerit, rursus iisdem pœnis teneatur, atque a divina humanissimaque anima tua indulgentiæ tesseram exspectet. Nam nec Iason culpa vacat omnino. Homo lingua promptus in hominem incidit manu promptiorem, et, quod dici solet, levissimæ rei, sermonis gravissimas pœnas exsolvit.

Quod vero ad pecunias attinet, de quibus egi antea, Lamponianus eas habere se fatetur, nec quidquam se naufragio sublevari cupit, quo contractus periit; ac tempus duntaxat postulat distrahendis fructibus opportunum; seseque posthabitis omnibus id unum laboratu-

μίσματα δὲ ἦν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν.

Ἀνοιστέον ἐστὶ καὶ περὶ τῶνδε τῶν γινομένων παρ' ἡμῖν, ἵνα γινόμενα παύσηται. ἱερεῖς ἱερέας παρανόμων διώκουσιν. εἰ μὲν ἐπὶ ψεύδεσιν, οὔπω λέγω· πάντως δὲ μετ' ἐπιβούλου τῆς προαιρέσεως· οὐ γὰρ ἵνα λάβωσι δίκας, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἄρχουσι τῶν στρατευμά- d των ἄδικα κέρδη μνηστεύσωσιν. ἐπὶ δὲ τοὺς ἐμοὺς ὤμους ἀναβαίνειν ἀνάγκη τὰ πάντων φορτία. διό, δέομαι, γράφε καὶ διατάττου μηδενὶ μηδὲν ἐξεῖναι τοιοῦτο ποιεῖν. καὶ γὰρ ἐμοὶ χαριῇ καὶ τοῖς ἀπραγμονεστέροις καὶ κακῶς πάσχουσιν ἀμυνεῖς, καὶ πολὺ πλέον εὖ πεποιηκὼς ἔσῃ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτούς, εἴπερ μεῖζον ἀγαθὸν τὸ μείζονος ἀπηλλάχθαι κακοῦ, κακὸν δὲ μεῖζον τοῦ ἀδικεῖσθαι τὸ ἀδικεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἴδιόν ἐστι κακόν, τὸ δὲ ἀλλότριον. ἀλλ' οὔτ' ἐγὼ κατεμήνυσα τίνες εἰσί, (216) μήτ' αὐτὸς εἰ καὶ μάθοις, ἐπ' a ὀνόματος ἐξελέγξῃς τινά, ἵνα μὴ ἀπεχθοίμην ἀδελφοῖς, οἷς ὅτι καὶ κατὰ πρόσωπον καὶ ἰδίᾳ λίαν ἐπιτετίμηκα συγχωρήσει θεός. ἀλλὰ φάνηθι τὸ πρᾶγμα μόνον μισῶν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ γράμμασιν· εἴσομαι γὰρ σὺν θεῷ μετὰ τοῦ πᾶσιν ἀλύπου τὸ μηκέτι προελθεῖν περαιτέρω τὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν, μὴ γὰρ εἴποιμι τῆς ἐκκλησίας.

Οἰκονομήσασθαι δὲ ἓν ἔτι λοιπόν, καὶ λόγου πεπαύσομαι. περινοστοῦσί τινες βακάντιβοι παρ' ἡμῖν· ἀνέξῃ γάρ μου μικρὸν ὑποβαρβαρίσαντος, ἵνα διὰ τῆς συνηθεστέρας τῇ πολιτείᾳ φωνῆς τὴν ἐνίων b κακίαν ἐμφαντικώτερον παραστήσαιμι. οὗτοι καθέδραν μὲν ἀποδεδειγμένην ἔχειν οὐ βούλονται, οἵ γε τὴν οὖσαν ἀπολελοίπασιν, οὐ κατὰ συμφορὰς ἀλλ' αὐθαίρετοι μετανάσται γινόμενοι· καρποῦνται δὲ τὰς τιμάς, ἐκεῖ περινοστοῦντες ὅπου κερδαλεώτερον. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, πάτερ σεβασμιώτατε, χρῆναι τούτοις, ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπείπαντο, πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀπείπασθαι· καὶ πρὶν ἂν ἀπελθόντες ἐκεῖ καταστήσωνται, μηδένα δέχεσθαι θυσιαστηρίῳ μηδὲ εἰς προεδρίαν καλεῖν, ἀλλὰ περιορᾶν ἀγελαίους ἐν ταῖς δημοτικαῖς c καθέδραις, ὅταν εἰς ἐκκλησίαν ἐμβάλωσι. ταχὺ γὰρ ἂν ἐπανέλθοιεν, εἰ περὶ τῆς τιμῆς κινδυνεύοιεν, ἧς ἀξιοῦσιν ἀπολαύειν ἁπανταχοῦ μᾶλλον ἢ οὗ προσήκει· δέξαιντο γὰρ ἂν ἐκεῖ μᾶλλον ἢ μηδαμοῦ. καὶ δημοσίᾳ μὲν οὕτω προσοιστέον αὐτοῖς ὡς ἄντικρυς ἰδιώταις, ἂν καὶ τῷ σεμνοτάτῳ σου θρόνῳ συνδοκῇ· ἰδίᾳ δὲ καὶ κατ' οἶκον εἰσόμεθά πως, ὅταν ἥκῃ παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας ἀπόκρισις ἐκείνης τῆς πεύσεως, ἣν πρώην ἠρώτησα περὶ Ἀλεξάνδρου Κυρηναίου μὲν τὸ d γένος ἱερασαμένου δὲ ἔν τινι πόλει τῶν Βιθυνῶν, ἧς ἐκπεσὼν κατὰ δή τινα στάσιν, ἐξὸν ἐπανελθεῖν, οὐχ ἐπάνεισιν ἀλλ' ἡμῖν ἐπιχωριάζει. περὶ τούτου γέγραφα πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα, πᾶσιν ἀκριβῶς ἐπεξελθὼν τοῖς περὶ αὐτὸν γενομένοις, καὶ γνώμην αἰτῶν οἷ ταχτέον τὸν ἄνδρα. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἥκει μοι περὶ τούτων ἀντίγραφον, ἀμφίβολος ὢν πότερον διαπέπτωκεν

rum recipit, ut pauperum pecunias persolvat. Nummi erant septem et quinquaginta supra centenos.

Operæ pretium est de his etiam referre, quæ apud nos geruntur, ut fieri deinceps desinant. Sacerdotes a sacerdotibus variorum criminum accusantur, utrum falso, nondum dico: prorsus tamen malo et fraudulento id fit animo. Non enim persequendarum pœnarum gratia, sed ut exercituum præfectis iniusta lucra concilient. Necesse est autem omnium onera humeris meis imponi. Quamobrem scribe, obsecro, et decreto tuo præcipe, ne cui tale quidquam facere liceat. Nam et magno me beneficio devinxeris et eos mecum, qui tranquilliori animo sunt, et oppressis subvenies, et multo ampliori beneficio eos ipsos affeceris, qui iniuriam faciunt, cum maius bonum sit maiore a malo liberari; maius autem malum est iniuriam inferre quam perpeti. Illud enim proprium malum est, hoc alienum. Verum ego quinam ii sint significare nolui, (216) neque tu, si noris, nominatim quemquam redargue, ne in fratrum offensionem incidam; quos quod coram privatim vehementer increpavi, deus ignoscet; sed rem ipsam duntaxat in iis quas ad me dabis litteris odisse videare. Inveniam enim, adsit modo deus, quemadmodum sine cuiusquam offensione non ultra se turpitudo atque infamia nostra proferat. Non enim ecclesiæ infamiam dixerim.

Unum adhuc constituendum superest, statimque scribendi finem faciam. Vagantur quidam apud nos vacantivi. Patieris enim me paululum barbare loquentem, ut usitata in republica voce nonnullorum nequitiam expressius declarem. Hi certam quidem nullam sedem habere volunt, qui quam habebant antea reliquerunt; non ulla calamitate pulsi, sed sponte locum mutantes. Honoribus porro fruuntur, eo vagantes, ubi maius compendium est. Mihi vero, reverendissime pater, ita videtur: oportere iis, qui suas ecclesias reliquerint, omni ecclesia interdici, et priusquam illuc redeuntes se receperint, neminem ad altare eos admittere; neque ad primas sedes invitare, sed inter gregarios in plebeis subselliis relinquere, cum ecclesiam adibunt. Nam citius ad sua loca revertentur, si honoris sui iacturam metuant, quem capere ubivis malunt, quam ibi ubi convenit: malent autem illic saltem quam nusquam omnino percipere. Ac publice quidem ita cum iis agendum erit, tanquam cum privatis, si augustissimæ tuæ sedi ita visum fuerit; privatim vero ac domi quemadmodum uti iis oportebit, tunc sciemus, cum a pietate tua responsum allatum erit de ea quæstione, quam nuper de Alexandro proposui, qui genere Cyrenensis est, ecclesiæ autem cuiusdam Pithynorum episcopus fuit: qua per seditionem pulsus, cum redire modo liberum ei sit, nequaquam revertitur, sed apud nos commoratur. De ea re ad sanctitatem tuam scripsi, omnia diligenter exponens quæ illi accidissent, tuamque sententiam requirens, quo in numero haberi hominem oporteret. Sed quoniam rescriptum ad me nullam affertur, exciderintne, an ad tuam usque

ᾗ διεκομίσθη τὸ γράμμα μέχρι τῆς μακαρίας σου κεφαλῆς, διείλεγμαι περὶ τούτου πρὸς τὸν θαυμαστὸν Διόσκορον τὸν ἐπίσκοπον, (217) καὶ τοῖς ταχυγράφοις a τὰ ἀντίτυπα δοῦναι τῶν τότε γραφέντων ἐπέταξεν, ἵνα εἰ μὴ τυγχάνεις δεξάμενος τὴν ἐπιστολήν, ἔχοις παραναγνοὺς διαιτῆσαί τε καὶ πρὸς ἐμὲ διαπέμψασθαι τἀμοιβαῖα. ἐπὶ πᾶσιν εὔχου περὶ ἐμοῦ· περὶ καταλελειμμένου γὰρ εὔξῃ καὶ τοῖς πᾶσιν ἐρήμου καὶ δεομένου συνεργίας τοιαύτης. ὡς αὐτὸς ὀκνῶ περὶ ἐμαυτοῦ τι φθέγξασθαι πρὸς θεόν· ἅπαντα γὰρ εἰς τοὐναντίον μοι περιίσταται διὰ τὴν ῥιψοκίνδυνον τόλμαν, ὅτι ἄνθρωπος ἐν ἁμαρτίαις, ἀπότροφος ἐκκλησίας, ἀγωγὴν ἑτέραν ἠγμένος θυσιαστηρίων ἡψάμην θεοῦ.

ξη'. Τῷ αὐτῷ.

Ὧ δέδωκα τὴν ἐπιστολήν, στέλλεται μὲν ἐπὶ πρᾶξιν ἣν οὐχ ὅσιον ἐμοὶ διηγήσασθαι· ὅτι δὲ ἀρετὴν ἐκ νέας ἀσκεῖ, τοῦτο καὶ θέμις εἰπεῖν καὶ παντάπασιν ἀληθές. ὡς μὲν οὖν ἀγαθὸν ἄνδρα τιμήσεις· ἣν δὲ ἐγράψατο γραφήν, οἰκείαν εἱμαρμένην πληρούτω. μηδὲ γὰρ δικαίου ποτὲ φόνου προσάψοιο. c

ξθ'. Τῷ αὐτῷ.

Μέλει γάρ σοι, μέλει καὶ Πενταπόλεως. οὐκοῦν ἐντεύξῃ μὲν ταῖς δημοσίαις ἐπιστολαῖς· ὅτι δὲ κακὰ πλείω καὶ μείζω γέγονεν ἢ φοβεῖ τὰ γράμματα, λέγοντος ἀκούσῃ τοῦ διακομιστοῦ. στέλλεται μὲν γὰρ ἐπὶ συμμαχίαν, ὡς ἐκεῖθεν αἰτήσων· τὰ δὲ τῶν πολεμίων οὐδὲ τὴν ἔξοδον αὐτοῦ περιέμεινεν, ἀλλ' ἔφθασαν ἐκχυθέντες ἀθρόοι κατὰ τῆς χώρας. πάντα οἴχεται, πάντα ἀνῄρηται· αἱ πόλεις ἔτι λοιπαί, τὸ d μέχρι οὗ γράφω, λοιπαί, τὸ δὲ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, θεὸς οἶδε. πρὸς ταῦτα εὐχῶν δεῖται τῶν σῶν, εὐχῶν λέγω τῶν ἐθάδων τοῦ δυσωπεῖν τὸν θεόν. ὡς ἐγὼ πολλάκις ἤδη καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ μάτην ηὐξάμην. τί λέγω μάτην; εἰς τοὐναντίον μοι περιίσταται. τοιοῦτόν εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι βαρεῖαί τε καὶ πολλαί.

ο'. Πρόκλῳ.

Πέρυσιν οὐχ ἧκει μοι γράμματα παρὰ τῆς (218) a ἱερᾶς σου χειρός. ἠρίθμησα καὶ τοῦτο μετὰ τῶν συντυχόντων μοι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ δυσχερῶν, πολλὰ γὰρ ἐπὶ πολλῶν ἐγὼ πέρυσιν ἠνιάθην· ἀλλὰ καὶ ὁ τῆτες χειμὼν ὅ τι μοι λοιπὸν ἦν τῶν εἰς ψυχαγωγίαν ἀφείλετο τὸ παιδίον. εἵμαρτο γὰρ ἄρα συνόντι μὲν ὑμῖν εὐτυχεῖν, ἀπόντι δὲ χαλεποῦ πειρᾶσθαι τοῦ δαίμονος. γενέσθω δή τις παραμυθία τὸ δέξασθαι τῆς πατρικῆς σου κεφαλῆς γράμματα, τὸ τιμαλφέστατον τῶν ἀπὸ Θρᾴκης ἀγώγιμον. b

οα'. Πυλαιμένει.

Διττοὶ δὴ λόγοι λέγονται περὶ σοῦ. τοιγαροῦν

beatitudinem pervenerint litteræ dubitans, de ea re cum clarissimo viro Dioscoro episcopo sum collocutus, et (217) amanuensibus earum, quas tum scripsi, exemplum dare iussit, ut si forte nondum epistolam acceperis, eo perlecto arbitri partes suscipere et mutuas ad me reddere possis. Postremo deum pro me deprecare. Nam pro destituto precaberis atque ab omnibus deserto, cui tali præsidio est opus, quoniam pro me ipse deum interpellare vereor. Etenim in contrarium mihi omnia recidunt ob proiectam temeritatem meam, quod homo peccatis irretitus, extra ecclesiam educatus, alio disciplinæ genere institutus ad altare dei accedere non dubitaverim.

LXVIII. Eidem.

Cui hanc epistolam commisi, negotii gerendi causa proficiscitur, quod mihi nefas est exponere. Quemadmodum vero virtutem iam a prima ætate coluerit, et dictu fas est et verissimum. Igitur tu eum perinde ac virum probum honorabis; quam vero accusationem suscepit, ea fatum suum expleat. Nunquam enim quantumvis iustam necem attigeris.

LXIX. Eidem.

Est vero tibi curæ Pentapolis, est profecto. Quocirca publicas litteras leges. Sed plura et graviora incidisse mala, quam quorum metum litteræ denuntiant, de eo cognosces qui illas detulit. Hic enim auxilii inde postulandi gratia profectus est. At hostes ne digressum quidem illius exspectarunt, sed prius repente tota regione diffusi sunt. Actum de omnibus est, periere funditus omnia: solæ urbes adhuc reliquæ, atque ad hoc usque tempus, quo scribimus, reliquæ; quid sequenti die eventurum sit, novit deus. Ad hæc precibus tuis opus est, iis, inquam, precibus, quæ deum flectere ac mitigare solent. Equidem sæpius et privatim et publice frustra sum deprecatus. Quid frustra dico? In contrarium mihi vertuntur omnia. Ea demum peccatorum et gravium et multorum conditio est.

LXX. Proclo.

Nullæ mihi superiore anno a sacra (218) manu tua allatæ sunt litteræ. Et hoc inter alias quæ illo mihi tempore accidere difficultates a me est numeratum. Plurimum enim quam plurimis in rebus ego superiore anno mœrorem accepi, sed et hieme proxima qui unus ad solatium restabat filius ereptus est. Hoc enim erat in fatis, ut quamdiu vobiscum versarer, felici in statu essem, absens vero adversam fortunam experirer. Detur mihi, quæso, solatium aliquod paterni ut capitis tui litteras accipiam, mercem omnium quæ advehuntur e Thracia longe pretiosissimam.

LXXI. Pylæmeni.

Duplex de te nuntius affertur. Idcirco eodem tempore

ὁμοῦ μὲν ἐπὶ Θρᾴκης ὁμοῦ δὲ εἰς Ἰσαύρους γράφω τοῦ περιτυχεῖν σε πάντως μιᾷ γέ τινι τῶν ἐπιστολῶν. ὑπόθεσις δὲ ἀμφοῖν ἀσπάσασθαι τὴν φιλτάτην κεφαλήν, Πυλαιμένη τὸν φιλόσοφον· τοῦτο γάρ ἐστι κἂν βούληται κἂν μὴ βούληται. οὐ γὰρ μήποτε κατισχύσῃ τοῦ πεφυκότος, οὐδ' οὐ μὴ σβέσῃ τὸν σπινθῆρα τοῦ θείου πυρός, ἀλλ' ἀναλάμψει ποτέ, τῆς μοχθηρᾶς ἀγωγῆς c ὑπεράνω γενόμενος.

in Thraciam et in Isauros scribo, ut in unas saltem litterarum incidas. Ambarum vero argumentum est, carissimo mihi capiti Pylæmeni philosopho salutem plurimam dicere. Id ipsum enim est, velit, nolit. Nam nunquam is quod a natura insitum est pervincet, nec divini scintillam ignis exstinguet, sed aliquando prava institutione superior illum excitabit.

οβ'. Τοῖς ἐπισκόποις.

Ἀνδρόνικος τὴν ἐκκλησίαν ψευσάμενος ἀληθευούσης αὐτῆς πειραθήτω. πρώην, οὔπω πάνυ πρώην ἥμαρτεν εἰς θεόν, ἐξύβρισεν εἰς ἀνθρώπους. ἐφ' οἷς ἀποκλείσαντες αὐτῷ τὴν παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαν ὑπηγορεύσαμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα γράμματα τὴν ἐπ' αὐτῷ γνώμην μηνύοντα. τούτων ἔφθασε τὴν ἀποστολὴν ἱκετείαν προσποιησάμενος καὶ μετάνοιαν ὑπο- d σχόμενος, ἣν ἅπαντες ἠξίουν με δέχεσθαι πλὴν ἐμοῦ· ἐγὼ γὰρ ἐδόκουν σαφῶς κατανενοηκέναι τὸν ἄνθρωπον πάντα ῥᾷον εἰπεῖν καὶ ποιῆσαι, καὶ προσεδεχόμην τε καὶ προύλεγον ὡς ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας εἰς τὴν φύσιν ἐπανελεύσεται, ὅν γε εἰκὸς ἀτολμότερον ἔσεσθαι προσκεκυφότα ταῖς ἐκκλησίαις πολὺ μᾶλλον ἢ εἰ μηδὲν ὕποπτον αὐτῷ κατελείπετο. διὰ ταῦτα μὲν οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι, ὡς ἅμα τά τε πρὸς θεὸν εὐσεβέστερον βουλευσάμενος καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολίτας ὠφελιμώτερον. (219) ἀλλ' ἰταμὸν γὰρ ἀντι- a σχεῖν ἕνα πολλοῖς, παλαιτέροις νεώτερον, προσδεδαπανηκόσι τὸν βίον ἱερωσύνῃ τὸν οὔπω πέρυσιν ἡμμένον τοῦ πράγματος. εἶξα δεομένοις μήπω περιπέμψαι τὰ γράμματα, δέξασθαι δὲ ἐπὶ ῥητοῖς, ἐφ' ᾧ μηκέτι μανεῖται κατὰ τῶν ὁμοτίμων, ἐφ' ᾧ νοῦν ἀντὶ πάθους τοῦ βίου προστήσεται. κἂν μέν, ἔφην, εἴσω μένῃς τῶν ὅρων οὓς ἔθου, νῦν τε ὑπερευξόμεθά σου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ λοιποῦ συνευξόμεθα· ἀναδυσαμένῳ δὲ τὰ τῆς ὁμολογίας ἡ δίκη μένει καὶ εἰς ἅπαντα δη- b μοσιευθήσεται, τοσοῦτον ἀνατεθεῖσα χρόνον, ὅσον ἐλέγξαι σου τὸν τρόπον ἀνεπανόρθωτον. ἔδοξε ταῦτα, καὶ πεῖραν αὐτός τε ἔφη δώσειν καὶ ἡμᾶς λήψεσθαι. δέδωκε καὶ εἰλήφαμεν. ἐπεδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως. οὔπω τότε δήμευσις ἐτετόλμητο, οὔπω τότε φόνος ἐνεκεχείρητο. πόσοι διὰ τοῦτον ἀλῶνται; πόσοι τῶν πρώην ἔτι κτηματικῶν διὰ τοῦτον πτωχεύουσιν; ἀλλὰ μικρὰ ταῦτα πρὸς τὸν εὖ μὲν γεγονότα Μάγνον, κακῶς δὲ ἀπολόμενον. κεῖται παῖς ἀνδρὸς λαμπροτάτου, ἅπασι τοῖς οὖσι λελειτουργηκὼς c τῇ πόλει, τοῦ πρὸς ἕτερον φθόνου γεγονὼς παρανάλωμα. ᾐτεῖτο χρυσίον, ὃ μὴ διδοὺς ἐτύπτετο· καὶ διδούς, ὅτι πόρον ἐξεῦρεν ἐτύπτετο. τί γάρ; οὐ τοῖς αὐτοῦ φίλοις ἀλλὰ τῷ στρατηγῷ τὸν ἀγρὸν ἀπέδοτο. δακρύω μὲν ἐγὼ καὶ τὴν παρανομηθεῖσαν νεότητα καὶ τὰς ἐπ' αὐτῇ ματαίας ἐλπίδας τῆς πόλεως. ἀλλὰ τῆς ἐκείνου νεότητος τὸ τῆς μητρὸς γῆρας ἐλεεινότερον, ὅτι δυοῖν ἀρρένων ὃ μὲν οἴχεται φυγὰς δι' Ἀνδρόνικον, καὶ οὐδὲ

LXXII. Episcopis.

Andronicus, qui ecclesiam fefellit, veram illam experiatur. Haud nuper admodum in deum deliquit, contumeliosus in homines fuit. Quas ob res nostram illi ecclesiam intercludentes, litteras ad fraternitatem vestram dictavimus, quibus nostram de illo sententiam significabamus. Harum missionem antevertit, supplicem se esse fingens et pœnitentiam promittens, quam omnes admit- d tendam uno excepto me censuerunt. Ego enim nosse penitus hominem videbar, qui quidvis facile diceret ac faceret: idque exspectabam adeo ac prædicebam, qualibet illum de causa ad ingenium esse rediturum: quem minus audacem futurum verisimile foret, quamdiu ecclesiis teneretur obnoxius, multo magis, quam si nihil ei suspectum relinqueretur. Propterea volebam in decreto persistere, quippe et quod ad deum attinet religiosius et quod ad cives spectat utilius ea re consulens. (219) Verum pluribus unum obsistere pervicacis animi est, senioribus maxime iuniorem, iisque qui ætatem suam in sa- a cerdotio contriverant, eum qui nondum ante hunc annum eam rem attigisset. Cessi itaque deprecantibus, ut nondum litteras mitterem, sed ea lege reciperem, ut in eiusdem secum conditionis homines non amplius sæviret, ut vitæ suæ rationem perturbationis loco ducem præficeret. Ac si quidem, aiebam, intra eos limites maneas, quos tibi ipse posuisti, non solum nunc pro peccato tuo deprecabimur, sed de cætero tecum una precabimur. Sin sponsionem illam defugeris, pœna constituta remanet et ubique publicabitur, tantum dilata tem- b poris quantum ad hoc sufficiat, ut ingenium tuum emendationem nullam admittere omnes intelligant. Ita fieri placuit, eiusque rei experimentum et daturum se ipse et capturos nos esse dixit. Dedit ille vero, et nos cepimus. Magnam ad excommunicationis causas accessionem fecit. Nondum tentata erat bonorum proscriptio, nondum cædes perpetrata. Quam multi per eum extorres facti! quam multi antea locupletes per illum ad mendicitatem redacti! Sed levia hæc, si cum nobilissimi Magni, sed per summam crudelitatem sublati exitu comparentur. Iacet clarissimi viri filius bonis omnibus suis in functiones c reipublicæ collatis, per occasionem susceptæ in alium invidiæ miserabiliter exstinctus. Aurum poscebatur. Quod cum minime daret, vapulabat; cum dedisset, nihilominus, quod conficiendæ pecuniæ rationem invenisset, vapulabat. Quid enim? non amicis eius sed duci agrum vendidit. Ego quidem et iuventutem deploro tam indigne habitam et inanes de ea spes. Sed illius iuventute matris est senectus miseratione dignior, cui de duobus maribus alter propter Andronicum exsulat, nec ubinam terrarum versetur illa novit: alterum scit ubi terrarum

οἶδεν οἷ γῆς, τὸν δὲ οἶδεν οἷ γῆς κατορώρυχε. φεῦ τῶν νόμων τῶν συναδικουμένων, παρ' οὓς ἄρχουσι τῆς ἑαυτῶν, παρ' οὓς ἐπ' ἀρχῇ δανείζονται χρήματα. τούτων μὲν οὖν ἑτέρους ἐπιμελητὰς ὁ θεὸς εἶναι βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀπόχρη καθαρεύειν ἐν καθαροῖς, ἐὰν ἄρα δυνώμεθα μένειν εἴσω τῶν περιβόλων τῶν ἱερῶν, ἀποκλείειν τε τοῖς ἐναγέσι τὰ παναγέστατα.

ογ'. Τρωΐλῳ.

Σὺ γὰρ δὴ καὶ φιλόσοφος εἶ καὶ φιλάνθρωπος, σοί με δεῖ προσανακλάεσθαι τὰς (220) τῆς ἐνεγκούσης με συμφοράς, ἣν τιμήσεις μὲν διὰ πολίτην φιλόσοφον, ἐλεήσεις δὲ διὰ τὸ τῆς σαυτοῦ φύσεως ἥμερον, δι' ἀμφότερα δὲ πεσοῦσαν ἀνορθῶσαι πειράσῃ. δύνασαι δέ, ἐπειδὴ σώζειν τὰς πόλεις Ἀνθέμιος καὶ φύσιν ἔχει καὶ τύχην καὶ τέχνην. ᾧ πολλῶν ὑπαρξάντων εἰς τοῦτο παρὰ θεοῦ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν οἱ φίλοι, καὶ τούτων Τρωΐλος τὸ μέγιστον. ὅπως οὖν μὴ μόνον τὰς ὄψεις ἐπιβαλεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν νοῦν πάνυ σφόδρα προσέξεις τοῖς γράμμασιν, ὧν ἐγὼ πολλὰ κατέσπεισα δάκρυα. τί γὰρ δὴ Φοινίκων μὲν οὐκ ἄρχουσι Φοίνικες, οὐδὲ Κοιλοσύρων Κοιλόσυροι, Αἰγύπτιοι δὲ πάσης μᾶλλον ἢ τῆς ἑαυτῶν, Λίβυες δὲ μόνοι τῆς ἑαυτῶν; ἢ μόνοι Λίβυές εἰσιν ἀνδρειότατοι, καὶ χωρεῖν ὁμόσε τοῖς νόμοις ἐγνώκασιν; ὧν ὅτε πλείω καὶ φοβερώτερα τοῖς παραβαίνουσι γέγονε τἀπιτίμια, τότε μᾶλλον αὐτοῖς αἱ πονηραὶ φύσεις ἐνεκυβίστησαν. ἔδει μὲν ἄρδην ἀνῃρῆσθαι τὴν πρὸς Κυρήνῃ Πεντάπολιν· ὁ δὲ λιμὸς καὶ ὁ πόλεμος οὔπω πᾶν ὅσον ἔδει κατήνυσαν, ἀλλὰ διατρίβουσι καὶ κατὰ μικρὸν ἀπολλύουσιν. οὐκοῦν τὸ λεῖπον εἰς τὸ ταχὺ κατειργάσθαι προσεξευρήκαμεν. καίτοι τοῦτ' ἐστὶν ὃ τὸ παλαίφατον λόγιον ἐπεχρησμῴδησε τῇ τελευτῇ Πενταπόλεως. πατέρων αὐτὸ καὶ πάππων ἠκούσαμεν ὅτι φθερεῖ τὰ Λιβύων ἡγεμόνων κακότης· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι τοῦ χρησμοῦ τὸ τεμάχιον. ἀλλ' εἰ καὶ πέπρωται τοῦτο, ἀναβολήν τινα τοῦ κακοῦ μηχανήσασθε. καὶ γὰρ ἡ τῶν ἰατρῶν τέχνη τὸ μὲν ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, ἐπειδὴ φύσις ἐστίν, οὐ καθάπαξ κωλύει, ἐμποιεῖ δέ τινα διατριβὴν τῷ χρεών. ὁμοιόν τι αἰτοῦμεν καὶ παρὰ τῆς τέχνης τῆς ἀρχικῆς· βοηθησάτω τῇ φύσει κατὰ τῆς νόσου, μὴ μέντοι κατασπευδέτω τὸν ὄλεθρον. μή, δέομαι, μὴ γένοιτο τῶν Ἀνθεμίου τοῦ μεγάλου καιρῶν ἐπαρχίαν Ῥωμαϊκὴν ἐκ μέσης ἀνῃρῆσθαι τῆς διοικήσεως. εἰπὲ πρὸς αὐτόν, εἰπὲ πρὸς τῶν λόγων, οὐ σὺ καταπεμφθῆναι τὸν νόμον γέγονας αἴτιος, ἐπὶ τοῖς πάλαι τὸν πρόσφατον, ὃς ἀνατείνεται πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς μνηστεύουσι τὴν τῆς ἐνεγκούσης ἀρχήν; πῶς οὖν οὐ νεμεσᾷς τοῖς φιλοτιμουμένοις ἐπὶ σοῦ διαρρηγνύναι τὰ σὰ πολιτεύματα; εἰ μὲν οὖν οὐ λανθάνουσιν, ἀδικεῖς· εἰ (221) δὲ λανθάνουσιν, ἀμελεῖς. χρῆν δὲ οὐχὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἡγεμονικώτατον ἀλλ' ἐνὶ τούτῳ μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν, τοὺς ὑπάρξοντας ὡς βελτίστους αἱρεῖσθαι. θεία γὰρ αὕτη καὶ μεγαλο-

d defoderit. Heu! leges eadem iniuria pulsatas, contra quas patriæ suæ imperant, contra quas pecunias ad emenda imperia fenerantur. Sed harum custodes esse vult alios deus; nobis inter puros puris esse sufficit, si quidem intra sacra septa permanere possimus et exsecrandis hominibus sanctissimis ac religiosissimis rebus interdicere.

LXXIII. Troilo.

Cum et tu philosophus sis et humanitate præditus,
a deplorandæ mihi (220) apud te sunt patriæ calamitates, cui tu honorem quidem habebis civis philosophi gratia, misericordiam vero tribues ob insitam animi lenitatem, et utriusque demum causa iacentem erigere conaberis. Hoc enim est in tua potestate situm, quoniam ad civitates servandas Anthemius et natura et fortuna et industria comparatus est. Cui cum multa divinitus ad id bona concessa sunt, tum summum est amicorum copia, et inter eos Troilus longe potissimum. Quamobrem vide, quæso, ne oculos duntaxat adicias, sed et mentem etiam litteris
b advertas, quas ego ubertim stillantibus lacrimis respersi. Qui fit enim ut Phœnicibus quidem Phœnices non imperent, nec Cœlosyri Cœlosyris, Ægyptii itidem omnibus potius provinciis quam patriæ, Libyes soli patriæ præficiantur? Soline Libyes fortissimi sunt, ac legibus opponere sese constitutum habent? Quibus cum plura adversus violatores supplicia apposita fuerint, tum perdita ingenia impetu in eas graviore præcipitant. Necesse erat perire funditus Cyrenensem Pentapolin. Verum fames et bellum nondum quantum satis erat consumpserunt, sed moram faciunt et paulatim disperdunt.
c Igitur quod ad interitus celeritatem restabat excogitavimus. Quanquam hoc ipsum est, quod vetus admodum oraculum de Pentapolis exitu vaticinatum est. De parentibus hoc et avis accepimus : *Res Libyæ ducum pravitate perditum iri.* Hoc enim oraculi fragmentum est. Sed etsi in fatis hoc positum sit, aliquam tamen mali dilationem invenite. Etenim medicorum ars ipsa mortem quidem ab hominibus, quoniam hæc eorum est natura, non penitus propulsat, sed moram tamen aliquam fatali necessitati inicit. Eiusmodi aliquid ab imperandi scientia
d petimus, naturæ ut contra morbi vim opituletur, non interitum maturet. Ne, quæso, ne hoc magni Anthemii temporibus eveniat, ut Romana provincia media ex diœcesi funditus pereat. Dic illi, dic, per scientias obtestor : non tu novæ supra veterem mittendæ legis auctor exstitisti, quæ lex multa et acerba minitatur iis qui patriæ suæ imperium ambiant? Cur non igitur iis succenses, qui acta tua rescindere omni ope contendunt? ac si non ignoti tibi illi sunt, iniuriam facis; sin (221) ignoti, negligis.
a Minime autem facere ita decebat hominem imperandi peritissimum, sed huic uni maxime animum adiungere, ut qui sub te præfecturas obituri sunt quam optimi deligantur. Divina quippe ac magnifica illa providentia

πρεπὴς ἡ πρόνοια, πρὸς ἣ δαπανᾶται φροντὶς εἰς ἐκλογὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. ἀλλ' ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν ἔθνους ὁλοκλήρου πεποιῆσθαι φροντίδα. τούτων οὖν εὐθὺς ἀπεγνωκέναι προσήκει τῶν ἐναλλομένων τοῖς νόμοις, παρ' οὓς ἄρχουσι τῆς ἑαυτῶν, παρ' οὓς ἐφ' ἡμῖν ὥσπερ ἐπὶ κτήμασι δανείζονται χρήματα. στήσατε τὸ κακόν. ἄρχοντας ἡμῖν νομιμωτέρους ἐκπέμψατε, ἀγνοοῦντας ἀγνοουμένους, ταῖς φύσεσιν, οὐ τοῖς περὶ ἕκαστον πάθεσι τὰ πράγματα κρίνοντας. ὡς τὰ νῦν ταῦτα καταπλεῖ δεσπότης ὁ πρώην ἀντιπολιτευόμενος, καὶ τὴν ἐν πολιτείᾳ διαφορὰν ἀπὸ τοῦ βήματος ἀγωνίζεται. ὅσα δὲ ἄλλα παραβλαστάνει κακά. συκοφαντεῖται συμπόσια, καὶ γυναικὶ δίδοται χάρις ἡ τοῦ πολίτου συμφορά, καὶ κατήγορος ἐκκέλευστος· ὃς δ' ἂν μὴ γράψηται παρανόμων, ἑάλωκεν, εἰ μὴ καὶ πρὶν ἁλῶναι τὰ τῶν ἑαλωκότων ὑπέμεινεν. ἐθεασάμεθα δεσμώτην ἀπὸ τούτου γενόμενον, ὅτι μὴ τὸν ἄρτι παυσάμενον τῆς ἀρίστης ἀρχῆς ἐπὶ κλοπῇ δημοσίων ἐδίωκε· μᾶλλον δὲ τοῦτον οὐδὲ τεθεάμεθα, ἀλλ' ἀπείρητο προσιέναι καθάπερ τοῖς ἐναγέσιν ἢ τοῖς βασιλέως ἐχθροῖς, ἕως διεπράξαντο πᾶν ὅσον ἐβούλοντο, καὶ τὸν ἥλιον εἶδεν ἐπὶ ῥητοῖς ἄνθρωπος, ἐφ' ᾧ Γεννάδιον ἐγράψατο. ἀλλ' ἥγε ἡμετέρα Πεντάπολις Γενναδίου μὲν τοῦ Σύρου πολλὰ ἐπὶ πολλῶν ὤνατο· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι καὶ λόγῳ καὶ πειθοῖ τὴν ἀρχὴν ἐπιτρέψας ἔλαθεν ἡμᾶς τῶν ἀπηνεστάτων τε καὶ ὀνομαστοτάτων ἐπὶ σκληρότητι πλείονα χρήματα ταῖς δημοσίαις ψήφοις εἰσενεγκών. ἐφ' οἷς οὐδεὶς ἐδάκρυσεν, ἐφ' οἷς οὐδεὶς ἀπέδοτο τὸν ἀγρόν. ἐκείνην ἄν τις εἰσφορὰν εὐσεβῆ δικαίως ἐκάλεσεν, ἣν οὐχ ὕβρις οὐ μάστιξ ἠνάγκασε. τὰ δὲ περὶ τῶν πολιτῶν, φεῦ τῆς μνήμης τῶν παυσαμένων, φεῦ τῆς πείρας τῶν δρωμένων. οὐδὲν οὖν ἀξιοῦμεν καινόν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν νόμων Ἀνθέμιον ἱκετεύομεν, ὑπὲρ τῶν νόμων τὸν τούτων φύλακα, ὧν ἄξιον μὲν αἰδεῖσθαι (222) τὴν ἀρχαιότητα (νόμου γὰρ δὴ καὶ τοῦτο σεμνότης), εἰ δέ τῳ δοκεῖ, τῶν διαταγμάτων τὰ νεώτερα, τὴν ὡς ἂν εἴποι τις ἔμψυχον ἔτι βασιλείαν ἐπιγραφόμενα.

est, in qua sedulo cura in boni viri delectum impenditur. In hoc enim gentis universæ cura suscipitur. Imprimis igitur ab administratione reiciendi illi sunt, qui leges quasi infestis calcibus petunt, contra quas patriæ suæ obtinent, contra quas, nobis velut prædiis oppigneratis, b mutuam pecuniam accipiunt. Modum huic malo facite. Mittite ad nos magis legitimos magistratus, qui neque noverint nos, neque nobis cogniti sint, atque ex natura ipsa, non privato animi affectu, de rebus iudicium ferant. Nunc enim ita se res habet. Navigat huc dominus, qui antea in republica dissidebat, suamque illam civilem dissensionem e tribunali persequitur. Pleraque vero et alia inde mala nascuntur. Versantur in conviviis calumniæ. Mulieris donum fit civis alicuius calamitas. Inde excitatus accusator; quicunque vero legum violatarum actionem intendere nolit, condemnatur ipse, nisi c antequam damnetur, eadem cum damnatis perpessus fuerit. Vidimus qui ob hæc in vincula coniceretur, quod eum, qui nuper optime magistratu functus esset, peculatus accusare nollet. Imo ne illum quidem vidimus ipsi: quin accedere propius interdictum erat, velut sceleratis aut maiestatis reis, donec quidquid libitum est perfecerunt; et eam ob causam solem homo vidit, quod Gennadium accusasset. Sed Pentapolis nostra in multis est a Gennadio Syro sublevata: quorum illud maximum est, d quod sermone ac persuasione imperium exercens, nemine nostrum advertente, plus pecuniæ in publicas rationes intulit, quam crudelissimi quique et atrocitatis nomine celeberrimi: propter quam pecuniam nemo lacrimatus est; propter quam nemo agrum vendidit. Contributionem illam piam merito aliquis appellaverit, quam non iniuria aut verbera extorserunt. Quod vero ad cives attinet: heu præteritorum memoriam, heu experimentum præsentium! Nihil ergo novum postulamus, sed pro legibus Anthemium deprecamur; pro legibus, inquam, earum custodem, quarum vetustatem quidem revereri a convenit (222) (legis enim est illa quoque dignitas), aut si ita cuiquam videatur, decretorum etiam recentiora quæque, quæ vivum adhuc et ut ita dicam animatum regnum præ se ferre videntur.

οδ'. Πυλαιμένει.

Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον ἀττικουργῆ, τῆς ἀκριβοῦς ἐργασίας, ὃν ἂν μὲν ἐπαινέσῃ Πυλαιμένης ἡ κριτικωτάτη τῶν ἀκοῶν, αὐτὸ τοῦτο τῇ διαδοχῇ τοῦ χρόνου συνέστησεν· εἰ δὲ μηδὲν φανεῖται σπουδαῖον, ἔξεστι δήπου παίζειν τὰ παίγνια.

LXXIV. Pylæmeni.

Opus ad te misi Attico imprimis lepore ac diligenter elucubratum. Quod si teretes et acerrimi iudicii Pylæmenis aures probaverint, hoc ipsum temporum illud b memoriæ commendabit; sin nihil in eo studio dignum videtur, licet profecto in ludicris ludere.

οε'. Νικάνδρῳ.

Τοὐπίγραμμά μου τὸ κλεινόν (πῶς γὰρ οὐ κλεινὸν ὅπερ ὁ μέγας ἐπῄνεσε Νίκανδρος;)

τῆς χρυσῆς εἰκὼν ἢ Κύπριδος ἢ Στρατονίκης,

ἐπίστασαι πάντως ὅτι καὶ εἰς ἐμὴν ἀδελφὴν ἐποιήθη παρ' ἐμοῦ τότε, παρὰ τοῦ στίχου μαθών. ταύτῃ τῇ

LXXV. Nicandro.

Insigne illud meum epigramma (qui enim non insigne dicatur quod magnus Nicander laudaverit?)

aut pulchræ effigies hæc Cypridis aut Stratonices,

nosti omnino fuisse a me tunc in sororem scriptum, idque vel ex versiculo intelligere potuisti. Huius mihi sororum

φιλτάτη μοι τῶν ἀδελφῶν, ἣν καὶ τῆς εἰκόνος ἠξίωσα καὶ τοῦ στίχου, Θεοδόσιος ὁ βασιλέως ὑπασπιστὴς c σύνοικος, ἕνεκα μὲν τοῦ χρόνου καὶ τῆς ἐν τῇ στρατείᾳ προσεδρείας κἂν προυστάτησε πάλαι· αἱ δὲ σπουδαὶ πλέον δύνανται τῶν ἐνιαυτῶν. ταύτῃ τε οὖν ὄφελος αὐτῷ γενοῦ κἂν ταῖς δίκαις, εἴ τινες εἶεν αὐτῷ πρὸς Ἀνθέμιον· ὀνάσθω δέ τι τοῦ μεγάλου Νικάνδρου.

οϛʹ. Θεοφίλῳ.

Ὀλβιάταις (οὗτοι δὲ δῆμός εἰσι κωμήτης) ἐδέησεν αἱρέσεως ἐπισκόπου, τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς Ἀθάμαντος τῷ μακρῷ βίῳ τὴν ἱερωσύνην συγκαταλύ- d σαντος. ἐπεκαλέσαντο δὴ κἀμὲ κοινωνὸν αὐτοῖς γενέσθαι τοῦ σκέμματος. καὶ συνήσθην μὲν ἀνδράσιν ἐκ πολλῶν καὶ πάντ' ἀγαθῶν ποιουμένοις τὴν αἵρεσιν, πολὺ δὲ πλέον Ἀντωνίῳ συνήσθην τῆς καλοκαγαθίας, ὅτι καὶ καλῶν ἔδοξεν εἶναι καλλίων· ἐπὶ γὰρ τοῦτον ἡ πάνδημος ψῆφος ἠνέχθη. προστεθέντων δὲ καὶ δυοῖν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων γνώμῃ τῇ τοῦ πλήθους, οἷς συνετέθραπτο καὶ ὧν θατέρου τῇ χειρὶ πρεσβύτερος ἀπεδέδεικτο, ἐτύγχανον μὲν οὐδ' αὐτὸς ἀγνοῶν πάνυ τὸν Ἀντώνιον, ἀλλὰ δι' ὅσων αὐτὸν ἔγνων (223) λόγων καὶ πράξεων, διὰ τοσούτων ἐπῄνεσα· a προσθεὶς δὲ οἷς ἠπιστάμην καλοῖς ἅπερ ἤκουσα, φέρω κἀγὼ τὴν ἐμαυτοῦ ψῆφον ἐπὶ τὸν ἄνδρα. καὶ γένοιτ' ἄν μοι βουλομένῳ κοινωνὸν αὐτὸν εἰς τὴν ὁμότιμον ἱερωσύνην προσδέξασθαι. ἑνὸς οὖν ἔτι δεῖ, τοῦ κυριωτάτου μέντοι, τῆς ἱερᾶς σου χειρός. τούτου μὲν Ὀλβιάταις δεῖ, ἐμοὶ δὲ εὐχῶν.

οζʹ. Ἀνυσίῳ.

Οὐκ ἐθέλει περιμένειν ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ b σκότος, ἀλλὰ νόμῳ φύσεως περιίσταται. ἐπανελθόντες ἀπὸ τῆς σῆς πομπῆς Ἀνδρόνικον κατελάβομεν.

οηʹ. Τῷ αὐτῷ.

Οὐδὲν ἂν γένοιτο Πενταπόλει λυσιτελέστερον τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἄνδρας καὶ στρατιώτας Οὐννιγάρδας προτετιμῆσθαι πάντων στρατιωτῶν, οὐ τῶν ἐγχωρίων λεγομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσοι πώποτε κατὰ συμμαχίαν εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἀφίκοντο· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐδεπώποτε πολλαπλασίους ἐλάττοσι τοῖς πολεμίοις μετὰ τοῦ θαρρεῖν συνηνέχθησαν, οὗτοι δὲ δὶς ἤδη καὶ c τρὶς πρὸς ἄνδρας ὑπὲρ χιλίους τὸν ἀριθμὸν μόνοι τετταράκοντα μετὰ θεοῦ καὶ σοῦ στρατηγοῦ παρετάξαντο, καὶ νίκας τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας ἀνείλοντο. τῶν δὲ εἰς ὄψιν αὐτοῖς ἐλθόντων βαρβάρων τοὺς μὲν ἀπολωλεκότες τοὺς δὲ ἀπεληλακότες, τά τε μετέωρα τῆς χώρας ἔτι περινοστοῦσι, καὶ τὰς εἰσβολὰς τῶν πολεμίων φυλάττουσιν, ὥσπερ σκύλακες αὐλῆς d προπηδήσαντες, ἐφ' ᾧ θηρίον οὐκ ἐναλεῖται τῇ ποίμνῃ.

carissimæ, quam et statua et carmine dignatus sum, coniux est Theodosius imperatoris protector, qui, si diuturnitatem temporis et assiduitatem militiæ spectes, iamdudum principem habere locum debuerat, sed favor et gratia plus quam annorum ratio valet. Hac tu igitur illum parte sublevabis; necnon in causis, si quæ illi fuerint apud Anthemium, omnino magnus ei Nicander aliqua in re adiumento sit.

LXXVI. Theophilo.

Olbiatis (vici cuiusdam hic populus est) episcopi creatione opus fuit, cum beatissimus pater Athamas longiore vita pariter et sacerdotio functus esset. Me igitur in huius deliberationis communionem advocarunt. Ego vero gratulatus sum hominibus, quod e multis iisque utique bonis delectum instituerent, sed multo magis Antonio de sua probitate sum gratulatus, quod bonis melior iudicatus esset. Nam in eum commune omnium suffragium collatum est, cumque se multitudinis sententiæ duo religiosissimi episcopi adiunxissent, quibuscum educatus et quorum alterius manu sacerdos consecratus fuerat, ne ipse quidem omnino Antonium ignorabam, sed illum de quibuscunque (223) noram dictis aut factis, de omnibus collaudavi. Tum ad ea, quæ sciebam, præconia, ea quæ audieram adiungens, meo quoque illum suffragio renuntio. Ac pergratum mihi quidem erit, si illum in episcopatu collegam ac socium habuerim. Unum igitur id opus est, sacra tua scilicet manus. Hoc unum Olbiatis, mihi vero preces necessariæ sunt.

LXXVII. Anysio.

Non sese invicem opperiuntur lux et tenebræ, sed naturæ se lege fugiunt. Cum a tui deductione reverteremur, Andronicum offendimus.

LXXVIII. Eidem.

Nihil Pentapoli utilius esse potest, quam ut boni viri iuxta et milites Unnigardæ cæteris militibus anteponantur, non indigenis modo, sed quotquot unquam auxiliares ad ea loca profecti sunt. Nam isti multo plures cum paucioribus hostibus nunquam audacter manum conseruerunt; illi vero in totum quadraginta bis iam terve cum hominibus amplius mille, deo ac te freti imperatore, dimicarunt maximasque et insignes victorias reportarunt. Ex barbaris vero quicunque comparuerunt, aliis cæsis, pulsis aliis in editis provinciæ locis oberrant et irruptiones observant, canum in morem e caulis prosilientes, ne fera in gregem impetum faciat. Sed pudet nos egregiorum militum, qui in laboribus nostra causa toleratis lacrimare coguntur. Quæ enim ad nos scripserunt, equidem non sine gravi mœrore cum lege-

ἀλλ' ἡμεῖς αἰσχυνόμεθα τοὺς ἀριστέας ἐν αὐτοῖς τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἱδρῶσι δακρύοντας. οἷα γὰρ καὶ γεγράφασι πρὸς ἡμᾶς, ἐγὼ μὲν οὐκ ἀπαθῶς ἀναγινωσκομένων ἀκήκοα, ἀξιῶ δὲ μηδὲ σὲ τὴν ἱκετείαν αὐτῶν παριδεῖν· δέονται γὰρ δὴ σοῦ μὲν δι' ἡμῶν, βασιλέως δὲ διὰ σοῦ δέησιν ἣν εἰκὸς ἦν ἡμᾶς ἐκείνων σιωπώντων ποιήσασθαι, μὴ καταλεγῆναι τοὺς ἄνδρας ἀριθμοῖς ἐγχωρίοις. ἀχρεῖοι γὰρ ἂν ἑαυτοῖς τε καὶ ἡμῖν γένοιντο, τῶν βασιλικῶν δωρεῶν ἀφῃρημένοι, εἰ μήτε ἵππων (224) ἕξουσι διαδοχὴν μήτε ὅπλων παρασκευὴν a μήτε δαπάνην ἀγωνισταῖς ἀνδράσιν ἀρκοῦσαν. μὴ σύ γε, ὦ μετ' αὐτῶν ἀριστεῦ, μὴ περιίδῃς τοὺς συστρατιώτας εἰς ἀτιμοτέραν τάξιν χωροῦντας, ἀλλ' οὗτοί γε μενόντων ἄσυλοι τῶν γερῶν ἐν βεβαίῳ τῆς πρότερον ἀξίας. ὃ γένοιτ' ἄν, εἰ διὰ τῆς σῆς ἀναφορᾶς ὁ φιλανθρωπότατος ἡμῶν βασιλεὺς μάθοι πόσον ὄφελος ἐγένοντο Πενταπόλει. καὶ δεήθητι βασιλέως ὑπὲρ ἡμῶν ἐν τοῖς σαυτοῦ γράμμασι δέησιν ἑτέραν, ἄνδρας ἑκατὸν ἑξήκοντα τοῖς τετταράκοντα τούτοις προστεθῆναι. μετὰ θεοῦ τίς οὐκ ἂν ἀποφήναιτο διακοσίους Οὐννιγάρδας καὶ γνώμην καὶ χεῖρα τούτοις παραπλησίους, ὧν οὐχ ἥκιστα ἐπαινοῦμεν τὸ πρᾶον τῆς γνώμης, σοῦ στρατηγοῦντος ἀρκέσειν εἰς τὸ διαπολεμηθῆναι βασιλεῖ τὸν Αὐσουριανὸν πόλεμον· καὶ τί b δεῖ καταλόγων πολλῶν καὶ τῆς φοιτώσης κατ' ἐνιαυτὸν δαπάνης τοῖς ἐνθάδε στρατεύμασι; χειρῶν δεῖ τῷ πολέμῳ, καὶ οὐκ ὀνομάτων πολλῶν.

οθ'. Ἀναστασίῳ.

Οὐδὲν ἐγὼ γέγονα χρήσιμος Εὐαγρίῳ τῷ πρεσβυτέρῳ· c οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀδικουμένων. ἄρχει γὰρ παρ' ἡμῖν ὁ Βερονικεὺς Ἀνδρόνικος, ἀποφρὰς ἄνθρωπος, παλαμναίαν ἔχων καὶ γνώμην καὶ γλῶτταν. ὃς εἰ μὲν ἐμοῦ καταφρονεῖ, πρᾶγμα οὐδέν· ἀλλ' αἰσχύνεσθαί μοι δοκεῖ καὶ τὰ θεῖα τιμῆσαι· οὕτως ἀράσσει τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανόν. νὴ τὴν ἱεράν σου καὶ τριπόθητον κεφαλήν, σχῆμα Πενταπόλει πένθιμον περιτέθεικε, δακτυλήθρας καὶ ποδοστράβας ἐξευρών, καὶ ξένα ἄττα κολαστήρια κατ' οὐδενὸς τῶν ἀδικούντων (πάνυ γὰρ τὰ νῦν ἔξεστιν ἀδικεῖν τῷ βου- d λομένῳ), κατὰ δὲ τῶν συντελούντων ὑπὲρ τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν ἄλλο ὁτιοῦν ὀφειλόντων. δεινὸς γὰρ ἀνὴρ ὑποθέσεις ἐξευρίσκειν τῇ τε ἑαυτοῦ καὶ τῇ Θόαντος φύσει πρεπούσας, ὃν ἐπὶ τῶν δεσμῶν ὄντα ἔταξεν ἐπὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν τοῦ στρατιωτικοῦ χρυσίου τοῦ καλουμένου τιρωνικοῦ, καὶ συνῆψε τὰ αὐλαναῖα· καὶ ἀεί τι καινὸν ἐπὶ παλαιῷ κακόν, ἐφ' ᾧ κατὰ φῦλα καὶ δήμους αἰκίζεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἔξεστιν οὐδὲ τοῖς ἔχουσι καὶ πλουτοῦσιν ἀμαστιγώτοις ἀναχωρῆσαι, ἀλλ' ἕως ὁ παῖς οἴκαδε βαδίζει τὸ χρυσίον οἴσων, ὁ δεσπότης ἠλόηται καὶ παρ' (225) ἐνίους τῶν δακτύλων ἐγένετο. ὅταν δὲ a προφάσεως ἀπορῇ δυναμένης αὐτὸν ἑστιᾶσαι, Μαξιμῖνος καὶ Κλεινίας ἔφεδροι. ἐν ἐκείνοις χαρίζεται τῷ

rentur audire potui, æquum autem arbitror neque illorum a te preces negligi. A te enim per nos ac per te ab imperatore hoc postulant, quod vel ipsis tacentibus efficere nos oportuit, ut ne ad indigenarum numeros ascribantur. Tam enim sibi quam nobis inutiles erunt, si imperatoris donatione spolientur; (224) si neque equorum supplementum habeant, nec armorum apparatum nec sumptum militaribus hominibus competentem. Ne, quæso, tu, qui cum iis omnium fortissime te gessisti, ne milites patiare inferiorem in ordinem regradari, sed illi præmiis nequaquam fraudati integra ac stabili dignitate persistant. Quod quidem fiet, si ex tua relatione clementissimus imperator didicerit quam ii Pentapoli utiles exstiterint. Quin aliud nobis tuis litteris ab imperatore postulato, uti C et LX ad quadraginta illos adiciantur. Quis enim non opitulante deo certissime dixerit ducentos Unnigardas animo iis ac manu similes, quorum imprimis humanitatem collaudamus, duce te imperatori ad debellandum cum Ausurianis hostibus idoneos futuros? Nam quid delectibus multis opus est et annuis sumptibus in huius loci exercitus? Manibus ad bellum opus est, non multis nominibus.

LXXIX. Anastasio.

Ego nihil Evagrio presbytero prodesse potui: nam nec inique oppressorum alteri cuiquam. Etenim dominatur apud nos Beronicensis Andronicus, exsecrandus homo et animum et linguam consceleratam gerens. Qui quod me ipsum nihili facit, leve et contemnendum est, sed pudere eum videtur etiam divina revereri. Ita cœlum capite tundit. Testor sacrum tuum ac ter optatum caput, lugubrem ille Pentapoli cultum atque habitum indixit, digitorum pressoria ac pedum tortoria, aliaque quamplurima quæstionum argumenta commentus, non ad quemquam maleficorum premendum (nunc enim magna cuilibet maleficiorum licentia est), sed adversus eos qui vectigalia pro bonis suis pensitant, aut qui alio quovis nomine aliquid debent. Est enim ad investigandas rationes suo et Thoantis ingenio dignas solertissimus, quem ex commentariensi coactorem fecit militaris auri, quod tironicum vocant; et aulanæa addidit ac semper novum aliquod ex vetere malum, cuius gratia per nationes populosque crucientur. Neque enim iis etiam qui unde solvant habent et locupletibus a flagris tergum suum licet defendere, sed interim cum servus domum ad aurum deportandum vadit, (225), herus cæditur et parum abfuit quin digitis aliquibus truncaretur. Cumque occasione crudelitatis explendæ quasi epulandi caret, Maximinus et Cli-

πάθει. ἀλλά μοι δοκεῖ τοιοῦτος ὢν πονηρῶν δαιμόνων προνοίας τυγχάνειν, οἳ βούλονται μὲν ἐπαινεῖσθαι καὶ εὐτυχεῖν τὰς παλαμναιοτάτας ταύτας ψυχάς, αἷς ὀργάνοις δύνανται χρῆσθαι πρὸς τὰς κοινὰς συμφοράς. ἀπὸ τούτων οὖν παρασκευάζουσιν αὐτῷ δόξαν ὡς ἀνδρὶ γενναίῳ. καίτοι πῶς εὔλογον, ὅστις ὑπερύψωσε τὸν ὑψηλὸν καὶ τὸν ταπεινὸν ἐταπείνωσεν; ἐφ' οὗ πᾶς μὲν μέτριος καὶ πρᾶος τὸν τρόπον ἐν Καρὸς μοίρᾳ καὶ ἄτιμος, δύνανται δὲ μόνοι Ζηνᾶς καὶ Ἰούλιος; Ζηνᾶς b
ὁ πράξας πέρυσι τοὺς διπλοῦς φόρους, ὃς ἀπειλεῖ τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν Ἀναστάσιον παραπρεσβείας καὶ διώξεσθαι καὶ αἱρήσειν. οὗτος μέντοι ἑκόντος αὐτοῦ δύναται, Ἰούλιος δὲ ἄκοντός τε καὶ κλάοντος, καὶ κατ' οὐδενὸς οὕτως ὡς κατ' Ἀνδρονίκου γέγονεν ἰσχυρότερος. ἐγκραγὼν γὰρ αὐτῷ δίς που καὶ τρίς, καὶ τοῖς ἐξ ἁμάξης λοιδορησάμενος καὶ πάντα ἐπανατεινάμενος ἅπερ εἰρῆσθαι καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην, ἀπέδειξε τὸ κάθαρμα μῦν ἀντὶ λέοντος καὶ ἐξ c
ἐκείνου γε χρῆται καθάπερ ἀνδραπόδῳ παρόσον οὐδὲ ἐν ταῖς γωνίαις ὑποψιθυρίζειν κατὰ τοῦ δεσπότου τολμᾷ· τοῦτο δὲ δήπουθεν ἔξεστι τοῖς οἰκέταις ποιεῖν. Ἀνδρόνικος δὲ οὐδὲ τοῦτο· τὸ γὰρ ἀλόγιστον ἀνδρεῖον μὲν οὐδαμοῦ, παρὰ δὲ τοὺς καιροὺς δειλόν τε καὶ θρασὺ γίνεται, τοῦτ' ἔστιν ἁπανταχοῦ πονηρόν. ὁ θαυμάσιος Ἥρων ἀξίως αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἐρεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ, ἄν γε δὴ διαγένηται. διετέθη γὰρ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ συνεῖναι τῇ μοχθηρίᾳ τἀνθρώπου καὶ καθ' ἡμέραν ἀπορρήγνυσθαι, καὶ οἷς ἤκουε δεινοῖς καὶ οἷς d
ἔπασχεν, ὡς καὶ μόλις ἐλευθερωθεὶς τῆς θανατηφόρου συνουσίας, δύσελπις εἶναι τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπολήψεσθαι. καὶ οὔπω τότε Θόας ἀπὸ τῆς ἐνδοξοτάτης ἀποδημίας παρῆν· νυνὶ γὰρ οὗτός ἐστιν ὁ πᾶσιν αὐτὸν τοῖς εὐγενέσιν ἐπιτειχίσας Δεκέλειαν, τὸ ἀπόρρητον τῶν ὑπάρχων διακομίσας ἐνύπνιον, ὃ βούλεται μὲν τῶν ἐνθάδε τεθνάναι τινάς, βούλεται δὲ δεδέσθαι τινάς. καὶ δέδενται παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι διὰ τὸ ἐνύπνιον τὸ ἀπόρρητον, (226) οἱ δὲ ἀπ' οὐδεμιᾶς φαινο- a
μένης αἰτίας ἀποθνήσκουσι. καὶ γὰρ εἰ μηδέπω τεθνήκασιν, ἀλλ' αὐτίκα τεθνήξονται. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ ταῖς μάστιξιν ἀπολώλασι, τὸ δὲ ἐπὶ τῇ τῶν σωμάτων ἰσχύι ζῶσιν ἔτι μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ πέμπω τὰ γράμματα. ἀλλ' οὐχ ὑγιανεῖ, φησίν, ὁ μέγας Ἀνθέμιος, οὐδὲ παύσεται πυρέττων ὁ Ῥωμαίων ὕπαρχος, ἂν μὴ Μαξιμῖνος καὶ Κλεινίας ἀπόλωνται. ταῦτα Θόας ἡσυχῇ θρυλεῖ. διὰ τοῦτο οὐδὲ εἰσφέροντος ἀνέχεται Μαξιμίνου ἀλλ' ἀνασοβεῖ πάντας Ἀνδρόνικος τοὺς ὠνουμένους τὰ Λευκίππου· πρόκειται γὰρ οὐ τὸ πληρωθῆναι τὰ δημόσια ἀλλὰ τοὺς ὑπάρχους ὑγιαίνειν, οἵτινες εἰσκληθέντος οἴκαδε Θόαντος μόνου, τοῦ σοφι- b
στοῦ, φησί, μόνου παρόντος ἐξενηνόχασι πρὸς αὐτὸν τὸ ἐνύπνιον. καὶ οἱ λιμένες ἐκλείσθησαν, ὅσα γε δὴ Θόας ὄμνυσιν, ἕως ἂν αὐτὸς ἐκπλεύσας φθάσῃ καὶ πρὸς Ἀνδρόνικον ἐξενέγκῃ τὸ ἀπόρρητον, ἵνα μὴ λάθῃ τις διαδρὰς τῶν ἀξίων ἀντὶ τῆς Ἀνθεμίου τεθνάναι ψυχῆς.

nias subsidiarii præsto sunt. In iis furori obsequitur suo. Sed mihi videtur ille, cum eiusmodi sit, malorum dæmonum providentia ac præsidio fulciri, qui laude hominum ac secundis rebus affluere diras illas ac detestabiles animas volunt, quibus ad publicas calamitates administris uti queant. Quare ex iis gloriam illi quasi forti viro ac strenuo comparant. Quanquam qui istud convenit, cum excelsum ac sublimem extulerit, et humilem ac deiectum depresserit? sub quo quisquis moderatus ac placidis moribus est, Caris loco atque infamis ducitur, soli vero apud eum possunt Zenas et Iulius? quorum Zenas ille est, qui duplex hoc anno vectigal extorsit, qui fratrem meum Anastasium minatur se falsæ legationis accusaturum ac damnaturum esse. Atque ille volente Andronico plurimum potest. Iulius vero invito ac plorante, nec in quemquam fortior quam in Andronicum exstitit. Bis enim iam ac ter in illum vociferans et conviciis de plaustro ut aiunt proscindens, et intentans omnia quæ dicta a me esse plurimi facerem, scelus illud murem ex leone reddidit. Atque exinde illo tanquam mancipio utitur, quando ne secure quidem in angulis murmurare contra dominum audet, quod tamen etiam servis licet. At Andronico ne hoc quidem conceditur. Nam vecordia fortis quidem nusquam est, pro temporum tamen ratione formidolosa et temeraria est, hoc est, ubique pessima. Egregius Hero, ut eo dignum est, quæ ad ipsum pertinent explicabit, si tamen superstes esse queat. Sic enim affectus est ex eo solum, quod cum hominis improbitate consuetudinem habuit et quotidie disruptus est tam iis quæ audivit quam quæ passus est malis, vix ut pestifera extricatus consuetudine vitam se recuperaturum esse prope modum desperet. Necdum Thoas ab celeberrima illa profectione reverterat. Nunc enim is est, qui contra nobiles omnes Deceliam, ipsum inquam, opposuit, arcanum præfectorum insomnium portans, quod nonnullos qui hic sunt morte affici, vinciri alios iubet. Ergo apud nos iniecta quibusdam vincula propter secretum (226) insomnium. Alii nulla certa de causa moriuntur. Etsi enim nondum mortui sint, at statim morientur. Quantum enim in verberibus fuit, perierunt; quantum in corporum robore ac firmitate est, ad hanc usque diem vivunt qua hasce tibi litteras mitto. Sed magnus, ait, Anthemius non convalescet, nec a febri Romanorum præfectus liberabitur, nisi Maximinus et Clinias pereant. Hos rumores Thoas clanculum serit. Propterea neque contribuere Maximinum patitur, sed eos omnes Andronicus reicit, qui Leucippi bona emere volunt. Proposita enim est non ærarii locupletatio, sed præfectorum valetudo. Qui quidem solo Thoante domum introducto, solo, ait, præsente sophista, somnium ei exposuerunt, clausique sunt portus omnes, ut quidem Thoas deierat, donec ipse navigasset et ad Andronicum arcana pertulisset, ne dignus quispiam, qui pro Anthemii animæ

εἶτα ἀφ' ὧν ἕτερος ὄναρ ὁρᾷ, μᾶλλον δὲ ἰδεῖν λέγεται, Πεντάπολις ὕπαρ πέπραγε πονήρως. Ἀνδρόνικος γὰρ ὁ τὰ τοιαῦτα πιστευθεὶς καὶ εὐεργέτης τῆς εὐτυχοῦς τῶν ὑπάρχων οἰκίας ἐσόμενος, μαίνεται c ἐκπάγλως πίσυνος Θόαντι οὐδέ τι οἶδε τίνειν

ἀνέρας οὐδὲ θεούς· κρατερὴ δέ ἑ λύσσα δέδυκεν.

Ἐν τούτοις τῇ πατρίδι τῶν πραγμάτων ὄντων οὐκ ἐδέησεν Εὐαγρίῳ μάντεως εἰς προαγόρευσιν τοῦ πονήρως ἀπαλλάξειν εἰς τὸ δικαστήριον ἀπελθόντι. ἀλλ' αὐτὸς Ἀνδρόνικος ἄντικρυς, οὐ πρὸς τοῦτον οὐδὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν Εὐάγριον ἐξήγγειλε τὴν γνώμην τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἔχεσθαι τῆς λειτουργίας ἐθελοντὴν ἐκέλευσεν, ἐὰν σωφρονῇ· πάντως γὰρ ἀποφανεῖσθαι τὴν καταδικάζουσαν. ἀπολελόγημαι δὴ καὶ d θεῷ καὶ τῷ θείῳ Διοσκορίδῃ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἔγωγε ἀτιμότερος ἐξ ἐντιμοτέρου γέγονα, τά γε ἀνθρώπινα, ἀσθενέστερος δὲ ἐξ ἰσχυροτέρου. καὶ Ἀνδρόνικος ἀπόντων μὲν ἡμῶν τὴν δύναμιν ἐθεράπευσε, δι' ἣν οὐ γέγονε δὶς ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἀγώγιμος· παρόντι δὲ οὕτω χρῆται, νὴ τὴν ἱερὰν ὑμῶν κεφαλήν, ὡς ἐπειδή μοι συνέπεσεν ἀποβαλεῖν τῶν παιδίων τὸ φίλτατον, κἂν ἐξήγαγον ἐμαυτὸν καταχρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ πάθους (οἶσθα γὰρ ὅτι θῆλύς εἰμι περὶ τοῦτο πέρα τοῦ (227) δέοντος), νῦν δὲ οὐ λογισμῷ τοῦ πάθους ἐκράτησα, a ἀλλ' Ἀνδρόνικος ἀντιπεριήγαγε καὶ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς τὸν νοῦν ἔχειν ἐποίησε· καὶ γεγόνασί μοι συμφοραὶ παραμυθίαι τῶν συμφορῶν, πρὸς ἑαυτὰς ἀνθέλκουσαι καὶ πάθει πάθος ἐκκρούουσαι, ὀργὴ συμμιγὴς λύπῃ τὴν ἐπὶ τῷ παιδίῳ λύπην. οἶσθα ὅτι μοι μαντευτὸς ἦν θάνατος εἰς κυρίαν τοῦ ἔτους ἡμέραν. καὶ γέγονεν ἐκείνη, καθ' ἣν ἱερασάμην. ᾐσθόμην μεταβολῆς βίου, ὃς ἄχρι νῦν ἐμπανηγυρίσας αὐτῷ καὶ τιμῆς ἀνθρωπίνης καὶ πάσης γλυκυθυμίας παρ' b ὁντινοῦν τῶν πώποτε πεφιλοσοφηκότων ἀπολελαυκώς, οὐχ ἧττον διὰ τὰ θύραθεν ἢ διὰ τὴν παρασκευὴν τῆς ψυχῆς, ἅμα πάντων ἀφῃρημένος αἰσθάνομαι. τὸ μὲν οὖν μέγιστον τῶν κακῶν, ὅ μοι καὶ δύσελπιν εἶναι τὸν βίον ποιεῖ, οὐκ εἰωθὼς ἀποτυγχάνειν ἐν ἱκετείαις θεοῦ, νῦν πρῶτον οἶδα μάτην εὐξάμενος· ὃς τὴν μὲν οἰκίαν κακῶς πράττουσαν ὁρῶ, τὴν δὲ πατρίδα δυστυχοῦσαν οἰκεῖν ἀναγκάζομαι. καὶ πᾶσιν ἐκκείμενος ἐφ' ᾧ προσαναχλάεσθαι καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστον ὀλοφύρεσθαι, προσθήκην ἔσχον Ἀνδρόνικον τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, δι' ὃν οὐδὲ ἀκαρῆ καρποῦμαι τὴν σύντροφόν c μοι σχολήν. ἀλλ' ἐμὲ δεῖ μηδὲν ὄφελος ὄντα μηδενί, πάντων προσιόντων καὶ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν διελεγχόντων ἀνέχεσθαι. πρὸς ταῦτα δέομαι, πάνυ σφόδρα δέομαι ἀμφοῖν μὲν ὑμῶν, διαφερόντως δὲ σοῦ τῆς φίλης μοι κεφαλῆς, ἀδελφὲ Ἀναστάσιε (σὺ γὰρ δὴ φήμην ἔχεις προστατεῖν ἀνδρὸς λυσσῶντος), εἴ τίς σοι δύναμις πάρεστιν (ὑπὲρ Συνεσίου γὰρ μᾶλλον ἢ ὑπὲρ Ἀνδρονίκου δικαιότερος ἂν εἴης αὐτῇ χρώμενος), d

morti obiciatur effugiat. Ergo ex iis, quæ in somnis quispiam viderit vel vidisse potius dicitur, Pentapolis vere nec per somnium ærumnis afficitur. Andronicus enim, cui ea commissa sunt, bene de fortunata præfectorum domo meriturus perfurit horrendum Thoante fretus, neque novit honorare

mortalesque deosque, furorque hunc corripit ingens.

infelicem quidem philosophiam deseram. Mihi enim, ut omni alio teste caream, deus ipse tamen testis erit, cuius semen quoddam mens est hominibus (240) insita. Ac me stellæ etiam ipsæ benigne identidem despectare videntur, quem in vastissima regione solum cum scientia sui contemplatorem vident. Igitur nobis istud precare, ut eodem in statu perseveremus, tibi vero ut infelix forum relinquas, o tua abutens indole! Equidem magnopere te velim adhuc externis affluentem commodis ad interiora converti. Nam secundis rebus commutare felicitatem aurea est pro æreis rependere. Ego vero ob hoc irrideri me gaudeo, quod cognatis meis magistratus ambientibus solus inter multos privatus exsistam. Animum enim virtutum velut stipatu cingi quam corpus militibus malo, cum præsens rerum status reipublicæ administratorem philosophum non amplius capiat. Sin nihilo in forensibus negotiis commodius versaris (quemadmodum neque opinor; nec male de te unquam speravi, fore ut a te ipso dissentires et notariorum istorum similis esses qui hominum sermone celebrantur, neque enim oratorum dixerim. Verum enim vero nulla alia in vestro foro ditandi sui ratio est, quam si divina omnia et humana iura misceantur, et pro libero atque ingenuo veterator aliquis efficiatur), si igitur ne ditaris quidem, multo magis philosophiam respice. Quod si hominem nactus fueris, qui strenue fortiterque philosophetur (ad eum vero investigandum et Græciam et barbarorum oras peragrare minime reprehendendum fuerit), fac ita nobis oblatum istud lucrum impertias. Sin, velut in annonæ sterilitate, nos tibi satisfacere posse videamur, veni et nostri et nostrorum omnium particeps futurus, dum æquo atque eodem iure istud facias, ut in Lacedæmoniorum scripto continetur. Salutem meo nomine etiam atque etiam impertias venerabili imprimis Marciano, quem si ante Aristidem Mercurii doctrinarum præsidis typum ad homines pervenisse dixissem, non essem eius meritum assecutus. Plus enim aliquid est, quam typus. Epistolam ad ipsum recta mittere etsi maxime vellem, non sum ausus, ne varia eruditione refertis illis ratio mihi reddenda esset, qui voculas omnes ad vivum resecant. Non parum enim periculi est, ne in totius Græciæ conventu epistola legatur. Ita (241) enim locum eum appello, ubi sæpe graves curas suscepi, undique doctorum hominum affluente copia, ad sacram senis vocem audiendam, quæ vetera ac recentia omnia perscrutatur. Sed et sodalem meum Eucharistum salvere a me iubeas, omnesque quos æquum esse iudicaveris.

ρβ'. Τῷ αὐτῷ.

Συνίστημι τῇ φιλίᾳ καὶ τῇ προστασίᾳ τῇ σῇ τὸν θαυμάσιον Σωσηνᾶν, ᾧ τὴν διὰ λόγων τραφέντι καὶ b αὐξηθέντι τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λόγον. αἰτιᾶται δὴ τὴν τῆς πατρίδος ἀκληρίαν, καὶ πείθει τις αὐτὸν λόγος ὡς ἔστι συμμεταβαλεῖν τῷ χωρίῳ τὴν τύχην. ἀφίξεται δὲ παρὰ τὴν ἔχουσαν τὸν βασιλέα

CII. Eidem.

Commendo amicitiæ patrocinioque tuo egregium Sosenam, cui quidem inter disciplinas educato et adulto fortuna nequaquam pro meritis respondet. Ac patriæ ille quidem infelicitatem incusat; et nonnulla huic opinio persuadet posse fortunam una cum loco mutari. Iturus est ergo regiam in civitatem, quasi ibi, ubi est impera-

πόλιν, ὡς ὅπου βασιλεύς, ἐκεῖ καὶ πάνυ τῆς τύχης οὔσης καὶ τυχὸν ἐπιγνωσομένης αὐτόν. εἰ δή τίς σοι δύναμις, συντέλεσον αὐτῷ πρὸς ὅ τι βούλεται· σοῦ γὰρ ἄξιον τὸ καὶ δύνασθαι καὶ τοὺς δεομένους συνιστάναι τῇ ἀγαθῇ τύχῃ. κἂν δέηται τῶν σοὶ φίλων, αὐτὸς προσοίσεις αὐτόν.

ργ'. Τῷ αὐτῷ. c

Οὐ μὰ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, οὐκ ἔγωγε, ὦ Πυλαίμενες, ἀπέσκωψά σου τὴν εἰς τὴν ἐνεγκοῦσαν εὔνοιαν· οὐχ οὕτως ἄπολίς εἰμί τις οὐδὲ ἀνέστιος. ἀλλὰ σὺ κακῶς ἐξεδέξω τὸν νοῦν τῆς ἐπιστολῆς καὶ κατηγόρηκας ἡμῶν ἅττα οὐκ ἄξιον· ἐγὼ γὰρ ὅτι μὲν Ἡρακλείας ἐρᾷς καὶ πρόθυμος εἶ ποιῆσαί τι τὴν πόλιν ἀγαθὸν ἐπαινῶ. τοὺς λόγους δ' ἐποιούμην ὑπὲρ τοῦ δεῖν ἀνθελέσθαι φιλοσοφίαν τῆς ἀγοραίου ταύτης διατριβῆς. εἶτα σύ μοι δοκεῖς δίκας ἀγορεύων οἴεσθαι d μᾶλλον ἢ φιλοσοφῶν ὠφελιμώτερος ἔσεσθαι τῇ πατρίδι. πῶς τοῦτο; ὅτι τοῦ μὴ μετατεθεῖσθαί σου τὴν προαίρεσιν ᾐτιάσω τὸ τῆς γνώμης φιλόπατρι. τοῦτ' οὖν ἀπέσκωψα, καὶ οὐχὶ τὴν εὔνοιαν, ὅτι κακῶς οἴει προύργου σοί τι ποιήσειν εἰς τὸν καλὸν τοῦτον ἔρωτα τὸ προσεδρεύειν ταῖς δίκαις. καὶ γὰρ εἰ λέγοιμι φιλοσοφίαν ἱκανὴν εἶναι τὰς πόλεις ὀρθοῦν, ἐλέγξει με Κυρήνη, κειμένη πολὺ δήπου τῶν ἐν τῷ Πόντῳ πόλεων ἀκριβέστερον. ἀλλ' εἴποιμι μὲν ἂν (242) ὅτι φι- a λοσοφία καὶ ῥητορικῆς καὶ ἧστινος βούλει καὶ τέχνης καὶ ἐπιστήμης, ἅτ' ἐπὶ πάσαις οὖσα, παρέχεται τὸν ἔχοντα καὶ ἰδιώτῃ καὶ οἴκῳ καὶ πόλεσιν ὠφελιμώτερον. οὐ μὴν ἀρκεῖ τὸ καθ' ἑαυτὴν ἀγαθόν τι ποιεῖν τοὺς ἀνθρώπους· ἔχει γὰρ οὕτως, ὦ λῷστε Πυλαίμενες. τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων δυνάμεις τινές εἰσι καὶ παρασκευαὶ ψυχῆς καὶ οἷον αὐτὸ μόνον τὸ χρώμενον, καιροὶ δὲ καὶ τύχαι φέρουσιν ἄνω καὶ κάτω τὰ τῶν πόλεων πράγματα, καὶ νῦν μὲν οὕτως ἔχει νῦν δ' b ἑτέρως, ἀνάγκῃ φύσεως ἧς μετείληχε. φιλόπολις μὲν οὖν εἶ σύ, τυγχάνω δὲ ὢν καὶ αὐτός. καὶ σὺ μὲν ἐργάζῃ ῥητορικήν, καὶ συγχωρῶ σοι μὴ ταύτην ἐπιτηδεύειν ἀλλὰ τὴν ὀρθὴν καὶ γενναίαν, ἣν οὐδὲ Πλάτων οἶμαι διαγράφειν πειρᾶται· ἐγὼ δὲ φιλοσοφίαν τιμῶ τε καὶ τῶν ὅσα ἀνθρώπινα ἀγαθὰ προτιμῶ. τί οὖν ταύτῃ παρ' ἡμῶν πλέον ταῖς πόλεσιν, εἰ μὴ καὶ βίοι τινὲς ὑποβληθεῖεν ἀρκοῦντες ταῖς προαιρέσεσι; δεῖ μὲν γὰρ ὕλης ἐπιτηδείας, δεῖ δὲ ὀργάνων τῷ χρῆσθαι c δυναμένῳ· τὸ δὲ ταῦτα παρασκευάζον ἡ τύχη. εἰ μὲν οὖν ἐκείνως μόνον, τοῦτ' ἔστι διὰ τῆς ῥητορικῆς οἴει σοι παρέσεσθαι τὴν τύχην, ὥστε ἄρξαι ποτὲ παρασχεῖν ἢ ὑπάρξαι τὴν μεγίστην ἀρχήν, τί κατέγνωκας ἀτυχίαν φιλοσοφίας; εἰ δ' ἐπίσης ἀμφοῖν ἐνδέχεται καὶ παραγενέσθαι καὶ ἀπεῖναι, τί μὴ τέως αἱρῇ τῶν φαινομένων τὸ ἄριστον; αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' αὑτὸ φιλοσοφίαν καὶ σὺ φῂς εἶναι καλλίω ῥητορικῆς· τὸ δὲ δεῖν ὄνασθαί σου τὴν πόλιν ἀναγκαιότερόν σοι τὸ χεῖρον d

tor, etiam fortuna ipsa resideat et fortassis eum agnitura sit. Si quid igitur in te potestatis est, adiumento sis ei ad id omne quod voluerit. Te enim dignum est et posse plurimum, et qui istud desiderent, meliori fortunæ commendare. Quod si ei amicis tuis opus est, tute illis ipsum offeres.

CIII. Eidem.

Non per amicitiæ tuæ meæque præsidem, non ego, o Pylæmenes, tuam in patriam caritatem sum cavillatus. Non ita sum inops urbis ac lare destitutus. Sed tu male epistolæ sensum interpretatus es, meque de quibus minime oportebat accusasti. Nam quod Heracleam amas et quoquo modo bene de ea civitate mereri studes, laudo equidem. At id ego verbis meis significabam, esse forensi huic occupationi philosophiam anteponendam. Tu vero mihi in animum induxisse videris, plus te causarum ex actione patriæ quam ex philosophiæ studio utilitatis allaturum. Quinam istud? Quoniam tibi, quod sententiam non mutasses, tuum in patriam amorem causam esse dixisti. Hoc igitur, non patriæ caritatem irrisi, quod operæ pretium futurum tibi ad egregium illum amorem patriæ censes, si assidue in causis voluteris. Nam si philosophiam idoneam esse dicam ad civitates erigendas, ipsa me Cyrene arguet, quæ magis quam ulla Ponti civitas iacet. Verum hoc ego (242) dixerim, philosophiam non modo oratoria sed et alia omni arte scientiave, utpote quæ præsit omnibus, utiliorem eum qui possideat et privatis et familiis et civitatibus præstare. Non tamen per sese sufficiens est, ut boni aliquid afferre possit hominibus. Sic enim se res habet, optime Pylæmenes. Præstantissimæ quæque disciplinæ facultates quædam sunt et animi comparationes, ac tanquam utendi sola vis et habilitas. Temporum autem ac fortunæ vicissitudines susque deque res civitatum impellunt, et modo ita sese modo aliter habent, pro naturæ quam sortitæ sunt necessitate. Tu igitur patriæ quidem amans es, ego vero non minus hoc idem ipse sum. Tu oratoriam profiteris, ego te in ea occupari non sino, sed in præclara illa et egregia disciplina, quam nec ipse, ut opinor, Plato reicere conatus est. Ego philosophiam colo, cæterisque quæ in vita sunt hominum bonis antepono. Quid igitur tandem hac ratione boni procurare civitatibus possumus, nisi vitæ quædam genera subiciantur, quæ ad voluntatem ac propositum exsequendum sufficiant? Materia quippe idonea opus est; opus itidem instrumentis ei, qui uti possit, atque hæc omnia comparare fortunæ proprium est. Iam si illo duntaxat modo, hoc est unico rhetoricæ præsidio fortunam tibi adfuturam confidis, ut aut aliquando præfecturam aliquam capere aut summum aliquem magistratum assequi eius beneficio possis: quid philosophiam infelicitatis accusas? Sin ex æquo ab utraque abesse aut adesse ista contingat, quid tu hactenus non ex apparentibus et in-

ποιεῖ. ὡς δὴ νῦν μὲν ἔξεστιν ἐλπίζειν τὰ ἀμείνω, φιλοσοφήσαντι δὲ οἱ θεοὶ πάντες ἐχθροί, καὶ τὴν τύχην ἐξοχετεύουσιν, ὡς μηδ' ἐν ταῖς ἐλπίσιν ἀπολελεῖφθαι. ἐγὼ δὲ οὔπω καὶ τήμερον τοῦτον ἀκηκοὼς οἶδα τὸν λόγον, ὅτι τῇ σεμνῇ φιλοσοφίᾳ θεῖός ἐστι κλῆρος ἀτυχεῖν. ἀλλὰ μόλις μὲν ἂν ἐν τῇ θνητῇ φύσει συνέλθοιεν ἰσχύς τε καὶ φρόνησις, ἔστι μὴν ὅτε συνήγαγεν αὐτὰς ὁ θεός. ἔξεστιν οὖν ἐκ τοῦ λόγου, (243) a
μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη, τὸν αὐτὸν εἶναι καὶ φιλόσοφον καὶ φιλόπολιν, καὶ μηδ' ἀπογινώσκειν τῆς τύχης ἀλλὰ καὶ προσδοκᾶν τὰ ἀμείνω διὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν. οὐχ ἥκιστα γὰρ μόνῳ πλεονεκτοῦσιν, ὡς παλαιὸς λόγος, οἱ χρηστοὶ τῶν πονηρῶν, ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι. πῶς οὖν ἔλαττον ἔχειν αὐτοὺς συγχωρήσομεν; ἀνάγκη δ', εἰ πρὸς τὸν παρὰ σοῦ λόγον ἐνδοίημεν, ὅς εἰς τοῦτό σε προήγαγεν ἁμαρτίας, τὸ φάναι τῆς πόλεως ἕνεκα δεῖν μένειν ἐπὶ τῆς τέχνης. ἀνάσχου γάρ μου μετατιθέντος εἰς κατηγορίαν τὴν περὶ τοῦ σκώμματος ἀπο- b
λογίαν, ὃ δὴ μὴ ὂν ἔδοξεν εἶναί σοι πρότερον· οὐ γάρ, οἶμαι, νῦν ἔτι δοκεῖ. ἐπεί τοι κινδυνεύω καὶ διαβεβλῆσθαι πρὸς τὴν ἱερὰν Κυρήνην ὑπὸ σοῦ, καὶ ταῦτα τῆς φιλτάτης μοι κεφαλῆς. εἰ γὰρ δὴ πεισθεῖεν αἱ πόλεις ὅτι ῥητορικὴ μόνη δύναται μεταθεῖναι τὰς παρούσας αὐταῖς συμφοράς, καὶ μόνον ἐστὶ τοῦτο γέρας τῶν βοηθούντων τοῖς ἔχουσι περὶ συμβολαίων τὰς δίκας, χαλεπανοῦσιν ἡμῖν τοῖς ἄλλο τι θεραπεύουσιν ἀντὶ τοῦ βήματος. εἷς οὖν ἐμοὶ πρὸς σέ τε καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας ὑπὲρ φιλοσοφίας λόγος, ὅτι παρούσης μὲν c
τύχης καὶ καλεσάντων αὐτὴν ἐπὶ τὰ πράγματα τῶν καιρῶν, οὐδεμιᾶς ἐστὶ τέχνης ἀλλ' οὐδ' ἅμα πασῶν ἐρίσαι φιλοσοφίᾳ περὶ τοῦ τὴν συντονωτέραν ἁρμόσαι καὶ μετατάξαι καὶ βελτίω τοῖς ἀνθρώποις ποιῆσαι τὰ πράγματα. τῆς εἱμαρμένης δὲ οὔπω ταύτῃ ῥυείσης, νοῦν ἔχει πολὺν οἰκειοπραγεῖν ἀλλὰ μὴ παραδιοικεῖν, μηδ' ἀσχημονεῖν ἀξιοῦντας ὠστίζεσθαι παρὰ τὸ τοῦ δεῖνος ἀρχεῖον οἷς μὴ πᾶσα ἀνάγκη. *Ἀνάγκᾳ δὲ οὐδὲ θεοὶ φασι μάχονται.* ἡμῖν δ' ἔστιν ἄλλα σεμνότερα· καὶ ὅταν ὁ νοῦς ἀνενέργητος ᾖ περὶ τὰ d
ἐνθάδε, περὶ τὸν θεὸν ἐνεργεῖ. δύο γὰρ αὗται μερίδες φιλοσοφίας, θεωρία καὶ πρᾶξις· καὶ δῆτα δύο δυνάμεις ἑκατέρα παρ' ἑκατέραν μερίδα, σοφία καὶ φρόνησις· αὕτη μὲν δεομένη τύχης, σοφία δὲ αὐτάρκης, καὶ ἀκώλυτος ἡ κατ' ἐκείνην ἐνέργεια.

certis quod præstantissimum sit eligis? Nam ipsam per sese philosophiam rhetoricæ antecellere tute ipse fateris; quod vero prodesse patriæ debeas, id tibi quod deterius est magis necessarium reddit. Quasi nunc quidem meliora sperare liceat: simul vero philosophari cœperis, dii tibi omnes inimici sint, fortunamque omnem alio derivent, ut ne in spe quidem relinquatur. Ego vero nondum in hanc usque diem audire memini, hanc esse sanctæ philosophiæ sortem divinitus attributam, ut infelix esset. Verumtamen ægre quidem in communi mortalium natura vis et prudentia simul convenerint, nonnunquam tamen ambas deus coniunxerit. Quamobrem licebit ex mea oratione, vel necesse erit (243) potius eumdem et philosophum esse et amantem patriæ. nec fortunam desperare, sed pro suis etiam meritis sperare meliora. Etenim hoc uno præsertim, ut veteri proverbio dicitur, probi malos superant, bona spe. Quomodo igitur inferiori illos esse conditione fatebimur? Necessarium autem id erit, si quid opinioni tuæ tribuimus, quæ te eo erroris adduxit, ut diceres tibi reipublicæ causa in tua arte esse perseverandum. Patere enim me in accusationem convertere illius cavilli purgationem, qui cum nullus esset omnino, tibi esse visus est aliquis. Neque enim amplius, opinor, videbitur. Alioqui periculum est, ne apud sacram Cyrenen tu me præsertim amicissimum caput in crimen adducas. Nam si hoc civitatibus persuasum erit solam oratoriam artem præsentia incommoda mutare posse, idque unicum eorum esse decus, qui iis opitulentur, qui de contractibus lites habeant, nobis illæ succensebunt, quod aliis omnibus quam tribunali sumus addicti. Una igitur mihi ad te et civitates omnes pro philosophia responsio est: Fortuna cum adfuerit, et illam ad negotia capessenda temporum ratio revocaverit, nullam artem, ac ne omnes quidem simul, de ordinando citius aut immutando reipublicæ statu aut omnino in melius constituendis hominum rebus cum philosophia posse contendere. Sed cum nondum eo fatalis necessitas pervenerit, sapientis est suarum rerum satagere, non perperam actui rerum immiscere se, nec præter decorum ad huius prætorium perrumpere, nisi extrema necessitas impulerit. *Necessitati vero ne dii quidem*, ut aiunt, *repugnant*. Nobis autem alia sanctiora sunt, et cum a rebus inferioribus vacat animus, circa deum occupatur. Duæ quippe sunt hæ philosophiæ partes, contemplatio et actio: ac totidem idcirco facultates singulæ singulis attributæ partium, sapientia et prudentia, hæc fortunæ indigens, illa sibi sufficiens, cuius nec impediri functio potest.

ρδ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Τοὺς αὐτοὺς ἂν ἴδοις ἐν μὲν εἰρήνῃ θρασεῖς, ἐν δὲ πολέμῳ δειλούς, τοῦτ' ἔστιν ἁπανταχοῦ πονηρούς. (244) a
ὥστε μοι δοκεῖ ταύτην τις δικαίως εἰδέναι τῷ πολέμῳ χάριν, ὅτι βάσανός ἐστι τοῦ περὶ τὴν καρδίαν αἵματος ἀκριβής, καὶ συχνοὺς ἀλαζόνας παραλαβὼν μετριωτέρους ἡμῖν ἀποδίδωσιν. οὐ γὰρ οἶμαι τὸ ἀπὸ τοῦδε σοβήσειν διὰ τῆς ἀγορᾶς Ἰωάννην τὸν ἀλιτήριον, οὐδὲ πὺξ ἐντενεῖν οὐδὲ λὰξ ἐναλεῖσθαι τῶν ἐπιεικεστέρων τινί. χθές τοι πάνυ λαμπρῶς συνηγορήκει τῇ παροι-

CIV. Fratri.

Homines eosdem videas tempore pacis audaces, militiæ ignavos, hoc est ubique improbos. (244) Unde huius rei causa habenda bello gratia merito mihi videtur, quod qualis circa cor cuique sanguis sit, optima sit probandi ratio, compluresque, quos arrogantes acceperit, moderatiores nobis efficiat. Non enim deinceps, opinor, superbe volitabit in foro dirus ille Ioannes, nec pugno impetet nec calcibus in quemquam modestiorem insiliet, Heri quidem manifeste proverbium illud approbavit, vel

μία, μᾶλλον δὲ τῷ χρησμῷ· χρησμὸς γὰρ ἄντικρυς. τοῦτό γε πάντως οἶσθα τὸ οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται. ἡμέρας μὲν γάρ τινας ἑξῆς οἱ πολέμιοι προσηγγέλλοντο, κἀμοί τε ἀπαντητέον ἐδόκει, καὶ b Βαλαγρίτας συντεταγμένους ἐξῆγεν ὁ φύλαρχος. εἶτα φθάσαντες εἰς τὴν πεδινὴν περιεμένομεν. οὐδαμοῦ δὲ φαινομένων περὶ βουλυτὸν ἀπεχωροῦμεν ἕκαστος οἴκαδε, συνθέμενοι πάλιν ἥξειν εἰς τὴν ὑστεραίαν· ὁ δὲ Φρὺξ Ἰωάννης τέως μὲν ἦν οὐδαμοῦ (οὔκουν ὥστε καὶ φανερὸς εἶναι), φήμας δὲ ὑπέπεμπε νῦν μὲν ὡς κατεαγὼς εἴη καὶ διαπρίεται τὸ σκέλος, νῦν δὲ ὡς τὸ ἆσθμα νοσεῖ, νῦν δὲ ὡς ἄλλο τι κακὸν ἐξαίσιον ἔχει. τοιοῦτοί τινες ἐφοίτων λογοποιοί, ἄλλος ἄλλοθεν ἥκειν c φάμενοι, τοῦ μηδὲ σαφὲς εἶναι ποῖ γῆς καταδέδυκεν ἢ κρύπτεται. μεταξὺ δὲ διηγούμενοι πρὸς τὴν ἀκαιρίαν τῆς συμφορᾶς ἐσχετλίαζον ὑπεδάκρυον. νῦν ἔδει τοῦ γενναίου λήματος, νῦν τῶν ἐκείνου χειρῶν. τί ἂν ἐποίησε; τί ἂν ἐγένετο; καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὢ τοῦ δαίμονος εἰπὼν ἕκαστος καὶ τὼ χεῖρε πατάξας ἀπηλλάττετο. ἦσαν δὲ οὗτοι τῶν ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ πάλαι παρατρεφομένων αὐτῷ, κομῆται καὶ οὗτοι καὶ οὐδὲν ὑγιές,

ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες

καὶ νὴ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅπῃ καὶ γυναικῶν. τοιούτους d λοχίτας ἐκ πολλοῦ παρεσκεύασται. μεθ' ὧν εἶναι μὲν ἀνὴρ οὐδ' ἐπιχειρεῖ, χαλεπὸν γάρ· σοφιστὴς δ' ἐστί, καὶ ὡς ἂν δείξειεν ἀνὴρ εἶναι παρὰ τοὺς ὄντας ἄνδρας, ἄριστα σκέπτεται. ἀλλά μοι δοκεῖ καλῶς αὐτῷ τὸ δαιμόνιον ἀντιπολιτεύσασθαι· πέμπτην μὲν γὰρ ἤδη μάτην ἐν τοῖς ὅπλοις προεληλύθειμεν, ἔτι τὰ μετεωρότερα κακουργούντων τῶν πολεμίων, ὁ δὲ καὶ παντάπασιν ἀπογνοὺς ἥξειν αὐτούς, ὡς οὐκ ἂν τὸ βάθος τῆς χώρας θαρρήσαντας, παρῆν (245) καὶ πάντα εὐθὺς a ἀκοσμίας ἐμπίπλησι. καὶ ἀσθενείας μὲν οὐκ ἐμέμνητο (κατεγέλα γέ τοι καὶ ἀνασχομένων ἀκοῦσαι) αὐτὸς δὲ ἥκειν ἔφη πόρρωθεν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν· ἐκεῖσε γὰρ εἰς συμμαχίαν παρακεκλῆσθαι. παρ' ὃ καὶ σεσῶσθαι τοὺς ἐπικαλεσαμένους ἀγρούς· οὐδὲ γὰρ ἐμβεβληκέναι τοὺς πολεμίους, πρὸς τὴν φήμην τῆς Ἰωάννου παρουσίας καταπλαγέντας. ἀσφαλῶς δὲ τἀκεῖ καταστησάμενος, πρὸς τὸ πονοῦν ἔφη δεδραμηκέναι· προσδέχεσθαι γὰρ ὅσον οὔπω τοὺς ἄνδρας, ἢν λάθῃ παρὼν b καὶ μὴ διαδοθῇ τοὔνομα. εὐθὺς οὖν ἅπαντα ἀκοσμίας ἐμπίπλησι παραστρατηγεῖν ἀξιῶν, καὶ ἐν βραχεῖ τέχνην τοῦ νικᾶν παραδώσειν ὑπισχνούμενος, βοῶν ἐπὶ μέτωπον ἐπὶ φάλαγγα, καὶ κατὰ τὸ κέρας πολὺ τὸ πλαίσιον, ποιῶν ὀνόματα τάξεων ὧν ἠγνόει τὴν χρείαν. καί τισιν ἀπὸ τούτου ἔδοξέ τις εἶναι, καὶ τήν γε φύσιν ἐμακάριζον, καὶ ἐμαθητίων πολλοί. ἤδη δὲ δείλη τε ἦν ὀψία, καὶ καιρὸς ἐφόδου, καὶ δὴ πρόσω τῆς ὀρεινῆς καταβαίνοντες ἐγενόμεθα. κἀνταῦθα νεα- c νίαι τέτταρες, ἐσταλμένοι χωριτικῶς καὶ κεκραγότες ὅσον ἐχώρουν αἱ κεφαλαί, δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἔθεον,

oraculum potius; oraculum enim est profecto, quod omnino tu nosse debes: *nullus capillum quin cinædus sit fovet.* Aliquos enim dies continuo hostium excursio nuntiabatur, ac mihi placebat occurri, et Balagritas instructos tribunus eduxerat. Post hæc in apertum campum prodeuntes opperiebamur. Sed cum nusquam comparerent, ad vesperam domum quisque rediimus, cum ita convenisset ut postridie iterum adessemus. Interea Phryx Ioannes nusquam erat, ut se in conspectum daret hominum, sed rumores spargebat interdum fregisse crus atque ideo præcidi, interdum suspiriosum se esse, alias grande aliquod sibi malum accidisse. Eiusmodi quidam famigeratores volitabant, alius aliunde venire se nuntiantes, ut ne certo constaret quonam terrarum subiisset, atque ubi lateret Ioannes. Inter narrandum importunitatem calamitatis huius lacrimabundi querebantur. Nunc audaci illo pectore opus foret nunc illius manibus. Quid fecisset? cuiusmodi fuisset? Ac demum, o infelix fatum! cum singuli dixissent manusque complosissent, abibant e medio, et erant illi ex eorum numero qui nulli bono apud eum alebantur, capillati et ipsi frugisque nullius,

quique agnos hædosque palam raptare solebant,

ac per deos nonnunquam etiam mulieres. Eiusmodi manipulos iamdudum comparavit; quibuscum virum se præbere ne conatur quidem: difficile est enim. Callidus autem est, et quemadmodum præ cæteris, qui tales re ipsa sunt, virili esse animo putetur optime consuluit. Sed mihi fortuna præclare illius consiliis obstitisse videtur. Quintum enim iam diem cum armis progressi fueramus, cum adhuc hostes extremos provinciæ fines popularentur, tum is de illorum adventu desperans penitus, quod nequaquam in interiora penetrare ausuri essent, advolat (245) et omnia subito perturbatione complet. Tum autem ægritudinis mentio nulla, quin eos irridebat qui id audire sustinuissent; se vero e longinqua regione nescio qua revertere aiebat. Illuc quippe auxilii ferendi gratia excitum se esse, et hac una re eorum qui vocaverant agros esse servatos; neque enim irrupisse hostes, sola adventus Ioannis fama perculsos. Rebus igitur ibi constitutis, statim ad eam provinciæ partem quæ laborasset accurrisse dicebat: propediem enim exspectare se venturos, si eius præsentia celaretur nec nomen efferretur. Repente igitur perturbatur cœpit omnia, cum se perperam officio ducis immisceret, ac brevi vincendi artem traditurum pollicetur, hæc identidem succlamans, in frontem in phalangem, et ad cornu sæpius et quadratum oblongum ingeminans, ordinumque appellans nomina, quorum ignorabat usum. Sane quibusdam ob id aliquis esse visus est, qui eius prædicabant indolem, ac discipuli esse cupiebant. Et iam advesperascebat, tempusque irruptionis appetebat: itaque brevi montibus digressi longe processimus. Hic adole-

ὡς μηδενὶ μάντεως δεῖν ὅτι πολεμίους πεφόβηνται καὶ σπεύδουσιν εἴσω τῶν ὅπλων γενέσθαι. πρὶν δὲ καὶ καλῶς αὐτῶν ἐκείνων ἀκοῦσαι, λεγόντων ὅτι καὶ δὴ πάρεισιν, ὁρῶμεν ἐφ' ἵππων ἀνδράρια πονηρὰ καὶ ὡς ἐμοὶ δοκεῖν ὑπὸ λιμοῦ στρατηγούμενα, προχειρότατα δ' οὖν ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν ἀποθνήσκειν ἐθέλοντα. ἐπειδὴ δ' εἶδον καὶ ὤφθησαν, πρὶν εἴσω βέλους ἐλθεῖν, οἱ μὲν ἀποβάντες ὥσπερ εἰώθεσαν τῶν d ἵππων, ὡς εἰς μάχην διεσκευάζοντο, καί μοι καλῶς ἔχειν ἐδόκει μιμεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, καὶ γὰρ ἄφιππα ἦν· ὁ δὲ γεννάδας οὐκ ἔφη παρανομήσειν εἰς τὴν ἱππικήν, ἀλλὰ τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων ποιήσειν. τί οὖν; παρενεγκὼν βίᾳ τὸ ψάλιον καὶ μεταστραφεὶς ἔφευγεν ἀνὰ κράτος ἐξελαύνων, ἐξαιματῶν τὸν ἵππον, ἅπασαν ἡνίαν ἀφιείς, κέντρῳ παντὶ χρώμενος, καὶ ἡ μάστιξ πυκνὴ καὶ ἡ βοὴ τὸ κελευστικὸν ἦχει. ἐν τούτῳ δὲ οὐχ ἔστι ῥᾴδιον εἰπεῖν ὅντινά τις ἂν μᾶλλον (246) ἐπῄνεσε, a πότερον τὸν ἵππον ἢ τὸν ἱππέα· ὁ μὲν γὰρ ὁμοίως κατὰ πρανῶν ὁμοίως κατ' ὀρθίων ἐφέρετο, καὶ διὰ τῶν δασέων καὶ διὰ τῶν ψιλῶν ῥύμῃ μιᾷ διεπήδα τάφρους, ὑπὲρ τοὺς ὄχθους ᾔρετο· ὁ δὲ διὰ πάντων τῶν χωρίων ἔποχος ἦν, καὶ ἐν οὐδενὶ τῆς καθέδρας ὤλισθε. δοκεῖ γάρ μοι καὶ τοῖς πολεμίοις καλὴ θέα γενέσθαι, καὶ ὡς πολλὰ ἂν εὔξαιντο τοιαῦτα θεάσασθαι. οὐ μὴν τό γ' ἐφ' ἡμῖν εἶδον, ἀλλ' ἀθυμότεροι μὲν ὡς τὸ εἰκὸς ἐγενόμεθα, ψευσθέντες παρὰ πολὺ τῶν εἰς τὸν χομήτην ἐλπίδων· ἐταξάμεθα δ' οὖν, ὡς εἴ τις ἐπίοι δεξόμενοι, αὐτοὶ δὲ μάχης ἄρχειν οὐ διενοούμεθα. b καὶ γὰρ ὅστις αὐτὸς εὔψυχος ἦν, ἠπίστει τῷ πέλας, πρὸς παράδειγμα τὸ γεγονὸς ὁρῶν. ἔνθα οὐδὲν ἦν αἴσχιον κόμης· ὅτῳ γὰρ ἦν, οὗτος ἐπιδοξότατος πρὸς τὸ προδώσειν ἡμᾶς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις ταὐτὸν ἴσως τοῦτο παρέστη· καὶ γὰρ ταξάμενοι περιέμενον ἡμᾶς, ὡς ἣν ἐμβάλωμεν ἀμυνούμενοι. ἐπεὶ δὲ παρ' οὐδετέρων ἐπεχειρεῖτο, πρῶτον μὲν αὐτοὶ τὴν ἐπὶ τὰ λαιὰ φέρουσαν καὶ μετ' ἐκείνους ἡμεῖς τὴν ἐπὶ θάτερα ἐτραπόμεθα, οὐδέτεροι θᾶττον ἢ βάδην ἀλλὰ σχολαίῳ c βαδίσματι, τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι φυγὴν τὴν ἀναχώρησιν· εἶτα μέντοι καίπερ ἐν τούτοις ὄντες, ἐπυνθανόμεθα ποῖ γῆς Ἰωάννης. ὁ δ' ἑνὶ πνεύματι καταλαβὼν ἄρα τὴν Βομβαίαν, δίκην ἀρουραίου μυὸς ἐνεδεδύκει τῇ πέτρᾳ. ὄρος ἐστὶν ἡ Βομβαία κοῖλον, ὃ συνελθοῦσαι τέχνη καὶ φύσις εἰργάσαντο φρούριον ἐρυμνότατον. τοῦτο καὶ πάλαι μὲν εὐδοκίμει δικαίως, καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίας ἐξήταζον σύριγγας, νυνὶ δὲ κέκριται τὰ πανταχοῦ τείχη νικᾶν οἷς ὁ παρὰ πάντας d ἑαυτοῦ προμηθέστατος, ἵνα μὴ λίαν ἀγροίκως εἴπω δειλότατος, αὐτὸ τὸ τοῦ πράγματος ὄνομα, τούτῳ παρακάθηται καὶ πρὸς σωτηρίαν προυτίμησε. καὶ γὰρ εἰσελθόντι λαβυρινθῶδές ἐστι καὶ δυσδιεξίτητον, ὡς μόνον ἂν χωρῆσαι τοὺς Ἰωάννου δρασμούς.

ρε'. Τῷ αὐτῷ.

Ἀνόητος ἂν εἴην, εἰ μὴ πολλὴν χάριν εἰδείην Πτο-

scentes quatuor rustico habitu, vociferantes quantum capita ferebant, cursu ad nos contendebant, ut nemini vate opus esset ad divinandum hostes ab iis metui, festinatoque eos ad arma nostra receptum habere velle. Ac priusquam penitus illos adesse hostem nuntiantes exaudiremus, miseros homunciones in equis conspicimus, qui mihi famis ductu regi videbantur, et ad mortem pro invadendis bonis nostris obeundam esse paratissimi. Qui cum nos conspexissent conspectique essent, antequam intra teli iactum veniretur, illi, ut solebant, equis delapsi se ad certamen accingebant, mihique homines imitari factu optimum esse videbatur : nam regio ipsa equitatui opportuna non erat. Verum generosus ille nequaquam se in equitum iura peccaturum esse dixit, sed equestre certamen initurum. Quid tum igitur? frenis violenter detortis, aversus ipse quanto poterat impetu fugiebat, equum cruore spargens, effusis habenis omnibus, stimulisque omnibus admotis : tum crebra verbera, et vox ad incitandum acrius insonabat. In quo difficile est dictu (246) utrum potius laudasset quispiam, equumne an equitem. Nam ille per declivia perinde ac per acclivia perque consita non minus quam nuda ferebatur, uno fossas impetu transmittebat, supra tumulos attollebatur : hic ubique insidebat equo, nec usquam de sessione prolapsus est. Mihi enim et hostibus iucundum hoc spectaculum accidisse videtur : cuiusmodi intueri quam plurima cupiant, quæ tamen, quantum in nobis fuit, minime viderunt. Sed animo, ut par erat, contractiores fuimus, plurimum spe falsi, quam in cincinnato isto habuimus. Itaque aciem instruximus, tanquam hostem, si prior aggrederetur, excepturi; ipsi autem prælium invadere minime statuimus. Etenim qui strenuus ipse ac fortis esset, socio tamen diffidebat, cum ad recens exemplum respiceret. Tum nihil vero coma turpius videbatur; quam ut habebat quisque, ita primus nos maxime proditurus existimabatur. Verum nescio an idem quoque hostibus in animo erat : nam et instructi opperiebantur nos, velut repulsuri si eos aggrederemur. Posteaquam vero neutra ex parte tentatum prælium est, primum illi ad lævam, inde nos alteram ad partem aciem convertimus; neutri accelerato gradu, sed lentiore progressu, ne receptus iste fuga videretur. Postea tamen, quamvis in hisce rebus versaremur, sciscitati sumus ubinam terrarum esset Ioannes. At ille uno spiritu Bombæam usque perveniens, agrestis muris instar sese in rupem abdiderat. Est Bombæa mons concavus, quem ars et natura consentientes munitissimum castellum reddiderunt. Hoc iam olim merito celeberrimum erat, nonnullique cum Ægyptiis cuniculis comparabant. Sed nunc muros omnes ac propugnacula omnium iudicio superat, quandoquidem ille præ cæteris sui providentissimus, ne nimium inepte dixerim formidolosissimus, quæ propria rei appellatio est, in eo delitescit et hoc ad salutem suam cæteris prætulit. Est enim ingredienti statim in flexus et ambages sinuatus et explicatu difficilis, ut solus Ioannis fugam capere possit.

CV. Eidem.

Ineptus profecto forem, si non Ptolemæis ingentes

λεμαίοις ὅτι με τοσούτων ἀξιοῦσιν (247) ὅσων οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐμαυτόν. ἀλλ' οὐχ εἰ μεγάλα χαρίζονται, τοῦτο προσήκει σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ λαβεῖν ἐμοὶ δυνατά· τὸ γὰρ ἄνθρωπον ὄντα μικροῦ θείας καρποῦσθαι τιμάς, δικαίῳ μὲν ὄντι τυγχάνειν, ἥδιστον εἰς ἀπόλαυσιν ἔρχεται· λειπομένῳ δὲ παρὰ πολὺ τῆς ἀξίας, ἐλπίδα πικρὰν ὑποτείνει τοῦ μέλλοντος. οὐ γὰρ νεώτερόν ἐστι τὸ δέος ἀλλὰ λίαν ἀρχαῖον τὸ μή τι παρὰ θεὸν ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἐφεύρω. ἐγὼ δὲ καταμανθάνων ἐμαυτὸν εὑρίσκω παντάπασιν ἐνδεέστερον ἢ ὡς ἁρμόσαι τῇ τῆς ἱερωσύνης σεμνότητι. καὶ δῆτα διαλέξομαι πρὸς σὲ περὶ τῶν τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς κινημάτων· οὐ γὰρ ἔχω πρὸς ὅντινα ἄλλον ἀντὶ τῆς σῆς φίλης καὶ συντρόφου μοι κεφαλῆς. σὲ γὰρ εἰκὸς καὶ μετέχειν μοι τῶν ἴσων φροντίδων, καὶ νύκτωρ ἀγρυπνεῖν καὶ μεθ' ἡμέραν σκοπεῖν ὅπως ἂν ἀγαθόν τί μοι γένοιτο καὶ ὅπως ἂν κακόν τι διαφύγοιμι. ἄκουε τοίνυν ὡς ἔχει τἀμά, τὰ πλείω δ' ἂν αὐτῶν καὶ εἰδείης. μικρὸν ἀράμενος φορτίον καλῶς ἐνεγκεῖν μοι δοκῶ τὸ μέχρι τοῦδε φιλοσοφίαν· διὰ δὲ τὸ δόξαι μὴ παντάπασιν ἁμαρτάνειν αὐτῆς, ἐπαινεθεὶς ὑπ' ἐνίων, ἀξιοῦμαι μειζόνων παρὰ τῶν οὐκ εἰδότων κρῖναι ψυχῆς ἐπιτηδειότητα. φοβοῦμαι δὲ μὴ χαῦνος γενόμενος καὶ προσέμενος τὴν τιμὴν ἀμφοῖν διαμάρτω, τοῦ μὲν ὑπεριδὼν τοῦ δὲ τῆς ἀξίας οὐκ ἐφικόμενος. σκόπει γὰρ οὕτω. δύο τούτοις ἑκάστοτε μερίζω τὸν χρόνον, παιδιᾷ καὶ σπουδῇ. καὶ σπουδάζων ἴδιός εἰμι, μάλιστά γε τὰ θεῖα, καὶ παίζων κοινότατος· οἶσθα γὰρ ὡς ὅταν ἀνακύψω τῶν βιβλίων, ἐπιρρεπής εἰμι πρὸς ἅπασαν παιδιάν. πολιτικῆς δὲ φροντίδος ἀμοιρῶ καὶ φύσει καὶ μελέτῃ. τὸν ἱερέα δὲ ἄνδρα δεῖ θεσπέσιον εἶναι, ὃν γε πρὸς μὲν παιδιὰν ἅπασαν ἴσα καὶ θεὸν ἀμείλικτον εἶναι χρή, ὃς ἵνα τηρῇ τὴν ὑπόθεσιν, ὑπὸ μυρίων ὀμμάτων φρουρεῖται, ὧν οὐδὲν ἢ μικρὸν ὄφελος εἰ μή τις εἴη κατεσκευασμένος σύννους τε καὶ πρὸς ἅπασαν γλυκυθυμίαν ἀνένδοτος. τὰ δέ γε πρὸς τὸν θεὸν οὐκ (248) ἂν ἴδιος ἀλλὰ κοινότατος εἴη, νομοδιδάσκαλος ὢν καὶ νενομισμένα φθεγγόμενος. χρὴ δὲ αὐτὸν καὶ πράγματα πράττειν ὅσα πάντες ἅμα· τὰ γὰρ ἁπάντων μόνον δεῖ πράττειν ἢ πάσαις αἰτίαις ἐνέχεσθαι. πῶς οὖν οὐκ εὐμεγέθους ψυχῆς καὶ κρατίστης ἐνέγκαι τοσοῦτον ὄγκον φροντίδων, καὶ μὴ κατακλύσαι τὸν νοῦν μηδὲ κατασβεσθεῖσαν ἐν τῇ ψυχῇ περιιδεῖν τὴν μοῖραν τὴν θείαν, οὕτω παντοδαπῶν ἐπιτηδευμάτων ἀπαγόντων αὐτόν; εὖ οἶδ' ὅτι δυνατὸν ἐνίοις τοῦτο, καὶ μακαρίζω τὰς φύσεις αὐτῶν, κἀκείνους ἀληθῶς ἡγοῦμαι τοὺς θείους ἄνδρας, οὓς τὸ ὁμιλεῖν πάνυ πράγμασιν ἀνθρωπίνοις μὴ ἀποκόπτει τοῦ θείου. ἀλλὰ καὶ ἐμαυτὸν οἶδα εἰς ἄστυ τε κατιόντα καὶ ἀπ' ἄστεος ἀνιόντα, καὶ ἐνειλούμενον τοῖς πρὸς τὰ γεώδη μεθέλκουσι, καὶ κηλῖδος ἐμπιπλάμενον οὐκ ἂν εἴποι τις ὅσης· τῷ γὰρ οἰκείους εἶναί μοι καὶ πάλαι μολυσμοὺς καὶ τὸ τυχὸν μέρος ἐπιγινόμενον εἰς προσθήκην μέγα συμβάλλεται. ῥώμη δ'

a gratias haberem (247) quod me tantis rebus dignantur, quantis ne ego quidem me dignum iudico. Verum non istud demum, quam magna deferant, spectare convenit, sed quam sint eiusmodi, a me ut accipi possint. Etenim hominem prope divinos honores capere, si quidem dignus sit qui assequatur, ad animi fructum accidit suavissimum; sin multum rei dignitate sit inferior, id acerbam illi futuri spem obicit. Neque enim recens ille mihi metus est sed cum primis antiquus, *ne qua re in deum peccans honorem ab hominibus consequar.* Ego vero cum me ipsum considero, omnino inferiorem sentio quam ut
b episcopali fastigio respondere possim. Ac libet modo mei tibi animi motus exponere. Non enim apud alium quam amicissimum tuum unaque mecum educatum caput commodius hoc possum facere. Nam te est æquum et earumdem mecum curarum participem esse, et cum noctu vigilare tum interdiu cogitare quemadmodum aut boni mihi contingat aliquid aut mali quidpiam evitare possim. Audi igitur qui sit mearum rerum status, quarum pleraque iam te arbitror cognoscere. Cum exiguum onus suscepissem, hoc mihi hactenus commode sustinuisse
c videor, philosophiam nimirum. Pro eo vero quod non penitus ab ea aberrare videor, a nonnullis laudatus, maioribus dignus ab iis existimor, qui animi facultatem habilitatemque discernere nequeant. Vereor autem ne arrogantior factus et eum honorem admittens ab utroque excidam, cum alterum quidem contempsero, alterius vero non fuero dignitatem assecutus. Sic enim habeto. Duobus hisce tempus identidem distinguo, ludo atque studiis. Ac cum in studiis occupor, tum mihi uni de-
d ditus sum, in divinis præsertim; in ludendo vero maxime sum omnibus expositus. Scis enim me, cum a libris oculos avocavi, ad omne ludorum genus esse propensum. Civilis porro curæ ac sollicitudinis et natura et studio sum prorsus expers. At episcopum divinum esse hominem oportet, utpote qui ab omni ludo peræque ac deus ipse alienus et inexorabilis esse debeat: qui quo vitæ suæ propositum teneat, ab innumerabilibus oculis custoditur, quorum aut nulla aut perexigua utilitas est, nisi ita sit factus quispiam, ut ad mœstitiam sit compositus et ad
a nullam voluptatem infringi atque emolliri possit. In iis autem quæ ad deum pertinent, non (248) ille sibi uni vacans sed communissimus omnium esse debet, ut qui legum doctor sit et quæ legibus consentanea sunt loquatur. Necesse vero est ipsum tam multa unum negotia sustinere, quam multa cæteri simul omnes. Unus enim quæ omnium sunt efficere debet, aut criminationibus omnibus obnoxius sit oportet. Quomodo igitur non ingentis cuiusdam et præstantissimi erit animi tantam curarum molem pondusque sustinere, nec iis mentem
b obruere, nec in animo restinctam divinam particulam negligere, cum ipsum tanta studiorum varietas distraxerit? Nec me præterit, fieri istud ab aliquibus posse, et istiusmodi felicem indolem prædico, ac re ipsa divinos illos esse viros censeo, quos assidua humanarum rerum tractatio a divina consuetudine non avocet. Sed ego me ipsum intelligo et ad urbem descendere et ab urbe ascendere solere, iisque rebus implicari quæ ad terrena et infima detrahant, et quantis nemo dixerit sordibus inquinari. Nam ad ipsum, quod privatæ mihi et inveteratæ

οὐκ ἔστι μοι καὶ τἄνδον οὐχ ὑγιᾶ, καὶ πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀρκεῖν οὐχ οἷός τ' εἰμι, καὶ πολλοῦ δέω τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος φέρειν ἀνίαν. καὶ ὁσάκις ἄν μέ τις ἔρηται, λέγειν διαρρήδην οὐκ ἀναδύομαι ὡς τὸν ἱερέα διὰ πάντων ἀκηλίδωτον εἶναι προσήκει πολλῷ τῷ περιόντι, ὡς καὶ ἑτέρους τῶν μιασμάτων ἐκπλυνοῦντα. κἀκεῖνο δεῖ προσεῖναι τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράμμασι· πάντως δὲ ἀναγνώσονται συχνοὶ τὴν ἐπιστολήν. καὶ γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτου χάριν αὐτὴν ὑπηγόρευσα, τοῦ πᾶσι καταφανὴς εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἵν' ὅ τι ἂν ἀποβῇ, καὶ πρὸς θεοῦ καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀναίτιος ὦ, καὶ οὐχ ἥκιστα πρὸς τοῦ πατρὸς Θεοφίλου. τιθεὶς γὰρ ἐν μέσῳ τἀμὰ καὶ διδοὺς ἐξ ἁπάντων αὐτῷ βουλεύσασθαι περὶ ἡμῶν, πῶς ἂν ὑπαίτιος εἴην; ἐμοὶ τοιγαροῦν ὅ τε θεὸς ὅ τε νόμος ἥ τε ἱερὰ Θεοφίλου χεὶρ γυναῖκα ἐπιδέδωκε. προαγορεύω τοίνυν ἅπασι καὶ μαρτύρομαι ὡς ἔγωγε ταύτης οὔτε ἀλλοτριώσομαι καθάπαξ, οὔθ' ὡς μοιχὸς αὐτῇ λάθρᾳ συνέσομαι (τὸ μὲν γὰρ ἥκιστα εὐσεβές, τὸ (249) δὲ ἥκιστα νόμιμον), ἀλλὰ βουλήσομαί τε καὶ εὔξομαι συχνά μοι πάνυ καὶ χρηστὰ γενέσθαι παιδία. ἓν τοῦτο δεῖ τὸν κύριον τῆς χειροτονίας μὴ ἀγνοῆσαι, μαθέτω δὲ αὐτὸ παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν ἑταῖρον Παῦλον καὶ Διονύσιον, οὓς πρεσβευτὰς ᾑρῆσθαι παρὰ τοῦ δήμου πυνθάνομαι. ἐκεῖνο δὲ οὐδὲν δεῖ μαθεῖν αὐτὸν ἀλλ' ὑπομνησθῆναι, διαλέξομαι δὲ πλείω περὶ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἂν ἅπαντα τἆλλα μικρὰ πρὸς ἕν τις ἂν τοῦτο θεῖτο. χαλεπόν ἐστιν, εἰ μὴ καὶ λίαν ἀδύνατον, εἰς ψυχὴν τὰ δι' ἐπιστήμης εἰς ἀπόδειξιν ἐλθόντα δόγματα σαλευθῆναι. οἶσθα δ' ὅτι πολλὰ φιλοσοφία τοῖς θρυλουμένοις τούτοις ἀντιδιατάττεται δόγμασιν. ἀμέλει τὴν ψυχὴν οὐκ ἀξιώσω ποτὲ σώματος ὑστερογενῆ νομίζειν. τὸν κόσμον οὐ φήσω καὶ τἆλλα μέρη διαφθείρεσθαι. τὴν καθωμιλημένην ἀνάστασιν ἱερόν τι καὶ ἀπόρρητον ἥγημαι, καὶ πολλοῦ δέω ταῖς τοῦ πλήθους ὑπολήψεσιν ὁμολογῆσαι. νοῦς μὲν οὖν φιλόσοφος ἐπόπτης ὢν τἀληθοῦς συγχωρεῖ τῇ χρείᾳ τοῦ ψεύδους· ἀνάλογον γάρ ἐστι φῶς πρὸς ἀλήθειαν καὶ ὄμμα πρὸς νοῦν. ᾗ οὖν ὀφθαλμὸς εἰς κακὸν ἂν ἀπολαύσειεν ἀπλήστου φωτὸς καὶ ᾗ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ σκότος ὠφελιμώτερον, ταύτῃ καὶ τὸ ψεῦδος ὄφελος εἶναι τίθεμαι δήμῳ καὶ βλαβερὸν τὴν ἀλήθειαν τοῖς οὐκ ἰσχύουσιν ἐνατενίσαι πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἐνάργειαν. εἰ ταῦτα καὶ οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης συγχωροῦσιν ἐμοὶ νόμοι, δυναίμην ἂν ἱερᾶσθαι τὰ μὲν οἴκοι φιλοσοφῶν τὰ δ' ἔξω φιλομυθῶν· εἰ μὴ διδάσκων, ἀλλ' οὐδὲ μέντοι μεταδιδάσκων, μένειν δ' ἐῶν ἐπὶ τῆς προλήψεως. εἰ δέ φασιν οὕτω δεῖν καὶ κινεῖσθαι, καὶ δῆμον εἶναι τὸν ἱερέα ταῖς δόξαις, οὐκ ἂν φθάνοιμι φανερὸν ἐμαυτὸν ἅπασι καθιστάς. δήμῳ γὰρ δὴ καὶ φιλοσοφίᾳ τί πρὸς ἄλληλα; τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν θείων ἀπόρρητον εἶναι δεῖ, τὸ δὲ πλῆθος ἑτέρας ἕξεως δεῖται. αὖθις δὲ καὶ πολλάκις ἐρῶ, μηδεμιᾶς ἀνάγκης παρούσης οὔτ' ἐλέγχειν σοφὸν οὔτ' ἐλέγχεσθαι. καλούμενος δ' εἰς ἱερωσύνην οὐκ

labes inoleverint, quidquid vel minimum adiectum fuerit,
c cumulatissimam accessionem facit. Robur autem nullum mihi est, nec quæ intus sunt firma sunt satis, et ad externa sufficere nequeo, longeque absum a conscientiæ ferendis angoribus. Ac quotiens a me aliquis sciscitatur, palam sine ulla cunctatione dico, episcopum nulla omnino labe pollui debere, multum ut ei supersit, tanquam qui aliorum quoque piacula ac sordes abstergat. Quin etiam in iis, quas fratri scribo, litteris, hoc apponi insuper
d necesse est. Omnino enim complures hanc epistolam legent. Nam huius potissimum eam gratia dictavi, quo manifeste omnibus constaret me onus istud reformidare, ut, quidquid acciderit, et apud deum, et apud homines culpa omni caream: imprimis vero apud patrem Theophilum. Cum enim mea omnia palam in medium proferam, atque ex omnibus de me illi deliberandi potestatem faciam, quid est quod ego accusari merito possim? Mihi igitur et deus ipse et lex et sacra Theophili manus uxorem dedit. Quare hoc omnibus prædico testorque,
a neque me ab ea omnino velle separari, neque adulteri more cum ea clanculum consuescere. Alterum enim nequaquam pium est, (249) alterum illicitum. Sed hoc utique cupiam ac precabor, plurimos mihi et quam optimos esse liberos. Hoc unum ab eo ignorari non oportet, penes quem creandi potestas est. Quod de sodali Paulo ac Dionysio intellegere potest, quos quidem legatos a populo decretos audio. Illud vero docendus non est, sed in memoriam duntaxat ei revocandum; ac plura sane ea de re disputabo. Nam cætera omnia si quis cum hoc uno contulerit, parva ac contemnenda censeantur.
b Difficile est, vel fieri potius nullo pacto potest, ut quæ scientiæ beneficio ad demonstrationem deducta in animum pervenerint dogmata convellantur. Scis autem philosophiam cum plerisque ex pervulgatis istis pugnare decretis. Etenim nunquam profecto mihi persuasero, animum origine esse posteriorem corpore. Mundum ac cæteras eius partes una interire nunquam dixero. Tritam illam ac decantatam resurrectionem sacrum quidpiam atque arcanum arbitror, longeque absum ab vulgi comprobandis opinionibus. Animus certe quidem philosophia imbutus ac veritatis inspector mentiendi necessitati non-
c nihil remittit; lux enim veritati, oculus menti proportione quadam respondent. Et ut oculus ipse non sine damno suo immodica luce perfruatur, atque ut ophthalmicis caligo magis expedit, sic mendacium vulgo prodesse arbitror, e contrario nocere veritatem iis qui in rerum perspicuitatem intendere mentis aciem nequeunt. Hæc si mihi episcopatus nostri iura permittant, possum hanc dignitatem admittere, ita ut domi quidem philosopher, foris vero fabulas seram, ut nihil penitus docens, sic
d nihil etiam dedocens atque in præsumpta opinione animi permanere sinens. Sin ita etiam moveri dixerint oportere et episcopum opinionibus esse popularem, ego me illico manifestum omnibus præbebo. Vulgo enim cum philosophia quid esse commune potest? Divinarum quidem rerum veritatem occultam esse convenit: vulgus alio modo affectus esse debet. Rursus hoc ego dicam ac sæpius, si nulla cogat necessitas, neque convincere neque convinci duco esse sapientis. Sed si ad episcopale munus

ἀξιῶ προσποιεῖσθαι δόγματα. ταῦτα θεόν, ταῦτα ἀνθρώπους μαρτύρομαι. οἰκεῖον ἀλήθεια θεῷ, (250) a ᾧ διὰ πάντων ἀναίτιος εἶναι βούλομαι. ἓν τοῦτο μόνον οὐχ ὑποκρίνομαι. ἐπεὶ καὶ φιλοπαίγμων ὢν (ὅς γε παιδόθεν αἰτίαν ἔσχον ὁπλομανεῖν τε καὶ ἱππομανεῖν πέρα τοῦ δέοντος) ἀνιάσομαι μέν (τί γὰρ καὶ πάθω τὰς φιλτάτας κύνας ἀθήρους ὁρῶν καὶ τὰ τόξα θριπήδεστα;) καρτερήσω δέ, ἂν ἐπιτάττῃ θεός, καὶ μισόφροντις ὢν ὀδυνήσομαι μέν ἀνέξομαι δὲ δικιδίων καὶ πραγμάτων, λειτουργίαν τινὰ ταύτην, εἰ καὶ βαρεῖαν, ἐκπιμπλὰς τῷ θεῷ. δόγματα δὲ οὐκ ἐπηλυγάσομαι, οὐδὲ στασιάσει μοι πρὸς τὴν γλῶτταν ἡ b γνώμη. οὕτω φρονῶν, οὕτω λέγων ἀρέσκειν οἶμαι θεῷ. οὐ βούλομαι δὲ καταλελεῖφθαί τινι περὶ ἐμοῦ λόγον, ὡς ἀγνοηθεὶς ἥρπασα τὴν χειροτονίαν· ἀλλ' εἰδὼς ὁ θεοφιλέστατος πατὴρ Θεόφιλος καὶ ὡς ἐπίσταται σαφές μοι ποιήσας, οὕτω βουλευσάσθω περὶ ἐμοῦ. ἢ γὰρ κατὰ χώραν ἐάσει μένειν ἐπ' ἐμαυτοῦ φιλοσοφοῦντα, ἢ τοῦ μετὰ ταῦτα κρίνειν καὶ διαγράφειν ἡμᾶς τοῦ χοροῦ τῶν ἱερέων ἑαυτῷ χώραν οὐχ ὑπολείψει. πρὸς ταῦτα λῆρός ἐστιν ἅπασα γνώμη· c τὸ γὰρ ἀληθὲς εὖ οἶδ' ὅτι τῷ θεῷ προσφιλέστατον. καὶ νὴ τὴν ἱεράν σου κεφαλήν, καὶ ἔτι πρὸ ταύτης νὴ τὸν ἔφορον ἀληθείας θεόν, ἄχθομαι μέν (πῶς γὰρ οὐ μέλλω, δεῆσαν ὥσπερ εἰς βίον ἀπὸ βίου μετασκευάζεσθαι;) εἰ δὲ τούτων φανερῶν γενομένων ἅπερ οὐκ ἀξιῶ λανθάνειν ἐγκρίνειεν ἡμᾶς ἱερεῦσιν ᾧ τοῦτο δέδωκεν ὁ θεός, ὑποδύσομαι τὴν ἀνάγκην καὶ ὡς θεῖον σύνθημα καταδέξομαι· λογίζομαι γὰρ ὅτι καὶ βασιλέως ἂν ἐπιτάξαντος καὶ κακοδαίμονός τινος Αὐγουσταλίου d δίκην ἂν ἔδωκα μὴ πειθόμενος. τῷ θεῷ δ' ἐθελοντὴν δεῖ πείθεσθαι. εἰ δὲ μὴ προσίεταί με λειτουργὸν ὁ θεός, καὶ ἐκ προοιμίων δεῖ τὸ θειότατον ἀγαπᾶν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν ἐναντιωτάτων, ὁποῖόν ἐστι τὸ ψεῦδος, εἰς τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ παραδύεσθαι. γενοῦ δὴ τοῦ τοὺς σχολαστικοὺς εἰδέναι τε ταῦτα καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐξαγγεῖλαι.

vocer, nolo ementiri dogmata. Horum deum, horum homines testes facio. Affinis est deo veritas, apud (250) quem criminis expers omnis esse cupio. Hoc unum ego dissimulare nequeo. Nam cum ludendi appetens sim (ut cui iam inde a pueritia armorum et equorum immoderatum studium probro datum fuerit), mœrore quidam afficiar; quomodo enim carissimos mihi canes venationis expertes intueri potero vel arcus a teredinibus exesos? feram tamen utcunque, si ita deus iubeat. Et quamvis a curis alienus sim, non sine molestia quidem, sed liticulas tamen ac negotia sustinebo, munus istud, utcunque grave, deo præstans. Dogmata porro mea nequaquam obtegam, neque mihi ab animo lingua dissidebit. Ita sentiens itaque dicens placere me deo arbitror. Nolo autem sermonem de me cuiquam præbere, quasi ignotus electionem illam raptim occupaverim. Sed ut rei totius gnarus deo carissimus pater Theophilus ac quemadmodum probe omnia norit perspicue mihi significans, ita de me ipso statuat. Aut enim meo me in vitæ statu persistere ac mecum philosophari permittet; aut iudicii de me postea ferendi meique ab episcopali ordine deponendi locum sibi nullum relinquet. Cum his alia omnia consilia si comparentur, nugæ sunt meræ. Veritatem enim scio deo imprimis acceptam esse. Ac per sacrum caput tuum iuro et, quod eo mihi antiquius est, per veritatis præsidem deum, moleste id quidem fero. Qui enim non debeam, cum me ab uno ad aliud vitæ genus demigrare necesse sit? Sed si posteaquam ista manifesta fuerint quæ celari minime volo in episcoporum numerum nos ascribat cui eius rei potestas a deo commissa est, cedam necessitati ac tanquam divinitus oblatam tesseram accipiam. Ita enim apud me existimo; si quid mihi aut imperator præcipiat aut infelix nescio quis Augustalis, pœnas utique dem, nisi mandatis obtemperem. Deo autem sponte obtemperandum est. Quod si administro me uti noluerit deus, vel ipso statim initio bonorum omnium longe divinissimum adamanda veritas est potius, quam ut contraria maxime ratione, cuiusmodi mendacium est, in famulatum illius irrepam. Quamobrem cura ut hæc a scholasticis intellegantur et ad illum perferantur.

ρϛʹ. Τῷ αὐτῷ.

Ἠρόμην τὸ μειράκιον ὑπὲρ τοῦ σιλφίου (251) πότερον a ἀπὸ γεωργίας σοι γέγονεν, ἢ δῶρον λαβὼν ἔθου μερίδα κἀμοί. καὶ δῆτα μαθὼν ὡς τὸ σπουδαζόμενον ὑπὸ σοῦ κηπίον πρὸς ἅπασι καὶ τοῦτον ἐκόμισε τὸν καρπόν, ἥσθην διπλῆ, τῷ τε κάλλει τοῦ λαχάνου καὶ τῇ φήμῃ τοῦ τόπου. ὄναιο τοῦ παμφόρου χωρίου, καὶ μήτε σὺ κάμοις ἐπαντλῶν ταῖς φιλτάταις πρασιαῖς, μήτ' ἐκεῖναί ποτε πρὸς τὰς ὠδῖνας ἀπαγορεύσειαν, ἵν' ἔχοις αὐτός τε χρῆσθαι καὶ ἡμῖν διαπέμπειν ὅσα φέρουσιν ὧραι. b

CVI. Eidem.

De laserpitio ex adolescente quæsivi (251) utrum ex cultura tibi provenisset, an eo tibi munere dato partem mihi seposuisses. Statimque ut intellexi, hortulum illum tuum, cuius tantopere studiosus es, præter alia omnia hunc etiam fructum attulisse, dupliciter gavisus sum, cum oleris pulchritudine tum loci illius fama. Macte esto tam fertili atque uberi prædio: nec tu unquam carissimas areolas irrigans fatigeris, nec illæ ad eiusmodi partus lassæ unquam effetæque sint, ut et utaris ipse et ad nos mittere possis quæcunque tempestates ferunt.

ρζʹ. Τῷ αὐτῷ.

Ἡδὺς εἶ κωλύων ἡμᾶς ὅπλα κατασκευάζεσθαι, τῶν πολεμίων μὲν ἐπεχόντων καὶ λείαν ἅπαντα ποιου-

CVII. Eidem.

Iucundus es, cum nos arma comparare prohibes, hostibus late omnia tenentibus omniaque deprædantibus

μένων καὶ ἀποσφαττόντων ὁσημέραι δήμους ἀθρόους, στρατιωτῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὥστε καὶ φαίνεσθαι. εἶτα λέξεις ὡς οὐκ ἐξὸν ἰδιώταις ἀνθρώποις ὁπλοφορεῖν, ἀποθνήσκειν δ' ἐξόν, εἴπερ καὶ ἡ πολιτεία χαλεπαίνει τῷ πειρωμένῳ σώζεσθαι; ἀλλ' εἰ μηδὲν ἄλλο κερδανῶ, τὸ γοῦν τοὺς νόμους γενέσθαι κυρίους ἀντὶ τούτων τῶν ἀλαστόρων. καὶ πόσου δοκεῖς τοῦτο τιμῶμαι, πάλιν εἰρήνην ἰδεῖν καὶ βῆμα κείμενον καὶ κήρυκα σιγὴν ἐπιτάττοντα. αὐτίκα τεθναίην τὸ πρῶτον σχῆμα τῆς c πατρίδος ἀπολαβούσης.

atque in dies integros populos iugulantibus, cum neque miles ullus adsit, qui quidem compareat. Quæ cum ita sint, tamenne licere negabis privatis hominibus arma ferre? Mori autem licere dices, si iis, qui saluti suæ consulant, res publica succenseat? Verum si nihil aliud, hoc saltem lucrifaciam, ut pro exsecrandis illis pestibus leges ac iura dominentur. Quanti vero istud a me fieri putas, pacem ut rursum videam, tribunal ornatum et præconem silentium indicentem? Extemplo moriar, ubi primum pristinam formam patria recuperarit.

ρη'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐμοὶ λόγχαι μὲν ἤδη γεγόνασι τριακόσιαι καὶ κοπίδες τοσαῦται, ξίφη δὲ ἀμφήκη καὶ πρότερον ἦν οὐ πλείω τῶν δέκα· παρ' ἡμῖν δὲ οὐ χαλκεύεται τὰ πάνυ προμήκη ταῦτα σιδήρια. ἀλλ' οἶμαι τὰς κοπίδας ἐρρωμενέστερον ἐμβάλλειν τοῖς τῶν ἀντιτεταγ- d μένων σώμασι. τούτοις οὖν χρησόμεθα. εἰ χρηστέον δέ, καὶ κορύνας ἕξομεν· ἀγαθοὶ δὲ οἱ κότινοι παρ' ἡμῖν. ἐνίοις δὲ ἡμῶν εἰσὶ καὶ πελέκεις ἑτερόστομοι παρὰ τὴν ζώνην ἑκάστῳ, οἷς τὰς ἀσπίδας αὐτῶν ἀλοήσαντες ἐν ἴσῳ στήσομεν αὐτοὺς οἱ μηδὲν ἔχοντες ὅπλων πρόβλημα. ὁ δὲ ἀγών, ὡς εἰκάσαι, τῆς ὑστεραίας· τοῖς γὰρ σκοποῖς ἡμῶν προεντυχόντες ἔνιοι τῶν πολεμίων καὶ διώξαντες ἀνὰ κράτος, ὡς ἔγνωσαν κρείττους ὄντας ἢ ἁλῶναι, ἐκέλευσαν ἀγγέλλειν ἡμῖν ἅττα (252) ἥδιστα ἡμῖν, εἰ μηκέτι δεήσει πλανᾶ- a σθαι ζητοῦντας ἀνθρώπους ἐνδυομένους ἠπείρου πλάτη. μένειν γὰρ ἔφασαν, καὶ ἐθέλειν μαθεῖν οἵτινες ὄντες ἡμερῶν τοσούτων ὁδὸν ἀποσπάσαι τῆς χώρας ἐτολμήσαμεν, ἐφ' ᾧ συμμῖξαι πολεμισταῖς ἀνθρώποις βίον ζῶσι νομαδικὸν καὶ τὰ εἰς πολιτείαν οὕτω καταστησαμένοις, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς. ὡς οὖν αὔριον σὺν τῷ θεῷ τοὺς πολεμίους νικήσων, ἂν μέντοι δέῃ, πάλιν νικήσων (μηδὲν γὰρ ἀπαίσιον φθεγξαίμην), ἐπισκήπτω σοι τῶν παιδίων ἐπιμεληθῆναι. προσήκει b δὲ ὄντι θείῳ εἰς αὐτὰ ἀπομνημονεῦσαι τὴν χάριν.

CVIII. Eidem.

Mihi iam trecentæ lanceæ fabricatæ sunt et machæræ totidem, ancipites vero gladii iam antea non plures decem fuere. Apud nos autem oblonga ista ferramenta non cuduntur. Sed machæras opinor validius in corpora hostium incumbere. Quare iis utemur. Atque etiam si iis opus sit, clavas habebimus; optimi enim sunt apud nos oleastri. Quidam nostrum secures habent in zona singuli altera tantum acutas parte, quibus eorum scuta tundentes æquo nobiscum Marte decertare cogemus, qui nullum armorum munimentum habemus. Prælium autem, quantum conicio, postridie committetur. Nam cum hostium quidam in speculatores nostros incidissent, totisque viribus insecuti essent, ubi velociores eos esse quam ut capi possent agnoverunt, renuntiare nobis iusserunt quæ iucundissima (252) sunt; si nimirum non amplius oberrandum nobis erit ad eos homines vestigandos, qui in vastas continentis regiones subeunt. Manere enim sese dixerunt, velleque cognoscere, cuiusmodi tandem homines simus, qui tot dierum itinere ab nostris sedibus abstrahi non dubitaverimus, ut cum bellicosis hominibus manus consereremus, qui palantes ac segregati vivunt, eademque reipublicæ forma, qua nos expeditionis atque exercitus, utuntur. Igitur tanquam crastina die favente deo hostes superaturus, aut, si ita tamen necesse sit, rursum superaturus (nihil enim male ominari velim), liberorum meorum curam tuæ fidei commendo. Te enim, qui patruus sis, meæ apud te gratiæ memoriam in eos transferre convenit.

ρθ'. Τῷ αὐτῷ.

Οὐκ ὄνος οὐχ ἡμίονος οὐχ ἵππος ἔστι μοι, ἁπάντων ἀνειμένων εἰς πόαν, οἷς χρησάμενος ἂν ἦλθον ὡς σὲ τὴν φιλτάτην μοι κεφαλήν. βαδίζειν δὲ πάνυ μὲν ἐβουλόμην, καὶ τυχὸν ἐδυνάμην, οὐ μὴν ἔφασαν οἱ προσήκοντες δεῖν, ἵνα μὴ διατριβὴ τοῖς ἀπαντῶσι γενοίμεθα. τούτους c γάρ, οἵτινες ἂν ὦσιν, οὕτω πάνυ σοφοὺς ἥγηνται καὶ τοσοῦτον νοῦν ἔχειν, ὡς ἕκαστον αὐτῶν ἄμεινον ἂν ἐμοῦ σκέψασθαι περὶ τῶν πρεπόντων ἐμοί. τοσούτων ἡμᾶς ἐξαρτῶσι κριτῶν οἱ πρὸς δόξαν τὴν ἔξω ζῆν ἀναγκάζοντες. περιεγένοντο δὲ οὐ νουθετοῦντες ἀλλὰ τὸν βιαιότερον τρόπον, ἐπειδὴ προῄειν, οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ' ἀντιλαμβανόμενοι τοῦ τριβωνίου. τί οὖν ὑπόλοιπον ἢ τὴν ἐπιστολὴν ἀντ' ἐμοῦ στεῖλαι πρὸς σέ; δι' ἧς ἀσπάζομαί τέ σε, καὶ πυνθάνομαι τίνα τὰ ἀπὸ

CIX. Eidem.

Neque asini mihi neque muli aut equi copia est, omnibus ad pabula dimissis, quibus ad te amicissimum mihi caput possem contendere. Pedibus porro iter facere plane quidem volebam, ac fortassis etiam poteram; sed propinqui committendum istud negarunt, ne iis qui occurrerent risum de nobis præberemus. Hos enim, qualescunque demum sint, usque adeo sapientes esse putant tantaque mentis solertia, ut unusquisque melius quid me deceat, quam ego ipse, pervideat. Ita multis nos arbitris devinciunt qui nos hominum famæ existimationique servire cogunt. Pervicere autem non admonendo duntaxat, sed maiore quadam adhibita vi. Quippe cum ego proficiscerer, permittere noluerunt, sed me pallio retraxerunt. Quid igitur reliquum erit, nisi ut vicariam mei hanc ad te epistolam mitterem, qua tibi salutem

Πτολεμαΐδος ἀγώγιμα (λόγους καινούς, οὓς εἰκός σε d κομίζειν ἀπὸ τοῦ στρατηγίου), καὶ μάλιστα τίνα τὰ κατὰ τὸ θρυλούμενον ἀπόρρητον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας· οἶσθα γὰρ ὅτι πάνυ μοι διαφέρει γενόμενον οὕτω καὶ μὴ γενόμενον. εἰ μὲν οὖν ἕκαστα σαφῶς ἔχουσαν ἐπιστολὴν ἐκπέμψεις, ἕξω κατὰ χώραν· εἰ δὲ μή, καὶ σύ με μέμψῃ περὶ τοῦ δρόμου.

impertio : tum illud abs te quæro, quidnam e Ptolemaide allatum sit (recentes nescio quos sermones intellego, quos e prætorio reportare te verisimile est), præsertim quid sit illud pervulgatum arcanum ex occidente. Scis enim mea interesse, ita factum an secus fuerit. Itaque si quidem litteras ad me perspicua omnia significantes miseris, manebo; sin minus, tu me ipse quoque de suscepto ad te cursu reprehendes.

ρι'. Τῷ αὐτῷ.

Χιλᾶς ὁ πορνοβοσκός, ὃν οὐκ εἰκὸς ὑπὸ πολλῶν ἀγνοεῖσθαι διὰ τὴν ἐκ τῆς τέχνης λαμπρότητα (253) a (καὶ γὰρ ἡ μῖμος Ἀνδρομάχη τῆς τούτου γέγονε φάλαγγος, ἡ τὸ κάλλιστον γυναικῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἀνθήσασα), οὗτος ἐννεάσας τοῖς οὕτω καλοῖς ἐπιτηδεύμασι πρέπον ᾠήθη τοῖς προβεβιωμένοις αὐτῷ ἐν γήρᾳ στρατιωτικαῖς ἐλλαμπρύνεσθαι πράξεσιν. ἔναγχος οὖν ἥκει παρὰ βασιλέως στρατηγεῖν εὑρόμενος τῶν γενναιοτάτων Μαρκομάννων, οὓς εἰκὸς ἡμῖν ἐστὶ καὶ πρότερον ἀγαθοὺς στρατιώτας ὄντας, νῦν ἐπιτυχόντας καὶ πρέποντος στρατηγοῦ, μέγα τι καὶ γενναῖον ἔργον ἐπιδείξασθαι. ἔλεγε γοῦν Συριανῷ συγγενόμε- b νος (οἶσθα τὸν ἐκ γειτόνων ἰατρόν), ὁ δὲ Συριανὸς ἀπήγγειλε πρὸς ἡμᾶς ἐν οἷς ἀπολείποι τὸ θεῖον στρατόπεδον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τί ἂν δέοι πρὸς σὲ γράφειν, ὧν κἀγὼ παρέργως ἠκροασάμην; ἐφ' οἷς δὲ αὐτὸς ἀκούσας ἥσθην ὑπερφυῶς, σέ τε δι' αὐτῶν εὐφρᾶναι βούλομαι, τάδε ἐστίν. ὁ θαυμάσιος Ἰωάννης μικρὸν εἰπεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστίν, ἐπιδούσης τῆς τύχης ἐν τοῖς ἐκείνου πράγμασιν ὅσον ἐπιδόσεως χωρεῖ, καί τινα καθ' ἑαυτὴν ὑπερβολὴν ἐξευρούσης. αὐτῷ τε γὰρ ἀνεῖται τὰ βασιλέως ὦτα, καὶ πρὸ τούτων ἡ γνώμη c χρῆσθαι πρὸς ὅ τι δέοιτο. καὶ ὅσα Ἀντίοχος δύναται, τούτῳ δύναται· δύναται δὲ Ἀντίοχος ὅσα βούλεται. Ἀντίοχον ἡγοῦ μὴ τὸν ἀπὸ Γρατιανοῦ, τὸ ἱερὸν ἀνθρώπιον, τὸ βέλτιστον μὲν τοὺς τρόπους, εἰδεχθέστατον δὲ τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἕτερός ἐστιν ὁ νεανίσκος ὁ προκοίλιος, ὁ Νάρσῃ τῷ Πέρσῃ παραδυναστεύσας τε καὶ ἐπιδυναστεύσας. τοῦτον ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν ἡ τύχη μέγαν ποιεῖ. τούτων οὕτως ἐχόντων εἰκός ἐστι κορώνης ἐνιαυτοὺς ἄρξαι παρ' ἡμῖν τὸν δικαιότατον ἄρχοντα, d τοῦ μὲν ὄντα συγγενῆ, τοῦ δὲ οἰκεῖον γενόμενον.

CX. Eidem.

Chilas leno, quem a paucis ignorari præ artis claritate verisimile est (253) (etenim Andromacha mima, quæ pulchritudinis laude præ omnibus ætatis nostræ mulieribus floruit, de eius cohorte fuit), hic igitur cum tam præclaris studiis iuventutem trivisset, anteactæ vitæ convenire arbitratus est, ut in senectute militaribus gradibus nomen suum illustraret. Nuper igitur venit fortissimorum Marcomannorum præfecturam ab imperatore sortitus, quos credibile est nobis, cum antea milites optimi fuerint, si iam idoneum ducem obtinuerint, memorabile aliquod atque egregium facinus edituros. Hic inter colloquendum Syriano dixit (nosti illum de vicinia medicum), Syrianus autem ad nos detulit, quonam in statu divina illa castra reliquisset. Cætera porro quid attinet scribere, quæ ego etiam obiter accepi? Sed quibus auditis mirifice sum delectatus, quorumque lætitiam impertiri volo, ea sunt eiusmodi. Egregius noster Ioannes, parvum hoc dictu est, in iisdem semper versatur, cum illius in rebus fortuna se in dies efferat quantum efferri potest, imo vero incrementum etiam sui aliquod excogitaverit. Nam illi patent imperatoris aures et, quod caput est, animus ipse, quod ad ea omnia quæ velit utatur. Et quidquid Antiochus potestatis habet, in illius commodum habet; potest autem Antiochus quæcunque libet. Antiochum dico, non eum qui cum Gratiano fuit, sanctum homuncionem, moribus spectatissimis, sed oppido deformem. Verum alius quidam est iuvenis ventrosus, qui apud Narsen Persam præcipua in auctoritate fuit, eamdemque post eum retinuit. Ab eo tempore magnum illum hucusque fortuna reddit. Quæ cum ita sint, consentaneum est cornicis annos præfuturum nobis æquissimum magistratum, qui cum altero cognatione, cum altero necessitudine sit coniunctus.

ρια'. Τρωΐλῳ.

Πυνθάνῃ περὶ Διοσκόρου πόσους ἀπαγγέλλει στίχους ἑκάστης ἡμέρας; πεντήκοντα. τούτους ἀποδίδωσιν οὐ προσπταίων, οὐ διλογῶν, οὐκ ἐφιστάμενος ἐφ' ᾧ τὴν ἀνάμνησιν ἀθροῖσαι σὺν χρόνῳ, ἀλλ' ἐπειδὰν ἄρξηται λέγειν, κατατείνει συνεχῶς· καὶ ἡ σιωπὴ τέλος ἐστὶ τῆς ἀπαγγελίας.

CXI. Troilo.

Quæris de Dioscoro, quot versus quotidie pronuntiet? quinquaginta. Hos quidem reddit, nihil hæsitans, nihil iterato repetens, neque identidem insistens ad colligendam cum tempore memoriam, sed postquam cœperit, continuo percurrit, pronuntiandique finis est silentium.

ριβ'. Τῷ αὐτῷ (254). a

Οὔτε ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄνθρωποι φιλοῦσι καὶ ἐπαι-

CXII. Eidem.

Neque easdem ob causas diligunt ac laudant homines

νοῦσιν, οὔτε μία δύναμις τῆς ψυχῆς ἐπ' ἄμφω τέτακται ταῦτα, ἀλλὰ τῷ παθητικῷ μὲν οἰκειούμεθα καὶ ἀλλοτριούμεθα, τῷ δὲ κρίνειν δυναμένῳ καὶ λόγον ἔχοντι τῆς ψυχῆς ἐπαινοῦμέν τε καὶ μεμφόμεθα.

nec eadem animæ facultas utrisque illis præstandis attributa est, sed ea quidem parte, qua affectibus movemur, conciliamur aut alienamur invicem: quæ vero iudicandi vi prædita est et rationem continet, ea laudamus aut reprehendimus.

ριγ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Εἶτα τοὺς μὲν κακοδαίμονας τούτους ὁρῶμεν ἀποθνήσκειν ἐθέλοντας ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων, ἅττ' ἂν λείαν περιποιήσωνται, τοῦ μηκέτι προέσθαι τοῖς κυρίοις αὐτά· ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ χώρας ὑπὲρ ἱερῶν ὑπὲρ νόμων ὑπὲρ κτημάτων, οἷς ἡμᾶς ὁ χρόνος συνηθεστέρους ἐποίησεν, οὐκ ἀφειδήσομεν ἑαυτῶν, ἀλλὰ περιεξόμεθα τῶν ψυχῶν; οὐκ ἄρα δόξομεν ἄνδρες εἶναι. ἐμοὶ μὲν οὖν ἰτέον ἐστὶν ἐπ' αὐτοὺς ὡς ἔχω, καὶ πεῖραν ληπτέον τῶν πάντα τολμώντων τούτων, οἵτινες ὄντες ἀξιοῦσι Ῥωμαίων καταγελᾶν, ἐχόντων ὅπως ποτὲ ἔχουσιν. ἀλλ' ἡ κάμηλος γάρ τοι, φασί, καὶ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀποθνήσκοντας ὡς ἐπίπαν ἐν τοῖς τοιούτοις ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου ποιουμένους τὸ ζῆν, καὶ ζῶντας ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεσαν. τούτων ἔσομαι· μαχοῦμαι γὰρ ὡς ἀποθανούμενος, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι περιέσομαι. Λάκων γὰρ ἄνωθέν εἰμι, καὶ οἶδα τὴν πρὸς Λεωνίδαν ἐπιστολὴν τῶν τελῶν μαχέσθων ὡς τεθναξόμενοι, καὶ οὐ τεθνάξονται.

CXIII. Fratri.

b Itane vero? vero miseros illos videamus sponte mortem cupere pro alienis rebus oppetere, quascunque deprædati fuerint, ne rursum iis, quorum illæ sunt, reddere cogantur? nos pro sedibus nostris, pro sacris, pro legibus, pro fortunis, quibus nos magis temporis diuturnitas assuefecit, non periculis omnibus vitam exponemus, sed animæ nostræ consulemus? Haud sane viri esse videbimur. Mihi quidem, utut habeo, recta in illos eundum est, experimentumque de tam audacibus hominibus capiendum, quales tandem cum sint, insultare Romanis non dubitent, quocunque ii modo sese habeant. Camelus enim, aiunt, etiam scabiosus multorum asinorum onera sustinet. c Enimvero et mori ferme in eiusmodi casibus eos video, qui vitæ suæ conservandæ plurimum student, et vivere quicunque vitam desperaverint. Horum ego unus ero. Pugnabo enim tanquam moriturus: nec dubito quin superstes sim futurus. A Lacedæmoniis enim ortum duco, et magistratum ad Leonidam litteras probe teneo: d *Tanquam illico morituri dimicent, et non morientur.*

ριδ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἶτα θαυμάζεις τοὺς αὐχμώδεις Φυκοῦντας οἰκῶν εἰ ῥιγοῖς καὶ τὸ αἷμα ἐξεπονήρευσας; τοὐναντίον μέντοι θαυμάζειν ἐχρῆν, εἰ ἔτι τὸ σῶμα κρεῖττόν ἐστι τῆς αὐτόθι φλογός. ἀλλ' ἔστι σοι παρ' ἡμᾶς ἐλθόντι σὺν τῷ θεῷ ῥᾴονι γενέσθαι, ἀπαλλαγέντι μὲν ἀέρος διεφθορότος ἐκ τῆς ἑλώδους ἀτμίδος, ἀπαλλαγέντι δὲ ὕδατος ἁλυκοῦ καὶ χλιαροῦ καὶ τὸ ὅλον ἑστῶτος, ὃ ταυτὸν ἔστιν εἰπεῖν καὶ νεκρόν. τί δὲ καὶ καλόν ἐστιν ἐπὶ τὴν ψάμμον τὴν αἰγιαλῖτιν ἀναπεσεῖν, ἣν μόνην ἔχετε διατριβήν; (256) ποῖ γὰρ δὴ καὶ τραπήσεσθε; ἐνθαδὶ δέ, οἷον μέν ἐστιν ὑπελθεῖν δένδρου σκιάν (κἂν δυσαρεστήσῃς, ἔστιν ἀμεῖψαι δένδρον ἐκ δένδρου καὶ ὅλον ἄλσος ἐξ ἄλσους), οἷον δὲ τὸ διαβῆναι παραρρέον ὑδάτιον; ὡς ἡδὺ δὲ καὶ ὁ ζέφυρος ὑποκινῶν ἠρέμα τοὺς κλάδους; ποικίλαι δὲ καὶ ὀρνίθων ᾠδαὶ καὶ ἀνθέων χρόαι καὶ λειμῶνος θάμνοι, τὰ μὲν γεωργίας ἔργα, τὰ δὲ φύσεως δῶρα, πάντα εὐώδη, γῆς ὑγιαινούσης χυμοί. τὸ δὲ τῶν Νυμφῶν ἄντρον οὐκ ἐπαινέσομαι· Θεοκρίτου γὰρ δεῖ. ἔστι δέ τι καὶ παρὰ ταῦτα.

CXIV. Eidem.

Et miraris, cum apud æstuosos Phycuntas habites, si rigeas et sanguinem corruperis? At contra mirandum hoc sane foret, si corpus tuum ardorem illum posset pervincere. Verum potes tu, favente deo, si ad nos migraveris, valetudinem recuperare, postquam aëre ex palustri vapore infecto liberatus fueris, liberatus item aquis salsis ac tepidis penitusque stantibus, quod idem et mortuum dicere licet. Quæ vero tandem voluptas est in littoris arena recumbere, qui unicus vobis est secessus? (255) Nam quo demum vos vertetis? Apud nos a vero licet sub arboris umbra considere (sin te fastidium capiat, ab una ad aliam arborem aut ab nemore transire ad nemus aliud licet), quale est autem præterfluentem aquulam transmittere? Quam est iucundus favonius qui ramos leniter impellit? Sed neque varii concentus volucrum desunt neque florum picturæ, aut in pratis frutices, partim agriculturæ opera, partim naturæ munera, fragrantia omnia ac telluris bene habitæ succi. Nympharum porro speluncam hic ego minime prædicabo. Theocrito enim opus est. Ac præter hæc etiam aliud est quiddam.

ριε'. Θεοδώρῳ ἰατρῷ.

Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἡ ὀλιγοσιτία. ἣν ἕτερος μὲν ἄν τις καὶ σκώψειε, σοὶ δὲ οὐ θέμις Ἱπποκράτην αὐχοῦντι, ὃς ἀφορίζων ἔφη τὴν ἔνδειαν ὑγιείας εἶναι μητέρα.

CXV. Theodoro medico.

b Necessarium bonum est cibi parcimonia. Quam ut alius quispiam irriserit, tibi certe nefas est, qui Hippocratem iactes, qui in brevibus sententiis inediam dixit sanitatis esse matrem.

ρις'. Αὐξεντίῳ.

Εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης

῞Ομηρος ἀποδιοπομπεῖται τὰ ἐκ φιλονεικίας κακά, c φιλοσοφία δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς πάροδον δίδωσιν εἰς ψυχήν. ἀλλ' ἡμεῖς ἀσθενέστεροι μὲν ἢ ὥστε φιλοσοφεῖν τό γε ἐμὸν μέρος, οὐ μὴν ἀξιοῦμεν παντάπασι φαυλότερον ἔχειν ἀνθρώπων στρατιωτῶν, ἐφ' οἷς ἡ ποίησις γέγονε. πάλιν οὖν Ὁμήρῳ χρηστέον, ὅς πού φησιν ἄρχε, σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος. d μάχη γὰρ μὴ γένοιτο μέν· εἰ δὲ γένοιτο, ὁ νεώτερος αὐτῆς ἀρχέτω, τοιοῦτο γάρ τι νοεῖται τῷ Ποσειδῶνι τὸ παραχωρεῖν τοῦ προκατάρξασθαι τῷ νεωτέρῳ θεῷ. τὸν δὲ πρεσβύτερον ἡγεμόνα δεῖ τῶν καλλίστων εἶναι· κάλλιστον δὲ ὁμόνοια. ἐγὼ δὲ ὡς οὐ σοῦ πρεσβύτερος μόνον ἀλλὰ καὶ ἤδη πρεσβύτης χροῒ δῆλον, ὁ Φερεκύδης φησίν. οὐκοῦν τὰ τῆς ἀπολογίας εἰς ἐμὲ περιίσταται. εἰ δὲ καὶ τὸν πρότερον ἁμαρτάνοντα δεῖ πρότερον ἐνδοῦναι, σὺ δέ με βούλει τοῦτον εἶναι, συγχωρῶ σὴν χάριν καὶ τοῦτο· δεῖ γὰρ ἀντιποιηθέντα σοῦ πρότερον εὐθὺς ἐθελήσαντί σοι χαρίσασθαι.

CXVI. Auxentio.

In montem aut pelagi undantes cum murmure fluctus

Homerus contentionis mala procul amandari desiderat. Philosophia vero ne initio quidem aditum illis ad animum præbet. Verum imbecilliores nos sumus, quam ut philosophemur, quod ad me quidem attinet; nolumus tamen militibus esse deteriores, quos versibus suis ille descripsit. Ergo iterum Homerus adhibendus erit, qui alicubi dixit *incipe*, *nam natu minor es*. Pugna enim atque contentio absit quidem omnino; sin aliqua intervenerit, eam iunior incipiat. Nam eiusmodi quidpiam Neptuno in animum venit, ut auspicandi prœlii iuniori deo potestatem faceret. Grandiorem vero natu præire ad honestissima quæque consentaneum est: honestissima porro concordia est. Ego autem quam te non modo senior sim, verum etiam senex, de cute manifestum est, aiebat Pherecydes. Quare meæ sunt excusandi partes. Quod si insuper eum, qui primus peccarit, primum cedere et animum remittere oportet, ac tu me eum esse vis, hoc etiam tua causa concedo. Hunc enim par est, qui te prior conciliare sibi studuerit, subinde tibi condonare quæ volueris.

ριζ'. Ἡλιοδώρῳ (256). a

Ἡ φήμη λέγει δύνασθαί σε πολλὰ παρὰ τῷ νῦν ἔχοντι τὴν Αἰγυπτίων ἀρχήν, καὶ ἀληθῆ γε λέγει· δικαιότατος γὰρ εἶ, καλῶς τῷ δύνασθαι χρώμενος. ὅπως οὖν ὄναιο τῆς σῆς φύσεως καὶ δυνάμεως, ὑπὲρ ὧν ὁ ἐμὸς Εὐσέβιος δεῖται, λέγοντος ἄκουσον, ἵν' εἰδῇς ὅτι σοι καὶ ῥήτορα συνεστήσαμεν.

CXVII. Heliodoro.

Fama est plurimum te apud Ægypti præfectum gratia et auctoritate valere, vereque illa de te prædicat: dignissimus enim es quippe qui potestate tua honeste utaris. Ut igitur aliquem ex indole potestateque tua fructum capias, quæ meus Eusebius abs te desideret, ea exponentem illum audias, ut etiam oratorem intellegas a me esse commendatum.

ριη'. Τρωΐλῳ.

Εἰ τὸν ἥρωα Μαξιμιανὸν οἶσθα (διέτριψε δὲ χρόνον ὑπόσυχνον ἐπὶ στρατοπέδου), πάντως καὶ ὅτι χρηστὸς ἦν οἶσθα. b τούτου παῖς ἐμὸς ἐξανέψιος, ὃς καὶ ἐπιδώσει σοι τὴν ἐπιστολήν. ὃν ἕτερος μέν τις ἴσως καὶ διὰ τὴν τύχην τιμήσει, τῶν γὰρ ἀρξάντων ἐστὶν οὐκ ἀφιλότιμον ἀρχήν· ὁ δὲ φιλόσοφος Τρωΐλος τἄνδον ὄψεται τοῦ νεανίου, κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπαινέσει. δῆλον δὲ ὅτι καὶ συνδιοίσεις τὰ παρόντα αὐτῷ· σπαράττεται γὰρ ὑπὸ ἐνδεικτῶν κακῶς ἐπιφύντων τῇ Κυρήνῃ, εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν. ὅ τι γὰρ Ἀνθέμιον ἤ τινα τῶν ὁμοτίμων αὐτῷ πείσεις ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ τἀληθοῦς φθέγξασθαι, c τοῦτο σὸν ἔσται πάντως, καὶ σὺ τὴν αἰτίαν ἕξεις τοῦ γενομένου. δι' ἑνὸς οὖν ἀνδρός τε καὶ πράγματος, δέομαι, προθυμήθητι τῶν παμπονήρων τούτων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι θηρίων. τὸ γὰρ εὐτυχηθῆναι τὴν πεῖραν τοῖς φθάσασι πολλοὺς ὁμοίους d αὐτοῖς γενέσθαι προτρέψεται.

CXVIII. Troilo.

Si Maximinum heroem cognoscis (diu enim in comitatu versatus est), prorsus et eumdem bonum virum esse cognoscis. Huius filius consobrinus ex patre meus est, qui tibi hasce litteras dabit; cui alius fortasse quispiam vel ob fortunam honorem tribuet: ex iis enim est qui non obscurum magistratum gesserunt. At philosophus Troilus intimos adolescentis recessus penetrabit, et eum inde laudabit. Perspicuum autem est te illi in præsenti necessitate auxilio futurum. Laceratur enim a delatoribus in Cyrenen grassantibus, *nisi vires induis ipse*. Quidquid enim Anthemio vel alteri cuilibet pari auctoritate pro nobis ac veritate loqui persuaseris, tuum hoc utique erit, eiusque, quidquid factum erit, causa esse putabere. Per unum itaque hominem unumque negotium, quæso te, da operam ut a nequissimis istis belluis liberemur. Hoc enim ipsum, quod iis, qui periculum primi fecerint, prospere successerit, plerosque ut similes esse velint hortabitur.

ριθ'. Τρωΐλῳ.

Εἰς Διογένην ὅ τι ἂν ποιήσῃς ὧν σοι φύσις ἐστὶν ἐργάζεσθαι, οὐδὲν καινὸν ἔσῃ πεποιηκὼς ἀλλ' ἐποικο-

CXIX. Troilo.

Quidquid in Diogenem contuleris eorum ad quæ præstanda natura comparatus es, nihil novi feceris, sed

δομῶν τοῖς σαυτοῦ· Κυρηναῖος γάρ ἐστι, τῆς δι' ὑμᾶς ἔτι πόλεως. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἀθρόους ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα εὐεργετεῖν. τίνα δέ ἐστιν ἐν οἷς δεῖται φίλων Διογένης, οὐκ ἐμοῦ γράφοντος ἀναγινώσκειν ἀλλ' αὐτοῦ λέγοντος ἀκούειν σε δεῖ· οὐδὲν γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ παθόντος ῥητορικώτερον. Μαρκιανὸν τὸν φιλόσοφον τὸν ἄρξαντα Παφλαγόνων πρόσειπε παρ' ἐμοῦ· κἄν τι δύνηται (στοχάζομαι (257) δὲ ὅτι δύναται), κωλυσάτω συγγενῆ μου σφόδρα αὐτανέψιον ἔργον γενέσθαι συκοφαντῶν ἐνδεικτῶν, κοινῶν ἀλαστόρων τῆς χώρας. ὅν σοι μετὰ τῆς ἐπιστολῆς υἱὸν ἐγχειρίζω, δι' ὃν ὄντες ἀδελφοὶ δύο τρεῖς ἀριθμούμεθα.

tuis aliquid meritis astruxeris. Cyrenæus enim est, ex ea, quæ vestra opera etiamnum urbs est. Non solum autem de universis, verum etiam de singulis bene mereri convenit. Quæ sint ea porro, propter quæ amicis opus habeat Diogenes, non scribente me legere sed eo dicente audire te oportet. Nihil enim possit eo esse, qui perpessus sit, disertius. Marcianum philosophum, qui Paphlagoniæ præfuit, meo nomine salutes velim. Et si quidpiam potest (257), posse autem conicio, istud prohibere
a contendat, ne is qui mecum admodum cognatione coniunctus et consobrinus est, a delatoribus calumniantibus, certissimis patriæ nostræ pestibus, misere conficiatur. Hunc tibi cum hac epistola filii loco committo, propter quem, cum duo duntaxat fratres simus, tres numeramur.

ρκ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Οἱ Ἀσκληπιάδαι τοῖς δυσεμέτοις ὕδατος χλιαροῦ διδόασιν ἀπορροφεῖν, ἵνα τούτῳ συνεπισπάσωνται καὶ τὸ προαποκείμενον. βούλομαι δή σοι κἀγὼ φήμας καινὰς ἔναγχος ἐκ τῆς ἑτέρας ἠπείρου διακομισθείσας ἀπαγγεῖλαι, ἵνα μοι πολλαπλασίους αὐτὰς ἀποδῷς, προσθεὶς εἴ τι πλέον εἰδὼς τυγχάνεις.

CXX. Fratri.

Medici solent iis qui ægre evomunt tepidæ aquæ sorbitionem præscribere, ut quod intus est cum ea simul
b extrahant. Volo igitur novos tibi rumores nuntiare, qui ad me nuper ex altero continenti sunt allati, ut illos cum fenore mihi reddas, si quid nosti amplius, adiciens.

ρκα'. Ἀθανασίῳ ὑδρομίκτῃ.

Ὀδυσσεὺς ἔπειθε τὸν Πολύφημον διαφεῖναι αὐτὸν ἐκ τοῦ σπηλαίου. « γόης γάρ εἰμι, καὶ εἰς καιρὸν ἄν σοι παρείην οὐκ εὐτυχοῦντι τὰ εἰς τὸν θαλάττιον ἔρωτα. ἀλλ' ἐγώ τοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα καὶ καταδέσμους καὶ ἐρωτικὰς κατανάγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν Γαλάτειαν. μόνον ὑπόστηθι σὺ τὴν θύραν ἀποκινῆσαι, μᾶλλον δὲ τὸν θυρεὸν τοῦτον· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ ἀκρωτήριον εἶναι φαίνεται. ἐγὼ δὲ ἐπανήξω σοι θᾶττον ἢ λόγος, τὴν παῖδα κατεργασάμενος. τί λέγω κατεργασάμενος; αὐτὴν ἐκείνην ἀποφανῶ σοι δεῦρο πολλαῖς ἴυγξι γενομένην ἀγώγιμον, καὶ δεήσεταί σου καὶ ἀντιβολήσει, σὺ δὲ ἀκκιῇ καὶ κατειρωνεύσῃ. ἀτὰρ μεταξύ μέ τι καὶ τοιοῦτον ἔθραξε, μὴ τῶν κωδίων ὁ γράσος ἀηδὴς γένηται κόρῃ τρυφώσῃ καὶ λουμένῃ τῆς ἡμέρας πολλάκις. καλὸν οὖν εἰ πάντα εὐθετήσας ἐκκορήσειάς τε καὶ ἐκπλυνεῖς καὶ ἐνθυμιάσειας τὸ δωμάτιον· ἔτι δὲ κάλλιον, εἰ καὶ στεφάνους παρασκευάσαιο κιττοῦ τε καὶ σμίλακος, οἷς σαυτόν τε καὶ τὰ παιδικὰ ἀναδήσαιο. ἀλλὰ τί διατρίβεις καὶ οὐκ ἐγχειρεῖς ἤδη τῇ θύρᾳ; » πρὸς οὖν ταῦτα ὁ Πολύφημος ἐξεκάγχασέ τε ὅσον ἐδύνατο μέγιστον καὶ τὼ χεῖρε ἐκρότησε. καὶ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς ᾤετο αὐτὸν ὑπὸ χαρμονῆς οὐκ ἔχειν ὅ τι ἑαυτῷ χρήσαιτο, κατελπίσαντα τῶν παιδικῶν περιέσεσθαι· ὁ δὲ ὑπογενειάσας αὐτόν (258) « ὦ Οὖτι » ἔφη, « δριμύτατον μὲν ἀνθρώπιον ἔοικας εἶναι καὶ ἐγκατατετριμμένον ἐν πράγμασιν. ἄλλο μέντοι τι ποίκιλλε· ἐνθένδε γὰρ οὐκ ἀποδράσεις. » ὁ μὲν οὖν Ὀδυσσεύς (ἠδικεῖτο γὰρ ὄντως) ἔμελλεν ἄρα τῆς πανουργίας ὀνήσεσθαι, σὲ δὲ Κύκλωπα μὲν ὄντα τῇ τόλμῃ Σίσυφον δὲ τοῖς ἐγχειρήμασι δίκη μετῆλθε καὶ νόμος καθεῖρξεν, ὧν μή ποτε

CXXI. Athanasio hydromictæ.

Ulixes Polyphemo suadebat ut e spelunca se dimitteret. Veterator enim, aiebat, ego sum, opportuneque tibi admodum subsidio fuerim, cui marini amores illi
c non satis ex voto respondent. Etenim ego cantiones quasdam scio et nexus et amatorias illecebras, quibus vel tantillum Galatea resistere non potest. Hoc tu solum ostium amoveto, vel saxum istud ingens potius : mihi enim vel promontorium esse videtur. Ego vero ad te revertar, cum dicto citius puellam adegero. Quid dixi, adegero? Ipsam illam multis præstigiis adductu facilem præbebo. Orabit te et obsecrabit, tu vero delicias ages et illudes. Verumtamen nescio quid interim eiusmodi scrupulum inicit, ne vellerum succidorum fetor
d delicatæ puellæ sæpiusque de die lavanti ingratus accidat. Consulto itaque feceris, si omnia componens everras et eluas ac suffias cubiculum : multoque adhuc consultius, si et coronas paraveris ex hedera et smilace quas tibi tuisque deliciis imponas. Sed quid etiam restitas? Non iam fores emoliris? Ad hæc igitur Polyphemus cachinnum extulit quantum potuit maximum, manusque complosit. Et Ulixes quidem præ gaudio illum sui compotem non esse arbitrabatur, quod se suis deliciis potiturum speraret; at ille mentum eius leniter demulcens (258) O Nemo! dixit, vaferrimus homuncio
a mihi videris et rerum usu detritus. Verum aliud quiddam molire : nec enim ipse fugam inde capesses. Atque Ulixi quidem (nam iniuriam sane patiebatur) sua prorsus erat profutura calliditas. De te vero, qui audacia Cyclopem, factis Sisyphum referres, iustitia pœnas sumpsit, lexque constrinxit, quibus nunquam utinam illudas. Quod si omnino legibus superiorem te esse ne-

σύγε καταγελάσειας. εἰ δὲ δεῖ πάντως ὑπερσχεῖν σε τῶν νόμων, ἀλλὰ μὴ ἔγωγε εἴην ὁ παραλύων αὐτοὺς καὶ τὰς θύρας καταρρηγνὺς τοῦ ἐπὶ τοῖς δεσμώταις οἰκήματος. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν ἐπὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἡ πολιτεία, τούτους αὐτοὺς ἔδει τῆς πονηρίας κολαστὰς εἶναι. ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἧττον ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα πόλεως καθαρτήριον.

cesse est, at ego non is sim qui eas solvam aut carceris fores effringam. Etenim si reipublicæ penes episcopos b esset administratio, eosdem ipsos oporteret nequitiæ esse vindices, quandoquidem publicus gladius non minus quam lustralis aqua, quæ in templorum vestibulis collocatur, civitatis est piaculum.

οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν.

Sic veterum decus audimus famamque virorum.

οὕτως ἐποίουν, ἕως ἐδόκει καλὸν εἶναι τὸν αὐτὸν εὔχεσθαί τε ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἀγαθῶν καὶ πράττειν ὅπως ἂν παραγένοιτο. καὶ γὰρ Αἰγύπτιοι καὶ τὸ Ἑβραίων γένος χρόνον συχνὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν· ἐπεὶ δὲ διῳκίσθησαν οἱ βίοι, καὶ ὁ μὲν ἱερὸς ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη, τετάχαται δὲ ἕτεροι μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν ἡμεῖς δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι, οἷς ὁ νόμος ἀπαγορεύει χεῖρα ὀρέγειν τῇ δίκῃ καὶ ἀποκτιννύναι τὸν πονηρότατον, πῶς ἄν τις αὐτοῖς ἐπιτρέψειεν ἀνδρὶ πανούργῳ χεῖρα ὀρέξαι κατὰ τῆς δίκης; ἀλλ' ἐγὼ τό γε εἰς ἐμὲ ἧκον ποιῶ· εὔχομαι καὶ οἴκοι καὶ ἐπὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν ὑπερσχεῖν τῆς ἀδικίας τὴν δίκην καὶ πονηρίας ἐκκαθαρθῆναι τὴν πόλιν. τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ κακὸν κακῶς ἀπολωλέναι καὶ σὲ καὶ ἄλλον ὅστις σοι παραπλήσιος. ἔστω δή σοι τοῦτο τεκμήριον τίς ἂν ἐγενόμην ἐξόν τι ποιεῖν, ὃς ἐπειδὴ οὐκ ἔξεστι καταρῶμαι.

Hunc in modum factitabant, quoad optimum videbatur, eumdem pro communi bono vota facere, idque ipsum uti contingeret operam dare. Nam et Ægyptii et Hebræorum genus longo tempore sacerdotum imperio usi c sunt. Sed posteaquam utriusque vitæ factum est divortium, et alia sacris alia principatui est attributa, aliique negotiis gerendis, nos fundendis precibus præpositi sumus, quibus lex vetat manum præstare legibus et vel sceleratissimum interficere, quonam modo quisquam iis concesserit manum homini veteratori contra iura porrigere? At ego quantum in me est, omnem lapidem moveo, idque et privatim et communibus in sacris oro, ut iniustitiâ superior iustitia sit, et civitas ab omni nequitia repurgetur. Hoc autem idem est, ac male malum perire d et te et alium quemlibet tui similem. Et hoc argumentum tibi sit, qualisnam futurus fuerim, si quid mihi facere licuisset, qui, cum nihil liceat, diris te devoveo.

ρκβ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο τοῖς ἱερεῦσιν Ἀξωμιτῶν, οἳ τῶν στρατιωτῶν καταδεδυκότων ἐν χηραμοῖς ὀρῶν καὶ ἀξιούντων τὸ αἷμα φρουρεῖν, οἳ δὲ τὸν ἀγροῖκον λεὼν παρακαλέσαντες ἀπὸ τῶν ἱερῶν αὐτῶν τὴν εὐθὺ τῶν πολεμίων ἡγήσαντο, καὶ προσευξάμενοι τρόπαιον ἔστησαν ἐν τῇ Μυρσινίτιδι· φάραγξ δὲ αὕτη (259) προμήκης τε καὶ βαθεῖα καὶ ὕλῃ συνηρεφής. ἀλλ' ὑπὸ τοῦ μηδὲν τοῖς βαρβάροις ὅπλον πολέμιον ἀπηντηκέναι καὶ τὰς δυσχωρίας ἐθάρρησαν· ἔμελλον δέ που καὶ μελαμπύγου τεύξεσθαι Φαύστου τοῦ διακόνου τῶν ἱερῶν. οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος ὑποστὰς ὁπλίτην γυμνός, καὶ παίσας ἐκ χειρὸς λίθῳ κροταφιαίαν πληγήν, οὐ βαλών, ἀλλ' ὥσπερ πὺξ ἐνθορών. πεσόντα δὲ ἤδη περιδύσας τὰ ὅπλα συχνοὺς ἐπ' αὐτῷ κατείργασται. καὶ ὅστις δὲ ἕτερος ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔδοξεν ἐν τῷ τότε, Φαῦστον αἰτιατέον τῶν γενομένων καὶ οἷς ἐποίει καὶ οἷς παρὰ τὸν καιρὸν ἐφθέγγετο. ἐγὼ δὲ ἅπαντας τοὺς παραγενομένους τῷ ἔργῳ ἥδιστ' ἂν στεφανώσαιμι καὶ ἀνακηρύξαιμι· πρῶτοι γὰρ ἥψαντο καλῶν ἔργων, δεῖξαι τοῖς καταπεπληγμένοις ὅτι μὴ κορύβαντές εἰσι μηδὲ τῶν περὶ τὴν Ῥέαν δαιμόνων, ἀλλ' ἄνθρωποι καὶ τρωτοὶ καὶ θνητοί, καθάπερ ἡμεῖς. εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς ἄνδρες γενοίμεθα ἐν τοῖς τοιούτοις, οὐδὲ τὰ δευτερεῖα γένοιτ' ἂν ἀφιλότιμα. τυχὸν δ' ἂν καὶ πρωτεῖα συγχωρηθείημεν, εἰ μὴ λοχήσαντες ἐν φάραγγι πεντεκαίδεκα προνομεύοντες εὐτυχήσαιμεν, ἀλλὰ νο-

CXXII. Fratri.

Plurima Axomitarum sacerdotibus bona contingant, qui, cum milites in montium se latebras abdidissent suumque ipsi sanguinem custodire vellent, rusticam plebem convocantes, statim ab sacris ipsis recta ad hostes duxerunt, fusisque ad deum precibus, tropæum a erexerunt in Myrsinitide. Vallis hæc in (259) longum directa et profunda ac silvis condensa; barbari autem, quod nihil sibi hostilium occurrisset armorum, etiam audacter erant ingressi. Sed offensuri utique erant animosum ac strenuum Faustum, qui in sacris diaconi munere fungitur. Hic ille est qui princeps armatum militem inermis excepit, quem cominus lapide tempori illiso feriit, non ut eum iaceret, sed ut quasi pugnis infestis insiliret. Quo, cum cecidisset, armis spoliato, plurimos super illum prostravit. Ac si quis alius id temporis fortis vir esse visus est, uni Fausto rei totius b gloria tribuenda est, cum ob ea quæ gessit, tum ob ea quæ per tempus illud dixit. Ego vero omnes illos qui rei interfuerunt, libentissime coronarem ac præconis voce prædicarem; primi enim egregiorum facinorum auctores se præbuerunt, ut hoc attonitis ac lymphatis istis ostenderent, non eos esse Corybantas neque ex Rheæ matris asseclis dæmonibus, sed homines æque ac nos vulneribus ac morti obnoxios. Quod si etiam nos viri essemus, eiusmodi in rebus ne secundæ quidem partes honore carerent. Et forsitan vel primæ tribuerentur, si non insi- c diis in convalle dispositis quindecim tantum prædabundi

μ·μῳ πολέμῳ καὶ φαινομέναις ταῖς παρασκευαῖς πλήθη πρὸς πλῆθος ἀγωνισαίμεθα.

felici successu pugnaremus, sed iusto certamine ac manifesto apparatu collatis copiis decerneremus.

ρκγ'. Τρωΐλῳ.

Εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν ἀίδαο,
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ κεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου.

Ὁμήρῳ μὲν ἐποιήθησαν οἱ στίχοι, ὁ δὲ νοῦς αὐτῶν οὐκ οἶδα εἰ Ἀχιλλεῖ περὶ Πατρόκλου μᾶλλον ἄξιος d εἰρῆσθαι ἢ ἐμοὶ περὶ σοῦ τῆς φιλτάτης τε καὶ εὐεργέτιδος κεφαλῆς. ὡς ἐγὼ (μάρτυρα ποιοῦμαι θεὸν ὃν φιλοσοφία πρεσβεύει) τῆς ἱερᾶς σου καὶ γλυκείας ψυχῆς ἐπὶ μέσης καρδίας ἄγαλμα περιφέρω, καὶ ἐμβομβεῖ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμαστή σου τῶν σοφῶν λόγων ἠχώ. τῇ πατρίδι δὲ ἐπιδημήσας ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, καὶ δυοῖν ἐνιαυτῶν ἐπιστολὰς ἅμα ἀνεγνωκώς, πλῆθος ὅσον δακρύων κατέσπεισα τῶν γραμμάτων· οὐ γὰρ οἷς ἀπέλαυόν σου διὰ τῶν γεγραμμένων ἡδόμην, ἀλλ' ἠνιώμην ἀναφέρων ἀπὸ τῶν γεγραμμένων (260) τὴν a ἔμψυχόν σου συνουσίαν, οἵου φίλου τε ἅμα καὶ πατρὸς ὄντως ζῶντος στεροίμην. δεξαίμην ἂν οὖν βαρυτέρους ἀγῶνας ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐθελοντής, ἵνα μοι γένοιτο πάλιν πρόφασις ἀποδημίας. ἆρά σέ ποτε ὄψομαι, πάτερ ἀληθῶς γνησιώτατε; ἆρά ποτε τὴν ἱεράν σου κεφαλὴν περιπτύξομαι; ἆρα μεθέξω τοῦ συνεδρίου τοῦ διὰ σὲ μακαρίου; εἰ γὰρ γένοιτό μοι τούτων τυχεῖν, ἀποδείξω μηκέτι μῦθον ὄντα τὸν ἐπὶ Αἴσονι τῷ Θετταλῷ λόγον, ὅν φασιν αἱ ποιήσεις δὶς ἀνηβῆσαι, νέον ἐκ πρεσβύτου γενόμενον. b

CXXIII. Troilo.

Quod si Erebo vita functorum oblivia tangant,
illic vel cari potero meminisse sodalis.

Sunt illi quidem ab Homero versus scripti, sed eorum sensus nescio an ab Achille potius de Patroclo quam a me de te amicissimo ac benefico capite usurpari merito possit. Quandoquidem, ut testis est mihi deus quem philosophia colit, sacri tui ac suavissimi animi infixam imaginem medio in corde circumfero, et auribus etiamnum illa sapientissimorum tuorum sermonum vox insonat. Cum autem ex Ægypto in patriam rediissem, ac duorum annorum simul epistolas legissem, magnam equidem in litteras vim lacrimarum profudi. Non tam enim, quod te per litteras quodammodo fruerer, mihi voluptatem afferebat, quam illud dolore afficiebat (260), cum ex scriptis tuis litteris præsentem ac vivam in animum consuetudinem revocarem, cuiusmodi scilicet et amico simul et vere parente vivo essem orbatus. Libenter igitur graviora pro patria certamina subeam, mihi ut iterum profectionis occasio præbeatur. Num quando conspectu tuo perfruar, pater vere germanissime? num quando sacrum tuum caput amplectar? num concilii propter te beati particeps ero? Si enim ea mihi obtinere contigerit, efficiam profecto, ut iam fabula non sit quod de Æsone Thessalo dicitur; quem bis puberem fuisse poetarum carmina prædicant, cum ex sene repente esset iuvenis factus.

ρκδ'. Τῇ φιλοσόφῳ.

Εἰ δὲ θανόντων περ καταλήθοντ' εἰν ἀίδαο,

αὐτὰρ ἐγὼ καὶ κεῖθι τῆς φίλης Ὑπατίας μεμνήσομαι. ἔγωγέ τοι τοῖς πάθεσι τῆς πατρίδος περιεχόμενος καὶ δυσχεραίνων αὐτὴν ἐφ' οἷς ὁρῶ καθ' ἡμέραν ὅπλα πολέμια καὶ ἀποσφαττομένους ἀνθρώπους ὥσπερ ἱερεῖα, καὶ τὸν ἀέρα διεφθαρμένον ἕλκων ἀπὸ τῆς σή- c ψεως τῶν σωμάτων, καὶ αὐτὸς ἕτερα τοιαῦτα παθεῖν προσδοκῶν (τίς γὰρ εὔελπις, ἐν ᾧ καὶ τὸ περιέχον ἐστὶ κατηφέστατον, κατειλημμένον τῇ σκιᾷ τῶν σαρκοφάγων ὀρνέων;) ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τούτοις φιλοχωρῶν. τί γὰρ καὶ πάθω, Λίβυς ὢν καὶ ἐνταῦθα γενόμενος καὶ τῶν πάππων τοὺς τάφους οὐκ ἀτίμους ὁρῶν; διὰ σέ μοι δοκῶ μόνην ὑπερόψεσθαι τῆς πατρίδος κἂν λάβωμαι σχολῆς μεταναστεύσειν.

CXXIV. Philosophæ Magistræ.

Quod si Erebo vita functorum oblivia tangant,

at ego illic vel caræ potero meminisse Hypatiæ. Ego, inquam, patriæ malis circumfusus eiusque pertæsus, cum hostilia in dies arma videam et homines pecudum instar iugulatos, aeremque traham ex tabe corporum infectum, atque ipse consimilia quædam propediem exspectem (quis enim bene sperare potest, cum et aeris ipsius tristissima sit facies, qui carnivorarum avium umbra subtexitur?), et nihilominus inter hæc ei loco sim affixus. Quid enim possum, cum Libycus sim, illic editus, et avorum non ignobilia sepulcra ibidem aspiciens? Propter te unam patriam mihi aspernaturus videor et quam primum otium suppetet demigraturus.

ρκε'. Τῷ ἀδελφῷ.

Δυστυχοῦμεν οἷς εὐποροῦμεν πονηραῖς ἀλλήλους ἀγγελίαις ἀμείβεσθαι. ἰδοὺ γὰρ καὶ Βαττίαν ἐπενείμαντο d καὶ Ἀπροσύλεως ἥψαντο, καὶ ἅλως ἐνέπρησαν καὶ γῆν ἐδῃώσαντο καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίσαντο. ἀρρένων δὲ οὐδεμία φειδώ. καίτοι πρότερον εἰώθεσαν ζωγρεῖν τὰ παιδάρια. ἀλλὰ νῦν, οἶμαι, τὸν

CXXV. Fratri.

Misere hoc ipso nobiscum agitur, quod infelicibus nuntiis abundamus, quos invicem transmittamus. Ecce enim iam Battiam depopulati sunt et in Aprosylim excurrerunt; areas incenderunt, agros vastarunt, mulieres in servitutem abegerunt. Maribus enim nequaquam parcitur, tametsi antea vivos capere puerulos solerent.

ἀριθμὸν ἐλάττους ἴσασιν ὄντες ἢ ὥστε νέμειν τῇ λείᾳ φύλακας συχνοὺς καὶ ἀρκεῖν τοῖς λειπομένοις ὡς ἐπὶ πόλεμον εἴ τις ἐπεξίοι. ἡμῶν δὲ οὐδεὶς ἀγανακτεῖ, ἀλλ' οἴκοι καθήμεθα τὴν (261) συκίνην ἐπικουρίαν τοὺς a στρατιώτας προσδεχόμενοι, καὶ τὸ σιτηρέσιον καὶ τὰς ἐν εἰρήνῃ πλεονεξίας διὰ στόματος ἔχομεν, ὥσπερ τούτοις δικάζεσθαι δέον, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις ἀμύνεσθαι. οὐ παυσόμεθα φλυαροῦντες; οὐ σωφρονήσομέν ποτε, καὶ γεωργοὺς βωλοκόπους ἀθροίσαντες ὁμόσε χωρήσομεν τοῖς ἐχθροῖς ὑπὲρ παίδων ὑπὲρ γυναικῶν ὑπὲρ χώρας, εἰ δὲ βούλει, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν στρατιωτῶν; καλὸν γὰρ ἐν εἰρήνῃ λαλεῖσθαι ταῦτα, ὡς ἡμεῖς αὐτοὺς τρέφομέν τε καὶ σώζομεν. ἐγὼ μὲν οὖν μόνον οὐκ ἔποχος ὢν ἵππῳ τὴν ἐπιστολὴν ὑπηγόρευσα· καὶ γὰρ b λόχους καὶ λοχαγοὺς ἐκ τῶν παρόντων ἐποίησα. ἀθροίζεται δέ μοι καὶ ἐν Ἀσουσάμαντι πλῆθος συχνόν· καὶ γὰρ Διωέσταις ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν Κλεοπάτραν ἀπήγγειλα. ἐλπίζω δὲ ἐπειδὰν πρὸ ὁδοῦ γενώμεθα καὶ περιαγγελθῇ νεανική τις συστᾶσα περὶ ἐμὲ δύναμις, πολὺ πλείους ἔσεσθαι τοὺς ἀκλήτους· ἥξουσι γὰρ ἁπανταχόθεν, οἱ βέλτιστοι μὲν ἐφ' ᾧ μετασχεῖν ἔργου καλοῦ, οἱ πονηρότατοι δὲ καὶ ἐπὶ διαρπαγῇ λαφύρων. c

Sed nunc, opinor, minores se esse numero intellegunt, quam ut prædæ plurimos custodes imponere et iis, quæ relicta fuerint, a bello vindicandis, si quis irrumpat, sufficere possint. Nostrum autem neminem subit indignatio, sed domi sedemus (261) ficulneum auxilium, militem scilicet, præstolantes et stipendium, illorumque per pacis tempus commoda in ore habemus, quas, cum iis iudicio experiri, non illos propulsare oporteat. Non tandem aliquando nugari desistemus? non sapere incipiemus et agricolarum glebas exercentium manu contracta hostibus nos opponemus pro liberis, pro uxoribus, pro sedibus nostris, imo etiam pro militibus ipsis? Præclara enim dictu in pace ista sunt, nos alere illos ac tueri. Atqui ego tantum non equo insidens hasce litteras dictavi. Nam et cohortes et centuriones, prout in præsentia suppetebat, constitui. Mihi autem nec pœnitendus militum numerus in Asusamante cogitur. siquidem Dioestis diem indixi, quo ad Cleopatram adessent. Spero autem, simul nos progredi cœperimus, idque dissipatum erit, egregiam circa nos manum esse collectam, multo plures non vocatos adfuturos. Undique enim confluent, optimi quidem, quo præclari facinoris partem aliquam decerpant, pessimi vero ad diripienda spolia.

ρκϛ'. Ἀσκληπιοδότῳ.

Οἴμοι. τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν.

ὁ τρίτος γε καὶ λοιπὸς οἴχεται τῶν υἱέων. ἀλλὰ τό γε δόγμα τὸ περὶ τοῦ μηδὲν εἶναι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἔτι παρ' ἐμοὶ σώζεται, μᾶλλον δὲ πάλαι μὲν ἦν μάθημα, νυνὶ δὲ γέγονε δόγμα ψυχῆς ἐγγεγυμνασμένης ταῖς περιστάσεσιν. ἔδει δὲ ἄρα χαλεπωτέραν μοι γενέσθαι τοῦ πάθους τὴν προσβολήν, καὶ διὰ τοῦθ' ὁ δαίμων, ᾧ μέλει βλάπτειν τἀμά, προῳκονομήσατο μηδὲ σὲ τὴν φίλην μοι παρεῖναι d κεφαλήν. ἀλλ' ἔλθοις ποτέ, θαυμάσιε καὶ τριπόθητε καὶ φίλων ἀδολώτατε. μάρτυς εἰμὶ τῷ θαυμαστῷ Μενελάῳ τῆς περὶ σὲ διαθέσεως. διὰ τοῦτο πολλάκις συνδιημέρευσα, ὅτι σε δι' εὐφήμου μνήμης ἐτίθετο, καὶ πολλὰ τῇ ψυχῇ προσκεκυφὼς καὶ τοῖς ἐπιτρόποις ἀπάγουσιν αὐτὸν εὐθὺ Τευχείρων περὶ τὸν μέγαν Ἀσκληπιόδοτον εὐγνώμων ἦν καὶ εὐχαριστῶν ὡς ἐπὶ μεγίστοις εὐεργέτῃ διατετέλεκεν. ἵν' ἔχωμεν ὕδωρ ψυχρόν, ὑδρίαν ἢ πίθον ἐκ μαρμάρου ζητῶ. ὅσῳ μείζων, τοσούτῳ κάλλιον. κείσεται δὲ ἐν Ἀσκληπιῷ (262) τῷ ποταμῷ· παρ' αὐτῷ γὰρ κτίζω τὸ a ἀσκητήριον, καὶ ἁγνὰ σκεύη προευτρεπίζομαι. σὺν θεῷ δὲ εἴην ἐπιβαλλόμενος.

CXXVI. Asclepiodoto.

Heu me! quid heu me? digna mortali fero.

Tertius ac postremus liberorum excessit. Sed illud decretum, nihil eorum, quæ in potestate nostra sita non sint, bonum esse vel malum, adhuc in animo meo perseverat, aut potius olim quidem doctrina a me erat comprehensum, nunc dogma animi factum est, multis casibus exercitati. Necesse autem erat vehementiorem esse mali huius impetum, atque ob id dæmon ille, cui curæ est meis ut rebus noceat, ante hoc providit, ut ne tu quidem, amicissimum mihi caput, adesses. Sed adsis tandem, o præclare et ter optate mihi atque amicorum omnium sincerissime. Testis sum egregio Menelao tui erga illum affectus. Ob id sæpius iucunde sum cum eo versatus, quod te honorificentissima recordatione prosequatur, quodque, tametsi totus animi curæ sit affixus ac moderatoribus, qui ad Teuchira recta illum abducunt, gratum se tamen in magnum Asclepiodotum præbeat, eique tanquam de se optime merito gratias agere insistat. Ut nobis aquæ frigidæ copia sit, hydriam aut dolium marmoreum requiro : quanto maius erit, tanto erit melius. Nam ad Asclepium (262) flumen collocabitur. Iuxta enim cœnobium instituo, ad idque vasa pura ac sancta præparo. Atque utinam cum deo opus aggrediar!

ρκζ'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ἀσπίδα φρῦνον ὄφιν καὶ Λαδικέας περίφευγε,
καὶ κύνα λυσσητήν, καὶ πάλι Λαδικέας.

ἀλλὰ μετὰ τὸν ἡμερώτατον καὶ φιλοσοφώτατον Πεντάδιον τὰς πινακίδας, ἃς ἡ πολιτεία σύνθημα

CXXVII. Fratri.

Aspide abi procul, angue, rubeta et Laodicenis,
Iunge canem rabidum, Ladiceasque iterum.

Verum post humanissimum ac philosophum apprime Pentadium codicillos, quos Ægyptiacæ præfecturæ sig-

ποιεῖται τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς, Εὐθάλιος ὁ Λαοδικεὺς ἔχει λαβών. οἶσθα τὸν νεανίσκον, ὡς εἰκάζειν ἔξεστιν, b ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν χρόνους ἐπὶ στρατοπέδου διαγαγόντα· καὶ γὰρ οὐκ εἴα λανθάνειν αὐτὸν οὔθ' ὁ τρόπος οὔτε τὸ ἐπώνυμον. Βαλαντᾶν τινὰ ἤκουες, οὐ πατρόθεν τῆς σεμνῆς ταύτης προσηγορίας κληρονομήσαντα, ἀλλ' αὐτὸν περιποιησάμενον. ἐπειδὴ γάρ, οἶμαι, Λυδίας ἄρχων ἀποδειχθεὶς ὑπὸ τοὺς Ῥουφίνου καιροὺς ἦγε καὶ ἔφερε τὰ Λυδῶν, νεμεσᾷ Ῥουφῖνος καὶ μέτεισι ζημίᾳ χρυσοῦ λιτρῶν πεντεκαίδεκα, τάττει δὲ στρατιώτας ἐκ τῶν ὑπηρετῶν, ὡς ᾤετο, τοὺς ἀνδρειοτάτους καὶ εὐνουστάτους, ἐφ' ᾧ σὺν βίᾳ πράξαντας c τὸ χρυσίον ἀνακομίσαι πιστῶς εἰς τὴν τράπεζαν τὴν αὐτοῦ. τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ Σίσυφος; ἀλλὰ μὴ λίαν ἀπειρόκαλος ὦ βεβοημένα ἐπιδιηγούμενος, πέπυσαι πάντως τὴν συνωρίδα τῶν βαλαντίων, ἃ τῶν ἵππων Εὐμήλου πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότα κατασκευάσας τῷ μὲν ἐνέθηκεν ὀβολοὺς ἐκ χαλκοῦ τῷ δὲ στατῆρας χρυσίου. καὶ τοῦτο μὲν δείξας ἐκεῖνο δὲ κρύψας, ὡς ἀπηρίθμησαν, ὡς ἐζυγοστάτησαν, ὡς κατεσημήναντο τῇ δημοσίᾳ σφραγῖδι τὸ χρυσίον, λανθάνει θάτερον ἀντιθεὶς καὶ πέμψας ἀντὶ τῶν στατήρων d τοὺς ὀβολούς. οἱ δὲ ὡμολογήκεσαν ἐν δημοσίοις γράμμασιν ἔχειν καὶ διακομιεῖν τὸ χρυσίον.

num respublica constituit, accepit Euthalius Laodicenus. Adolescentem nosti, qui, quantum conicere licet, sub idem nobiscum tempus in castris versatus est; neque enim latere illum aut mores aut cognomen ipsum sinebant. Marsupium quemdam audisti, qui non a patre egregii istius nominis hæreditatem acceperit, sed illud sibi ipse pepererit. Cum enim, opinor, Lydiæ præpositus circa Rufini tempora Lydos vexaret ac diriperet, indignatus Rufinus auri libris xv multavit. Ad id milites ex cohorte sua, ut putabat, fortissimos ac fidelissimos apposuit, qui aurum illud violenter extortum bona fide ad mensam suam deferrent. Quid ad hæc Sisyphus iste? Sed ne admodum ineptus sim adeo vulgata subtexens. Auditum omnino tibi est par illud marsupiorum, quæ multo Eumeli equis similiora faciens, in uno quidem æreos obolos, in altero aureos nummos condidit. Inde alterum horum ostendens, alterum occultans, ubi enumeraverunt, ubi appenderunt, ubi denique publico sigillo aurum obsignarunt, clam alterum loco illius subiecit, et pro aureis obolos misit. At illi in publicis tabulis confessi erant penes se aurum esse idque quamprimum perlaturos.

κἀκ τούτου Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρῶτος ἔγεντο.

Ex illo Daphnis pastorum primus habetur.

τοῦτο τὸν Εὐθάλιον ἐπὶ μέγα τύχης ἐξῆρεν· Οὐδενὶ γὰρ ἐπέτρεψεν ὁ γέλως ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἀγανακτῆσαι, ἀλλ' ὡς ἄνδρα παρὰ τοὺς πώποτε θαυματοποιὸν ἰδεῖν ἐπεθύμησαν. καὶ ἧκε μετάπεμπτος ὥσπερ εὐεργέτης Ῥωμαίων, ὀχήματι δημοσίῳ πομπεύων διὰ τῶν πόλεων. κἀγὼ τἀνθρώπιον (263) οἶδα τῶν συνεδρευόντων ἐν τῷ προτεμενίσματι τοῦ βουλευτηρίου λαλίστερον. a οὗτος ὅσον οὔπω παραλύσει τῆς ἀρχῆς τὸν ἑταῖρον Πεντάδιον.

Hæc una res Euthalium in amplam fortunam provexit; nulli enim risus pro republica dolere permittebat. Sed ut virum præ omnibus, qui unquam exstiterant, præstigiarum callidum videre gestiebant. Venit igitur accersitus, tanquam de Romanis bene meritus, publico vehiculo solemni pompa per urbes invectus. Ego vero hominem novi (263) subbasilicanis omnibus loquaciorem. Atque ille mox sodali Pentadio in magistratu succedet.

ρκη'. Πρὸς ἐπίσκοπον.

CXXVIII. Ad episcopum.

Ἀπέλαβες ὅπερ ἦς, οὐκ ἀπέβαλες. οὐ γὰρ ὅταν τις τοῦ τῆς ἀσεβείας χωρισθῇ καταλόγου, τότε καὶ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀπεστέρηται θρόνων· Αἰγύπτου δὲ περιπτύσσου τὴν ἀλλοτρίωσιν, καὶ νόμιζε καὶ πρὸς σὲ b τὸν προφήτην μεγαλοφώνως κεχραγέναι Τί σοὶ καὶ τῇ γῇ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γεών; τὸ γὰρ ἔθνος θεομάχον ἀρχαῖον καὶ πατράσιν ἁγίοις πολέμιον.

Quod eras, receptum a te, non amissum est. Non enim quando quis ab impietatis cœtu seiungitur, tunc etiam pietatis throno spoliatur. Hanc autem ab Ægypto avulsionem complectere, idque tibi etiam magna voce clamasse prophetam existima : Quid tibi et terræ Ægypti, ut bibas aquam Geon? Gens enim ista deo iampridem rebellis est ac sanctis patribus inimica.

ρκθ'. Πυλαιμένει.

CXXIX. Pylæmeni.

Πλάτωνι Σωκράτης πεποίηται προσιὼν μὲν ὀψέ ποτε πρὸς τὰ παιδικά, ἀξιῶν δὲ αὐτὰ μὴ θαυμάζειν εἰ ὥσπερ, φησί, μόλις ἠρξάμην, οὕτω καὶ μόλις παυσαίμην. ἐγὼ δέ μοι δοκῶ ταὐτὸ πεπονθέναι πάθος c πρὸς σὲ καὶ τὴν αὐτὴν δίκαιος εἶναι παραιτεῖσθαι συγγνώμην, ἐνιαυτὸν ὅλον, οὐχ ἄξιον οὐδ' ἀληθὲς εἰπεῖν ἐπισχών, ἀλλὰ μάτην στείλας τὰς ἐπιστολὰς τῷ πάλιν

Socrates apud Platonem inducitur sero ad amasios suos accedens atque idcirco postulans, minime ut mirentur si, uti, inquit, ægre cœperim, ita ægre desinam. Ego vero eumdem erga te affectum animi suscepisse videor, eamdemque abs te veniam merito posse deprecari, qui toto anno, non dicam (neque enim id vere possum) omiserim, sed frustra dederim litteras, quoniam

αὐτὰς εἰς τὰς ἐμὰς χεῖρας ἀνακομισθῆναι. νῦν οὖν ἀθρόας ἐκπέμπω. ἃς οὐ μόνον ὥσπερ φόρων ἐλλείμματα ἀποδιδοὺς μακρηγορῶ, ἀλλὰ καὶ προσεισενεγκεῖν σοι βούλομαι. καίτοι, νὴ τὸν φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν, ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέβην ἐπὶ θάλατταν, καὶ τοῖς Φυκουντίων κωπεῦσι διείλεγμαι, σχασάμενος ἱππικήν, ἵνα στείλω πρὸς ὑμᾶς τοῦτο μὲν γράμματα, τοῦτο δέ d — ἀλλ' οὐκ ἄξιον ποιεῖσθαι κατάλογον τῶν πεμφθέντων μέν, ὥστε Πυλαιμένη λαβεῖν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐκτεθέντων διὰ τὸν δυστυχέστατον ἀπόπλουν. καὶ σοῦ μὲν ἕνεκα (καίτοι τῶν ἐκεῖ φίλων ὁ φιλικώτατός μοι Πυλαιμένης ἐστίν) ἀλλὰ νὴ τὴν τιμίαν σου διάθεσιν ῥᾷον ἂν ἤνεγκα ἢ δι' ἑτέρους συχνούς, καὶ μάλιστα διὰ τὸν θαυμάσιον Πρόκλον καὶ Τρύφωνα, περὶ ὧν καὶ μόνων ὡς προσαγορευόντων με γέγραφας. ἀπέστειλα οὖν τῇ μὲν τιμίᾳ σου διαθέσει χρυσοῦ νομίσματα δέκα, (264) τῷ δ' ἑταίρῳ Πρόκλῳ κατὰ τὸν θεσπέσιον a Ἡσίοδον τριτημόρια πλείω τῶν παρ' αὐτοῦ. ἔχει γὰρ οὕτως. ἀποδημῶν ἐδεξάμην εἰς τὸν ἀπόπλουν δεῆσαν παρ' αὐτοῦ χρυσίνους ἑξήκοντα. τούτους ἐγεγραφήκει μὲν ἑβδομήκοντα, ἀπέστειλα δὲ ὀγδοήκοντα. ἐγένοντο δ' ἂν ἔτι πολλῷ πλείους, εἰ τὰ πρῶτα πρὸς ὑμᾶς ἐκεκόμιστο γράμματα καὶ ἡ ναῦς ἐπ' ἐκείνοις τοῖς τότε φορτίοις. νῦν δ' ἐγὼ μὲν τύχῃ τινὶ χρησάμενος ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπεδήμησα, καὶ τοῖς ὑμετέροις λιμέσι προσορμιεῖν ᾤμην τὸ σκάφος· τὸ δ' b ἐλάνθανεν ἐξώσταις ἀνέμοις ἀπὸ Κρήτης μόλις εἰς τὴν Αἰγυπτίαν ἀποσωθὲν θάλατταν. ἢ τί ἐκώλυεν ὑμᾶς, ὥσπερ τὰς ἀλεκτορίδας, οὕτω τὰς χερσαίας τρέφειν στρουθούς; ἀποδοθῆναι τοῖς ἐμοῖς τὸ γραμμάτιον παρὰ τοῦ θαυμασιωτάτου πατρὸς Πρόκλου δίκαιον, τοὺς ὀγδοήκοντα χρυσίνους κομισαμένου· καὶ τὸν ἑταῖρον Τρωΐλον παρασκεύασον ἀποστεῖλαί μοι τάχιστα τὰ βιβλία ἅπερ ἀποδέδωκας αὐτῷ, τὸ Νικοστράτειον δὴ λέγω καὶ τὸ τοῦ Ἀφροδισιέως Ἀλεξάνδρου. εἰ διὰ τὴν ἱεράν σου διάθεσιν φίλοι ἡμῖν οἱ ἄρξοντες ἡμῶν ἐπιδημοῖεν, πρὸς φιλοσοφίαν ἡμῖν συντελέσεις τὸ μέ- c ρος τὸ σόν, ὅσον Πλάτων ἡγεῖται παρὰ τῆς ἀτιμίας κωλύεσθαι.

rursus ad meas manus reversæ sunt. Nunc itaque simul omnes ad te remitto; quas non modo velut residuum pensitationis exsolvens ago verbosius, sed et aliquid offerre insuper volo. Quanquam tuum meumque præsidem amicitiæ testor, ob id unum ad mare descenderam, et cum Phycontiis remigibus egeram, equestrem omittens, ut ad vos partim litteras mitterem, partim — sed minime percensenda sunt quæ, cum eo animo misissem, ut ad Pylæmenem pervenirent, Alexandriæ exposita sunt propter incommodam navigationem. Ac quantum sane ad te pertinet, etsi omnium quos illic habeo amicorum amicissimus mihi est Pylæmenes, nihilominus tamen, per egregium animi tui affectum iuro, minus id moleste tulissem, quam aliorum multorum causa, præsertim clarissimorum virorum Procli ac Tryphonis, de quibus solis, ut qui me salutarent, mentionem fecisti. Quamobrem egregio tuo animo decem nummos aureos misi (264); sodali autem Proclo, quemadmodum divinus Hesiodus iubet, triente plus quam ab eo mihi erogatum erat, rependi. Sic enim sese res habet. Cum peregre essem, itaque necesse habuissem, aureos ab illo sexagenos in commeatum accepi, pro quibus ille septuagenos scripserat. At ego octogenos misi, multoque plures fuissent, si priores ad eos litteræ pervenissent, unaque navis illa cum iis quas tum vehebat mercibus. Iam vero casu aliquo coactus Alexandriam profectus sum: cumque ad portus vestros navigium appulsurum crederem, nullo animadvertente, contrariorum impetu ventorum ægre a Creta repulsum, in mare Ægyptium evasit. Alioqui quid prohiberet modo vos, quemadmodum gallinas, ita et terrestres struthiocamelos alere? Syngrapham nostram meis æquum est a clarissimo Patre Proclo reddi, postquam octogenos illos aureos acceperit. Da etiam operam ut sodalis meus Troilus, quos tu ei reddideras libros, quam citissime ad me mittat; Nicostrateum dico et Aphrodisiensis Alexandri. Si per sacrum et eximium animi tui affectum conciliati nobis hic versentur qui provinciæ nostræ præfuturi sunt, multum nobis ad philosophiam pro virili tua parte contuleris; quantum scilicet ignominia et contemptu impediri existimat Plato.

ρλ'. Σιμπλικίῳ.

Ἐχαρίσω Κερεαλίῳ, δι' αὐτοῦ προσειπὼν ἡμᾶς, τὸ λαθεῖν ἡμέρας πέντε πονηρὸν ὄντα· ἤλπισαν γάρ τι χρηστὸν αἱ πόλεις παρ' ἀνδρός, ὃν οὐκ ἀπηξίωσεν εἰδέναι Σιμπλίκιος. ὁ δὲ ταχὺ μάλα ᾔσχυνε σὲ μὲν οὔ (μὴ γάρ ποτε ἐπ' ἄλλῳ τὰ σὰ γένοιτο), ἑαυτὸν δὲ d καὶ τὴν ἀρχήν, καὶ ἵνα μὴ διατρίβω, τὰ Ῥωμαίων πράγματα, ὤνιος ἄνθρωπος ἐλαχίστου, δόξης ἀμελής, ἀπόλεμος, ἐν εἰρήνῃ βαρύς, ἧς πρὸς βραχύτατον ἀπολέλαυκεν· οὐδὲ γὰρ ἐδεήθη χρόνου πρὸς τὸ πάντα ἀνατρέψαι τε καὶ συγχέαι. ὥσπερ γὰρ ὄντος νόμου τὰ τῶν στρατιωτῶν εἶναι τῶν στρατηγῶν, ἃ πάντες εἶχον λαβὼν ἀντέδωκεν αὐτοῖς ἀστρατείαν καὶ τὸ μὴ συντε-

CXXX. Simplicio.

Cum nos per Cerealium salutasti, hoc ei contulisti, uti quinque dies illius nequitia celaretur. Boni enim aliquid civitates ab eo homine sperarunt, quem Simplicius nosse non gravaretur. At ille cito admodum pudore affecit non te quidem (absit enim, ut tuæ res sint ex altero suspensæ), sed se ipsum potius ac suum magistratum, et, ne longius faciam, Romanam rempublicam; homo exiguo pretio venalis, famæ atque existimationis contemptor; bellicæ rei imperitus, in pace importunus, qua per brevissimum tempus fruitus est. Non enim longo tempore opus habuit ad evertenda perturbandaque omnia. Nam perinde ac si lege aliqua militum fortunæ ad ducem

τάχθαι, βαδίζειν ἐπιτρέψας ᾗ τις ᾤετο θρέψεσθαι. ταῦτα τοὺς ἐπιχωρίους ποιήσας, ἐπεὶ τοὺς ξένους (265) a οὐκ ἦν ἀργυρολογεῖν, ἠργυρολόγησεν αὐτῶν τὰς πόλεις, ἄγων καὶ μεθιστὰς οὐχ ᾗ λυσιτελέστερον ἦν ἀλλ' ᾗ κερδαλεώτερον· βαρυνόμεναι γὰρ αὐτῶν τὴν καθέδραν αἱ πόλεις χρυσίον εἰσέφερον. τούτων ὀξέως ᾔσθοντο Μακέται, καὶ γέγονε διαδόσιμος ἀπὸ τῶν μιξοβαρβάρων εἰς τοὺς βαρβάρους ἡ φήμη.

pertinerent, quæ quisque possideret accipiens, vicissim illis vacationem et ordinis servandi immunitatem largiebatur, copiam omnibus faciens eo se conferendi, ubi ali se posse sperarent. Hæc cum indigenis fecisset, quoniam a peregrinis argentum exprimere (265) non poterat, expressit ab illorum civitatibus, copias suas eo deducens commigransque, non ubi maior opportunitas, sed ubi compendii uberioris spes erat. Cum enim eius commoratione civitates opprimerentur, aurum contribuebant. Hæc cito Macetæ sensere, moxque a semibarbaris ad barbaros eius rei fama propagata est.

ἦλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ἦρος.

Hinc, quot vere novo frondes floresque, ruebant.

φεῦ τῆς νεότητος ἣν ἀπολωλέκαμεν, φεῦ τῶν καρπῶν, οὓς μάτην ἠλπίσαμεν. ἐσπείραμεν τῷ πολεμίῳ πυρί. τοῖς πλείοσιν ἡμῶν τὸ πλουτεῖν ἐν βοσκήμασιν b ἦν, ἐν ἀγελαίαις καμήλοις, ἐν ἵπποις φορβάσι. πάντα οἴχεται, πάντα ἐλήλαται. αἰσθάνομαι γιγνόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους ἔκφορος. ἀλλὰ σύγγνωθι, τειχήρης γάρ εἰμι καὶ πολιορκούμενος γράφω, τῆς ὥρας πολλάκις φρυκτοὺς ὁρῶν, καὶ αὐτοὺς ἀνάπτων καὶ αὐτὸς καὶ αἴρων τοῖς ἄλλοις σημεῖα. κυνηγέσια δὲ ἐκεῖνα τὰ πρόσω, οἷς ἐπ' ἐξουσίας ἐχρώμεθα πρότερον οὐχ ἥκιστα διὰ σέ, πάντα ἔρρει. καὶ στένομεν μεμνημένοι ἥβης τ' ἐκείνης, νοῦ τ' ἐκείνου καὶ φρενῶν. ἀλλ' ἱπποκρατεῖται μὲν ἅπαντα καὶ τὴν χώραν ἔχουσιν c οἱ πολέμιοι, ἐγὼ δὲ ὑπὸ μεσοπυργίῳ τεταγμένος ὑπνομαχῶ.

Heu iuventutem male a nobis amissam! Heu frugum a nobis frustra speratos proventus! Hostilibus flammis agros consevimus. Plerisque nostrum opes erant in pecore, in armentis camelorum, in gregalibus equabus; periere omnia; omnia sunt abacta. Sentio me præ dolore non esse mei compotem. Verum ignosce, quæso. Mœnibus enim septus sum; et obsessus hæc scribo, per horam sæpius faces aspiciens, easque accendens et ipse, et in signum aliis extollens. Porro venationes illæ longinquæ, quibus securi antea tuo maxime beneficio fruebamur, penitus abierunt. Itaque identidem ingemiscimus, cum iuventutis illius reminiscimur illiusque mentis ac prudentiæ. At nunc equorum ungulis pulsantur omnia, omnemque late regionem hostes obtinent. Ego pro mœnibus inter turres collocatus somno conflictor.

ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Maza mihi hastato præbetur, Bacchus in hasta
Ismaricus: dum me sustinet hasta, bibo.

οὐκ οἶδ' εἰ μᾶλλον Ἀρχιλόχῳ προσήκοντα ἦν ταῦτα εἰπεῖν. κακὸς κακῶς ἀπόλοιτο Κερεάλιος, εἰ μὴ καὶ προαπόλωλε τῆς ἀρᾶς, ὡς ἄξιός γε ἦν ἔργον γενέσθαι τοῦ πρώην χειμῶνος, ὃς ἐπειδὴ τὴν χώραν εἶδεν ἐν ᾧ κινδύνου κατέστησεν, ἠπίστησε καθάπαξ τῇ γῇ, καὶ τὸ χρυσίον ἐνθεὶς διαρμένοις ὁλκάσιν ἐπὶ μετεώρου σα- d λεύει. τὰς δὲ ἐπιστολὰς αὐτοῦ παραφέρει κελήτιον ταῦτα ἃ δὴ καὶ ποιοῦμεν ἐπιταττούσας, εἴσω τειχῶν εἶναι μηδὲ προπηδᾶν τῶν τάφρων μηδ' ὁμόσε χωρεῖν ἀμάχοις ἀνθρώποις, ἢ διαμαρτύρεται καθαρὸς αἰτίας εἶναι. φυλακὰς δὲ καθιστάναι διδάσκει τῆς νυκτὸς τέτταρας, ὡς ἐν τῷ μὴ καθεύδειν οὐσῶν τῶν ἐλπίδων. ἔοικε γὰρ εἶναι τὰ τοιαῦτα σοφός, ἅτε ἐπιτήδειος ἀτυχεῖν ἄνθρωπος. καίτοιγε ἡμῖν οὐδὲ μετέχειν ἐβουλήθη τῶν συμφορῶν· οὐ γὰρ παρ' ἔπαλξιν (266) ὥσπερ ἐγὼ a Συνέσιος ὁ φιλόσοφος, ἀλλὰ παρὰ κώπην ὁ στρατηγὸς ἵσταται. εἰ δὴ τῶν ποιημάτων ἐρᾷς ἅπερ ᾔτησας (καίτοιγε ἡμεῖς οὐδὲν αὐτοῖς σύνισμεν ἀγαθὸν, ὅτι μὴ τὴν ὑπόθεσιν), σύνευξαι Κυρηναίοις μικρὸν ἀπὸ τῶν ὅπλων γενέσθαι. ὡς γὰρ νῦν ἔχομεν, οὐκ ἔστιν ἀπὸ κιβωτίων ἐξερᾶσαι βιβλία.

Nescio an Archilochum magis hæc usurpare conveniret. Male malus pereat Cerealius, nisi ante imprecationem perierit; adeo dignus erat quem proxima tempestas e medio tolleret. Qui postquam animadvertit quænam in pericula provinciam coniecisset, terræ penitus diffidit. Itaque auro omni in actuarias binis velis instructas imposito, in salo et anchoris fluctuat. Litteræ vero illius parvula celoce deferuntur, quæ idem, quod nos facimus, præcipiunt, ut intra muros contineamur, ne quisquam extra fossas exsiliat, neve cum invictis viris manum conseramus; alioqui deos hominesque testatur, omni se culpa vacaturum. Ad hæc quaternas per noctem vigilias constitui iubet; quasi in insomnia spes sit omnis nostra posita. Videtur enim hisce in rebus expertus, utpote ærumnis ac miseriis assuefactus. Etsi ne nobiscum quidem ærumnarum esse voluit particeps. Non enim ad propugnacula, (266) ut ego Synesius philosophus, sed ad remum dux consistit. Quare si poemata desideras, quæ a me postulasti, tametsi in iis nihil præter argumentum laude dignum agnoscimus, cum Cyrenæis precare, ut ab armis respirare liceat. Nam ut nunc se nostræ res habent, libros e loculis egerere otium est nullum.

ρλα'. Πυλαιμένει.

CXXXI. Pylæmeni.

Τοὺς γεωμετρικοὺς ὅρους ἀληθεστάτους ἡγοῦ, ὅτε γε καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις ὑπάρχει σεμνύνεσθαι, b κἂν κατὰ μικρὸν εἰς τὰς ἀποδείξεις αὐτῶν ἐκ γεωμε-

Geometricas definitiones verissimas esse puta, cum cæteræ etiam disciplinæ glorientur, quoties exiguum aliquid ad suas demonstrationes ex geometria corrogave-

τρίας τι συμπορίσωνται. ἔστι δήπου τις ἐν αὐτοῖς λόγος ἀξιῶν τὰ τῷ αὐτῷ τὰ αὐτὰ καὶ ἀλλήλοις εἶναι δεῖν τὰ αὐτά. ἐμοὶ δὲ σὲ μὲν ὁ τρόπος ἐποίησε φίλον, τὸν δὲ θαυμάσιον Διογένη καὶ ἡ φύσις· ἄμφω δὲ ἑνός ἐστε φίλοι. δεῖ δὴ καὶ ἀλλήλων ὑμᾶς ἐξηρτῆσθαι, καθάπερ ἐμοῦ τοῦ μέσου. συνάπτω τοιγαροῦν ὑμᾶς ἀλλήλοις διὰ τῆς ἐπιστολῆς, μεθ' ἧς ἑαυτὸν μὲν ἐπιδώσει τῇ φιλίᾳ τῆς σῆς σεμνοπρεπείας ὁ θαυμάσιος Διογένης, ἀντιλήψεται δὲ εὖ οἶδ' ὅτι τὸν ἐμὸν Πυλαι- c
μένη. καλῶν γὰρ ἐμὸν οὔτ' αἰσχύνειν οὔτ' αἰσχύνεσθαι φήσαιμ' ἂν ἔγωγε. ὅτι δὲ διὰ σοῦ καὶ τοὺς ἄλλους ἕξει τοὺς ἐμὲ ἀγαπῶντας φίλους, ὅσοις δὲ δύναμίς ἐστι, καὶ χρησίμους, οὐκ ἂν δίκαιος εἴην εἰ ἀμφιβάλλοιμι. δεῖ δὲ αὐτῷ φίλων χρησίμων, εἴπερ τῳ πώποτε· τὰ γὰρ κατ' αὐτὸν ὡς ἐν βραχυτάτοις οὕτως ἔχει. νέος ἐστὶν ἁπλοῦς καὶ γενναῖος, θυμοειδὴς καὶ πρᾷος, οἵους ὁ Πλάτων ἀξιοῖ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως τοὺς φύλακας εἶναι. ἐστράτευταί γέ τοι καὶ οὗτος κομιδῇ μειράκιον ὤν. ἄρτι δὲ ἐξ ἐφήβων ἦρξε d
παρ' ἡμῖν τὴν τῶν στρατευμάτων ἀρχήν, παραβαλλόμενος ἐπὶ βασκάνων μαρτύρων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ πολῖται πρὸς ἅπαν τὸ εὐτυχοῦν. ἀλλ' οὗτος ἑαυτὸν παρέσχε καὶ φθόνου κρείττω. περὶ οὗ πολλὰ μὲν ἂν ἕτερος εἶπεν (ἀλλ' ἐοίκαμεν γὰρ ὁμοίως ἔχειν, ἐγώ τε πρὸς τὸ ἐπαινεῖν καὶ οὗτος πρὸς τὸ ἐπαινεῖσθαι), συνελόντι δὲ ἐνίκησεν ὅπλοις μὲν τοὺς τῆς πατρίδος ἐχθρούς, ἀρετῇ δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ πονηρούς. νέος ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενος οὐκ ᾔσχυνε φιλοσόφου συγγένειαν (267). τοιοῦτος a
ὢν πράγμασιν ὁμιλεῖ δυσκόλοις, οὐχ ἥκιστα δι' αὐτὸ τὸ καλὸς κἀγαθὸς εἶναι· ἕρμαιον γάρ ἐστι τῶν κακοήθων ἅπας ἐπιεικής, καὶ ἡ πρόσοδος τοῖς πονηροῖς ἐκ τῆς ἑτέρας μερίδος παραγίνεται. ἐνδείκτης οὖν τις ἀξιῶν μισθοδοτεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ μὴ τυγχάνων δίκην πρὸς αὐτὸν ἔλαχεν. ὡς δὲ οὐ προυχώρει ταύτῃ τὸ σπάσαι τι τῶν οὐ προσηκόντων, ἀλλ' ἦσαν οἱ νόμοι μεθ' ἡμῶν, ἑτέραν ἐτράπετο. καὶ ποιεῖται τὴν δίκην γραφήν, ἀνατεινόμενος ἔγκλημα τοῦ κατηγορουμένου πρεσβύτερον. ἥκει δὴ τὸ κληθῆναι φθάσας· οὐ γὰρ ἄξιον ἐνδοῦναι θανατῶντί γε συκοφάντῃ, καὶ προέ- b
σθαι τὰ πατρῷά τε καὶ παππῷα μετὰ δόξης αἰσχρᾶς. πρὸς ταῦτα δεῖται φίλων ἀδόλων, ἀκαπηλεύτων, νοῦν ἐχόντων, οἷος εἶ σύ. ἕξει δὲ (σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω) σὲ μὲν δι' ἐμοῦ, διὰ σοῦ δὲ τοὺς φίλους τοὺς ἐμούς τε καὶ σούς. ὧν ὅ τι ἂν τις αὐτὸν ἀγαθὸν ἐργάσηται, τούτου τὴν χάριν ὀφείλειν ἐγὼ δίκαιός εἰμι.

rint. Est autem nimirum ratio quædam inter illas, quæ ratio eadem inter se definit esse oportere, quæ eadem cum uno eodemque fuerint. Iam cum te mihi animus, moresque conciliarint, egregium vero Diogenem natura etiam ipsa, ambo autem eiusdem amici sitis, necesse est profecto invicem vos esse devinctos, quemadmodum mecum estis tanquam cum medio colligati. Quamobrem vos ego invicem hac epistola coniungo, quacum se ipsum magnificentiæ tuæ amicitiæ præclarus Diogenes committet ac deferet, vicissim autem, ut confido, Pylæmenem meum accipiet. Quem cum appello meum, neque illi pudorem facere neque affici me audacter dixerim. Sed reliquos insuper, qui me ament, amicos, eos etiam utiles, quibus facultas suppetet, per te illum habiturum, iniquus sim si dubitem. Est autem ipsi, si cui unquam alteri, amicis opus utilibus. Is enim est, ut paucis expediam, rerum illius status: adolescens simplex est ac generosus, animi plenus atque mitis, cuiusmodi Plato reipublicæ suæ custodes esse desiderat. Militavit porro et is admodum puer. Statim autem, postquam excessit ex ephebis, apud nos cum imperio copiis præfuit, sub iniquis testibus pericula suscipiens. Tales enim adversus secunda omnia cives esse solent. Verum ille omni se invidia superiorem præstitit; de quo plura quidem alius quispiam dixerit. Sed nos eodem affecti modo videmur ambo, ego ad prædicandas laudes, ille ad audiendas. Sed ut uno verbo dicam, ille armis hostes patriæ, virtute, qui in ea erant perditi, superavit. Adulta iam ætate potentiam nactus, philosophi necessitudine nihil indignum admisit. (267) Atque eiusmodi cum sit, difficillimis negotiis implicatur, ob id maxime quod probus et honestus est. Nam ut quisque candidus ac bene moratus est, ita a malignis et perditis in lucro deputatur: atque ex altera parte ingens malis proventus atque compendium oritur. Igitur delator nescio quis mercedem ab ipso exprimere volens, ubi nihil promovet, litem illi intendit; sed cum nihilo magis hac ratione quidquam posset alienæ rei pellicere, cum a nobis iura ac leges essent, alio se convertit, et litem in accusationem commutat, crimen reo ipso antiquius intentans. Ergo ante vadimonium sese sistit. Neque enim desperato calumniatori ullo modo credendum est; neque paterna et avita bona turpi cum dedecore perdenda sunt. Ad hoc amicis opus habet sinceris, minime fucatis, prudentibus, cuiusmodi es tu; habebit vero (quod deo probante dictum a me sit) te primum opera mea, tua vero amicos meos tuosque: quorum quidquid ullus beneficii in illum contulerit, huius me gratiæ par est debitorem agnoscere.

ρλβ'. Τῷ ἀδελφῷ. c

Τὸ μὲν τὰς γυναῖκας βοᾶν καὶ στερνοτυπεῖσθαι καὶ σπαράττειν τὰς κόμας ἐπιφανέντων ἢ προαγγελθέντων πολεμίων, ἧττον ἂν δόξειεν εἶναι δεινόν· καίτοι καὶ τοῦτο δεινὸν ὁ Πλάτων οἴεται, τὸ μηδὲ ὥσπερ τὰς ὄρνεις ἐθέλειν ἀμυνομένας ὑπὲρ τῶν νεοττῶν πρὸς ὁτιοῦν τῶν ἀλκιμωτάτων ἀνθίστασθαι, ἀλλὰ δόξαν

CXXXII. Fratri.

Mulieres quidem vociferari ac pectus plangere et comam vellere visis aut nuntiatis hostibus tolerabilius videri potest: quanquam ne tolerandum quidem existimat Plato, quod instar gallinarum ad pullos tegendos cuicunque etiam validissimo sese nolint opponere, sed pessimam humano generi famam aspergant, præ omni-

καταχεῖν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ὅτι πάντων θηρίων ἀτολμότατον γέγονε. τὸ δὲ καὶ σὲ ταὐτὸν ἐκείναις πλημμελεῖν, καὶ νύκτωρ ἐκδειματοῦσθαι καὶ διανίστασθαι, καὶ βοᾶν παρ' αὐτὴν τοῦ φρουρίου τὴν θύραν ἑστάναι τὸν βάρβαρον (τοιαῦτα γάρ d
τις ἀπήγγειλε περὶ σοῦ) πῶς ἔτι ταῦτα οἰστά, κἂν ἀλλοίως ἔοικεν εἶναι, ἐμὸν ἀδελφὸν ὄντα ἔπειτα δειλὸν εἶναι; ἔγωγέ τοι παρανατειλάσης εὐθὺς ἡμέρας ἐξιππασάμενος ὡς ἀνυστὸν πορρωτάτω, καὶ ὠσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ τοὺς ἀπελάτας τούτους ἅπαντα πολυπραγμονῶ. οὐδὲ γὰρ ἄξιον καλεῖν αὐτοὺς πολεμίους, ἀλλὰ λῃστὰς ἢ λωποδύτας ἤ τι τοιοῦτον ὄνομα μικροπρεπέστατον, οἳ μηδένα τῶν ἐρρωμένως ἐπιφερομένων ὑφίστανται, ἀλλὰ μόνους τοὺς καταπλῆγας ἀποσφάττουσιν (268) ὥσπερ ἱερεῖα καὶ περιδύουσι. νύκτωρ δὲ a
μετὰ τῶν ἐφήβων περιπολῶ τὸν λόφον, καὶ παρέχω ταῖς γυναιξὶ τοῦ καθεύδειν ἄδειαν, ἐπισταμέναις ὅτι πρὸ αὐτῶν τινὲς ἐγρηγόρασι. πάρεισι δέ μοι καὶ στρατιῶται τοῦ τῶν Βαλαγριτῶν τάγματος. οὗτοι πρότερον μὲν ἢ Κερεάλιον ἄρχειν ἦσαν ἱπποτοξόται· τούτου δὲ καταστάντος εἰς τὴν ἀρχήν, ἀπημπολημένων αὐτοῖς τῶν ἵππων, ἐγένοντο μόνον τοξόται· ἐμοὶ δ' οὖν ἀποχρῶσι καὶ ἄνιπποι. δεῖ δὲ τοξείας ἡμῖν ὑπὲρ φρεάτων, ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ· ὕδωρ γὰρ οὐκ ἔχομεν εἴσω τοῦ περιβόλου. ἐπεὶ τί ἐκώλυε διαφέρειν τὴν b
πολιορκίαν αὐλουμένους τε καὶ κωμάζοντας; νῦν δὲ ἢ κρατεῖν δεῖ μαχομένους ἢ ἀποθνήσκειν εἰς χεῖρας ἰόντας τοῖς πολεμίοις ἀντὶ τοῦ διψῆν. οὗ τί ἂν ἐλεεινότερον γένοιτο; ὥστε κἂν ὑπ' ἀνάγκης ἄνδρες εἴημεν ἀγαθοί. καὶ σὺ δὴ προθυμοῦ καὶ ἑτέρους παρακάλει, καὶ τὸ ζεῦγος τῶν ἵππων τῶν ἀδηφάγων τῶν ἐπὶ τῷ φόρῳ τρεφομένων ἄγεσθαι κέλευε παρὰ σέ. παντὸς μᾶλλον ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἵππος οὐκ ἀχρεῖον κτῆμα. καὶ γὰρ προδραμεῖν τε καὶ κατασκέψασθαι καὶ ἀπαγγεῖλαι δι' ἐλαχίστου, πάντα ταῦτα ἵππος c
δύναται ῥᾳδίως ποιεῖν. κἂν δέῃ σοι τοξοτῶν, μεταπέμπου καὶ ἥξουσι· τοὺς γὰρ κωπέας τοὺς Φυκουντίους οὐδ' ἐγὼ θαρρῶ συμμάχους, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς παρ' ἐμοὶ κηπωρούς. ζητῶ δὲ ἄνδρας ὀλίγους οὐ ψευδομένους τὸν ἄνδρα. κἂν ἐπιτύχω τοιούτων (σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω), θαρρῶ. δεῆσαν δὲ ἀποθνήσκειν, ἐνταῦθα τὸ φιλοσοφίας ὄφελος, τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν ἀναχωρῆσαι τοῦ θυλακίου τῶν κρεϋλλίων. εἰ δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸ παιδίον ἄτεγκτος ἔσομαι, d
τοῦτο δὲ οὐ σφόδρα διεγγυῶμαι. ὡς ἔγωγε βουλοίμην ἂν τοσαῦτα φιλοσοφίαν δύνασθαι. ἀλλὰ μή τί ποτε διάπειραν λάβοιμι, μή, ὦ σῶτερ, μή, ὦ ἐλευθέριε.

bus id esse bestiis ignavissimum. Te vero eadem illa committere, noctuque intemperiis ac terroribus agitari et exsilire et identidem vociferari sub ipsis præsidii portis astare Barbarum (eiusmodi enim de te quædam ad me perlata sunt), etiamne ferri istud potest, cum id absonum utique videatur, eum qui frater meus sit esse formidolosum? Atqui ego primo statim diluculo quam fieri longissime potest obequitans, auribus atque oculis de abactoribus iis quæ possum inquiro. Neque enim hostes appellaverim, sed latrones ac grassatores, aut si quod aliud abiectius nomen est, qui neminem fortius invadentem sustineant, sed timidos ac attonitos duntaxat (268) iugulant, tanquam pecudes, ac despoliant. Noctu vero cum iuvenum manu collem obeo, et mulieribus dormiendi securitatem præbeo, dum aliquos pro sua salute excubare intellegunt. Adsunt et mihi ex Balagritarum ordine milites aliquot. Hi antequam Cerealius provinciæ præfuisset, equites erant sagittarii. Posteaquam is imperium est adeptus, distractis sibi equis, ad sagittarios rescripti sunt: mihi vero vel sine equis sufficiunt. Sagittatione autem opus est nobis ad puteorum, ad fluminis copiam habendam. Aquæ enim intra muros nihil habemus. Alioqui quid eam obsidionem tolerare tibiis ac comessationibus indulgentes prohibeat? Iam vero vel pugnando vincere necesse est, vel manu conserta cum hostibus oppetere potius, quam siti conficiamur. Quo quid miserius posset accidere? Ita vel necessitate coactos viros nos præbere convenit. Ac tu etiam cura ut is sis, aliosque cohortare; et par illud voracium equorum, qui ad tributum aluntur, adduci ad te impera. Nulla iis temporibus possessio equo utilior atque opportunior esse potest Nam et procurrere et speculari et brevissimo tempore renuntiare, omnia hæc facile præstabit equus. Quod si tibi sagittariis opus est, eos arcesse et confestim aderunt. Phycuntiorum enim remigum auxiliis nihilo magis confido, quam meis olitoribus. Paucos autem viros desidero, qui viros non mentiantur. Ac si aliquos eiusmodi nactus ero, quod cum deo a me dictum sit, bono animo sum. Sin obeunda mors est, tum vero utilis atque opportuna philosophia est, minime ut acerbum videatur ex hoc caruncularum sacculo discedere. Quod autem adversus uxorem ac filiolum siccis oculis esse possim, nequaquam id valde asseverare audeam. Quod utinam philosophia posset! Sed nunquam eius rei periculum fieri a me contingat, te, o salutis, o libertatis præses, obtestor.

ρλγ'. Ὀλυμπίῳ.

Χθὲς καὶ πρώην ἐπὶ τῶν ἔναγχος ὑπάτων, ὧν ἅτερός ἐστιν Ἀρισταίνετος (τὸν γὰρ συνάρχοντα ἀγνοῶ), κατασεσημασμένην ἐκομισάμην ἐπιστολὴν τὸ σὸν τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς ἐπιγεγραμμένην ὄνομα. τεκμαίρομαι

CXXXIII Olympio.

Heri et nudius tertius, proximis coss., quorum alter Aristænetus est, nam collegam eius ignoro, obsignatas accepi litteras, quibus religiosi tui capitis nomen erat inscriptum. Esse autem vetustissimas (269) ex eo coni-

δὲ (269) αὐτὴν εἶναι παμπάλαιον, τῷ τε θριπήδεστον γεγονέναι καὶ τῷ συγκεχύσθαι τὰ πλείονα τῶν a γραμμάτων. ἐγὼ δὲ ἠξίουν μὴ καθάπερ δασμόν τινα ἐτήσιον τὴν ἐπιστολὴν πέμπεσθαι, μηδ' ἕνα ποιεῖσθαι διακομιστὴν μόνον τὸν φίλτατον Σύρον· οὕτω γὰρ συμβαίνει τὸ μηδὲ νεαροῖς ἀλλ' ἑώλοις αὐτοῖς περιτυγχάνειν. ὥσπερ οὖν ἐγώ, καὶ αὐτὸς οὕτω ποίει. οὐδεὶς βασιλέως ἀγγελιαφόρος δημοσίαν ἵππον ἀμείβων ἔξεισι τῆς πόλεως, ᾧ μὴ τὰ πρὸς τὴν σὴν λογιότητα μέρος γίνεται τοῦ κατόπιν φορτίου. εἰ μὲν οὖν ἀποδιδόασιν ἢ πάντες ἤ τινες αὐτῶν, πολλὰ κἀ- b γαθὰ τοῖς ἀποδιδοῦσι γένοιτο, χρηστοῖς οὖσιν· εἰ δὲ μή, καὶ ταύτῃ σὺ σοφώτερος, ἀπιστῶν οἷς ἄξιον. ἀλλ' ἵνα μηδὲ ἡμεῖς μάτην κόπτωμεν τὸν ὑπογραφέα τὰς οὐκ ἀποδοθησομένας ἐπιστολὰς ὑπαγορεύοντες, μαθεῖν ἀξιῶ· μεθαρμόσομαι γὰρ τοῦ λοιποῦ καὶ μόνῳ πιστεύσω τῷ Πέτρῳ. ταύτην γέ τοι τὴν ἐπιστολὴν Πέτρον οἶμαι διακομιεῖν, παρὰ μέσης λαβόντα τῆς ἱερᾶς χειρός· στέλλω γὰρ αὐτὴν ἀπὸ Πενταπόλεως ἐγὼ πρὸς τὴν διδάσκαλον τὴν κοινήν. αὕτη δὲ ὅτῳ βούλεται δώσει· βουλήσεται δ' εὖ οἶδ' ὅτι τῷ γνωριμω- c τάτῳ παρασχεῖν. καὶ γὰρ οὐδ' ἴσμεν, ὦ φίλτατε καὶ θαυμασιώτατε, εἰ καὶ πάλιν ἔξεστι προσειπεῖν ἡμᾶς ἀλλήλους. κακίᾳ γὰρ στρατηγῶν ἀμαχεὶ γέγονε τῶν πολεμίων ἡ χώρα, καὶ μόνοι ζῶμεν ὅσοι τὰ ἐρυμνὰ κατειλήφαμεν, τῶν ἐν τοῖς πεδίοις κατειλημμένων ὥσπερ ἱερείων ἀπεσφαγμένων. δέδιμεν δὲ τὴν προσεδρείαν αὐτῶν μὴ χρονία γενομένη δίψει παραστήσηται τὰ πολλὰ τῶν φρουρίων. ταύτῃ καὶ τοῖς ἀντεγ- d κλήμασι τοῖς περὶ τῶν δώρων οὐκ ἀπεκρινάμην· οὐ γάρ μοι σχολὴ πρός τινι μηχανῇ τὸν νοῦν ἔχοντι. κατασκευάζομαι γὰρ ὡς ἂν ἀπὸ τῶν πύργων ἐκηβολώτατα πέμποιμεν ἀξιόλογα λίθων βάρη. ἅμα δὲ καὶ ἐνδίδωμί σοι πρὸς τὸ πέμπειν μοι δῶρα· δεῖ γὰρ εἴκειν Ὀλυμπίῳ Συνέσιον, μὴ μέντοι τρυφῶντα δῶρα (καὶ γὰρ καὶ τότε τὴν τρυφὴν ἐμεμψάμην τῶν καταλυμάτων τοῦ συσσιτίου), ἀλλ' ἔστω στρατιωτικά, τόξα καὶ βέλη, μετὰ τῶν στυρακίων μέντοι τὰ βέλη. τόξα μὲν οὖν κἂν ἑτέρωθεν ὠνησαίμην καὶ τὰ ὄντα (270) a ἀνακτησαίμην, βέλη δὲ οὐ ῥᾴδιόν ἐστι πορίσασθαι, οὔκουν ὥστε καὶ ἐπιτήδεια. τὰ γὰρ Αἰγύπτια ταῦτα τοῖς γόνασιν οἰδοῦντα τοῖς παραγονατίοις συνιζάνει· ταύτῃ καὶ σφάλλεται παρ' ἑαυτῶν. ἔοικε γὰρ τοῖς ἐκ πρώτης ἀφετηρίας ἐμποδιζομένοις τε καὶ προσκόπτουσι. τὰ παρ' ὑμῖν δὲ εὐμήκη τέ ἐστι καὶ ἀκριβῶς εἰς ἑνὸς κυλίνδρου σχῆμα στρογγύλλεται, ὅπερ τὸ πᾶν ἐστιν εἰς εὐθυπορίαν τῆς πτήσεως. ταῦτά μοι πέμπειν, καὶ χαλινοὺς ἵππων ἀγαθοὺς εἰς χρῆσιν. ἐπεὶ καὶ τὸν ἵππον τὸν Ἰταλόν, ὃν ἐπήνεσας τῇ γλώττῃ b τῇ καλῇ, σφόδρα ἂν εἶδον ἡδέως· ἐπειδὴ καὶ πατέρα πώλων ἀγαθῶν ἡμῖν αὐτὸν ὑπισχνοῦ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κάτω που τῆς ἐπιστολῆς μετὰ τὴν ὑπογραφὴν εὗρον ὅτι μένειν ἐδέησε τὸν ἵππον ἐν τῇ Σελευκείᾳ, τοῦ ναυκλήρου διὰ τὸν καιρὸν παραιτησαμένου τοιοῦτο

a cio, quod et a tineis corrosæ essent, et litterarum pars maior exolevisset. At ego vellem non tanquam annuum vectigal epistolam ad me mitteres, nec uni duntaxat amicissimo Syro perferendas traderes. Ita enim fit, ut nunquam recentes sed vetustate consumptæ ad me perveniant. Fac igitur quod me facere vides. Nullus imperatoris veredarius equum publicum mutans urbe proficiscitur, cui non humeralis sarcinæ pars aliqua sit quod ad eruditionem tuam mittitur. Quare si tibi fideliter reddant, sive omnes sive eorum aliqui, multa iis b prospera contingant, boni enim viri sunt; sin minus, hac tu in parte prudentior es, qui iis fidem non adhibeas, quibus haberi nullam oportet. Sed ne librarium et nos frustra fatigemus, cum minime perferendas ad te litteras dictamus, certior reddi cupio; mutabimus enim deinceps sententiam, solique Petro committam. Has porro litteras a Petro perlatum iri arbitror, quas de sacra manu acceperit. Mitto enim has e Pentapoli ad communem magistram, hæc autem cuicunque libuerit committet: libebit autem, optime scio, ei tradere, qui c sit notissimus. Neque enim scimus, o carissime ac præclare vir, an postea salutandi invicem facultas sit affutura, propterea quod ignavia ducum sine certamine regionis hostes potiuntur, solique nos superstites sumus, qui ad munita loca confugimus, omnibus, quotquot in campestribus deprehensi sunt, pecudum more iugulatis. Veremur autem ne diuturna in iis locis illorum commoratio quam plurima castella siti ad deditionem compel- d lat. Quæ causa est, cur recriminationi illi tuæ, quæ de muneribus erat, non responderim. Neque enim otium fuit, eo quod in machinæ cuiusdam fabricatione occupabar. Hoc enim molior, quemadmodum e turribus non contemnendi ponderis lapides quam longissime iaculemur. Simul autem et mittendi ad me munera potestatem facio. Synesium quippe Olympio cedere necesse est: verum ea lege, ne lautiora munera sint. Nam et tunc luxum, quo in contubernii diversoriis usus es, minime probavi: sed militaria ea dona sint, arcus scilicet a ac spicula, hæc autem una cum cuspidibus. Arcus quidem vel aliunde coemere possum; aut quos ipse iam habeo (270) reficere: spicula vero ægre comparantur, quæ quidem usui esse possint. Ægyptia enim ista geniculis protuberantia substrictiore internodio sunt. Idcirco per se ipsa frustrantur. Similia enim iis sunt, qui statim a primis carceribus impediuntur et offendunt. Vestra autem oblonga sunt, et in unius cylindri figuram rotundantur: quod ad volatus rectitudinem unice confert. Hæc tu ad me mittes; necnon equorum frena ad b usum accommodata: nam et equum illum Italicum, quem tu venusta illa tua lingua prædicasti, videre admodum desiderassem: eoque magis quod tu egregiorum pullorum patrem illum spoponderas. Verum in calce litterarum infra subscriptionem scriptum reperi equum istum Seleuciæ relinqui oportuisse, quod nauarchus ob

φορτίον. ἐπειδὴ δὲ μήτε τὴν λέξιν ἐπέγνων ἀδελφὴν οὖσαν τῆς σῆς μήτε τὴν χεῖρα μήτε τὴν ἀκρίβειαν τῆς γραφῆς, ἐδικαίωσα μὴ ἀγνοεῖσθαί σοι τοῦτο. ἄτοπον γὰρ εἰ τοιοῦτος ὢν ὁ ἵππος μήτε ἐμοὶ μήτε σοὶ σώζοιτο.

temporis incommoda id oneris recusasset. Sed quoniam neque dictionem ipsam neque manum neque exactam scripturæ rationem tuæ germanam agnovi ac similem, æquum putavi te ea de re non celari. Absurdum enim c est talem equum mihi iuxta ac tibi perire.

ρλδ'. Πυλαιμένει.

Ἐδεξάμην τὴν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ πάλιν ἐμέμψω τὴν τύχην ὡς οὐδὲν περὶ σοῦ βεβουλευμένην φιλανθρωπότερον. μή σύ γε, ὦ φίλτατε ἑταίρων· οὐ γὰρ ἄξιον ἐγκαλεῖν ἀλλὰ παραμυθεῖσθαι. ἔξεστι δὲ ὄντι τοιούτῳ ἥκειν πρὸς ἡμᾶς· ἀδελφὸν εὑρήσεις οἶκον. οὐ πλουτοῦμεν, ὦ 'γαθέ, ἀλλὰ τὰ παρόντα ἀρκεῖ καὶ Πυλαιμένει κἀμοί· εἰ δὲ σὺ παρέσῃ, τυχὸν καὶ πλουτήσομεν. ἀπὸ τῶν ἴσων ἀφορμῶν ἕτεροι πλείω τῶν μετρίων ἔχουσιν, ἐγὼ δὲ κακὸς οἰκονόμος. ἀλλὰ τέως ἀντέχει καὶ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἀμέλειαν τὰ πατρῷα, ἃ δὴ δύναται βόσκειν φιλόσοφον. μὴ τὰ τυχόντα ἡγοῦ προσλαβόντα καὶ πρόνοιαν. ταῦτα περὶ τούτων, καὶ μὴ ἄλλως ποίει, εἰ μή τι μεταξὺ βέλτιον πέπραγας, καὶ πάλιν διανοῇ τὴν Ἡράκλειαν ἀνιστάναι κειμένην. ἐπιστολὰς οὐ γέγραφα πρὸς οὓς εἴωθα, διὰ τὸν καιρόν· ἀλλὰ πρῴην ἅπασι γέγραφα, φάκελον ἐπιστολῶν Διογένει δούς. ἀνεψιός ἐστιν ὁ Διογένης ἐμός. εἰ μὲν οὖν ἐπέτυχέ σου ζητῶν (ἐζήτησε γὰρ (271) εὖ οἶδ' ὅτι), καὶ δὴ τὸν φάκελον ἐπιδέδωκεν, σοὶ γὰρ ἐπεγέγραπτο· εἰ δὲ μή, τὸν ναύκληρον αἴτει δεῖξαί σοι τὸν νεανίσκον, καὶ κομισάμενος τὰς ἐπιστολάς, αὐτὸς ἅπασι δίδου. εἰσὶ δὲ οὓς περὶ πλείστου ποιοῦμαι παρ' ἐμοῦ προσειρῆσθαι, ὁ πατὴρ Πρόκλος, Τρύφων ὁ παρ' ἡμῖν ἄρξας, Σιμπλίκιος καὶ ἀνὴρ καὶ ἄρχων ἀγαθὸς καὶ φίλος ἐμός. ἐπιδοὺς αὐτῷ τὴν ἐπιστολήν, ἐν ᾧ πάρεστι χρόνῳ χρῆσαι τἀνδρί· καλὸν γὰρ καὶ συσχολάσαι στρατιώτῃ ποιητικῷ. στρουθοὺς μεγάλας ἀπὸ τῶν ἐν εἰρήνῃ κυνηγεσίων εἴχομεν, ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτὰς στέλλειν ἐπὶ θάλατταν διὰ τῶν ὅπλων τῶν πολεμίων, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν παρὰ τὰς ἀκτὰς ὄντων ἐξῆν ἐνθεῖναι τοῖς πλοίοις. οἶνος οὖν μόνος ἐστὶ τὸ φορτίον, ἐλαίου δὲ οὐ μὰ τὴν τιμίαν σου κεφαλὴν οὐδὲ κύαθον ἀγώγιμον ἔχουσιν, οὔκουν ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι. τοσάδε οὖν οἴνου ξεστία λαβέ. λήψῃ δὲ ἐπιδοὺς τὸ πρὸς Ἰούλιον πρόσταγμα. πρόσκειται δὲ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ μὴ διαπεσεῖν ἕνεκα. καὶ τῷ πατρὶ Πρόκλῳ γεγράφηκα, καὶ ταῦτα πέπομφα. δεξάσθω καὶ τὴν ἐπιστολὴν παρὰ σοῦ καὶ τὸν οἶνον παρὰ Ἰουλίου. Τρύφωνι τῷ χρυσῷ (δεῖ γάρ τι καὶ ἐν τούτοις ψυχρὸν εἰπεῖν καὶ Γοργιεῖον) τρυφῶντα δῶρα παρεσκευάσαμεν ὀπὸν σιλφίου πολύν (Βάττου γὰρ ἀκούεις αὐτὸ δήπου καὶ σύ) καὶ κρόκον ἄριστον, ἀγαθὸν γὰρ ἡ Κυρήνη καὶ τοῦτον ἐκτρέφει· οὐ μὴν ἐξεγένετο πέμπειν τό γε νῦν ἔχον. ἀλλ' ἐκπέμψαιμεν ἂν εἰς ἑτέραν ναῦν, ὅταν καὶ ὑμῖν μετ' αὐτοῦ μὲν τὰς στρουθούς, κατὰ μόνας δὲ τοὔλαιον.

CXXXIV. Pylæmeni.

Accepi tuas litteras, quibus iterum fortunam incusas, quod nihilo tibi humanius adhuc consuluerit. Nequaquam, o sodalium amicissime. Neque enim criminari illam attinet sed consolationem capere. Licet autem eiusmodi cum sis, tibi ad me venire; fraternam domum invenies. Non locupletes sumus, o bone vir, sed vel præsentia mihi ac Pylæmeni sufficiunt. Quod si tu una mecum d aderis, fortasse ditiores erimus. Ab iisdem rei familiaris subsidiis alii supra mediocres opes adepti sunt: ego vero malus sum dispensator. Nihilominus tamen hactenus vel contra maximam incuriam patrimonium durat, quod philosophum alere possit. Neque tu aspernandum hoc existimes, si cura ac diligentia accesserit. Hoc modo te in iis neque aliter gere, nisi quid forte interim melius acciderit, ac rursum iacentem Heracleam instaurare cogites. Epistolas quibus soleo nullas scripsi ob temporis difficultatem; sed nuper omnibus scripsi, ac litterarum fasciculum Diogeni commisi. Patruelis meus Diogenes iste est, qui si te quærens invenerit (non a enim (271) dubito quin quæsierit), simul et fasciculum dedit. Tibi enim erat inscriptus. Sin minus, nauclerum roga ut tibi adolescentem indicet: cumque ab eo litteras acceperis, ipse omnibus reddas velim. Nonnulli sunt, quos meo nomine compellari summopere cupiam: pater Proclus; Trypho, qui provinciæ nostræ præfuit; Simplicius non minus vir quam magistratus optimus et amicus meus, cui postquam litteras obtuleris, quamdiu præsentis copiam habes, homine utere. Præclarum enim est cum milite versari poeticæ studioso. Struthiocamelos b magnos habebamus ex venationibus, quas tempore pacis exercuimus. Verum mittere eos ad mare per infesta hostium arma non potuimus, neque aliud quidquam eorum quæ in littore erant navigiis imponere licuit. Vino igitur duntaxat oneravimus. Olei vero, per carissimum caput tuum, ne cyathum quidem importarunt, quantum scire potuerim. Accipe igitur vini totidem sextarios. Accipies vero, postquam mandatum quod ad Iulium scriptum est dederis, quod epistolæ adiunctum est, ne excidere posset. Scripsi et patri Proclo, eademque misi. Accipiat a te litteras, vinumque ab Iulio. Tryphoni aureo c (oportet enim in iis frigidum aliquid et Gorgiæ simile dicere), Tryphoni, inquam, dona paravimus laseris magnam copiam (hoc enim de Batto scilicet accepisti); ad hæc crocum optimum. Nam et hoc probum Cyrenis provenit. Hoc tamen mittere in præsentia non potui: sed in alteram postea navem imponetur, tum cum ad vos mittemus cum illo quidem struthiocamelos, privatim d autem oleum.

ρλε'. Τῷ ἀδελφῷ.

Ποιμένιος οὗτος ὁ τὴν ἐπιστολήν σοι διδοὺς ἐστάλη πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ μικρῷ πρότερον δυναστεύσαντος Ἀρταβαζάκου ἐπὶ ταῖς οὐσίαις ἁπάσαις, ὧν ἐν τοῖς τῇδε τόποις ἐγεγόνει κύριος. ἀλλ' ἐν ὑποθέσει τοιαύτῃ πρᾷον ἑαυτὸν παρέσχε καὶ μετριώτατον. καίτοι τίς ἕτερος οὕτως ἐχρήσατο τῷ καιρῷ; Ποιμενίου δὲ οὐδεὶς Λιβύων τὴν τότε δύναμιν ἐβαρύνετο. μέγα τεκμήριον, λυπεῖ τὰς πόλεις ἀναχωρῶν. σὺ δέ μοι τὸν ἄνδρα φιλίως καὶ ὥσπερ εἰκὸς ἐπαίνεσον ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ.

CXXXV. Fratri.

Pœmenius hic, a quo has litteras accipies, missus est ad nos ab Artabazaco, qui paulo ante principatum tenuit, bonorum omnium curator, quæ in his locis possideret. Sed in eo munere obeundo perhumanum se ac facilem præbuit. Quanquam quis alius ita occasione hac uteretur? At Pœmenii potestas nemini Libyum gravis et onerosa fuit. Cuius rei non leve hoc argumentum est, quod magno civitatum omnium mœrore discedit. At tu hominem amice atque uti par est probitatis nomine collaudato.

ρλς'. Τῷ αὐτῷ (272). a

Ὀναίμην τῶν Ἀθηνῶν ὁπόσα βούλει, ὥστε μοι δοκῶ πλεῖν ἢ παλαιστῇ καὶ δακτύλῳ γεγονέναι σοφώτερος. ἔξεστι δὲ καὶ αὐτόθεν τῆς νέας σοφίας πεῖράν σοί τινα παρασχεῖν. ἀμέλει γὰρ Ἀναγυρουντόθεν σοι γράφω, καὶ Σφηττοῖ γέγονα καὶ Θριῶζε καὶ Κηφισιάσι καὶ Φαληροῖ. καὶ κακὸς κακῶς δεῦρό με κομίσας ἀπόλοιτο ναύκληρος· ὡς οὐδὲν ἔχουσιν αἱ νῦν Ἀθῆναι σεμνὸν ἀλλ' ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα. b καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζῴου, οὕτως ἐνθένδε φιλοσοφίας ἐξῳκισμένης λείπεται περινοστοῦντα θαυμάζειν τὴν ἀκαδήμειάν τε καὶ τὸ Λύκειον καὶ νὴ Δία τὴν ποικίλην στοάν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην. ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος. νῦν μὲν οὖν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις Αἴγυπτος τρέφει τὰς Ὑπατίας δεξαμένη γονάς, αἱ δὲ Ἀθῆναι, πάλαι μὲν ἦν ἡ πόλις ἑστία c σοφῶν, τὸ δὲ νῦν ἔχον σεμνύνουσιν αὐτὰς οἱ μελιττουργοί. ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ ξυνωρὶς τῶν σοφιστῶν τῶν Πλουταρχείων, οἵτινες οὐ τῇ φήμῃ τῶν λόγων ἀγείρουσιν ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς νέους, ἀλλὰ τοῖς ἐξ Ὑμηττοῦ σταμνίοις.

CXXXVI. Eidem (272).

Fructum ex Athenis quantumcunque velis capiam: adeo mihi videor palmo uno ac digito factus doctior. Licet autem inde quoque tibi divinæ illius sapientiæ periculum facere. Ecce enim ex Anagyrunte ad te scribo, et Sphettum obii atque Thrium et Cephisiadem ac Phalerum, ut ille male pereat infelix nauclerus, qui me huc advexit: nihil enim iam Athenæ splendidum habent præter celeberrima locorum nomina. Ac velut ex hostia consumpta sola pellis superest, animalis quod olim aliquando fuerat indicium, sic inde translatâ philosophiâ restat ut oberrando Academiam ac Lyceum mireris: atque etiam variam illam porticum, a qua Chrysippi secta nomen accepit, quæ quidem minime nunc varia est. Nam proconsul tabulata sustulit, in quæ artem omnem suam Polygnotus Thasius contulerat. Nunc itaque nostra ætate alit Ægyptus quæ ab Hypatia sapientiæ semina suscepit; Athenæ vero quondam civitas fuit, sapientum domicilium: nunc eam mellatores celebrant. Quibus par illud sapientum Plutarcheorum adice, qui non orationum suarum fama iuvenes in theatris congregant, sed mellis ex Hymetto amphoris.

ρλζ'. Ἑρκουλιανῷ.

Εἰ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης κέρδος ἔφησεν Ὅμηρος πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν τε ἄστεα καὶ νόον γνῶναι, καὶ ταῦτα τῆς προσορμίσεως αὐτῷ γενομένης οὐ πρὸς d ἄνδρας χαρίεντας ἀλλὰ πρὸς Λαιστρυγόνας καὶ Κύκλωπας, ἦπου θαυμαστῶς ἂν ᾖσεν ἡ ποίησις τὴν ἐμήν τε καὶ σὴν ἀποδημίαν, παρασχοῦσαν ἡμῖν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν τῶν καὶ διὰ φήμης ἀπιστουμένων. αὐτόπται γάρ τοι καὶ αὐτήκοοι γεγόναμεν τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῶν φιλοσοφίας ὀργίων. εἰ δὲ καὶ ἀνθρωπικαὶ χρεῖαι τοὺς κοινωνήσαντας διαθέσει συνδέουσιν, ἡμᾶς κατὰ τὸν νοῦν τῶν ἐν ἡμῖν τὸ ἄριστον συγγενομένους θεῖος ἀπαιτεῖ νόμος τἀλλήλων τιμᾶν. ἐγὼ (273) μὲν οὖν καὶ τῆς σωματικῆς συνηθείας ἀπολελαυκὼς a ὁρᾶν τε ἀπόντα δοκῶ, τὸ ἐναποτεθὲν ἀπὸ τῆς διαθέ-

CXXXVII. Herculiano.

Si ex Ulixis erroribus lucrum hoc exstitisse Homerus cecinit, multorum hominum urbes intueri moresque cognoscere, præsertim cum non ad politos homines appelleret, sed ad Læstrygonas et Cyclopas, procul dubio maiorem in modum tuam meamque peregrinationem poesis celebrasset, qua nobis periculum eorum facere concessum est, quæ fama audita incredibilia videbantur. Ipsi enim spectatores atque auditores germanæ philosophiæ sacrorum ducis ac magistræ fuimus. Quod si humana negotia eorum communione coniunctos affectu inter se colligant ac devinciunt, nos utique mente consociatos, quæ pars est nostri præcipua, nostris invicem rebus studere divina lex efflagitat. Equidem (273) cum præsentis corpore tui consuetudine sum usus aliquando,

σεως εἶδος προχειριζομένης τῆς μνήμης, καὶ ἐμβομβεῖ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμαστῶς γλυκεῖα τῶν ἱερῶν σου λόγων ἠχώ. σὺ δὲ ἡμῖν εἴπερ οὐχ οὕτως ἔχεις, ἀδικεῖς· εἰ δ' ἔχεις, οὐ μέγα ποιεῖς, ἀποδίδως γὰρ διαθέσεως ὄφλημα. ὅταν δὲ πρὸς τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ κοινωνίαν ἀπίδω καὶ φιλοσοφίαν ἐκείνην περὶ ἧς πολλὰ συγκεκύφαμεν, ἐνταῦθα ἤδη τοῦ λογισμοῦ γενόμενος θεῷ βραβευτῇ τὴν συντυχίαν ἡμῶν b ἀνατίθημι. οὐ γὰρ ἂν ἀπ' ἐλάττονος ἢ θείας αἰτίας Συνέσιος, ὃ τὸ πρᾶγμα ἥκιστα δημοσιεύων καὶ πλείστοις μὲν συνὼν ἐπ' ἀνθρωπικαῖς δὲ κοινωνίαις τὰς συνουσίας ποιούμενος, φιλοσοφίαν δ' ἐν ἀρρήτων ἀρρητοτάτοις ἔχων, οὕτω προχείρως ἐμαυτόν τε καὶ τὰ ἐμαυτοῦ κτήματα ἀνεκάλυψα ἀνδρὶ κατὰ βραχὺ δόντι μοι καὶ λαβόντι τὸν λόγον. ἐπεὶ δ' οὖν γέγονέ τις οὗτος πρὸς ὃν ἐξωρχησάμην τὰ τέως ἀνέκπυστα, καὶ τῆς σοφῆς τοῦ Πρωτέως ἐπελαθόμην τέχνης c (οὐ γὰρ ἄλλη τις ἦν ἢ συνεῖναι τοῖς ἀνθρώποις οὐ θείως ἀλλὰ πολιτικῶς), ἐπεὶ γέγονε τοῦτο, οὐ προθεμένης μοι τῆς γνώμης ἀλλ' ἀκατασκεύαστον οὕτω παρελθόν, ἐγὼ θεὸν ἡγεμόνα τοῦ παραδόξου λογίζομαι, παρ' οὗ τέλος αἰτήσομεν τῶν δι' αὐτὸν ἠργμένων. καὶ δοίη μετ' ἀλλήλων φιλοσοφεῖν· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, πάντως φιλοσοφεῖν. ὡς ἔγωγε ἐνόντας μοί τινας τῇ ψυχῇ λόγους περὶ τῆς ὑποθέσεως ἣν ἐπραγματευόμεθα καταχέαι μὲν ὠδίνω τῆς ἐπιστολῆς, οὐ μὴν τοῦτο ποιήσω. d σοὶ μὲν γὰρ ἂν κατὰ θεὸν γένοιτο συγγενέσθαι καὶ ἡμῖν περὶ τούτων καὶ πολλοῖς ἄμεινον εἰδόσιν· ἐμοὶ δὲ οὐ καλῶς ἔχει γραμματείῳ πιστεύειν τὰ τοιάδε. τὸ γὰρ τῆς ἐπιστολῆς πρᾶγμα οὐκ ἐχέμυθον, ἀλλὰ φύσιν ἔχει τῷ περιτυχόντι προσδιαλέγεσθαι. ἔρρωσο, καὶ φιλοσόφει καὶ διατέλει τὸ ἐν ἡμῖν ἀνακεχωσμένον ὄμμα ἀνορύττων. τὸ γάρ τοι βιοῦν ὀρθῶς, ἅτε ὂν οἶμαι προοίμιον τοῦ φρονεῖν, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων καὶ φρονίμων ἀνδρῶν σπουδάζεσθαι κατεδείχθη. (274) μὴ καθαρῷ a γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαί φησιν οὐ θεμιτὸν ἡ θεσπεσία φωνή. οἱ πολλοὶ δὲ οὐ διὰ τὸ φρονεῖν ἀλλ' αὐτὸ δι' αὐτό, καὶ τελειότητα ἀνθρωπίνην ἥγηνται τὸ βιοῦν ὀρθῶς, τὴν ὁδὸν οὐχ ὁδὸν ἀλλ' ἐφ' ὃ δεῖ δι' αὐτῆς φθάσαι νομίζοντες, κακῶς φρονοῦντες· σωφροσύνη γὰρ ἄλογος καὶ ἀποχὴ κρεωδαισίας πολλὴ παρὰ πολλοῖς ἀλόγοις εἴδεσιν ἐνδέδοται παρὰ τῆς φύσεως. ἀλλ' οὐκ ἐπαινοῦμεν οὔτε κορώνην οὔτ' ἄλλο τι τῶν εὑρομένων φυσικὴν ἀρετήν, ὅτι φρονήσεως ἔρημα. ἡ δὲ κατὰ b νοῦν ζωὴ τέλος ἀνθρώπου. ταύτην μετίωμεν, θεόθεν τε αἰτοῦντες θεῖα φρονεῖν, καὶ αὐτοὶ τὸν δυνατὸν τρόπον τὸ φρονεῖν ἁπανταχόθεν συλλέγοντες.

ρλη'. Τῷ αὐτῷ.

Ἤκουσά του τῶν δεινῶν λέγειν ἀνδρὸς ἐπαινοῦντος χρείαν ἐπιστολῆς, καὶ τοῦτ' αὐτὸ τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν λόγων ὁ σοφιστὴς ὑπόθεσιν ἐπεποίητο. ἐχορηγεῖτο δὲ αὐτῆς τὸ ἐγκώμιον πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ δύνασθαι τὴν ἐπιστολὴν ἐρώτων c

absentem intueri modo videor, speciem et imaginem ex affectu expressam repræsentante memoria, ac meis auribus etiamnum mirum in modum suavis illa sacrorum tuorum sermonum vox insonat. Tu vero nisi ita es affectus, iniuriam facis; sin et affectus, non multum facis. Amoris enim debitum rependis. Sed cum ad illam in philosophiæ studiis communionem respicio, illamque ipsam philosophiam, in quam diu ac multum incubuimus: ubi eo, inquam, ratiocinando perveni, rectori moderatorique deo occursum hunc nostrum tribuere soleo. Haud enim leviore aliqua quam divina moliente ac destinante causa Synesius, qui rem eiusmodi minime in vulgus enuntiare soleam, quique etsi cum plerisque familiariter vivam, eam tamen familiaritatem ob humanam aliquam communionem suscipiam, philosophiam vero in arcanis ac secretis rebus secretissimam habeam, tam facile me ipsum, meaque omnia homini detexi, quocum paululum ultro citroque sermonem contuli. Sed quoniam aliquis demum inventus est, apud quem inaudita efferrem, et prudentis illius Protei artificii sum oblitus, quod nihil aliud fuit quam cum hominibus non divina sed civili ratione versari. Quoniam igitur ita contigit, non quod ante constituissem animo, sed quod citra studium e re nata succurrit, ego tam inopinati eventus ducem et auctorem deum apud me reputo, a quo felicem exitum precabimur eorum quæ per ipsum inchoata sunt. Atque utinam nobiscum invicem philosophari concedat! Sin minus, at omnino saltem philosophari. Nam ego nonnullos sermones de eo argumento, quod tractabamus, occurrentes animo meo, tametsi epistolæ committere gestiam, non id tamen faciam. Dabitur enim aliquando tibi, favente deo, mecum hisce de rebus colloqui et cum aliis, qui melius ista noverint. Mihi vero nequaquam consilii esse videtur tantas res epistolæ concredere. Totum enim hoc epistolarum negotium minime est silentii tenax, sed ita comparatum, ut cum quolibet sermocinetur. Vale, et philosophiæ operam adhibe, iugique studio defossum in nobis oculum extrahe. Quippe recte ut vitam instituamus, perinde, arbitror, ut initium sapientiæ, veteres ac sapientes viri summopere procurandum (274) esse docuerunt. Nam ei qui impurus sit rem puram attingere nefas esse, divina vox testatur. Sed vulgus istud ipsum recte vivere non ad sapientiam referri, sed ipsum per sese consistere atque humanæ vitæ perfectionem continere putat; hoc est, iter non iter, sed id ad quod per illud contendere oportet, esse statuit, ac perperam de rebus existimat. Etenim rationis quædam expers temperantia et a carnium esu abstinentia plerisque est admodum ratione carentibus a natura indita. Sed neque cornicem laudamus, nec aliud quidpiam eorum quæ nativam hanc virtutem adepta fuerint, quod prudentia careant. Vita autem, quæ secundum mentem est, finis est hominis. Hanc nos omni studio quæramus; et cum a deo divina sapere postulemus, tum ipsi quacunque ratione possumus undequaque sapientiam comparemus.

CXXXVIII. Eidem.

Audivi aliquando quempiam disertum ac copiosum hominem, qui epistolarum usum utilitatemque commendaret, quod ipsum multorum et admirabilium sermonum argumentum sophista ille instituerat. Cæterum eius rei præconium cum ex aliis multis capitibus, tum

οὐκ εὐτυχούντων εἶναι παραμυθίαν, παρεχομένην ἐν ἀπουσίᾳ σωμάτων φαντασίαν τῆς παρουσίας, καὶ τῷ δοκεῖν προσδιαλέγεσθαι ψυχῆς ἐκπιμπλᾶσαν τὸ ἐφιέμενον. ταῦτ' οὖν ἀνύμνει τὸν εὑρετὴν τῶν γραμμάτων, καὶ ἀνθρώπων μὲν οὐδενὸς ἠξίου θεοῦ δὲ εἰς ἀνθρώπους εἶναι τὴν δόσιν. ἐγὼ μὲν οὖν ἀπολαύω τῆς ἱερᾶς τῆσδε τοῦ θεοῦ χάριτος, καὶ πρὸς ὃν ἔδει λαλεῖν, d εἰ μὴ δύναμαι λαλεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ γράφειν δύναμαι, θαμὰ τοῦτο ποιῶ, καὶ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον σύνειμι, καὶ ἀπολαύω τῶν ἐμῶν παιδικῶν. αὐτὸς δέ, εἰ μὴ πικρὸν εἰπεῖν, συνδιέστησας τῷ τόπῳ τὴν γνώμην. κἂν μὴ παύσῃ σαυτὸν ἀφέλκων τῶν ἀδολώτατα καὶ ἀσκήνως ἠγαπηκότων, ἐμιμήσω τὰς χελιδόνας, αἳ ταῖς τῶν ἀνθρώπων οἷον φιλίαις ἐνοικίζονται μὲν μετὰ τοῦ φθέγγεσθαι, σιωπῶσαι δὲ ἐξοικίζονται· ταῦτα πρὸς ἄνθρωπον ἔτι, καὶ ἀνθρωπικὰ τὰ ἐγκλήματα· εἰ δὲ ἥνωσας διὰ φιλοσοφίας τὰ δεῦρο διεστῶτα, καὶ φίλον μὲν τὸ καλόν, καλὸν (275) δὲ τὸ αὐτό, τοῦτο δὲ ἓν ὂν a τοῦ νοῦ λέγοντος ἤκουσας, οὐκέτι κρίνομεν ὑπεροψίαν τὴν πρὸς ἡμᾶς σιωπήν, ἀλλὰ συνηδόμεθα φιλοσοφοῦντι καὶ παραιτουμένῳ μὲν τὸ σμικροπρεπεύεσθαι, συνόντι δὲ τῷ παρὰ σοὶ κρείττονι τοῖς ἐν ἡμῖν κρείττοσιν. εἴης τοιοῦτος, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ ἐμοὶ τριπόθητε ὄντως ἀδελφέ.

ρλθ'. Τῷ αὐτῷ.

Εἰ τοσοῦτόν ἐστι κέντρον πειθοῦς ἐν τοῖς γράμμασιν, εἰ τοσοῦτον αἱ τῶν ἠθῶν εἰκόνες τῆς ζώσης χηρεύουσαι συμπαθείας καὶ χάριτος θέλκτρον ἐνιᾶσι τοῖς ἀναγινώσκουσιν, b ἦπου πρᾶγμα ἄμαχον ἂν εἴη τὸ αὐτοπροσώπως αὐτῶν ἐπαφήσασθαι. ἐμέ γέ τοι καὶ παρὼν μὲν ᾕρεις τῇ γλυκείᾳ Σειρῆνι τῶν λόγων· οὐ μὴν αἰσχυνθείην ἂν ἀληθῆ λέγων, ὡς ἡδίων ἂν ἡ δευτέρα μοι πεῖρα γένοιτο. οὐ γὰρ ἂν γένοιτο ἀγαθοῦ παρόντος ὥσπερ ἀπόντος τῷ πεπειραμένῳ συναίσθησις. τοῦ μὲν γὰρ ἡ συνέχεια τῆς ἀπολαύσεως κλέπτει τῆς εὐφροσύνης τὴν αἴσθησιν, ὁ δὲ κατὰ μικρὸν χωρισθεὶς τῶν ἡδέων εὐθὺς ἔχει κεντοῦσαν ἐκ παραλλήλου τὴν μνήμην οἵων ἄρα ὄντως στερίσκεται. ἔλθοις οὖν, φιλτάτη κεφαλή, καὶ ἀλλήλοις ἐπὶ φιλοσοφίᾳ συγγενοίμεθα, τοῖς ἐνηργ- c μένοις πρέποντα ἐποικοδομοῦντες, ἵν' ἐκ τελέων τέλεον ἐκφανῇ κάλλος ἀλλὰ μὴ κολοβόν. εἰ δέ, ὅπερ ἀπεύχεσθαι δίκαιον, ἀλλήλων διαμάρτοιμεν, δῆλον ὡς τοὐμόν ἐστι τὸ βλαπτόμενον. σοὶ μὲν γὰρ εὐτυχούσης ἐνθάδε πολυανδρίαν παιδείας συνέσονται πολλοὶ Συνεσίου καὶ βελτίους καὶ ὅμοιοι· ἡ δὲ πατρὶς ὅτι μὲν πατρὶς ἐμοὶ τίμιον, πρὸς δὲ φιλοσοφίαν οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον ἀπεσκληκότως ἔχει. ἔστιν οὖν οὐκ ἀδεὲς ἀβοη- d θήτῳ μένειν, οὐκ ὄντος τοῦ συγκορυβαντιῶντος. εἰ δὲ δὴ καὶ δοίημεν εἶναί τινας,

πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

πρὸς ποῖον ἄλλο πυρεῖον παρατριβεὶς μετὰ τὴν ἱεράν σου ψυχὴν ἀποτέκοιμι τοῦ νοῦ φωτοειδὲς ἔκγονον; τίς

ex hoc uno potissimum arcessebat, quod epistolam posse diceret infelicium amorum esse solatium, ut quæ per absentiam corporum imaginem quamdam præsentiæ referret, eoque ipso, quod colloqui videretur, animorum desiderium expleret. Ob hæc igitur epistolarum inventorem laudabat, atque hoc munus non ab ullo homine profectum sed a deo in homines esse derivatum existimabat. Ego itaque divino illo beneficio fruor, et ad eum ipsum, quocum colloqui oporteret, si minus colloqui possum, quoniam scribere possum, sæpius hoc facio, et, quoad fieri a me potest, cum eo versor, meisque deliciis perfruor. Tu vero, nisi id dictu acerbum est, animum una cum loco disiunxisti. Quod si te ab iis abstrahere qui sincerissime ac sine fuco amarunt non desieris, hirundines imitaris, quæ in hominum velut amicitiam cum voce ac clamore sese conferunt, silentio vero demigrant. Atque hoc ad hominem adhuc pertinet hominisque querimonias. Quod si per philosophiam quæ hic seiuncta sunt consociasti, et amicum id esse omne quod honestum est (275) et honestum idem esse, atque utrumque unum esse de dicente istud mente percepisti, tuum illud ad nos silentium non amplius superbiæ tribuo, sed philosophanti tibi gratulor et abiectis in rebus hærere detrectanti idque, quod in te præstantissimum est, in iis, quæ apud nos præstantissima sunt, occupanti. Eiusmodi utinam sis, hominum optime plurimumque mihi expetite frater.

CXXXIX. Eidem.

Si tantus inest suadæ in litteris aculeus, si expressæ animi ac morum imagines vivi ac spirantis affectus inanes et gratiæ tantas legentibus illecebras immittunt, profecto rapi ad eos eum necesse est, qui coram eos ac præsens attingat. Me quidem, fateor, antea suavissima sermonis tui Sirene præsens capiebas. Nihilominus vero hoc prædicare non verebor, alterum mihi experimentum multo iucundius futurum. Non enim præsentis boni perinde ut absentis is qui iam periclitatus est sensum percipit. Nam illi fruendi ipsa perpetuitas voluptatis sensum adimit, hic paulatim ab iucundis rebus abductus, statim altera ex parte recordatione ista stimulatur ac pungitur, quibus demum bonis fraudetur. Utinam ergo ad nos venias, amicissimum caput, mutuosque de philosophia congressus ac colloquia celebremus, consentanea iis quæ iam inchoata sunt astruentes, ut ex perfectis non manca sed perfecta absolutaque pulchritudo consurgat. Sed si, quod deprecari merito convenit, mutuo consortio privemur, haud dubium quin in meipsum detrimentum omne recidat. Nam tibi, si illic disciplinæ multitudine hominum efflouerint, multorum Synesio et meliorum et similium erit copia quibuscum consuescas. Mihi vero patria, quatenus quidem patria est, longe est carissima. Cæterum nescio quo pacto ad philosophiam obduruit. Quare minime tutum est sine alicuius auxilio permanere, si non sit qui iisdem veluti Corybantum sacris insaniat. Atque ut esse aliquos demus,

qui tandem esse queam divini oblitus Ulixis?

cuinam alteri igniario affricatus, cum ab sacro tuo animo discessero, lucidum ac splendidum mentis fetum pare

οὕτως οἷος σφοδρῶς σπινθῆρα κεκρυμμένον καὶ ἀγαπῶντα λανθάνειν μηχαναῖς ἁπάσαις ἐκκαλέσασθαι καὶ ἐξάψαι καὶ πῦρ λαμπρὸν ἀναδεῖξαι; θεὸς οὖν ἀμφοῖν ἀποῦσί τε καὶ συνοῦσι παρείη· θεοῦ δὲ παρόντος ἅπαν ἄπορον πόριμον. ἔρρωσο καὶ φιλοσόφει, (276) καὶ τὸ a ἐν σαυτῷ θεῖον ἄναγε ἐπὶ τὸ πρωτόγονον θεῖον. καλὸν γὰρ ἅπασαν ἐμὴν ἐπιστολὴν τοῦτο παρ' ἐμοῦ τῇ τιμίᾳ σου διαθέσει λέγειν, ὅ φασι τὸν Πλωτῖνον εἰπεῖν τοῖς παραγενομένοις ἀναλύοντα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος.

ρμ'. Τῷ αὐτῷ.

Τῶν ἐρώτων οἱ μὲν χαμαὶ ἐρχομένας καὶ ἀνθρωπικὰς τὰς ἀρχὰς ἔχοντες ἀπεχθεῖς τέ εἰσι καὶ ἐξίτηλοι, τῇ παρουσίᾳ μόνῃ καὶ μόλις μετρούμενοι· οἷς δὲ ὁ b ἐφεστὼς βραβεύει θεός, κατὰ τὴν θεσπεσίαν Πλάτωνος φωνὴν συντήξας τῇ τέχνῃ καὶ ἕνα ἄμφω ποιήσας τοὺς ἀντερῶντας, οὗτοι καὶ χρόνου καὶ τόπου φύσιν ἐλέγχουσιν. οὐδὲν γὰρ ἐμποδὼν ψυχαῖς ἐφιεμέναις ἀλλήλων ἀρρήτοις συνόδοις ὁμόσε χωρεῖν καὶ συμπλέκεσθαι. ἐκεῖθέν ποθεν ἠρτῆσθαι δεῖ τὸ ἡμέτερον, εἰ μὴ τὰ φιλοσοφίας τροφεῖα μέλλοιμεν αἰσχύνειν, αἴσθησιν ἀγαπῶντες καὶ ὅταν αὐτὴ μὴ ὑπὸ σωμάτων θυροκοπῆται, ψυχῆς παρουσίαν οὐ προσιέμενοι. τί οὖν ποτνιᾷ c καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς τῶν δακρύων ἐγχεῖς; εἰ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐλεῶν ὅτι μήπω φιλοσοφοῦμεν, καὶ ταῦτα δοκοῦντες καὶ λέγοντες, ἐπιγινώσκω τοῦ θρήνου τὴν ἀλήθειαν· εἰ δ' ὅτι τὴν συνουσίαν ἡμῶν ἠδίκησεν ἀγνώμων τύχη (τοῦτο γάρ σοι τῶν ἐπιστολῶν τὸ βούλημα), θῆλυ καὶ παιδαριῶδες τὸ ταῦτα ἀγαπᾶν ἐφ' ὧν δύναται βλάπτειν ὁ δαίμων τὰ τέλη τῶν προαιρέσεων. ἐγὼ δὲ τὴν ἱερὰν κεφαλὴν τὸν Ἑρκουλιανὸν ἠξίουν ἄνω βλέπειν καὶ ὅλον εἶναι θεωρὸν τῶν ὄντων d καὶ τῆς τῶν θνητῶν ἀρχῆς, τὰς ἀρετὰς διαβάντα καὶ πάλαι τὰς ἀπεστραμμένας καὶ κοσμούσας τὰ δεῦρο. καὶ ὡς πρὸς τοιοῦτόν μοι τῆς ἐπιστολῆς τὸ πρόσρημα πολλὰ φρονεῖν, οὐ χαίρειν οὐδ' εὖ πράττειν, τὸ μετριώτερον. ἐπιστατεῖ γὰρ ταῖς πράξεσι νοῦς ἐλάττων, οὐχ ὃν ἠξίουν ἀνακεχῶσθαι παρὰ σοί. περὶ οὗ σοι καὶ πάμπολλα διὰ δύο τῶν πρώτων ἐπιστολῶν διελέχθην, ὧν οὐδεμίαν οἱ λαβόντες ἐπιδεδώκασιν. ἐπεί τοι πέμπτην ταύτην ἐκπέμπω τὴν ἐπιστολήν. ἀλλ' εἴθε μὴ καὶ ταύτην μάτην. γένοιτο δ' ἂν οὐ μάτην, (277) a εἰ πρῶτον μὲν ἐπιδοθείη, τὸ δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ τούτου σεμνότερον, κατανουθετήσει σε καὶ παιδαγωγήσει καὶ πείσει μεταθεῖναι τὴν τοῦ σώματος ἰσχὺν ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρείαν, οὐ τὴν ἐκ τῆς πρώτης καὶ περιγείου τετρακτύος τῶν ἀρετῶν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀνάλογον ἐν τρίταις καὶ τετάρταις. ἅψαιο δ' ἂν αὐτῆς, ὅταν μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων θαυμάζῃς. κἂν μήπω σοι σαφὴς ἡ διαίρεσις ᾖ τοῦ λελεγμένου, τίνες ἀρχεγονώτεραι καὶ τίνες αἱ πολλοσταὶ τῶν ἀρετῶν, τὸ ἐπὶ μηδενὶ κλάειν ἀλλὰ πάντων τῶν τῇδε ἐν δίκῃ καταφρονεῖν ὅταν σοι παραγένηται, τοῦτο ἔστω σοι κανὼν καὶ b

rem? Quis tam vehementer abditam ac latebris gaudentem scintillam machinis omnibus possit elicere? quis succendere? luculentum ac copiosum ignem efficere? Itaque sive absentibus sive una degentibus nobis deus semper adsit; præsente vero deo, etiam quod inextricabile est, explicari facile potest. Vale et philosophare (276) ac quod divinum in te est ad divinum illud effer primigenium et antiquissimum. Optimum est omnibus meis in litteris egregiæ animi tui affectioni istud a me dici, quod ad eos qui aderant Plotinum usurpasse ferunt, cum a corpore animum avocaret.

CXL. Eidem.

In amorum genere qui ex humilibus humanisque causis excitantur, odiosi sunt et exolescentes quos solâ præsentiâ nec nisi difficulter metiuntur; quos autem assistens numen moderatur ac regit, iuxta divinum Platonis oraculum miro quodam artificio colliquans unumque e duobus mutuo sese amantes efficiens istiusmodi et temporis et loci naturam imbecillam comprobant. Nihil enim obstare potest animis sui invicem desiderio flagrantibus, quominus secretis quibusdam congressionibus una conveniant mutuoque iungantur. Inde nimirum alicunde devinctam esse necessitudinem nostram oportet, si nihil philosophica educatione indignum velimus admittere, sensibus affixi, ut cum ipsi ab subiectis corporibus non pulsantur, animorum respuamus præsentiam. Ecquid igitur quiritaris? quid litteras tuas lacrimis respergis? Si enim nostri commiseratione adductus id facis, quod nondum philosophamur, præsertim cum id agere videamur et profiteamur, vere a te deplorari istud agnosco. Sin ideo conquereris, quod familiaritati nostræ parum æqua sors iniuriam fecerit (id enim litteris tuis velle tibi visus es), muliebre sane ac puerile est amare ista, in quibus consiliorum nostrorum finibus obstare casus aliquis ac disturbare possit. Ego vero sacrum illud caput Herculianum sursum aspicere vellem, totumque in rerum contemplatione ac mortalium omnium atque caducorum principii, considerandis esse defixum, virtutes eas iamdiu supergressum, quæ ad infima conversæ res nostras gubernant. Ac tanquam is eiusmodi sit, ita, cum ad eum scribo, salutationis hac utor formula, *sapere multum*, non *salvere* aut *feliciter agere*, quod videtur moderatius. Siquidem actionibus nostris inferior mens præsidet, quam minime apud te obrutam ac defossam esse cupiebam. Qua de re quam plurima apud te duabus prioribus epistolis disserui, quarum neutram ii quibus dederam tibi reddiderunt. Itaque quintam hanc ad te mitto; et utinam ne eam quidem frustra! frustra autem missa non fuerit (277) primum si erit reddita; deinde, quod multo gravius atque antiquius est, si te monitis institutum atque edoctum dimiserit persuaseritque corporis robur ad animi fortitudinem transferre, non illam dico, quæ in primo et infimo virtutum quaternario censetur, sed eam potius, quæ proportione quadam in ternis quaternisque respondet. Quam tum demum attigeris, cum nihil humanarum rerum admiraberis. Quod si nondum illam eius quod modo dixi divisionem intelligis, quæ videlicet antiquiores ac primariæ virtutes sint, quæve in inferiori ordine sitæ, cum id adeptus fueris, nullam ut ob rem lugeas, sed infima omnia et humana merito contemnas, hæc tibi regula sit ac veluti Lydius lapis quo

κριτήριον τῶν πρώτων τῆς τεύξεως, ἵνα σοι καὶ παρ' ἡμῶν τὸ πολλὰ φρονεῖν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐπανέλθῃ. ἐρρωμένος διαβιώης, φιλοσοφίας εὐθυμίαν πρυτανευούσης ἀκύμονα, δέσποτα ἀξιάγαστε. εἰ φιλοσοφία πρεσβεύειν οἶδεν ἀπάθειαν αὐτήν, αἱ μέσαι δὲ ἕξεις εἰς μετριοπάθειαν ἵστανται, τὴν ἀπειροπάθειαν καὶ τὸ εὐταπείνωτον ποῦ χώρας τάξομεν; ἆρ' οὐχὶ πόρρω φιλοσοφίας, ἧς μύστην γενέσθαι σε κατηυξάμεθα; μὴ δῆτα, ὦ πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε, ἀλλ' ἀρρενωπότερον ἡμῖν τὸν φίλον ὑποδείκνυε. ἅπασά μου ἡ οἰκία κατεδεήθη προσειπεῖν σε ὑπὲρ αὐτῆς. προσείρησο οὖν παρὰ πάντων, ἑκάστου μόνον οὐκ ἐγχέαντος τὴν ψυχὴν τῇ προσρήσει. καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἱπποτοξότην πρόσειπε, παρακαλῶ.

te ad prima pervenisse cognoscas: ut tibi a me istud *Sapere plurimum* in litteris redeat. Incolumis sanusque vitam traducas, nullis fluctibus agitatam animi hilaritatem conciliante philosophia, domine mihi imprimis amande. Si philosophia motuum omnium vacuitate potius nihil aut antiquius habet, medii vero habitus in motuum mediocritate consistunt, quanam in sede affectum animi collocabimus infinitis perturbationibus agitatum, quique deici facile ac contrahi possit? Non procul a philosophia eum
c amandabimus, cuius te mystam esse omnibus votis expetimus? Absit hoc a te, quæso, omnium mihi carissime. Quin mihi potius constantiorem ac fortiorem amicum exhibe. Mea omnis familia uti suo nomine salutem tibi dicerem a me flagitavit. Omnium igitur nomine salutem tibi dico, in qua precanda singuli tantum non animam effundebant. Tu vero vicissim equitem sagittarium nostro nomine sa-
d lutes.

ρμα'. Τῷ αὐτῷ.

Μὴ θαυμάσῃς εἰ διακομιστῇ δυοῖν ἐπιστολῶν ἑνὶ χρῶμαι, ἀλλὰ πρῶτον μὲν αἰσθάνου δίκας ὑπέχων ἐγκλήματος ἀκαίρου καὶ ἐμφοροῦ τῆς ἀδολεσχίας ἡμῶν, εἶτα καὶ χρείαν ἑτέραν ἐθέλω μοι πληρῶσαι τὰ δεύτερα γράμματα. αἰτῶ γὰρ τὸ ἐν ἰάμβοις ἐκεῖνο συνταγμάτιον, δι' οὗ πρὸς τὴν ψυχὴν ὁ γεγραφὼς διαλέγεται. ἐπεὶ τότε μὲν ᾤμην ἀπὸ τῆς μνήμης αὐτὸ συναθροίσειν, νῦν δὲ κινδυνεύει τὸ ἀντ' ἐκείνου μηδὲν εἶναι πρὸς ἐκεῖνο, ἀλλ' ἂν ἐπιτρέψω τῷ γράφειν, γνώμῃ μᾶλλον ἢ μνήμῃ χρήσομαι. (278) καὶ ἴσως μὲν χεῖρον, ἴσως δὲ καὶ βέλτιον. οὐ μὴν δεῖ τίκτειν δὶς τὸν αὐτὸν τόκον, ἐξὸν ἔχειν τὸ τετεγμένον. ἀντίγραφον οὖν τῆς τετράδος ἀπόστειλον, πρὸς αὐτῆς τῆς ψυχῆς, ἣν κοσμεῖν βούλεται τὸ βιβλίον. ἀλλ' ὅπως τάχιστά τε καὶ ἀσφαλῶς, τοῦτ' ἔστιν, εἰ διὰ τῶν πάντως ἀποδωσόντων ποιήσεις· τῷ γὰρ παρὰ θάτερον διαμαρτεῖν πάντως οὐ ποιήσεις· κἂν σχολαίτερον ἀποστείλῃς (ὑστερήσει γάρ μου τῆς παρουσίας), κἂν δῷς τῷ μὴ πάντως δώσοντι.

CXLI. Eidem.

Noli mirari quod duas epistolas uni homini perferendas dederim. Sed primum quidem scito pœnas te intempestivæ criminationis dependere, atque etiam nostra loquacitate satiare; deinde vero aliud mihi negotium conficere posteriores litteras volo. Opusculum enim illud peto iambicis versibus scriptum, in quo auctor animam suam alloquitur, quoniam cum illud tunc e memoria colligere me posse confiderem, nunc vereor ne quod pro illo substituatur, nihil comparatione alterius sit. Sed si scriptioni rem commisero, iudicio magis utar quam me-
a moria (278), et fortasse quidem deterius, fortasse melius. Non est tamen quod bis eumdem fetum pariam; cum præsertim eius, quod iam editum est, copia esse possit. Mitte igitur ad me quaternarii exemplar, per animam ipsam rogo, quam ornare libellus iste conatur; idque quam celerrime et tutissime. Hoc autem erit, si per eos mittas, qui omnino sint reddituri. Si enim in alterutro pecces, prorsus id non perficies, sive tardius miseris (me enim præsente non pervenient), sive ei des qui
b utique non reddat.

ρμβ'. Τῷ αὐτῷ.

Τὸν μὲν Ὀδυσσέα διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐπέγνων, πολλῶν ἐπαναγόντων ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ ἥρωος· τὸν δὲ Πρωτέα ἠγνόησα. σὲ μὲν γὰρ ὄντα τοιόνδε καὶ ἡμιθέων ψαύειν οὐχ ἀπεικός, ἐγὼ δὲ ἄλλο μέν τι σοφός, κατὰ δὲ τὸ Δελφικὸν γράμμα ἐμαυτὸν ἐγνωκὼς καταδικάζω πενίαν τῆς φύσεως, καὶ ἀπογινώσκω τὴν εἰς ἥρωας οἰκειότητα, πλὴν ὅσον μιμητὴς εἶναι τῆς ἐχεμυθίας ηὐξάμην, ἣν καὶ αὐτήν σύ μοι συνέχεας κατὰ τὸν ἐκ Σπάρτης Μενέλαον. ὥστε κινδυνεύεις συνωρίδι προσήκειν ἡρώων, οὐχ Ὀδυσσεῖ μόνῳ. ταῦτα μὲν ταύτῃ. τὴν δὲ ἀνεπιτηδειότητα τοῦ γράφειν μεμψάμενος οὐκ εἶ δίκαιος ἀπαιτεῖν πλῆθος ἀνιασόντων γραμμάτων· διὸ συνέστειλα τῆς ἐπιστολῆς τὸ μῆκος, ἵνα μὴ πόνος ᾖ πλείων ἀναγινώσκοντι πλέονα. ἐρρωμένος εὔθυμος διαβιῴης, φιλοσοφίᾳ χρώμενος εἰς τὸ

CXLII. Eidem.

Ulixem quidem ex epistola cognovi, multis ex rebus ad herois memoriam reductus: verum Proteum ignoravi. Te enim, qui eiusmodi sis, etiam ad semideos accedere nequaquam dissentaneum est. Ego vero aliarum quidem fortasse rerum non imperitus, sed iuxta Delphicam sententiam meipsum noscens, naturam inopiæ ac paupertatis condemno, omnemque a me cum heroibus affinitatem abiudico, nisi quod illorum taciturnitatem imitari voluissem, quam ipsam tamen Spartani illius Menelai instar mihi conturbasti; adeoque videris non ad Ulixem unum, sed ad heroum par illud pertinere. Sed de his
c hactenus. Cum autem minime te ad scribendum idoneum esse dicas, immerito a me litterarum copiam, quæ tibi molestiam allaturæ sunt, efflagitas. Idcirco epistolæ longitudinem contraxi, ne plura legendo plus laboris capias. Incolumis hilarisque persistas, philosophiam adhi-

θεῖον ποδηγετούσῃ, ἀξιάγαστε. τὸν θαυμάσιον κόμητα πρόσειπε, πρὸς ὃν αὐτοπροσώπως ποιεῖσθαι προσρήσεις ἑαυτοῖς οὐκ ἐπετρέψαμεν. τὸ γὰρ ἐκ τῆς ποιήσεως ἄ ρ χ ε, σ ὺ γ ὰ ρ γ ε ν ε ῆ φ ι ν ε ώ τ ε ρ ο ς· πο- d λέμου μὲν γὰρ καὶ στάσεως ἄρχεσθαι δικαιοῖ τὸν νέον, φιλοφροσύνης δὲ τὸν πρεσβύτερον. καίτοι παρ' ἐμοὶ τίμιος ὁ ἀνὴρ καὶ παντὸς ἄξιος, ὃς παιδείαν καὶ στρατείαν διατετειχισμένας θριγκοῖς μεγάλοις τῶν ἐφ' ἡμῖν μόνος εἰς ταὐτὸν ἤγαγε, παλαιάν τινα ἐξευρὼν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις συγγένειαν. μεγαλόφρων δὲ ὢν ὡς οὐδείς πω στρατιώτης, ἐκ γειτόνων τῆς μεγαλοφροσύνης παροικοῦσαν τὴν ἀλαζονείαν ἐκφεύγει. τὸν οὖν τοιοῦτον, κἂν μὴ γράφω, φιλῶ, κἂν μὴ θεραπεύω, τιμῶ.

bens, quæ te ad divina perducat, amice imprimis amplectende. Egregium comitem saluta, quem ex persona propria salutare nobis ipsis permittere noluimus. Hoc d enim ex poesi ductum *incipe : natu etenim tu iunior*, ad bellum quidem ac seditionem præire iunioris esse dicit, ad humanitatis autem officia senioris. Etsi apud me sane in honore ille est, eumque permagni facio, qui doctrinam atque militiam a ingentibus septisse invicem disclusas primus in unum adduxit, antiquam in utrisque studiis quamdam necessitudinem inveniens : cumque magnificentia tanta præditus sit, quanta nemo unquam militaris homo, in magnificentiæ confinio positam arrogantiam devitat. Talem igitur virum, etsi nihil scribam, diligo; etsi obsequium nullum impendam, honore prosequor.

ρμγ'. τῷ αὐτῷ 279.

Οὐκ ἐμπεδοῖς τὰ ὡμολογημένα πρὸς ἡμᾶς, ὦ φι- a λότης, μὴ ἔκπυστα ποιεῖν τὰ ἄξια κρύπτεσθαι. ὡς ἐγώ τινων ἤκουσα τῶν ἀφικομένων παρὰ σοῦ, οἳ καὶ λέξεων ἐνίων μεμνημένοι τὴν διάνοιαν ᾔτουν αὐτοῖς παρ' ἡμῶν ἀνακαλύπτεσθαι. ἀλλ' ἡμεῖς τὸν ἡμέτερον τρόπον καὶ πρὸς αὐτοὺς οὔτε μετεποιήθημεν τῶν συγγραμμάτων, οὔτ' ἐπιγινώσκειν αὐτὰ ἔφαμεν. δεῖ δή σοι νουθεσίας οὐκέθ' ἡμετέρας, ὦ φίλη κεφαλή b (μικρὰ γὰρ ἢ ὥστε σε πείθειν)· τὴν δὲ Λύσιδος τοῦ Πυθαγορείου πρὸς Ἵππαρχον ἐπιστολὴν ἐπιζήτησον, κἂν που περιτύχῃς, ἐμοὶ χάρισαι τὸ πολλάκις ἐπελθεῖν. τάχ' ἂν ἰσχυρά σοι γένοιτο μετάνοια τῆς οὐ δεούσης ἐκφάνσεως. τὸ γ ὰ ρ δ α μ ο σ ί ᾳ φ ι λ ο σ ο φ έ ν (οὕτω γάρ πως ὁ Λῦσις ὑποδωρίσας λέγει) μεγάλης εἰς ἀνθρώπους ἦρξε τῶν θείων καταφρονήσεως. ἐπεί τοι συγγεγονὼς ἐγώ τισιν οἶδα καὶ πάλαι μὲν ἀτάρ τοι καὶ ἔναγχος ἀνθρώποις, οἳ διὰ τὸ προαλῶς ἀκηκοέναι ῥηματίων σεμνοτέρων, ἠπίστησαν ἑαυτοῖς ὅπερ ἦσαν ἰδιώταις εἶναι, καὶ φύσης ἐμπλησθέντες c ἐμόλυναν θεσπέσια δόγματα μεταποιήσει διδασκαλίας, ὧν οὐκ εὐτύχησαν μάθησιν. καὶ μέντοι καὶ τοὺς θαυμασομένους τρεῖς τινὰς ἢ τέτταρας οὐδὲν ἀποδέοντας βαναύσους εἶναι τό γε κατὰ ψυχὰς ἀνηρτήσαντο, μηδὲ διὰ τῶν προπαιδευμάτων ἐνίους ἠγμένους. δεινὸν γὰρ ἡ δοξοσοφία καὶ ἀπατηλόν, ἐν οὐκ εἰδόσιν οὐδὲν ἀναδυομένη καὶ πάντα ἀπερισκέπτως τολμῶσα. τί γὰρ ἂν ἀμαθίας γένοιτο θαρραλεώτερον; τοιούτοις ἀνθρώ- d ποις ἀλαζόσι περιτυχὼν κηφῆσιν οὔτ' ἐπαΐουσι λόγων οὔτ' ἐφιεμένοις, μισήσας τὸ φῦλον οὐχ ἑτέραν αἰτίαν εὑρίσκω τῆς τροφῆς αὐτῶν ἢ τὸ ἀναγώγως καὶ πρὸ ὥρας ἠξιῶσθαι τὴν ἀρχὴν ἴσως ὑφ' ἑτέρων ὁμοίων ὡς οἷόν τε πολυτελῶν ἀκροάσεων. ταῦτά τοι καὶ προμηθέστερος φύλαξ αὐτός τέ εἰμι καί σε παρακαλῶ τῶν φιλοσοφίας ὀργίων εἶναι. ὅτι μὲν γὰρ Ἑρκουλιανῷ πρέποντα ταῦτα, ἐγὼ γινώσκω· δεῖ δέ σε, εἴπερ αὐτῇ φιλοσοφίᾳ γνησίως προσελήλυθας, ἀφίστασθαι κοινωνίας τῆς πρὸς τοὺς ἀποστρόφους αὐτῆς καὶ (280) a

CXLIII. Eidem (279).

Minime vero tu, carissime, promissam mihi fidem exhibes, te quæ occultanda essent nemini unquam esse communicaturum. Nam ego nonnullos abs te profectos audivi, qui aliquot verba commemorantes sensum eorum sibi a me patefieri postulabant. Nos autem more nostro neque monimenta nobis ista vindicavimus, neque ea cognoscere nos diximus. Opus itaque ibi iam non nostra commonitione est; minor est enim, quam ut persuadere tibi possit; sed Lysidis Pythagorei ad Hipparchum epistolam quære; quam sicubi inveneris, hoc mihi gratificare, ut eam sæpius relegas. Fortasse non leviter te perperam ista evulgasse pœniteat. *Etenim in vulgus philosophari* (ita ille Dorice loquens ait) magnum in hominum genus contemptum divinarum rerum invexit. Nam ego cum plerisque versari memini non modo pridem sed et nuper hominibus, qui quod temere augustiores aliquot voculas audiverant, sibi ipsis non crederent se uti re ipsa erant plebeios et imperitos esse ac superbia inflati divina dogmata corrumperent, eius rei magisterium usurpando, cuius nunquam erant rudimenta consecuti. Atque iidem tamen tres quatuorve auditores sibi conciliaverant, qui, quod ad animum attinet, nulla in re ab operariis differrent, nec eorum aliqui liberalibus erant unquam disciplinis exculti. Mira enim ac sub lola quædam res est vana de sua sapientia persuasio, quæ inter imperitos nihil recusat, nihil non inconsiderate suscipit. Quid enim inscitia esse possit audacius? In id ego genus arrogantium hominum tanquam fucos quosdam incidens, qui neque doctrinas calleant neque concupiscant, nationem istam perosus, non aliam educationis illorum causam invenio, quam quod inepte atque ante tempus initio fortasse sunt ab sui similibus ad exquisitissimarum rerum auditionem admissi. Ob hæc philosophiæ sacrorum custos et ipse diligentior sum, et uti esse velis, etiam atque etiam rogo. Quod enim Herculiano ista congrua sint, probe scio. Te autem oportet, si ad philosophiam sincere accesseris, eorum consortia devitare, qui ab ea sunt alieni (280), quique falsa usurpatione summam illius dignitatem adulterando corrumpunt. Per amicitiæ præsidem deum obtestor, ne in illos hanc epistolam efferas. Si

νοθεύοντας τῇ μεταποιήσει τὸ ὑπέρσεμνον αὐτῆς. τὸν ἔφορόν σοι φιλίας θεόν, μὴ ἐξενέγκῃς πρός τινας τὴν ἐπιστολήν. εἰ γὰρ ποιήσαις, οἱ τῆς κακίας χαρακτῆρες ἕξουσι λυπουμένους τοὺς ἐπιγιγνώσκοντας παρ' ἑαυτοῖς, ἢ τοῖς ἑαυτῶν φίλοις τὰ εἰρημένα σύμβολα. τὸ δὲ λυπεῖν ἔστι μὲν ὅτε ἄρρεν, καὶ πρὸς τρόπου φιλοσοφίας, ὅταν πρὸς παρόντας· τὸ δὲ καὶ γράφειν περὶ τούτων σμικροπρεπὲς δοκεῖ. ἀλλ' ἅπερ ἂν Συνέσιος πρὸς ἑαυτὸν διαλεχθῇ, ταῦτα καὶ πρὸς τὴν τιμίαν σου ψυχὴν διαλέγεται, τοῦ μόνου φίλου ἢ μετὰ δυοῖν b μάλιστα φίλου· ὡς ἐμοί γε ἐκτὸς τῆς τριττύος ὑμῶν οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπινον τίμιον. προσκείμενος δὲ καὶ αὐτὸς τάχα συμπληρῶ τετρακτὺν ἱερᾶς φιλίας. ἀλλ' εὐφημείσθω τῆς ἐν ἀρχαῖς ὁμωνύμου τετρακτύος ἡ φύσις. ἐν τῷ τετραδίῳ τῶν ἰαμβείων εὗρον ἐπὶ τέλους τοὺς δώδεκα στίχους γραφέντας ἅμα, ὡς ἓν ὂν ἐπίγραμμα. ἐπεὶ οὖν σε εἰκὸς ἔχειν αὐτούς, ἴσθι ὡς οὔτε ἕν εἰσιν οὔτε ἑνός, ἀλλ' οἱ μὲν ὀκτὼ πρῶτοι μετ' ἐπιστήμης γραφέντες ποιητικῆς, μιγείσης ἕξεως ἀστρο- c νομικῆς, εἰσὶ τοῦ σοῦ φίλου, οἱ δὲ τελευταῖοι τέτταρες ποιητικῆς εἰσὶ τρυφώσης μόνον. καὶ ἔστιν ἀρχαῖον· ἡγοῦμαι δὲ ἀσεβέστερον ἀποθανόντων λόγους κλέπτειν ἢ θοιμάτια, ὃ καλεῖται τυμβωρυχεῖν. ἐρρωμένος διαβιώης, εὐαγῶς καὶ εὐλαβῶς φιλοσοφίας ἀντιποιούμενος. εἴκοσι τοῦ Μεσωρὶ ἡμέρας συντίθεμαί σοι περιμένειν σε, μεθ' ἃς σὺν θεῷ τῆς ὁδοῦ ἕξομαι. τὸν ἀγαθώτατον ἑταῖρον πλεῖστά μοι πρόσειπε· φιλῶ γὰρ αὐτὸν διότι σε πάνυ φιλεῖ. d

enim istud feceris, expressæ istæ nequitiæ descriptiones mœrore illos afficient, qui apud se aut amicos suos commemorata a me indicia deprehenderint. Dolore autem afficere interdum virilis animi est, philosophiæque moribus consentaneum, quando illud coram et apud præsentes agitur, sed eiusmodi de rebus scribere angustum ac sordidum videtur. Sed quæ Synesius secum ipse disputaverit, ea apud te longe carissimum sibi caput disputat, unicum, inquam, aut cum duobus maxime amicum, b quoniam extra ternionem vestrum nihil humanarum rerum magni admodum facio : quibus adiunctus ego sacræ amicitiæ quaternionem fortassis expleo. Verum quaternionis illius naturæ, qui eadem appellatione inest rerum omnium principiis, lingua favendum est. Cæterum in quaternario illo iambicorum, in fine duodecim versus simul perscriptos reperi, perinde ac si unum esset epigramma. Quoniam ergo verisimile est penes te illos esse, scito neque unum quid neque unius esse, sed octo quidem primi cum poetica scientia scripti admista astro- c nomica facultate amici tui sunt; postremi vero quatuor poetices solius lascivientis. Estque id ipsum antiquum. Magis autem impium esse arbitror mortuorum lucubrationes quam vestes furari, quod sepulcra perfodere dicitur. Vale perpetuo, et religiose atque circumspecte philosophiam tracta. Viginti totos Mesori dies me tibi præstolaturum paciscor : quibus exactis favente deo iter aggrediar. Optimo sodali plurimam meo nomine salutem dicito; diligo enim ipsum propterea quod etiam atque d etiam te diligit.

ρμδ'. τῷ αὐτῷ.

Φοιβάμμων ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδοὺς καὶ ἀνήρ ἐστιν ἀγαθὸς καὶ φίλος, καὶ ἀδικεῖται. διὰ πάντα οὖν αὐτῷ συλλαβέσθαι δίκαιος εἶ, καὶ δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὸν τρόπον καὶ διὰ τὴν περίστασιν. τοῦτο μὲν οὕτω γενέσθω· καὶ γὰρ ἔοικε σφόδρα πιστεῦσαι τῇ πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν εὐνοίᾳ. σοῦ γὰρ δεόμενος ἐπ' ἐμὲ κατέφυγε, τεθαρρηκὼς ὅτι δι' ἐμοῦ σοῦ τεύξεται. καὶ ὑπεσχόμην αὐτῷ τὸν μὲν Ἑρκουλιανὸν (281) διὰ Συνεσίου, a τὸ δὲ νικᾶν τοὺς λυποῦντας δι' Ἑρκουλιανοῦ τῆς ἱερᾶς καὶ τιμίας κεφαλῆς. περὶ τοῦ κόμητος ἐγεγράφεις δι' Οὐρσικίνου (λέγω δὲ τοῦ τυχόντος ἀρχῆς τῶν ἐν τῇ πατρίδι στρατιωτῶν) καὶ ᾔτεις συνθήματα παρ' ἡμῶν τοῦ γενέσθαι παρὰ τῶν δυναμένων τοῦτο ποιεῖν σῶν φίλων γράμματα πρός τε αὐτὸν καὶ πρὸς τὸν ὀρδινάριον ἄρχοντα. τὴν μὲν οὖν προαίρεσιν ἀπεδεχόμην καὶ τότε· τὸ δὲ ἔργον ὡς παρέλκον ἠρνούμην, γυμνὸν ἐμαυτὸν εἰς φιλοσοφίαν ἱστάς. νυνὶ δὲ ἀδικούμενοι φίλοι, καὶ ἰδιῶται καὶ στρατιῶται, βιάζονταί με βού- b λεσθαι μεταποιεῖσθαι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως, πρὸς ἣν ἀποπεφυκὼς οἶδα, καὶ αὐτοί μοι τοῦτο συνίσασιν· ἀλλὰ βιάζονται σφῶν αὐτῶν ἕνεκα ποιεῖν τι καὶ ἀκούσιον. νῦν οὖν εἰ δοκοίη σοι τοῦτο ποιεῖν, ἐπιτρέπω. πρόσειπέ μοι τὸν ἱερὸν ἑταῖρον τὸν διάκονον, καὶ γυμνα-

CXLIV. Eidem.

Phœbammon, qui tibi hasce litteras offert, et vir bonus est et amicus et iniuriam patitur. Quibus omnibus de causis æquum est illum abs te sublevari, sive nostri causa, sive ob mores ipsos, sive propter calamitatem. Hoc igitur ita a te fieri volo : nam in nostra amicitia fiduciæ plurimum collocasse videtur; qui cum de te impetrare aliquid vellet ad me confugit, certo confidens per me tuam se esse gratiam asseculurum. Atque ego a Herculianum illi (281) per Synesium promisi; de iis porro, qui sibi molesti sunt, victoriam per Herculianum, carum illud ac religiosum caput. De comite per Ursicinum scripseras (eum autem intelligo, qui militum in patria præfecturam est sortitus), ac velut conficiendæ rei tesseram a nobis petebas, litteras nimirum ab amicis tuis, qui id facere possent, tam ad ipsum quam ad ordinarium magistratum. Atque ego quidem tum consilium probavi; rem autem ipsam tanquam supervacaneam repudiavi, quod nudum me ad philosophiam contulissem. Nunc b autem affecti iniuria amici, et privati et milites cogunt me ut civilem mihi potentiam assumam, ad quam minime a natura comparatum me esse scio : atque hoc mecum illi satis intelligunt, sed suapte causa vel invitum quidpiam agere compellunt. Quamobrem si ita tibi faciendum videtur, facio potestatem. Salutem meo nomine dicito

ζέσθω πρὸς ἀνταγωνιστὴν ἱππέα. προσαγορεύει σε πᾶς μου ὁ οἶκος, προσγενομένου αὐτῷ νῦν καὶ Ἰσίωνος, ὃν ἐπόθεις ἀπὸ διηγημάτων. ὅς αἴτιός μοι γέγονε τῆς ἀγεννοῦς καὶ ἀφιλοσόφου τῶν γραμμάτων αἰτήσεως πρὸς τοὺς ἄρχοντας, καταδεηθεὶς τὰ μὲν αὐτοπροσώπως ὑπὲρ πολλῶν, τὰ δὲ δι' ὧν ἐκόμισεν ἐπιστολῶν. καὶ οὗτος οὖν σε μέχρι τῆς διηγορευμένης εἰκάδος περιμένει.

religioso sodali, diacono, qui quidem contra adversarium equitem strenue sese exerceat. Salutat te universa nostra familia; ad quam Isionis accessio facta est, quem tu ab actis desiderabas : qui mihi ignavæ et indignæ philospho litterarum ad magistratus postulationis causam præbuit, c cum me partim coram pro multis interpellaret, partim per litteras, quas ipse deferebat. Et is quoque te usque ad condictum diem vicesimum exspectat.

ρμε'. Τῷ αὐτῷ.

Οἰκέτης ἐμὸς ἐδραπέτευσεν, οὐ τῶν πατρῴων τῶν ἐμῶν οὐδὲ τῶν ἄλλως συντραφέντων ἐμοί (ἀγωγῆς γὰρ ἐλευθερίου μετασχόντες καὶ μικροῦ δέω λέγειν ἐν ὁμοτίμοις ἀγόμενοι φιλοῦσιν ὡς αἱρετὸν ἄρχοντα μᾶλλον ἢ δεδίασιν ὡς νόμῳ δεσπότην), ἀλλ' ὁ Φιλόρωμος (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ δραπέτῃ) τῆς ἀδελφιδῆς μου τῆς Ἀμελίου θυγατρὸς οἰκέτης ὢν ἐμὸς γίνεται δι' ἐκείνης. τραφεὶς δὲ ἐκμελὴς καὶ ἀνάγωγος φιλόσοφον καὶ Λακωνικὴν ἐπιστασίαν οὐκ ἤνεγκε, καὶ νῦν ἀντ' ἐμοῦ δεσπότην εὑρόμενος Ἀλεξανδρέα, περινοστεῖ μετ' ἐκείνου τὴν Αἴγυπτον. Ἁρποκρατίων τίς ἐστι τῶν Ἡρακλειανοῦ δορυφόρων, τάξιν ἔχων τῷ βοηθῷ βοηθεῖν (ἡ γὰρ σουβαδίουβα λέξις τοῦθ' ἑρμηνεύειν πιστεύεται)· τούτῳ σύνεστιν ὁ Φιλόρωμος. κἀγὼ τό γ' ἐμὸν εἴασα ἂν χαίρειν αὐτόν· ποῦ γὰρ εὔλογον τὸν μὲν χείρω τῶν βελτιόνων μὴ δεῖσθαι, (282) τοὺς δὲ βελτίονας ὁμολογοῦντας εἶναι δεῖσθαι τοῦ χείρονος; ἀλλ' ἡ δέσποινα τοῦ κακοδαίμονος οὔπω πείθεται πάνυ φιλοσοφεῖν, ὥστε καταφρονεῖν τῶν οὐκ ἀντεχομένων, καὶ κατεδεήθη πολλὰ σταλῆναι τοὺς ἐπανάξοντας αὐτόν. ὑπέστη δὲ τὴν ὑπηρεσίαν ταύτην αὐθαίρετος ὁ σύσκηνος ἡμῶν Ἀειθαλής, ὃν ἐγὼ θεῷ τε ἡγεμόνι θαρρῶν ἔστειλα καὶ ἀνθρωπίνην ἐπικουρίαν ὑποσχόμενος τὴν παρὰ σοῦ. εἴη σοι τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδοθῆναι· τὰ δ' ἐντεῦθεν, ἐπειδὴ παρείληφας τὴν ὑπόθεσιν, θεῷ καὶ αὐτῷ σοι καὶ Ἀειθαλεῖ μελήσει.

CXLV. Eidem.

Servus quidam meus aufugit, non ex paternis meis aut qui alia ratione mecum una sunt educati (ii enim liberaliter instituti ac prope æquali mecum honore habiti tanquam ex electione imperantem amant potius, quam velut ex lege dominum reformidant), sed Philoromus
d (hoc enim fugitivo nomen est) consobrinæ meæ Amelii filiæ servus, qui meus quidem propter illam factus est. Sed cum dissolute ac citra disciplinam esset educatus, philosopho dignum et Laconicum regimen non tulit, et nunc Alexandrinum pro me dominum nactus cum eo Ægyptum peragrat. Harpocratio quidam est Heracliani satellitum, ex eorum ordine, qui adiutores adiuvant; vox enim *subadiuva* id significare creditur. Apud hunc Philoromus est. Ego vero, quod ad me attinet, valere illum iuberem; qui enim convenit, deteriorem nihil opus
a habere melioribus (282), eos vero, qui se meliores esse profitentur, opus habere deterioribus? Sed infelicis illius hera nondum omnino adduci potest ut philosophetur, ita ut ea contemnat, quæ minime ad nos adhærescunt : summoque a me opere contendit, ut aliquos mitterem, qui illum a fuga retraherent. Quam quidem provinciam in se recipit contubernalis meus Aithales, quem ego et duce deo fretus dimisi; et humanum ei sum a te subsidium pollicitus. Tantum igitur hæ tibi in manus litteræ dentur : cætera, postquam argumentum omne per-
b cepisti, deo ac tibi ipsi et Aithalis curæ permitto.

ρμϛ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἐπιθυμήσας ἀρρενῶσαι τὴν ἱεράν σου ψυχὴν τῷ δι' ἐπιστολῶν ἐπιπλῆξαι τῷ σφοδρῷ τῆς εἰς τὴν συντυχίαν ἡμῶν ἐνστάσεως, πολλῷ πρότερον ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἰύγγων αὐτὸς ἐθηλύνθην, καὶ εἰμὶ νῦν τοιοῦτος οἵῳ σοι τυγχάνοντι πρότερον ἐνεκάλουν. ἆρ' οὖν ἀγαθῶν μοι μεγάλων αἴτιος ὁ θαυμάσιος Ἑρκουλιανός, οὕτω τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀναρτήσας ἑαυτοῦ καὶ καταβιβάσας τοῦ φιλοσοφίας ἀξιώματος; ἐγὼ μὲν οὖν οὐ δι' ἄλλο τι τὰς Σειρῆνας ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἡγοῦμαι βλασφημεῖσθαι, ἢ ὅτι τῷ μελιχρῷ τῆς φωνῆς ἀπώλλυον, προσαγόμεναι τὸν πιστεύσαντα· ἤκουσα δέ του τῶν σοφῶν καὶ ἀλληγοροῦντος τὸν μῦθον. Σειρῆνας γὰρ αὐτοῖς αἰνίττεσθαι τὰς ἀπολαυστικὰς ἡδονάς, αἳ τοὺς εἴξαντας

CXLVI. Eidem.

Cum ego multo ante sanctum animum tuum corroborare cuperem, vehemens illud tuum consuetudinis nostræ desiderium per litteras redarguens, nunc illecebrarum, quæ in tuis litteris insunt, redundante copia fractus ipse et emollitus sum et modo talem me invenio, qualis antea cum esses tete reprehenderam. Num igitur ingentium mihi bonorum causa egregius Herculianus exstitit, qui animum meum adeo sibi devinxerit atque a philosophiæ dignitate deiecerit? Equidem non aliam ob causam
c arbitror Sirenas poetarum probris ac maledictis exagitari, quam quod mellita vocis suavitate interitum afferebant, cum eum illexissent qui iis fidem habuisset. Memini vero me nescio quem olim audire sapientem, qui sic fabulæ istius allegoriam enarraret. Etenim Sirenas aiebat voluptates illas significare quibus fruimur, quæ

καὶ καταγοητευθέντας αὐτῶν τῷ προσηνεῖ μετὰ μικρὸν ἀπολλύουσι. τί οὖν ἀποδέουσιν εἶναι Σειρῆνες αἱ τῶν σῶν ἐπιστολῶν ἡδοναί, ὑφ' ὧν ἐγὼ τὸ ἐμβριθὲς ἀφεὶς d ὅλος Ἑρκουλιανοῦ γέγονα; μάρτυς θεός, οὐ νόμῳ τοῦ γράφειν ἀντ' ἄλλου τοὺς περὶ τούτου πεποίημαι λόγους, ἵν' ὑπόθεσιν ἔχω γραμμάτων, ἀλλὰ τῶν παρ' Οὐρσικίνου δοθεισῶν ἐπιστολῶν (ἦσαν δὲ τρεῖς) ἡ μέση κατὰ τὸ μέγεθος ἔμβιόν τι ψυχῆς πάθος ἐνέσταξέ μοι κομίσασα, καὶ γέγονα τῆς ἐν τοῖς γράμμασι κολακείας ἥττων τοσοῦτον ὅσον αἰσχύνεσθαι. τὸν ἀδελφὸν Κῦρον ἔδει κομίσασθαι παρὰ σοῦ γράμματα περὶ ὧν ἐδήλωσας διὰ τὸν ἐκ Πενταπόλεως κόμητα. καὶ χάριν μὲν ἔσχον τῇ προαιρέσει τοῦ (283) συστήσαντος, ἐπε- a λάθου δὲ ὅτι φιλοσοφεῖν πειρῶμαι· καὶ μικρὸν ἡγοῦμαι τιμὴν ἅπασαν, εἰ μὴ ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γένοιτο. δέομαι οὖν διὰ τὸν θεὸν οὐδέν· οὔτε γὰρ ἀδικοῦμεν οὔτ' ἀδικούμεθα. τὸ δὴ τοιοῦτον ἐκείνῳ μὲν ὑπὲρ ἡμῶν ἔπρεπε ποιεῖν, ἡμῖν δὲ αἰτεῖν οὐ πρέπον. εἰ γὰρ ἔδει ζητεῖν ἐπιστολάς, αἰτεῖν ἔδει πρὸς ἐμὲ γενέσθαι (οὕτω γὰρ ἂν ἐτιμήθην), οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ἕτερον. ἐρρωμένος εὐθυμῶν διαβιώῃς, φιλοσοφίαν ἀδολώτατα μετιών. πᾶσα ὁμοῦ σε ἡ οἰκία, μάρτυς θεός, καὶ παῖδες καὶ γέροντες καὶ γυναῖκες προσαγορεύουσιν. b ἴσως δ' ἂν αὐτὸς καὶ φιλοφρονουμένας τὰς γυναῖκας μισοίης. ἰδοὺ τί πεποίηκας· ἐν ὁδῷ με ὄντα ἀπρὶξ λαβόμενος κατέχεις. ἦσαν ἄρα Αἰγύπτιοι φαρμακεῖς, καὶ οὐ πάντα Ὅμηρος ψεύδεται, ὅτε καὶ αὐτὸς ἰύγγων πλήρεις ἐπιστολὰς ἐκπέμπεις ἀπ' Αἰγύπτου. Ἑλένη μὲν οὖν τὸ λαθικηδὲς φάρμακον Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις· σοὶ δὲ τίς τὸ ἀνιαρὸν δέδωκεν, ᾧ χρίσας ἔπεμψας τὴν ἐπιστολήν; c

succumbentes atque earum blanditiis delinitos paulatim perderent. Quidnam igitur abest, quominus Sirenes sint quædam litterarum tuarum illecebræ, quibus ego gravitate constantiaque illa posita totus Herculiani sum factus? Testis est deus me non scribendi more alterius cuiuspiam loco de ea re verba facere, quo litterarum argumentum aliquod haberem, verum ex iis epistolis, quas ab Ursicino tres accepi, quæ amplitudine media erat, vivum mihi quemdam instillavit affectum animi, adeoque sum litterarum adulatione superatus, ut me ipsum puderet. Oportebat te ad fratrem Cyrum de eo, quod significasti, litteras dedisse, propter Pentapolitanum comitem, Ac voluntati quidem commendantis (283) gratias egi; videris mihi tamen istud oblitus esse, me philosophari instituisse, atque omnem honorem parvi pendere, qui non a philosophia proficiscatur. Itaque nihil propter deum ea commendatione opus habeo. Neque enim aut facio cuiquam iniuriam aut accipio. Quare istud ipsum in illum nostri causa conferre oportebat. nobis autem postulare nequaquam congruit. Nam ut maxime litteræ petendæ essent, ad me potius ut scriberentur, peti deberet (ita enim mihi honos haberetur). non pro nobis ad alterum. Incolumis perpetuo hilarisque degas, philosophiam sincerissime ambiens. Universa et simul familia, testis est deus, tam pueri quam senes et mulieres salutant. Quanquam fortassis etiam blandientes atque humanitate prosequentes mulieres oderis. Vide quid feceris: me, cum in via essem, mordicus apprehensum detines. Profecto Ægyptii incantatores sunt, nec omnia falso ab Homero sunt prodita, cum tu ipse incantationum plenas litteras ab Ægypto mittas. Atque Helenæ quidem obliviosum mœroris poculum *dedit Thonis coniux Polydamna;* tibi vero quis mœroris efficiens illud dedit, quo delibutam ad me epistolam misisti?

ρμζ'. Ἰωάννῃ.

Οἶμαί σε καὶ πρὸ εὐχῆς εὖ πράττειν, ὅς γε ἀφεὶς τοὺς ἀνθρώπους ἡμᾶς

Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκοντας

καὶ ταῖς χθονίαις ἐγχαλινδουμένους φροντίσιν, αὐτὸς ὑπὲρ ταύτας στήσας σαυτὸν ἀνεχώρησας ἔτι δεῦρο ὢν καὶ μακαρίας ἦψω ζωῆς, εἰ μὴ φίλος ὢν Γάνος ἐν τῷ λέγειν καὶ διαγγέλλειν τὰ σὰ πρὸς ἡμᾶς οἴεται δεῖν τι καὶ ψεύδεσθαι· δεινὸν γὰρ ἡ εὔνοια κλέψαι τὴν ἀλή- d θειαν. οὗτος οὖν ὁ Γάνος ἐπεφήμισέ σοι τὸν μονήρη βίον, καὶ πρόφασιν τῆς εἰς τὴν πόλιν εἰσόδου βιβλία καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ὅσος εἰς θεολογίαν συντείνει, καὶ φαιὸν τριβώνιον ἀμπέχεσθαί σέ φησιν. οὐδὲν μὲν ἦν μεῖον, εἰ καὶ λευκὸν ἦν· τῇ γὰρ φανοτάτῃ φύσει μᾶλλον ἂν ἀνακείμενον εἴη τὸ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καθαρὸν καὶ φωτοειδέστερον· εἰ δὲ καὶ τὸ μέλαν ἐπήνεσας, ἐπειδὴ ζήλῳ τινῶν προλαβόντων ἐποίησας, ἐπαινῶ πᾶν τὸ ἐπὶ τῷ θείῳ γινόμενον. τὸ γὰρ (284) οὗ χάριν γίνε- a ται, δίδωσι κατορθοῦν τῷ ποιοῦντι, καὶ ἡ προαίρεσις ἔχει τὴν ἀρετήν. ἡμεῖς μὲν οὖν σοι συνηδόμεθα σχε-

CXLVII. Ioanni.

Ego te supra votum felicem esse arbitror, qui nos homines derelinquens

Ates in pratis, tenebrosa in nocte vagantes

et in terrenis curis volutatos te supra illas erigens, cum hic adhuc esses, recessisti, ac beatum instituisti vitæ genus, nisi amicus tuus Ganus in rebus tuis ad nos perferendis ac narrandis mentiendum nonnihil arbitretur. Solet enim veritatem imprimis occultare benevolentia. Ganus igitur iste monachicum tibi vitæ institutum tribuit, ac tibi libros eorumque sensum, qui quidem ad theologiam pertinet, adeundæ urbis occasionem dedisse confirmat. Pullo te insuper amictum esse pallio dicit. Atqui nihilo deterius erat, candidum si esset. Splendidissimæ quippe naturæ dicatum magis et consecratum id fuerit, quod in his, quæ percipiuntur sensibus, purum est magisque lucidum. Sed si pullum ideo colorem probasti, quod id aliorum, qui ante te usurparunt, imitatione feceris, laudo quidquid dei causa suscipiatur (284). Nam illud ipsum, cuius gratia fit, facienti tribuit, ut præclare sit hoc ab eo factum; inestque in voluntate ipsa virtus. Quamobrem nos tibi gratulamur, qui ad

διάσαντι τὸ τέλος ὅπερ ἡμεῖς πάλαι σὺν πόνῳ μόλις θυροκοποῦμεν· σὺ δὲ ἡμῖν σύνευξαι φθάσαι ποτὲ καὶ αὐτοῖς, καὶ εὑρέσθαι τι κέρδος ἀπὸ τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ μερίμνης, ἵνα μὴ τὴν ἄλλως ὦμεν κατατετριφότες πρὸς τοῖς βιβλίοις τὸν βίον. ἐρρωμένος εὐδαιμονῶν διαβιώης, θαυμάσιε.

ρμη'. Ὀλυμπίῳ.

Ἀπέλιπον τὴν τάξιν τῶν φόρων. τί γὰρ ἦν ποιεῖν, οὐδενὸς Ἑλλήνων τῶν τὴν Λιβύην ἐπῳκηκότων θέλοντος εἰς τὴν παρ' ἡμῖν θάλατταν ἐκπέμπειν ὁλκάδας; καὶ σὲ δὲ ἀφίημι τῆς συντάξεως· οὐδὲ γὰρ Σύροις ἐπιμελὲς καταίρειν εἰς τὰ Κυρηναίων ἐπίνεια. λάθοι δ' ἂν με τοῦτό ποτε καὶ γενόμενον· οὐ γάρ εἰμι γείτων θαλάττης οὐδ' ἐλλιμενίζω συχνά, ἀλλ' ἀνῴκισμαι πρὸς νότον ἄνεμον Κυρηναίων ἔσχατος, καὶ γείτονες ἡμῖν εἰσὶν οἵους Ὀδυσσεὺς μετὰ τὴν Ἰθάκην τὸ πηδάλιον ἔχων ἐζήτει, μῆνιν Ποσειδῶνος ἐκ τοῦ χρησμοῦ παραιτούμενος,

οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.

ἀλλὰ μὴ λόγον ἄλλως οἰηθῇς τὸ μηδὲ μέχρις ἁλῶν τοὺς δεῦρο κεχρῆσθαι θαλάττῃ, μηδὲ μὴν ἄναλα διὰ τοῦτο κατεσθίειν ἡγοῦ τὰ κρέα τε καὶ τὰ πέμματα. εἰσὶ νὴ τὴν ἱερὰν Ἑστίαν, εἰσὶν ἠπειρῶται παρ' ἡμῖν ἅλες, ἀπέχοντες πρὸς νότον ἔλαττον ἢ πρὸς ἀπαρκτίαν ἡ θάλαττα. τούτους Ἄμμωνος καλοῦμεν τοὺς ἅλας. πέτρα δὲ αὐτοὺς ψαφαρὰ καὶ τρέφει καὶ κρύπτει, ἣν ὅταν ἀφέλῃς ἐπιβεβλημένην ὥσπερ ἐφελκίδα, ῥᾳστώνη πολλὴ καὶ χερσὶ καὶ σκαλίσιν ἀροῦν τὸ βάθος. τὸ δὲ ἀναχωννύμενον ἅλες εἰσίν, ἰδεῖν τε ἡδεῖς καὶ γεύσασθαι. ἀλλ' ὅπως μὴ σοφιστικὴν ἀπειροκαλίαν οἰηθῇς τὸ ἐπεξελθεῖν τῶν ἐπιχωρίων ἁλῶν τῷ διηγήματι· ἥκιστα γὰρ τοῖς ἀγροδιαίτοις ἡμῖν προσιζάνει τὸ φιλότιμον πάθος. ἀλλὰ σὺ γὰρ ἀπαιτεῖς ἕκαστα παρ' ἡμῶν τὰ περὶ ἡμῶν εἰδέναι. ἀνέχου τοίνυν ἀδολεσχούσης ἐπιστολῆς, ἵνα καὶ τῆς (285) ἀκαίρου πολυπραγμοσύνης δῷς δίκην. ἅμα δὲ καὶ χαλεπὸν εἰς πίστιν τὸ ἑκάστοις ἀπότροφον. οὐ φαῦλον οὖν ἔργον Σύρον ἀναπεῖσαι περὶ χερσαίων ἁλῶν, ἐπεὶ καὶ δεῦρο πράγματα ἔχω περὶ νεῶν καὶ ἱστίων καὶ θαλάττης ἀνακρινόμενος. οἶσθα γὰρ ὡς ἐγὼ καὶ φιλοσοφῶν ποτὲ ἅμα ὑμῖν ἐθεασάμην τὸ χρῆμα τοῦτο τὴν θάλατταν, καὶ πρὸς Φάρῳ καὶ πρὸς Κανώβῳ τὴν μεγάλην λίμνην τὴν λαμυράν. καὶ εἵλκετο ναῦς, καὶ ἀνήγετο πρὸς οὖρον αὕτη, κώπαις ἐκείνη. ἐγελᾶτε γοῦν εἰκάσαντος αὐτὴν ἐμοῦ ζώῳ πολύποδι. οἳ δὲ διάκεινται τὰς γνώμας ὥσπερ ἡμεῖς, ὅταν ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα Θούλης ἀκούωμεν, ἥτις ποτέ ἐστιν ἡ Θούλη, διδοῦσα τοῖς διαβᾶσιν αὐτὴν ἀνεύθυνα καὶ ἀνεξέλεγκτα ψεύδεσθαι. ἀλλ' οὗτοί γε κἂν πρόσωνταί ποτε τὰ περὶ τῶν νεῶν ἢ δόξωσιν ἐκεῖνο γελᾶν, ἀνὰ κράτος ἀπιστοῦσιν ὅτι δύναται τρέφειν ἀνθρώπους καὶ θάλαττα· τοῦτο

eum finem subito perveneris, cuius nos pridem fores ægre et cum labore pulsamus. Tu vero nobiscum precare, ut et ipsi olim assequamur lucrique nonnihil ex philosophiæ curis ac vigiliis obtineamus, ne frustra in libris ætatem attriverimus. Incolumem felicemque vitam
b traducas, vir egregie.

CXLVIII. Olympio.

Tributi pendendi partes meas ac munus prætermisi. Quid enim facerem, cum nullus e Græcis, qui Libyam incolunt, onerarias ad mare nostrum mittere velit? Ac te etiam omni pensitatione libero. Non enim Syris curæ est navalia Cyrenensium appellere. Quod si quando contingeret, me tamen insciente fieret. Quippe neque mari proximus nec in portu frequens, sed in alto habito ad austrum in extremis Cyrenensium finibus. Atque e vicino nobis habitant, quales Ulixes post Ithacam clavum
c tenens quæritabat, iram Neptuni ex præscripto oraculi procurans,

qui nec freta norunt
mortales, sale nec condita cibaria rodunt.

Sed ne temere istud a me dictum arbitreris, ne ad salem quidem usque nostros maris uti commercio: neque tamen insulsis ob id carnibus aut libis vesci puta. Est enim, per sacram Vestam iuro, est apud nos terrestre sal, quod minore intervallo ab austro distat, quam ab
d aquilone mare. Hoc Ammonis sal a nobis appellatur. Lapide hoc friabili alitur atque tegitur, quem crustæ in modum insidentem cum detraxeris, facili negotio manibus ac sarculis altius proscindi subiecta tellus potest. Id porro quod effoditur, sal est, cum visu ipso tum gustandi voluptate iucundissimum. Verum ne tu sophisticæ hoc insolentiæ putes esse de vernaculo sale narrationem instituere; minime enim rusticanis nobis hæret ambitiosa gloriæ contentio. Sed enim sigillatim quæ sunt apud nos scire a nobis postulas. Quare loquacem epistolam sustine, ut importunæ curiositatis (285) pœnas persolvas.
a Quin et hoc persuasu difficile est, quod ab uniuscuiusque educatione usque alienum est. Quamobrem non parum negotii est Syro posse de terreno sale persuadere, cum ego molestiam hic habeam de navibus ac velis atque mari sæpius interrogatus. Meministi enim me, cum aliquando vobiscum philosopharer, rem illam, mare scilicet, aspexisse, et ad Pharum, ad Canobum vastum illum lacum ac salsum vidisse. Ac tum forte navis trahebatur, aliaque velis in altum, altera remis agebatur. Ridebatis igitur me, quod eam animali multipedi similem esse
b dicerem. At illi eodem modo afficiuntur animo, quomodo nos, cum de iis quæ ultra Thulen sunt audimus, quæcunque demum Thule est, quæ iis, qui eo penetraverint, impune ac citra reprehensionem mentiendi potestatem facit. Verum ii, utcunque tandem ea quæ de navibus dicuntur admittant aut ridere id ipsum videantur, pertinacissime tamen credere istud nolunt, posse ex mari hominibus alimenta suppeditari. Hoc enim velut

γὰρ μόνην ἔχειν ἀξιοῦσι τὴν μητέρα γῆν τὸ πρεσβεῖον. ἐγὼ δέ ποτε αὐτοῖς ἀνανεύουσι πρὸς τὰ περὶ τῶν ἰχθύων, ἀναλαβὼν τινὰ κέραμον καὶ προσαράξας πέτρᾳ ἔδειξα τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ταρίχη συχνά· οἱ δὲ ὄφεων c
πονηρῶν ἔφασαν εἶναι σώματα, καὶ ἀναθορόντες ἔφευγον, τὰς ἀκάνθας ὑποπτεύοντες ὡς οὐδὲν ἠπιωτέρας τοῦ διὰ τῶν ὀδόντων φαρμάκου. καὶ ἔφη τις ὁ γεραίτατος καὶ τῇ δόξῃ φρενῶν ἐπηβολώτατος, σχολῇ γοῦν περὶ ὕδατος ἁλυκοῦ πιστεῦσαι καλόν τι αὐτόθι τρέφεσθαι καὶ ἐδώδιμον, τῶν πηγαίων τῶν ἀγαθῶν καὶ ποτίμων ναμάτων βατράχους καὶ βδέλλας γεννώντων, ὧν οὐδ' ἂν ὁ μαινόμενος γεύσαιτο. καὶ εἰκότα d
γε ἀγνοοῦσιν·

οὐ γὰρ σφᾶς ἐκ νυκτὸς ἐγείρει κῦμ' ἐπιθρῶσκον

πελάγους, ἀλλ' ἵππων χρεμετισμοὶ καὶ μηκάζον αἰπόλιον, καὶ προβατίων βληχὴ καὶ ταύρου μύκημα, πρώτης δὲ ἀκτῖνος ἐπιβαλούσης τῶν μελιττῶν ὁ βόμβος, εἰς ἡδονῆς λόγον οὐδεμιᾷ παραχωρῶν μουσικῇ. μήτι σοι δοκοῦμεν ἐκδιηγεῖσθαι τὰς Ἀγχεμάχου, τοιοῦτον οἰκοῦντες ἀγρὸν πόρρω πόλεως καὶ ὁδῶν καὶ ἐμπορίας καὶ τρόπων ποικίλων; ἡμῖν γάρ ἐστι (286) σχολὴ a
μὲν φιλοσοφεῖν, ἀσχολία δὲ κακουργεῖν. σύνοδοι δὲ πᾶσαι πᾶσιν ἑταιρικαί, χρωμένων ἀλλήλοις ἐπὶ γεωργίαν, ἐπὶ ποιμένας ἐπὶ ποίμνας, ἐπὶ θήραν ὧν ἡ γῆ φέρει παντοδαπήν· οὐδὲ γὰρ νόμος ἡμῖν, οὔτ' αὐτοῖς οὔθ' ἵπποις, ἀνιδρωτὶ σῖτον αἱρεῖσθαι. ἀριστῶμεν δὲ ἐπ' ἀλφίτοις, ἡδίστοις μὲν ἐμφαγεῖν ἡδίστοις δὲ ἐμπιεῖν, ἃ καὶ τῷ Νέστορι κίρνησιν Ἑκαμήδη. μετὰ κόπον ἰσχυρὸν ὁ κυκεὼν τῆς θερινῆς ὥρας ἀλέξημα. καὶ μὴν ἔστιν ἡμῖν καὶ πύρινα πέμματα καὶ τρωκτὰ τὰ μὲν ἥμερα τὰ δὲ ἄγρια, πάντα ἐγχώρια, γῆς b
ἀρίστης χυμοί, καὶ κηρία μελιττῶν καὶ γάλα ἐξ αἰγῶν· οὐ γὰρ νομίζομεν βοῦς ἀμέλγειν. ποιεῖ δὲ οὐκ ἐλάττω τὴν ἀφθονίαν ἐν ταῖς τραπέζαις ἡ διὰ τῶν κυνῶν καὶ τῶν ἵππων θήρα, ἣν οὐκ οἶδα πῶς οὐ προσεῖπεν Ὅμηρος κυδιάνειραν, οὐδὲ ἀριπρεπέας ἔφη τοὺς ἄνδρας ἐν αὐτῇ γίγνεσθαι· τὴν δὲ ἀγορὰν ἐγκωμίῳ τοιούτῳ τετίμηκεν, ἀνθρώπια παρεχομένην ἀναιδῆ καὶ παμπόνηρα καὶ οὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ λοίδορα καὶ κακορραφεῖν εἰδότα. ἐφ' οἷς καὶ γελῶμεν ἡμεῖς, ὅταν ποτὲ ἡμῖν ὁμώροφα γένηται· φρίττουσι γάρ τοι πρὸς c
τὰ ἐκ τῶν καμίνων κρέα τὰ θήρεια. καὶ τί λέγω τὰ θήρεια; φαρμάκου γ' ἂν θᾶττον ἢ ὁτουοῦν τῶν παρ' ἡμῖν γεύσαιντο. ζητοῦσι δὲ οἶνον μὲν τὸν λεπτότατον, μέλι δὲ τὸ παχύτατον, καὶ ἔλαιον μὲν τὸ κουφότατον, πυρὸν δὲ τὸν βαρύτατον· καὶ πατρίδας αὐτῶν ὑμνοῦσι Κύπρον καὶ Ὑμηττόν τινα καὶ Φοινίκην καὶ Βάραθρα. ἡμῖν δὲ ἡ χώρα καὶ εἰ καθ' ἓν ἑκάστης ἡττᾶται τῆς τὸ ἄκρον φερούσης, τοῖς λοιποῖς ἑκάστην νικᾷ. καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐκ δευτέρων πρω- d
τεῖον, ὃ καὶ Πηλεὺς καὶ Θεμιστοκλῆς εὑρόμενοι πάντα πάντων ἄριστοι τοῖς Ἕλλησιν ἐκηρύχθησαν. εἰ δὲ δὴ καὶ δοίημεν τὸ δεῦρο μέλι χεῖρον εἶναι πρὸς τὸ Ὑμητ-

honorarium parenti terræ præcipuum ac peculiare esse censent oportere. Ego vero cum ipsi aliquando quæ de piscibus narrantur abnuerent, fictile quoddam apprehendens et ad saxum allidens allatam ex Ægypto salsamentorum copiam iis ostendi; quæ illi malorum serpentum corpora esse dicebant, statimque in fugam prosiliebant, spinas reformidantes, tanquam nihilo dentium veneno mitiores. Inter quos unus ætate omnium provectissimus atque in opinando sagacissimus ægre sibi de aqua salsa persuasum esse dixit, nutriri in ea quod bonum sit esuique idoneum, cum in fontanis aquis optimis et ad potum idoneis nihil præter ranas et hirudines gignatur, quas nemo adeo insanus est ut gustare velit. Nec immerito istud ignorant.

Non etenim de nocte tumens hos excitat unda

pelagi, sed equorum hinnitus et caprarum vociferantes greges et ovium balatus et tauri mugitus. Inde ad primos solis radios apium sonitus, nihil quod ad voluptatem attinet musico concentui deterior. An non tibi eas quæ Anchemachi fuerunt narrare videmur, qui talem agrum incolamus ab urbe dissitum et viis et mercatu et versutis moribus? Nobis (286) enim philosophandi otium est, malefaciendi nullum. Iam conventus omnes omnibus sociales sunt sibi invicem ad agriculturam opitulantibus, ad pastores ad greges ad venatum eorum quæ terra fert multiplicem. Nefas enim sive ipsis nobis sive equis nostris est, sine sudore cibum capere. Polenta autem vescimur cum in cibo tum in potu suavissima; cuiusmodi Nestori apud Homerum miscet Hecamede. Post fatigationem ista sorbitio æstivi caloris præsens remedium est. Sunt et nobis insuper liba triticea et edules arborum fructus, partim domestici, partim agrestes, vernaculi omnes, telluris optimæ succi: nec apum favi desunt aut caprinum lac. Non enim mulgere boves apud nos receptum est. Nec minorem mensis nostris copiam frequens canum equorumque ope venatus suppeditat, quem nescio cur Homerus *viris gloriosum* non appellet, nec illustres in ea homines fieri dixerit, cum eo præconio forum affecerit, ex quo perfrictæ frontis homunciones ac nequissimi prodeunt, nec sani quidquam sed contumeliosi et dolorum machinatores callidi; quos irridere passim solemus, quotiens nobiscum iisdem in ædibus versantur; horrent enim, cum ex camino promptas ferinas carnes vident. Quid ferinas dico? Venenum sane citius quam ullum apud nos cibum degustaverint. Vinum porro quærunt tenuissimum, mel crassissimum et oleum levissimum, frumentum vero ponderosissimum. Quin patrias illorum celebrant Cyprum et Hymettum nescio quem ac Phœnicem et Barathra. Ager vero noster, etsi singulis rebus ab eorum unoquoque vincitur, qui summum earum frugum fastigium obtinent, cæteris tamen unumquemque superat. Atque hic ex secundis principatus est, quem Peleus et Themistocles nacti in omnibus optimi omnium inter Græcos celebrati sunt. Quamvis autem istud demus, mel nostrum Hymettio deterius esse, at eiusmodi

τιον, ἀλλὰ τοιοῦτόν ἐστιν οἵου παρόντος οὐδὲν δεῖν τοῦ
ξένου χυμοῦ. ἔλαιον μέντοι σαφῶς τὸ ἡμεδαπὸν ἄρι-
στον, ἣν μὴ κρίνωσιν οἱ διεφθορότες τὴν δίαιταν.
ἐκεῖνοι μὲν γὰρ αὐτὸ ζυγοστατοῦσι, ῥοπῇ τὴν ἀρετὴν
ἐξετάζοντες, καὶ τὸ μειαγωγοῦν ἐν πλεονεκτήματος
μοίρᾳ λογίζονται· ἡμῖν δὲ (287) οὐ χαλκεύονται μὲν a
ἐπὶ τοὔλαιον τάλαντα, φαμὲν δέ, εἴπερ αὐτὸ δέοι ποιεῖν,
φύσιν εἶναι τὸ πλέον ἕλκον τιμᾶν. ἀμέλει τὸ θαυμα-
στὸν αὐτοῖς καὶ ὤνιον ἔλαιον ἐν ταῖς θρυαλλίσιν ὑπ'
οὐδενείας ἀσθενεῖ θρέψαι φλόγα, τὸ δὲ αὐτόχθον ὑπὸ
γενναιότητος πυρκαϊὰν ὅλην ἀνίστησι, κᾆτ' ἐπειδὰν
λύχνου δέῃ, χειροποίητον ἡμέραν ποιεῖ. ἀγαθὸν δὲ
λιπῆναι μᾶζαν, ἀγαθὸν δὲ σωμασκοῦσι θρέψαι νεῦρα.
ἡμῖν δὲ καὶ τὸ μουσικῆς χρῆμα ἐπιχώριον ὡς οὐδὲν
ἄλλο, καὶ ἔστιν Ἀγχεμαχηταῖς λύριόν τι ποιμενικὸν b
λιτὸν καὶ αὐτόσκευον, εὔφημόν τε καὶ ἄρρεν ἐπιεικῶς,
οὐκ ἀνάξιον τοὺς ἐν τῇ Πλάτωνος πόλει παῖδας ἐκτρέ-
φειν· ὡς οὐ λυγίζεται τοῦτο οὐδὲ ἀρετὴν ἔχει παμ-
φώνως ἡρμόσθαι. τῷ δὲ ἁπλῷ τῶν χορδῶν συμβαί-
νουσιν οἱ προσᾴδοντες· οὐ γὰρ ἐπιτίθενται τρυφώσαις
ὑποθέσεσιν, ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν καλόν τι χρῆμα ᾠδῆς
ἔπαινος ἐνόρχου κριοῦ, καὶ ὁ μείουρος κύων ἐγκωμίου
τυγχάνει, ὅτι οἶμαι δίκαιός ἐστι τὰς ὑαίνας οὐκ ὀρρω-
δῶν καὶ λαρυγγίζων τοὺς λύκους. καὶ ὁ κυνηγέτης
οὐχ ἥκιστα ᾠδὴ γίνεται ταῖς κατανομαῖς εἰρήνην ποιῶν c
καὶ εὐωχῶν ἡμᾶς πανδαισίᾳ κρεῶν. ἥ τε διδυμοτόκος
οἷς οὐκ ἀπαξιοῦται τῆς λύρας, ὅτι πλείω τῶν ἐτῶν
ἐκτρέφει τὰ ἔκγονα. τὴν δὲ κράδην θαμὰ καὶ τὴν
ἄμπελον ἐντείναντες ψάλλομεν. οὐδὲν δὲ ὅσον εὐχαί
τινες· ἔτι τε ᾆσμα καὶ αἰτήσεις ἀγαθῶν ἀνθρώποις καὶ
φυτοῖς καὶ βοτοῖς. ταῦτά σοι καὶ τοιαῦτα παρ'
ἡμῖν ὥρια καὶ ἀρχαῖα καὶ πενήτων ἀγαθά· βασι-
λεὺς δὲ καὶ βασιλέως φίλοι καὶ δαίμονος ὄρχησις, οἷα d
δὴ συνιόντες ἀκούομεν, ὀνόματά τινα καθάπερ αἱ φλό-
γες ἐπὶ μέγα τῆς δόξης ἐξαπτόμενα καὶ σβεννύμενα,
ταῦτα δεῦρο ἐπιεικῶς σιγᾶται, καὶ σχολὴ ταῖς ἀκοαῖς
τοιούτων ἀκροαμάτων. ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς ὅτι μὲν
ἀεὶ ζῇ, τοῦτ' ἴσως ἐπίστανται σαφῶς (ὑπομιμνησκό-
μεθα γὰρ ἅπαν κατ' ἔτος ὑπὸ τῶν ἐκλεγόντων τοὺς
φόρους)· ὅστις δὲ οὗτός ἐστιν, οὐ μάλα ἔτι τοῦτο σα-
φῶς, ἀλλ' ἐν ἡμῖν εἰσί τινες οἳ μέχρι καὶ νῦν Ἀγα-
μέμνονα κρατεῖν ἥγηνται τὸν Ἀτρείδην, (288) τὸν ἐπὶ a
Τροίαν, τὸν μάλα καλόν τε κἀγαθόν· τοῦτο γὰρ παι-
δόθεν ἡμῖν ὡς βασιλικὸν παραδέδοται τοὔνομα. καὶ
Ὀδυσσέα τινὰ αὐτοῦ φίλον ὀνομάζουσιν οἱ χρηστοὶ
βουκόλοι, φαλακρὸν μὲν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δεινὸν ὁμι-
λῆσαι πράγμασι καὶ πόρον ἐν ἀμηχάνοις εὑρεῖν. ἀμέ-
λει γελῶσιν, ὅταν περὶ αὐτοῦ λέγωσιν, ἡγούμενοι
πέρυσιν ἐκτετυφλῶσθαι τὸν Κύκλωπα, καὶ ὡς εἵλκετο
μὲν ὑπὸ τῷ κριῷ τὸ γερόντιον, τὸ δὲ κάθαρμα τὴν
θύραν ἐτήρει καὶ οὐραγεῖν ᾤετο τὸν ἡγεμόνα τῆς
ποίμνης, οὐκ ἀχθόμενον τῷ φορτίῳ, τῇ δὲ αὐτοῦ συμ-
φορᾷ συναχθόμενον. ἐγένου βραχύ τι διὰ τῆς ἐπιστο- b
λῆς μεθ' ἡμῶν τῇ γνώμῃ. τεθέασαι τὸν ἀγρόν,

est, ut eo præsente nihil sit quod peregrinum liquorem desideremus. Inter olei vero genera haud dubie nostrum antecellit, si non iis arbitrium permittatur, quorum vivendi depravata est ratio. Nam hi appendere illud solent, pondere bonitatem metientes, et præcipuam eius notam in levitate collocant. Nobis (287) nullæ ad oleum trutinæ cuduntur. Quod si hoc tamen omnino faciendum est, naturæ consentaneum esse dicimus, ut in eo genere quod ponderosius est præferatur. Et certe egregium illud oleum ac venale in ellychniis præ infirmitate alere flammam nequit. Quod apud nos nascitur, qua est generositate, rogum excitaverit, ac dum lucerna opus est, manufactum quodammodo diem infert. Ad hæc pinguefaciendæ mazæ aptum est : aptum item iis qui corpus exercent, ad nervos fovendos. Sed et musica ipsa apud nos, ut si quid aliud, tralatitia est, estque Anchemachetis pastoralis quædam exigua lyra, rudis et incondita, sed felicis concentus et cum primis virilis, quæ non immerito instituendis in Platonis republica liberis accommodetur, propterea quod modulationis inflexionem non recipit, nec ad omne genus est vocis temperata. Cui quidem fidium simplicitati ii qui accinunt accommodant sese. Non enim fracta ac mollia argumenta tractant, sed præclara nobis cantionis species est masculi arietis præconium, aut cauda mutilatus canis laude sua afficitur, quod, opinor, merito id ei tribuatur, qui nec hyænas formidet et lupos strangulet. Ac præsertim venator eo carmine celebratur, pascuis securitatem pacemque concilians nobisque carnium generis omnis opiparum convivium præbens. Nec gemellipara ovis a lyra reicitur, quod numerosiorem annis fetum enutriat. Sæpe etiam ficum aut vitem in numeros versusque coniectam canimus. Sed nihil tam frequens quam vota quædam, necnon in canticum rediguntur bonorum adeo postulationes, tum hominum tum stirpium pecudumque propria. Hæc et talia sunt apud nos tempestiva simul et antiqua et pauperum bona. Cæterum imperator et imperatoris amici atque omnis illa sortis casusque veluti saltatio, cuiusmodi in quotidiana consuetudine nomina quædam audimus flammarum instar ad summum gloriæ excitata fastigium vicissimque restincta, de his, inquam, omnibus altum apud nos silentium, et ab eo genere acroamatum aures nostræ feriantur. Etenim imperatorem semper aliquem vivere, probe hoc fortassis norunt : revocatur enim nobis in memoriam annis singulis ab tributorum exactoribus. Quisnam autem ille sit, non æque istud accurate sciunt. Nec desunt inter nos qui hodieque Agamemnonem imperare putent Atrei filium (288), eum qui ad Troiam profectus est, egregium illum atque optimum principem. Hoc enim tanquam regium nomen a pueritia nobis traditum est. Huius amicum Ulixem quemdam nominant optimi bubulci, calvum hominem, sed rerum agendarum ac difficillimorum quorumque expediendorum peritum. Certe enim rident, cum de ipso narrant, anno superiore excæcatum Cyclopem putantes, et quemadmodum sub ariete senex trahebatur, ad ianuamque scelestus observabat, qui ducem gregis arbitrabatur non onere prægravatum, sed ipsius dolentem infortunio agmen claudere. Paululum animo nobiscum epistolæ beneficio fuisti; agrum contemplatus es, vivendi agendique simpli-

εἶδες ἁπλόην πολιτευμάτων. τὸν ἐπὶ Νῶε βίον ἐρεῖς, πρὶν γενέσθαι τὴν δίκην ἐν δουλείᾳ.

ætatem vidisti. Tale vitæ genus esse dixeris, quale sub Noe exstitit, antequam servitus in pœnam cederet.

ρμθ'. Τῷ αὐτῷ.

Ἡμῖν ἀεὶ καὶ ἀπὼν ἐπιδημεῖς τῇ μνήμῃ· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν εἰ πάνυ βουληθείημεν, ἐπιλαθέσθαι δυναίμεθα τῆς γλυκυτάτης σου ψυχῆς καὶ τῶν ἀδολωτάτων ἠθῶν, ἀδελφὲ διὰ πάντα θαυμάσιε. ὡς οὐδὲν ἂν ἡμῖν γένοιτο τῆς περὶ σὲ μνήμης ἱερώτερον ἢ τὸ πάλιν περιπτύξασθαι τὴν σεβασμίαν σου κεφαλήν· ὃ δοίη ποτὲ θεὸς, καὶ ἴδοιμέν σε καὶ ἀκούσαιμέν σου τῆς ἡδίστης τῶν λόγων ἠχοῦς. ἦσας δὲ ἡμᾶς καὶ οἷς ἀπέστειλας· ἅπαντα γὰρ ἐκομισάμεθα. πλέον δ' ἠνίασας τῷ λογισμῷ τῷ ποίου τινὸς ἑταίρου ζῶντος ζῶντες στεροίμεθα. ἔλθοι δή ποτε καὶ συντυχίας καιρός, καὶ εὐτυχήσαιμι τοῦτο παρὰ θεοῦ.

CXLIX. Eidem.

Nobis etiam absens semper in memoria versaris. Neque enim, ut maxime velimus, suavissimum animum tuum moresque sincerissimos oblivisci possumus, frater in omnibus admirande, quandoquidem nihil in nobis esse
c potest tui recordatione sanctius, nisi forte ut iterum venerabile tuum amplectamur caput. Quod utinam aliquando tandem deus concedat, ut et te videamus et suavissimam sermonis tui vocem audiamus! Cæterum iis quæ misisti magnam nobis voluptatem attulisti; accepimus enim omnia. Sed plus tamen mœroris ea cogitatione dedisti, cuiusmodi nos amico vivo ac spirante privaremur. Utinam tandem illud tempus adveniat, quo mutua consuetudine fruamur! utinam tanta mihi divino benefi-
d cio felicitas contingat!

ρν'. Πυλαιμένει

Οὐδὲ τὴν σὴν Ἡράκλειαν ἀνήκοον οἶμαι γεγονέναι τοῦ παρ' ἡμῖν φιλοσοφήσαντος Ἀλεξάνδρου, ἀνδρὸς ἁπανταχοῦ διαβάντος μετὰ δόξης.

κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει.

τούτου παῖς, ἐμὸς ἀνεψιός, ἐπιδώσει σοι τὴν ἐπιστολήν, τὸν πατρῷον ζῆλον ὑπεισελθὼν οὐ διὰ τῆς στολῆς ἀλλὰ διὰ τῆς γνώμης. στέλλεται γοῦν ἐπὶ πονηροὺς ἄνδρας, τὸν Ἡράκλειον τρόπον ἐκκαθαίρων αὐτῶν τὴν πατρίδα (289). θεοῦ δὲ ἔδει δήπου καὶ Ἡρακλέους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰόλεω συμμάχου καὶ παραστάτου. οὐκοῦν τὸν μὲν θεὸν ἑαυτῷ πορίεῖται τὸν ἐνόντα τρόπον, καὶ προσκλινεῖ βίου τε ἀρετῇ καὶ γνώμης εὐσεβείᾳ· τὴν δὲ σὴν φιλίαν ἀντὶ τῆς Ἰόλεω μνηστεύομεν ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς. συνέσῃ δὲ τοσαῦτα αὐτῷ ὅσα ἡμῖν. κἂν χρήσῃ τῇ φιλίᾳ τοῦ νεανίσκου, πάντως ἐρεῖς οὐ φαῦλον ἐπαινέτην ἐμέ.

CL. Pylæmeni.

Neque tuam Heracleam puto de Alexandro celatam esse, qui apud nos philosophatus est, viro eiusmodi qui ubique magna est cum gloria et existimatione versatus.

Mutus homo est, qui non Alcidæ admoverit ora.

Huius filius consobrinus meus has tibi litteras dabit, qui ad patris æmulationem non habitu ipso sed animo sese contulit. Igitur ad nequissimos homines vadit, ut Herculis more patriam ab iis repurget. (289) Scilicet et Her-
a cule opus fuit; sed et Iolao socio atque adiutore. Itaque deum quidem ille sibi omni ope cum vitæ integritate tum animi pietate propitiabit ac flectet. Tuam vero illi per litteras pro Iolai amicitia conciliamus. Tantum porro illius consuetudini, quantum nostræ tribues. Quod si adolescentis familiaritate usus fueris, omnino me non
b malum laudatorem fuisse dices.

ρνα'. Τῷ αὐτῷ.

Ἆρά μοι μένεις φιλόσοφος, ἆρα ἐκεῖνος ὃν ἀπολέλοιπα Πυλαιμένης, ἡ νεοτελὴς ψυχή, τὸ σπέρμα τὸ θεῖον; φοβοῦμαι τὸν χρόνον τὸν ἀπὸ γενέσεως, πλέον φοβοῦμαι τὴν ὁμιλίαν τῆς ἀγορᾶς, τὸ ἐγκαλινδεῖσθαι συχναῖς ἤδη τύχαις καὶ πράξεσι, μὴ μολύνῃ τὸν ἁγιώτατον νεών, τὸν νοῦν σου τὸν ἱερόν, ὃν ἐγὼ μετ' ὀλίγων ἀξιώτατον ἡγοῦμαι δοχέα θεοῦ. καὶ οἶδα μὲν συνοργιάσαι σοι τὰ τῆς φιλοσοφίας εὐχήν ποτε ποιησάμενος· ἐπεὶ δ' οὖν κρείττων ὁ τῆς πατρίδος ἔρως ἐγίγνετο, εὐξαίμην ἂν ὅπου ποτὲ γῆς εἴης φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαί σε κατὰ δύναμιν. τοιγαροῦν ἀσπάζομαι τὴν φίλην κεφαλήν, καὶ πάνυ πολλάκις ἀσπάζομαι τὴν φίλην κεφαλήν, καὶ σιγῶν καὶ λέγων καὶ γράφων καὶ μὴ γράφων.

CLI. Eidem.

Num tu mihi philosophus perseverabis? Num ille quem reliqui Pylæmenes, recens absoluta anima, divinumque semen? Tempus illud vereor, quod a generatione intercessit, multoque magis consuetudinem fori vereor, ne multiplicium casuum ac negotiorum tractatio sanctissimum templum inquinet, sacram mentem tuam intelligo, quam ego in paucis dignissimum dei conceptaculum esse arbitror. Memini me quidem olim in votis habuisse, una tecum philosophiæ sacra celebrare; sed quoniam plus apud te patriæ caritas potuit, hoc precatur, ut qua-
c cunque terræ in parte degeas, pro virili in philosophiam incumbas. Quamobrem sacrum tuum caput saluto, iterumque ac sæpius amicum caput saluto, sive tacens sive loquens sive scribens sive nihil scribens.

ρνβ'. Τῷ αὐτῷ.

Οἴου με περιπτύσσεσθαι Πυλαιμένην, αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ τῇ ψυχῇ. ἀπορῶ λόγων οἷς ἂν ἐκχέοιτο ὅσον ἐστὶ τῆς γνώμης μου τὸ βουλόμενον, μᾶλλον δὲ οὐδ' d αὐτό μου τὸ πάθος ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ περὶ σέ μου τῆς ψυχῆς ἐξευρίσκω. ἐγένετο δέ τις ἀνὴρ δεινὸς τὰ ἐρωτικά, Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, Ἀθηναῖος, εὔπορος εὑρεῖν εὔκολος εἰπεῖν ἐραστοῦ φύσιν, καὶ δὴ καὶ ὅ τι αὐτῷ γενέσθαι περὶ τὰ παιδικὰ βούλεται. καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοίνυν ἐξευρηκώς τε ἔστω καὶ εἰρηκώς. βούλοιτ' ἂν οὖν φησὶ Ἡφαίστου τέχνῃ συντακῆναί τε καὶ συμφυῆναι καὶ ἕνα ἄμφω γενέσθαι.

CLII. Eidem.

Pylæmenem me puta, ipsum animum animo ipso complecti. Desunt mihi verba quibus quanta est voluntatis animi mei vis effundatur, vel potius ne ipse quidem affectus cuiusmodi erga te in animo meo insit invenio. Sed homo quidam exstitit amatoriarum rerum peritus, Plato, Aristonis filius, Atheniensis, in amatoris natura eoque quod circa delicias suas sibi accidere vellet inveniendo solers, in explicando disertus ac facilis. Quare is pro me istud et inveniat et dicat. *Vellet igitur*, ait ille, *Vulcani quadam arte colliquari et coalescere, unumque ex ambobus effici.*

a

ρνγ'. Τῷ αὐτῷ (290).

Δι' ἔτους ἡμῖν ἀφικνεῖται παρὰ σοῦ γράμματα, ὥσπερ τῶν ὡρῶν καὶ τοῦτο φερουσῶν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἴσως καρπὸς ἡδίων οὗτος ἢ ὃν ἐκτρέφουσι μηνῶν κύκλοι καὶ γεωργοί, σὺ δὲ οὐκ ἂν εἰκότα ποιοίης τῆς ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς εὐφροσύνης ἀποστερῶν. ἀλλὰ μετάθου τὴν γνώμην, καὶ ποίησον ἡμῖν τὸ γοῦν τῆτες εὐετηρίαν ἐπιστολῶν.

CLIII. Eidem (290).

Tuæ ad nos litteræ quotannis afferuntur, quasi is sit etiam tempestatum proventus. Atque est ille quidem mihi fructus fortasse iucundior quam qui mensium vicissitudine et agricolarum labore profertur. Tu vero inique facis, qui earum nobis voluptatem subtrahas. Verum fac sententiam mutes, nobisque hoc saltem anno litterarum ubertatem præbeas.

b

ρνδ'. Τῇ φιλοσόφῳ.

Τῆτες ἐξήνεγκα δύο βιβλία, τὸ μὲν ὑπὸ θεοῦ κινηθείς, τὸ δὲ ὑπὸ λοιδορίας ἀνθρώπων. καὶ γὰρ τῶν ἐν λευκοῖς ἔνιοι τρίβωσι καὶ τῶν ἐν φαιοῖς ἔφασάν με παρανομεῖν εἰς φιλοσοφίαν, ἐπαΐοντα κάλλους ἐν λέξεσι καὶ ῥυθμοῦ, καὶ περὶ Ὁμήρου τι λέγειν ἀξιοῦντα καὶ περὶ τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις σχημάτων, ὡς δὴ τὸν φιλόσοφον μισολόγον εἶναι προσῆκον καὶ μόνα περιεργάζεσθαι τὰ δαιμόνια πράγματα. καὶ αὐτοὶ μὲν θεωροὶ τοῦ νοητοῦ γεγονότες· ἐμὲ δὲ οὐ θέμις, διότι νέμω τινὰ c σχολὴν ἐκ τοῦ βίου τῷ καὶ τὴν γλῶτταν καθήρασθαι καὶ τὴν γνώμην ἡδίω γενέσθαι. ἐνῆγε δὲ αὐτοὺς εἰς τὸ καταδικάσαι μου πρὸς μόνην παιδιὰν ἐπιτήδειον εἶναι τὸ τὰς Κυνηγετικὰς ἐκ τῆς οἰκίας οὐκ οἶδ' ὅπως διαρρυείσας σπουδασθῆναι διαφερόντως ὑπὸ νεανίσκων ἐνίων, οἷς Ἑλληνισμοῦ τε καὶ χάριτος ἔμελε, καί τινα τῶν ἐκ ποιητικῆς ἐπιμελῶς ἔχοντα καὶ παραδεικνύντα τι τῆς ἀρχαίας χειρός, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀνδριάντων λέγειν εἰώθαμεν. ἀλλ' ἐκείνων οἱ μὲν ἀμαθίας ἡγουμένης τοῦ d θράσους προχειρότατοι πάντων εἰσὶ περὶ τοῦ θεοῦ διαλέγεσθαι (οἷς ἂν ἐντύχῃς, εὐθὺς ἀκούσῃ τινὰ περὶ τῶν ἀσυλλογίστων συλλογισμῶν), καὶ μὴ δεομένων ἐπαντλοῦσι τῶν λόγων, ἰδίᾳ τι δοκῶ μοι διαφέρον αὐτοῖς. ἀπὸ γὰρ τούτων ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ δημοδιδάσκαλοι γίγνονται, ὃ ταὐτόν ἐστι καὶ τὸ κέρας τῆς Ἀμαλθείας, ᾧ οὗτοί γε δεῖν οἴονται χρῆσθαι. ἐπιγινώσκεις, οἶμαι, τὸ φῦλον τοῦτο τὸ ῥᾴδιον, ὃ διαβάλλει γενναίαν ὑπόθεσιν.

(291) Οὗτοί με μαθητιᾶν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι, καί φασιν a ἀποφανεῖν ἐντὸς ὀλίγου τὰ περὶ θεὸν παντολμότατον,

CLIV. Philosophæ magistræ.

Duos hoc anno libros edidi, alterum a deo, alterum conviciis hominum impulsus. Etenim nonnulli candidum, pullum alii amictum præferentium, peccare me in philosophiam iactabant, quod in verbis venustatem numerumque consectarer, quod de Homero propriisque oratorii artificii figuris mentionem ullam facerem : quasi philosophum litterarum osorem esse oporteat solaque divinarum rerum investigatione distentum. Et illi quidem eius quod intelligentia comprehenditur speculatores sunt, mihi autem nefas est, propterea quod otii aliquam e vita partem eximo ad linguam procudendam mentemque aliqua hilaritate recreandam. Ideo autem adducti sunt ut me ad ludricra duntaxat idoneum esse dicerent, quod cum Cynegetica mea nescio quomodo meis ex ædibus erupissent, magnum imprimis in quibusdam adolescentibus excitarunt studium sui, qui Græcam facundiam et leporem adamarent, nonnullaque a poetica cum studio profecta et antiquæ manus aliquid præ se ferentia probarent, quod de statuis dicere solemus. Sed inter illos alii, inscitia audaciæ præeunte, omnium sunt ad sermones de deo instituendos promptissimi (in quos si incidas, quædam statim de perperam collectis ratiocinationibus audies) ac vel aliud agentibus istiusmodi sermones infundunt, quod privatim sua, ut opinor, interest. Ex iis enim concionatores in civitatibus fiunt, quod idem est ac si Amaltheæ cornu dixeris, quo quidem utendum esse illi putant. Agnoscis, opinor, facilem ac proclivem hominum nationem, quæ generosum animi propositum criminatur.

(291) Hi me in suam venire disciplinam postulant, brevique repromittunt, me in divinis rebus audacissimum

ἡμέρας ἑξῆς καὶ νύκτας ἀγορεύειν δυνάμενον. ἕτεροι δὲ οἱ κάλλιον ἠσθημένοι, παρὰ πολὺ τούτων εἰσὶ κακοδαιμονέστεροι σοφισταί, καὶ βούλοιντο μὲν ἂν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς εὐδοκιμεῖν, ἀλλ' εὐτυχοῦσι τὸ μηδὲ τοῦτο δύνασθαι. καὶ οἶσθά τινας ἐν λογιστηρίοις ἀποδύντας ἢ πάντως ἀπὸ μιᾶς γέ του συμφορᾶς ἀναπεισθέντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν, ἀπὸ μόνου τοῦ τὸν θεὸν ἀπομόσαι ἢ κατομόσαι Πλατωνικῶς, οὓς φθάσειεν ἂν ἡ σκιὰ φθεγξαμένη τι τῶν δεόντων. δεινὴ δὲ ὅμως ἡ προσποίησις. ἥ τε γὰρ ὀφρῦς βαβαὶ τῆς ἀνατάσεως εἰς ὅσον ἦρται, καὶ ἡ χεὶρ ὑπερείδει τὸ γένειον τά τε ἄλλα σεμνοπροσωποῦσιν ὑπὲρ τὰς Ξενοκράτους εἰκόνας. οἵ γε καὶ νομοθετεῖν ἡμῖν ἀξιοῦσιν ἅττα σφίσι λυσιτελέστατα, μηδένα μηδὲν ἀγαθὸν εἰδότα φανερὸν εἶναι, ἡγούμενοι σφῶν αὐτῶν ἔλεγχον, εἴ τις φιλόσοφος εἶναι δοκῶν ἐπιστήσεται φθέγγεσθαι· αὐτοὶ γὰρ ἂν ὑπὸ τῇ προσποιήσει λαθεῖν καὶ δόξαι τἄνδοθεν εἶναι σοφίας ἀνάπλεῳ. ἄμφω με τούτω τὼ γένη διαβεβλήκατον, ὡς ἐπὶ τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἐσπουδακότα· τὸ μὲν ὅτι μὴ ταὐτὰ φλυαρῶ, τὸ δὲ ὅτι μὴ τὸ στόμα συγκλείσας ἔχω καὶ βοῦν τὸν ἐκείνων ἐπὶ τῆς γλώττης τίθεμαι. ἐπὶ τούτοις συνετέθη τὸ σύγγραμμα, καὶ ἀπήντησε τῶν μὲν τῇ φωνῇ τῶν δὲ τῇ σιγῇ. προῆκται μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τούτους αὐτοὺς τοὺς ἀφώνους τε καὶ βασκάνους (πῶς οἴει μετ' εὐπρεποῦς τοῦ σχήματος;), οὐ μὴν ἀλλ' ἐξεῦρεν ὅπως ἂν κἀκείνους συνεφελκύσαιτο. καὶ βούλεται μὲν πολυμαθείας οὐχ ἧττον ἐπίδειξις ἢ ἐγκώμιον εἶναι, οὐ γὰρ ἐξωμοσάμην τὰς αἰτίας, ἀλλ' ἵν' ἔτι μᾶλλον ἀνιῷντο, συχνὰ καὶ πεφιλοτίμημαι· προϊὸν δὲ βίων αἱρέσεις ἐξετάζειν ἐπαινεῖ τὴν φιλοσοφίαν ὡς φιλοσοφωτάτην αἱρέσεων, ἣν ποίαν τινὰ νομίζειν χρή, τοῦ βιβλίου πυνθάνου. τελευτῶν δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν κιβωτίων ἀπολελόγηται, σχόντων τινὰ καὶ τούτων αἰτίαν, ἀδιόρθωτα κρύπτειν βιβλία. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν τοιούτων (292) οἱ τελχῖνες ἀπέσχοντο. εἰ δὲ ἕκαστον ἐν τάξει τῇ προσηκούσῃ καὶ πάντα σὺν ὥρᾳ καὶ ἀφορμαὶ δίκαιαι τῶν ἑκασταχοῦ προκεχειρισμένων, καὶ εἰ μερίζεται μὲν πλείοσι κεφαλαίοις κατὰ τὸ θεσπέσιον γράμμα, τὸν Φαῖδρον, ὃν περὶ πάντων ὁμοῦ τῶν εἰδῶν τοῦ καλοῦ Πλάτων ἐξήνεγκε, μεμηχάνηται δὲ ἅπαντα συννεύειν εἰς ἓν τὸ προκείμενον, καὶ εἴ που γέγονε πίστις ὑφέρπουσα τὸ ὑπτιάσαν διήγημα, καὶ εἰ προῆλθεν ὡς ἐν τοιούτοις ἀπόδειξις ἐκ τῆς πίστεως καὶ εἴ τὸ δι' ἄλλο γενόμενον, ταῦτα μὲν τέχνης ἂν εἴη δῶρα καὶ φύσεως. ὅστις δὲ οὐκ ἀγύμναστος ἐπιφωρᾶσαί τι καὶ πρόσωπον θεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον σχήματι, ὥσπερ ἐποίουν Ἀθήνησιν οἱ δημιουργοί, Ἀφροδίτην καὶ Χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν ἀγάλμασι Σειληνῶν καὶ Σατύρων ἀμπίσχοντες, τοῦτον οὐ λήσει τὸ γράμμα, συχνὰ καὶ τῶν ἀβεβήλων ἀποκαλύψαν δογμάτων ὑπὸ τῇ προσποιήσει τοῦ παρέλκειν ἑτέρους λανθάνοντα καὶ τῷ λίαν εἰκῇ καὶ ὡς ἂν δόξειεν ἀφελῶς ἐγκατεσπάρθαι τῷ λόγῳ. τῶν μὲν γὰρ ἐκ τῆς σεληνιακῆς αἰτίας ἀποψύξεων οἱ νοσοῦν-

sua opera futurum, ut noctes deinceps cum diebus disputando possim coniungere. Alii, splendidius amicti, longe sunt his infeliciores sophistæ. Nam vellent hi quidem eadem facultate florere, sed in eo felices sunt, quod ne id quidem assequantur. Nosti aliquos, qui in aulis rationariis spoliati aut ex alia omnino calamitate compulsi sunt, ut in vitæ quasi meridie philospharentur, hoc ipso tantum, quod Platonico more iurando deos
b negarent aliquid aut assererent, ut umbra prius utile atque opportunum aliquid dictura videatur. Mira nihilominus simulatio est. Nam supercilium, papæ, quantopere sublatum. Manus ipsa barbam suffulcit. In cæteris Xenocratis imagines vultus gravitate superant. Qui quidem etiam ea nobis iura præscribere contendunt, quæ ipsis utilissima sint, ne quis, qui boni aliquid sciat, palam illud habeat; sui ipsorum reprehensionem esse rati, si quisquam, qui philosophus esse videatur, eloquendi sit non ignarus. Ita enim sub ea simulatione delitescere se putant posse, ut intus pleni esse sapientiæ
c credantur. Ambo me hominum genera calumniantur, quasi inutilium rerum studiis occupatum: illud quidem, quod non eadem effutiam, hoc autem, quod ore clauso non sim, neque bovem illum linguæ imposuerim. Adversus istos opus illud elucubratum est, et illorum quidem voci, horum vero silentio opposuit sese. Nam etsi præcipue contra mutos illos et invidos progrediatur (atque hoc ipsum quam apta putas ac venusta figuratione), nihilominus et illud invenit, quemadmodum alios una quoque traheret, nec eruditionis minus specimen quam
d præconium esse contendit. Neque enim obiectum crimen eiuravi, sed, quo amplius morderentur, pleraque ambitiosius magnoque cum studio tractavi. Progressu tandem ipso in vitæ status inquirens philosophiam commendat, tanquam statuum omnium conditionumque vitæ sapientissimum, quam cuiusmodi esse oportere putandum sit, ex opere ipso disce. Demum scriniorum nostrorum purgationem continet, quibus et ipsis nonnihil erat criminationis aspersum, quod inemendatos libros haberent.
a Nam ne (292) ab iis quidem furiosi ac lividi homines abstinuerunt. Iam si singula congruo ordine digesta et omnia cum specie ac decore quodam explicata atque opportuni ad eas quæ ubique promuntur disputationes transitus; si in plura capita distinguatur ad divini operis imitationem, Phædri scilicet, quem de omnibus simul generibus pulchri edidit Plato, ad unum tamen omnia propositum scopumque collineant; si supina ac iacens narratio idonea probatione suffulta est et ex probatione, quatenus in eiusmodi rebus esse potest, orta de-
b monstratio est et id quod causa alterius assumitur: hæc omnia munus artis et naturæ fuerint. Sed quisquis ad divinam aliquam faciem quæ sub viliori forma lateat dignoscendam minime rudis est et inexercitatus, quemadmodum Athenis artifices factitabant, qui Venerem aut Gratias cæterasque id genus numinum pulchritudines Silenorum ac Satyrorum simulacris vestiebant, facile is deprehendet illo in opere innumera dogmata ex sacris arcanisque declarari, quæ, quod supervacuorum atque inutilium speciem habeant, quodque temere et, ut videtur, simpliciter orationi inspersa sint, cæteros facillime
c lateant. Quemadmodum enim quæ a luna oriuntur refri-

τες ἐπιληψίαν αἰσθάνονται μόνοι, τῶν δὲ κατὰ νοῦν ἐπιβολῶν μόνοι δέχονται τὰς ἐκλάμψεις. οἷς ὑγιαίνουσι τὸ νοερὸν ὄμμα φῶς ἀνάπτει συγγενὲς ὁ θεός, ὃ τοῖς τε νοεροῖς τοῦ νοεῖν καὶ τοῖς νοητοῖς αἴτιον τοῦ νοεῖσθαι· καθάπερ τὸ τῇδε φῶς ὄψιν συνάπτει χρώματι, κἂν ἀφέλῃς, παρόντος ἡ πρὸς αὐτὸ δύναμις ἀνενέργητος. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων σε κρίνουσαν περιμενοῦμεν. κἂν μὲν ψηφίσῃ προοιστέον εἶναι, ῥήτορσιν ἅμα καὶ d φιλοσόφοις ἐκκείσεται· τοὺς μὲν γὰρ ἥσει, τοὺς δὲ ὀνήσει, πάντως γε, εἰ μὴ παρὰ σοῦ τῆς δυναμένης κρίνειν διαγεγράψεται. εἰ δὲ μὴ φανεῖταί σοι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκοῆς ἄξιον, καὶ σὺ δὲ δήπου μετ' Ἀριστοτέλους πρὸ τοῦ φίλου τὴν ἀλήθειαν θήσῃ, πυκνὸν καὶ βαθὺ σκότος ἐπηλυγάσεται, καὶ λήσεται τοὺς ἀνθρώπους λεγόμενον. ταῦτα μὲν περὶ τούτου. θάτερον δὲ ὁ θεὸς καὶ ἐπέταξε (293) καὶ ἐνέκρινεν, ὃ τῇ φαν- a ταστικῇ φύσει χαριστήριον ἀνατέθειται. ἔσκεπται δ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς εἰδωλικῆς ἁπάσης ψυχῆς, καὶ ἕτερ' ἅττα προκεχείρισται δόγματα τῶν οὔπω φιλοσοφηθέντων Ἕλλησι. καὶ τί ἂν τις ἀπομηκύνοι περὶ αὐτοῦ; ἀλλ' ἐξείργασται μὲν ἐπὶ μιᾶς ἅπαν νυκτός, μᾶλλον δὲ λειψάνου νυκτός, ἣ καὶ τὴν ὄψιν ἤνεγκε τὴν περὶ τοῦ δεῖν αὐτὸ συγγεγράφθαι. ἔστι δὲ οὗ τῶν λόγων δίς που καὶ τρίς, ὥσπερ τις ἕτερος ὤν, ἐμαυτοῦ γέγονα μετὰ τῶν παρόντων ἀκροατής· καὶ νῦν ὁσάκις ἂν b ἐπίω τὸ σύγγραμμα, θαυμαστή τις περὶ ἐμὲ διάθεσις γίνεται, καί τις ὀμφή με θεία περιχεῖται κατὰ τὴν ποίησιν. εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ πάθος ἐμοῦ καὶ περὶ ἕτερον δ' ἂν ταὐτὰ γένοιτο, σὺ καὶ τοῦτο μηνύσεις. σὺ γὰρ δὴ μετ' ἐμὲ πρώτη τῶν Ἑλλήνων ἐντεύξῃ. ταῦτα τῶν τέως ἀνεκδότων ἀπέστειλα. καὶ ἵνα τέλειος ὁ ἀριθμὸς ᾖ, προσέθηκα τὸν περὶ τοῦ Δώρου, πάλαι γενόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρεσβείας πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ παραδυναστεύοντα· καί τι τοῦ λόγου τε καὶ τοῦ δώρου Πεντάπολις ὤνατο. c

gerationes ab iis duntaxat, qui comitiali morbo laborant, sentiuntur, sic notionum mentis illustrationes soli illi capiunt quibus sanum mentis oculum ac defæcatum habentibus cognatum deus lumen accendit: quæ et intelligentia præditis intelligendi et iis quæ intelliguntur causa est ut intelligantur. Velut nostrum illud aspectabile lumen oculum cum colore coniungit; quo præsente si lumen sustuleris, otiosa illius videndi facultas et sine actione manet. De iis omnibus tuum arbitrium exspectabimus. Ac si quidem proferendum opus istud esse decreveris, oratoribus iuxta et philosophis proponetur. His enim voluptatem, utilitatem illis afferet; omnino, nisi a te, quæ iudicare potes, reiectum atque inductum fuerit. Sin tibi Græcorum auribus indignum videatur, et cum Aristotele veritatem antiquiorem amico habeas, alta densaque caligine obvolvetur, nec ulla inter homines de eo fiet mentio. Sed de eo hactenus. Alterum opus dei mandato scriptum et ab eodem examinatum (293) ac perpensum est, quod imaginandi vi tanquam grati animi munus est consecratum. Instituta vero in eo disputatio est de anima simulacris affixa, aliaque nonnulla dogmata promuntur, de quibus a nullo hactenus Græcorum est disputatum. De quo quid attinet plura dicere? Universum vero illud opus una nocte elaboratum est, seu noctis potius reliqua parte, per quam et de eo conscribendo oblata mihi visio est. Quin etiam in quibusdam orationis partibus bis ferme vel ter, tanquam alius forem, mei ipsius cum iis qui aderant factus sum auditor. Et nunc quoties opus percurro, miro quodam modo afficior et vox me quædam iuxta poetas divina circumsonat. Utrum vero non ita ego solus afficiar, sed idem etiam aliis contingat, mihi et illud significabis. Tu enim post me prima omnium ex Græcis leges. Hæc nondum edita hactenus ad te misi; atque ut perfectus sit numerus, adieci librum illum de Dono, quem olim legationis tempore ad virum scripseram qui tum plurimum apud imperatorem poterat. Estque Pentapolis nonnihil ex eo libro donoque utilitatis consecuta.

ρνε'. Δομετιανῷ σχολαστικῷ.

Πάνυ σαφῶς δι' αὐτῶν καταμεμαθηκὼς τῶν ἔργων τὴν σὴν θαυμασίαν κεφαλὴν χαίρουσάν τε φιλανθρωπίᾳ καὶ τοῖς δεομένοις χεῖρα βουλομένην ὀρέγειν, ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτό σε παρακαλῶ, ἵππον εἰς πεδίον (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) προτρέπειν ἡγούμενος. καί σοι πλέον ἢ πρότερον, ὦ φίλη κεφαλή, νῦν τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδεικτέον, ὅσῳ καὶ τὸ πρόσωπον ἐλεεινότερόν ἐστι νῦν τὸ εὖ πεισόμενον. γυνή τε γάρ ἐστιν αὕτη, καὶ d γυνὴ δυστυχήσασα χηρείαν, εἶτα σὺν ὀρφανῷ παιδίῳ παθοῦσα ἃ πέπονθεν. ὅστις δέ ἐστιν ὁ ταύτην ἀδικήσας καὶ ὅ τι καὶ ὅπως, αὐτὴ διδάξει τὴν σὴν καλοκαγαθίαν. ὅρα τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, ὅπως ἐπαμυνεῖς τῇ γυναικὶ καὶ διὰ τὸ καλῶς ἔχον καὶ διὰ τὸ σοὶ πρέπον καὶ δι' ἐμέ. μεθέξω γὰρ ἔτι σοι κἀγὼ τῶν εἰς αὐτὴν γινομένων, συγγενίδα τε οὖσαν ἐμὴν καὶ τεθραμμένην ὑπὸ μητρὶ κοσμίᾳ σωφρόνως παρ' ἡμῖν.

CLV. Domitiano scholastico.

Cum illud perspicue ex rebus ipsis factisque didicerim, te egregium ac præclarum caput ad omne humanitatis officium esse propensum libenterque supplicibus manum velle porrigere, ad id ipsum te provoco, equum, ut aiunt, ad campum hortari me existimans. Tibi vero magis quam antea, vir amicissime, præbendum humanitatis tuæ specimen est, quanto et miserabilior persona est in quam beneficium contuleris. Mulier quippe est, et ad viduitatem redacta mulier: tum ea passa cum pupillo filio, quæcunque passa est. A quonam vero iniuria sit affecta et qua in re et quomodo, ipsa tuæ probitati declarabit. Quamobrem, vir eximie, vide ut mulierem defendas, cum pro eo quod honestum est, tum quod tuis moribus consentaneum, tum mei denique gratia. Ero enim omnium quæ in illam contuleris beneficiorum particeps, propterea quod et cognatione coniuncta mecum est, et apud nos sub honesta matre caste ac pudice est educata.

ρνς'. Τῷ αὐτῷ (294).

Τὰ δίκαια χρῄζει συμμάχων, καὶ γίγνοιντ' ἂν οἱ βοηθοῦντες αὐτοῖς εὐδαίμονες, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι συμπονοῦντες. εἱλόμην δή σε τούτων πρόβολον, γνώμῃ τε ἀμύνοντα καὶ τέχνῃ. τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἅπασιν εὖ ποιεῖν οἷς ἂν δύνωμαι. δίδου δὲ αὐτὸς ἀφορμάς· αἰσθήσῃ γὰρ φιλίας, ἣν οὔτ' αὐτὸς μέμψῃ, γελάσει τε ἴσως οὐδείς.

CLVI. Eidem.

(294) Quæ iusta sunt socios desiderant, atque hi demum, qui iis auxilium præbuerint, felices habendi sunt, cum pro æquitate laborent. Quamobrem te horum patronum ac defensorem elegi, qui et animo et arte subsidium afferas. Ac quod ad me attinet, de quibuscunque possum bene mereri, sum paratissimus. Tu vero occasionem aliquam præbe. Amicitiam enim senties, quam neque ipse contemnas, nemo vero fortassis irrideat.

ρνζ'. Χρυσο.....

Τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ἡδὺ τὸ ἔαρ ὅτι τὴν ὄψιν τῆς γῆς ἄνθεσι καλλωπίζει καὶ πάντα δείκνυσι λειμῶνας, ἐμοὶ δὲ ὅτι καὶ τοῖς ἄνθεσι τοῖς ἐμοῖς συγγίνεσθαι διὰ γραμμάτων εὐκολίαν παρέχει πολλήν. ἐβουλόμην μὲν γὰρ καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ὑμᾶς b θεωρεῖν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, ὅπερ ἔνι μετὰ πολλῆς ποιῶ τῆς προθυμίας, διὰ γραμμάτων ὑμῖν ὁμιλῶν. καὶ οὐχ οὕτω ναῦται καὶ πλωτῆρες μεθ' ἡδονῆς τὰ θαλάττια τέμνουσι νῶτα 'κείνης τοῦ ἔτους τῆς ὥρας ἐπιστάσης, ὡς ἐγὼ κάλαμον καὶ χάρτην καὶ μέλαν μεταχειρίζομαι, μέλλων ἐπιστέλλειν ὑμῶν τῇ ἐμμελείᾳ· παρὰ μὲν γὰρ τὸν τοῦ χειμῶνος καιρὸν τοῦ κρυμοῦ πάντα πηγνύντος καὶ τῆς ἀφάτου χιόνος τὰς ὁδοὺς ἀποτειχιζούσης οὐδὲ ἔξωθέν τις ἡμῖν ἐπιχωριάζειν ἠνείχετο οὔτε ἐντεῦθεν ἀναστῆναι. διὸ καὶ ἡμεῖς καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ τοῖς ἐνταῦθα δωματίοις καθειργμένοι c καὶ ὥσπερ τινὶ γλωττοπέδῃ τῇ τῶν γραμματηφόρων ἀπορίᾳ καὶ ἄκοντες τὴν μακρὰν ἐσιγῶμεν σιγήν. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἀνέῳξε τὰς λεωφόρους τῆς ὁδοιπορίας ὁ καιρὸς καὶ ἡμῶν τὰ δεσμὰ τῆς γλώττης ἔλυσε, τὸν σὺν ἡμῖν πρεσβύτερον ἐντεῦθεν ἀναστήσαντες ἀπεστάλκαμεν πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐγένειαν, εἰσόμενοι τὰ περὶ τῆς ὑγιείας ὑμῶν. δεξάμενος τοίνυν αὐτόν, δέσποτα θαυμασιώτατε, καθ' ὅσον πρέπον ἐστί, καὶ ἰδὼν μετὰ τῆς σῆς πρεπούσης ἀγάπης, ἡνίκα ἂν ἐπανίῃ, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας δηλῶσαι ἡμῖν παρακλήθητι· οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν περὶ ταύτης μανθάνειν.

CLVII. Chryso.....

Ceteris omnibus hominibus ver acceptum est, quoniam terræ faciem floribus adornat omniaque in prata convertit; mihi, quoniam multam præbet opportunitatem per literas adire flores meos. Vellem equidem meis oculis vos videre; quod cum non liceat, lubentissime quod licet facio: per literas vobiscum mihi consuetudo est. Nec tanta cum voluptate nautæ et navigatores maris superficiem secant illo anni tempore, quanta ego calamum et chartam et atramentum moderari soleo, ad vestram venustatem literas daturus. Nam cum hiemali tempore gelu omnia consistant et nives infandæ vias obstruant, neque extrinsecus quisquam apud nos morari neque hinc surgere ausus est. Unde nos quoque in domos nostras velut in carcerem inclusi ac tanquam linguæ vinculo penuriâ tabellariorum angustati diuturnum silentium inviti tenuimus. Sed cum tandem tempestas peregrinationis aditus viasque aperuisset linguæque vincula solvisset, presbyterum, qui nobiscum degit, excitavimus et ad vestram nobilitatem misimus, ut de valetudinis tuæ conditione nobis afferretur. Itaque, domine summe admirande, accipe eum, ut convenit, et, cum propitio eum oculo aspexeris, sine nos exorare te, ut, cum ad nos revertatur, de valetudine tua nos certiores facias. Scis enim, quantum nobis intersit de ea edoceri.

ρνη'. Τῷ αὐτῷ.

Ὁ Λαέρτου παῖς ὁ πολύμητις Ὀδυσσεύς, ὅτε τοὺς d θησαυροὺς τῶν ἀνέμων ἐξ Αἰόλου λαβὼν τῆς κραναῆς Ἰθάκης ἐπέβαινε καὶ τῆς φωνῆς ἤδη τῶν πετεινῶν ἠνωτίζετο, ταῖς τῶν ἑταίρων βουλαῖς ἀποπλαγχθεὶς τῆς πατρίδος ἠλαύνετο· ἡμεῖς δὲ καὶ πετεινῶν φωνῆς καὶ κυνῶν ὑλακῆς, ἤδη δὲ καὶ τῶν φίλων αὐτῶν πλησίον γενόμενοι καὶ τῆς λαλιᾶς αὐτῶν σχεδὸν ἐπακούοντες αὖθις ἀπονοστοῦμεν τῶν ποθουμένων καὶ τῶν ποθούντων στερόμενοι, καὶ στέργομεν τύχην οὕτω κατορχουμένην ἡμῶν ἀκορέστως, καὶ χρόνῳ δουλεύομεν καὶ πράγμασιν εἴκομεν, οἷς δάμναται νοῦς καὶ ψυχὴ κάρτα παθαίνεται τῆς ἀνάγκης κατεπειγούσης. αὐτὸς δέ, γλυκύτατε, τὴν ἡμετέραν γινώσκων στοργὴν ἐπεὶ στέργεις ἡμᾶς συνεχῶς ἡμῖν ἐπευχόμενος, ἔρρωσο.

CLVIII. Eidem.

Laerti filius, versutus Ulixes, cum ventorum thesauris ab Æolo acceptis Ithacam saxosam attingeret iamque vocem audiret avium, sociorum voluntate a patria propulsus fluctibus agitabatur; nos autem, cum et ab avium voce et canum latratu ipsisque amicis proxime abfuissemus eorumque pæne garritum excepissemus auribus, revertimus amatis et amantibus orbati, et acquiescimus in fortuna tam insatiabiliter nobis insultante, ac tempori servimus et eventis cedimus, quibus mens in servitutem redigitur atque animus vehementer concitatur urgente necessitate. Tu, dulcissime, qui amoris nostri non nescius continuo nos votis prosequeris, vale.

ρνθʹ.

Τὸ σοφώτατον γράμμα, τὸ μάλα μὲν ἐμμελὲς μάλα δὲ βραχύ, ἀλλὰ καὶ μάλα λιγύ, ὃ δή τοι ὁ θαυμαστός σοι νοῦς ἀπέτεκεν, ἡμῖν κομισθὲν ὤνησέ τε τὰ μέγιστα καὶ ἧσεν ἅμα διπλῇ τῷ τε πρὸς ἀρίστου καὶ κομιδῇ τῶν ἐπαινετῶν ἑταίρου καὶ τῷ μετὰ συχνῆς δημιουργηθῆναι τῆς χάριτος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλο τι μεῖζον ἠρέθισέ που καὶ τολμηρότερον, ὃ τάχ' ἄν, εἰ μὴ πόθος δήπουθεν παρελθών, ἅτ' εὖ ἔχων καὶ τὰ πόρρω διεστῶτα συνάπτειν καὶ τὰ πρὸς ἄλληλα ἐναντίως ἔχοντα πολλάκις συμφέρειν, συγγνώμην τῷ πράγματι παραιτήσαιτο, μετὰ τῶν νεμεσᾶσθαι δικαίων οὐ πολλῷ δεήσειε τοῦ ἡμᾶς στῆσαι. πρὸς ποῖον; ἴσως ἐρεῖς. τὸ πρὸς τηλικοῦτον ἄνδρα μούσαις οὐκ οἶδ' εἴ τις τετελεσμένον (ὃν ἂν ἰδὼν Δημοσθένης μεθ' ἡμῶν εἶπεν Ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἥκειν) γλῶτταν ὡς ὁρᾷς ἀντιδοῦναι τὴν ἡμετέραν, τὴν πάλαι μὲν οὐδ' ἄκρῳ λιχανῷ τοῦ κρείττονος μετασχοῦσαν, νῦν δὲ καὶ λίαν ἠγροικισμένην, ἢ μόγις οἶδε καὶ τὴν σκάφην σκάφην λέγειν. κοινοῦμαι γάρ σοι καὶ πάθος ἐχεμυθούμενον ἰδίως ἐμοὶ καὶ νῦν μᾶλλον οὕτω κινδυνεῦον κύριον ὡς εἵμαρτο γίγνεσθαι. τοῦτό τοι καὶ ταλανίζειν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀλλ' οὐκ εὐδαιμονίζειν τὸ πεῖθον, οἷς οὐδὲ συμμῖξαί τῳ γέγονε βελτίστης ὄντι μοίρας ὁποίῳ σοί, ἵνα ἡμῶν τι τοῦ βαρβάρου μέρους ἐντεῦθεν τυχὸν ἀποσμιλευθείη καὶ οὕτω τοῦ μακροῦ γράσου τὰ ἡμῶν ἐκσταίη κατὰ βραχύ, νῦν ὅτι μὴ κατὰ καιρόν σοι τὸ ζητούμενον ἀνεφάνη, μᾶλλον τοῦ προτέρου ταλανίζειν παρέχεται. ὃ γὰρ ἔλαιον σύ τε ἀξιοῖς κἀγὼ βούλομαι ἢ τοῦτ' εἰπεῖν δι' εὐχῆς εἶχον πρὸς τοιοῦτόν τινα διαβῆναι, κατὰ χώραν μεμενηκός, ὡς ἡ τῶν πραγμάτων ἔδωκε φύσις, ἐπὶ τὰ πρὸς χρείαν κατέστη. τοίνυν οὐδ' ἐλαία τις ἔστιν ἐνοφθαλμισμάτων ἐστερημένη (ἀνάσχου γάρ μου καὶ μικρὸν τῇ κοινῇ γλώττῃ χαρισαμένου), ἐφ' ἧπερ ἂν ὁ ἡδὺς φίλος ἐγκεντρισθείη· πεπλήρωται γὰρ ἑκάστη καὶ καρποδοτεῖν ὡς οἷόν τε ἤδη ἀπάρχεται. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, τἄλλα δὲ καὶ ὁ παρὼν δῆλα θήσει, καὶ ὅπως ἅπερ ᾔτησας οὐκ ἔσχε καιρόν, τάχ' ἄν σοι διατρανώσαιτο. ἔρρωσο, καὶ εὐθύμει φιλοσοφίας ἁπάσης ἀντιποιούμενος.

CLIX.

Sapientissimum scriptum, cum valde concinnum, tum valde breve, sed et valde argutum, quod mirifica tua mens peperit, ad nos delatum delectavit maxime, placuitque duplici simul nomine, quod et ab optimo eodemque laudatissimo sodali, et quod cum plurima conditum exstaret gratia. Quin et pæne provocavit ad aliud quid maius audaciusque tentandum, quod utique, nisi amor vetus, utpote vim habens longe dissita coniungendi adversaque invicem plerumque conciliandi, veniam facto deprecaretur, parum abfuit quin nos in eorum ordinem redigeret quibus iure meritoque succenseatur. Ad quidnam? fortasse quæres. Nempe quod cum tanto viro haud scio an non interius quam quivis alter musis initiato (quem si videat Demosthenes inter nos, dicat Mercurii facundi simulacrum ad nos venisse) comparatio et commutatio attentanda est nostræ huius quam vides linguæ, nec olim exquisitioris elegantiæ vel per summi explorationem digiti gustu imbutæ, et nunc longa rusticatione sic agrestis redditæ, ut vix sciat scapham scapham dicere. Confiteor enim tibi vitium tacitum et clam in sinu habitum, nunc ita invalescens fato quodam meo, ut periculum sit ne in solidum mei deinceps dominetur. Habemus unde persuademur miserari nos potius quam felices prædicare, quibus ne contigerit quidem cum quoquam ex optimo illo vestro genere ac ordine politissimorum congredi, cuius usu attrituque nos e fæce barbarorum abradere aliquantulum possemus de pingui hoc succido pastoritii horroris, quo vestrum delicate mundorum nitorem offendimus. Sed maiorem ista priori miserandi et dolendi causam offeret quod modo accidit, petitionem videlicet tuam ad tempus non occurrisse. Nam oleum, quod tu petis et ego velim aut, ut vere dicam, in votis habui ad aliquem isthuc talem qualis tu es transire, detentum in loco, prout rerum natura tulit, collatum in usum est; adeoque nec oliva iam super ulla est, supra quam inoculationi locus vacet (sine enim me exiguum quid linguæ communi indulgere), cui dulcis amicus inseratur. Plena enim unaquæque est, iamque fructum edere pro se singulæ inceptant. Hæc quidem hactenus; cætera tabellarius præsens exponet, et quomodo quæ postulasti opportunitatem non invenerint, utique ad liquidum edisseret. Vale et bono animo incumbe in dudum captum ad omnem philosophiam impetum.

ΘΑΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

THALETIS EPISTOLÆ.

α'. Φερεκύδει.

Πυνθάνομαί σε πρῶτον Ἰώνων μέλλειν λόγους ἀμφὶ τῶν θείων χρημάτων ἐς τοὺς Ἕλληνας φαίνειν. καὶ τάχα μὲν ἡ γνώμη του δικαίη ἐς τὸ ξυνὸν καταθέσθαι γραφὴν ἢ ἐφ' ὁποιοισοῦν ἐπιτρέπειν χρῆμα ἐς οὐδὲν ὄφελος. εἰ δή τοι ἥδιον, ἐθέλω γενέσθαι λεσχηνευτὴς περὶ ὅτέων γράφεις, καὶ ἢν κελεύῃς, παρὰ σὲ ἀφίξομαι ἐς Σῦρον. ἦ γὰρ ἂν οὐ φρενήρεες εἴημεν ἐγώ τε καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, εἰ πλώσαντες μὲν ἐς Κρήτην κατὰ τὴν τῶν κεῖθι ἱστορίην, πλώσαντες δὲ ἐς Αἴγυπτον ὁμιλήσοντες τοῖς ἐκεῖ ὅσοι ἱερέες τε καὶ ἀστρολόγοι, παρὰ σὲ δὲ μὴ πλώσαιμεν; ἥξει γὰρ καὶ ὁ Σόλων, ἢν ἐπιτρέπῃς. σὺ μέντοι χωροφιλέων ὀλίγα φοιτέεις ἐς Ἰωνίην, οὐδέ σε ποθὴ ἴσχει ἀνδρῶν ξείνων· ἀλλά, ὡς ἔλπομαι, ἑνὶ μούνῳ χρήματι πρόσκεαι τῇ γραφῇ. ἡμέες δὲ οἱ μηδὲν γράφοντες περιχωρέομεν τήν τε Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίην.

I. Pherecydi.

Audio te primum Ionum de divinis rebus apud Græcos librum esse editurum. Et rectius fortasse in commune quæ scripseris conferes, quam ut quibusvis aliis committas nullo emolumento. Iam si gratum tibi, eorum quæ scribis interpres esse volo, ac si iubes, Syrum ad te veniam. Sane enim mentis compotes non simus ego et Solon Atheniensis, si, qui Cretam ad ea quæ illic sunt exploranda navigavimus, quique Ægyptum, ut cum sacerdotibus istic et astrologis congrederemur navigavimus, ad te navigaturi non simus. Veniet enim Solon quoque, si annuas. Tu vero loci quo vivis amore captus raro in Ioniam transis, nec peregrinorum hominum desiderio teneris : sed uni tantum, ut spero, scribendi negotio incumbis. At nos, qui nihil scribimus, Græciam Asiamque peragramus.

β'. Σόλωνι.

Ὑπαποστὰς ἐξ Ἀθηνέων δοκέεις ἂν μοι ἁρμοδιώτατα ἐν Μιλήτῳ οἶκον ποιέεσθαι παρὰ τοῖς ἀποίκοις ὑμέων· καὶ γὰρ ἐνθαῦτά τοι δεινὸν οὐδέν. εἰ δὲ ἀσχαλήσεις ὅτι καὶ Μιλήσιοι τυραννευόμεθα (ἐχθαίρεις γὰρ πάντως αἰσυμνήτας), ἀλλὰ τέρποιο ἂν σὺν τοῖς ἑτάροις ἡμῖν καταβιούς. ἐπέστειλε δέ τοι καὶ Βίης ἥκειν ἐς Πριήνην· σὺ δὲ εἰ προσηνέστερόν τοι τὸ Πριηνέων ἄστυ κεῖθι οἰκέειν, καὶ αὐτοὶ παρὰ σὲ οἰκήσομεν.

II. Soloni.

Athenis si excedas, Mileti, quæ vestra est colonia, meo iudicio commodissime habitare poteris : hic enim periculum nullum tibi imminet. Sin autem Milesios quoque tyranno parentes aspernaris (omnino enim tyrannos odisti), at cum amicis nobis vivere tibi erit iucundissimum. Scripsit ad te Bias quoque, ut Prienam venias : quam urbem si libentius inhabitaveris, et ipsi ibi tecum habitabimus.

ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

THEMISTOCLIS EPISTOLÆ.

α'. Αἰσχύλῳ.

Ἀπερχόμενοι μὲν εἰς Δελφοὺς καταίρειν διεγνώκειμεν, ὡς ἐν Δελφοῖς, ἐφ' ὅσον δοκεῖ Ἀθηναίοις, βιωσόμενοι· καθ' ὁδὸν δὲ τῶν ἐξ Ἄργους μοι ξένων ἐντυγχάνουσι Νικίας καὶ Μελέαγρος, ὅ τε οὐ πρὸ πολλοῦ Ἀθήνησι διατρίψας Εὐκράτης. καὶ περιστάντες ὡς ᾔσθοντο πυνθανόμενοι τοῦ ἐξοστρακισμοῦ, ἠχθέσθησαν μὲν εὐθὺς καὶ πολλὰ Ἀθηναίοις ἐνεκάλουν· ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ὅτι εἰς Δελφοὺς ὥρμημαι καταίρειν, παυσάμενοι τοῖς Ἀθηναίοις ἐγκαλεῖν ἐμὲ ἐκάκιζον, καὶ ἠτιμάσθαι μὲν ἑαυτοὺς ἔφασκον εἰ μὴ ἐπιτήδειοι ὑπελήφθησαν αὐτοὶ τὸ ἀτύχημα ἡμῶν ἐκδέξασθαι (ἐμαρτύροντο δὲ Νεοκλέα τὸν ἡμέτερον πατέρα ὡς ἐπὶ πλεῖστον βιώσειεν ἐν Ἄργει, ἐγὼ δὲ ἀμελοίην αὐτοῦ ἀγαπήσαντος Ἄργος τε καὶ τοὺς ἐν Ἄργει φίλους), οὐ μακρὰν δὲ ἦσαν καὶ ἐπαινεῖν Ἀθηναίους ὡς δίκαια τινόντων ἡμῶν. τελευτῶντες δὲ ἐδέοντο μὴ σφᾶς καταχρίνεσθαι τῆς ἐντυχίας μόνον τῆς ἡμετέρας αἰτίους γεγονέναι, μηδὲ ὑβρίσαι αὐτῶν τὸ εὐτύχημα τῆς ἀπαντήσεως, Νεοκλέα τε πάλιν προφέροντες καὶ ὡς ἄξιον εἴη πόλει τε τῇ αὐτῇ τῷ πατρὶ καὶ οἴκῳ ἐμβιῶναι. ὥστε ἀπῆγον ἡμᾶς ἔχοντες εἰς Ἄργος, Αἰσχύλε. καὶ νῦν ἐν Ἄργει τὴν φυγὴν ἀνεπαύσαμεν, καὶ πολλὰ πάσχομεν οὐδὲ ἄρχειν βουλόμενοι Ἀργείων· ἀγανακτοῦσι γὰρ ὡς ἀδικούμενοι, ἢν μὴ ἄρχωμεν. ἡμῖν δὲ ἀρέσκει μηδὲ μεγάλοις εἶναι δοκεῖν, οὐ μόνον ὅτι ἔβλαψεν ἡμᾶς ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀρκεῖ αὐτῶν ἐν δέοντι ἀπολελαυκέναι.

β'. Παυσανίᾳ.

Ἐξωστρακίσμεθα, ὦ Παυσανία, ὑπ' Ἀθηναίων, καὶ νῦν ἐν Ἄργει ἐσμέν, ὡς μή τι κακὸν ὑφ' ἡμῶν Ἀθηναῖοι πάθοιεν· ἐδόξαζον γὰρ ὅτι πείσονται. καὶ οὐδέν τι μέλλων ἐγὼ (ὥσπερ οὐδὲ ἐξῆν ἔτι μέλλειν) μετέστην ἐξ Ἀθηνῶν καὶ ἀπέλυσα αὐτοὺς τοῦ φόβου. Ἀργεῖοι δὲ πλέον ἢ κατὰ φυγάδας προσάγονται ἡμῖν, καὶ ὧν Ἀθηναῖοι εὖ ἔπαθον, οὗτοι ἀμείβεσθαι θέλουσιν, ὥστε καὶ στρατηγίας ἀξιοῦσιν ἡμᾶς ἀναλαμβάνειν καὶ ἐπιστάτας ὅλου Ἄργους γενέσθαι, καὶ οὐ μικρὰ ἀδικοῦσιν οὐκ ἐῶντες ἡμᾶς εἶναι φυγάδας, ὡς ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι. ἐγὼ δὲ καὶ ἀτιμάζειν αὐτῶν τὴν προθυμίαν αἰδοῦμαι καὶ ἔτι μᾶλλον λαβεῖν ἃ διδόασιν οὐχ ὑπομένω· ἦ γὰρ ἂν τὰ τοιαῦτα ἐγὼ διώκων εἰκότως ἂν

I. Æschylo.

Abeuntes Delphos nos conferre constitueramus, ut vitam illic, quam diu placeret Atheniensibus, transigeremus; sed in itinere Argivorum amicorum obviam mihi facti sunt Nicias et Meleager et qui non multo ante Athenis versatus erat Eucrates. Hi circumstantes atque sciscitantes quum ostracismo me eiectum accepissent, statim indignati sunt ac multis Athenienses criminabantur; ubi vero Delphos me tendere cognovissent, missa Atheniensium criminatione me obiurgabant et se ipsos dicebant despectui habitos, quos minus idoneos iudicaverim ad calamitatem meam sublevandam, testemque Neoclem, patrem meum, producebant, qui diutissime Argis vixerit, me vero ab illo desciscere, qui Argos quique illic essent amicos diligat. Nec multum aberant a laudandis adeo Atheniensibus, ut quibus res iustas pœnas lueremur. (2) Postremo precabantur, ne se tanquam accusationis meæ auctores solum criminarer, nec quod opportune obviam mihi facti essent superbe aspernarer, Neoclis iterum mentionem facientes, dignumque asserentes, ut in urbe ac domo quam pater incoluit et ipse degerem. Itaque captum me Argos deducebant, Æschyle, atque Argis nunc fugæ nostræ terminum statuimus. Multa autem patimur, quod rempublicam Argivis regere nolumus: ægre enim ferunt, si non regamus, iniuriam se pati existimantes. At nobis nec magnos videri placet, non modo quod detrimentum hæc nobis attulere, verum etiam quod satis iam, quum res ferebat, perfrui eis licuit.

II. Pausaniæ.

Ostracismo eiecti sumus ab Atheniensibus, Pausania, et nunc Argis degimus, ne quid mali a nobis patiantur Athenienses: passuri enim sibi videbantur. Ac sine ulla cunctatione, ut nec cunctari adhuc licebat, Athenis discessi et metu eos liberavi. Argivi vero supra conditionem exulum nos tractant, proque beneficiis, quibus Athenienses affecti sunt, hi gratiam referre volunt, adeo ut et exercitibus nos præesse iubeant et universæ civitatis suæ suscipere gubernacula. Nec parum peccant, dum nos exules esse non permittunt, ut voluere Athenienses. Me vero quum pudet eorum aspernari erga me studium, tum magis etiam ab eis quæ offerunt accipiendis animus abhorret: profecto enim, talia si persequerer, merito viderer eiectus in exilium, simulque in

ἐξωστρακίσθαι δοκοίην. καταγνώσεώς τε ἐγγὺς εἶναι μετασταθέντα με ὑπὸ Ἀθηναίων ὡς ἄρχειν ὀρεγόμενον ἐξ Ἄργους φεύγειν ὅτι ἄρχειν ἀναγκάζομαι. ἀλλ' ἐμοὶ μέν, ὦ Παυσανία, κουφότατον, εἰ κρείσσω παραιτήσεως τὴν σπουδὴν ποιοῖντο, μεταβάντι εἰς ἄλλην πόλιν διάγειν, ὡς ὅπῃ ἂν φύγω, πάντῃ μοι φυλάσσεται ἴσον τὸ μὴ ἐν Ἀθήναις εἶναι. σοὶ δὲ οὐκ οἶδα ἐπὶ μέγα προχωροῦντι εἰ μὴ νῦν μάλιστα συνάχθεσθαι δεῖ καὶ δεδιέναι περὶ σοῦ· τοῦ τε γὰρ Ἑλλησπόντου σε ἅπαντος ἄχρι Βοσπόρου σχεδὸν ἄρχειν ἀκούω, πειρᾶσθαί τέ σε καὶ τοῦ Ἰωνικοῦ καὶ ἤδη καὶ παρὰ βασιλεῖ τὸ σὸν ἀκούεσθαι ὄνομα, ὥστε οἱ τὰ βέλτιστα εὐχόμενοι περὶ σοῦ πολύ σε βουλοίμεθα ἂν τῶν νῦν ἐλάσσονα εἶναι. καὶ σὺ δέ, ὦ Παυσανία, ἄνες τῆς εὐτυχίας, καὶ μὴ ἀγνόει ὅτι ἀτεχνῶς τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἀτυχήματα τρέφουσιν αἱ εὐπραγίαι, καὶ ὅτι τοῦτο ἐν πᾶσι μὲν ἀεὶ νενίκηκε ταύτῃ ἔχειν, μάλιστα δ' ἐν τοῖς ἐπὶ νόμοις τε καὶ δήμοις κειμένοις· δοῦλοι γὰρ τοῦ πλήθους ὄντες, ὦ Παυσανία, ἀρχὴν λαμβάνομεν, ἄρχοντες δὲ τοῖς δοῦσιν ἐπίφθονοι γινόμεθα. ἔπειτα οὐκ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἡμᾶς ἀπολύουσι χώραν, ἐν ᾗ καὶ πρὶν ἄρχειν ἦμεν, ἀλλὰ δοκιμάζοντες ἄρα τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν καὶ συλλαμβανόμενοι τῷ σάλῳ τῆς τύχης εἰς φυγὰς καὶ θανάτους καταλύουσι τοὺς ἄρχοντας. δεῖ ἄρα ἐν πόλει τοὺς εὖ πράσσειν θέλοντας τούτου αὐτοῦ φείδεσθαι μάλιστα. σκόπει οὖν, ὦ Παυσανία, ὅπως ἥκιστα ἐκ τῶν παρόντων μεγάλη σε δέξεται μεταβολή· ἡμεῖς μὲν γὰρ ὧδε ἔχοντες οὐκέτι τὴν εὐτυχίαν διώξομεν.

γ'. Πολυγνώτῳ.

Φεύγομεν, ὥσπερ ἐγκελεύῃ, κατὰ τάχος, ὦ Πολύγνωτε, καὶ ἐξελθόντες ἐξ Ἄργους ἐν θαλάσσῃ ἐσμέν, ὅ τε πλοῦς ἐπὶ Κέρκυραν ἡμῖν τέταται, καὶ νεαλῆ ἔχοντες τὰ πλοῖα ἀπερχόμεθα. τὸν μὲν οὖν ἄγγελον τῆς σπουδῆς καὶ σὺ ἐπαινέσεις· ἀφεθεὶς γὰρ ᾗ τὴν ἐκκλησίαν ἔλυσαν Ἀθηναῖοι, οὐ πόρρω τῆς ἑσπέρας ὥς φασιν οὔσης, τῇ μετὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἡμέρᾳ ἦν ἐν Ἄργει, μηδὲ μεσημβρίας ἤδη ἐφισταμένης. δέος δέ ἐστι μὴ ἀνωφελῆ ἡμῶν τὴν σπουδὴν ἐπιμένων ὁ χειμὼν ποιήσῃ ἢ καὶ βραδύτεροι τῶν ἀγγέλων οἱ φεύγοντες γενώμεθα. ἢν δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι τῆς φυγῆς αἴσθωνται, διώξει χρώμενοι αὐτίκα αὐτοῖς ἀγαθὸς ἔσται ὁ Παυσανίας, ταὐτὰ καὶ ἡμᾶς ἐργασάμενοι. σοὶ μὲν οὖν, ὦ Πολύγνωτε, σωζόμεθα καὶ οὐδὲν ἡμᾶς οὔτε χειμὼν οὔτε Λακεδαιμόνιοι σοί γε χάριν εἰδέναι κωλύουσιν, ἀλλὰ σὲ ἀγάμεθα καὶ τοῦ ἀγγεῖλαι σπουδῇ τοσαύτῃ τὰ ἐκ Λακεδαιμονίων πραχθέντα καὶ τὴν Ἀριστείδου σπουδήν, ἣν μόνος περὶ ἡμῶν καίπερ ἐχθρὸς ὢν ἐπεδείξατο, καὶ τοῦ διαγορεῦσαι μὴ φεύγοντας ἡμᾶς ὑπ' ἐχθροῦ καταληφθήσεσθαι καὶ διεγνωσμένου ἤδη θανάτου. θεὸς δ' ἂν εἴη τὸ ἐκ τοῦδε αἴτιος, εἴ σοι ἄρα τούτων καὶ τὰς ἀμοιβάς, ὦ Πολύγνωτε, ἀποτίσομεν.

reprehensionem incurrerem, si, depulsus ab Atheniensibus ut qui imperium affectarem, Argis profugerem, quod imperare cogor. (2) Iam vero mihi quidem, Pausania, proclive est, si plus mihi quam quod recusari possit studii deferant, relicta hac civitate in alia vitam degere: quocunque enim confugiam, hoc pariter ubivis mihi manet, ut non sim Athenis. Tu vero haud scio an propter ingentem tuum successum nunc maxime commiserandus nobis sis ac metu prosequendus: audio enim te totum Hellespontum ad Bosporum usque tenere, quin et Ioniam aggredi, et magni te iam nominis esse apud regem Persarum. Quare qui tibi maxime cupimus, vellemus te quam quo nunc es statu esse multo inferiore. Tu quoque, Pausania, prosperitati moderare, scitoque omnino secundas res hominibus alere miseriam. (3) Quod quum apud omnes semper obtinuit, tum maxime eis accidere solet, qui legibus et plebi subiecti sunt. Nam multitudini servientes, Pausania, imperium nanciscimur, accepto autem imperio contrahimus odium, deinde vero non in eundem locum nos dimittunt, quo ante acceptum imperium fuimus, sed suæ nimirum potestatis periculum facientes et fortunæ mobilitatem magis etiam conturbantes in exilia et exitia duces suos disperdunt. Necesse est igitur, ut in civitate, qui res sibi prospere succedere volunt, ab hoc ipso maxime caveant. Vide ergo, Pausania, ne præsentium rerum magna tibi immineat mutatio: nos enim, ut nunc est, prosperam fortunam non amplius persequemur.

III. Polygnoto.

Fugæ nos dedimus festinanter, Polygnote, ut hortaris, et egressi Argis iam in mari sumus. Navigatio nostra Corcyram conversa est, recensque compactis navibus devehimur. Iam nuntii celeritatem tu quoque collaudabis: emissus enim, quo tempore concionem Athenienses dimisere, sub vesperam, ut aiunt, post ipsam illam noctem postero die Argis fuit ante meridiem. Sed vereor ne festinationem nostram diuturna tempestas irritam faciat aut nos fugientes tardiores simus tabellariis. Quod si et Lacedæmonii fugam nostram animadverterint, persequentibus eis insons statim Pausanias, nos vero malorum erimus auctores. (2) Tibi igitur, Polygnote, salutem nostram debemus et quominus tibi certe gratiam referamus neque tempestas neque Lacedæmonii quicquam nos impediunt. Sed admiramur te, quod et tanta cum diligentia quæ a Lacedæmoniis acta sunt et Aristidis studium nuntiavisti, quod licet inimicus solus nobis præstitit, et quod certiores nos fecisti, fore ut, si fugam non capessamus, ab hoste comprehendamur iam damnati capite. Ceterum si quando hæc tua beneficia, Polygnote, paribus rependam, hinc deus auctor fuerit.

δ'. Ἀβρωνίχῳ.

Οὐ τὸ παθεῖν Ἀθήνησιν ἀδίκως καὶ ἀναξίως, ὦ Ἀβρώνιχε, καινὸν εἶναί μοι φαίνεται (ἐπεὶ αὐτὸ μὲν τοῦτ' ἐστὶ τὸ μὴ παθεῖν τι καινότερον), ἀλλ' ὅτι τέως μὲν ὀλιγοχρόνιός τις ἦν ὁ φθόνος καὶ ταχὺν ἴσχων τὸν μετάμελον ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει (ἐμοὶ μὲν γὰρ ὡς περὶ ἀλλοτρίας ἤδη οἱ λόγοι), τὰ νῦν δέ (ὁρᾷς γὰρ ὅσον ἐφ' ἡμῶν τούτων ἐπιδίδωσι τοὐπιχώριον πάθος), ἐξωστρακισμένων ἡμῶν κατεψηφίσαντο, τὸ καινόν γε τοῦτο ποιοῦντες, ἐκ τῆς φυγῆς φυγαδεύοντες. μὰ Δί' ἀλλ' οὐδὲ φεύγειν ἐῶσιν, εὖ οἶδ' ὅτι φήσεις. καὶ γὰρ ἔγωγε πέπυσμαι διότι ἡ φυγὴ μὲν ὀλίγον τι ἔδοξεν αὐτοῖς εἶναι τιμώρημα ἐπ' ἄνδρα τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατειργασμένον αὐτῶν τοὺς πολεμίους, θανάτῳ μέντοι δεδόχθαι σφίσιν αὐτοῖς κολάζειν ἡμᾶς. αὐτοῦ γε τούτου ἕνεκα καὶ μαστῆρες Ἀθηναίων εἰς Ἄργος ἴασιν σκοποῦντες, ἕπονται δὲ αὐτοῖς καὶ Λακεδαιμόνιοι. ἐμὲ δ' οὐχ Ἀθηναίοις ἐλύπουν, ὦ Ἀβρώνιχε, ἑπόμενοι Λακεδαιμόνιοι, Ἀθηναῖοι δέ με ἀνιῶσι Σπαρτιάταις ἑπόμενοι. καίτοι οὐχ Ἀθηναίοις διαβάλλουσι πιστεύοντες οἱ τῶν Λακεδαιμονίων ἔφοροι Παυσανίαν ἐκόλαζον, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς φίλοις τοῖς Παυσανίου καὶ συνειδόσιν ἐκείνῳ τοὔργον ἅπαν, μόλις δ' αὐτῷ τῷ Παυσανίᾳ ὁμολογοῦντι. οἱ δ' ὑμέτεροι οὐδενὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐδ' εἰ πολέμιος εἴη, ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀπιστοῦσιν. τὸ δ' αἴτιον οἶμαι τούτου, διότι ἥδιον οὗτοι τοῖς φίλοις φθονοῦσιν ἤπερ ἄλλοι τοὺς ἐχθροὺς μισοῦσιν. ἀλλ' οὐχ Ἀθηναίους γὰρ ἐλέγχειν ἐπιχειρῶν ἔγωγε λανθάνοντας τουτὶ γράφω (εἰ γάρ, ὦ θεοὶ φίλοι, ἐλάνθανον μόνον· νῦν δὲ τοῖς ἐπαινοῦσιν αὐτοὺς μᾶλλον ἄπορος ἡ συνηγορία ἢ τοῖς ψέγουσιν ἀναγκαῖος ὁ ἔλεγχος), ἀλλὰ προσοδύρασθαί τί μοι ἔδοξεν ἀνδρὶ ἑταίρῳ ἐμαυτοῦ καὶ φίλῳ, ἔτι δὲ καὶ ὑπομνῆσαι τῶν οἰκείων, περὶ ὧν εὐλαβεῖσθαι ἔοικε μᾶλλον, ὅτι Λακεδαιμονίους ὁρῶμεν Ἀθηναίων ἄρχοντας καὶ ψηφιζομένους Ἀθήνησι κατὰ τῶν ἰδίων ἐχθρῶν ψηφίσματα. ἡ δὲ τῆς ὀργῆς αὐτῶν αἰτία οἶσθα, ὦ τᾶν, ὅτι ὁμοία μὲν ἐφ' ὑμᾶς ὁμοία δὲ ἐπ' ἐμέ, ἐπείπερ ἄμφω τὸ στρατήγημα τῆς περιτειχίσεως τοῦ ἄστεος παρ' αὐτοὺς ἐπρεσβεύσαμεν. τῷ μὲν γὰρ συμπρεσβευτῇ ἡμῶν ἅτε ἀνδρὶ δικαίῳ καὶ δεόντως τοῦτο τοὔνομα εἰς τοὺς Ἕλληνας φερομένῳ ἁρπαγὴν ἔοικε διάλυσις εἶναι πρὸς Λακεδαιμονίους ἡ σὺν αὐτοῖς ἐφ' ἡμᾶς ὁμοφροσύνη. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐρρώσθω ἐπίχοτος ὢν ἀεὶ καὶ δυσμενὴς καὶ φθονερὸς καί, ὥσπερ ποτὲ ἔφη Κάλλαισχρος ἐπ' αὐτοῦ, μᾶλλον τῷ τρόπῳ Ἀλωπεκῆθεν ἢ τῷ δήμῳ· σὺ δ' οὖν, Ἀβρώνιχε, τὰ παρόντα εὖ τίθεσο καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐκ τοῦ μηκίστου εὐλαβοῦ, καὶ δέδιθι Ἀθηναίοις πολλοῦ ἄξιος εἶναι. εἰ δὲ καὶ πεφύκοις, ὥσπερ πέφυκας, ἀλλ' ἀποκρύπτου τὰ πλείω καὶ ἀγάπα λανθάνων. ταυτὶ μέν, ὦ βέλτιστε, περὶ σοῦ πρὸς σέ, τῶν δὲ ἐμῶν

IV. Habronicho.

Non videtur mihi, Habroniche, novum, Athenis iniqua et indigna pati, quoniam nihil novi pati novum demum esset, sed quod hucusque quidem brevis invidia fuit et mox in pœnitentiam conversa est urbi nostræ, vel vestræ potius (iam enim de illa mihi tanquam aliena loquendum est), nunc vero (vides enim quam longe in nobis illorum procedat hoc malum patrium), ostracismo nos eiectos damnaverunt, hoc certe novum facientes, ut e fuga fugent. At per Iovem ne fugere quidem permittunt, inquies. Scilicet ad me perlatum est, fugam eis exiguam visum esse pœnam in virum, qui tot tantisque malis ipsorum hostes afflixisset, sed mortis pœnam nobis irrogare ipsis placuisse. (2) Atque ad hoc missi sunt Argos ab Atheniensibus exploratores, eosque et Lacedæmonii sequuntur. Me vero non hoc, Habroniche, male habet, quod Lacedæmonii sequantur Athenienses, sed dolet quod Spartanos sequuntur Athenienses. Atqui pœnas a Pausania Lacedæmoniorum ephori non sumebant, quod fidem haberent Atheniensium criminationibus, qui ne Pausaniæ amicis quidem totius rei illi consciis et vix ipsi Pausaniæ confitenti rem crediderint; vestri vero extraneorum nemini, etiam si hostis sit, in suos fidem derogant. Cuius rei caussam arbitror, quod libentius hi amicis invident quam alii odium habent in inimicos. (3) At non quo Athenienses convincere velim latentes hæc ego scribo (dum, dii boni, modo lateant! nunc vero maior est laudantibus eos defensionis inopia quam vituperantibus convictionis necessitas), sed hæc apud sodalem et amicum meum deflere aliquantum volui, deque domesticis rebus ipsum admonere. De quibus sollicitum esse magis etiam oportet, quia Lacedæmonios videmus dominari Athenienses et Athenis edere in eos, quibus ipsi infensi sunt, decreta. Cujus iræ caussam in te, amice, scis æque atque in me esse positam, si quidem ambo nos legati apud eos, ut urbis muri reficerentur, dolo effecimus. (4) Nam collegæ nostro, quippe viro iusto quique merito hoc sibi cognomen rapuit, raptumque solus apud Græcos sibi habet, in gratiam cum Lacedæmoniis redire placuit eo, ut in nos cum illis conspiraret. Sed valeat homo morosus semper et infestus et invidus et, ut Callæschrus aliquando de eo dixit, animo magis quam pago Alopecensis (vulpinus). Tu vero, Habroniche, præsentes res cura et futuris longissime prospice et apud Athenienses gratiosum esse time, ac licet in te sit, quæ est revera, gratia te tamen ut plurimum abde et latere stude. (5) Hæc ad te, vir optime, de te; quod autem ad me attinet, sane res hic ego meas curabo, et effugiemus ad nos capiendos domo

τὰ μὲν ἐνθάδε ἐμοὶ μελήσει δῆλον ὅτι, καὶ διαφευξόμεθα τούς τε οἴκοθεν ἐπὶ τὴν θήραν ἡμῶν ὡρμημένους κυνηγέτας καὶ τοὺς Λακωνικοὺς κύνας, οὐδὲ ἐπιχωρήσομεν Ἀθηναίοις μὲν ἐναγέσι γενέσθαι τοῦ ἡμετέρου μύσους καὶ παλαμναῖον ἢ ἀλιτήριον προστρῖψαι τῇ πόλει οὐκ ἀκεστὸν οὐδὲ χαλκοῖς ἀνδριάσιν ἀποδιοπομπησόμενον, οἷα περὶ Παυσανίου Σπαρτιάταις ὁ θεὸς ἔχρησεν, ἀλλ' ἐνεργῆ τινὰ καὶ ἄφυκτον καὶ τοῦ Κυλωνείου πέρα, τοῖς γε μὴν Λακεδαιμονίοις διπλῇ, μᾶλλον δὲ τριπλῇ ἡσθῆναι ἡμᾶς μὲν ἀποτισαμένοις ἀνθ' ὧν ὑπὲρ τῆς πρεσβείας τῆς μετὰ σοῦ δι' ἔχθους ἡμῖν ἐγένοντο, ἀπάτην εἶναι λέγοντες ἡμετέραν τὴν κωλύμην αὐτῶν τῆς ἀδικίας, ἀλάστορα δὲ ἀκέραιον καὶ ποίνιμον εἰς τὰς κεφαλὰς τῶν Ἀθηναίων ἐξομορξαμένοις ἀνοσίως ἐμοῦ μιαιφονηθέντος ὑπ' αὐτῶν, τὴν δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας αἰσχύνην, ἐπεὶ προυδίδω σφᾶς ὁ βασιλεὺς τῆς Λακεδαίμονος, ἐπικουφιεῖν οἰομένοις, εἰ καὶ πρὸς Ἀθηναίων ὁ στρατηγὸς αὐτῶν ἐγὼ προδότου δίκην ὁμοίως φαινοίμην κεκολασμένος. τούτων μὲν οὖν ἵνα μηδὲν γένηται ἐγὼ προμηθήσομαι, ὥσπερ ἔφην, κατὰ τὸ δυνατόν, καὶ τὰ δεινὰ ὡς ἐν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐξευλαβησόμεθα, καὶ τὸ λοιπόν, ἐπειδὰν τελείως ἅπαντα ἐν ἀσφαλεῖ γένηται, πεύσῃ περὶ πάντων καὶ καθ' ἕκαστα ἐπιστελοῦμέν σοι· τὰ δὲ αὐτόθι ἀντιβολοῦμέν σε καὶ ἱκετεύομεν, ὦ κράτιστε ἑταίρων, καὶ συλλαμβάνειν, ὡς ἂν οἷός τε ᾖς, καὶ βοηθεῖν ἡμῖν ἄντικρυς, τὰ μὲν χρήματα μὴ φυλάττοντα ἐμοὶ μηδὲ τοῖς ἐμοῖς παισίν, ἀλλὰ καιρίως ταῦτα καὶ δεξιῶς ὑπὲρ τῶν παίδων καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν ἀναλοῦντα, αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπούμενον ὁσημέραι, ὅπως τὸν Κλεόφαντον ἡμῖν καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα περισώσεις· ὕπεισι δέ σοι ἡ πρὸς αὐτοὺς εὔνοια δι' ἡμᾶς ἴσως, ᾗ σὺ θαρρεῖς, καὶ διὰ Λυσικλέα δὲ τὸν υἱόν σου σοί τε αὐτῷ στερκτέα καὶ ἐκείνῳ οὐκ ἀμελητέα, εἰ μὲν ἀξιωθησόμεθα κηδεσταὶ ὑμῶν γενέσθαι, ὅτι σοὶ μὲν υἱός ἐστιν, ἐκείνῳ δὲ γυνή, εἰ δὲ μή, ὅτι ἐμέλλησέ τε καὶ ἠλπίσθη ποτέ. καὶ οἶμαι μὲν οὔτε τοὺς Ἀθηναίους αὐτούς, εἰ καὶ πάνυ ἐπιδοίη καὶ μέγας γένοιτο ὁ τῶν μισούντων ἡμᾶς φθόνος, εἰς γύναιον ἢ εἰς παιδάρια παροινεῖν ἐπιχειρήσειν, οὔθ' ἑτέροις ἐπιτρέψειν· εἰ δ' αὖ λεπτή τις ἐλπὶς μόνον, μᾶλλον δ' ἀμυδρὰ εἴη ὑποψία χεῖρον αὐτοῖς ἔσεσθαι μένουσι, καὶ δὴ γενέσθω αὐτίκα δὴ βοήθεια τὸ δέος. τὸ δὲ ὅπῃ πεμπτέον αὐτοὺς καὶ ὅπως τὴν ἀπάλλαξιν στελουμένους, τὸν παιδαγωγὸν οἶσθα τοῦ Κλεοφάντου, ὃς κἀμέ ποτε ἐθεράπευε· Σίκιννος αὐτῷ τοὔνομα. ἐκείνῳ μόνον τὸ χρῆναι μὴ μένειν ὑπόθου, τὰ δὲ ἄλλα ἐπίσταται καὶ δράσει αὐτός. ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὕτως ἤδη μισητέον Ἀθηναίους ἡμῖν, ὥστε καὶ τοιαῦτά τινα περὶ αὐτῶν ὑπολαμβάνειν οἷα οὐδὲ ἐγένετο πώποθ' ὑπ' αὐτῶν, οἶμαι δὲ ὅτι οὔτε ἔστιν οὔτε ἂν γένοιτο οὐδὲν γὰρ περιττὸν πάλιν ἐν τοῖς οὕτως ἀναγκαίοις. δεδήλωκά σοι τὸ χρεὼν ὑπὸ σοῦ πραχθῆναι, καὶ σὺ ποιήσεις δῆλον ὅτι ὥσπερ ἐγὼ ἐπισκήπτω. ταῦτα

egressos venatores et Laconicos canes, nec patiamur Athenienses quidem contaminare se admisso in nos scelere et peste ac pernicie fœdare urbem non sanabili quæque æneis statuis expiari nequeat (ut Pausaniæ caussa Spartanis oraculum edixit), sed impigra et inevitabili ac Cyloneo scelere maiore, Lacedæmonios vero duplex, immo vero triplex gaudere gaudium, si et nos ob susceptas in legatione tecum gesta inimicitias ulti fuerint, fraudi nobis dantes, quod ipsorum iniuriis obstiterimus, et me nefaria cæde ab Atheniensibus sublato recentem illorum in capita sceleris vindicem elicuerint, dum ipsi infamiam, qua laborant apud Græcos a Lacedæmoniorum rege proditos, diminui posse opinantur, si ego quoque Atheniensium dux apud hos ut proditor similes pœnas sustinuisse videar. (6) Ut igitur nihil horum fiat, prospiciam ego, ut iam dixi, pro viribus. Et hæc quidem nunc diligenter pro humano captu cavemus, et ad futurum deinceps quod attinet, ubi plane omnia in tuto nobis fuerint, scies universa, deque singulis ad te scribamus. Quod autem ad ea, quæ Athenis gerenda sunt, attinet, sodalium optime, oro atque obsecro ut adiuves, quantum possis, et opem enixe nobis feras, pecuniasque neque mihi neque liberis meis serves, sed in horum atque matris eorum commodum opportune impendas atque sapienter, et nunquam non prospicias, ut Cleophantum nobis eiusque sorores et matrem incolumes conserves. (7) Præsto tibi est in reliquos benevolentia nostra fortasse caussa, quibus bene cupio, quanquam et propter Lysiclem filium tuum et ipsi tibi colenda est neque illi negligenda, siquidem digni habebimur, qui vobiscum affinitate devinciamur, quoniam tibi quidem filius est, illi vero uxor, sin minus, at certe quoniam futurum erat aliquando atque exspectatum. Ceterum nec ipsos Athenienses puto, quantumvis licet odio nos persequentium augeatur et crescat invidia, ut in feminam et puerulos insultent a se impetraturos aut aliis permissuros esse. At si levis quædam tantum spes supersit, immo obscura fuerit suspicio, res nostras pessum ire, statim in subsidium vertatur metus. (8) Quo autem mittendi et qua via subducendi sint, nosti Cleophanti pædagogum, qui mihi quoque famulabatur olim: Sicinnus ei nomen: huic significa tantum, non esse manendum, cetera novit ipse et perficiet. Verum enimvero non tanto nobis odio persequendi sunt Athenienses, ut et talia de eis opinemur, qualia hucusque nunquam patraverunt. Neque tamen opinor, nobis aut nunc aut in posterum quidquam in levi habendum esse tanto in discrimine versantibus. Exposui tibi, quod agendum a te sit, tuque facies sine dubio, ut ego mando. Et hæc quidem impræsentiarum videbantur

μὲν νῦν ἐπείγουσιν ἡμῖν ἐδόκει γράφειν παρὰ σέ, μετὰ ταῦτα δέ, ὅταν τὰ μετὰ ταῦτα γένηται, γράψομεν.

ε'. Τημενίδᾳ.

Τὰ ἐν Ἀδμήτου οὕτως ἡμῖν ἐπράττετο, ὅπως σὺ ἐδόξασας. ὅτε μὲν οὖν ἥκομεν εἰς αὐτοῦ, οὐκ ἔνδημος ἦν, ἀλλ' ἀπεδήμει εἰς Χάονας· ἐπιτυχόντες δὲ Κρατησιπόλιδι καὶ Στρατολάῳ τοῖς σοῖς ἀπεδίδομεν ἐκείνῃ τὰ γράμματα. καὶ ὁ μὲν ἧκε δι' οὐ πολλῶν ἀλλ' ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἴσως ἡμερῶν, ἡμεῖς δὲ ἐφέστιοι ἐκαθεζόμεθα (οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ἡ Κρατησίπολις), Ἀρύββας δὲ ὁ μικρὸς ὑποχείριος ἦν ἐμοὶ καὶ ξίφος ἐν θατέρᾳ. ἰδὼν οὖν ἐμὲ καὶ τὸ παιδίον ὁ Ἄδμητος ἐμὲ μὲν ἐγνώρισεν, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι ἐμίσησε, τὸ δὲ παιδίον ᾤκτειρε, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ἔδεισεν. ἀναστήσας τέ με οἴκοι μὲν ἀπηρνεῖτο οἷός τε εἶναι περισώζεσθαι, Ἀθηναίους ὀρρωδῶν καὶ μᾶλλον ἔτι Λακεδαιμονίους, πέμψειν δ' ὅπῃ σώσομαι ὑπέσχετο καὶ πέπομφεν· Ἀλεξάνδρου γὰρ τοῦ Μακεδόνος ἐπέβην ὁλκάδι. εἰς Πύδναν τὰ νῦν ὥρμητο ἡ ναῦς, ἐκεῖθεν δὲ ἐπίδοξος ἦν εἰς τὴν Ἀσίαν καταίρειν. ταῦτά σοι τὰ περὶ τῆς παρ' Ἄδμητον ἦν ἀφίξεως. καὶ ἵνα γράφῃς Ἄργοθεν, οὐκ αὐτῷ δὲ Ἀδμήτῳ (ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐδὲ πάνυ τι ἐῴκει βουλομένῳ με σῶν ἀφεῖναι), ἀλλὰ τῇ Κρατησιπόλιδι παρά τε τῆς ἀδελφῆς καὶ παρὰ σοῦ μέντοι· οὐδὲ γὰρ σοῦ μεῖον ἢ ἐκείνης ἐδόκει μοι προμηθὴς εἶναι.

ϛ'. Φιλοστεφάνῳ.

Ἀνιῶμαι μέν, ὦ Φιλοστέφανε, τῆς σῆς ἀχαριστίας καὶ καθόλου ἀδικίας εἰς ἐμαυτόν, ἄχθομαί γε μὴν οὐκ ἐπὶ μεῖον ἀλλὰ τῷ παντὶ πλέον τῆς ἐμαυτοῦ νωθείας καὶ ὅτι κινδυνεύω βλάξ τις βεβιωκέναι πάντα τοῦτον τὸν βίον, οὐδ' ὑπὲρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐν τῇ τριόδῳ καθεζομένου τῆς Ἑλλάδος γυμνοῦ τὰ ἤθη διὰ τὴν τῆς ἐργασίας περιφάνειαν ἀληθές τι ἢ προσῆκον ἐρρωμένως εἰκάσαι καὶ ὑπολαβεῖν. καίτοι ἡγοῦμαι μέν σε καὶ δι' ἐμαυτὸν εὐδαιμονέστερον καὶ λαμπρότερον γεγονέναι οὐ μόνον τῶν ἐν Κορίνθῳ ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλοθί που τῇ τοῦ τραπεζιτεύειν ἐργασίᾳ χρωμένων. ἦσθα δὲ καὶ πρὶν ἐμέ σοι συμβαλεῖν εἰ καὶ μὴ πλούσιος οὕτως, ἀλλὰ πιστὸς εὖ μάλα καὶ πιστότερός γε ἢ νῦν εἶναι κινδυνεύεις, ὅτε περ καὶ δι' ἡμᾶς γέγονας πλούσιος. ὥστε οὐδὲ μεγάλη ἁμαρτία, εὐεξετάστῳ καὶ εὐθεωρήτῳ τὸν τρόπον ἀνδρὶ πιστεῦσαι, ἐμὴ δὲ ἴσως τὸν δυστυχῆ αὐτὸν μηδὲ ἀπὸ ὑφ' ὧν οὐδὲν ἀγαθὸν πέπονθεν, πιστὸν εἰς τὰ πρὸς ἐμὲ μόνον, ὑφ' οὗ τὰ τηλικαῦτα ὤνηται, ἄδικον γεγονέναι. πόθεν δέ μοι ταῦτα τισιννέον; ἥκων εἰς Ἔφεσον Ἀθήνηθεν ὁ Τίβιος ἔφραζέ μοι πεμφθῆναι ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Μείδωνα, δεῆσαν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἐμῶν ὑπαργμάτων ἑβδομήκοντα μνῶν ἀργυρίου, ταῦτα ἀπολημψόμενος παρὰ σοῦ, βραχυτάτην μοῖραν ἐκ τετταράκοντα ὅλων ταλάντων· τοσαῦτα γὰρ ὁ τελευταῖος λογισμός,

properantibus nobis scribenda esse; quæ postea evenient, postmodum scribemus.

V. Temenidæ.

Apud Admetum ea ratione nobiscum actum est, qua tu (non) credidisses. Quum igitur ad ipsius ædes pervenimus, domi non erat, sed peregre ad Chaones profectus erat. In tuos ergo, Cratesipolidem et Stratolaum, quum incidissemus, litteras illi reddidimus. Admetus autem non diu post, sed octavo vere vel nono die rediit, nos vero ad focum sedebamus (sic enim iusserat Crat sipolis), Arybbam parvulum in altera manu tenentes, in altera gladium. Quum igitur me et puerulum Admetus conspexisset, me quidem agnovit et aperte aversatus est; filiolum autem miserabatur et ensem metuebat. (2) Inde me surgere iusso negabat se posse me domi manentem conservare, quod Athenienses timeret et multo magis Lacedæmonios, sed eo me ubi salvus essem, missurum promittebat, iamque misit: navem enim Alexandri Macedonis conscendi. Ea nunc Cydnam versus cursum tenet, hinc, ut fama ferebat, in Asiam navigatura. Hæc ad te de meo apud Admetum adventu. Atque ut Argis scribas, quanquam non ipsi Admeto (nam iste me salvum abire non admodum velle videbatur), sed Cratesipolidi scribat soror tua et tu ipse: non enim tui minus quam illius videbatur mihi esse studiosa.

VI. Philostephano.

Doleo, Philostephane, quod ingrato et omnino iniquo in me sis animo, sed non minus, immo multo magis me pungit mea ipsius socordia, quodque per totam vitam stolidum me et fatuum præstitisse videor, qui nec de uno viro in Græciæ trivio sedentis, cuiusque mores ars palam factitata satis proderet, vere ac recte iudicare potuerim et existimare. Quanquam et mea caussa te arbitror opulentiorem illustrioremque factum omnibus, qui non Corinthi tantum, sed ubivis faciunt argentariam. Eras tamen, antequam mihi tecum esset commercium, etsi non tam dives, at certe fidelis admodum, et fidelior quidem, quam nunc videris esse, ubi propter nos dives fatus es. Itaque non magnopere peccavi, quod homini crediderim, cuius facile mores perspici explorarique poterant, sed meum potius fortasse malum, quod is, qui infidus ne in alios quidem fuit, a quibus nullo affectus erat beneficio, in me solum, a quo tantopere auctus erat, iniquum se præstiterit. (2) Rogas a quo hæc rescìverim. Venit Athenis Ephesum Tibius et narravit, a Midone se missum, quippe opus ipsis esse ex facultatibus tuis argenti minis septuaginta, minima sane parte totius quadraginta talentorum summæ: tot enim confectis postremo inter

ὃν ἐλογισάμεθα μετ' ἀλλήλων ἐν Ἰσθμίοις, ἀπέφαινεν ἔτι παρὰ σοὶ περιεῖναι τῶν ἐμῶν. ἀναγνόντα τέ σε τὰς ἐπιστολὰς πυθόμενόν τε τὴν χρείαν ἔπειτα ἀποφήνασθαι τῇ μὲν ἤπια καὶ ἐπιεικῆ, τῇ δ' αὖ ἀγνώμονά τε καὶ μοχθηρά, ἐῶ γὰρ εἰπεῖν ἀνόσια. τὸ μὲν γὰρ φάναι φιλότητός τε τῆς πρὸς ἡμᾶς ἕνεκα καὶ χρειῶν ὅσας ἐτυγχάνομεν ἀλλήλοις κεχρημένοι προῖκα βούλεσθαι προέσθαι τἀργύριον ἐκεῖνο ἢ δάνεισμα δανείζοντα χρήστην ὑπάρχειν εἰς ἐμέ, τοῦτο μὲν ἀστεῖόν τε ἐποίεις καὶ τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς ἡμᾶς ἄξιον· ὁπότε μέντοι, ὥς φησιν ὁ Τίβιος, ἔξαρνος ἦσθα καὶ διετείνου πικρῶς μηδ' ὁτιοῦν ὀφείλειν ἐμοί, τοῦτο δὲ πολὺ μεῖζον ἔπραττες κακὸν ἢ θάτερον ἀγαθόν. ἡ μὲν γὰρ χρηστότης σου ἑβδομήκοντα μνῶν ἐστιν ἀξία, ἡ δὲ πονηρία τεσσαράκοντα ταλάντων. εἰ μὲν οὖν (γένοιτο γὰρ ἄν, κἀγὼ καὶ νῦν ἔτι, καίπερ οὕτως ὑπὸ τοῦ παρ' ἐλπίδας ἰλιγγιῶν, ὅμως οὔπω ταχέως οὕτως ἀφίσταμαι χρηστόν τι καὶ δίκαιον περὶ σοῦ ὑπολαμβάνειν) περὶ τοῦ πιστοῦ ἄπιστος ἦσθα καὶ περὶ τοῦ δικαίου ἄδικος, οὐχ εἰς τὸ σαυτοῦ κέρδος θρασυνόμενος καὶ ἀναισχυντῶν, δὲ τοὐμὸν ὡς ἐδόκεις ὄφελος ἐξαρνούμενος, αὐτός τε ἂν εἴης οὐ κακός, κἀμὲ ἀποφήνειας οὐ μωρόν, ὅτι οὕτως ὑπὲρ σοῦ διετέθην· εἰ δ' ἀληθῶς οἰόμεθα καὶ τοὐπὶ σοὶ εἶναι καὶ πανταχῇ πάντα ἀθηναίων γέμει, οὔτε τοὺς θεοὺς ἀσεβῶν λήσεις, ὦ Φιλοστέφανε, οὔτε ἐμὲ ἀδικῶν καταπροΐξῃ (οὐδ' εἰ κἀμοῦ καταφρονήσεις καὶ τῶν θεῶν ἀμελήσεις), ἀλλὰ τελευτῶν Ἀθηναίους γε οὐκ ἐκφεύξῃ. ἐπεὶ κἀγὼ τῷ παντὶ μᾶλλον ἄσμενος ὑπὸ τῆς πατρίδος ἂν τῆς ἐμαυτοῦ καὶ ταῦτα ἀφαιρεθείην, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἢ ὑπὸ Φιλοστεφάνου τοῦ Κορινθίου χρυσαμοιβοῦ. τοιγάρτοι ἤδη μοι γράφε καὶ ἀντεπίστελλε ὅστις εἶ πρὸς ἐμὲ καὶ ὅπῃ σοι διέγνωσται τὰ ἄλλα πρὸς σέ, ἵνα, εἰ μὲν εἶ ἐκεῖνος ὁ εὔσημος φίλος καὶ διαμένεις ὃς ἦσθα, ὅπως μοι σωθήσεται εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς ἐμῆς δυστυχίας τἀμὰ χρήματα βουλεύωμαι, εἰ δὲ μή, ὅπως μὴ παρὰ τὴν ἡν γνώμην ἀπολεῖται.

ζ'. Φιλοστεφάνῳ.

Ἧκέ μοι τὰς ἐπιστολὰς παρὰ σοῦ κομίζων εἰς Ἔφεσον, ὡς μὲν Ἀθηναῖοι λογίζονται βοηδρομιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, ὡς δὲ ὑμεῖς, πανήμου δεκάτῃ (ἡ δὲ ἡμέρα ἡ αὐτή) Μένυλλος ὁ Χαλκιδεὺς κυβερνήτης, ὁ καὶ τὴν παρὰ Γέλωνός ποτε τοῦ Συρακοσίου τὴν μεγάλην ἐκείνην ὁλκάδα τοῦ σίτου καταγαγὼν εἰς Πειραιᾶ. καὶ αὐτὸς μὲν ἀπὸ γλώσσης ἠνίξατο πρός με εἰδότα οὐκ εἰδὼς ἅττα ἠνίττετο, ἐγὼ δὲ ἐγνώριζον τοὺς πρός με σοὶ ξυντεθέντας συμβόλους. καὶ μέντοιγε καὶ τὸ ἔγγραφον ἀπεδίδου, ἔνθα δυσφοροῦντι μὲν καὶ μεγάλως ἀσχάλλοντι ἐῴκεις, οὐκ ἀξιῶν ὅλως μὲν οὐδ' εἰς ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα πρὸς ἡμῶν ὑποτιμηθῆναι ἄπιστος ἂν καὶ ἀπεχθὴς γενέσθαι, τῷ παντὶ μέντοι μᾶλλον ἢ εἰς ἐμέ. ἔπειτα δὲ καὶ περὶ τῶν ἐμῶν χρημάτων ὑπηγό-

nos rationibus Isthmiis de meo apud te adhuc superesse apparebat. Tum lectis litteris perspectaque necessitate verba te fecisse partim humanitatis et benevolentiæ plena, partim ingrati animi et improbi, ne dicam impii. Nam quod dicebas, amicitiæ erga nos caussa propterque consuetudinem, quæ inter nos intercederet, gratis malle te pecuniam suppeditare quam mutua data feneratorem nobis esse, urbanitatis hoc fuit et benevolentia erga nos dignum: at quum negabas, ut ait Tibius, et cum acerbitate obtinebas te nihil mihi debere, hoc sane multo quam bonum illud agebas malum. Probitas enim tua septuaginta minarum pretii est, nequitia vero quadraginta talentorum. (3) Quare si (fieri enim potest, et etiamnum ego, licet inopinat. Illo casu quasi vacillans, opinionem tamen, quam de te habeo ut probo atque integro homine, non protinus depono) in fidum fuisti infidus et in æquum iniquus, neque ex temerario protervoque facinore lucrum ipse percepturus, verum quo mihi prodesses, ut tibi videbare, negasti, nec tu ipse eris improbus, et me stultitiæ crimine liberabis, quod tali in te fuerim animo: sin autem vere ludibrio nos tibi fuimus, et plena sunt ubique .... omnia, nec deos scelera tua, Philostephane, latebunt, nec me impune deludes, etiamsi me contemnas ac deos parvi facias, sed Athenienses certe tandem aliquando non effugies. Nam ipse quoque libentius omnino hæc quoque, ut et reliqua omnia, a patria mihi eripi patiar, quam a Philostephano Corinthio argentario. Iam igitur mihi scribe et responde, quis sis erga me, quodque sit tibi de tuis rebus consilium, ut, si ille mihi es manesque, qui eras, amicus, quam facile a pravis distinguere liceat, de servandis meis in rerum mearum afflictarum restitutionem pecuniis deliberem, sin minus, ne præter meam voluntatem pereant.

VII. Philostephano.

Venit Ephesum epistolas tuas afferens Boëdromionis ultimo, ut Athenienses supputant, Panemo decimo, ut vos numeratis (dies enim idem est), Menyllus Chalcidensis gubernator, olim qui magnam illam frumenti navem a Gelone Syracusio diem missam in Piræum deduxit. Is nonnulla etiam verbis mihi subindicavit intelligenti, ipse quo tenderent non intelligens, ego vero signa agnoscebam inter nos composita. Et simul litteras mihi reddebat, in quibus irasci videbaris et vehementer indignari, nolens omnino in quenquam hominum infidus et infestus esse a nobis existimari, omnium vero minime in me ipsum. Deinde et de pecuniis subortam suspicionem recusabas, non negans eas te habere, et quando quibusque

ρεις, ἔχειν τε οὐκ ἐξαρνούμενος καὶ ὁπηνίκα ἂν καὶ οἷστισιν ἂν προστάττοιμεν ἀποδώσειν ὑπισχνούμενος, τά τε περὶ τοῦ Μείδωνος καὶ τοῦ Παμφίλου διεδήλους ὅτι ἠγνόουν ἃ χρή, περί τε Τιβίου ὅτι ἠγνωμόνει οὑπίτριπτος. ἐγὼ δὲ αἰδοῦμαι μέν, ὦ Φιλοστέφανε, ὁμολογεῖν ὅτι τοιαῦτα σοῦ φρονοῦντος μὴ τοῖς τετταράκοντα μᾶλλον ταλάντοις ἢ τῷ μὴ διεσφάλθαι τῶν ὑπὲρ σοῦ ἐλπίδων ἠδόμεθα· εὖ μέντοι οὔπω ἴσθι τὰ τετταράκοντα ταῦτα τάλαντα ἀποδώσειν ἡμῖν ἔμελλες. οὐδὲ γὰρ εἰλήφεις πω αὐτά, καὶ τοῦ λαβεῖν οὐ ταῦτα μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις ἄλλα τριάκοντα ἄξιος ἡμῖν ἐδόκεις εἶναι· ἑβδομήκοντα γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ἡμετέρων παρὰ σοὶ ἐγένετο. οἱ δὲ πολὺ πλειόνων ἢ τούτων σε προτιμῶντες οὐκ ἄν πως δεόντως, εἰ τούτων σε τῶν ἐλαττόνων φαίημεν προτιμᾶν, ἀπιστοίμεθα. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ μὲν τοῦ διαγανακτεῖν ἐμαυτὸν ἑτοιμότερον καὶ προχειρότερον, ἀπιστῆσαι δὲ ὡς ὑπὲρ ἀνδρὸς φίλου καὶ μὴ ταχέως οὕτως ἐπιδραμεῖν σου τῇ διαβολῇ, ἐκεῖνο λέξας τἀληθέστατον ἂν εἴποιμι, ὦ Φιλοστέφανε, διότι θορυβεῖσθαι μὲν ἡμᾶς ἐποίησε τοῖς ὑπὲρ σοῦ ὁ μαστιγίας Τίβιος, πιστεῦσαι δὲ ἐκείνῳ ἡ μὴ τύχη. καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων τοσαῦτα· τὸ δὲ ἀργύριον νῦν μὲν ἔστω σοι παρὰ σοί, ἐπειδὰν δὲ ὑπὲρ τῶν καθόλου διαφερόντων εἰς ἐμαυτὸν διαγνῶ καὶ βουλεύσωμαι βεβαιότερον, ἐπιστελῶ σοι τηνικαῦτα.

mandaverimus redditurum te promittens, prætereaque de Midone et Pamphilo significabas, nescire eos quid rei esset, de Tibio denique, iniuriam fecisse improbum. (2) Me autem, Philostephane, pudet fateri me, tali quum in me sis animo, magnopere lætari non tam quadraginta talentorum caussa quam quod meam de te spem non fefelleris. Tu vero nondum, scito, quadraginta ista talenta nobis redditurus eras, nondum enim ea accepissem, et dignus nobis videbaris esse, cui non hæc solum, verum et alia triginta crederemus: septuaginta enim ad summum ex meis apud te erant. Iam qui maiori etiam summæ te anteposuerimus, digni sane sumus quibus fides adhibeatur affirmantibus, minori huic summæ nos te anteponere. Quod autem promptius aliquanto ira in te fuerim commotus, licet non crediderim amicitiæ nostræ memor, nec statim ad calumniam in te collatam accesserim, dicam, Philostephane, id quod verissimum est, nempe conturbavisse nos quæ de te narrasset verbero Tibius, quin fidem vero illi haberem fortunam meam prohibuisse. Hæc hactenus de his, pecunia autem nunc quidem apud te sit; ubi vero de rebus meis omnino deliberavero et certius consilium cepero, tunc ad te scribam.

η'. Λεάγρῳ

Ἦπου Λεωβώτης ὁ Ἀγρυλεύς, ὦ Λέαγρε, καὶ Λύσανδρος ὁ Σκαμβωνίδης καὶ Προνάπης ὁ Πρασιεὺς νῦν μὲν ἀσπάζονται τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ὅς οὔποτε ἄλλοτε οὕτως μὲν αὐτοὺς πιστοὺς ὑπέλαβεν εἶναι, οὕτω δὲ δικαίους καὶ εὐόρκους, ὥστε περὶ τοσούτου ἀδικήματος ἐπεχώρησεν ἐξομόσασθαι σφίσι, τῆς ξυμπάντων τῶν Ἑλλήνων προδοσίας· νῦν δ' ἐφ' αὑτοῖς φρονοῦσι πάμμεγα δή τι ἄρα καὶ ἡλίκον οὐκ ἂν ἄλλοι φρονοῖεν, οὐκ ἀπαλλαγέντες μόνον τῆς ὑποψίας καὶ τῆς βλασφημίας τῆς εἰς αὐτοὺς γενομένης καὶ λεχθείσης, ἀλλὰ μετὰ τοῦ εὐσεβεῖς καὶ ὅσιοι πεπιστεῦσθαι ἀπαλλαγέντες. ἀλλ' οὐ γὰρ ὁ Γλαύκωνος μὲν υἱὸς Λέαγρος ἐμὸς δὲ ἡλικιώτης καὶ συνέφηβος οὔτ' οὖν Ἀθηναίους τούτου γε ἕνεκα ἀγασθήσεται (τὰ δὲ ἄλλα ἀσπαζέσθω καὶ ἀγαπάτω αὐτούς), οὔτε ἐπ' αὐτῷ σεμνυνεῖται ἀλλ' αἰσχυνεῖται. ὑμεῖς μὲν γάρ, ὦ Λέαγρε, τῇ μὲν ὑμετέρᾳ σωτηρίᾳ μόνῃ, ἐμῇ δὲ δυστυχίᾳ χάριν ἐπιστάμενοι οὐχ ἁμαρτήσεσθε, ὅτι ὥσπερ μεγάλου καὶ πίονος θρέμματος καὶ ἀγρεύματος πεσόντος ἄδην ἔσχετε τοῖς Ἀθηναίοις τῆς ἐμῆς θοίνης. καί μοι τοῦτο γοῦν μόνον (ἀποθαρρήσω γὰρ εἰπεῖν) εὐτύχηται, τὰ ἄλλα πάντα οὕτως ἀρρήτως κακῶς πεπραγότι. ἀλλ' ὑμᾶς γε τοὺς ἐμοὺς φίλους οὐ μετρίως ὤνησα ταῦτα παθὼν ἃ πέπονθα· ἐπιθαρρεῖν δὲ καὶ τὸ μεῖζον ἔτι ἀγάλλεσθαι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σωτηρίᾳ τίς ἂν εὖ φρονῶν ὑπο-

VIII. Leagro.

Profecto Leobotes Agrylensis et Lysander Scambonides et Pronapes Prasiensis studiosi nunc sunt populi Atheniensium, qui antea nunquam tam fidos eos habuit, tamque iustos et religiosos, ut tanto in scelere, Græcorum omnium proditione, ipsos concesserit eiurare. Nunc sane magnifice admodum de se sentiunt, quantumque non facile alii de se sentiant, quippe quum non solum a suspicione absoluti sint et illatis sibi et divulgatis opprobriis, sed et cum fide piis ac sacrosanctis hominibus debita absoluti sint. Verum enim vero Glauconis filius Leager meusque æqualis et in ephebis socius neque hanc ob caussam magni Athenienses faciet, quanquam alioqui probet eos atque amet, neque ob eandem sese iactabit, immo vero erubescet. Vos enim, Leager, si vestram salutem solam meæ calamitati acceptam retttuleritis, non errabitis, quia tanquam immani et pingui animali cæso aut fera prostrata affatim epularum mearum Atheniensibus præbuistis. Hoc igitur mihi solum, confidenter enim dicam, prospere cessit, quum in reliquis omnibus supra quam dici potest miser sim. Sed vos tamen amicos meos non mediocriter eis quæ passus sum adiuvi. At confidere et, quod maius est, in eiusmodi salute exsultare, quis sanæ mentis homo a se impetret? an quia non ipsi quoque rumoris tam diri et acerbi tamque iniqui atque falsi inter Græcos dispergendi aucto-

μείνειε; πρότερον οὐχ ὅτι καὶ οὗτοι καταβεβοῆσθαι καταβόησιν εἰς τοὺς Ἕλληνας οὕτω μὲν ἀνήκεστον καὶ δεινήν, οὕτω δὲ ἄδικον καὶ ψευδῆ, ἀλλ' ὅτι οἱ μὲν ἐπιορκοῦντες Ἀριστείδης ἦν καὶ Φαιδρίας καὶ Τισίνικος καὶ Ἀλκμεωνίδης, οἱ δὲ ὀμνύντες ὑμεῖς; καὶ οὐ κατέπεσεν, ὦ θεοὶ καὶ δαίμονες οἱ τῆς ἀληθείας τῆς ἐν ἀνθρώποις ἵστορες, τὸ πρὸς ὑμῶν ὀμνυόμενον ἕδος τῆς θεοῦ, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ νεὼς ἐπὶ τὰ τῶν ἀλιτηρίων ἐκείνων βρέγματα τῶν τότε ὑμᾶς ὁρκούντων; ἀλλὰ νῦν μὲν ὑμῖν πιστεύουσιν ὅτι ὀμωμόκατε, πρὶν δ' ἄρα οὐχ ἐπίστευον; διὰ τί οὖν οὐχὶ κἀμὲ ὥρκωσαν, ἵνα κἀμοὶ πεισθῶσιν; εἰ δ' ἐμὲ μὲν πονηρὸν ἡγοῦντο, ὑμᾶς δὲ χρηστούς, διὰ τί οὐ καὶ ὑμᾶς ᾐτιῶντο τηνικαῦτα τοὺς χρηστούς, ὅτεπερ κἀμὲ τὸν πονηρόν; δεῖ γὰρ ἤτοι τὸν τρόπον τὸν ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἢ τὸν ὅρκον τὸν ἐπὶ τῷ θεῷ πιστὸν εἶναι καὶ πιστοὺς μὲν ὑμῶν εἰδότες τοὺς τρόπους οὐκ ἂν ἐπὶ τὸν ὅρκον ἦγον, πιστὸν δὲ εἰδότες τὸν ὅρκον οὐκ ἂν ἐφλυάρουν οὐδ' ᾐτιῶντο τὸν τρόπον. ἀλλ' οὐδέν ἐστι τούτων ὑγιὲς οὐδ' οὕτως ἔχον, ὦ Λέαγρε, ὥσπερ ἐκεῖνοί φασιν, ἀλλὰ τὰς μὲν παρούσας παροχάς, καθάπερ ἔλεγον, ὁ φθόνος αὐτῶν πεποίηται πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὔπω μετὰ Θεμιστοκλέα ἄλλου δέονται, ἀλλ' ὅτι ἐμοῦ πλήρεις εἰσίν. εἰ δ', οἷον εἰκός, ἔρρει τὰ κατ' ἐμὲ ἤδη, τηνικαῦτα δὴ ὀρρωδῶ μὲν ἐγὼ περὶ ὑμῶν, δεδιττέον δὲ ὑμῖν αὐτοῖς ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν μὴ κενὸς ὑμῶν ὁ ὅρκος γένηται πεπιστεῦσθαι μὲν οἰόμενοι, πιστεύσασι δὲ ἐξαπατώμενοι, κἀγὼ μὲν ὁ μὴ πιστευόμενος ὀμνὺς ἔξω βεβηκὼς ἀρκύων καὶ ἀρκυωρῶν τύχω, ὑμεῖς δὲ οἱ μαρτυρόμενοι ὅτι εὐσεβεῖς ἐστὲ καὶ εὔορκοι ἐς τάδε, ἐνασεβηθῆτε καὶ ἐνεπιορκηθῆτε ὑπὸ τῶν μαρτύρων. δεδίττει ἡμᾶς, ὦ Θεμιστόκλεις, καὶ δειματοῖς ταῦτα λέγων, φήσει τις ἴσως. σιωπῶν γὰρ ὑμᾶς οὐ δεδίττομαι, ἀλλ' εἰ μὲν λέγοιμι, ἀκούσεσθέ μου· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, οὐ μέμνησθέ μου ὅτι ἐγὼ μὲν ὁ πᾶσιν Ἀθηναίοις προστάξας ἐκλιπεῖν μὲν τὸ ἄστυ εἰς δὲ τὰς ναῦς ἐμβαίνειν καὶ πείσας, μᾶλλον δὲ ὑπακουσθεὶς οὐκ ἔπεισα τοὺς αὐτοὺς τούτους ἵνα μοι ἐπιχωρήσειαν οἰκῆσαι μετ' αὐτῶν Ἀθήνησιν; καὶ τί μετ' αὐτῶν λέγω; οὐδὲ δίχα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἑλλάδι. ἀλλ' ὁ Πύθιος αὐτοῖς (καὶ γὰρ τοῦτό με ἐκάλουν, ὅτεπερ τὸν χρησμὸν αὐτοῖς ἐξηγησάμην) οὔτε Δελφῶν οὔτε Δήλου, τὸ δ' ἐπὶ τούτοις εἶναι οὐδὲ Ξάνθου μοῖραν ἔχω, εἰ μὴ τελευτῶν εἰς Ὑπερβορέους ἐκτοπίσαιμι· καὶ ᾧ ὑπανέστησαν οἱ Ἕλληνες Ὀλυμπίαζε παρελθόντι ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ γυμνικοῦ ἀγῶνος, τούτῳ οὐχ ὅτι ἐν πανηγύρει καὶ θεάτρῳ τιμὴ καὶ προεδρία τὰ νῦν, ἀλλ' οὐδ' ἐν βεβήλῳ τῆς Ἑλλάδος οἴκησις, οὐδ' ἐν ἱερῷ ἱκετεία καὶ κατάφευξις. ταῦτα οὐκ ὀρρωδεῖτε, ὦ Λέαγρε, οὐδ' ὕπεισιν ὑμᾶς θάμβος, ἀλλὰ μετὰ τὸν ὅρκον πάντ' ἔχειν ὑμῖν οἴεσθε καλῶς; καὶ ἔχοι γάρ, ὦ δέσποινα Ἀθηνᾶ· ἀλλ' οὐδὲν οὕτως ἀνόητον ὡς ὅταν μὴ διαφέρωσιν εὐχαὶ καὶ ἐλπίδες. τί οὖν ποιητέον, ἐρήσῃ με. φεύγωμεν ἄρα μηδενὸς ἡμᾶς ἐλαύνοντος; οὐ λέγω τοῦτο,

res extitistis, sed quia qui peierarunt fuere Aristides et Phædrias et Tisinicus et Alcmæonides, vos autem, qui iurastis? neque, o dii ac dæmones veritatis inter homines tuendæ præsides, deæ simulacrum, in quod iurabatis, quin ipsum delubrum corruit in capita scelestorum hominum, qui ad iurandum vos adigebant? itaque nunc quidem fidem vobis habent, quod iurastis, antea vero non habebant? cur igitur a me quoque iusiurandum non exigebant, ut mihi quoque haberent fidem? sin vero me improbum, vos autem probos existimabant, cur vos scilicet probos criminabantur eo tempore, quo et me improbum? oportet enim aut moribus in homine conspicuis aut iuramento per deum præstito haberi fidem; quare si bonis vos esse moribus scivissent, non ad iurandum vos adegissent, sin vero falsum scivissent iusiurandum, non nugas egissent neque mores improbassent. Verum horum nihil, Leager, sanum est, nec sic se habet, ut illi dicunt, sed ipsorum invidia, ut dicebam, hisce me muneribus affecit, quia alio post Themistoclem non indigent, sed me fastidiunt. Quod si iam, ut apparet, res meæ pessum eunt, iam ego de vobis timeo, vobisque ipsis de vobis metuendum est, ne irritum iusiurandum vestrum fiat, qui, dum putatis vobis haberi fidem, ab eis qui habuere eludamini, et ipse, cui iuranti non crederent, retia atque venatores effugiam, vos autem, quibus pietatis sanctique iusiurandi testimonium hucusque suppetebat, impie ac perfide a testibus opprimamini. Timorem nobis incutis, Themistocles, struisque sollicitudinem his verbis, dicat aliquis. Certe tacendo timorem non incutio, sed dicentem me audietis; sin minus hoc, non meministis me cunctis Atheniensibus ut urbe relicta naves conscenderent præcepisse, idque quum suasissem vel potius persuasissem, eosdem tamen adducere non potuisse, ut mihi permitterent Athenis secum habitare? quanquam quid secum dico? Sed ne procul quidem ab Atheniensibus in Græcia, sed Pythio illorum mihi, nam hoc quoque nomine, quum oraculum ipsis interpretabar, me vocabant, nec Delphis consistere licet, neque Deli, quin per illos ne Xanthi quidem liceret, nisi postremo ad Hyperboreos emigrabo. Et cui Olympiam profecto ad spectanda gymnica certamina assurrexerunt Græci, huic iam non modo in solemnibus conventibus ac theatris quivis honor et primæ sedis dignitas negatur, verum etiam in profanis Græciæ locis domicilium atque in fanis securitas et refugium. Hæc non pertimescitis, Leager, nec obstupescitis, sed omnia vobis post iuramentum in tuto esse putatis? atque utinam sint, o domina Minerva: sed nihil tam stultum est, quam si a votis spes non differat. Quid igitur agendum? rogabis me. Fugiamus igitur nemine nos persequente? non hoc dico, verum non obdormiendum esse. Nolite credere, sed timete; res ipsa iubebit aut recedere, si opus fuerit, aut aliquid istic agere, dum ad agendum sitis parati. Sin autem curam nullam adhibueritis, res vestras pro-

ἀλλὰ μὴ κοιμᾶσθε· ἀπιστεῖτε, φοβεῖσθε. ὑποθήσεται τὸ τηνικάδε ἢ ἀποχωρεῖν, ἂν τούτου δέῃ, καὶ ποιον τις αυτη ἦν τοῦ ἔργου μόνον φροντίζητε. ἢν δὲ ῥαθυμῆτε πάντ' ἔχειν ἡγούμενοι κατὰ τρόπον, δέδοικα μήποτε ὁ δυστυχὴς ἐγὼ ὅλας τὰς Ἀθήνας ἄντικρυς ἀφῃρημένος ὦ. μέχρι γὰρ νῦν ἔχω τι αὐτῶν καὶ μὰ Δί' οὐχὶ τὸ φαυλότατον, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον περιόντων ἔτι καὶ ζώντων μοι τῶν φίλων. εἰ δ' οὖν ἐγὼ μὲν φυγὰς ὅποι ποτὲ γῆς ἀλώμενος, οἱ δ' ἐχθροὶ οὑμοὶ λαμπροὶ καὶ μέγα ἰσχύοντες, οἱ δὲ ἑταῖροι ὑμεῖς οὔτε αὐτόθι οὔθ' ὁμοῦ, δουλεία δ' ἐν τῷ μέσῳ παιδαρίων ὀρφανῶν πολλῶν, γυναικῶν ἐρήμων τῶν ὑμετέρων καὶ τῶν ἐμῶν, ἐνίων δὲ καὶ πρεσβυτῶν καὶ πρεσβυτίδων (ἐνίοις γὰρ αὐτῶν καὶ οἱ γονεῖς ἔτι εἰσίν), εἰ ταῦτα πάντα ἀθρόα ὥσπερ ἔφην καταλαμβάνοι, ἆρά γε οὐχὶ κἀμοὶ τῷ παντὶ ἄμεινον αὐτομολεῖν δεῦρο καὶ πάσχειν τὰ τοῖς ἐχθροῖς δοκοῦντα ἢ τούτων τι δρᾶν γιγνόμενον καὶ ἀκούειν λεγόμενον; τοιγάρτοι ταῦτά μοι οὕτως γε ὁσημέραι καὶ νυκτὸς ἐκφρόντιζε καὶ διακρίβου, ὦ Λέαγρε, καὶ τοῖς ἑταίροις ἡμῶν ἅπασιν ὑποτίθεσο καὶ παρηγόρει καὶ πρὸς ταῦτα προηγεῖσθαι διαπειρῶ μὴ μόνον τοῖς ὠρκωμένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνωμότοις, οἶσθα δὲ πάντας αὐτούς. καὶ ταύτης γε αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς ἄχρι τοῦδε τουτὶ πᾶν τὸ μέρος ἐπιδείκνυσο αὐτοῖς, εἰ βούλει, καὶ παραναγίγνωσκε, τὰ μέντοι μετὰ τοῦτο ἢ ἀπαλειψάμενος διάφθειρον ἢ ἀποτεμόμενος ἔχε, καὶ ἔξω μόνου σοῦ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις γενέσθω ἄγνωστον. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὅτι καὶ θερμὸν καὶ θρασὺν καὶ ἀποκεκινδυνευκότα μᾶλλον ἢ παρακεκινδυνευμένον ἀναρρίπτω κύβον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀναρρίπτω καὶ τολμῶ καὶ δέδοκταί μοι, κἀμὲ μήτε Λέαγρος οὑμὸς ἑταῖρος ἐπισχεῖν θελήσει τῆς ὁρμῆς (οὐ γὰρ ἐφέξει) μήτε Νεοκλῆς ὁ πατὴρ ἢ Θεμιστοκλῆς ὁ θεῖος ἀναβιώσαντες νῦν καὶ δεῦρο ἀφικόμενοι, ἀλλὰ μηδ' ὄρνις μηδὲ φήμη μηδ' αὐτὸς ὁ τὸ ξύλινον τεῖχος περιτειχίσασθαι τοῖς πολίταις σου θεσπίσας. ἀλλ' εὐφήμει, ὦ κράτιστε, καὶ θεοῖς εὔχου σωτηρίαν καὶ νόστον ἡμῖν ἀπήμονα ὀπίσω πέμψαι καὶ τὸ τέλος τῶν ἐγχειρουμένων μὴ μόνον ὡς ἐλπίζομεν ἀλλὰ καὶ ὡς ἄξιοι ἐσμὲν οὕτως ἡμῖν ἐπιθέσθαι. διέγνωκα γὰρ ἀπαίρειν ἐκ τῆς Ἐφέσου αὐτίκα παρὰ βασιλέα τὸν ὡς σὺ μὲν οἶσθα πολέμιον, ὡς δὲ Ἀθηναῖοί φασι (καὶ μαντεύοιντο, ὦ Ζεῦ δέσποτα, καὶ τἀληθῆ λέγοιεν) φίλον. προπέμπεταί τέ μοι παρ' αὐτὸν ἤδη, καὶ ἤπια τῷ ἀγγέλῳ ἀπεκρίνατο καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπέστειλεν, ὥστε με παντάπασιν ἐκπεπλῆχθαι καὶ θαμβεῖν ἐσχάτως, εἰ μὴ τοσοῦτο μόνον, ὅτι οὐδὲ ἡμεῖς ἀληθὲς οὐδὲν πώποτε οὔτ' εἴπομεν ἐκείνῳ οὔτ' ἐπεστείλαμεν. ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν ἡμᾶς μιμούμενος τύχοι βασιλεὺς ὢν μέγας, καὶ οὐδὲν οὕτω ψευδομένῳ χρήσιμον κακῶς ἡμᾶς ποιεῖν, παρὸν εἰ ἐβούλετο καὶ τἀληθῆ λέγοντα. ἐγὼ μὲν οὖν εἶμι ὡς ἐκεῖνον, ὅ τι δὲ δράσων ἢν δύνωμαι, αἰσχύνομαι μὲν λέγειν, ἀλλ' ὅτι βούλομαι πράττειν ἢν δύνωμαι· σὺ δὲ αὐτόθι ἐπιμέλου

spere cedere opinantes, miser ego vereor ne integre plane excidam Athenis. Adhuc enim partem illarum habeo et per Iovem non abiectissimam, sed præstantissimam, dum superstites mihi sunt amici. At si profugus ego fuerim quavis terræ parte, inimici vero mei clari et potentes vosque sodales neque istic neque una, et servitus immineat tot puerorum parentibus orbatorum, mulierum item vestro pariter ac nostro præsidio privatarum, prætereaque et senum nonnullorum atque anuum (quorundam enim et parentes adhuc vivunt), si hæc omnia confertim, ut dixi, inciderint, nonne mihi quoque satius fuerit omnino in fugam me conicere et pati quicquid hostibus placuerit, quam horum ut quicquam aut fieri videam aut narrari audiam? itaque hæc mihi, Leager, quotidie et noctu considera et expende, cunctosque sodales nostros, iuratos et iniuratos (nosti autem omnes), hortare atque admone, ut et his omni cura prospiciant. Atque huius quidem epistolæ ipsius totam istam partem, si placet, illis ostende atque lege, ea vero, quæ iam sequuntur, aut erasa dele aut præcisa tecum habe, ut te excepto nulli unquam hominum patefiant. Ego enim minime ignoro, iactare me aleam fervidam et temerariam ac desperatam potius quam periculosam; nihilominus tamen iacto et audeo et constitutum mihi est, meque nec Leager sodalis meus a proposito prohibere volet, non enim prohibebit, neque Neocles pater vel Themistocles patruus ab inferis iamiam excitati atque huc delati, sed nec augurium, nec omen, nec ipse qui oraculo civibus tuis, ut ligneo muro se circumdarent, edixit. Sed bene nobis ominare, vir optime, deosque precare, ut salvos nos et incolumes redire velint, et conatui nostro non modo quem speramus, verum etiam quo digni sumus imponant finem. Constitui enim Epheso statim ad regem me conferre, nobis, ut tu quidem scis, infensum, sed ut Athenienses aiunt, atque utinam divinent et verum dicant, amicum. Iam enim ad eum misi et nuntio comiter respondit et ad me scripsit, ut prorsus admirer et vehementer stupeam, quanquam eatenus tantum, quod nos quoque illi nihil veri unquam aut diximus aut scripsimus. At non, si nos imitaretur, magnus esset rex, neque eum iuvat talibus mendaciis nos lædere, quum, si velit, idem facere vera dicens possit. Ego igitur ad illum me confero, at quid facturus, si potero, pudet me dicere, dico tamen velle me, si potero. Tu vero istic res nostras cura, quanquam haud palam, quoniam sic ambobus nobis conducit maxime, at prudenter tamen, quemadmodum et facturum te persuasum habeo, ac magis velim ut palam

τε τῶν ἡμετέρων ἥκιστα μὲν ἐπιφανῶς, ὅτι οὕτως ἀμφοῖν συμφέρει, μάλιστα μέντοι πεφροντισμένως, ὥσπερ καὶ ὅτι ποιήσεις εὖ οἶδα ἐγώ· καὶ μᾶλλον γένοιτο φανερῶς σε ἐπιμέλεσθαι τῶν ἐμῶν ἢ ἀμελῶς αὐτὰ διατίθεσθαι δεδοικότα. ἀλλὰ κἀκεῖνό γε, εἴ με στέργεις, εὐλαβοῦ, πρῶτον μὲν σαυτοῦ ἕνεκα, ὃς ἐμοὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄξιος εἶ, εἶτα καὶ δι' ἐμὲ καὶ τἀμά, ἵνα πολὺν ἡμῖν χρόνον ὠφέλιμος ᾖς καὶ χρήσιμος. ταυτὶ μὲν ὧδε ἐπέσταλται ἡμῖν ᾗ ἐνόμιζον εἶναι παρὰ σέ, πειράσομαι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ὅπως ἂν ἡμῖν ἔχῃ, διαδηλοῦν σοι τάχιστα, ἵνα μηδὲν ἀγνοῇς τῶν ἐμῶν.

θ'. Καλλίᾳ.

Μὴ ζήλου, ὦ Καλλία, Ἀριστείδην τοῦ φθόνου· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος πολλά σε ἔφη ζηλῶσαι τοῦ πλούτου. καίτοι μακρῷ ἄμεινον ἦν, ἃ πάντες εὔχονται σφίσιν αὐτοῖς καὶ γενεαῖς σφετέραις, κἀκεῖνον ἀσπάζεσθαι, ἢ ἃ πάντες ἐχθαίρουσι καὶ ἐπάρατα ἡγοῦνται, ἐκεῖνά σε μιμεῖσθαι. μηδὲν οὖν αἰτιῶ μηδὲ σωφρόνιζε Ἀθηναίους ὅτι εἰκαίως χειροτονοῦσι καὶ ἐκ τῶν ἀναξίων αἱροῦνται προστάτας, εἰς ἐμὲ αἰνιττόμενος, ἀλλὰ πρῶτον ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι ἐπιπλήττεις αὐτοῖς νενικηκότας προστάτας κεχειροτονηκόσιν, ἔπειτα ὅστις ὢν αὐτὸς ταῦτα ληρεῖς καὶ ὅτι οὐδὲ μετὰ πολλοὺς ἄλλους Θεμιστοκλέας στρατηγὸς ὧδε ἀποδειχθῆναι δεδυνημένος. οὐ γὰρ τῶν τυμβωρυχησάντων τοὺς ἐν τοῖς λάκκοις ἐν Μαραθῶνι κατασεσηπότας Πέρσας, ἀλλὰ τῶν καταναυμαχησάντων καὶ ἀποκτεινάντων τοὺς ἐν Σαλαμῖνι καὶ ἐν Εὐβοίᾳ παραταττομένους ἔδει στρατηγῶν τῇ πόλει, οὐδὲ καθόλου ἡγεμονων πολλὰ μὲν χρήματα κεκτημένων, ὁπόθεν δὲ αὐτὰ κέκτηνται εἰπεῖν οὐ δυναμένων, ἀλλὰ μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα διαπραξαμένων. σὺ δὲ ἐν οἷς μὲν δυνατωτατος ἦσθα αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν ὀνήσας τὴν πόλιν, ἐν οἷς δὲ ἀχρηστότατος εἶ πάντων Ἀθηναίων, ἐν τουτοις περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπιχειρεῖς, καὶ πλοῦτον μὲν τοσοῦτον ὄντα, ὅσον οὐχ ὀλίγαι μυριάδες Περσῶν ἐπλούτουν, οὓς παντας σοι ἐκληρονομήσω, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀφελόμενος τους μαχεσαμένους αὐτοῖς καὶ τὴν πόλιν σύμπασαν τὰ λάφυρα, οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα οὐδὲν ὤνησας οὐδέποτε την πατρίδα, λόγοις δὲ ἄρα, ἐν οἷς σὺ ἀδυνατωτατος, σωφρονίζειν αὐτὴν ἐπιχειρεῖς καὶ περὶ πολεμικῶν ἔργων, ἐν οἷς ἀχρηστότατος εἶ καὶ ἀνανδρότατος, ἐπιτιμᾷς Ἀθηναίοις οὕτω καὶ μὴ οὕτω διαγνοῦσιν. ἀλλ' ὧδε ἔχει, ὦ Καλλία. τοὺς λέοντας ζωοὺς μὲν ὄντας οὔτε οἱ ταῦροι ὑπομένουσιν οὔτε ἄλλο τι τῶν παμμεγάλων καὶ ἀλκίμων θηρίων, πεσόντων δὲ αὐτῶν καὶ κειμένων οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ καὶ οἱ μύες ἐπ' αὐτοὺς ἀναβαίνουσιν. ὥστε καὶ σὺ νῦν μὲν ἐφάλλῃ ἡμῖν ᾗ βούλει καὶ ἐμπηδᾷς, ὅτι πᾶσιν ἐσμὲν περίπατος· οὐδὲν μέντοι τῶν ἀδοκήτων, εἰ καὶ ἡμῖν ποτὲ ἔτι γοῦν ἐμπνέουσι καὶ τὴν ψυχὴν ἔχουσι δώσει

rebus meis curam adhibeas quam ne quid earum negligas præ timore. Verum illud quoque, si me amas, caveto, primum quidem tui ipsius caussa, tanti enim te quanti meam animam facio, deinde vero et propter me measque res, quo diu nobis adiumento et præsidio sis. Et hæc quidem sic, ut necessarium videbatur, ad te nobis perscripta sunt : ad reliqua quod attinet, dabo operam, ut, quomodocunque nobis cadant, quam primum scias, ne quid tibi mearum rerum sit ignotum.

IX. Calliæ.

Noli, Callia, invidiam Aristidi invidere : nam et ille se non magnopere dixit invidere tibi opulentiam. Quanquam longe præstitit, quod sibi omnes suisque posteris optant, illum quoque diligere, quam ea, quæ omnes oderunt et detestanda iudicant, te persequi Noli igitur criminari Athenienses atque castigare, quod magistratus creent temere et ex indignis eligant, me significans. Sed primum hoc considera, quod ipsos reprehendis, qui magistratus victoria reportata claros creant, deinde qui sis ipse, qui hæc nugaris, quodque ne post multos quidem Themistocles dux designari potueris. Non enim qui sepulcris ad Marathonem effossis putrefacta Persarum cadavera despoliavere, sed qui commisso ad Salaminem et Eubœam duces navali prœlio hostiles prostravere copias, his opus erat civitati magistratibus, nec talibus, qui multis corrasis pecuniis, unde has sibi comparaverint dicere nequeant, sed qui magna et egregia facinora perpetrarunt. Tu vero, qui, quo plurimum valebas inter omnes, nullum civitati commodum attulisti, id ipsum, in quo omnium Atheniensium minime ei utilis es, consectari studes atque exercere, ac tantas licet possideas opes, quantis affluebant non paucæ Persarum myriades, quorum omnium tu heres factus es, nescio quomodo eis, qui cum ipsis pugnaverant, ipsique urbi detractis spoliis nec parvum nec magnum unquam patriæ commodum attuleris, sermone vero, quo infantissimus es, illam castigare audeas, deque bellica re, in qua inertissimus es atque ignavissimus, quod ita, neque aliter decreverint, obiurges Athenienses. Sed res sic habet, Callia. Vivos leones nec tauri sustinent nec ulla ferarum magnitudine et robore præstantium, prostratis vero ac iacentibus non mirum si et mures insultant. Quare et tu nunc quidem, ut lubet, insilis et irruis in nos, quum ludibrio sumus omnibus. Neque vero præter exspectationem fiet, si nobis quoque spiritum adhuc ducentibus animamque habentibus deus dederit, ut huius tuæ ora-

θεὸς ὑπομνῆσαι ταύτης τῆς δημηγορίας. δώσει δ', εὖ οἶδ' ὅτι δώσει. οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα, φασὶν οἱ ποιηταί.

ι'. Ἀβρωνίχῳ.

Τεθάρρηταί μοι τὰ μεγάλα καὶ δεινὰ ἐκεῖνα, ὦ Ἀβρώνιχε. ἧκέ σοι παρ' ἡμῶν Εὐξίθεος ἀπὸ γλώττης διαλεξόμενος καὶ δηλώσων ὅπως μοι διέγνωσται, σὺ δ' ἐσιώπας, ὡς ἔφασκεν ἐκεῖνος, εἰς τὴν γῆν κύπτων, ἐπαινεῖν μὲν οὐκ ἔχων, ὡς ἐμὲ εἰκάσαι, κωλύειν δ' οὐκ ἐθέλων. καὶ καλῶς ἐποίεις· οὐ γὰρ ἂν ἐκώλυσας, βλασφημεῖν δ' οὐχ ἥρμοττεν. ἀλλ' εἶμί γε, εἶμι, καὶ ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἤδη καθεζόμενος ταυτὶ γέγραφα. εὖ πρᾶττε καὶ περὶ ἡμῶν εὐθύμει.

ια'. Ἀμεινίᾳ.

Εἰ καὶ μὴ κεχρήμεθα ἀλλήλοις πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἐοίκαμεν ἀλλήλοις πάντα τὸν βίον, αἵ τε χρεῖαί μου κεκοινώνηνται, μεγάλαι δέ, ὥστε ἀποχρῆναι ἡμῖν τὴν ἡμέραν ᾗ ἐναυμαχοῦμεν ἐν ταὐτῷ, οὐ στρατιᾶς μέρος ὄντες, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὃν σὺ οἶσθα καὶ οἱ πλείους τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων, σὺ δὲ τριήραρχος ὢν τοῦ παντὸς ἀριστεύων ναυτικοῦ· ἥπερ μείζων καὶ βεβαιοτέρα φιλία ἢ συναριστῶσι καὶ συνδειπνοῦσιν ὁσημέραι ἀνθρώποις, εἰ καὶ δοίης τὸ Τιθωνοῦ δὴ λεγόμενον γῆρας, διὰ τὸν χρόνον ἂν γένοιτο. πρός γε μὴν οὕτως ἀνδρεῖον ὄντα σε καὶ δίκαιον οὐδὲ ἀμνήμονα εἶναι πείθομαι ὧν χρεὼν μεμνῆσθαι, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ὁρᾶν ἐκεῖνον οἴεσθαι παρόντα, ἐν ᾧ σὺ μὲν ἐπιβόητος εἰς πάντας ἐγένου δι' ἡμᾶς, ἡμεῖς μέντοι διὰ σὲ πολλοῖς καὶ δυνατοῖς οὐκ Ἀθηναίων μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων προσεκρούσαμεν. ἢ πῶς οὐ δεινὸν ἂν γένοιτο Ἀλκιβιάδην μὲν καὶ Στράτιππον καὶ Λακρατίδην καὶ Ἑρμοκλέα τοὺς Ἀθηναίους, τὸν Αἰγινήτην δὲ Ἀριστείδην καὶ Δόρκωνα τὸν Ἐπιδαύριον καὶ Μόλωνα τὸν Τροιζήνιον καὶ πολλοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων προδοσίαν τῆς ἐμῆς στρατηγίας καταδικάζειν, δι' ἣν αὐτὸ τοῦτο ὧν ἕκαστος βούλεται τοῖς ἄρχουσιν ὑπάρχει τὰς οἰκείας οἰκεῖν πατρίδας, ἀρκουμένοις ὅτι περὶ σοῦ μοι δι' ἀπεχθείας ἐγένοντο; καὶ ἐδικάσαντο ὀρθὴν τὴν ὑπὲρ τῶν ἀριστείων δίκην, ἐνεμέσησάν σε δὲ δι' ὃν ὑπ' ἐκείνων καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ ἄγομαι καὶ φέρομαι, μὴ οὐχὶ τὸ ἑαυτοῦ τε καὶ τὸ ἀντὶ πάντων ἐκείνων εἶναί μοι φίλον. καὶ ἐρρωμενέστερον τῷ παντὶ τῆς εὐχαριστίας μετὰ τοῦ δικαίου ἡμῖν ὑπάρξει ἡ μετὰ τοῦ ἀδίκου μνησικακία, καὶ μεῖζον ἐκεῖνοι δυνήσονται κακοῦντες ἡμᾶς ἀδίκως ἢ σὺ δικαίως εὖ ποιῶν; ἀλλ' οὐ γὰρ πείθομαι ταῦτα ὑπὲρ Ἀμεινίου τοῦ Εὐφορίωνος, ἀνδρὸς οὐ τὴν πατρῴαν μόνον εὐγένειαν γενναίου ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν συγγενῶν, Κυνεγείρου μὲν ἐν τῷ Μαραθωνιακῷ πολέμῳ διενεγκόντος τὰ πολεμικά, Αἰσχύλου δὲ ἐν παντὶ τῷ βίῳ κατὰ παι-

tionis memoriam repetamus. Dabit autem, sat scio. Non succedunt male facta, aiunt poetæ.

X. Habronicho.

Magnum illud ac grave facinus ausus sum, Habroniche, quod mihi propositum esse tibi quoque Euxitheus meo nomine coram declaravit, tu vero tacebas, ut ille aiebat, in terram defixis oculis, quod, ut conicio, probare non poteras, sed nolebas impedire. Et recte quidem: nam non impedivisses, obiurgare autem non conveniebat. Sed eo iam, eo, sedensque in curru ista scripsi. Vale, et quod ad nos attinet, bono sis animo.

XI. Aminiæ.

Etsi diu inter nos non sumus conversati, per totam vitam tamen similes nobis fuimus, et alter alteri non crebro quidem, sed præclaram navavimus operam, ut nobis sufficiat unus ille dies, quo pugnam navalem simul pugnavimus, non ut exercitus pars, verum ego, quem tu nosti et plurimi hominum, tu vero trierarchus totius classis præstantissimus, quæ maior et firmior amicitia est, quam quæ prandia cœnasque communes quotidie agentibus, etiamsi Tithoni quæ fertur senectam eis offeras, ob diuturnitatem obtingat. Hunc tam fortem qui es ac probus ad memoriam eorum, quæ meminisse oportet, excitandum esse persuasum habeo; itaque tempus illud coram cernere puteo, quo tu quidem apud omnes nominis famam nostra caussa adeptus es, nos vero propter te apud multos ac potentes non tantum Atheniensium, sed et aliorum Græcorum offendimus. Aut qui tolerari possit, Alcibiadem et Stratippum et Lacratidam et Hermoclem Athenienses, Æginetam item Aristidem et Dorconem Epidaurium et Molonem Trœzenium multosque alios Græcorum proditionis me reum agere ob imperium gestum, propter quod id ipsum pro arbitrio facere ducibus licet suas habitare patrias satis habentibus, quia tua caussa eorum inimicitiam suscepi? et iustam quidem de victoriæ præmio deferendo sententiam tulerunt, sed inviderunt tibi, propter quem ab illis aliisque multis agor atque feror, non tam quod . . . . quam quod pro omnibus illis amicus mihi esses, iamque iniqua maleficiorum recordatio fortior omnino erit acceptorum a nobis beneficiorum iusta memoria, ac plus illi valebunt ad mala nobis præter ius inferenda quam tu ad res meas iuste tuendas. Verum non credam hæc de Aminia Euphorionis filio, viro non paterna solum, sed et consanguineorum nobilitate illustri, Cynegiri, qui bello Marathonico egregia bellicæ virtutis opera præstitit, et Æschyli, qui per totam vitam eruditionis ac prudentiæ laude præstat. Sed tu et te ipsum imitabere et fratrum

δείαν καὶ σωφροσύνην διαφέροντος. ἀλλὰ καὶ μιμήσῃ αὐτὸς ἑαυτὸν καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ὅμοιος ἔσῃ καὶ τῷ σεαυτοῦ ναυάρχῳ βοηθήσεις. ἡ δὲ βοήθεια ἀρίστη ἀντέχειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἑκάστοτε. καὶ ἐν μὲν τοῖς δημοσίοις συλλόγοις εἴ τι καινότερον ἐφ' ἡμῖν ῥάπτοιτο καὶ μηχανῷτο ὑπὸ τῶν ἐξελασάντων ἡμᾶς ἢ κατὰ τῆς ἀθλίας μου γυναικός, εἰ καὶ σὺ τῶν ἡμετέρων ἐπαγγέλλοιο συλλαμβάνειν καὶ ὑπουργεῖν τὰ μέτρια, εὖ ποιήσεις· εἰ δὲ ἐπαγγέλλοιο, οὐδέν σε ὀχλήσει πλὴν ἐπιμελείας καὶ ἐπαχθοῦς φροντίδος.

eris similis, tuoque duci feres auxilium. Optimus vero ferendi auxilii modus est, continenter obniti in concionibus. Atque in publicis conventibus ubi novi quid mali in nos vel miseram meam uxorem consuatur et instituatur ab eis, qui nos in exilium eiecerunt, si tu quoque rebus nostris non defecturum, sed opem quantum par est te laturum pollicearis, bene de nobis meritus fueris : quod si pollicearis, nihil plus molestiæ habebis quam quod diligentem laboriosamque curam susceperis.

ιβ'. Ἀριστείδῃ.

Ἤραμεν εἰς Πέρσας, ὦ Ἀριστείδη, ἤραμεν, καὶ οὐδὲν δεινὸν ἐπάθομεν ὑπ' αὐτῶν. οἶδα δὲ ὅτι κατὰ σαυτὸν μὲν θαυμάσῃ, τοῖς δὲ ** προσποιήσῃ μὴ παρ' ἐλπίδα σοι τοῦτον τὸν λόγον λελέχθαι, ἀλλὰ καὶ τεκμηρίῳ χρήσῃ πρὸς τὸ πλῆθος ὅτι βεβαιοῦταί μου ἡ διαβολὴ τῇ τ' ἐμῇ εἰς ἐκείνους ἐλπίδι τῇ τε ἐκείνων φιλοφροσύνῃ εἰς ἐμέ. ἀλλ' ὅταν ταῦτα ληρῇς ἔχων, ἐπιπεσέτω σοι τὸ ἐν Σαλαμῖνι τρόπαιον· ἔστι δὲ λίθινον, οἶσθα, καὶ νεανικῶς εὐμέγεθες. οὐκ ἂν ἔτι, ὡς ἐγῷμαι, τὸν δῆμον ταράττοις οὐδ' ἄλλοις εὐεργέταις φθονοίης, εἴ τις ἄρα δαίμων, οὐ κατὰ τὴν σὴν ἀλαζονείαν δίκαιος ἀλλ' ἀληθινῶς, ἐκείνην τὴν πέτραν εἰς τὴν ἐπάρατόν σου καὶ ἀχάριστον κεφαλὴν ἐμβάλοι. ἐμὲ δὲ οὐκ ἀντευποιῶν περισώζεται βασιλεὺς ὁ μέγας (ἧπου τὰ μέγιστα ἂν ἡμῖν χαρίζοιτο ἀμειβόμενος, παθὼν ἃ ἐπεπόνθει), ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ἐχθρὸν ᾔδει με αὐτοῦ, τῆς δ' ἀρετῆς ἐθαύμαζεν καὶ τῆς τύχης ᾤκτειρε. τοιγάρτοι κινδυνεύειν αὐτοὶ περὶ ἐμοῦ ἐπιπρεσβεύεσθε παρ' ἐκεῖνον, ᾗποιπερ αὐτοὶ ἠδικεῖτε, ἣν ἐκεῖνος βοηθοίη ἀδικουμένῳ, αὐτοί τε ἐλεεινὸν ἐποιεῖτε ἐκβάλλοντες, ὃ δὲ ἄρα ᾤκτειρεν εἰκότως ἐκβεβλημένον. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐλεεινοὶ τὰ νῦν ἔτι οἱ φυγάδες ἡμεῖς. ὥστε πνιγέσθω μὲν ὁ Λυσιμάχου υἱὸς Ἀριστείδης, πνιγέσθω δὲ πᾶς, ὅτῳ μὴ καθ' ἡδονήν ἐστιν ὅτι δεξιώτερα ἡμῖν ἀπήντηκεν ὧν αὐτὸς ἤλπιζεν.

XII. Aristidi.

Profecti sumus, Aristides, ad Persas, nec quicquam ab eis passi sumus mali. Ac tecum ipse, scio, miraberis, publice vero simulabis, quasi haud præter spem hic tibi sit allatus nuntius, simulque et hoc apud plebem utere argumento, quod in illis spem posuerim eique benigne in me se gesserint, calumniam in me collatam comprobari. At hæc ubi nugaberis, ruat in te tropæum Salamine erectum (lapideum illud esse nosti et mole permagnum), ne maiores in populo turbas commoveas; desinesque invidere aliis bene meritis, si quis deus non pro tua arrogantia sed vere iustus saxum illud in exsecrandum tuum et ingratum caput immiserit. Me vero vult salvum rex magnus non ut gratiam referat — nimirum summa nobis gratificabitur rependens post ea quæ perpessus est — verum alioqui quidem inimicum me sibi esse novit, sed virtutem meam admiratus est et fortunam miseratus. Itaque mea caussa si legatos ad eum miseritis, in periculum ipsi incidetis, siquidem et ipsi iniuriam committebatis, quo ille iniqua passo ferret opem, et ipsi miserandum reddebatis eicientes, quem ille eiectum miserabatur merito. Verum enimvero nunc quidem miseri non amplius sumus nos exules. Itaque disrumpatur Lysimachi filius Aristides et quivis alius, cui, quod commodius nobis res evenit quam ipse sperabat, displicet.

ιγ'. Πολυγνώτῳ.

Ἦπου σύ γε, ὦ Πολύγνωτε, τὰς ναυμαχίας ἡμῶν καὶ τὰς στρατηγίας ἐννοούμενος ἐγκελεύῃ καὶ τὴν ἐκ τῆς πατρίδος μετάστασιν ἡμᾶς γενναίως φέρειν. ἡμεῖς δ' ἀπιόντες μέν, ὅτε καὶ ἐν ὄψει εἴχομεν τὰ καταλειπόμενα, θρασύτερον αὐτοῖς ἐπηγγελλόμεθα καρτερήσειν τὴν ἀπουσίαν, καὶ αὐτοὶ τὰς ναυμαχίας ἐννοούμενοι καὶ ὅσα ἄλλα ὑπεμείναμεν ὅμοια ᾠόμεθα ὑπὸ γενναιότητος καὶ ταῦτα διενεγκεῖν, καὶ οἶσθα ὅτι οὐκ ἄγαν ὀδυρόμενοι μεθιστάμεθα. νῦν δ' ἡμῖν ὁ χρόνος, ὦ Πολύγνωτε, οὐ λήθην ὧν ἀπελείπομεν παρέχει οὐδὲ συνήθειαν τῆς φυγῆς, ἀλλ' ἡ μὲν φυγὴ κούφη ἂν ἦν μὴ μακρὰ οὖσα, τὰ δ' ἀπολειφθέντα ἔτι ποθεινότερα ὑπὸ τοῦ χρόνου γίγνεται, καὶ οὐ παραμυθία τίς ἐστιν ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα γενναίως ὑπέμεινα ἐγὼ μαχόμε-

XIII. Polygnoto.

Tune igitur, Polygnote, navalia nostra prœlia et imperii dignitates considerans exilium quoque nos forti animo ferre hortaris? Nos vero abeuntes quidem, quum adhuc quæ relinquenda erant ante oculos habebamus, audacius nobis ipsis, absentiam toleraturos nos esse, promittebamus, atque ipsi navalia prœlia in mentem revocantes quæque eiusmodi alia sustinuimus, arbitrabamur quo sumus forti animo hæc quoque perlaturos, et scis non admodum lugentes nos discessisse : nunc vero tempus, Polygnote, neque in eorum quæ reliquimus oblivionem neque in exilii assuetudinem nos adducit. Iam leve quidem esset exilium non diuturnum, at eorum quæ reliquimus tempore crescit desiderium. Neque ulla consolatio est, quod pugnans cum barbaris periculaque

νος τοῖς βαρβάροις καὶ κινδυνεύων, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ καὶ ταῦτα ἐναντία γίγνεται· δοκῶ γὰρ δὴ καρτερῆσαι καὶ ταῦτα, ὅπως μοι παρῇ ἀπολαύειν Ἀθηνῶν. καὶ ὑπὸ τούτου μᾶλλον, ὦ Πολύγνωτε, ἐπιδιδόασιν αἱ φροντίδες, εἰ πολλοῖς μὲν ἄλλοις μηδὲ θεαταῖς γενομένοις τῶν περὶ Εὔβοιαν ἢ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχιῶν ἔνεσται βιοῦν ἐν Ἀθήναις καὶ ἐκβάλλειν οὓς βούλονται καὶ μετακαλεῖν εἰ δόξειεν, ἡμῖν δὲ τοῖς εἰ καὶ βραχὺ συλλαβομένοις φυλαχθῆναι ταύτην Ἀθηναίοις τὴν ἐξουσίαν μόνοις οὔτε ταύτης οὔτ' Ἀθηνῶν μέτεστιν, ἀλλὰ καλούμεθά τε ὃ τοῖς ἐχθίστοις ἥδιστον καλεῖν, φυγάδες, αὐτοί τε ὅτι τοῦτ' ἐσμὲν αἰσθανόμεθα, ἔρημοι μὲν ὑμῶν τῶν φίλων, ἔρημοι δὲ οἴκων καὶ ἑστίας ἐφ' ἧς τὰ κατὰ Μήδων ἐπινίκια ἐθύσαμεν, πάροικοι δ' ἀλλοτρίας γῆς τε καὶ πόλεως, καὶ τάχα καὶ ἀποθανούμεθα φυγάδες ἀκμὴν μένοντες. ἦ μάλα γὰρ ἄψυχοι ἐμαχόμεθ' ἂν τοῖς πολεμίοις, εἰ ταῦτά τις ἐλπὶς ἡμῖν προύφαινεν. ἢ μετεδιώκομεν ἂν ταῦτα φέρουσαν τὴν νίκην, εἰ μετὰ Μήδους παρὰ Λακεδαιμονίοις περὶ τῆς Ἀθηναίων πόλεως ἐκινδυνεύομεν; Ἀργεῖοι γὰρ ἀποδεινενειν καὶ Ἀργείοις τἀγαθὰ εὔχεσθαι καὶ ἄλλῃ τινί πως καὶ πάσῃ πόλει, ἐπείπερ πάσης ἡμῖν μέτεστιν ἔξω Ἀθηνῶν. ἀλλὰ σχέτλιά γε καὶ ταῦθ' ὑπὸ τῆς φυγῆς ἠναγκάσμεθα εἰπεῖν ὥσπερ ὑπὸ μανίας. τί γὰρ ἡμᾶς Ἀθηναῖοι κακόν, ὦ Πολύγνωτε, τί δ' οὐκ ἀγαθὸν εἰργάσαντο; ἢ πῶς οὐ ψευσόμεθα, καὶ οὗτοι οἱ λόγοι ἔργου ἐλθόντος ἀποδράσονται; οὐ γάρ, εἰ Μῆδοι πάλιν τῇ Ἀττικῇ ἐπιχειροῖεν, ἀκίνδυνος, ὅτι φυγάς εἰμι, δόξω εἶναι, οὐδὲ τῶν μὴ τοιαῦτα πεπονθότων τὸν ἀγῶνα ἡγήσομαι, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ναύαρχος ἢ στρατηγός, ὦ Πολύγνωτε, φυγάς γε μαχοῦμαι, καὶ οὔθ' ἱππάσασθαι παρὰ τοῦτο χεῖρον ἄν μοι γένοιτο οὔτε νηὶ χρήσασθαι, πολὺ δ' ἂν καὶ εἰδείην νῦν ὑπ' ἐμπειρίας ἄμεινον ἢ τότε μαχητὴς γενέσθαι. καὶ φυγάδας μὲν ἡμᾶς δύναιντ' ἂν οἱ κάκιστοι Ἀθηναίων ποιεῖν, κακοὺς δὲ οὐδέποτε. ἔδει δὲ ἄρα ἡμᾶς καὶ ἐν ταῖς καθ' ἡμῶν αὐτῶν κολάσεσιν αἰσθέσθαι ἧς Ἀθηναίοις ἐσώσαμεν ἐξουσίας. καὶ ταῦτα μὲν ἐνθυμεῖσθαί τε πολλάκις ἡμῖν ἔστι καὶ λόγων πληροῦσθαι μυρίων, καὶ ἀντιμάχεσθαι δοκῶ ταῖς φροντίσιν, ἡ δὲ παροῦσα ἐρημία δεινὴ ἀντίκειται μεθέλκουσα καὶ ἑαυτῆς ποιοῦσα τὸν νοῦν, καὶ δὴ καὶ ἀπάγει ἡμᾶς τῶν ἰσχυροτέρων λογισμῶν. καὶ οὐδὲ Ἀργείων οἱ πλεῖστοι παρόντες ἡμῖν ἀντεροῦσι μὴ ἐρημίαν εἶναι ταῦτα, ἀλλ' ἅμα τῷ πλήθει τῷ τούτων καὶ ἡ τῶν φίλων τε καὶ οἰκείων ἀπουσία φαίνεται. ἀλλ' εἰ μὲν ἔρρωται ἤδη σοι τὸ θυγάτριον, ἣν προυτείνου τῆς κατοχῆς αἰτίαν, ἀφικνοῦ πολλὰ τῶν λυπούντων ἡμᾶς ἀφαιρησόμενος· ὅ τι δ' ἂν ᾖ τὸ κατέχον, ταῦτα μὲν λυθῆναι εὐχόμεθα, Μεγακλέα δὲ μᾶλλον ἔτι καὶ σὺ παρὼν αὐτῷ καὶ ἐγὼ γράφων ἀναπείθωμεν ἐκτελέσαι ποτὲ ἐλθόντα τὴν ἡμετέραν ἐλπίδα καὶ παύσασθαι ὑπισχνούμενον.

sustinens multa alia etiam fortiter pertulerim, verum cogitatio hæc animum in contrariam trahit partem: videor enim ista tolerasse, quo frui liceret mihi Athenis, atque hinc mihi augescunt, Polygnote, curæ, si multis aliis, qui ne spectatores quidem fuere navalium certaminum ad Eubœam et Salaminem, licebit Athenis vitam agere et eicere quos velint et si libuerit revocare, nobis vero solis, qui aliquantulum certe ad hanc servandam Atheniensibus potestatem contulimus, neque huius ipsius, neque Athenarum compotes fieri conceditur, sed eo vocamur nomine, quo inimicissimi libentissime utuntur, exules, ipsique hoc nos esse persentiscimus, orbati quippe vobis amicis, domoque orbati atque aris, in quibus ob partam victoriam sacra fecimus, alienæ terræ civitatisque inquilini, immo fortasse mortem quoque appetemus de exilio nondum revocati. (3) Num enim fortiter cum hostibus pugnavissemus, si quæ suspicio hæc nobis præmonstrasset, an hæc ferentem victoriam essemus consectati, si post devictos Medos ob Lacedæmonios civitatis Atheniensium amittendæ periculum nobis fuisset subeundum? Argivi igitur..............., et pro Argivis vota suscipienda proque alia quavis civitate, siquidem ad omnes præter Athenas nobis patet aditus. Sed hæc quoque impia verba ut expromerem exilium me tanquam furor impulit. Quo enim malo Athenienses, Polygnote, quove non beneficio me affecere? Aut quomodo fieri potest ut non ipsi hæc fallamus, neque verba ista agendi tempore oblato sponte dilabantur? (4) Non enim, si iterum Medi adoriantur Atticam, a periculo, quippe exul, censebo mihi esse abstinendum, neque eorum, qui tale nihil quicquam passi sunt, certamen esse arbitrabor, sed etsi non classi aut exercitui præfectus, exul tamen dimicabo, neque hinc contigerit mihi, ut equo aut navi deterius utar, immo experientia firmatus aptior quam antea ad pugnandum fuerim. Atque in exilium quidem proicere nos potuerint nequissimi Atheniensium, at pravos nunquam fecerint. Fieri itaque non potuit quin ipso nobis supplicio irrogato, quam Atheniensibus servassemus potestatem experiremur. Et hæc quidem accidit ut sæpenumero perpendam, atque cogitationibus abundans ærumnis istis repugnare mihi videor, sed præsens ab altera parte gravis præponderat solitudo et mentem ad se pertrahit, iamque a gravioribus nos avocat cogitationibus. Neque Argivorum plurimi, quos habeo præsentes, negabunt hanc esse solitudinem, verum simul cum horum multitudine amicorum apparet et necessariorum absentia. Sed si iam tibi filiola valet, quam te detinentem caussam obtendebas, veni multis quæ nos mœrore affligunt liberaturus. Sed quidquid est quod te detineat, hoc quidem removeri exoptamus, Megaclem autem magis etiam et tu coram et ego litteris inducamus, ut suo adventu demum spem nostram expleat et finem faciat promittendi.

ιδ'. Παυσανίᾳ.

Ἀπολελόγησαι ὑπὲρ τῆς τύχης, ὦ Παυσανία· δι' ὧν γὰρ οὕτως ἠτύχηκας δικαίως ἀφῄρησαι καὶ ἡμᾶς τοῦ κατηγορεῖν ἔτι τῆς τύχης. σὺ γὰρ ἐπιχειρῶν Μῆδος γενέσθαι Λακεδαιμόνιος ὤν, καὶ Μήδοις προστιθεὶς τὴν Ἑλλάδα ἀρχῆς μὲν ἀπεστέρησαι ἧς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ εἶχες, καὶ ἐξουσίας δι' ἧς ταῦτα ἔπρασσες, αὐτὸς δὲ περιειη καὶ κατὰ καιροῦ ποθεῖς, ἐν ᾧ τὰ διεγνωσμένα καὶ δρᾶσαι δυνήσῃ, ὥστε σὺ τὴν τύχην ἠδίκηκας, ἣν τότε εἶχες, οὐ σὲ ἐκείνη. καὶ νῦν ἔτι εὐτυχεῖς, ὅτι κινδυνεύσεις ἀκμὴν καὶ μέλλεις ἀποθανεῖσθαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων· ἕξεις παραμυθίαν ὅτι καὶ οὐκ ἀδίκως ἀποθνήσκεις. Ἀρταβάζῳ ὑπερφυῶς ἔνσπονδος εἶ καὶ βασιλέως γαμβρὸς εἶναι ὀρέγῃ. καὶ πῶς ἴσα ἀντὶ ἴσων οἴει διδόναι τε καὶ λαμβάνειν, ὅς γε λαμβάνεις μὲν γυναῖκα βάρβαρον καὶ γῆν μετ' αὐτῆς Καρῶν τάχα ἢ Φρυγῶν, δίδως δὲ γῆν τε τὴν Ἑλληνίδα καὶ πόλεις τὰς Ἑλλήνων, καὶ οὐδὲ Λακεδαίμονα ἐξαιρεῖς; καὶ τελέσειν ἃ διέγνωκας, ὦ μάταιε, ἐλπίζεις ἀποτυχών τε λήσειν, ὅτι σου τὸ φρόνημα μόνον ἦν προδότου, τὰ δὲ ἔργα ὑστέρησεν; οὐ τοσοῦτον ὦ Παυσανία διείργεται τῆς Πελοποννήσου ἥ τε Τρῳὰς ἀκτὴ καὶ Κολωναί, ἔνθα σοι καταδύντι τὰ βασιλεῖ συμφέροντα μέλει, ὥστε τῶν σῶν ἔργων κωφὰ τἀνθάδε εἶναι, ἀλλά σοι τὰ πρὸς βασιλέα ὁ τολυπεύων ἐστὶ Γογγύλος ὁ κάκιστος Ἐρετριέων, εἴ γε τούτῳ ἀγαθῷ κέχρησαι ἀγγελιαφόρῳ, εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα φῆμαι ταῦτα ἀγγελιαφοροῦσι καὶ Μναστορίδας, ὃν σὺ Λακεδαιμόνιον ὄντα καὶ μένειν τοῦτο βουλόμενον καί σοι ῥῆσιν ἀεὶ ποιούμενον τὸν ἐν Σπάρτῃ νόμον ὑβρίσας ἔχεις καὶ μόνος τῆς προδοσίας ἀπολαύεις. ἀλλὰ σκόπει, ὦ σχέτλιε, εἴ τί σε Ἀρτάβαζος ὀνήσει Λακεδαιμονίων καλεσάντων ἢ ἡ βασιλέως θυγάτηρ ἤδη οὖσα ὡραία γάμου. καὶ σοὶ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν γραφόμενα πολὺ γενέσθω χαλεπώτερα καὶ δι' ἡμᾶς, ὅτι σοὶ ταῦτα αὐτοὶ φυγάδες ὄντες ὀνειδίζομεν.

XIV. Pausaniæ.

Fortunam meam, Pausania, defendisti: his enim, in quibus versaris, malis nobis iure fortunam adhuc accusandi facultatem eripuisti. Nam tu quum, Lacedæmonius qui sis, Medus esse velis ac Medis adiungas Græciam, imperium, quod in Hellesponto tenebas, amisisti et qua hæc agebas potestatem, ipse vero. . . . . desideras opportunitatem, qua possis ea quæ decrevisti perficere. Itaque fortunam, quam tunc habebas, tu læsisti, non illa te. Ac nunc prospera adhuc fortuna uteris, quod prope tibi imminet periculum et mors a Lacedæmoniis exspectanda. Solatium tibi erit quod nec immerito mortis pœnam luis. Cum Artabazo summa amicitia coniunctus es et regis esse gener expetis. At quomodo te putas par pari referre, qui quidem uxorem ducis barbaram, cum eaque Cariam fortasse aut Phrygiam accipis, das autem Græciam et Græcorum civitates, ne Lacedæmone quidem excepta? Et perfecturum te, quæ decrevisti, o stulte, speras, vel certe latere, ubi non perfeceris, quoniam animus tantum tibi proditoris fuit, facta abfuerunt? Non tam longe distant a Peloponneso, Pausania, Troas ipsa et Colonæ, quo te ad regis negotia agenda abdidisti, ut huc tuorum operum fama non perveniat. Sed ad regis negotia internuntio uteris Gongylo, Eretriensium scelestissimo, siquidem hunc habes fidum nuntium, in Græciam vero hæc fama nuntiavit, et Mnastoridas, quem tu, quum Lacedæmonius sit et manere velit, teque assiduo Spartanarum legum admoneat, contumeliis affecisti et solus proditione frueris. At considera, miser, qua re Artabazus te iuvare queat vocatum a Lacedæmoniis aut regis filia viro iam matura. Atque hæc a nobis scripta molestiora tibi sunto et propter nos, qui et ipsi exules hæc tibi probra obicimus.

ιε'. Αὐτολύκῳ.

Ἧσσον, ὦ Αὐτόλυκε, παρηγορεῖν ἄν σε βουλοίμην ἡμᾶς ἢ τἀληθῆ λέγειν, σὺ δὲ ἐπιστέλλων σφόδρα ἤδη μεταμέλειν Ἀθηναίοις τῆς ἡμετέρας φυγῆς παρηγορεῖν ἔμοιγε δοκεῖς μᾶλλον ἢ τἀληθῆ λέγειν. οἵ τε γὰρ τὸ πλῆθος δι' ἡμᾶς διαβάλλοντες ἔτι ἰσχύουσι, καὶ καιρὸς οὐδεὶς καταλαμβάνει, ἐν ᾧ ἀχρεῖοι ἂν ἐν τῇ πόλει οἱ κακοὶ εἶεν καὶ ἅμα αἴσθησιν παρέχοντες ὅτι κατειργάσαντο τοὺς ἀμείνους ἐκπεσεῖν, ἀλλὰ νῦν τῇ κοινῇ εὐπραγίᾳ ἐπικαλυπτόμενοι ἀφανέστερον ἔχουσι τὸ ἀχρεῖον. καὶ μενέτω τὰ ἀποκρύπτοντα αὐτούς, ἐφ' ᾧ τε καὶ ἡ πόλις εὐπραγήσει. ἢ γὰρ ἂν ἡμᾶς ἐπιεικῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἀγαθὰ καὶ δι' ἀκοῆς εὐφραίνοι, καὶ εἰ δοκεῖ μὴ ὑπὲρ ἡμῶν εἶναι ἐπιδεδωκέναι αὐτὰ ἐξ ὅτου ἐφύγομεν· ἴσως γὰρ ἤδη καὶ ταῦτα ταῖς ἡμε-

XV. Autolyco.

Non tam consolari te nos, Autolyce, mallem quam vera dicere, tu vero dum vehementer iam Athenienses exilii nostri pœnitere scribis, videris mihi solatium afferre magis quam vera dicere. Nam plebem qui mea caussa fallunt, adhuc prævalent, neque incidit adhuc opportunitas, qua qui mali sunt inutiles civitati se præbuerint, simulque sua opera præstantiores viros eiectos esse declaraverint, verum in publica felicitate nunc illorum latet vilitas, maneantque, sub quibus ipsi latent, integra, quo civitas secundis rebus gaudeat. Profecto enim satis et auditu comperta Athenarum felicitate lætamur, etiamsi non e re nostra esse videatur, si, ex quo eiecti sumus, ipsa creverit. Fortasse enim et hæc ex nostra provenerit reipublicæ gubernatione, ac bene constituta bene progre-

τέραις ἕπεται ἀρχαῖς καὶ εὖ κατασταθέντα εὖ προχωρεῖ, καὶ ἡμεῖς ἴσως ἂν ἑαυτοὺς δικαίως αἰτιώμεθα ἀνοίξαντας ὁδὸν τοῖς πράγμασιν εὐρεῖαν, δι' ἧς ἂν οὐκέτι χρήζοι τοῦ ἄγοντος. σὺ δ', ὦ Αὐτόλυκε, μὴ ὡς αὐτὸς ἐθέλεις μεταμέλεσθαι Ἀθηναίους, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ἔχουσιν ἐπίστελλε ἡμῖν, ἔχουσι δ', οἶμαι, καθὰ ἂν αὐτοὺς τρέπωσιν οἱ ἀεὶ παρόντες, οἳ φανερώτεροι ἂν ἦσαν τῆς κακίας μὴ φυγόντων ἡμῶν.

diuntur, nec immerito fortasse nos ipsos accusabimus, qui viam civitati amplam aperuerimus, in qua non amplius esset opus duce. Tu vero, Autolyce, non quo modo velis Athenienses pœnitere, sed quo ipsi sint animo nobis scribe, sunt autem opinor eo, ad quem inducunt eos qui præsto ipsis sunt, quorum apertior esset nequitia, si non ipsi nos exularemus.

ιϛ'. Ἀλκέτᾳ.

Εἰώθεις, ὦ Ἀλκέτα, ἅμα τὴν ἐμὴν ὀδυρόμενος φυγὴν μακαρίσαι τὴν Παυσανίου τύχην, καὶ πολλάκις ἔγραψας σύ γε ὡς ἀποδρᾶσα ἡμῶν ἡ δαίμων ἑαυτὴν προσθείη Παυσανίᾳ. οἴχεταί σοι μετ' αὐτῆς ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὦ Ἀλκέτα· οἴχεται μὲν ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ ἀρχὴ τοσαύτη οὖσα, οἴχεται δὲ ὁ πλοῦτος καὶ τὸ ἄχρι βασιλέως ὄνομα, καὶ οὐδὲ ταφῆναι αὐτῷ τελευτήσαντι ἕτοιμον γέγονεν. οἱ δὲ μάλιστα θαυμάσαντες Παυσανίαν νῦν καὶ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἀπέχονται πολλῶν τοὺς ἀκουσομένους κακῶν ἀναπλήσοντος. ὥστε σοι ὥρα μήτε μακαρίζειν ἔτι τοῦ μεγέθους Παυσανίαν, μήτε μὴν ὀδύρεσθαι τῆς νῦν καταστροφῆς· δίκαια γὰρ νῦν δὴ πέπονθε καὶ ἐπαινοῦμεν αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν. καὶ εἰ σφόδρα ἐκπέπληξαι τὸ ἄμετρον τῆς μεταβολῆς ἐννοούμενος, ἀπολύσομέν σε τῆς ἐκπλήξεως φήσαντες οἷοις καὶ ἡμᾶς ἀπέλυσε θάμβους ἀνὴρ ἐλθὼν εἱλώτης. καὶ μεταβαλλόμενος θαύμαζε, ὅτι τοιοῦτος ὢν περιῆν ἐκεῖνος καὶ εὐτύχει ποτὲ καὶ χρόνου πολλοῦ τῆς προδοσίας ἀπέλαυεν. ἐπώλου Παυσανίας βασιλεῖ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μήδους ἐφίλει καὶ ἐμιμεῖτο, καὶ ἤχθετο ὅτι Ἕλλην εἴη καὶ οὐ τῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθόντων. καὶ ἐπεὶ ἐδόκει ἀπολελογῆσθαι τῷ ἐν Πλαταιαῖς ἔργῳ μὴ κακὸς εἶναι, πιστεύεται τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ στρατηγίαν. καὶ αὐτίκα διὰ τῆς στρατηγίας ἀπελογεῖτο Μήδοις ὅτι οὐδ' ἐν Πλαταιαῖς ἑκὼν ἀγαθὸς ἐγένετο· ποινὴν δὲ ἐκείνου τοῦ ἔργου ἀντεδίδου τὴν Ἑλλάδα αὐτοῖς καὶ Ἀρταβάζῳ συνετίθετο ὄντι σατράπῃ βασιλέως ἐπὶ τοῖς πρὸς θαλάσσῃ ἔθνεσιν, αὐτῷ τε βασιλεῖ ταῦτα ἤγγελλε καὶ αὐτὸς ἤδη Μῆδος ἦν καὶ γνώμῃ καὶ διαίταις, καὶ οὐδὲ ἡ ἐσθὴς αὐτὸν ἔτι Ἕλληνα ἐποίει. ταῦτα δ', ὥς που καὶ αὐτὸς ἔγνωκας, ὀλίγη τὸ πρῶτον εἰς Λακεδαιμονίους ἐκόμισεν ἀγγελία, καὶ αὐτίκα ἐκίνησε μέν, καίπερ ὀλίγη οὖσα, πλέον δ' οὐδέν· ἐπεὶ δὲ μετεκλήθη, ἀπέτισε Παυσανίας καὶ ἀφαιρεθεὶς τὴν ἀρχὴν ἰδιώτης ἀντὶ στρατηγοῦ γίνεται. εὐθὺς γὰρ εἰς τὴν Ἀσίαν κομισθεὶς καὶ ὀργῇ τε καὶ ἀμύνῃ φέρων τὴν ἀφαίρεσιν τῆς στρατηγίας θερμότερον ἥπτετο τῶν πραγμάτων. κρύφα δὲ ἀκμὴν ἔπρασσεν, οὐχ αἰσχυνόμενος ἐπ' αὐτοῖς εἰ μὴ λανθάνοι, ἀλλὰ φοβούμενος εἰ ἐκπέσοι ἀποτυχεῖν. αὐτίκα γὰρ ἅπασαν συνθεὶς τὴν προδοσίαν ἔμελλεν ἀναφανδὸν μεταστήσεσθαι πρὸς βασιλέα. τὸ δ' οὖν μηχάνημα τῆς κρυφίου διαπέμψεως τοιοῦτον

XVI. Alcetæ.

Solebas, Alceta, quum meum exilium lugebas, simul et Pausaniæ fortunam beatam prædicare, et sæpe numero scripsisti tu quidem, nobis relictis ad Pausaniam hanc deam transiisse. Periit vir ille tibi, Alceta, cum ipsa, periit quæ tam ampla fuit præfectura Hellesponti, periere opes et quod ad regis aures usque pertinuit nomen, et ne mortuo quidem in promptu fuit sepultura. Qui vero maxime admirati sunt Pausaniam, nunc maxime vel ab eius nomine proferendo abstinent, quasi multis audituros malis affecturo. Itaque tibi iam tempus est, ut Pausaniam et ob magnitudinem beatum prædicare desinas, neque ob exitum quem nunc invenit lugeas : iusta enim nunc demum passus est, laudamusque supplicium ei irrogatum. Quod si vehementer immodicam mutationem considerans obstupescis, liberabimus te stupore enarrantes ea, quibus indicatis nos quoque vir helotes stupore liberavit. Itaque mutata sententia admirare, huius modi virum vitam egisse et floruisse tamque diu proditione fruitum esse. Vendebat Pausanias regi Græciam, Medosque amabat et æmulabatur, et moleste ferebat se Græcum esse, neque eorum ex numero qui Græciam adorti sunt. Et quoniam certamine ad Platæas commisso ab improbitatis crimine sese defendere videbatur, Hellesponti præfectura ei concredebatur, atque hac administranda statim Medis probabat, neque ad Platæas se sponte bonum virum præstitisse, illudque certamen Græcia ipsis prodenda redimebat, et iuncto fœdere cum Artabazo, maritimarum gentium regi satrapa, ipse regi hæc renuntiabat et ipse iam animo et vivendi ratione Medus erat, ac ne vestis quidem Græcum eum adhuc esse ostendebat. Hæc, ut tu quoque nosti, levis initio fama ad Lacedæmonios pertulit, et statim conturbavit illa quidem, tametsi levis, sed præterea nihil : sed postquam revocatus est Pausanias, pœnas dedit et abrogato magistratu, qui dux erat, privatus factus est. Statim itaque in Asiam delatus atque ob abrogatum imperium ira repletus et ulciscendi cupiditate iam calidiora consilia capiebat, clam tamen adhuc agebat, non pudore motus si non lateret, sed veritus ne res, si emanasset, secus caderet : protinus enim parata proditione palam erat ad

αὐτῷ κατεσκεύαστο, ὑφ' οὗ δὴ μάλιστα καὶ ἐσώθη χρόνον τινὰ καὶ αὖθις ἀπώλετο. ἄγγελον τὸν ἀεὶ πεμπόμενον ὑπὸ Παυσανίου θάνατος παρὰ Ἀρταβάζῳ ἐδέχετο· ἐπέστελλε γὰρ δὴ Παυσανίας οὐδενὸς ἀμελέστερον τῶν τῆς προδοσίας κατακτείνειν τὸν ἄγγελον, ὡς μηδαμῇ λόγος σωθείη τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρασσομένων. καὶ αὐτῷ ἄχρι μὲν τριῶν καὶ τεσσάρων ἀπωλείας ἀγγέλων τὸ μηχάνημα εὐτύχει, ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ ἔστη λανθάνουσα ἡ ἐπιχείρησις· δέος γὰρ ἔλαβε τοὺς ὑπηρετοῦντας τοῦ Παυσανίου καὶ μᾶλλον τὸ μηδένα ἀπονοστῆσαι τῶν πεμπομένων φοβερωτέρα μήνυσις ἐγένετο τοῖς μήπω ἀπεσταλμένοις. καὶ ἐπεὶ τὸ δεύτερον κληθεὶς εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Παυσανίας, καὶ μᾶλλον, ὅτε ἐν αἰτίαις ὢν ἔπεμπε πρὸς βασιλέα ἀγγέλους, ἔδεισεν ὁ τελευταῖος τῶν πεμπομένων καὶ ἐν νῷ βάλλεται τὴν ἑαυτοῦ ἀπώλειαν, καὶ πρὶν μαθεῖν οὐκ ἀξιῶν αὐτῷ τῷ φόβῳ πιστεύειν, ἀπομάσσεται τὴν σφραγῖδα τοῦ Παυσανίου, ὅπως ἔχοι σημήνασθαι ψευσθείς. λύσας δὲ τὰς ἐπιστολὰς καὶ τὰ πολλὰ περὶ καταδουλώσεως τῶν Ἑλλήνων καὶ ἔσχατον περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπωλείας ἀναγνοὺς φέρων ἐπιδείκνυσι τοῖς ἐφόροις. οἱ δὲ τοῖς γράμμασι καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ Παυσανίου λόγοις ποιούμενοι τεκμήριον ἔτι καὶ γυμνὴν κατανοῆσαι τὴν ἀλήθειαν ἐξειργάσαντο. καὶ καθίζουσι τὸν ἄνθρωπον ὡς ἱκέτην ἄγοντες παρὰ Ταίναρον, ἄνδρας ἐξ αὐτῶν κρύφα ἀποστείλαντες. ὡς δ' ἀφικόμενος ὁ Παυσανίας ἐξήταζεν ὑφ' ἧς αἰτίας ἱκέτης γέγονεν ὃν αὐτὸς ἄγγελον εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπεπόμφει, αὐτίκα ὁ ἄνθρωπος μάρτυρά τε αὐτὸν ποιεῖται Παυσανίαν οὐδὲν παρ' αὐτῷ θανάτου ποτὲ ἄξιον ἐργάσασθαι, προὔφερέ τε ὡς ἀπεστέλλετο ἀπολούμενος. καὶ τῆς μὲν τῶν Ἑλλήνων δουλώσεως ὀλίγον ἑαυτῷ μέλειν ἔφασκεν (οὐδὲ γὰρ νῦν ἀδεῶς ἐλεύθερον εἶναι), ἑαυτὸν δὲ πρότερον ἀπολελύσθαι ἠξίου. Παυσανίας δὲ πιστοῦταί τε αὐτὸν περὶ τῆς ἀπωλείας καὶ κατέσχειν ἅπερ ἔγνω δεηθεὶς ἀναστήσας εἰς Λακεδαίμονα ᾔει, καὶ εἵποντο οἱ ἄνδρες οὐδενὸς ἀνήκοοι γεγονότες. ὡς δὲ τάχιστα πάντες οἱ ἔφοροι ταῦτα μαθόντες ἐφάνησαν αὐτὸν συλληψόμενοι, φθάνει εἰσπεσὼν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς καὶ ἱκέτης ἔν τινι οἴκῳ τοῦ τεμένους ἐκαθέζετο, οἱ δὲ ἀνοικοδομήσαντες τὴν εἴσοδον καὶ ἀφελόντες τὴν ὀροφὴν τοῦ οἴκου ὑπὸ ἐνδείας αὐτῷ παρέσχον ἱκέτῃ μένοντι ἀπολέσθαι, καὶ ἐπεὶ ἀποψύχοντα ἔγνωσαν, ἐξεκόμισαν τοῦ τεμένους καὶ ἐν βουλῇ ἦσαν εἴτε δοῖεν αὐτῷ ταφῆναι εἴτε μή. τοιαῦτα, ὦ Ἀλκέτα, τὰ τῆς εὐτυχίας πέρατα Παυσανίαν κατέλαβε, καί σοι ἀποδέδωκα πάντα τὸν λόγον τοῦ εἵλωτου ἀνδρός. καὶ μηκέτι ἡμᾶς ὀδύρου τῆς φυγῆς· τρισόλβιοι γὰρ ἡμεῖς ἄρα, οἳ φθόνῳ ἐμετρήθημεν καὶ οὐκ ἐλάσσονες φθόνου ἐγενόμεθα, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν τῶν παρόντων ἔχομεν αἰτιᾶσθαι καὶ τοῦ πέρατος οὗ ἐτύχομεν τῆς ἐν δημοκρατίᾳ εὐπραγίας. ἀλλ' εἴ που ἄρα αὐτοῖς, ὅτι καὶ ταπεινοὶ ἤδη γεγόναμεν, ἔλεος καὶ μεταμέλεια τὸ πάθος ἀντὶ φθόνου γίγνεται, μαν-

regem transiturus. Clandestinæ igitur missionis artificium tale sibi paraverat, quo maxime per aliquod tempus salvus evasit, deinde vero interiit. Nuntium quemque a Pausania missum apud Artabazum mors excepit: mandabat enim, non minore adhibita ad hoc quam ad universam proditionem diligentia, ut nuntium interficeret, ne quod alicubi superesset indicium eorum, quæ ab ipso agebantur. Atque in tribus et quattuor necis nuntiis hoc artificium ei prospere succedebat, in quinto vero latere insidiæ desinebant. Timor enim Pausaniæ ministros subiit, et magis, quod missorum nuntiorum nullus revertisset, formidolosum indicium fiebat nondum missis. Quare quum iterum vocatus Pausanias Lacedæmonem venisset, magisque ut reus factus ad regem nuntios mitteret, extimuit is quem postremum mittebat. Hic igitur imminentem sibi animo volvit interitum, ac nolens, antequam certo sciat, periculo se committere, sigillum exprimit Pausaniæ, ut obsignare possit, si opinio ipsum fefellisset, resignatisque epistolis, quum ibi complura legisset de Græcis in servitutem redigendis et postremo quædam de se ipso occidendo, statim ostendit ephoris. Qui quum his ex litteris atque ex reliquis qui ferebantur in Pausaniam sermonibus argumentum nacti essent, ut ipsa quoque veritas nuda prostaret effecerunt. Considere iusserunt hominem tanquam supplicem in Tænaro, viris clam nonnullis ex se ipsis missis. Iam quum Pausanias caussam exploraret, ob quam supplex esset, quem ipse nuntium in Asiam misisset, statim ille Pausaniam ipsum obtestatur, nihil se unquam apud illum morte dignum commisisse, simulque quod ad necem missus esset obiciebat, et Græcos quidem subiugandos aiebat parum se curare: neque nunc enim tuto esse liberum; se ipsum vero liberari antea rogabat. Pausanias autem de nece fide data confirmatum rogatumque, ut quæ sciret secum haberet, erigebat, ipsumque Lacedæmonem revertentem auditis omnibus illi s quebantur. Quæ quum cognovissent ephori omnes, statim comprehendere eum decrevere, ille vero perspectis insidiis in Chalciœcæ Minervæ sacrum confugit et supplex in quodam templi conclavi considebat. Tum illi obstructis ædis valvis tectumque demoliti fame incluso supplici mortem attulere. Quumque iam semianimem cognovissent, de templo extulerunt et terræ corpus redderent an non consiliati sunt. Hic fuit, Alceta, felicitatis Pausaniæ exitus. Narravi tibi omnia, quæ a viro helote illo accepi. Quare noli nos exules amplius lugere: ter enim felices nos, quos invidiæ trutina pensavit quique non indigni invidia habiti sunt. Sed in virtutem caussa conferenda est, cur hoc in statu simus ac talem in administranda republica finem prosperitas nostra consequuta sit. At si forte illis, quod miseri iam sumus, in misericordiam et pœnitentiam mutata fuerit invidia, simul atque cogno

θάνων ἐπίστελλε, ὦ Ἀλκέτα, καὶ τάχα ἂν ἤδη καὶ Αὐτολύκῳ ταὐτὰ ἐπιστέλλοντι πειθοίμεθα.

veris, Alceta, ad nos scribe, ac fortasse iam et Autolyco habebimus eadem scribenti fidem.

ιζ'. Νικίᾳ καὶ Μελεάγρῳ.

Ἀφίγμεθα εἰς τὴν Κέρκυραν, ὥσπερ καὶ ἀναγόμενοι διεγνώκειμεν, ὅ τε πλοῦς εὐπετὴς ἡμῖν ἐγένετο καὶ πολὺ ἀφεῖλεν οὗ ἐπὶ Κυλλήνης κατεσχέθημεν χρόνου. καὶ ἔτι τήν τε ναῦν εὐθὺς ὑμῖν ἀπέπεμψα καὶ τοὺς πλείους τῶν οἰκετῶν, ὡς ἂν μὴ βαρύτερόν που διάγωμεν ἢ φυγάσι πρέπειν οἰόμεθα. Κερκυραῖοι δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔχοντες διαδύονται· μεμνῆσθαι μὲν γὰρ τῆς ἡμετέρας ὁμολογοῦσιν εὐεργεσίας καὶ ὀφείλειν χάριτας οὐδαμῶς ἀρνοῦνται, καιρῷ δὲ αὐτὰς οὐκ ἀγαθῷ ἀπαιτεῖσθαί φασιν· αὐτοὶ γὰρ ἀσθενέστεροι τῶν ἡμᾶς διωκόντων εἶναι. ἀξιοῦσι δὲ μὴ σφᾶς ἀντὶ τῆς εἰς ἕνα εὐχαριστίας ἅπαντας διαφθαρῆναι ἀναγκάσαι, μηδ' ὀνήσαντα τῇ εὐεργεσίᾳ ἀπολέσαι τῇ ἀμοιβῇ. ὥστε εὐπρεπῶς ἡμᾶς ἀποπέμπονται, καὶ δέδια μὴ μακροτέρας ταῦτα ἀρχὴ γένηται φυγῆς.

XVII. Niciæ et Meleagro.

Pervenimus Corcyram, ut et solventes constituimus, navigatio autem nobis fuit facilis, quæque plurimum temporis Cyllene consumpti compensaret. Ceterum navem statim vobis remisi et servorum plurimos, ne cui plus molestiæ afferamus quam exules decere arbitramur. Corcyræi vero quo sint erga nos animo nescio. Fatentur enim nostrorum quidem beneficiorum sese meminisse, nec gratias se debere omnino infitiantur, sed aiunt eas non opportune exigi : se ipsos enim eis, qui nos petant, esse infirmiores. Rogant igitur, ne se ob gratias uni debitas cogamus totam rempublicam periculo committere, nec ob lucrum ex nostro beneficio susceptum in remunerando interire. Itaque speciose nos repellunt, et vereor ne hoc longioris exilii sit initium.

ιη'. Ἀριστείδῃ.

Τὴν μὲν ἔχθραν ἡμῶν τὸ ἀνόμοιον τῆς τύχης ἤδη λέλυκε καὶ ἀσθένεια ἡ ἐγχορεύει φυγάσι, σὺ δὲ τοῦτο καὶ ὑπερῆρας, ὦ Ἀριστείδη, καὶ εὐεργεσίας κατῆρξω παρ' ἐλπίδας εἰς ἀτυχοῦντας ἡμᾶς, καὶ οὐδὲ τοῦθ' ἡμῖν ἐνέλιπεν εἰς τὸ μηδὲν ὧν προσεδοκήσαμεν γεγονέναι. καί σοι οὐδὲν ἀπόλωλε τῆς ἐπὶ τούτοις χάριτος· καὶ εἰ μὴ κατορθῶσαι ἴσχυσας, ἀλλὰ καὶ πλείονος ἀρετῆς ἐξ οὗ προθυμίας εἰσῦπερεδει αὐτὴν ἐσώθημεν ᾐσθήμεθα ὅτι καὶ πρὸς οὕτως ἔχοντας Ἀθηναίους ἐμαχέσω. περὶ δὲ τῆς φερούσης ἡμᾶς νῦν φυγῆς, ὡς ἀντὶ μειζόνων αὐτῆς κακῶν κακόν γε καὶ αὐτὴν οὖσαν ᾑρήμεθα, πῶς οὐχὶ καὶ σοὶ ταὐτὰ δόξει; αὖθις καὶ Πολύγνωτος ἐπέστειλεν ἡμῖν· καὶ αὐτὸς γὰρ τὸ φεύγειν κατὰ τάχος ὡς ἀπὸ τιμωρίας ἑτοίμης παρεκελεύετο. καὶ οὐκ ἐδόκει μοι τούτου οὐκ ἂν γενομένου εἰ μένοιμεν ἁμαρτάνειν. Ἀθηναῖοι γὰρ ἦγον ἐπὶ τὸ κοινὸν δικαστήριον τῶν Ἑλλήνων, ὅπου πολὺ πλέον γε τὸ Δωρικὸν τοῦ Ἰωνικοῦ. καὶ τὸ μὲν πλέον ἔμελλεν ἐναντίον γίγνεσθαι, τὸ δὲ ἔλασσον ἀνωφελές, καὶ αὐτὸ δὲ οὐ φίλον ἦν τὸ ὑπηργμένον. ὥστε εἰκότως ἂν ἡμᾶς τὸ ἄλλο ἅπαν δέξαιτο ἀνθρώπων γένος, εἴτε βαρβάρων εἴτε Ἑλλήνων τύχοι, παρ' οἷς δυνήσεται ἡμᾶς καὶ ταῦτ', ἐφ' οἷς διωκόμεθα, ὠφελεῖν.

XVIII. Aristidi.

Inimicitias nostras fortunæ dissimilitudo iam extinxit imbecillitas, quæ subnascitur exulibus, tu vero hoc etiam plus egisti et beneficia sponte præter exspectationem in nos miseros contulisti, ut ne hoc quidem desit ad explenda ea, quæ nunquam fore speravimus. Quare integra tibi, quæ ob hæc debetur, servatur gratia, licet perficere non potueris, immo maiorem etiam, quam si, quod oportebat, opera tua servati essemus, pro voluntate tua gratiam habebo, quod cum Atheniensibus ita etiam animatis pugnavisti. De nostro autem exilio, in quo nunc sumus, quod ipsum etsi malum ad evitanda tamen maiora mala elegerimus, qui fieri possit ut non idem sentias? Iterum et Polygnotus ad nos scripsit : ipse enim ut ab imminente pœna nos quam celerrime in fugam coniceremus hortabatur, nec videbatur mihi a vero aberrare. Namque Athenienses nos ad commune Græcorum iudicium vocabant, in quo Dorienses multo sunt plures quam Iones. Et maior quidem pars nos damnatura erat, minor vero nihil profectura, neque grati ipsi, a quibus auxilium exspectarem. Quare quodlibet aliud genus hominum sive barbarorum sive Græcorum nos excipiet, apud quos hæc ipsa quoque, quæ crimini nobis dantur, prodesse nobis poterunt.

ιθ'. Ἀνταγόρᾳ.

Ἐπηγγέλλεσθέ μοι πολλάκις, ὦ Ἀνταγόρα, σὺ καὶ Αὐτόλυκος, ῥᾳδίως ἡμᾶς τοῦ ἐξοστρακισμοῦ ἀπολύσειν· μαχεῖσθαι γὰρ τῷ ἐχθρῷ ἡμῶν Ἀριστείδῃ ἐλέγετε καὶ πρὸς τὰ ἐναντία τὸ πλῆθος ἢ ἐκεῖνος ἄξειν, καὶ ἤδη αὐτὸν ἔλασσον φέρεσθαι μὴ ἐθέλοντα

XIX. Antagoræ.

Polliciti sæpe numero mihi estis tu, Antagora, et Autolycus, facile nos exilio liberaturos : pugnaturos enim dicebatis cum Aristide inimico nostro ac plebem in contrariam quam ille partem distracturos, iamque ipsum auctoritate inferiorem esse, quod nolit remit-

ἀνεῖναι τῆς ἔχθρας. Ἀριστείδης δ' ἡμῖν Ἀνταγόρας γέγονε καὶ Ἀριστείδης Αὐτόλυκος, καὶ οὐδενὸς ἂν τῶν κακῶν μετέσχομεν, ὧν ἐμέλλομέν τε καὶ ἤδη μετέχομεν, εἴπερ ἡμῖν τοιοῦτοι τρεῖς ἢ τέσσαρες ἐγένεσθε ἐν Ἀθήναις φίλοι ὁποῖος Ἀριστείδης ἐχθρὸς εἷς, μᾶλλον δὲ εἰ καὶ ἐπείσθητε ἡμῶν τῷ ἐχθρῷ. νῦν δὲ διὰ τίνας μᾶλλον, ὦ Ἀνταγόρα, φεύγομεν ἢ δι' ὑμᾶς; οὐ γὰρ διὰ τοὺς ἐχθρούς γε ἀλλοτιηι κατερχόμεθα ἀγγεῖλαι. ἀλλὰ νικήσατε, ὦ φίλοι, καὶ φεύγομεν οὐδένα οὐδαμοῦ αἰτιασόμενοι, καὶ εἰ τὰ οἴκτιστα πεισόμεθα.

tere inimicitiam. Aristides nobis evasit Antagoras et Aristides Autolycus. Certe in malis, quæ partim pas-suri sumus partim iamiam patimur, non essemus, si tres aut quattuor Athenis amici tales mihi fuissetis, qualis inimicus Aristides est, vel potius si nostrum audissetis inimicum. Nunc vero, Antagora, exilii nostri quinam maxime auctores fiunt? Vos estis : per inimicos enim non stetit quin iam dudum in patriam rediremus. Sed vincite vos, amici, nosque exulantes, etiamsi miserrima quæque patiamur, in nullum unquam culpam conferemus.

κʹ. Πολυγνώτῳ.

Ταῦτ' ἔστιν, ὦ Πολύγνωτε, τὰ συμβάντα ἡμῖν μετὰ τὴν ἐξ Ἄργους φυγήν, ἃ παρεκάλεις γραφῆναί σοι καὶ ἐγὼ γέγραφα. τοῦ γὰρ ἀγγέλου κατὰ σπουδὴν ἐλθόντος, ὅνπερ ἔστειλας ἡμῖν τά τε ἄλλα καὶ φεύγειν ἀγγελοῦντα, ἄρας αὐτίκα ἀπ' Ἄργους (συνήραντο δέ μοι καὶ τῶν ξένων Νικίας καὶ Μελέαγρος) κατῆλθον ἐπὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ἐπίνειον. ἐκεῖθι δὲ ἐκινδυνεύσαμεν ὑπὸ χειμῶνος ἀναμεῖναι τοὺς διώκοντας ἡμᾶς· πλεῖν γὰρ ἐπὶ Κέρκυραν ὡρμημένοι, χάριτος ἡμῖν ἐς Κερκυραίους προϋπηργμένης, τρεῖς ὅλας κατειχόμεθ' ἡμέρας, καὶ οὐκ ἐδόκει ὅτι φεύγομεν ἔτι Λακεδαιμονίοις ἄδηλον εἶναι. τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ πλοῦς σφόδρα ἀγαθὸς ἡμῖν γίγνεται, κἀγὼ τοὺς μὲν ξένους ἀπέλυσα ἐπαινέσας (ἔτι γὰρ ἡμῖν καὶ πορρωτέρω ἠξίουν συμφεύγειν), νῆα δέ, ἣν παρέσχοντό μοι, ἀφεὶς ἐπὶ Κέρκυραν εὐπετῶς διεκομίσθην. Κερκυραῖοι δὲ οὐκ εὐχάριστοι μᾶλλον ἢ ἀκίνδυνοι ἐβούλοντο εἶναι καὶ ἀμοιβὴν ὧν εὐεργετοῦντο ἀπαιτούμενοι εὐεργεσίαν ᾐτοῦντο μὴ ἐπὶ Κερκύρᾳ τὴν φυγὴν καταλύειν, ὥστε ἡμῖν ὅ τι δράσωμεν ἠπόρει ἡ γνώμη. ἤδη δὲ καὶ τὴν ναῦν τοῖς ξένοις ἀπεπεπόμφειν τοῖς Ἀργείοις, οἰκέται τέ μοι ἐλάσσονες ὧν ἀπέλυσα ἐλείποντο. ἐπεὶ δὲ Κερκυραῖοι καὶ τραχύτερα ἤδη ἐφθέγγοντο καὶ προδώσειν ἐῴκεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἔγνων ἐπὶ Σικελίαν τε καὶ πρὸς Γέλωνα πλεῖν. Γέλων γὰρ δὴ τότε Συρακοσίων ἐμονάρχει καὶ ἤρτητο οὐ παρέργως ἡμῶν καὶ οὐκ ἔμελλεν Ἀθηναίοις πεισθήσεσθαι. νῆα δὴ σκέπτομαι ἀνδρῶν Λευκαδίων, οἳ τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἔμελλον εἰς τὸ Αὐσόνιον ἐμβάλλειν. καί με ἀπέστρεψεν κομισθεῖσα ἀγγελία· ἐτεθνήκει γὰρ ἤδη Γέλων καὶ πολλὴ περιειστήκει ταραχὴ Ἱέρωνα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἄρτι εἰς τὴν μοναρχίαν καθιστάμενον. καὶ ἐγώ, ὥσπερ εἶχον, τῇ αὐτῇ νηὶ ἐπί τε Ἤπειρον πλέω, καὶ ἀποβὰς εἰς Μολοττοὺς ἔρχομαι καὶ ἐπὶ τῇ ἑστίᾳ τῇ Ἀδμήτου ἐκαθεζόμην. Ἀδμήτῳ δὲ τότε ὑπήκουε τὸ Μολοσσῶν ἔθνος, καὶ ἐδόκει μάλιστα αὐτῷ δι' εὐσέβειαν ἡ βασιλεία ηὐξῆσθαι, καὶ οὐκ ἐφαίνετο περιόψεσθαι ἡμᾶς ἱκέτας γενομένους. τῶν δ' Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων οἱ πεμφθέντες ὅπως βίᾳ πάντοθεν

XX. Polygnoto.

Quæ nobis obtigerunt, Polygnote, postquam Argis profugimus, et scribi ad te iussisti, hæc sunt, quæ iam scribo. Scilicet quum ea qua par est celeritate venisset nuntius, quem nobis misisti quum de aliis cum de fuga admonentem, Argis sine mora relictis (simul ex hospitibus Nicias et Meleager me prosequuti sunt) Cyllenem deveni portum Eleorum. Parum ibi abfuit quin insequentes nos exspectaremus propter tempestatem : Corcyram enim tendentes, quippe Corcyræis nobis collato in ipsos olim beneficio devinctis, tres integros dies retinebamur, nec Lacedæmonios fuga nostra adhuc latere posse videbatur. Verum quarto die perquam secunda nobis accidit navigatio. Et hospites quidem cum gratiarum actione dimisi, volebant enim et ultra nos fugientes prosequi, navi vero, quam mihi dederant, Corcyram celeriter sum devectus. Corcyræi vero non tam grati quam securi volebant esse, nobisque referendam pro beneficiis gratiam exigentibus vicissim beneficii loco postulabant, ne Corcyræ exilii statueremus exitum. Itaque quid facerem suspensus eram animi; iam enim et navem remiseram hospitibus Argivis et servi mihi pauciores supererant quam quos missos feceram. Sed quum Corcyræi asperius iam loqui cœpissent multoque magis proditurì quam pro nobis pugnaturi viderentur, in Siciliam constituebam ad Gelonem navigare. Scilicet Gelo Syracusanis imperabat et haud mediocriter nos colebat nec erat Athenienses auditurus. Quare navem hominum Leucadiorum exploro ac postridie Ausonio mari me eram commissurus. Sed allatus nuntius a proposito me avocavit : Gelo enim iam decesserat et frater eius Hiero in regnum succedens magnis turbis iactabatur. Protinus itaque eadem navi vehor in Epirum et egressus ad Molossos venio atque ad focum Admeti considebam. Admeto tunc parebat Molossorum gens videbaturque auctum ei regnum ob pietatem maxime et aperte nos supplices non erat neglecturas. Postero die appellentes ad Molossos advenere Atheniensium et Lacedæmoniorum,

με ἀγάγωσι, τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ καταπλεύσαντες ἐς Μολοσσοὺς ἀφικνοῦνται, καὶ καταλαβόντες με αὐτόθι ἐχάρησαν καὶ ἄξειν προύλεγον, καταστάντες τε Ἀδμήτῳ τοιαῦτα ἔλεγον. « προδότην, ὦ Ἄδμητε, ἐλάνθανες οἴκῳ τε τῷ σῷ καὶ ἑστίᾳ δεξάμενος. οὗτος δὲ ἧσσον οὐδὲν ἢ σὲ καὶ Μολοσσοὺς προεδίδου, καὶ εἰ κατώρθωσεν, ἡμεῖς, ὦ Ἄδμητε, ἱκέται τῆς Μήδων ἐγενόμεθ' ἂν ἑστίας, οὗτος δ' ἂν ἴσως καὶ ἀντὶ σοῦ ἐβασίλευε Θεσπρωτῶν. νῦν δὲ ἄδικοι ἄρα ἐς Παυσανίαν ἐγενόμεθα· τῶν γὰρ αὐτῶν ἕνεκα βουλευμάτων ὁ μὲν τετιμώρηται ἤδη, ὁ δὲ σεσῶσθαι προσδοκᾷ καὶ σὲ τοῦ ἀδίκου βοηθὸν ποιεῖται, Παυσανίᾳ δὲ οὐδ' ἡ Χαλκίοικος ἐπήρκεσεν. ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἀνίστασθαι κέλευε καὶ παυσάσθω γε διαβάλλων καὶ τὴν σὴν μιαίνων ἑστίαν, φίλοι δέ σοι ἔστωσαν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἀνθ' ἑνὸς προδότου καὶ φυγάδος. » ταῦτα εἰποῦσιν αὐτοῖς ἐγὼ ἔμελλον ἀντιλέγειν ὑφ' ὧν ᾤμην αἰσχυνθέντας αὐτοὺς ἀπελαθήσεσθαι, ἀλλὰ φθάνει Ἄδμητος εἰπών « οὗτος μὲν ὁ καιρός, ὦ Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, τὴν ἱκετείαν μόνον τὴν Θεμιστοκλέους δικάσει· εἰ δὲ καὶ τὴν προδοσίαν ἐδίκαζον μήτε Ἀθηναίους μήτε Λακεδαιμονίους εὖ ποιῶν, ἀπέλυον ἂν Θεμιστοκλέα. καί μοι ταῦτ' ἔδοξεν ἂν τήν τε ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίαν κελεύειν καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι, τήν τε Παυσανίου προδοσίαν, ἥτις ὑμῖν, κἂν ἐπὶ Θεμιστοκλέα διαιρῆτε αὐτήν, ἀεὶ μόνου ἔσται Παυσανίου. καὶ ταῦθ' ὑμεῖς τε ἐμὲ ἀγνοεῖν ἐδόξατε, ἐγώ τε ὡς ταῦτα ἀγνοῶν τὰ τῆς ἱκετείας δικάζω. ἄνδρα τῆς ἐμῆς ἀψάμενον ἑστίας καὶ δεδιότα μὲν ἀνθρώπους, τοῖς δ' ἐν Ἠπείρῳ θεοῖς πιστεύοντα σῶν τε φυλάσσω καὶ ἱκέτην ἀπήμαντον καὶ ἀβλαβῆ, καὶ οὐκ ἀνθρώπων τίσιν ἀπεύχομαι, ἀλλὰ θεοὺς δεδιέναι οὐκ ἀρνοῦμαι, θυσιῶν τε ἡγοῦμαι ἁπασῶν χάριν ἀμείνω εἶναι θεῷ ἱκέτην φυλασσόμενον. » οὕτω μὲν δὴ ἐκεῖνοι κατηφήσαντες ἐκ Μολοσσῶν ἐχώρουν, ἐγὼ δὲ εἰς Μακεδονίαν ὑπὸ Ἀδμήτου πεμφθεὶς καὶ εἰς Πύδναν ἐλθὼν πρὸς Ἀλέξανδρον Μακεδόνων ἄρχοντα, πέμπομαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν ἐκεῖ θάλασσαν. καὶ ἐπιτυχὼν ὁλκάδος εἰς Ἰωνίαν πλεούσης ἐμβὰς ἐκομιζόμην· ταύτῃ γάρ τοι, βασιλέως δὴ μάλιστα ᾐσθημένου ὧν εἰργασάμεθα αὐτὸν κακῶν, ῥᾶστα ἐμέλλομεν εἰ δίκαια πεπόνθαμεν γνώσεσθαι. πλέοντας δ' οὐκέθ' ἡμᾶς εὔπλοια ἦγεν, ὑφ' ἧς καὶ ἀναχθῆναι ἐπείσθημεν, ἀλλ' ἤδη καὶ ἰσχυρῷ χειμῶνι ἐχρώμεθα. καὶ οὐκέθ' ὁ χειμὼν ἐμὲ τοσοῦτον ἐλύπει, ἀλλ' ὅτι ἐπὶ Νάξον κατεφερόμεθα· Νάξον δὲ Ἀθηναῖοι τότε ἐπόρθουν, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν κατεπλεύσαμεν. ἐγὼ δὲ ἐν πολλῇ ἀμηχανίᾳ ἐκείμην καὶ ἤδη ἐνόμιζον ἱκετείας τε ἀνωφελεῖς ἱκετεῦσαι καὶ ὀλεθρίου ἅψασθαι φυγῆς· ἀκμητὶ γὰρ ἔμελλον ἁλώσεσθαι Ἀθηναίοις πρὸς τοὺς διώκοντας ὁ φεύγων ἐληλυθώς. ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς μὲν ἐν τῇ νηὶ ἀγνὼς ἅπασιν εἶναι ἐδόκουν, τοῖς δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐπιγνωσθῆναι δεδίειν, οὐκ ἐξέλειπον τὴν ναῦν, οἱ σύμπλοι δ'

qui ad me vi undecunque abducendum missi erant. Hi me ibi deprehenso lætati sunt et secum me aiebant abducturos. Admetum igitur adeunt atque hoc modo compellant. « Proditorem, Admete, domo et foco inscius excepisti, qui nihil moliebatur quam ut te et Molossos proderet, et si res ei successisset, nos, Admete, ad Medorum focum sederemus supplices, hi vero te eiecto regnum fortasse Thesprotorum occuparet. Ita in Pausaniam iniqui exstitimus : nam eorundem consiliorum ergo pœnas iam dedit ille, hic vero evasurum se sperat, teque iniquitatis adiutorem facit, at Pausaniæ nec Chalciœcus opem tulit. Verum tu hunc iube hinc surgere, ut fraudes nectere desinat et tuum polluere focum. Athenienses autem et Lacedæmonii unius proditoris et exulis loco amici tibi sint. » (5) Contra hæc quum ea essem ego dicturus, quibus putabam pudore suffusos reiectum illos iri, antevertit Admetus et « hoc quidem » inquit « tempore, Athenienses et Lacedæmonii, de supplici Themistocle tantum agitur, sin vero et de proditore ageretur, nec Atheniensibus nec Lacedæmoniis gratificatus, Themistoclem absolverem. Et hoc a me postulare videntur commissa ad Artemisium et ad Salaminem navalia prœlia atque ipsa Pausaniæ proditio, quæ vobis, quamvis et Themistocli eam communem esse velitis, semper solius erit Pausaniæ. Et hæc vos me ignorare censetis et ego tanquam ignorans de supplici solum iudico. Virum, qui ad focum meum confugit, et homines quidem timentem, diis vero Epiroticis fretum pro viribus tutor et supplicem conservabo incolumem. Nec hominum vindictam deprecor, verum deos me timere non nego, et supplicem conservatum cunctis victimis deo gratius opinor donum. » Ita illi capite demisso e Molossis abierunt, ego vero in Macedoniam ab Admeto missus et Cydnam profectus ad Alexandrum principem Macedonum mittor ab Alexandro ad vicinum mare, et in onerariam incidens navem, quæ in Ioniam navigabat, ea conscensa vehebar. Ita enim, cum Persarum rex maxime quæ mala ei intulimus persensit, facillime num iustas penderemus pœnas intellecturi eramus. Sed non secunda nos excepit navigatio, cuius spe a terra solveramus, verum magna tempestate iactabamur. Nec tamen tempestas tam me affligebat quam quod Naxum deferebamur. Naxus autem tum diripiebatur ab Atheniensibus ad quorum castra appropinquavimus. Ego igitur in summam consilii inopiam adductus iam frustra censebam me supplicem fuisse et perniciosam capessivisse fugam : nullo negotio enim me capturos esse Athenienses in persequentium manus irruentem ultro fugitivum. Sed quoniam omnibus, qui erant in navi, videbar esse ignotus, timebam autem ne, qui in castris erant, me agnoscerent, non relinquebam navem. Sociis tamen, quibus-

ὕποπτοι ἐγίγνοντο, καί τι κακὸν αὐτοῖς γίγνεσθαι ἐδόκουν καὶ οὐκ ἐπιτήδειος εἶναι ἐν τῷ πλεῖν, ὥστε καὶ ἐκβάλλειν με τῆς νεὼς ἐβούλοντο. ἐν τούτῳ δέ μοι κινδύνου ἑστῶτι Διοπείθης ἀνὴρ τῶν συμπλεόντων ἡμῖν, γένος Βαργυλιήτης, καὶ πρότερον ἐνορῶν τέ μοι πολλάκις καὶ θαυμάζοντι ἐοικὼς ἔτι μᾶλλον τότε ἐσκέπτετο, καὶ τούτῳ ἰσχυρῶς ὅνπερ ᾤετο αὐτὸς ὢν ἐφάνην. καί μοι μόνος ἔγγιστα ἐλθὼν ὀλίγῃ τῇ φωνῇ ἔλεγεν « ἀκλεῶς ἐνυβρίζει σοι τὸ δαιμόνιον, ὦ Θεμιστόκλεις, εἴ σοι ἐν μόνῳ τῷ ἀγνοηθῆναι Θεμιστοκλεῖ ὄντι τὸ σώζεσθαι κεῖται. ἀλλ' ἔγωγε καὶ ἔγνωκά σε καὶ τοῦτο μάλισθ' ὡς ὀλέθριον δεδιότι σωτηρίαν ἴσως ἐργάσομαι. ἐγὼ γάρ τοι εἰμὶ ἐκεῖνος, ὃν σὺ ἐρρύσω ὅτε με εἰς Ἀρτεμίσιον ἔμπορον καταπλεύσαντα ἀνδρὸς Ἑστιαιέως ἐχθροῦ ἰδίου ἕνεκα ἀποθανεῖν ὡς παρὰ βασιλέως πλέοντα ἠξίουν. σὺ δέ, ὅπερ ἦν, ἀπιστήσας αὐτοῖς ἔτι καὶ ἐκάκισας τῆς ἐπιχειρήσεως, καὶ οὔτε εὖ ἐπεπόνθεις ὑφ' ἡμῶν πρότερον, οὔτε πείσεσθαι προσεδόκας· ἡγεμὼν γὰρ ἦς βασιλεῖ ἀντίπαλος καὶ ἄλλοις εὐεργεσίας παρείχου. καὶ ἐγὼ ἀπεγνώκειν ἐκείνης τῆς χάριτος ἀμείψασθαι Θεμιστοκλέα καὶ οὐδὲ ἐβουλόμην· οὐ γάρ σε ὧδε πράξειν ὥστε καὶ ἡμῶν δεηθῆναι ἠλπίσαμεν. » « ἀλλ' ὦ φέριστε » ἔφην ἐγώ, « οὐδ' ἐμοὶ τοῦτο νῦν ἀτύχημα γέγονεν, εἰ καὶ ἐπὶ τὸ παρὰ σοῦ λαχεῖν ἀμοιβῆς ἀφῖγμαι καὶ δύναταί με ταῦτ' ὠφελεῖν. σὺ δὲ χαῖρέ τέ μοι καὶ εὐτύχημα ἔσται, εἴ σοι δύναμις ὧδε ἔχει ὥστε σῶσαι Θεμιστοκλέα. » αὐτίκα οὖν ἄγει τε πρός με τὸν δεσπότην τῆς νεὼς ἑταῖρον ὄντα αὐτῷ, καὶ κοινωσάμενος ἐδεῖτο φεύγειν ἀπὸ τῆς Νάξου κατὰ τάχος· ὁ δὲ ἠγανάκτει καὶ ὥρμησεν ὡς εἶχεν ἐξελθὼν μηνύειν εἰς τὸ στρατόπεδον. καὶ ἐγὼ δεήσει μὲν οὐδεμιᾷ ἐχρησάμην, ἀπειλὴν δὲ αὐτῷ τίθεμαι ἐρεῖν εἰς Ἀθηναίους ὅτι με οὐκ ἀγνοῶν ἀλλὰ χρήμασι διαφθαρεὶς σώζει ἐκ τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅ τε ἄνθρωπος ἔδεισε καὶ μεταβαλόμενος δωρεὰν τοῦ ἔργου ᾐτεῖτο, ἐγώ θ' ὑπεσχόμην, καὶ νύκτωρ ἀναχθέντες ἐκομίσθημεν εἰς Ἔφεσον. ἐκεῖ δὲ Περσῶν τινὰς καταλαμβάνω φύλακας Καρίας ὑπ' Ἀρταβάζου καθεζομένους· καὶ Ξέρξῃ μὲν ἤδη ἀδεῶς εἶχον ὅστις εἴην λέγειν, καὶ τό τε ὄνομα ἔφραζον καὶ ὡς μέγα ὀνήσων τὸν βασιλέως οἶκον ἐλήλυθα, οἱ δὲ τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ λόγου πρὸς Ἀρτάβαζον ἐκόμιζον, ἐμέ τε ἦγον εἰς Φρύγας· ἦν γὰρ Ἀρτάβαζος ἐν Φρυγίᾳ. ὁ δὲ ἐπεὶ τά τε ἄλλα ἐξ ἐμοῦ καὶ ὡς διέγνωκα πρὸς βασιλέα βαδίζειν ᾔσθετο, ἐπῄνει τε καὶ ἔπεμπεν εὐθύς, καί μοι ἵππους δύο καὶ τοὺς ἴσους οἰκέτας δωρεῖται, καὶ τρισκαίδεκα δὲ ἄλλους Περσῶν συνέπεμψεν, οἷς ἥ τε ὁδὸς καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔμελεν· αὐτοὶ δὲ καμήλοις ἐχρῶντο. ὁδεύων δὲ ὄρη μὲν ὀλίγα κοίλην δὲ διῆλθον οὐχ ὑψηλήν, πεδία δὲ ἐθεασάμην τε καὶ διώδευσα μεγάλα καὶ οὐδαμῇ ἀνώμαλα. ᾠκεῖτο δὲ καὶ εἰργάζετο κάλλιστ' αὐτῶν τὰ πλεῖστα, ἡ δὲ ἔρημος θηρία τε καὶ ζώων ἄλλων ἔβοσκεν ἀγέλας. καὶ ποταμοὺς ἔπλευσα πολ-

cum vectus eram, suspicionem hoc movebat, videbarque eis malum quoddam esse et nequaquam aptus navigationi, ut me etiam eicere de navi vellent. In hoc discrimine quum essem, Diopithes quidam, unus eorum qui mecum navigabant, Bargylietes patria, qui iam ante sæpe numero intuitus in me erat admirantique fuerat similis, nunc adhuc intentius considerabat, meque illum ipsum, quem putabat esse, agnovit. Itaque solus ad me proxime accedens submissa voce « turpiter tibi » inquit « fortuna, Themistocles, insultat, dum tuam in hoc uno salutem collocavit, si ignoreris, quum sis Themistocles et evadere non possis nisi lateas. Ego vero et novi te, et hoc ipsum licet ut maxime exitiosum timeas, in salutem fortasse tibi convertam. Ego enim ille sum, quem tu servasti, quum mercator Artemisium delatus propter hominem quendam Hestiensem privatum inimicum ad mortem petebar quasi regis explorator. Tu vero nec accusantibus fidem habuisti, prætereaque et quod me aggressi sint obiurgasti, quanquam nec ante ullo a nobis beneficio affectus eras, nec in posterum in te conferendum exspectabas. Dux enim eras regi adversarius et beneficia in alios conferebas, et ego desperabam fore ut Themistocli gratiam referrem, ac ne optabam quidem: nunquam enim ea fortuna te futurum arbitrabar, ut mea opera indigeres. » « At nec mecum » inquam ego « infeliciter nunc agitur, vir optime, si et ad persolvendam a te mihi gratiam deveni et hæc mihi prodesse possunt. Tu vero salve mihi, ac prospera hæc mihi sit fortuna, si tantum vales, ut salvum præstes Themistoclem. » Statim igitur navis dominum ad me perducit, qui socius ipsius erat, et communicata re rogabat, ut quam celerrime Naxo solveret. Ille vero indignabatur et quam primum in Atheniensium castra delaturus erat. Huc ego nullis precibus usus Atheniensibus me dicturum minor, non ignarum, verum pecunia corruptum me de Græcorum manibus eripere. Tum metu perculsus homo mutatoque consilio præmium operis postulabat, et ego promittebam, solventesque noctu Ephesum navigavimus. Ibi Persas quosdam reperi Cariæ custodes ab Artabazo constitutos. Et Xerxi quidem iam qui essem tuto poteram aperire, itaque nomen profitebar et venisse me aiebam multum commodi regis domui allaturus. Illi promissa ad Artabazum perferebant meque ad Phryges ducebant; Artabazus enim erat in Phrygia. Is ex me quum et cætera audisset et meum de adeundo rege consilium, probabat et sine mora deduci iussit. Equos etiam duos totidemque mancipia dono mihi dedit, ac tredecim simul alios Persas adiunxit socios, quibus itineris atque commeatus cura demandata erat. Camelis ii vehebantur. In itinere paucos traieci montes et valles haud profundas, planitiemque conspexi atque peragravi magnam et nusquam inæqualem. Frequenter plurima eius habitabantur et colebantur loca, deserta feras aliorumque animalium pascebat greges. Flumina etiam traieci multa

λους καὶ ἔθνεσι παντοίοις ἐμίγην. ἤδη δὲ ἀπὸ τῶν συνόδων καὶ τῆς Περσίδος φωνῆς ἀντελαμβανόμην, καί με οὐκέτι ἡ ὁδὸς χαλεπῶς ἔτριβεν ὑπὸ τοῦ ἔθους. καὶ ἥ τε ὁδὸς ἡμῖν ἐτελεύτα, καὶ παρὰ βασιλεῖ, ὅποιπερ ὡρμώμεθα, ἦμεν. ἐπεὶ δὲ ἐκομίσθη πρὸς αὐτὸν ἀγγελία παρεῖναι ἐπὶ τὰς θύρας αὐτοῦ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, ἄγομαί τε ἐγγὺς αὐτοῦ καὶ ἀχθεὶς ἄντικρυς τοῦ θρόνου ἀδεῶς εἱστήκειν, ὁ δ' ἠγανάκτει καὶ παραθεασάμενος ὧδ' ἔλεγεν. « ὦ ξένε Ἀθηναῖε, λόγος μὲν ἤδη περὶ σοῦ πολὺς ἐν ἡμετέρῳ ἐφέρετο οἴκῳ, καὶ σύ τε ἅμα καὶ Μήδων ἡ ἐν Σαλαμῖνι συμφορὰ παντὶ ἀνὰ στόμα ἦτε. σὺ δὲ λέγοις ἂν πρὸς ἡμᾶς, πῶς θράσος ἔσχες ὄψει τε ἐμῇ ὀφθῆναι καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι. καὶ σὺ Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνος ἐλήλυθας, ὃν Μῆδοι λέγουσιν αἴτιον ἐμοὶ γενέσθαι καὶ πατρὶ ἐμῷ μὴ ἄρχειν Ἑλλήνων; ἀλλ' ἄμεινον μὲν ἐμοὶ ἦν Ἕλληνας ἔχειν ἢ σὲ τιμωρεῖσθαι, σὺ δὲ τοῦτό γε ἀντ' ἐκείνου παρέσχησαι ἡμῖν, ὥστε σε ἐπαινέσαντες κολάσομεν. » ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ παρίσταταί μοι ὑπ' ἀνάγκης ἐπαινέσαι τὴν ἀπάτην, ἣν καιρός τις ποιεῖ ἀγαθήν, χρῶμαί τε αὐτῇ καὶ ἔλεγον « κόλασιν, ὦ βασιλεῦ, φεύγοντες ἐπὶ σὲ βοηθὸν ἀφίγμεθα· κολάζειν γὰρ ἔμελλον ἡμᾶς οἱ Ἕλληνες ἀντὶ τῆς εἰς πατέρα τὸν σὸν εὐεργεσίας, ὅτι ὑμῖν φίλα ἐνθυμούμενοι τόν τε ἐπὶ Σαλαμῖνα πλοῦν κατὰ τάχος ποιεῖσθαι ἠγγείλαμεν, διεστῶτος τότε καὶ τεταραγμένου τοῦ Ἑλληνικοῦ καὶ μέλλοντος ἐπὶ Πελοποννήσου φεύγειν καὶ καιρὸν χρηστὸν ἐπιχειρήσεως παρέχοντος, τό τε ζεῦγμα λύειν ἐθέλοντας ἐκωλύσαμεν. καὶ σοὶ Μῆδοι μὲν διὰ τοῦτο μάλιστα ἀπενόστησαν ἐκ τῆς Εὐρώπης, ἐγὼ δὲ διὰ ταῦτα ἐπὶ τιμωρίαν ἠγόμην. ἔφθην δὲ φυγὰς γενόμενος, ὡς ἂν σέ τι ὀνήσω καὶ ἐμαυτῷ δίκας εὕρωμαι. καὶ ταῦτα ποιήσειν ἐπαγγέλλεται Ἐρινύς, μεθ' ἧς ἐγὼ πλείω κακὰ ἐργάσομαι τοὺς Ἕλληνας ἢ ἐδόκουν μετ' ἐκείνων ἐργάσασθαι. » ὁ δ' εἶπεν « ἐπειδὴ ἀποδώσεις ἡμῖν τὴν Ἑλλάδα, ἣν διὰ σὲ ἀφῃρῆσθαι οἰόμεθα, χαῖρέ τε καὶ οὐδενὸς χρηστοῦ ἀτυχήσεις, καί σου τοὺς λόγους πείρᾳ τε καὶ ἔργῳ δώσομεν. » ἐκ τούτου, ὦ Πολύγνωτε, ἐνέτριβον ἐν τοῖς βασιλείοις τιμῆς τε λαγχάνων καὶ ἀεὶ τὰ περὶ Ἑλλήνων ἐξεταζόμενος. καί μοι βασιλεὺς αὐτός, ἐπεὶ καὶ τῇ Περσῶν αὐτὸν ἤδη φωνῇ πολλὰ ἠμειβόμην, χρυσοῦν τε δωρεῖται ἀκινάκην καὶ Περσικὴν ἐσθῆτα χρυσῆν ὑφαντήν, ἐδωροῦντο δ' αὐτίκα καὶ οἱ περὶ αὐτόν, ἐπεὶ τάχιστα ἤρξατο ἐκεῖνος. καί μου ἤδη Ἀρτάβαζον ἧσσον ἐνόμιζε πιστὸν καὶ ἐπὶ θάλατταν με κατέπεμπεν ἐπὶ τὴν ἐκείνου στρατηγίαν, καὶ οὐχ ἐσθῆτας ἔτι ἡμῖν οὐδὲ χρυσόν, ἀλλὰ πόλεις τε ἤδη καὶ πολλὴν γῆν ἐχαρίζετο· ἀφελὼν γὰρ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας Μυοῦντα καὶ Λάμψακόν τε καὶ τὴν ἐπὶ Μαιάνδρῳ Μαγνησίαν ἐμοὶ δίδωσι. καὶ Λάμψακον μὲν ἠλευθέρωσα καὶ πολλῷ φόρῳ βαρυνομένην ἅπαντος ἀφῆκα, Μυοῦντα δὲ τὴν ἐν Μαγνησίᾳ καὶ αὐτὴν Μαγνησίαν καρποῦμαι. ἀλλ' οὔτε τῆς ἐξουσίας οὔτε τῶν χρημάτων μετά τινος τέρψεως αἰσθανό-

et cum gentibus variis congressus sum. Iamque ex conversatione linguam quoque Persicam discebam et iter me iam assuetum non vexabat. Denique confecimus iter et quo tendebamus ad regem pervenimus. Ut vero nuntiatum illi est, ad fores eius adesse Themistoclem Atheniensem, ducor ad ipsum, et ante solium ductus ego impavide stabam, ille vero iracundia excanduit, oculisque lustrans me sic exortus est : « o hospes Atheniensis, multus de te iam in nostris ædibus sermo erat, tuque una cum Medorum ad Salaminem clade in omnium versabaris ore. Age vero, dicas nobis, quomodo audes in conspectum venire meum et vocem audire? tune Themistocles ille advenisti, quem Medi aiunt extitisse caussam, cur ego et pater meus in Græcia non dominemur? satius certe mihi foret Græcos habere quam te punire. Tu vero pro illo hoc faciendi nobis fecisti potestatem, itaque laudato consilio pœnas de te sumemus. » Quæ quum dixisset, ad fraudem excogitandam necessitas me adegit, quam probam suggerit opportunitas. Hac igitur utens dicebam « supplicium fugientes, o rex, in tuam tutelam concessimus : pœnas enim a nobis repetituri erant Græci pro beneficiis in patrem tuum collatis, quod amico in vos animo significassemus, ut classis Salaminem celeriter navigaret, Græcis tunc inter se dissidentibus ac turbatis, fugamque parantibus in Peloponnesum et opportunam impetus faciendi præbentibus occasionem, tum quod pontem exscindere volentes retinuissemus. Atque hinc tibi maxime Medi ex Europa rediere, ego vero propter hæc ad supplicium vocabar, sed fuga me præripui, ut te aliqua re iuvarem et me ulciscerer. Et hæc se facturam pollicetur Erinys, qua pluribus malis afficiam Græcos quam una cum illis videbar fecisse. » Tum ille « quoniam » inquit « reddes nobis Græciam, qua per te privati videmur nobis esse, salve nobis et nihil boni tibi deerit, atque hæc tua verba iam re et facto probanda tibi permittimus ». Hinc, Polygnote, in regia versabar honore ornatus deque Græcorum statu assidue consultus. Et ipse me rex, postquam cœpi Persarum lingua plerumque ei respondere, aureo donavit acinace et Persica veste auro contexta, donaruntque mox etiam illius exemplum sequuti ipsius socii. Iamque maiorem mihi quam Artabazo fidem habendam censebat et ad mare me mittebat in eius præfecturam, nec vestes adhuc nobis vel aurum, verum urbes et agri plurimum largiebatur : subtractas enim de regno suo Myuntem et Lampsacum et Magnesiam ad Mæandrum mihi dat. Et Lampsacum liberam feci et gravi quo premebatur vectigali exsolvi, Myuntem Magnesiæ et Magnesiam ipsam ad meum usum habeo. Sed neque ex potestate neque ex pecuniis ullam percipio voluptatem,

μεθα, ἀλλὰ χρημάτων μὲν ἅλις εἶναί μοι καὶ ὅσα ἐνεργῇ τὴν φυγὴν μόνον ἡμῶν ἔσωζεν· (τῆς γὰρ νῦν παρούσης ἀφθονίας οὐδ' οἱ φίλοι ὑμεῖς ἀπολαύετε), ἐξουσίαν δὲ τοιαύτην πῶς δυναίμεθ' ἂν Ἕλληνες ὄντες ἀγαπᾶν; ὥστε περίστασιν ἐγὼ καὶ ἀνάγκην τὰ παρόντα μᾶλλον ἢ εὐτυχίαν ἡγοῦμαι. νῦν δὲ δὴ καὶ μᾶλλον ὑπὸ συμφορᾶς καταλαμβανόμεθα· μέμηνε γὰρ καὶ ἐγείρει τὴν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας στρατείαν βασιλεύς, καὶ ταῦτα ὑπὸ δευτέρας ἤδη κεκόμισται ἀγγελίας. καὶ ἡμᾶς ἄρα τοῦ στρατοῦ προβαλεῖται ἡγεμόνας καὶ Μήδους ὑποτάξει Θεμιστοκλεῖ, καὶ στρατεύσομαι ἐπ' Ἀθήνας ἐγὼ καὶ τῷ Ἀθηναίων ναυαρχήσοντι μαχοῦμαι; πολλὰ ἄλλα ἔσται, τοῦτο δὲ οὐδέποτε.

verum pecuniæ quidem satis mihi esse sentio, quantumque recentem conservat exilii nostri recordationem : nam quæ nunc mihi suppetit affluentiæ non omnes vos estis participes amici : potestate autem tali fortasse, si Græci essemus, contenti esse possimus. Itaque hæc ego periculum magis et necessitatem quam prosperitatem esse censeo. Nunc vero etiam maiore calamitate premimur : insanit enim rex et instigat ad expeditionem adversus Græcos suscipiendam et alter iam de hoc venit nuntius. Nempe exercitui me præficiet ducem et Medos Themistocli subiciet, et bellum inferam Atheniensibus, cumque præfecto classis Atheniensium pugnabo. Multa alia fient, hoc nunquam.

κα'. Τημενίδᾳ.

Τῶν κρατήρων μοι τῶν ἀργυρῶν τοὺς μεγίστους τέσσαρας καὶ τῶν θυμιατηρίων τῶν χρυσῶν, ἐφ' οἷς ἐπιγέγραπται τὰ Ἀσσύρια τὰ παλαιὰ γράμματα, οὐχ ἃ Δαρεῖος ὁ πατὴρ Ξέρξου Πέρσαις ἔναγχος ἔγραψε, θώρακάς τε σιδηροῦς ἐκείνων, ὧν ἔδειξάς μοι, τῶν παρὰ Ἀδμήτου τοὺς ἡμίσεις ἀπόπεμψον, μὴ βραδέως μέντοι μηδὲ εἰκαίως, μηδὲ ἐκ Κορίνθου ἐνθέμενος, ἀλλὰ τάχιστα ἀποστείλας καὶ κάλλιστα πιστεύσας καὶ πάντοθεν μᾶλλον ἢ Κεγχρέαθεν ἀναγομένῳ τοὺς κομίζοντας ἐπιβήσας σκάφει. ἔρρωσο.

XXI. Temenidæ.

Craterum mihi argenteorum quattuor maximos et aurearum acerrarum eas, quibus inscriptæ sunt antiquæ Assyriorum litteræ, non quas Darius Xerxis pater recens Persis intulit, et ferreorum thoracum, quos ab Admeto acceptos mihi ostendisti, dimidiam partem ad me mitte, idque non tarde nec temere, nec Corintho devehenda, verum quam citissime mittas et optime reposita concredas, atque in navigium quovis e loco potius quam Cenchreis solvens ea laturos imponas. Vale.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΗΘΙΚΑΙ ΑΓΡΟΙΚΙΚΑΙ ΕΤΑΙΡΙΚΑΙ.

THEOPHYLACTI SIMOCATI SCHOLASTICI

EPISTOLÆ MORALES RUSTICÆ AMATORIÆ.

α'. Κριτίας Πλωτίνῳ.

Ὁ τέττιξ ὁ μουσικὸς ἦρος φανέντος τῆς μελῳδίας ἀπάρχεται· ᾠδικώτερος δὲ τοῖς ᾄσμασι καὶ τὴν φύσιν λαλίστερος ὥρᾳ μεσημβρίας γνωρίζεται, ἀκτίνων ὥσπερ ἡλιακῶν μεθυσκόμενος. τερετίζει γοῦν ὁ μελῳδός, βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος καὶ θέατρον τὸν ἀγρόν, καὶ τοῖς ὁδίταις τὴν μουσικὴν ἐπιδείκνυται. ᾆσαι γοῦν καὶ ἡμεῖς τὰς σὰς ἀρετὰς ἐπειγόμεθα· ἐκθάλπουσι γάρ πως καὶ ζωπυροῦσι πρὸς ἐγκώμιον τὰ ἡμέτερα. πάλαι γὰρ νεκρωθέντας ἡμᾶς τῷ ῥυπώδει βίῳ ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων πρὸς ἀρετὴν ἀνεψύχωσας. οὕτω γενοίμην ὁ Κριτίας Πλωτῖνος· Πλωτῖνος γὰρ ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἢ Φιλοσοφία σωματωθεῖσα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται.

β'. Δόρκων Μόσχωνι.

Ὁ ταξίαρχος τῶν προβάτων, ὁ θαυμαστός μοι κριὸς ἀπόλωλε, καὶ ποιμαντικῆς ἡγεμονίας χηρεύει τὰ θρέμματα. κακόν τι πεπόνθαμεν μέγιστον, καί τί μοι δοκῶ χαλεπαίνειν τὸν Πᾶνα· οὐ γὰρ ταῖς τῶν σίμβλων αὐτὸν ἀπαρχαῖς ἐτιμήσαμεν. διὸ πρὸς ἄστυ χωρῶ τὸν ὀργίλον πρεσβευσόμενος. καὶ τοῖς πολίταις τὴν ἀπήνειαν διηγήσομαι, φήσας ὡς « διὰ μελιτοῦτταν ὁ Πὰν τοῦ ποιμνίου μοι τὸν ἡγεμόνα διώλεσεν. »

γ'. Θεανὼ Εὐρυδίκῃ.

Ὁ φυσικός σοι κόσμος παρῴχηκε καὶ ῥυτίδων ἐγγὺς ἡ εὐπρέπεια· σὺ δὲ παραχαράττειν ἐπιχειρεῖς τὴν ἀλήθειαν, ἐπιπλάστῳ κόσμῳ τοὺς ἐραστὰς φενακίζουσα. πειθάρχει τοίνυν τῷ χρόνῳ, γραΐδιον· οὐ γὰρ εὐπρεπεῖς οἱ λειμῶνες ἐν μετοπώρῳ τοῖς ἄνθεσι. μέμνησο καὶ θανάτου (τούτῳ γὰρ ἐγειτνίασας) καὶ σωφροσύνην ἐξ ἀνάγκης ἀσκεῖν ἐπιτήδευε. καὶ γῆρας γὰρ ἀδικεῖς καὶ νεότητα· τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελλομένη διέψευσαι, τὸ δὲ κεκτημένη νενόθευκας.

I. Critias Plotino.

Cicada vocalis ineunte vere cantum suum auspicatur, canorior vero loquaciorque circa meridiem cognoscitur, radiis quasi solaribus inebriata. Stridet igitur vocalis ista, suggestus loco arborem obtinens, theatri agrum, et viatoribus offert musicam. Itaque nos quoque ad tuas virtutes canendas accingimur. Nimirum accendunt nos et inflammant ad laudandum, quos pridem sordida vita sepultos tuis litteris ad virtutem resuscitasti. Utinam sic et qui Critias sum fiam Plotinus : Plotinus enim aut extra corpus in terra philosophatur aut philosophia corpus nacta cum hominibus tanquam homo conversatur.

II. Dorco Moschoni.

Ductor ovium admirandus mihi aries mortuus est ac pastorali ducatu carent pecudes. Malum passi sumus maximum. Ac Panem credo mihi succensere : non enim alvearium primitiis eum honoravimus. Quapropter ad urbem propero iratum deprecaturus. Et civibus duritiem eius narrabo dicens « propter placentam Pan gregis mihi ducem sustulit. »

III. Theano Eurydicæ.

Naturalis tibi decor præteriit et ad rugas properat elegantia, tu vero fallere conaris veritatem, fucato ornatu eludens amatores. Concede tempori, anicula : non enim floribus splendent in affecta æstate prata. Memento et mortis, ad quam propius iam accedis, et temperantiam fac ut ex necessitate exerceas. Senectutem iniuria afficis et iuventutem, quarum hanc dum simulas ementita es, illam dum habes adulterasti.

δ'. Ἑρμαγόρας Ἀντιπάτρῳ.

Ὅρους ὁ δημιουργὸς καὶ τῷ θαλαττίῳ διετάξατο κλύδωνι, καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τὸ πελάγιον κεχαλίνωται ῥεῖθρον, καὶ ψάμμος τίς ἐστι μικρὰ ἠπείρῳ καὶ θαλάττῃ μεταίχμιον· οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἡ θάλαττα τὴν γείτονα γῆν συγκεχώρηται, παλινδρομεῖ δὲ πρὸς ἑαυτὸ τὸ ῥεῖθρον μαινόμενον, μεγάλην ἀπειλῆσαν τῇ χέρσῳ τὴν ἔφοδον. ὅρους τοιγαροῦν, ὦ Ἀντίπατρε, τῷ σῷ νομοθέτει θυμῷ, ὑπηρέτιν τὴν χεῖρα τῆς ὀργῆς μὴ ποιούμενος. τὸ μὲν οὖν συμφιλοσοφεῖν ταῖς χερσὶ καὶ τὴν γλῶτταν ἐντελοῦς ἀρετῆς ὅρος ἀκρότατος· εἰ δὲ μὴ ταύτης κρατεῖν οἷός τ' εἶ, ὕβρεσι τὸν θυμὸν ψυχαγώγει, εἰ κυσὶν ὑλακτοῦσιν ἐοικέναι βεβούλησαι. οὕτω γὰρ καὶ χαλεπαίνουσα θάλαττα ἀφροῦ περαιτέρω καὶ σάλου τὰ τῆς ὀργῆς οὐκ ἐνδείκνυται.

IV. Euagoras Antipatro.

Terminos mundi opifex et marino æstui constituit et littoribus pelagi coercuit fluctus, arenæque lacinia inter continentem atque mare porrigitur interstitium: non enim concessum est mari vicinam terram iniuria afficere, verum revolvitur in se ipsum fluctus furens, magnum minatus terræ impetum. Terminos igitur, Antipater, animo tuo constitue, non facta manu iræ adiutrice. Iam una cum manibus linguam quoque habere continentem perfectæ virtutis summus finis est. Sin vero huic non par sis coercendæ, contumeliis animum tuum oblecta, si canibus latrantibus fieri vis similis: sic enim iratum quoque mare iram ultra spumam atque æstum non producit.

ε'. Αἴγειρος Πλατάνῳ.

Κακὰς γείτονας, ὦ φίλος, τὰς γεράνους κεκτήμεθα. πόλεμον ἀθάνατον περὶ τὸ γήδιον ἔχουσιν· οὔτε γὰρ τοῖς πατράσι τοῖς ἡμετέροις ἐσπείσαντο, οὔτε τοῖς μετ' ἐκείνους ἡμῖν τὸν πόλεμον διελύσαντο. καίτοι ταῖς ἀπαρχαῖς τοῦ θερισμοῦ πολλάκις αὐτὰς ἐτιμήσαμεν, ἀλλὰ καὶ μοῖραν τοῦ γηδίου τινὰ ὥσπερ ὀργάδα θεῷ ταῖς ἀχαρίστοις δεδώκαμεν. ἀλλ' οὐκ αἰδέσιμα τὰ δῶρα παρ' ἐκείναις, ὡς ἔοικε. τοιγαροῦν ἅπαντες τῶν ἐντεῦθεν ἀπαίρομεν· πέτρας γὰρ ἡμῖν γεωργεῖν συμφορώτερον ἢ πεδία καὶ γηλόφους οἰκεῖν χαλεπὰς κεκτημένοις τὰς γείτονας.

V. Ægirus Platano.

Malas vicinas habemus, amice, grues. Bellum perpetuum circa hunc agrum gerunt. Nam neque cum patribus nostris in gratiam redierunt, neque cum nobis, qui illis successimus, bellum composuerunt, quamvis messis primitiis sæpenumero eas donaverimus, quin etiam agelli partem tanquam diis sacram ingratis istis obtulerimus. At non movent, ut videtur, dona apud illas reverentiam. Quare hinc iam omnes demigramus: saxa enim quam agros atque colles præstat nobis colere, quum tam molesti nobis sint vicini.

ς'. Ἐρατὼ Τερψιθέᾳ.

Τὸν χρυσοῦν Καλλικράτην εἰκόνα σου γεγραφέναι φασί. τὴν δὲ γραφίδα οὐ Τερψιθέαν οἶμαι δηλοῦν, ἀλλὰ τὴν Λάκαιναν ἐκείνην Ἑλένην, ναὶ μὰ τοὺς ἀψευδεῖς Παρρασίου πίνακας. τοιγαροῦν καὶ τὴν τέχνην καὶ τὴν φύσιν ἠδίκησας, τὴν μὲν ὑβρίσασα τὴν δὲ σοφισαμένη· ψεύσασθαι γὰρ τὴν Παρρασίου τέχνην ἠνάγκασας, καὶ τὰ μὴ προσόντα σοι διαποικῖλαι τοῖς πίναξιν, ὥσπερ τὰ τῆς φύσεως καλλωπίζουσα σφάλματα καὶ πολλὴν ἐκείνης τὴν ἀτεχνίαν δεικνύουσα. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦ γραφέως ἐπαινέτις εἰμί (οὐ γὰρ τῆς σῆς ἀμορφίας εἶναι ζωγράφος ἠνέσχετο), καὶ τῆς φύσεως τὴν σοφίαν τεθαύμακα κακίστῃ ψυχῇ σώματος εὐπρέπειαν μὴ καταπιστεύσασαν.

VI. Erato Terpsitheæ.

Aureum Callicratem imaginem tuam pinxisse dicunt, picturam vero non Terpsitheam referre arbitror, sed, per veraces Parrhasii tabulas, Lacænam Helenam. Iniuria igitur et artem et naturam affecisti, in illam contumelia, in hanc fraude commissa. Mentiri enim Parrhasii artem coegisti et quæ tibi desunt per tabulas subornare, quasi naturæ fucans vitia multamque eius inertiam arguens: Ego vero etiam pictorem laudo, quod deformitatis tuæ pictor esse noluit, et naturæ prudentiam admirata sum, quæ pessimæ animæ corporis decorem non concrediderit.

ζ'. Σωσίπατρος Τερπάνδρῳ.

Νόμος ἐστὶ ταῖς ἵπποις, ὥς γέ μοι δοκεῖ, καὶ μάλα σοφός· ἐπαινῶ γὰρ τὸ περὶ ταύτας λίαν φιλόστοργον. ἀλλὰ τίς ὁ νόμος αὐταῖς; τὸν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσωνται καὶ πόρρω που τὴν τεκοῦσαν οἷα συμβαίνει τοῦ γεννήματος, δρῶσί τι γεννικόν· οὐ γὰρ ἐπιλανθάνονται τῆς ἑαυτῶν φύσεως. περιθάλπουσι τὸ μονωθὲν κατ' οὐδὲν δυσχεραίνουσαι,

VII. Sosipater Terpandro.

Mos est equabus, ut mihi quidem videtur, prudentissimus: laudo enim, quod pullos suos vehementer amant Sed quis eis est mos? Lactentem adhuc equum quum nutrice destitutum viderint et procul alicubi matrem, ut fieri solet, a prole abesse, præclarum quid faciunt: neque enim suæ ipsarum naturæ obliviscuntur, et æquo animo fovent relictum, quemadmodum proprios suos

ὥσπερ ἔκγονον προσεχές τε καὶ γνήσιον. καὶ φύσις μὲν ταύταις οὕτω φρονεῖν· οὐ γὰρ Σόλωνος νόμος ἠνάγκασε. μετοχετεύσω τὸν λόγον πρὸς σέ. τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπεροράς θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντα, ἀθλιώτατον τριβώνιον ἀμπεχόμενον· τῶν ἀλόγων ζώων ἀλογώτερόν σοι τὸ φρόνημα. κύνας ἀλλοτρίους σιτίζεις· οὕτω γὰρ τοὺς περὶ σὲ κόλακας εἰπεῖν οἰκειότερον· εὐνούστατοι γὰρ εἶναί σοι δόξουσι μέχρις ὅτου τοῖς σοῖς ἐπεντρυφῶσιν, ὦ δείλαιε. ὑλακτήσουσι δὲ πάντως καὶ σέ, ἔτι τῆς κραιπάλης τῆς ἔναγχος ἐρευγόμενοι· κολάκων γὰρ φύσις καὶ μνημονικὸν πρὸς κακίαν καὶ τῶν ἀγαθῶν εὐεπίληστον. ὀψέ ποτε τὸν ἀδελφιδοῦν περίθαλπε, Τέρπανδρε· εἰ δὲ μή, τὴν πρόνοιαν ἀκαταγώνιστον ἕξεις πολέμιον, τοῖς δακρύοις τῆς φύσεως τὴν ἑαυτῆς ἀκονήσασαν μάχαιραν.

solent et genuinos pullos. Et hæ quidem natura ita sunt affectæ : non enim Solonis eas lex cogit. Transferam sermonem ad te. Nepotem tuum negligis aliorum ianuas obsidentem miserrimo indutum pallio Magis bruta sane tibi mens est quam brutis ipsis. Canes alienos nutris. Sic enim convenientius est appellare qui tecum conversantur adulatores : nam optime tibi velle videbuntur, quousque tuis rebus heluentur, o miser. Allatrabunt autem omnino et te, hesterna crapula nondum tota eructata. Nimirum adulatorum natura et mali inferendi memor est et acceptorum bonorum immemor. Sed tandem nepotis curam suscipe, Terpander, sin minus vero, divinum numen inexpugnabilem habebis hostem, quod lacrimis naturæ gladium suum acuit.

η'. Δάφνων Μύρωνι.

Μέχρι τίνος ἐπικοιλαίνεις τὸ γήδιον καὶ τὸ κατομβρίσαν ὕδωρ ἐπιρροφεῖς ὁ δείλαιος; ἢ τάχα μοι καὶ λιμώττειν τοὺς παῖδας διὰ τὸ κάταυχμον μηχανᾷ; τὸ σὸν μὲν γὰρ περιλιμνάζεται γήδιον, τὸ δ' ἡμέτερον καὶ φύσιν ἠγνόησεν ὕδατος. ἐρωτάσθωσαν πρὸς θεῶν αἱ νεφέλαι εἰ μόνῳ τῷ Μύρωνι ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ. ἀνὴρ ἐπίφθονος μέγα κακόν· εἰ δὲ καὶ τὸ γείτων εἶναι κεκλήρωται, ἀπαραίτητον τὸ δυστύχημα καὶ θανάτῳ μόλις παυσόμενον.

VIII. Daphno Myroni.

Quousque agellum excavabis cœloque delapsam aquam exhauries, o miser? An forte per hanc ariditatem liberis meis famam machinaris? Tuus enim ager undique inundatur, noster vero et naturam aquæ hactenus ignoravit. Rogantor per deos nubes, an soli Myroni aquam demittant. Vir invidus magnum est malum, si vero et vicinum esse contigerit, inevitabile infortunium et vix cum ipsa morte finem habiturum.

θ'. Εὐρίππη Δεξικράτει.

Ἐνάτῃ φθίνοντος ἀνθεστηριῶνος ἐπανήξειν πρὸς ἡμᾶς ἐπηγγείλω, καὶ διέψευσαι τὰς συνθήκας, Δεξίκρατες. ἐμοὶ δὲ καὶ ἀπηθαλώθησαν αἱ φρένες τῷ ἔρωτι, καὶ δαλοῦ δίκην τὸ περιστέρνιον κατεπεφλόγιστο. ἀπεκοττάβιζον δὲ καθ' ἑκάστην τὰ δάκρυα, καὶ τὴν σὴν ὠνειροπόλουν ἐπάνοδον, ὁ δὲ τῶν θυρῶν ψόφος ἀεί μοι φαντασία τῆς σῆς παρουσίας ἐγίγνετο. σὺ δέ, Δεξίκρατες, μετοχετεύεις ἐφ' ἕτερα τὸν ἔρωτα, καί σοι τὸ ξένον ἀεὶ τιμιώτερον· τῷ γὰρ ταχίστῳ κόρῳ αἱ τῶν ῥαθύμων ψυχαὶ δουλαγωγεῖσθαι εἰώθασιν. ἄπιστόν τι χρῆμα πόθος καὶ ἔρωτες. βληθήσῃ ποτὲ καὶ αὐτός· τῶν γὰρ ἀδικουμένων αἱ συμφοραὶ ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας μεταβαίνουσιν.

IX. Heurippe Dexicrati.

Vigesimo primo anthesterionis rediturum ad nos te recepisti et fidem fregisti, Dexicrates. Mihi vero concanduit cor amore et instar facis præcordia exarserunt. Lacrimas profudi cum gemitu quotidie, tuumque somniavi reditum, et quoties ianuæ crepuere, te iam adesse opinabar. Tu vero, Dexicrates, in alia amorem transfers et aliena quæque maiore tibi sunt in pretio : nimirum inertium animæ celerrime solent exsatiari. Infida res est desiderium atque amores. Ferieris tu quoque aliquando : nam calamitates eorum, qui iniuriam patiuntur, in eos, qui intulere, recidunt.

ι'. Ἑρμαγόρας Σωσιπάτρῳ.

Λίαν ἀγεννῶς ἀκήκοά σε τὴν πενίαν ὀδύρεσθαι, καὶ κακίζειν τὸν πλοῦτον ὡς ὄντα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀνώμαλον καὶ τοῖς μὲν ἐφικτὴν τοῖς δὲ δυσέφικτον τὴν ἑαυτοῦ παρεχόμενον κτῆσιν, ὥσπερ βασκαινούσης ἐπὶ τούτῳ τοῖς ἀνθρώποις τῆς φύσεως. εἰ γὰρ ἡλίου λαμπηδόνες τοῖς ἀνθρώποις ἐπίσης καὶ πυρὸς ἀφθονία τοῖς ὅλοις ἐστὶ προχειροτάτη, καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα χειμάρρων τε καὶ ἀενάων ἅπασίν ἐστιν εὐπόριστα, τί δῆτα, ἔφης, τὸν χρυσὸν ἡ φύσις οὕτως ἀπηκριβωμένον τοῖς ἀνθρώποις διέθετο, καὶ φιλόνεικον δῶρον τοῖς ὑπὸ σε-

X. Hermagoras Sosipatro.

Perquam illiberaliter te paupertatem flere audivi atque in divitias invehi tanquam non æquo modo per homines dispertitas et aliis facilem, aliis difficilem sui copiam facientes, quasi hoc nomine hominibus invideat natura. Si enim solis lux hominibus communis et ignis copia universis est promptissima, amniumque fluctus hieme fluentium ac perennium omnibus accessu faciles, quid tandem, inquis, est quod aurum natura tam parce hominibus dispensavit et contentionis præmium eis qui sub luna sunt attribuit, per quod maxima mala hominibus contin-

λήνην ἀπένειμε, δι' οὗ μέγιστα κακὰ τοῖς ἀνθρώποις φοιτῶσιν; ἐγὼ δὲ πλατὺν γέλωτα τῶν σῶν καταχέω δογμάτων· αὐτὸν γὰρ τὸν τῆς φύσεως ἔπαινον ὑπόθεσιν ψόγου πεποίησαι, καὶ ταυτὸν πέπονθας τῇ γλαυκί· ἀβλεψίας γὰρ αἴτιον ἐκείνῃ δοκεῖ τὰς περιφανεῖς τοῦ ἡλίου ἐκλάμψεις. λυσιτελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπινον γένος, Σωσίπατρε. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχναι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν καὶ πόλεις ᾠκίσθησαν καὶ συναλλαγμάτων εὐμάρεια. εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην εἰπεῖν, πάσης εὐκοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ περίγειον ἐνδιαίτημα, εἰ μὴ χρυσὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλων ἐπιδεεῖς ἐτεκτήνατο· οὐ γὰρ ἂν πλωτὴρ ἐναυτίλλετο, οὐχ ὁδοιπόρος ἐνεπορεύετο, οὐκ ἀροτῆρα βοῦν οἱ γεωργοῦντες ἐκέκτηντο, οὐ βασιλικῆς ἡγεμονίας ἐπρεσβεύετο σκῆπτρα, οὐκ ἀρχαῖς προσφόροις τὸ ὑπήκοον ἐκεκόσμητο, οὐ στρατηγὸς ἐδημαγώγει τὸ στράτευμα. εἰ δὲ καὶ ἀπόρρητον λόγον θέλεις μαθεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας τὰς ἡνίας ὁ χρυσὸς ἐμπεπίστευται, καὶ βασανίζεται ἔφεσις ψυχῆς δι' αὐτοῦ καὶ τῷ Κελτικῷ ποταμῷ ἐστὶν ἐφάμιλλος· νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος.

ια'. Καλλίσταχυς Κυπαρίσσωνι.

Τῶν ἀκάρπων καὶ ἀνημέρων δένδρων τὴν φύσιν ὁ Σιμιχίδας χθὲς ἐνέπρησε· τοιαύτην γὰρ τὴν καταδίκην τοῖς ἀτελεσφορήτοις ἐψηφίσατο. ἡ δὲ τοῦ παμφάγου πυρὸς φύσις τὴν ὁρμὴν ἔσχεν ἀκόλαστον, καὶ τοῦ ἀγρογείτονος ἄφνω τὸ χωρίον διώλεσεν. ὁ δὲ τὴν διφθέραν ἀφεὶς καὶ τὴν δίκελλαν πρὸς ἄστυ χωρεῖ ῥήτορα ληψόμενος σύμμαχον, καὶ τῷ Σιμιχίδᾳ δικαστήριον συγκεκρότηται. τοῦτο κἀγώ, Κυπαρίσσων, κατὰ σοῦ σκευωρήσομαι, εἰ μὴ ταῖς σαῖς μελίτταις προστάξειας τῶν ἐμῶν λειμώνων ἀπέχεσθαι. καὶ μαθήσῃ ἀλλοτρίοις πόνοις μὴ κεκτῆσθαι πρόσοδον ἄδικον.

ιβ'. Μελπομένη Πραξιμέλλῃ.

Ἐπὶ τὸ Λεωκόριον τὰς διατριβὰς ἡ αὐλητρὶς Χρυσογόνη πεποίηται, καὶ τάχα που καὶ τέρπειν οἴεται τοὺς ἐμοὺς ἐραστάς, καὶ φησὶν ἡμᾶς τὸ πορνίδιον ἄγαν δυσανασχετεῖν ἐπὶ τῷ πράγματι. ἐγὼ δὲ οὐ περὶ πολλοῦ πεποίημαι τὸ πραττόμενον· τοὺς γὰρ ἐραστὰς ὁποῖοι τυγχάνουσι τὰ τῆς Χρυσογόνης βασανίσειεν ἤθη. ἀλλὰ γενοῦ μοι πρὸς θεῶν ἀψευδοῦς ἀποκρίσεως σαφέστατος ἄγγελος, καὶ τῇ Λακαίνῃ φράσον « μεγίστας σοι χάριτας τούτου γε ἕνεκα, Χρυσογόνη, ὀφείλομεν· τῇ σῇ γὰρ ἀμορφίᾳ σεμνότερα δειχθήσεται τὰ ἡμέτερα. ἐπεὶ καὶ κολοιοῦ φανέντος κόραξ ἐν τοῖς εὐπρεπέσιν καταλογισθήσεται ὄρνισιν.

ιγ'. Ἀρίστων Νικίᾳ.

Φιλομαθέστατον ζῷόν φασι τὸν ἐλέφαντα καὶ ἀν-

gunt? Ego vero magnum in risum ob hæc tua præcepta effundor. Ipsam enim naturæ laudem vituperationis fecisti argumentum atque idem quod noctua passus es : namque cæcitatis suæ caussam splendidos solis fulgores illa opinatur. Suo commodo aurum esurit humanum genus, Sosipater. Hinc enim et artes vitæ accesserunt et civitates conditæ sunt et paciscendi orta est facilitas. Sed si summatim dici debet, omni cultu carerent ubique terrarum domicilia, si aurum non efficeret, ut homines mutuo auxilio indigerent : non enim nauta navigaret, neque viator iter faceret, neque bovem aratorem agricolæ possiderent, neque regiæ maiestatis magni haberentur sceptra, neque magistratibus commodis ornarentur subditi, neque imperator duceret exercitum. Sin vero reconditum sermonem audire vis, virtutis et malitiæ habenas concreditas habet aurum, animique per ipsum probatur appetitus, ac Celtico simile est fluvio : spuriæ enim virtutis et vitii verissimum et argumentum.

XI. Callistachys Cyparissoni.

Infecundas et feras arbores heri Simichidas exussit : eiusmodi enim sententiam tulit adversus arbores fructus ad maturitatem non perducentes. At vorax ignis impetum habuit immoderatum vicinique fundum ex improviso perdidit. Hic autem deposita pelle atque sarculo in urbem properat oratoris auxilium assumpturus, iamque in Simichidam convocati sedent iudices. Idem ego quoque, Cyparisso, in te moliar, si tuas apes non iusseris a meis pratis abstinere, ac disces alienis sudoribus non acquirere iniustum reditum.

XII. Melpomene Praximellæ.

Ad Leocorium habitationem tibicina Chrysogone instituit. Forte et oblectare se putat meos amatores, quin nos ait meretricula ægre hoc factum ferre. Ego vero non magnopere factum curo : cujus enim farinæ sint amatores Chrysogonæ mores probabunt. Sed sis mihi per deos veri responsi certissimus nuntius et Lacænæ dicas : « magnas tibi gratias hanc ob rem, Chrysogone, debemus : tua enim deformitate venustiora nostra apparebunt, quia præsente graculo corvus decoris adnumerabitur avibus. »

XIII. Aristo Niciæ

Admodum docile dicunt animal esse elephantum, hu-

θρωπίνων διδαγμάτων μαθητὴν ἐπιδέξιον· οὐ γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος ἐπ' αὐτῷ θαυμαστὸς ὅσον ὁ τῆς παιδείας κόσμος τετίμηται. καὶ ταῦτα μὲν παῖδες περιθρυλοῦσιν Ἰνδῶν, ἐγὼ δὲ τοῦ Νικίου τεθαύμακα τῶν ἀλόγων ζῴων ἔχοντος τὸν λογισμὸν ἀλογώτερον. ὑπάρχων γὰρ παῖς ἀνδρὸς σοφιστοῦ τὰς πατρῴας ἐκλελάκτικας ἀρετάς, περὶ δὲ κύβους καὶ παλαίστρας τὴν τοῦ βίου σχολὴν κατηνάλωσας, καὶ γέγονας πέρας εὐγενείας τῷ γένει. εἰ τοίνυν παῖς Ἑρμαγόρου θέλεις ἀκούειν, ὀψέ ποτε πρὸς τὸν ἐκείνου βίον ἐπάνηκε· ἀγαθὸν γὰρ ὅτῳ κἂν ἐς γῆρας σοφία καὶ φρόνησις παρῆν, καθὰ δοκεῖ καὶ τῷ Πλάτωνι. εἰ δὲ τῶν πάλαι κακῶν δυσανασχετεῖς μεθίστασθαι καὶ παῖδα σαυτὸν Ἑρμαγόρου κηρύττεις, τυμβωρύχος ἴσθι τοῦ πατρῴου τάφου γιγνόμενος· τῇ σῇ γὰρ κακίᾳ τὰς ἐκείνου ἀρετὰς καθυβρίζεις.

ιδ'. Μυρωνίδης Δαμάλῳ.

Τὸ ποίμνιον ἅπαν ὁ σὸς ἐλυμήνατο παῖς. τὸ κισσύβιον ἀεὶ πληρώσας τοῦ γάλακτος ἐπὶ τὰς πλατάνους ὁ λωποδύτης χωρεῖ, καὶ στιβάδα ποιήσας ἀμερίμνως ἀναπέπτωκε καὶ τὸν ἁβροδίαιτον βίον ἀσπάζεται, εἶτα τὴν σύριγγα κομισάμενος ὥσπερ ἐπιδείπνιον ᾠδὴν τὴν εὐθυμίαν προβάλλεται, καὶ τοὺς ἀγροικικοὺς παραχαράττει θεσμούς. τὰ δὲ θρέμματα τῇδε κἀκεῖσε διέσπαρται καὶ πρὸς ἔφοδόν ἐστιν εὐάλωτα. καὶ δὴ καὶ τοὺς ὄνθους εὐώνως διαπιπράσκει ὁ δείλαιος, καὶ Μυρωνίδην ἀδικῶν οὐκ αἰσχύνεται. εἱστίων χθὲς τὸν Τρυγίαν λαμπρῶς· ἰσχάδες γὰρ ἦν μοι καὶ ἀκρίδες τὰ ὄψα. ὁ δὲ θεσπέσιος οὗτος νεανίας τῶν ἰσχάδων τὰς πλείστας ἐκβέβρωκε, καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξερρόφησεν (ὁ δὲ Τρυγίας ἐκεχήνει), καὶ μοῖράν τινα ᾔτει μετὰ κόρον κομίσασθαι οἴκαδε. ἀπίτω μοι λοιπὸν τῶν ἀγρῶν ὁ Κλεινίας· τῶν γὰρ πόρρω κακῶν αἱρετώτερόν ἐστιν ἀνέχεσθαι ἢ πολέμιον οἴκοι τρέφειν κρυπτόμενον.

ιε'. Ἀταλάντη Κορίννῃ.

Ἐν τῇ παλαίστρᾳ τὸν Αὐγέαν τεθέαμαι, Κόριννα. τὴν δὲ θέαν οὔτε λόγος ἐκφράσειεν οὔτε ζωγράφου χεῖρες μιμήσαιντο· ἦν γὰρ ὁ νεανίας εὐσθενὴς ὄρθιος τὸ περιστέρνιον λάσιος, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ δορκάδος αὐτῷ, τὸ δὲ βλέμμα οὔτε θυμῷ φοινισσόμενον οὔτε μαλακώτερον ὑγρότητι, ἀλλ' ἀνδρεῖον καὶ πρᾶον ὁμοῦ. ἡ δὲ χροιὰ ἡ τοῦ σώματος οὔτε πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς ἐλευκαίνετο, οὔτε πρὸς τὸ μελάντερον κατεσκίαστο. ἡ δὲ θρὶξ ἠρέμα πως ὑπεκύμαινε τῇ οὐλότητι καὶ κυανίζουσαν ὥρᾳ γαλήνης τὴν θάλατταν εἰκονίζετο, ὅτε καὶ τὴν γείτονα χέρσον ἁπαλῷ περιπτύσσεται ῥείθρῳ, τὸ μανιῶδες τοῦ κλύδωνος καὶ βάρβαρον παρεάσασα. αἱ δὲ παρειαὶ οὔτε κατέρυθροι (γυναικῶδες γάρ) οὔτε πάλιν ὠχρότητι τὴν εὐπρέπειαν ἐπεστύγναζον. ἡ δὲ ῥὶς λίαν σεμνῶς ἐτετόρνευτο, καὶ πολλὴν τῆς δημιουρ-

manorumque præceptorum discipulum haud ineptum: non enim in illo tam est miranda moles corporis, quam disciplinæ decus æstimandum. Et hæc quidem Indorum pueri in vulgus efferunt, ego vero Niciam admiratus sum ipsis brutis animalibus magis brutam habentem rationem. Nam quum sis viri eloquentis filius, paternis studiis abiectis in aleæ ludo et palæstris vitæ tempus consumpsisti et nobilitatis laude genus tuum privavisti. Quare si Hermagoræ filius audire vis, sero tandem ad illius redi vitam: præstat enim, si cui vel seni sapientia adsit et prudentia, quemadmodum Platoni quoque videtur. Sin vero a pristinis malis desistere molestum tibi est ac tamen Hermagoræ filium te ipsum iactitas, paterni sepulcri te esse prædatorem scito: tua enim improbitate illius contaminas virtutes.

XIV. Myronides Damalo.

Universum gregem puer tuus perdidit. Poculum semper lacte complens ad platanos secedit furcifer et in stramento incuriose recumbit suavique cibo vescitur, deinde fistula prehensa tanquam convivali cantu animi hilaritatem exprimit et agrestes adulterat modos. Pecora vero hinc inde disperguntur et captu cuivis sunt proclivia. Sane et fimum vili pretio divendit nebulo et sine pudore Myronidem iniuria afficit. Trygiam heri convivio excepi splendido: caricæ nimirum erant mihi et locustæ obsonio. Divinus autem iste adolescens caricas plurimas devoraverat et locustas nescio quomodo absorpserat (Trygias vero inhiabat) et partem, ubi satiatus esset, petebat domum referendam. Absit in posterum ab agro meo Clinias: satius est enim longinqua mala sustinere quem domi clandestinum hostem alere.

XV. Atalante Corinnæ.

In palæstra Augeam conspicata sum, Corinna, spectaculum autem nec sermo expresserit nec pictoris manus facile imitentur. Erat enim iuvenis robustus, erectus, pectore hirsutus; oculi ei dorcadis, visus neque ira rubens neque deliciis mollior, verum virilis simul atque placidus, corporis color neque ut in feminis candebat neque nimis nigricabat, capillus crispitudine modice fluctuabat et purpurans tranquillitatis tempore mare referebat, quum et vicinam terram leni unda alluit, furore fluctus et barbarie sedata. Genæ neque rubebant, quod feminarum est, neque pallore tamen decorem obscurabant. Nasus egregie tornatus insignem artificis scientiam

γοῦ φύσεως τὴν ἐπιστήμην ἀπήλεγχε. ** τὸ δὲ ἔλαιον ἐπιχεόμενον ἡλιοειδῶς περιήστραπτε, καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς τῶν ἐκλάμψεων τὴν παλαίστραν ἀκτίνων δίκην ἠγλάιζε. πέπονθα, Κόριννα, τὴν ψυχήν, καὶ δριμυτέρας τῆς ἀλγηδόνος αἰσθάνομαι· ἐρωτικὸν γὰρ διηγήσασθαι πάθος τὸ γυναικεῖον φῦλον αἰσχύνεται.

arguebat. Oleum circumfusum solis in modum refulgebat et splendoris luminibus palæstram quasi radiis illustrabat. Affecta sum animo, Corinna, et acerbiorem sentio dolorem : amatorium enim affectum enarrare muliebre pudet genus.

ιϛ'. Γοργίας Ἀριστείδῃ.

Δανειζόμενος γέγηθας, εἰσπραττόμενος ἀνιᾷ, καὶ συναντῶν τοῖς δανεισταῖς καταπλήττῃ τῷ φόβῳ, ὥσπερ θηρίοις τισὶ φοβεροῖς καὶ ἀνημέροις ἐντυγχάνειν δοκῶν· καὶ περισκοπεῖς τὰς τριόδους καὶ πρὸς τὰς στοὰς ἀφορᾷς, τοὺς δανειστὰς δραπετεύειν γλιχόμενος, ὥσπερ οἱ ναυτιλλόμενοι ἐν μεγάλῳ τῷ κλύδωνι λιμένος τυγχάνειν ὀρέγονται. ἀλλὰ κακῷ τὸ κακὸν ἀκῇ· δανειζόμενος γὰρ παρ' ἄλλων ἄλλοις ἀποδίδως τὸ ὄφλημα, ταὐτόν τι ποιῶν τοῖς διὰ φόβον θανάτου κατακρημνίζουσιν ἑαυτούς. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ δανείζεσθαι πολυσχιδές τι τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ κακόν, καὶ τῆς μυθικῆς ὕδρας τοῖς αὐτομάτοις γεννήμασίν ἐστι χαλεπώτερον, κἂν ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις εὐλαβοῦ τὸ δανείζεσθαι· οὕτω γὰρ ἐλευθέρως τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας προσβλέψειας καὶ τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα λίαν προσηνῶς ἀναπνεύσειας.

XVI. Gorgias Aristidi.

Εἰ μὴ βίου Σωκράτης ἐνέχυρα κέκτηται, παιδαγωγὸς τοῦ σοῦ μὴ προχειριζέσθω παιδός· ἐνέχυρα δὲ βίου παῖδες νοείσθωσαν. ὃν γὰρ εἶναι πατέρα φύσις ἐδίδαξε, τοῦτον καὶ παιδαγωγεῖν ἐστὶν ἀξιόπιστον, πείρᾳ μαθόντα καὶ γεννήσεως σχέσιν καὶ στοργῆς ἀλγηδόνας.

νθ'. Κηπίας Κοράννῳ.

Συνέριθος ἔσο μοι μεσημβρίας ὥρᾳ, Κορίαννε· αἱμασιᾷ γὰρ τὸν ἀγρὸν περιφράξαιμι· κακοὺς γὰρ τοὺς ὁδίτας κεκτήμεθα γείτονας. οὐχ οἷός τέ εἰμι καὶ ζῴοις ἀλόγοις καὶ τοῖς ἀνθρώποις συμπλέκεσθαι. ὁ λαγὼς τὰς ἀμπέλους, ἡ δὲ κάμπη τὰ λάχανα ὄλλυσι. τί δῆτα περὶ τῶν ἀσπαλάκων καὶ λέξαιμι; φοβερὸν γὰρ τῷ γεωργῷ τὸ κακὸν καὶ δυσανταγώνιστον. διό μοι συμπαρατάττου καὶ τῶν πόνων συλλαμβάνου, κἀγώ σε αὖ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἀμείψομαι. οὕτω γὰρ καὶ μύρμηκες συμμαχοῦντες ἀλλήλοις καὶ τὸν μόχθον σοφίζονται καὶ τῶν μεγίστων πόνων ἐφάπτονται.

ξ'. Ἄνθεια Ὠρίωνι.

Ἅπαντα τῷ γυναικείῳ φύλῳ δεδούλωται. Λαΐδος ὁ Διογένης ἐρᾷ, Σωστράτης ὁ Φρύγιος. ἡ τῆς φιλοσοφίας κομψότης διόλωλε· τὸ σεμνὸν ἦθος παρεώσαντο, τὸ αἰθέριον καταλελοίπασι φρόνημα, τὸ μετάρσιον ἐπάγγελμα διεψεύσαντο· ἅπαντα φροῦδα τὰ πρὶν αὐτοῖς μεμελετημένα πρὸς ἄσκησιν. ἄωρόν μοι παίγνιον εἶναι δοκεῖ ἄνδρα πρεσβύτην, πολιὰν αἰδέσιμον ἔχοντα, ὑπερωφρυωμένον ἐπὶ σεμνότητι, νεάνιδος ἑταίρας ἐρᾶν. ἐγὼ δὲ καγχάζω καὶ τὸν γέλωτα φέρειν οὐ δύναμαι, ὁπηνίκα συναντήσαιμι τοῖς γεροντίοις· πολλὰ γὰρ τῆς Ἀφροδίτης κατηγόρουν τὸ πάλαι, καὶ τοὺς ἐρῶντας μανίαν νοσεῖν αὐθαίρετον ἔφασκον, ἔφεσιν ἀκολάστου ψυχῆς τοὺς ἔρωτας ὁριζόμενοι. ἅπαντα φέρειν σοφόν, τὸ δὲ ἐλπίζειν λίαν ἐστὶν ἐμφρονέστερον· πολλὰ γὰρ χρόνος καὶ τύχη δεδύνηνται.

ξα'. Σώστρατος Λυσιστράτῳ.

Ἐπειδή σοι πολλὰ καὶ θαυμαστὰ παραινέσαντες τὸν τῆς Πηνελόπης ἐδόξαμεν ὑφαίνειν ἱστόν, φέρε δῆτα φέρε καὶ μυθικῶν ἀπαρξώμεθα λόγων· ἴσως γὰρ τῆς σῆς διανοίας ἐφίκοιτο δὴ τὰ λεγόμενα.

Ἐν τοῖς νεοβλάστοις τῶν δένδρων ὁ τέττιξ ὀχούμενος ὥρᾳ καύματος ἐκελάδει διάτορον, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἁρμονίας αἰσθανόμενος ἐπετέρπετο. ὁ δὲ μύρμηξ παρῆν τοῖς θερίζουσι καὶ περὶ τὴν ἅλω τὰς διατριβὰς

riam? Utrinque igitur peccas, modo ut amator cupiens, modo ut inimicus detestans.

LVIII. Damassius Antigono.

Si vitæ pignora Socrates non habet, ne filii tui pædagogus eligatur. Pignora autem vitæ liberi intelligantur. Quem enim natura docuit esse patrem, hunc etiam pueros educare posse consentaneum est, experientia edoctum et generationis habitum et paterni in liberos amoris sollicitudines.

LIX. Cepias Corianno.

Socius mihi adesto sub meridiem, Corianne: sepis enim munimento agrum meum cingam. Nimirum malos vicinos habemus viatores. Non par sum et brutis animalibus et hominibus arcendis; lepus vineas, eruca olera deperdit. Quid iam de talpis loquar? Horribile enim hoc est malum rusticis et hostis pæne insuperabilis. Quare fer mihi auxilium et partem laboris in te suscipe, et ego eiusmodi operibus te remunerabor. Sic enim formicæ quoque per mutuas operas molestiam fallunt, maximosque labores aggrediuntur.

LX. Anthia Orioni.

Cuncta muliebri sexui subiecta sunt. Laidem Diogenes amat, Sostratam Phrygius. Philosophiæ maiestas periit, morum gravitatem abiecerunt, cœlestem animum amiserunt, sublimem professionem ementiti sunt, omnia evanuerunt, in quibus exercendis ipsi olim studium posuerant. Intempestum videtur mihi esse ludicrum, virum senem canis venerandum, gravitate superbientem, iuvenis meretriculæ amore teneri. Ego vero cachinnor neque risum tenere possum, quum obviam fio senibus: multis enim in Venerem invehebantur olim, et amantes insania laborare voluntaria dictitabant, appetitum intemperantis animi amorem definientes. Omnia ferre sapientis est, sperare vero multo est prudentius: multum enim tempus et fortuna possunt.

LXI. Sostratus Lysistrato.

Quoniam multis egregie monitis Penelopæ visi tibi sumus telam texere, agedum tandem age et fabulosam narrationem exordiamur: fortasse enim in animum tuum se dicta insinuabunt.

In virentibus arboribus insidens cicada æstivo tempore clare canebat, suoque ipsius cantu delectabatur. Formica vero messoribus aderat et circa aream versabatur, terræque sinu cibaria sua recondebat, ut

ἐπεποίητο, καὶ τοῖς κόλποις τῆς γῆς τὴν ἑαυτοῦ τροφὴν ἐθησαύριζεν, οἷα προμηθέστερος ὢν ὁ μύρμηξ τοῦ τέττιγος. παρῳχήκει τοίνυν ἐκ τῶν βορείων ὁ ἥλιος, ἀπῆν τὸ μετόπωρον, καὶ ὁ χειμὼν ἐπεφοίτα τῇ γῇ, ἡ δὲ θάλαττα τὰς γαληναίας σπονδὰς διελύσατο. οἱ πλωτῆρες τοὺς λιμένας ὡς σωτῆρας ἠσπάζοντο, ὁ γεωργὸς ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀλέαν κατέφευγε, καὶ ὁ μύρμηξ ἐν ταῖς λαγόσι τῆς γῆς τοὺς πόνους εἶχεν ἑστίασιν ἐπιτήδειον. ἱκέτευε δὲ ὁ τέττιξ τὸν φιλόπονον μύρμηκα τῶν θησαυρῶν μετασχεῖν· ὁ δὲ τὸν μελῳδὸν τῶν ἑαυτοῦ θυρῶν ἀπεπέμπετο, πολὺν αὐτοῦ τῆς ἀργίας καταχέων τὸν γέλωτα, καὶ τῶν θερινῶν ᾀσμάτων αὐτὸν ἀνεμίμνησκε. διόπερ ὁ μὲν εἶχε λιμὸν τὴν ᾠδήν, ὁ δὲ τοὺς πόνους τροφήν.

Ἁρμόττει σοι ὁ μῦθος, Λυσίστρατε· ἀργὸς γὰρ ὢν ἀθλιώτερος εἶ τοῦ πυρέσσοντος, ἐσθίων μάτην διπλάσια. ἄπαγε δῆτα τῆς ἀργίας, ὦ βέλτιστε. τὰ τῆς φύσεως δῶρα κατῄσχυνας, τηλικαύτην ῥώμην καὶ εὐρωστίαν τοῦ σώματος ἀκόσμητον παρεών, ἐπιστήμην πόνων ἀσκεῖν μὴ βουλόμενος.

quæ cicada esset prudentior. Discessit igitur ex boreali regione sol, præteriit auctumnus et iam hiems terræ ingruebat, mare autem tranquillitatis rupit fœdera, nautæque portus amplectebantur quasi servatores. Rusticus ad suum se recipiebat focum, formicaque in terræ sinu suis laboribus parto victu fruebatur. Iam supplex cicada laboriosam formicam rogabat, ut sibi de repositis opibus impertiret, hæc vero cantricem vehementer ob inertiam irrisam a suis foribus ablegabat, eique æstivum cantum in mentem revocabat. Itaque alteri famem cantus afferebat, alteri labor alimentum.

Quadrat in te fabula, Lysistrate : etenim iners quum sis, febricitante es miserior, duplum comedens frustra. Tandem fac missam inertiam, optime : abuteris enim naturæ donis, qui tantum robur tantumque corporis vigorem laborum exercitio neglecto incultum esse pateris.

ξβ'. Τεττίγων Πορφυρίωνι.

Ὁ Κορύδων εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ τῆς τύχης φίλος, ὡς ἔοικεν. αἱ ἄμπελοι ταῖς βότρυσιν ἄχθονται, αἱ ἀχράδες βρίθουσι καὶ τῶν τρυγώντων ἀνθρώπων ὀρέγονται, αἱ ἐλαῖαι τῇ γῇ προσνενεύκασι καὶ τῷ πλήθει τοὺς ἐνεγκαμένους κλάδους βιάζονται, οἱ λειμῶνες κατάκομοι, ἡ ἅλως ταῖς Νειλῴαις ἐφάμιλλος αὔλαξιν. ἀλλὰ καὶ τὸ γύναιον μετὰ τῶν ἄλλων εὐφορεῖ τῷ ἀνδρί· τοσοῦτοι γὰρ παῖδες αὐτῷ, ὡς καὶ Δαναὸν καὶ Αἴγυπτον ταῖς εὐτεκνίαις νικᾶν. ἄλλος μὲν γάρ ἐστιν ὑπομάζιος, ἄλλος τῆς γαλουχίας ἐπαύσατο, ἕτεροι δὲ ἕρπουσι, μήπω τῆς ὀρθῆς βαδίσεως ἀπαρξάμενοι, ἔνιοι παρατραυλίζουσι καὶ τοὺς ὀδόντας ἀμείβουσιν, ἄλλοι τῆς ἀκμῆς ἐπιβαίνουσι καὶ τὸ βούπαιδες εἶναι κεκλήρωνται, καὶ σύριγγος δίκην αὐλῶν ἡ τῆς ἡλικίας αὐτοῖς τάξις συντέτακται. σὺ δὲ παρῄνεις τὸ θυγάτριον μὴ παρεγγυᾶν τῷ Κορύδωνι, καὶ τὴν ἀγχιστείαν ἐκάκιζες, ὥσπερ ἀφοσιούμενος τὴν δυσγένειαν. οἴμοι βεβουκόλημαι ὁ δείλαιος, καὶ κοῦφον ἔσχον τὸ φρόνημα. τοῖς ἀνθρώποις ἀνόνητον ἡ εὐγένεια· πλούτου γὰρ παρὰ πᾶσιν οὐδὲν ἐνδοξότερον.

LXII. Tettigo Porphyrioni.

Beatus vir est Corydo, fortunæque amicus, ut videtur. Vites uvis gravantur, piri fructibus onustæ messores postulant, olivæ in terram pronutant et multitudine sua ferentibus ramis vim faciunt, prata comantia, area ulcis similis quos Nilus irrigat. At et muliercula cum ceteris fructuosa est coniugi : tot enim sunt ei liberi, ut vel Danaum et Ægyptum fœcunditate superet. Namque alius adhuc adhæret mammis, alius iam lactare desiit, alii vero repunt, qui nondum recte incedere cœperunt, nonnulli balbutiunt dentesque mutant, alii ad florem ætatis accedunt et adolescentiam iam attingunt, atque ad instar syringis fistularum composita eis est series ætatis. Tu vero monebas, ne filiolam desponderem Corydoni, et affinitatem vituperabas quasi ignobilitatem decutiens generis. Heu me, deceptus sum et levi fui animo. Nihil prodest hominibus nobilitas : divitiis enim apud omnes nihil pretiosius.

ξγ'. Χρύσης Ἡφαιστίωνι.

Οὐκέτι τῆς Διοδότης ἐρᾷς. τὰς ἐρωτικὰς θρυαλλίδας ἀπέσβεσας· οὐ γὰρ ζηλοτυπεῖς ἐπ' αὐτῇ, ἐμφιλοχωροῦσαν τῷ Λυσιστράτῳ θεώμενος. φιλονικότερον Ἐρώτων οὐδέν. καὶ πῶς, εἰ ἐρᾷς, τηλικαύτης ἀλγηδόνος φιλοσοφεῖς ἀνεχόμενος;

LXIII. Chryses Hephæstioni.

Non amplius Diodotam amas. Amatoria ellychnia exstinxisti : non enim zelotypia moveris, quum eam cum Lysistrato rem habere vides. Invidiosius amoribus nihil est. Et quomodo, si amas, tantos dolores philosopho perfers animo?

ξδ'. Σωκράτης Μελανιππίδῃ.

Γυμνασταὶ μὲν καὶ παιδοτρίβαι ἀπαραίτητοι τοῖς

LXIV. Socrates Melanippidæ.

Præceptores et ludi magistri inexorabiles quidem sunt

παισὶ τῆς σωφροσύνης διδάσκαλοι. ἐπειδὴ γὰρ φρονήσεως ἔτι καὶ νόμων οἱ παῖδές εἰσιν ἀνεπίδεκτοι, ἀπειλαῖς χαλινοῦμεν τὸ τούτων ἀκόλαστον· τοὺς γὰρ παῖδας λόγοις μᾶλλον ἢ μάστιξιν ἐκταράττομεν. ἐγὼ δὲ τὴν σὴν ἀναίδειαν ἄγαμαι· οὔτε γὰρ κολάσεις δικαστηρίων σοι φοβεραί, οὔτε λόγος εἰσηγητικός ἐστιν αἰδέσιμος. τῶν παίδων ἀφρονεστέραν ἐν γήρᾳ τὴν διάνοιαν ἔχεις. ἴθι τοίνυν, εἰ βούλει, πρὸς βάραθρον. ὃν γὰρ λόγος καὶ μάστιγες σωφρονεῖν οὐ διδάσκουσι, τοῦτον πείθειν κακίας ἀπέχεσθαι λίαν ἐργῶδες καὶ τοῦ καθαίρειν τὴν Αὐγέου κόπρον ἐστὶ δυσχερέστερον ἢ κοτύλῃ τὸ Ἀτλαντικὸν ἅπαν ἐκμετρῆσαι πέλαγος.

in pueros, temperantiæ vero doctores. Quum enim prudentiæ ac legum pueri nondum sint capaces, minis frenamus eorum intemperantiam: namque pueros verbis magis quam flagris exterremus. Ego vero tuam impudentiam admiror: non enim iudiciorum te terrent supplicia, neque orationem adhortatoriam revereris. Pueris stolidiorem senex habes mentem. Pergas igitur, si libet, ad barathrum. Nam quem nec verba nec verbera ad frugem adducere possunt, huic ut a malitia abstineat persuadere nimis operosum est, ac difficilius quam Augiæ sordes expurgare vel cyatho totum Atlanticum mare emetiri.

ξε'. Βουβαλίων Κισσυβίωνι.

Ὁ Γοργίου παῖς ἡμᾶς ἀδικεῖ. ξυνωρικεύεται γὰρ ἱππαζόμενος ὁ παμμίαρος, καὶ προσχήματι θήρας περιπέττει τὴν πανουργίαν ὁ κάκιστος. οὔτε γὰρ λαγὼς φοιτᾷ παρ' ἡμῖν, οὔτε δορκὰς ἐνδημεῖ, οὐ βουβαλίδες, οὐκ ἔλαφοι, οὐκ ἄλλο τι τῶν πρὸς θήραν ἐπιτηδείων ὄντων. αἱ μὲν γὰρ εἱρκταὶ καὶ πάγαι τοὺς λαγὼς ἀπελαύνουσι, δι' ὧν καὶ ἁλίσκονται τῶν σταφυλῶν ἐπιβαίνοντες, δορκάδας δὲ καὶ βουβαλίδας οἱ γείτονες λέοντες. καὶ τί δῆτά σοι τὰ μυρία τῶν θηρίων ἀπαριθμοῦμαι γένη, οἷς καὶ ἡμεῖς συλλιμώττομεν; ἀνανδρία γὰρ ἡμᾶς, ἀθηρία δὲ τοὺς θῆρας κολάζεται. ἐπειδὴ οὖν ἀγχιστεία σοι πρὸς τὸν ἀδικοῦντα, Κισσυβίων, εἰσηγοῦ τὸ συμφέρον, καὶ σωφρονέστερον τοῦτον οἱ σοὶ διδασκέτωσαν λόγοι. ἴσθι γὰρ αὐτὸν κυσὶ σπαραξόμενον, εἰ ἐν τοῖς ἐμοῖς ἀγροῖς τὸ λοιπὸν ἐνδημήσει· ἤδη γὰρ καὶ ἡ θήλεια κύων σὺν τοῖς τέκνοις περιφρουρεῖ μοι τὸ γήδιον ἀνθρωπίνης ὀργῶσα πιμελῆς ἐφάψασθαι.

LXV. Bubulio Cissybio.

Gorgiæ filius iniuriam nobis infert. Biiugo enim curru vehitur sceleratissimus et venationis prætextu nequitiam suam tegit pessimus. Nam neque lepus apud nos currit, neque dorcas versatur, non bubali, non cervi, non alia quæquam earum ferarum, quæ ad venandum sunt idoneæ. Etenim retia atque laquei lepores abigunt, quibus et capiuntur vites invadentes, dorcades autem inopia et bubalos vicini leones. Sed quid quæso tibi innumerabilia ferarum genera recenseam, quibuscum simul nos quoque esurimus? Nobis enim, quod homines hic non sunt, feris vero, quod nullæ feræ, detrimento est. Quoniam igitur tibi, Cissybio, cum iniurioso isto intercedit cognatio, suade ei quod utile sit, moderatioremque eum reddant a te iam habendi sermones. Scito enim, canibus eum laceratum iri, si meos agros posthac invaserit: iam enim et femina canis cum catulis custodit mihi prædium, humanum adipem gustare gestiens.

ς'. Πειθὼ Ἱππολύτῳ.

Εὐπρέπειαν, οὐχ ἦθος σεμνὸν οἱ ποθοῦντες μᾶλλον ἀσπάζονται· οὐ γὰρ σωφροσύνην οἱ Ἔρωτες ἐπαγγέλλονται, ἀλλὰ κάλλει σώματος ὀφθαλμὸν ἀκόλαστον δελεάζουσιν. εἰ τοίνυν διὰ τοὺς τρόπους τῆς Ῥοδοκλείας ἐρᾷς, τῶν σῶν ἡδονῶν οὐ βασιλεύουσιν Ἔρωτες· φιλοσοφοῦντος γὰρ λογισμοῦ βέλος ἀφροδίσιον οὐ καθάπτεται.

LXVI. Pitho Hippolyto.

Elegantiam magis quam morum gravitatem amantes amplectuntur: non enim temperantiam Amores profitentur, verum corporis venustate intemperantem inescant oculum. Quare si ob mores Rhodocleam amas, tuas voluptates non dominantur Amores: scilicet philosopham mentem telum venereum non attingit.

ξζ'. Ἐρατοσθένης Αἰσχίνῃ.

Ἐσθίεις τοὺς ὅρκους ὡς λάχανα, καὶ κτύπος ὀδόντων εἶναί σοι δοκεῖ τὸ πραττόμενον, καὶ τοῖς ἐγκαλοῦσιν ἀντιφθέγγῃ, παμπόνηρε,

« ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος »,

οὐκ εἰδὼς ἀχαλίνωτον γλῶτταν μείζονα τοῦ πλημμελήματος εἰσπραττομένην τὴν κόλασιν. ὧν γὰρ ἂν λόγοις ἁμάρτωμεν, ἔργοις τὴν τιμωρίαν ὑφέξομεν. τὴν γλῶτταν δῆτα σώφρονα κέκτησο, ὀμνύειν καὶ τὰ

LXVII. Eratosthenes Æschini.

Iureiuranda devoras tanquam olera, dentiumque fragore rem confectam esse putas, et si qui te vituperant, his illud opponis, scelerate,

« lingua iuravit, mens vero iniurata est, »

effrenatam linguam graviores delicti pœnas dare nesciens. Nam quæ verbis deliquerimus, horum pœnas rebus dependemus. Fac igitur ut modestam linguam habeas, iurare vel ad veritatem confirmandam dubitans:

πρὸς ἀλήθειαν εὐλαβούμενος· ἀβαρὲς γάρ τι χρῆμα ὁ ὅρκος εἶναι δοκεῖ, καὶ παντὸς ἄχθους ἐστὶ δυσφορώτερον. ἐντεῦθεν καὶ Τάνταλος ἐκολάζετο· περὶ τὰ θεῖα γὰρ ἔσχε τὴν γλῶτταν ἀκόλαστον.

levis enim res esse videtur iusiurandum, et omni tamen onere est gravius. Hinc etiam Tantalus pœnas subiit : nam in divinis rebus linguam non continuit.

ξη'. Σεύτλων Κοριάννωνι.

Εἷλον ὀψέ ποτε τὴν κακίστην ἀλώπεκα, καὶ λαβὼν ποικίλοις δεσμοῖς περιφρουρῶ τὴν παμμίαρον, καὶ ἄξω ἐπὶ τὴν λεωφόρον, Κοριάννων, καὶ τοὺς ἀγροίκους συγκαλεσάμενος ἅπαντας τὴν πολέμιον θριαμβεύσω, καὶ δημοσίᾳ δίκας παρέξεται, ἀντὶ πολλῶν ἀδικημάτων μίαν ὑφέξουσα κόλασιν.

LXVIII. Seutlo Coriannoni.

Tandem aliquando pessimam cepi vu.pem, captamque variis vinculis custodio scelestissimam atque in viam publicam deducam, Corianno, et rusticis convocatis omnibus de hoste triumphabo. Tum publice dabit pœnas, pro multis iniuriis uno supplicio affecta

ξθ'. Καλλιόπη Λαΐδι.

Κρωβύλῳ καὶ τέττιγι ὁ Γοργίας σεμνύνεται, μήπω τοῖς ἰούλοις κατασκιάσας τὸ πρόσωπον, καὶ βρενθύεται τῷ κάλλει, καὶ δέλεαρ ἀνοίας προτίθησιν ἡμῖν τὴν εὐπρέπειαν. ἐγὼ δὲ καὶ γῆρας καὶ νόσον καὶ λύπην πίναξιν ἐγχαράξαιμι, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἀναθήκαιμι τοῦ ἀγνώμονος· ταῦτα γὰρ ἕξει ποτὲ τῆς εὐπρεπείας ἀντίπαλα.

LXIX. Calliope Laidi.

Cincinno et cicada Gorgias gloriatur, nondum licet lanugine vultum obtegans, et pulcritudine superbit et escam stultitiæ obicit nobis formæ elegantiam. Ego vero et senectutem et morbum et dolorem tabulis inscribam et ante amentis ianuas suspendam : hæc enim habebit aliquando elegantiæ suæ adversaria.

ο'. Πλάτων Ἀξιόχῳ.

Ἡνίαις καὶ μάστιξι τοὺς ἵππους ἰθύνομεν, καὶ ναυτιλλόμεθα πῆ μὲν τοῖς ἱστίοις τὴν ναῦν ἐκπετάσαντες, πῆ δὲ ταῖς ἀγκύραις ταύτην χαλινώσαντες καθορμίζομεν. οὕτω κυβερνητέον καὶ τὴν γλῶτταν, Ἀξίοχε, πῆ μὲν τοῖς λόγοις ὁπλίζοντες, πῆ δὲ τῇ σιωπῇ κατευνάζοντες.

LXX. Plato Axiocho.

Loris et flagellis equos regimus, et navigamus modo velis navem explicantes, modo ancoris frenantes conicimus in portum. Sic etiam lingua gubernanda est, Axioche, ut modo verbis eam instruamus, modo silentio consopiamus.

οα'. Ῥόδων Κυπαρίσσωνι.

Τοὺς Λευκανοὺς ἐπιέναι πάλιν φασί, καὶ τὸ δρέπανον ἀπορρίψας λόγχην καὶ σαυρωτῆρα χαλκεύσομαι, καὶ τὴν ἐνυάλιον τέχνην ἀσκήσαιμι· οὐκ ἐᾷ γὰρ ἠρεμεῖν ὁ δαίμων ἡμᾶς. ἐμοὶ τοῦ χειμῶνος τὸ θέρος ἐστὶ κρυωδέστερον· τί γὰρ τοῦ πολέμου γένοιτ' ἂν φρικωδέστερον; ἦρος φανέντος ἐδάκρυσα. ὡς κομᾷ τοῖς ἄνθεσιν ὁ ἀγρός, ὡς εὐῶδες ἐν ταῖς μυρρίναις τὸ γήδιον, ὡς κοσμία κομῶσα ἡ πλάτανος, ὡς χλοάζει τὸ λήιον. ἅπαντά μοι πρὸς εὐετηρίαν ἐπείγεται. ἀλλ' ἀδικοῦσιν ἡμᾶς οἱ πολέμιοι· ἀρότρου γὰρ αὐτοῖς ἡ μάχαιρα ποθεινότερον.

LXXI. Rhodo Cyparissoni.

Lucanos iterum dicunt aggredi, atque ego abiecta falce lanceam mihi et hastile fabricabor et bellicam artem exercebo : non enim patitur nos quiescere deus. Mihi hieme æstas est gelidior : quid enim bello fuerit horridius? Vere adveniente lacrimavi. Quam abundat ager floribus, quam odoratum a myrtis prædium, quam pulcre comata platanus, quam virent segetes. Omnia mihi ad abundantiam inclinant. Sed iniuriam nobis hostes inferunt : aratro enim gladius eis est exoptatior.

οβ'. Σωσίπατρος Τελεσίλλῃ.

Εἰ μὴ ταῖς ἀφροδισίοις ἡδοναῖς τὸν ἀτερπῆ κόρον ἡ φύσις ἐνέμιξεν, ἐδουλαγωγεῖτο τὸ ἄρρεν τῷ γυναικείῳ φύλῳ, Τελέσιλλα. μὴ τοίνυν μέγα φρόνει, πορνίδιον. ὁ τῆς Ἀφροδίτης μοι πυρσὸς ἀπηθάλωται· οὐ γὰρ ἀθανάτους τὰς ἀλγηδόνας τὰ τῶν Ἐρώτων βέλη παρέχεται.

LXXII. Sosipater Telesillæ.

Si venereis voluptatibus ingratam non admiscuisset natura satietatem, in servitutem iam redactus esset virilis sexus a muliebri, Telesilla. Ne igitur superbias, meretricula. Veneris flamma mihi exstincta est : non enim sempiternos dolores Amorum tela afferunt.

ογ'. Πρόκλος Ἀρχιμήδει.

Τοὺς πολύποδάς φασιν ἀθηρίας τυγχάνοντας τοὺς ἑαυτῶν κατεσθίειν πλοκάμους, ὥσπερ ὄψον ἀληθῶς ἐμπαράσκευον τὰ ἑαυτῶν ἔχοντες μέλη. ἑστιῶνται γοῦν οἱ τάλανες τῶν ἑαυτῶν μορίων τὰ καίρια, καὶ δαιτυμόνες τῶν οἰκείων σαρκῶν ἀναδείκνυνται. ἆρά γε, Ἀρχίμηδες, οὐ πολύπους τοῖς ὅλοις εἶναι τὴν γνώμην δοκεῖς; ἐγὼ μὲν οἶμαι τοῦτο σαφέστατον· ἀδικεῖς γὰρ ἀπανθρωπότατα τὸν σὸν πατέρα, μήτε τὴν φύσιν αἰδούμενος, μήτε τὴν Δίκην ὡς βάραθρον εὐλαβούμενος. ἀλλ' εἰ μὲν μεταγνοίης, ἀμνήμονα τῶν παρῳχηκότων ἕξεις τὴν Πρόνοιαν· εἰ δὲ τὴν φιλόχρυσον ἐρινὺν ἀμετακίνητον πάθος κεκλήρωσαι, τὴν ἰσόρροπον πλάστιγγα τὸ θεῖόν σοι ταλαντεύσεται, καὶ παῖδας ἕξεις πατρικῆς κακίας εἰκόνας ἀληθεῖς καὶ ἰνδάλματα. οὕτω γὰρ καὶ τὰ τῆς ἐχίδνης κυήματα μητρικὴν ἀνοσιότητα διαδέχεται, τὴν κυοφόρον καὶ τιθηνὸν γαστέρα ῥηγνύοντα.

LXXIII. Proculus Archimedi.

Polypos aiunt præda indigentes suos ipsorum cincinnos devorare, ita ut quasi cibo vere apparato suis membris utantur. Vescuntur nempe miseri membrorum suorum partibus maxime vitalibus, propriarumque carnium se præbent esores. Nonne, Archimedes, polypus mente esse omnino videris? Ego certe manifestissimum hoc esse arbitror: iniuria enim patrem tuum afficis inhumanissima, neque naturam reveritus, neque Iustitiam timens quasi barathrum. At si resipiscas, immemorem præteritorum malorum habebis providentiam, sin vero in furiosa ista auri fame immobili affectu perseveras, æquali trutina deus te pensabit, liberosque habebis veras paternæ malitiæ imagines atque simulacra referentes. Sic enim et viperini partus maternam impietatem excipiunt, matricem et nutricem ventrem disrumpentes.

οδ'. Ἐλάφων Δόρκωνι.

Γόνιμος πρὸς εὐκαρπίαν τῇ γῇ ὁ τῶν θρεμμάτων ὄνθος καθέστηκεν. οὐκοῦν δίδου μοι τῶν σῶν θρεμμάτων τὴν κόπρον, καὶ λήψῃ καὐτὸς μισθοὺς εὐετηρίας ἀχράδας καὶ λάχανα, καὶ τὸ σὸν φιλότιμον λαμπροτέραις ἀμείψομαι χάρισιν.

LXXIV. Elapho Dorconi.

Utile est ad fœcundandam terram stercus pecudum. Quare da mihi tuorum pecudum fimum, et contra tu quoque præmia fertilitatis pira accipies atque olera, tuamque liberalitatem splendidioribus remunerabor donis.

οε'. Ἀριστόξενος Πολυξένῃ.

Ἑταιρικῶν ἡδονῶν οὐδὲν ἀσθενέστερον. ἄπιστα τὰ τῶν σῶν χειλέων φιλήματα· ἀφύτευτος γὰρ πόθος θᾶττον μαραίνεται. ἐγὼ τὴν σωφροσύνην λοιπόν, ἀνήδονον οὖσαν παρὰ τοῖς πολλοῖς, μᾶλλον προσδέξομαι (τὸ γὰρ σταθερὸν ἐπαγγέλλεται), καὶ προικίων τὸν γάμον ὠνήσομαι· πρίασθαι γὰρ πίστιν ἑταιρικὴν χαλεπώτατον.

LXXV. Aristoxenus Polyxenæ.

Meretriciis voluptatibus nihil inconstantius. Infida sunt tuorum labiorum oscula. Amor enim, qui radices non egit, citius marcescit. Ego temperantiam in posterum, ingratam licet vulgo, magis amplectar, stabilitatem enim pollicetur, et dotibus emam nuptias: nam fidem emere meretriciam difficillimum est.

ος'. Διογένης Σωτίωνι.

Τὸ μικρὸν τοῦτο δοξάριον ὕπαρ ἐνύπνιον εἶναι τοῖς εὖ φρονοῦσι δοκεῖ, καὶ τῶν πεπλασμένων μύθων τερατωδέστερόν ἐστι καὶ φαυλότερον, ἄστατον κουφόνουν παίγνιον, ἤχων καὶ πνευμάτων φαντασιωδέστερον. τοῦτο καὶ μὴ παρὸν ἀνιᾷ, καὶ προσγενόμενον πλέον ἐλύπησε· μετ' οὐ πολὺ γὰρ τοὺς ἐραστὰς ἠγνωμόνησε, καὶ πρὶν γενέσθαι πρὸς τὸ μὴ εἶναι μετέδραμε. μή σε καταπληττέτω τὰ τῆς τύχης φυσήματα· διαπαίζει γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ὥσπερ καὶ βούλεται. εἴδωλα γὰρ εἰδώλων τὰ τῶν ἀνθρώπων τετύχηκε πράγματα.

LXXVI. Diogenes Sotioni.

Vilis gloriola ista insomnium revera videtur esse sapientibus, fictisque fabulis monstruosior est ac deterior, instabilis, levis, ludicrum repercussa voce et ventis inanior. Hæc et absens molestiam parit, et ubi adsit maiorem affert tristitiam: brevi enim iniqua fit in cultores suos et antequam sit ad nihilum redigitur. Ne fortunæ flatus te concutiant: deludit enim homines pro libito. Nimirum imaginum imagines sunt res hominum.

οζ'. Βουκολίων Μυρωνίδῃ.

Ὁ σὸς ἔκγονος ὑπερμαζᾷ, Μυρωνίδη. ἐρυθρῷ ῥάκει τὰ βουκόλια διετάραξε καὶ τὴν δάμαλιν τὴν ποθεινὴν κατεκρήμνισεν, οἱ δὲ ἡλικιῶται τὴν συμφορὰν

LXXVII. Bucolio Myronidæ.

Filius tuus nimis luxuriatur, Myronides. Rubro panno gregem terruit, vaccamque egregiam egit præcipitem, æquales eius autem calamitatem istam pro ludicro ha-

πεποίηνται παίγνιον. μὴ παρέχου δυοῖν χοινίκοιν τῷ παιδὶ περαιτέρω· οἱ γὰρ νέοι καὶ σφριγῶντες ἀκόλαστοι, καὶ τρυφῶντες εἰσὶν ἀκρατέστεροι.

οη'. Περικλῆς Καλλιόπῃ.

Παρθενικῶν ἡδονῶν ἐπιτεύξασθαι ἄγαν ἐστὶ δυσχερές. ἐγὼ δὲ ῥάθυμος τὴν ψυχήν. καὶ τί δράσαιμι ἄν; ἀσύμβατος γὰρ ὁ Ἔρως ἐπιπέμπων τὸ βέλος. αὐτή μοι δίκαζε καὶ τῷ Ἔρωτι, καὶ δίδου μοι ψῆφον φιλάνθρωπον· βασκαίνουσι γὰρ οἱ Ἔρωτες, τὸ μὲν ποθεῖν παρεχόμενοι, τὸ δὲ τυχεῖν ἀφαιρούμενοι.

οθ'. Ἰσοκράτης Διονυσίῳ.

Προπομποὶ καὶ ῥαβδοῦχοι καὶ κήρυκες καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις φιλοσοφίας ἐστὶν ἀχλύς, καὶ διαιρετικώτατος πέφυκε τῶν ἀρετῶν χωρισμός. οὐκ ἤμειψας μετὰ τῆς τύχης τὴν φύσιν· ἔτι τὸν θύλακον ἔχεις δερμάτινον· θνητὴν γὰρ ἔχεις ἐκ προοιμίου τὴν σύστασιν. τί δῆτα τὸ κενὸν τοῦτο καὶ κοῦφον δοξάριον ἐπὶ τοσοῦτον τὸν πήλινον ἀσκὸν διεφύσησε; μεγάλης ἀνοίας ἐνεφορήθης, ὦ δύστηνε, καὶ τῆς φύσεως τὴν γνῶσιν ἀφῄρησαι· οὕτω τὰ μετέωρα τῆς τύχης κινήματα ἐκστῆναί σε τῆς πάλαι θεωρίας ἠνάγκασε, καὶ τῆς σώφρονος ἐκείνης μανίας ἀναχωρεῖν παρεσκεύασεν. ἦν σοι πάλαι μετάρσιον τὸ χαμαίζηλον· νῦν δὲ καὶ χθαμαλὸν καὶ περίγειον ὁ τῆς τύχης ὅρος ἀκρότατος. οὐκοῦν τῆς ψευδοῦς εὐδαιμονίας ἀφίστασο, καὶ τὴν δραπέτιν τύχην δραπέτευε· προφθάνων γὰρ τὴν ἀγνώμονα, ἄφνω τὴν μεταβολὴν οὐ δυσφορήσεις προσπίπτουσαν.

π'. Κορυδὼν Ἀμπελῶνι.

Οὐκ ἔστι τι γεωργῶν ἀθλιώτερον. τυραννούμεθα καὶ τοῖς ἀνέμοις οἱ τάλανες. ἀπόλλυσιν ὁ νότος ἡμᾶς, τοὺς ἀστάχυας ἐξιτήλους μοι ἀπειργάσατο, τὴν ἄμπελον ἐλυμήνατο καὶ τὰς ῥᾶγας διέφθειρε, καὶ πρὸς δικαστήριον ἕλκειν οὐχ οἷός τέ εἰμι τὸν λυπήσαντα. διὸ καὶ τὸ δρέπανον καὶ τὴν ἄμην ἀπώσομαι, ἀσπίδα δὲ καὶ ξίφος καὶ κράνος ἀράμενος στρατιώτης γενήσομαι, καὶ τὴν τέχνην ἀμείψας τὴν τύχην σοφίσομαι.

πα'. Λέανδρος Καλλικόμῳ.

Εἰ μέν τι τοῖς ἀνθρώποις χρυσοῦ τιμιώτερον δίδασκε, καὶ μείζοσι δώροις ἀμείψομαι τὴν ἀπόλαυσιν· εἰ δὲ μή, δίδου μοι τὰς χάριτας θᾶττον· οὐ γὰρ Δανάης ἔχεις τὸ κάλλος οὔτε σὺ σεμνότερον, οὔτε Διὸς ἐγὼ πλουσιώτερος, χρυσοῦ τὴν παρθένον ὠνούμενος.

πβ. Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ.

Καὶ τὰ τῆς ποιήσεως παίγνια πάσης ἔμπλεα σοφίας καθέστηκε. κηρῷ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους βεβῦσθαι

buere. Ne præbeas ultra duos chœnices puero : iuvenes enim cibo repleti petulantes sunt et ubi luxuriantur adhuc immodestiores.

LXXVIII. Pericles Calliopæ.

Virgineis potiri voluptatibus admodum est difficile, ego vero levi sum animo. Et quid faciam? implacabilis est enim Amor, dum tela emittit. Tu ipsa mihi et Amori esto iudex et calculum mihi benevolum tribue : invident enim Amores, desiderium quidem suggerentes, successum vero auferentes.

LXXIX. Isocrates Dionysio.

Præcursores et lictores et præcones celsissimarumque sedium adeptio caliginem philosophiæ obiciunt et maxima sunt ad removendas virtutes adminicula. Non mutavisti cum fortuna naturam, adhuc pellem habes membranaceam : mortalibus enim ab initiis exorsus es. Quid tandem inanis hæc ac levis gloriola luteum utrem tantopere inflavit? Magna stultitia plenus es, miser, et naturæ cognitione orbatus. Ita sublimes fortunæ motus desistere te a pristina rerum contemplatione coegerunt et ut a moderata ista insania recederes effecerunt. Erat tibi excelsum olim quicquid est humile, nunc vero et humile et terrenum summus fortunæ gradus. Quamobrem a falsa felicitate abstine et fugitivam fortunam fuge : namque ubi anteverteris ingratam, non ægre feres vicissitudinem subito tibi accidentem.

LXXX. Corydo Ampeloni.

Non est rusticis quicquam miserabilius; etiam a ventis superbe tractamur miseri. Perdit nos auster, spicas mihi reddidit evanidas, vites læsit et acinos corrupit, nec tamen in iudicium trahere possum iniuriæ auctorem. Quare et falcem et sarculum abiciam, et scuta galeaque atque gladio sumptis miles fiam et mutata arte experiar fortunam.

LXXXI. Leander Callicomo.

Si quid auro hominibus est pretiosius, doce, et maioribus donis rependam voluptatem; sin minus, gratificare mihi quantocius. Non enim Danaë habes formam præstantiorem, neque Iove ego sum opulentior, cum auro virginitatem emo.

LXXXII. Socrates Alcibiadi.

Poesis etiam lusus pleni sunt omni sapientia. Cera Ulixis socios aures obturasse Meletis ait filius, navibus

τὰ ὦτά φησιν ὁ τοῦ Μέλητος, ὅτε ταις ολκάσι πρὸς τὰς ἀκολάστους Σειρῆνας ἀνήγοντο, τὸν δὲ Λαέρτου ἐν δεσμοῖς ἀπεῖρχθαι ὡς ἐν εἱρκτῇ δυσφεύκτῳ τινί. μυθολογεῖται τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπόρρητα· Σειρῆνας γὰρ δοκῶ τὰς ἀσχήμονας ἡδονὰς τὴν ποίησιν ἀναπλάττεσθαι. καὶ θαυμάζω λίαν τὸν Ὅμηρον συγκιρνῶντα τοῖς πλάσμασι τὴν ἀλήθειαν καὶ κυκεῶνα νέκταρος προσηνέστερον ταῖς ἀκοαῖς ἡμῶν ἀναμίξαντα, οἷάπερ ὕδωρ τὸ ψεῦδος οἴνῳ ἡδυτάτῳ τινὶ τῇ ἀληθείᾳ κεράσαντα· οὕτω γὰρ οὔτε τοῖς πλάσμασιν ἀπατώμεθα, οὔτε τῇ δυσεφίκτῳ τῶν ὄντων καταλήψει τὸν νοῦν μεθυσκόμεθα. διὸ κηρῷ μὲν τὴν ἀπειρίαν, δεσμῷ δὲ τὴν φιλοσοφίαν ἐδήλωσεν. ἐντεῦθεν Ὀδυσσέα μόνον τῶν ὑπερκυκνείων μελῶν ἀκούοντα τερατεύεται καὶ τοῖς δεσμοῖς τὴν ἔφεσιν διακόπτεσθαι. ἡ μὲν γὰρ τῶν κακῶν ἀπειρία ἀφιλόσοφος ἀρετή, ἡ δὲ τῶν ἡδονῶν ἀναχώρησις φιλοσοφίας ἐναγώνιον τρόπαιον. ἐπειδὴ τοίνυν, Ἀλκιβιάδη, τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ὁ παρὼν βίος εἰκόνισμα, καὶ τῇ θαλάττῃ τῶν θορύβων ὁ δείλαιος ἄνθρωπος περινήχεται, καὶ σειρηνείων ἡμᾶς ᾠδῶν περιπολοῦσιν ἠχήματα, καὶ πνευμάτων δίκην ποτὲ μὲν ἐνθένδε ποτὲ δὲ ἄλλοθέν ποθεν περικροτοῦσιν ἐξαίσια, τὸν Πηνελόπης ὁμόζυγα μιμησώμεθα, ἄρρηκτόν τινα τῶν ἀρετῶν καὶ θεῖον δεσμὸν τὴν φιλοσοφίαν ἀσκήσαντες.

ad intemperantes Sirenes delatos, Laertis vero filium vinculis se quasi carcere quodam inevitabili constrinxisse. Quæ fabula philosophiæ enarrat secreta. Sirenes enim puto turpes voluptates poesin fingere, mirorque magnopere Homerum figmentis commiscentem veritatem et potum nectare suaviorem auribus nostris instillantem, cum aquæ instar mendacium veritate tanquam vino dulcissimo quodam temperet. Sic enim neque figmentis decipimur, neque difficili rerum comprehensione inebriamus mentem. Itaque cera quidem ignorantiam, vinculis autem philosophiam indicavit. Hinc solum Ulixem cygnis suaviores cantus audire fingit et vinculis reprimere cupiditatem. Malorum enim inexperientia virtus parum philosopha est, discessio vero a voluptatibus philosophiæ certamine partum tropæum. Quoniam igitur, Alcibiades, Ulixis errorum hæc vita imago est et in mari turbarum miser homo circumnavigat et sireniarum nos melodiarum soni circumsistunt, ventorumque instar modo hinc modo illinc adversaria circumstrepunt, Penelopæ coniugem imitemur, firmo quodam virtutum ac divino vinculo usi philosophia.

πγ'. Ἀνθινος Ἀμπελίνῳ.

Ὁ τρυγητὸς ἤδη προκέκυφε, καὶ ὁ βότρυς γλεύκους πεπλήρωται. περιφρούρει γοῦν τὴν λεωφόρον κάλλιστα, καὶ τὴν Κρῆσσαν κύνα συνέριθον κέκτησο· ὁδίτου γὰρ χεῖρες ἀκόλαστοι καὶ γεωργικοὺς ἱδρῶτας ἀδικεῖν ἑτοιμόταται.

LXXXIII. Anthinus Ampelino.

Appropinquant iam vindemiæ, mustoque plenæ sunt uvæ Custodi igitur quam potes optime viam publicam et Cretensem canem in auxilium adhibe: viatoris enim manus haud sunt continentes et ad rusticis sudoribus iniuriam inferendam paratissimæ.

πδ'. Χρυσίππη Σωσιπάτρῳ.

Ἐρωτικοῖς δικτύοις οὐχ ἑάλως, Σωσίπατρε, τῆς Ἀνθούσης ἐρῶν. φρονίμων ὀφθαλμῶν ἐστὶ τεκμήριον νεάνιδος ἐρᾶν εὐπρεποῦς. μὴ στέναζε κάλλει νικώμενος· μείζονα γὰρ τῶν πόνων τὴν ἀπόλαυσιν ἕξεις. ἐρωτικὸν δάκρυον προσηνές· ἡδονῇ γὰρ τὰ τῆς ἀνίας κεκέρασται, καὶ τέρπουσι λυποῦντες οἱ Ἔρωτες· ποικίλοις γὰρ πάθεσιν ὁ τῆς Ἀφροδίτης κεστὸς ἐγκεχάρακται.

LXXXIV. Chrysippe Sosipatro.

Amatoriis retibus non captus es, Sosipater, Anthusam amans. Prudentium oculorum est indicium puellam amare formosam. Ne ingemiscas victus pulchritudine: maius enim laboribus oblectamentum habebis. Amatoria lacrima suavis est. Scilicet cum voluptate dolor iunctus est, oblectantque Amores mœrorem afferentes: variis enim affectibus Veneris cestus inscriptus est.

πε'. Πλάτων Διονυσίῳ.

Εἰ λύπης ἐθέλεις κρατεῖν, περιπάλει τοὺς τάφους, καὶ τοῦ πάθους ἕξεις τὸ φάρμακον, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίας ἐπόψει περαιτέρω κόνεως μὴ κεκτημένας τὸ φύσημα.

LXXXV. Plato Dionysio.

Si vis mœrorem vincere, sepulcra adi et affectus remedium habebis, maximasque hominum felicitates videbis non ultra pulverem superbiam retinentes.

ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

THRASYBULI EPISTOLA.

Περιάνδρῳ.

Τῷ μὲν κήρυκί σευ οὐδὲν ὑπεκρινάμην, ἀγαγὼν δὲ αὐτὸν ἐς λήιον τοὺς ὑπερφυέας τῶν ἀσταχύων ῥάβδῳ παίων ἀπεθέριζον ὁμαρτέοντος ἐκείνου. καί σοι ἀναγγελέει εἰ ἐπέροιο ὅ τί μευ ἀκούσειεν ἢ ἴδοι. σὺ δὲ ποίει οὕτως, ἤν γ' ἐθέλῃς καρτύνασθαι τὴν αἰσυμνητίην. τοὺς ἐξόχους τῶν πολιτέων ἐξαίρειν, ἤν τέ τις ἐχθρός τοι φαίνηται, ἤν τε μή· ὕποπτος γὰρ ἀνδρὶ αἰσυμνήτῃ καὶ τῶν τις ἑτάρων.

Periandro.

Præconi quidem tuo nihil respondi, sed ipsum in agrum inducens eminentes spicas baculo feriens decutiebam illo prosequente. Ac referet tibi, si rogaveris, quicquid vel audiverit ex me vel viderit. Tu vero sic facito, si quidem tyrannidem tuto tenere cupis : civium principes tolle, sive inimicus quis tibi esse videatur sive non. Quippe viro tyranno et sodalium quivis suspectus.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

XENOPHONTIS EPISTOLÆ.

α'. Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Αἰσχίνην.

Συντυχών μοι Ἑρμογένης τά τε ἄλλα διεξῄει καὶ περὶ σοῦ δὲ πυθομένου ἥντινα ἔχοις φιλοσοφίας ἐπιμέλειαν ἀπεκρίνατο τὴν αὐτὴν Σωκράτει. ἐγὼ δὲ καὶ ἡνίκα Ἀθήνησι διέτριβον, τῆς γνώμης σε ἠγάσθην. ὥσπερ οὖν ἠρξάμην σε θαυμάζων, οὕτω καὶ νῦν παρ' ὁντινοῦν τῶν σοφίαν ἀσπασαμένων τεθαύμακα τὸ ἀμετάκλαστόν σου τῆς γνώμης (μέγιστον γάρ, ὡς ἐγῷμαι, τεκμήριον ἀρετῆς), ἁλόντος ὑπὸ τἀνδρὸς ἐκείνου, εἴπερ θνητὸν καλεῖν τὸν Σωκράτους οἷόν τε βίον. ὅτι μὲν γὰρ τὰ θεῖα ὑπὲρ ἡμᾶς, παντὶ δῆλον· ἀπόχρη δὲ τῷ κρείττονι τῆς διανοίας αὐτοὺς σέβειν· οἷοι δέ εἰσιν, οὔτε εὑρεῖν ῥᾴδιον οὔτε ζητεῖν θεμιτόν. οὐδὲ γὰρ δεσποτῶν φύσιν ἢ πρᾶξιν δούλους δεῖ εἰδέναι, οἷς οὐδὲν πλέον ὑπηρεσίας προσήκει. καὶ τὸ μέγιστον, ὅσῳ χρὴ ἄγασθαι τἀνθρώπινα διαπονουμένων, τοσῷδε τοῖς δόξης ἐκ πολλῶν ἀκαίρων καὶ κενῶν γλιχομένοις ἄχθος φέρει. πότε γάρ, ὦ Αἰσχίνη, Σωκράτους ἀκήκοέ τις οὐρανίων πέρι λέγοντος ἢ γραμμὰς εἰς ἐπανόρθωσιν παραινοῦντος μανθάνειν; μουσικῆς μὲν γὰρ ἴσμεν αὐτὸν μέχρις ὤτων ξυνιέντα· διετέλει δὲ ἑκάστοτε λέγων τί καλὸν καὶ τί ἀνδρεία τε καὶ δικαιοσύνη καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταί. ἀνθρώπινα γοῦν αὐτὰ ἀγαθὰ ἐκάλει, τὰ δ' ἄλλα ἢ ἀδύνατα ἀνθρώποις ἁλῶναι ἔφασκεν ἢ μύθων εἶναι συγγενῆ, μετὰ ὀφρύος σοφιστῶν παίγνια διεξιόντων. καὶ οὐχ ἔλεγε μὲν ταῦτα, οὐχ ᾔδει δὲ πράττειν. γράφειν δὲ τὰ πραχθέντα εἰδότι σοι, καίπερ οὐκ ἀηδὲς ἐσόμενον, χρόνον ἔχει, ἀνέγραψά τε ἄλλοθι. παυσάσθωσαν οὖν ἐλεγχόμενοι ἢ πρὸς τὸ εἰκὸς ἴτωσαν οἷς Σωκράτης οὐχ ἤρεσκεν, ᾧ ζῶντι μὲν ὁ θεὸς σοφίαν ἐμαρτύρησεν, οἱ δὲ κτείναντες τῆς μετανοίας ἀποκάθαρσιν οὐχ εὗρον. τὸ δὲ καλὸν ἄρα, Αἰγύπτου ἠράσθησαν καὶ τῆς Πυθαγόρου τερατώδους σοφίας, ὧν τὸ μὲν περιττὸν καὶ τὸ μὴ μόνιμον ἐπὶ Σωκράτει ἤλεγξεν ἔρως τυραννίδος καὶ ἀντὶ λιτῆς διαίτης Σικελιῶτις γαστρὸς ἀμέτρου τράπεζα.

I. Ex epistola ad Æschinem.

Posteaquam me convenisset Hermogenes, cum alia quædam narravit, tum me de te interrogante, quodnam philosophiæ studium sequereris : idem, respondit, quod Socrates. Ego vero, etiam cum Athenis ageres, propter hunc animum te admiratus sum. Quemadmodum igitur tunc admirari te cepi, ita nunc etiam demiror animi tui constantiam, qua ceteros quoscunque philosophiæ studiosos antecellis. Maximum enim, ut mihi videtur, argumentum est virtutis tuæ, quod is te ceperit homo, si modo vita Socratis hominis mortalisve dicenda. Ceterum numina supra nos esse cuivis constat. Hos venerari quantum mente possumus sufficit. Quales autem et qui sint, nec inveniri facile potest, nec inquiri fas est. Quippe servis etiam non licet naturam aut facta dominorum cognoscere, ut quibus nihil præterea conveniat, quam inservire. Quodque maximum est, quanto maiorem admirationem merentur qui res humanas tractant, tanto plus hoc iis affert oneris ac molestiæ qui gloriam in multis intempestivis ac vanis rebus affectant. Nam quando audivit quisquam, o Æschines, Socratem de rebus cœlestibus disserentem, vel ad lineas ac figuras emendandæ vitæ gratia discendas hortantem? Musicam enim scimus ipsum intellexisse non ultra iudicium aurium : at semper suis dicere non desinebat, quid esset pulcrum, quid esset fortitudo, quid iustitia, quid virtutes ceteræ. Vocabat autem hæc bona humana, reliqua vero vel homines adsequi non posse, vel fabulis esse cognata dicebat, qualia superciliosi sapientiæ professores ridicula commemorarent. Neque verbis hæc ita tradebat, ut factis eadem non præstaret. Verum ad te illa non ignorantem perscribi, quæ a Socrate gesta sunt, quanquam ingratum futurum non sit, tamen et prolixum fuerit, et alibi a nobis est præstitum. Desinant igitur convicti et discant tandem æquiore uti iudicio quibus Socrates non placuit, licet vivo ei sapientiæ testimonium deus exhibuerit, mortui vero interfectores expiationem non invenerint. Sed illi, quod erat sane bellissimum, Ægypti et prodigiosæ Pythagoræ sapientiæ amore capti sunt, quorum supervacaneum et inconstans erga Socratem studium tyrannidis amor arguit, et Sicula ventris immoderati mensa frugalitati victus anteposita.

β'. Ἐκ τῆς πρὸς Κρίτωνα ἐπιστολῆς.

Εὖ γὰρ ἴσθι Σωκράτην πρὸς ἡμᾶς πολλάκις εἰπόντα ὅτι οἱ τῶν υἱέων ἵνα πολλὴν μὲν ἔχωσιν οὐσίαν φροντίζοντες, ἵνα δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ γένωνται ἀμελοῦντες ἴσον πεπόνθασι τοῖς ἱπποτροφοῦσι καὶ τὰ μὲν πολεμικὰ οὐ διδάσκουσι, τροφὴν δὲ παμπόλλην παρεχομένοις. οὗτοι

II. Ex epistola ad Critonem.

Scias, frequenter ad nos dixisse Socratem, eos, qui liberis suis multas quidem procurant facultates, ut autem boni ac egregii evadant, neglegunt, simile quid agere equos alentibus, qui ad bellicos usus eos non admittant et multum pabuli interea exhibeant · sic enim

γὰρ πιοτέροις μὲν τοῖς ἵπποις χρήσονται, ἀπείροις δὲ ὧν χρή· εἶναι γὰρ ἵππου ἀρετὴν οὐ τὴν εὐσαρκίαν, τὴν δὲ κατὰ πόλεμον εὐτολμίαν καὶ ἐμπειρίαν. τὰ αὐτὰ δ' οὖν ἐξαμαρτάνειν καὶ τοὺς γῆν πολλὴν κτωμένους τοῖς υἱέσιν, αὐτῶν δὲ μὴ ἐπιμελομένους. ἃ γὰρ κεκτήσονται, πολλοῦ ἄξια νομισθήσεται, αὐτοὶ δὲ ὀλίγου· προσήκει δὲ τὸ φυλάττον τοῦ κτηθέντος ἀξιοτιμότερον εἶναι. καὶ τοίνυν ὁ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα πολλοῦ ἄξιον ἀποδείξας, κἂν ὀλίγα καταλίπῃ, πολλὰ ἔδωκε· γνώμῃ γὰρ ἢ πλείω ἢ ἐλάττω γίνεται, ἀγαθῇ μὲν ἔμμετρα, ἐκμελεῖ δὲ καὶ ἀπαιδεύτῳ ὀλίγα. σὺ δὲ οὐδὲν πλείω τῶν ἀναγκαίων παρέχεις, ἃ τοῖς μὲν διὰ παιδεύσεως ἰοῦσιν ἀναγκαῖά τε καὶ πλούσια νομίζεται, τοῖς δ' ἀμαθέσι τὸ μὲν ἀλγεινὸν τῆς σαρκὸς ἐκλύει, τὴν δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος δυσελπιστίαν οὐ μειοῖ.

equos quidem habituros esse pinguiores, sed eorum, quæ præstari oportebat imperitos, cum equi virtus et laus non in corporis mole, sed in audacia peritiaque bellici usus posita sit. Eodem modo et illos peccare qui filiis multos agros comparant, ipsosmet vero negligunt. Nam eorum prædia tantum magni erunt pretii, ipsi exigui prorsus aut nullius, quum contra deceret custodientem longe maioris quam rem possessam esse dignitatis et pretii. Quamobrem si quis filium suum magni pretii hominem effecerit, quamvis paucas opes ei relinquat, multa tamen largitus est. Animus enim possidentis facit, ut res appareant vel amplæ vel exiguæ. Quippe animo bono, quantillum possidet, sufficit, rudis autem praveque institutus etiam in maximis opibus egenus videbitur. Tu vero non plura, quam necessitas postulat, filiis tuis commodas, quæ sane recte instituti ut necessaria, sic satis sibi copiosa existimant; imperitos vero ut præsenti quidem corporis molestia levent, futuri tamen temporis exspectationem metu plenam non imminuent.

γ'. Ἐκ τῆς πρὸς Σώτειραν ἐπιστολῆς.

Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὦ Σώτειρα, οὔτε ὁ θάνατος αἰσχρὸν οὔτε τι καλὸν εἶναι. ὅρος δὲ ζωῆς οὐχ εἷς πάντων, ἀνισάριθμον ἐτῶν φέρων τὸ μὴ ὅμοιον τῆς γενέσεως, τῇ ἰσχύι ἢ ἀρρωστίᾳ. τὴν δὲ πρόφασιν ποτὲ μὲν αἰσχρὰν οὖσαν ἐφέλκεσθαι θάνατον, ὅπου δὲ καλὴν καὶ πρεπώδη.

III. Ex epistola ad Sotiram.

Mihi vero, o Sotira, mors ipsa nec turpe quid nec honestum esse videtur, sed tantum vitæ terminus, non idem omnium, quum annorum inæqualitatem afferat diversitas naturæ robore vel imbecillitate. Caussa autem mortis alias turpis est, alias autem honesta ac decora.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ θανάτῳ προσήκει τοσοῦτον πένθος εὑρέσθαι ἐπισταμένην ὅτι ὁδοῦ ἀνθρωπίνης χρὴ νομίζειν ἀρχὴν μὲν γένεσιν, τέλος δὲ θάνατον. ἀπέθανε δέ, ὅπερ ἂν καὶ μὴ θέλων ἔπαθε· τὸ δὲ καλῶς ἑκόντος τε ἔργον καὶ ἃ χρὴ παιδευθέντος. μακάριος οὖν δὴ Γρύλλος καὶ ὅστις οὐ τὸ μήκιστον ἑλόμενος τοῦ βίου, τὸ δὲ μετὰ ἀρετῆς, καὶ εἰ βραχὺν οἱ ἔδωκεν αἰῶνα ὁ θεός.

Ex eadem epistola.

Neque mortis caussa vita functum lugere tantopere convenit, cum sciamus, initium itineris mortalium existimari debere nativitatem, finem vero mortem. Mortuus est quem lugemus, quod cuivis etiam invito ac repugnanti contigit. Præclare vero mori hominis est sua voluntate utentis et præclare instituti. Beatus est igitur Gryllus, et quicunque non longissimam, sed cum virtute coniunctam vitam elegit, etsi brevi tempus ætatis illi deus concesserit.

δ'. Ἐκ τῆς πρὸς Λαμπροκλέα ἐπιστολῆς.

Πρῶτον γὰρ ἂν δέξαιο Σωκράτους ὑπερφυὲς δίδαγμα, πλοῦτον μετρεῖν χρήσει. οὐ γὰρ ἔφη Σωκράτης εἶναι τὴν ὑπέρμετρον κτῆσιν πλοῦτον, τὸ δ' ὅσοις προσήκει χρῆσθαι, ἔπειτα δὲ τούτων μὴ διαμαρτάνειν· τῷ γὰρ ὄντι τούτους κεκλῆσθαι εὐπόρους. τοὺς δ' ἄλλους πένητας ἀπεκάλει καὶ ἀνίατον αὐτοὺς ἔφασκε πενίαν πένεσθαι· ψυχῆς γὰρ εἶναι τὸ ἀρρώστημα, οὐ κτήσεως.

IV. Ex epistola ad Lamproclem.

Primum Socratis admirabile præceptum admirari debes, qui divitias ex usu metiri iubebat. Divites enim dicebat possidentes non multa, sed tantum, quantum requiratur ad usum decentem, iisque nunquam excidentes. Illos enim, quos diximus, revera divites : reliquos vero pauperes appellabat, et immedicabili paupertate laborare dicebat, quod animi esset indigentia, non possessionis.

ε'.

Κακὸν οὐδὲν φύεται ἐν ἀνδρὶ θεμέλια θεμένῳ σοφίας σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν.

V.

Nihil innasci malum potest in homine, qui sapientiæ fundamenta iecerit temperantiam et continentiam.

ϛ'. Ἐκ τῆς πρὸς Ἀγλαϊτάδαν ἐπιστολῆς.

Τὸ χαυνοῦσθαι ἐπὶ τῆς ὥρας τῷ κάλλει οὐ μόνον

VI. Ex epistola ad Aglaitadam.

Tumorem et vanam de pulcritudinis flore persuasionem

Φιλλίδα τοῦ υἱέος σου φαῖμεν ἂν εἶναι ἁμάρτημα, ἀλλὰ καὶ σόν· δοκεῖς γάρ μοι οὔτε Λακωνικὸν παθεῖν οὔθ', ὅπερ χρὴ ἐννοεῖν τὸν σώφρονα, ἀληθεῖ καὶ δικαίῳ ἐπαίνῳ τὸν νοῦν προσέχειν. τίς γὰρ σαρκὸς οὐ πρὸς ἰσχὺν ἐρρωμένης, ἡδονῆς δὲ ὑπομνήσει ἐπαινουμένης ἐν δικαίῳ γένοιτ' ἂν λόγος; σώματος γὰρ ἄνθρωποι ἠράσθησαν διὰ τὸ ἐπὶ ψυχῇ εἶναι· τῶν δὲ μικρὸν ὕστερον τὸν ἔπαινον ἀποδρασομένων δι' ὥρας ἀπάνθησιν ἥκιστα χρὴ φροντίζειν τὸν τῷ ὄντι Λάκωνα· ποιητῶν τε ὅσοι ἀρετὴν ἐπήνεσαν σώματος ἢ οὐδὲν ἢ ὀλίγιστον ἐπαίνου πέρι ὕμνησαν, ἔργα δὲ ψυχῆς μεγάλα τε καὶ σοφίας ἐγγὺς ὄντα δι' ᾠδῆς αἰῶνι ἔδοσαν. σκόπει δέ, ὦ Ἀγλαϊτάδα, καὶ ἕπου θείῳ λόγῳ, ὃς πιστοῦται ὅτι ψυχὴν μετὰ θεοὺς χρὴ τιμᾶν, τρίτον δὲ Ὀλυμπίων τὸ σῶμα. ψυχῆς δὲ τιμὴ μάθησις καὶ νοῦς συντεταγμένος ἐπὶ φρόνησιν· ὡς οὐκ ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀνθρώποις ἄλλο συγγενείας τῆς πρὸς θεοὺς παίδευμα. καὶ τοίνυν τῶν μὲν ἀφρόνων τὸ σῶμα οὐδ' ἂν εὖ ἡρμοσμένον ἴδῃς, φήσεις καλὸν εἶναι· καὶ ἀνδριὰς γὰρ κάλλους ἔλαχεν ἔπαινον ἐπὶ φρονήσει τέχνης. τῷ γὰρ ὄντι ἂν φαίην τὰ στερόμενα νοῦ ἔμφρονος αἰσχρὰ πάντα καὶ ἄδικα ἐν ἀνθρώποις ἔσεσθαι. γεγενῆσθαι οὖν ἐν Λάκωσι τότε σοι ἔσται, ἐπειδὰν νόμων Λακωνικῶν ὑπηρέτην τὸν παῖδα ἀποδείξῃς. ἀὴρ δὲ οὔτε τις Λάκων οὔτε Ἀττικὸς ἐγένετο, ῥεῦμα δὲ ὑπὸ θεῶν ἐπὶ ζῴων γενέσει τῶν τε ἄλλων ὅσα ἡ γῆ ἀνίησι μετηγμένον.

non solum Phillidæ filii tui vitium esse dixerim, sed etiam tuum. Videris enim mihi neque Laconice sentire, neque ita animatus esse, quemadmodum decet virum honestum, id est veram et iustam laudem respicere. Nam qua ratione merito magni feceris carnem quæ non viribus valeat, sed voluptatis mentione laudetur? Corpus enim admiratione dignum censent homines, quoniam animæ coniunctum est. Ista vera quæ paulo post laudem omnem amittent deflorescente forma, minime curare debet verus Laco. Quin etiam poetæ qui virtutem celebrarunt aut nihil aut parcissime de corporis laudibus dixerunt, magna vero animi facinora et sapientiæ finitima carminibus posteritati commendarunt. Vide igitur, o Aglaitada, et divinam sententiam sequere, qua præcipitur animam post deos colendam esse, corpus autem tertio loco a superis. Est autem animæ cultus disciplina et mens ad prudentiam composita. Non enim fere alia institutio homines diis cognatos efficere potest. Quamobrem corpus imprudentium etsi bene concinnatum esse videas, non tamen pulcrum dices, siquidem statua quoque propter artis sollertiam pulcritudinis laudem meretur. Revera enim dixeris ea quæ carent prudentia mentis omnia inter homines turpia iniustaque fore. Itaque Laconum genere tum gloriari poteris, cum Laconicis legibus filium inservire docueris. Aer vero nunquam aut Laco aut Atheniensis fuit, sed generatio tum animalium tum aliorum quæ terra producit influxio quædam est divinitus immissa.

ζ'. Ἐκ τῆς πρὸς Ἀγησίλαον ἐπιστολῆς.

Ἐπέστειλάς μοι δεόμενος παρὰ σὲ ἰέναι, φάσκων ἐθέλειν περὶ τοῦ υἱέος συμβουλεύεσθαι ὅπῃ τε καὶ ὅπως σώζων τὰ Λακωνικὰ ἤθη καὶ ξενικῶν παιδευμάτων κοινωνήσει. κάμνω δὲ οὐ μετρίως κἀγώ· καὶ γὰρ τῆς ἡλικίας ὥσπερ οἶσθα πόρρω ἥκω, καὶ οἱ ἰατροὶ εὐθυμίας τι φροντίζουσιν, ὡς ἐμοῦ βουλευομένου ἄλλο τι ἢ ζωὴν δικαίαν αἱρουμένου θάνατόν τε μέχρι μὴ αἰσχρὸς ἐστι τιμῶντος. ἀλλ' εἰ μὲν σωζοίμεθα, ἅπερ ἐπέστειλα διὰ στόματος καὶ συγγινομένων ἀκούσῃ ἡμῶν· εἰ δέ τι τῶν εἰωθότων γένοιτο κακόν, τότε σοι δίδαγμα ἔστω ἡ ἐπιστολὴ φράζουσα ὑπὲρ ὧν μαθεῖν ἐβουλήθης. νόμος μὲν πρὸς τὸ εἰκὸς ἄγων, ὦ Ἀγησίλαε, ἀνθρώπου δόγμα πάντως, παντὸς δὲ ἀμείνων ὃν Λυκοῦργος εὗρε· νόθα δὲ ἐπὶ νόθοις θηρεύειν κενὸς ὁ πόνος. μηδὲν οὖν ἀνθρώπινον παίδευμα τῷ παιδὶ πρόσφερε, ἴθι δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον μὲν ἀναγεγραμμένον πρῶτον δὲ καὶ μόνον ἐν θεοῖς κείμενον, ὅς ἐστι νοῦς ἐπιστημῶν κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχων. πόθεν δέ, ὦ γενναῖε, φήσεις, ἔστι τοῦτο λαβεῖν; παρὰ φιλοσόφων ἀνδρῶν, οὓς θείους λέγων ὅσιος ἔσομαι· τούτων γὰρ νόμος οὐδεὶς ἄρχει γραφεὶς ὑπὸ φαύλων ἀνδρῶν δόξῃ ψευδεῖ ἐπικεχρωσμένος, τὸ δὲ ξυγγενὲς τῆς φύσεως ἄγει πρὸς τὰ κρείττω μαθήματα. οὐδὲ φεύξῃ φωραθεὶς παρανόμων δίκην· οὐ γὰρ ἀνθρωπίνων νόμων ἐραστὴς ἁλώσῃ, οὐδὲ ξενικῶν

VII. Ex epistola ad Agesilaum.

Literas misisti ut ad te venirem; velle enim te de filio consultare, qua ille ratione in Laconicis moribus manens simul peregrinæ institutionis particeps fieri posset. Ego autem non mediocriter valetudine affectus sum. Nam et ætate provectum me non ignoras. . . . .

. . . .

Sed si convaluerimus, coram ex nobis ipsis audies ea, de quibus epistolam conscripsimus; sin quid humanitus nobis acciderit, in disciplinam te trades epistolæ, quæ suppeditabit tibi præcepta a te expetita. Lex ad honesta ducens, Agesilae, utique hominis dogma est, ac quavis lege præstantior est illa, quam Lycurgus repperit; labor autem inanis est venari spuria ex spuriis. Noli igitur filio præcipere quæ homines excogitaverunt, sed contende ad id, quod secundo quidem loco referri solet, sed quod primum et solum in deo positum est, mentem dico eruditam quæ quovis temporis momento una eademque est. Unde vero, amice, dices, hanc petere licet? a philosophis hominibus, quos divinos dicere nefas non est. Horum enim non habebit potestatem lex a pravis hominibus scripta, mendaci opinatione illita, sed naturæ necessitudo ducit eos ad augustiorem doctrinam, et deprehensus non fies reus rogationis perperam latæ; neque enim deprehenderis esse amator humanarum legum neque laudator legum peregrinarum, sed divinarum et æternarum, quarum cognitio præstantior omnium ceterarum legum cognitione. Viam igitur tibi hisce aperui. Atque possum

ἔσῃ ἐπαινέτης, θείων δὲ καὶ αἰωνίων παντὸς πάντη ἀξιομαθητοτέρων εἶναι νομιζομένων. ὁδὸς μὲν οὖν ὧδέ σοι δεδηλώσθω· δύναμαι δέ σοι ἀφηγήσασθαι ὅσα ἀρετῆς ἔρωτα ἐμβάλλει, τὰ δὲ μείζω καὶ πλείω τῶν κρειττόνων ἂν εἴη. τροφὴ μὲν οὖν ἔστω σώματος ἥπερ ἐν Λάκωσι, ψυχῆς δὲ νέας καὶ ἀρτιφυοῦς λόγοι ᾠδὰς ἔχοντες ἀνδρῶν ἐπ' ἀρετῇ τὸν βίον διενηνοχότων, παιδιαὶ δὲ ἄκοσμοι ἢ μῦθοι γραῶν ἐμβάλλοντες φρόνημα ταπεινὸν ἀπίτωσαν, τὸ δὲ πλέον ἔστω σὺν ἀνδράσι σώφροσιν, ἔνθα ὅμοια ὄψεται ἴσα τε ἀκούσεται. πέφυκε δὲ πάντων μὲν ζῴων κρατεῖν τὸ ἔθος, παντὸς δὲ μᾶλλον ἀνθρώπου. κινδυνεύομεν δέ, ὦ Ἀγησίλαε, μιμηταὶ εἶναι τῶν λεγομένων τε καὶ δρωμένων.

tibi nuntiare quidquid te virtutis amore perfundat; sed maiora et ampliora penes illos sunt, qui plus me ipso valent. Ac nutrimentum quidem corporis idem esto quod Lacones assumunt; animi autem recens nati ac iuveniles enutriantur sermonibus carminibusque prædicantibus de viris, qui per omnem vitam virtutem coluerunt. Abeant ludi turpes vel fabellæ aniles, quæ hominem complent illiberalitate. Maximam partem versetur cum moderatis hominibus, ubi similia videbit ac paria audiet. Natura enim ita constitutum est, ut in omnes animantes dominationem habeat consuetudo, et maxime in homines; ac videmur, Agesilae, imitatores esse eorum quæ dicuntur et aguntur.

ΖΗΝΩΝΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ZENONIS EPISTOLA.

Βασιλεῖ Ἀντιγόνῳ Ζήνων χαίρειν.

Ἀποδέχομαί σου τὴν φιλομάθειαν καθ' ὅσον τῆς ἀληθινῆς καὶ εἰς ὄνησιν τεινούσης, ἀλλ' οὐχὶ τῆς δημώδους καὶ εἰς διαστροφὴν ἠθῶν ἀντέχῃ παιδείας. ὁ δὲ φιλοσοφίας ὀρωρεγμένος, ἐκκλίνων δὲ τὴν πολυθρύλητον ἡδονήν, ἥ τινων θηλύνει νέων ψυχάς, φανερός ἐστιν οὐ μόνον φύσει πρὸς εὐγένειαν κλίνων ἀλλὰ καὶ προαιρέσει. φύσις δὲ εὐγενὴς μετρίαν ἄσκησιν προσλαβοῦσα, ἔτι δὲ τὸν ἀφθόνως διδάξοντα ῥαδίως ἔρχεται πρὸς τὴν τελείαν ἀνάληψιν τῆς ἀρετῆς. ἐγὼ δὲ συνέχομαι σώματι ἀσθενεῖ διὰ γῆρας· ἐτῶν γάρ εἰμι ὀγδοήκοντα. διόπερ οὐ δύναμαί σοι συμμῖξαι. ἀποστέλλω δέ σοί τινας τῶν ἐμαυτοῦ συσχολαστῶν, οἳ τοῖς μὲν κατὰ ψυχὴν οὐκ ἀπολείπονται ἐμοῦ, τοῖς δὲ κατὰ σῶμα προτεροῦσιν. οἷς συνὼν οὐδενὸς καθυστερήσεις τῶν πρὸς τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν ἀνηκόντων.

Regi Antigono Zeno salutem.

Amplector tuum discendi studium in quantum quidem veram, utilem atque necessariam, non popularem et quæ ad pervertendos mores tendit eruditionem apprehendere instituis. Nam qui philosophiæ amore et studio tenetur, et multum celebratam illam voluptatem spernit, quæ quorundam adolescentulorum animos effeminat, ostendit se non solum natalibus, sed indole animi esse nobilem. Porro liberali ac nobili ingenio si adiciatur modica exercitatio neque desit præceptoris copia, mature ad perfectam virtutis evadit frugem. Ego vero invalido corpore utor ob senectutem (sum enim octogenarius), quare te convenire non possum. Ergo quosdam ex contubernalibus meis ad te mitto, qui animi bonis mihi non cedunt et corporis superant. Quorum consuetudine usus eorum qui ad summam pervenerunt felicitatem nemini eris inferior.

INDEX INITIORUM EPISTOLARUM

QUÆ HOC VOLUMINE COMPREHENDUNTUR.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

Θ.

Ι.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

P.

T.

Υ.

Φ.

Χ.

Ψ.

Ω

INDEX NOMINUM ET RERUM.

NOMINA EPISTOLIS INSCRIPTA UNCIALIBUS LITERIS SIGNIFICAVI.

A.

D.

H.

I.

L.

N.

Q.

R.

S.

T.

Z.

BINDING SECT. OCT 1 6 1968

PA
3487
E4
1873

Epistolographoi ellēnikoi

[redacted]

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

603-8